BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Moser, Johann Jacob, 1701-1785 [Verfasser eines Vorworts] / Moser, Johann Jacob, / Hirt, Johann Conrad,

Syntagma Dissertationum Selectiorum Jus Publicum Germanicum Universale Illustrantium

Tubingæ 1735

4 J.publ.g. 1111
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10517218-1
VD18 14735164





4° J. publ. germ. 1111.

<36611412790013

<36611412790013

Bayer. Staatsbibliothek

Cb. 1999.


RESPVBLICA ROMANO GERMANICA
SVS
TEN TEN
TES SVS
TENTA
MVR
J.C. Hirt del.
J. Müller

SYNTAGMA DISSERTATIONUM SELECTIORUM JUS PUBLICUM GERMANICUM UNIVERSALE ILLUSTRANTIUM.

CUM

PRÆFATIONE

IO. IACOBI MOSERI,

SERENISSIMORUM ELECTORIS COLONIENSIS ATQUE DUCIS WURTEMBERGIÆ CONSILIARII resp. INTIMI ATQUE REGIMINIS.

TUBINGÆ, Typis SIGMUNDI & SCHRAMMII.

Apud JO. GEORG. COTTAM.

1735.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

LECTOR BENEVOLE.

Notissima res est, Dissertationes Academicas, eas præsertim, quæ ex Jure Publico desumtæ sunt, solicite à quam plurimis requiri, at vero facilime quoque ita distrahi & divendi, ut interdum vix aliquot Annis interjectis, adeo ipsis illis in locis, ubi prodiere, ne unicum quidem venale prostet amplius earum exemplum, etiamsi singula Folia singulis florenis velles redimere. Iis vero in Academiis, quo vel plane nullæ, vel raræ advehuntur Dissertationes aliarum Academiarum, ne eæ quidem haberi possunt, quarum alibi insignis copia suppetit. His motus rationibus autor fui, dum Tubingæ degerem, nonnullis loci Typographis, facerent periculum Collectionis universalis omnium, quotquot extant, Dissertationum Juris publici Germanici universalis. Paruere, moxque emisso in publicum tum totius Operis, tum Voluminis primi conspectu manus rei admovere, & ecce Specimen Collectionis sane vastissimæ intra spatium præfixum plene *absolutum*.

Juvat repetere ideam Operis, quæ hæc est:

1. Intrabunt hanc Collectionem eæ solum Dissertationes, quæ de Jure publico Germanico universali agunt, adeoque nihil jam ad nos Dissertationes Juris publici Germanici particularis, Juris publici Italici, Jurisve publici universalis (qualium Dissertationum uti & minorum Juris publici opusculorum *facile* se subducentium Volumina tamen alio forte tempore dabimus,) vicissim autem nostras facimus illas Dissertationes, quæ Jus privatum Statuum Imperii secundum alios respiciunt, nec non eas, quæ cum multa ex Jure privato, Canonico vel Feudali, tum multa quoque ex Jure publico continent.

2. Terminum à quo Dissertationum huic Collectioni inserendarum statuimus periodum conclusæ Pacis Westphalicæ, cum ex eo præcipue tempore studium hoc coli & excoli cœperit in Germaniæ Academiis.

3. Minime negamus, plures intra decursum hujus spatii prodiisse & prodire nunc quoque Dissertationes Juris publici admodum macilentas, quæ tamen me movere rationes, ut & iis locum hic concederem, hæ sunt: a) variant hic quoque insigniter gustus hominum, b) sæpius singularia & non ubivis obvia Themata tractant, c) sunt, qui Dissertationibus certi loci, Præ-

ſidis, Reſpondentis vel Pœiodi, pretium affectionis, quale ex alio capite vix meretur, ſtatuunt, d) denique, ſi univerſalis Collectionis titulum ſuſtinere volet hoc Opus, mala utique miſcenda erunt bonis & bona malis.

4. Non intrabunt hanc Collectionem eæ Diſſertationes, quæ jam aliis ſive Collectionibus ſive Operibus ſunt inſertæ, vel quæ ſub ſpecie Tractatuum fuere recuſæ & in Bibliopoliis proſtant adhuc; quodſi vero ipſæ hæ Collectiones, Opera & Tractatus raro appareant, tum inſtituto noſtro convenire arbitramur, ut ejusmodi Diſſertationes luci publicæ reſtituamus, niſi tamen auctæ fuerint, quando Tractatus formam induere.

5. Orationum & Programmatum Academicorum ad Jus publicum ſpectantium cum eadem plane ſit ratio, eædemque cauſæ moventes, ut & eas recudi curemus, quæ Diſſertationum, illarum quoque aliquot in Appendice Voluminis dabimus.

6. Singulis porro Tomis adjicietur aliquid inediti ex Jure publico, & deſtinaveram ſane huic Volumini Scriptum aliquod, materiam ſi ſpectes, maximi omnino momenti; at vero promiſſis ſtare certis de cauſis mihi non licuit, aliud ergo Opuſculum, & hoc, quantum ſcimus, hactenus latens ſurrogandum erat, idque Cortrejanum, vaſto Autoris Operi, quod Corporis Juris publici Elogio ſuperbit, Supplementi loco inſerviens.

7. Fidem quoque tibi, Lector, adſtrinxi meam, daturum eſſe me in Præfationibus ſucceſſive Catalogum omnium earum Diſſertationum Juris publici, quæ vel Collectionibus Librisve aliis ſunt immixtæ, vel in forma Tractatuum recuſæ, ſingulis quoque Voluminibus additurum Indicem præcipuarum in iis occurrentium materiarum; quo minus vero æs hoc alienum exſolvam, obſtat moles negotiorum publicorum, quæ me premit, obruit totumque modo occupat, quam vero tum temporis, cum Idea Operis exibat, non prævideram.

8. Tum eorum in gratiam, qui unum vel alterum Tomum tantum ſibi comparabunt, tum, ne, ſi forte Opus hoc vel plane non continuaretur, vel ſaltem non plane abſolveretur, duplicem Operi Titulum præfixi, ita ut, ſi alter arrideat, ſinguli Tomi ſingula conſtituant Opera, ſi vero alter, unicum ſucceſſive continuandum Opus habeas.

9. Continuatio hæc pendebit ex numero Emtorum, qui ſi tantus erit, ut ſumtus in Opus impendendi refundantur, mox Continuationem habebit pediſſequam, ſin minus, eandem interimet.

10. Denique ordinem ſervabo arbitrarium, neque vel ad ſeriem Materiarum, vel Annorum, vel Academiarum me adſtringam, ordine tamen Alphabethico cujusvis Tomi particulas exhibebo. Vale & fave.

CON-

CONTENTA HUJUS LIBRI.

1. FROMMANNI (Jo. Andr.) Sen. Diss. de Subditorum, & maxime Rusticorum, Operis, von Frohn-Diensten / Resp. Jac. *Munzio*, Tubingæ 1671. habita. p. 1.

2. FROMMANNI (Jo. Andr.) Jun. Diss. de Oppignoratione Feudorum Regalium particulari, sine consensu Domini Jure & Moribus permissa, Resp. Christ. Frid. *Schickhardo*, Tubingæ 1699. habita. p. 49.

3. GRAMIZERI (Dan.) Diss. de Jurisdictionum fructibus, Altorfi 1709. habita. p. 91.

4. GRASSI (Mich.) Diss. de Libertate Fluminum publicorum hodienum relicta, in specie qua usum Navigationis, legitimis remediis contra vim publicam & privatam asserenda, Resp. Jo. Laur. *Dieterich*, Tubingæ 1695. habita. p. 124.

5. *Ejusdem* Diss. de Jure Condomini Territorialis extra tempus Administrationis, per alternas vices, quæ Con-Dominis competit, constituti, Resp. Jo. Christ. Hartlieb, dicto *Walsporn*, Tubingæ 1717. habita. p. 149.

6. *Ejusdem* Diss. de Exceptione Nobilitatis utriusque, tam generis, quam scientiarum & virtutum, Resp. Christ. Ferd. à *Menzingen*, Tubingæ 1717. habita. p. 181.

7. *Ejusdem* Diss. de Jure exequendi in Imperio, in specie de Executione ab uno der Craiß-Außschreibenden Fürsten / altero impedito vel nolente, suscepta, Resp. Jo. Jac. *Moser*, Tubingæ 1720. habita. p. 232.

8. *Ejusdem* Diss. de neglectis quoad acquirendi modos Fisci commodis, juxta Jus Civile Romanum & mores maxime hodiernos, cum Juribus Hamburgensium collatos, Resp. Jo. *Klefekero*. Tubingæ 1720. habita. p. 265.

9. *Ejusdem* Diss. de Præscriptione Superioritatis territorialis acquisitiva, Resp. C. A. *Müllero*, Tubingæ 1727. habita. p. 338.

10. GUNDLINGII (Nic. Hier.) Diss. de caussa & origine Unionis seu Fœderis Electoralis, Resp. Car. Wilh. de *Stangen*, Halæ 1720. habita. p. 381.

11. HARPPRECHTI (Christ. Frid.) Diss. de Curiis superioribus in Germania, von Ober-Höfen in Teutschland / Resp. Jo. Ge. *Müllero*, Tubingæ 1732. habita. p. 418.

12. HELFFERICHII (Jo. Jac) Diss. de Jurisprudentia Principum Ordinumque S. Rom. Imp. privata, Resp. Jo. Friderico *Hiemero*, Tubingæ 1730. habita. p. 439.

13. HENNEMANNI (Franc. Christ.) Diss. de Jure Oppignorationum antichreticarum earumque reluitione in rebus tum Imperii ac Principum, tum privatorum, Resp. Jac. Jos. *Stefne*, Heidelbergæ 1726. habita. p. 474.

14. HERTLINGII (Jo. Frid.) Anacephalæosis exegetica Principiorum Juris publici Romano-Germanici in Henrici de Cocceji Juris publici prudentia exhibitorum, Resp. Jo. Wilh. Frid. Jos. de *Wilderer*, Heidelbergæ 1726. habita. p. 503.

15. *Ejusdem* Diss. de causis, ubi mediatus in prima Instantia coram summis Imperii Tribunalibus conveniri potest, Resp. Jo. Christ. *Ringer*, Heidelbergæ 1725. habita. p. 515.

16. HILDEBRANDI (Henr.) Diss. de Conservatione ferarum nociva, von schädlicher Hegung des Wilds/ Resp. Vit. Andr. *Hartmann*, Altorfi 1709. habita. p. 532.
17. HILLERI (Christ. Henr.) Diss. de liberarum S. R. G. I. Civitatum Judicio amicabili; Resp Jo. Dav. *Seiferheldo*, Tubingæ 1719. habita. p. 553.
18. HOFMANNI (Ge. Lud.) Diss. de Foro competente Nobilium Imperii immediatorum & eorum prorogatione Jurisdictionis alterius, Altorfi 1723. habita. p. 588.
19. HOFFMANNI (Jo. Phil.) Diss. de Origine Libertatis liberarum & Imperii Civitatum, Heidelbergæ 1719 habita. p. 603.
20. PREGIZERI (Jo. Ulr.) Disciplina Notitiæ Sacri Romani Imperii, Resp. Leop. Melch. à *Rotberg*, Tubingæ 1691. habita. p. 620.
21. REINHARDTI (Tob. Jac.) Diss. de potestate Precistæ Preces Imperatoris per cessionem in alium transferendi, Resp. Abr. Gottfr. *Gottschalck*, Erfordiæ 1730. habita. p. 683.
22. SCHEFFERI (Jo. Theod.) Diss. de Regalibus, cum in genere, tum vero in specie de Regalibus S. I. R. G. Resp. Matth. *Balthasar*, Tubingæ 1719. habita. p. 695.
23. *Ejusdem* Diss. de Jure Detractus, vid. in Suppl. & Append. num. 32. p. 1007.
24. SCHILTERI (Jo.) Diss. de Vicariis Imperii Rom. Germ. Resp. Jo. *Adlerberg*, Argentorati 1693. habita. p. 737.
25. SCHOEPFFII (Wolfg. Ad.) Diss. de Arbitris necessariis, cumprimis Austregis conventionalibus ac testamentariis, von gewillkührten Stamm- und Erb-Austrags-Richtern/ Resp. Frid. Jon. *Cless*, Tubingæ 1724. habita. p. 772.
26. THYLLII (Car. Ott.) Diss. de Jure viarum publicarum, Resp. Lud. Car. *Goldschmid*, Heidelbergæ 1725. habita. p. 811.
27. *Ejusdem* Diss. de Votorum pluralitate & paritate, Resp. Casp. Arn. *Nacke*, Heidelbergæ 1726. habita. p. 832.
28. WILLII (Ge. Henr.) Diss. de hodierna autoritate & reciproca Juris Civilis & Statuum Imperii potestate, Heidelbergæ 1710. habita. p. 828.
29 WINCKLERI (Jo. Lud.) Diss. de Præcedentia Liberarum Civitatum S. R. Imperii præ Nobilitate immediata, Argentorati 1720. habita. p. 853.
30. ZIEGLERI (Casp.) Diss. de Jure exigendi Collectas ad elocationem Filiarum illustrium, von Fräulein-Steuern/ Witteburgæ 1686. habita. p. 950.

SUPPLEMENTA & APPENDICES.

31. a BACKMEISTERI (Jo.) Diss. de Renuntiatione Filiarum illustrium, Argentorati 1682. habita. p. 969.
31 b MOSERI (Jo. Jac.) Diss. de nexu studii Critici cum prudentia Juris publici, Tubingæ 1720. habita. p. 989.
32. SCHEFFERI (Jo. Theod.) Diss. de Jure Detractus, von der Nachsteuer oder dem Abzugs-Recht/ Resp. Jo. Nic. *Cronnagel*, Tubingæ 1730. habita. p. 1007.
33. CORTREJI (Ad.) Observata ad Instrumenti Pacis Westphalicæ Art. 11. §. 3. ex Autographo edita. p. 1015.

ERRATA NONNULLA.

P. 503. deleatur: *Dissertatio de.* p. 969. del. *Halæ Magdeburgicæ.*
p. 989 leg. 1720. pro: 1728.

I. DISSER-

I.

DISSERTATIO
De
SUBDITORUM, ET MAXIME RUSTICORUM, OPERIS,
Von Frohn-Diensten/

PRÆSIDE

JO. ANDREA FROMMANNO,
U. J. D. & P. P. Universitatis t. t. Rectore & Facultatis Juridicæ Decano,
Respondente pro Licentia
JACOBO MUNZIO, Alfdorffensi,
Tubingæ A. 1671.

Ad B. L.

EXantlato jam, Divina annuente gratia, utroque juris examine, ex concessa mihi, ab Amplissima celeberrima hujus Academiæ Facultate Juridica, pro gradu disputandi Licentia, disputationem, ut vocant, inauguralem meditabar: inter varias igitur, quæ occurrebant, materias, præsens de OPERIS SUBDITORUM, *in Cathedrâ vix semel aut bis visa, in aulis tamen Principum & Nobilium, hac ætate, frequentissima pariter ac utilissima, plena manu sese mihi insinuavit: vix tamen primâ aleâ jactâ, non potui non deprehendere, quam ar-*

 duum

duum sit juveni, in schola hactenus tantùm versato, tot & tantis difficultatibus, nec non periculis, (quibus hoc argumentum, moribus potiùs, quàm jure civili scripto, introductum, firmatum, cognitum, mille modis est implicitum) sese extricare. Veruntamen, ipse tandem mihi obfirmato animo persuadebam, gravitatem hujus materiæ (quippe quæ & gravissimorum JCtorum ingenia exercuit, interdum & fatigata reddidit,) eo faciliùs erroris veniam merituram: sed & pericula illa de generibus eorum esse, in quibus cum Frehero, vel errare vel hallucinare, sua laude non careat. Neque tamen perfectâ methodo hanc, latissimè patentem, rem tractare animus erat, sed pauca tantùm, attamen præcipua, exinde decerpere; partim quia subsidiis, ad id summè necessariis, libris sc. idoneis, consuetudinibus, statutis, documentis, responsis, sententiis, præjudiciis, præprimis vero viribus ingenii, & practica experientiâ, Principem in hoc genere materiarum locum facile obtinente, destitutus: partim, quia cætera Viri Eruditissimi, interque eos, Erhard & Dn. Balthas. in suis de operis tractatibus, *pro rei dignitate pleniùs & exactiùs excusśere; quorum etiam opiniones sæpiùs referre, quàm temerè decidere, consultius & tutius duxi; ne vel præclaris illorum laboribus maculam aliquam aspergerem, vel incautiùs partium juribus quid adderem aut detraherem. Ut verò hæc omnia ex voto feliciter mihi succedant, Deum T. O. Max. ardentibus humilibusque precibus supplex veneror.*

Punctum I.

OPERARUM *varia* Significatio.

Operarum vocabulum variè aliàs, etiam in jure Civili, acceptum, (V. Jun. Euchard. Erhard. *Dissert Inaug. de operis Rustic. th. 6. lit. a.* latè Dn. Balthas. *de Op. Subd. c. 3.*) nobis significat diurnum officium sive ministerium, equis, jumentis, plaustris, manibus, aut aliis etiam modis, gratis ferè, aut modico interdum, zu einer Ergötzlichkeit, interveniente ad alterius emolumentum, exhibendum. Ein täglicher Dienst, oder Arbeit, so zu der Herrschafft Nothdurfft, mit Vieh oder eygener Person, mit, oder ohne, gewisse Maß, verrichtet werden muß, *l. 1. l. 3. l. 22. ff. de Op. Lib.* Bayer. Land-Recht. *tit. 22. art. 1.* Et ad id significandum, frequentiorem, si non perpetuum, hujus vocabuli usum, in plurali numero videre licet. Accipitur tamen non rarò (ut id plurimis vocabulis accidit) *abstractivè*, pro jure operarum: eoque *tum*

tum activo, potestate sc. operas exigendi; *tum passivo*, pro onere operas præstandi.

2. Earum etiam, apud varios, variæ reperiuntur appellationes, V. dd. Auth. Besold. *l. 1. Disp. Polit. 10. num. 63.* An verò Angariarum & parangariarum etiam voce veniant, non consentiunt Dd. Id quod ajunt Andr. d. Isenia. Matth. de Afflict. Rosenth. *de Feud.* Wendel. *de Regalib.* testib. Erhard. *d. Diss. thes. 6. l. a.* Balth. *d. tr. c. 3. p. 47.* necnon Auth. *Monument. Virg. Sacr. in Duc. Wurtemb. p. m. 60.* Speid. *in Spec. v.* Frohn. Besold. V. Angariæ: ibi, Angariæ seynd Frohndienst. Toto cælo verò operas ab angariis differre, docet Boc. *in disp. d. reg. th. 17. l. c.* Heiden. ap. Fritsch. *p. 1. Exerc. J. Publ 10. thes. 91.* Spreng. *Jurisp. Publ. lib. 2. c. 22.* nec aliud vult Balthas. *d. p. 48.* ubi varias, non tamen adeò certas, adducit differentias. Nobis certè tanta saltem diversitas hodie non subesse videtur: quod, præter alios plures, qui angariarum onus cum nostro Frohnen convenire docent, confirmant hinc inde Auth. *controversi juris Wildfang.* qui dictis vocibus promiscuè utuntur. Burgold. *ad J. P. p. 3. d. i. p. 11.* Vid. Dn. von Seckendorff im Teutschen Fürsten-Staat *p. 3. c. 3. p. m. 352.* ubi de angariis & parangariis inquit: daß sie zwar unterschiedlich, aber insgemein also erklärt werden, daß die Unterthanen schuldig seyn, in Fällen, da die Lands-Herrschafft ihre Diener oder Mobilien über Land und Wasser führen lässet, Wägen, Pferd, und Schiffe herzugeben: Dieses aber ist heut zu Tag, ausserhalb der ordentlichen Frohnen, oder um gewohnliche Bezahlung, ungebräuchlich 2c. Add. Sixt. *d. Regal. 2. c. 13 num. 48 p. 235.* Gudelin. *de jur. Noviss. lib. 5. c. 3. p. m. 220. v. Septimus locus.* Cujac. *ad T. C. d. curs. publ.* Dn. Tab. *de Metat. p. 2. c. 3. num 4. p. 89.* Magnif. & Nobiliss. Dn. Myler ab Ehrenbach, *d. Princip. & stat. Imp. p. 2. c. 72. rubric.* Disp. sub Magnif. & Ampliss. Dn. Præs. Patron. atque Præcept. meo summè colendo, habita *de Jure Vinear. p. spec. n. 24. p. 26.* Dn. Text. *d. Jurisdict. terr. th. 133.* Sub collectarum etiam & tributorum nominibus, satis largè tamen acceptis, operas comprehendit *Maul. d. Collect. c. 1. n. 25.*

Diversæ Appellationes *apud* Latinos.

3. Vernaculâ nostro alibi Scharwerck: alibi Robwold: in Suevia aliisque vicinis Provinciis, frequentiùs appellantur Frohne, Dienst, vel conjunctim etiam Frohndienst, Knichen. *d. vestit. pact. p. 2. c. 3. num. 28.* Boc. *d. l.* Mev. *ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 3. art. 2.* Germanos.

 n. 11.

n. 11. ab antiquo vocabulo Frohn, quod priſcis Alemannis, ſecundum plurium interpretationem, ſacrum: heilig: denotabat, Wehner. Speid. voc. Frohn. Hahn. *ad t. d. Op. libert. &c.* Non tamen improbanda videtur opinio Beſoldi, vocem illam commune, populare, publicum, gemein, ſignificaſſe, dicentis, *Conſ. 232. num. 138.* Hinc Frohnen, Vadiano, referente Lehm. *Chron. Sp. l. 4. c. 14.* dicitur de ſervis, quando communes & debitas operas domino præſtant; Frohnen iſt gemeine Dienſt leiſten, Beſ. *de Regal. c. 9. num. 10.* Alb. Berens *Diſput. d. Regal. theſ. 84.* Unde & Frohnfaſten, Frohnbott, Frohnwaag, ꝛc. Würt. Lands-Ord. *p. 153. §. f.*

Diſtinctio inter Dienſt & Frohn-Dienſt.

4. Infert exinde Beſold. *d. l.* propriè Frohndienſt illas operas dici, quæ publicam utilitatem alicujus territorii vel univerſitatis concernunt, & ab omnibus ejusdem territorii ſubditis præſtari debent; cujusmodi ſunt, quæ fiunt ad refectionem pontium, viarum publicarum &c. Dienſt verò dici operas à ſingulis ſubditis debitas, quas dominis ſuis exhibere debent, prout vel conventum, vel ab antiquo obſervatum: Hæc tamen vocabula pro Synonymis accipiunt Wehn. *V.* Dingnottul. Geil. *de Arreſt.* Knichen *d. c. 3.* Erhard, *d. tr.* cum plurimis aliis, nec ipſo Beſoldo alibi, nec uſu perpetuo, nec ratione Beſ. adeò repugnante. Aliæ tamen hujus vocis Dienſt, ſeparatim poſitæ, ſignificationes, nobis alieniſſimæ, quotidiè occurrunt, V. Mag. *de Advoc. arm. c. 10.* Sed & vocabulo Frohn variè uti & abuti ſolent, ut id non rarò obſervare licet.

Ad qua Munera Opera referenda?

5. Munera mixta (triplex enim eſt diviſio munerum Civilium, ſecundum Arcad. *in l. 18. d. Mun. & hon.* nam quædam perſonalia ſunt, quædam patrimonii dicuntur, alia mixta. v. Hahn, *ad d. t.* Mund. *d. mun. in prælog. n. 16. & ſeqq.*) à Rep. Chriſtiana, propter magnum rigorem, penè omnia abolita eſſe, aſſerit Caſp. Klock, *d. Coll. concl. 4. & de Contribut. c. 2. num. 23. 84.* Arum. *Diſc. J. P. 18. theſ. 14.* Inter alia tamen, quæ nec dum eſſe deſierunt, idem Klock. refert operas noſtras. *n. 32.* cum Weſenb. *ad T. de Mun.* Huſan. *d. propr. hom. c. 6.* Erhard *concl. 6.* Imò hanc ſententiam communem eſſe, teſtatur Balthaſ. *c. 4. p. 73.* quam noviſſimè ſequitur Eckolt. *ad d. t. d. Mun.* Nos, ut id non ſimpliciter negamus, ita quasdam interdum ſimplicis muneris dici poſſe, pronunciare nil veremur. Vid. Roſenth. *d. F. c. 5. q. 70.* Add. Balthaſ. *p. 169.* Erhard *concl. 19.* Huſ. *c. 6. num. 80. & ſeqq.* Ita enim non tantùm munera extraordinaria in ordinaria, realia in perſonalia mutari, idemque munus diverſo

ſo reſpectu, vel perſonale, vel reale, dici poſſe, ſentiunt quidam Interpretes. v. Brun. *ad l. 1. C. d. Indict. l. f. C. d. annon. & trib. l. 2. & ſeqq. C. d. Mun. patrim.* ſed & omnia perſonalia mixta fieri poſſe, ipſe docet JCtus in *d. l. 18. §. p. & ult.* Poncet. *n. 9. d. Civib.* Add. Klock. *d. c. 2. n. 87. & c. 11. n. 31. & ſeqq.* Vid. tamen eundem *c. 13. n. 34. & c. 17. n. 202.*

6. Duplex vulgò operarum circumfertur differentia; Primò enim, quoad præſtandi modum, quædam dicuntur *Ruricales*, Ahr⸗Pflug⸗oder Wagendienſt, ꝛc. quædam vero *manuariæ*, Hand⸗oder Fußfrohn, Hapendienſt: Priores communiter præſtant illi, qui integram habent hubam vel manſum (de quibus vocabulis v. Knich. *d. veſtit. pact. p. 2. c. 3.*) ſive qui tantum agrorum poſſident, ut equos vel boves aratorios Zugvieh alere poſſint, Ziegl. *ad aur. pr. Calv. §. Nobilis n. 55.* Klock. *de Contr. c. 2. n. 52.* H. Stam. *d. Servit. perſ. l. 3. c. 21.* de quib. v. Beſ. *Th. Pract. v.* Pflugdienſt. Inde Anſpänner, Hüffner, audiunt, Mev. *d. l. n. 13.* Hæ vero manu corporeque exhibentur, à tenuioribus regulariter, quibus tantum facultatum non eſt, ut peculiares alere equos, & vecturæ, arationisque officia implere, poſſint, ſed manu operaria ſeſe ſuſtentare ſolent. v. Stam. *d. l.* Wehn. v. Ding nottul. ubi hac in re locales conſuetudines & ordinationes potiſſimùm attendendas monet: Hinc im Bayer. Land⸗Recht. *tit. 22. art. 6.* diſpoſitum legitur, wer mit Roſſen ſcharwercket, der ſoll von der Hand⸗ſcharwerck (wann von alters kein anders herkommen) frey gehalten werden. **Operarum diviſio in ruricales & manuarias.**

7. Deinde, quoad quantitatem, præprimis diſtinguuntur in *determinatas*, gemeſſene, geſetzte, Frohn⸗Schnitt⸗und Hewtäg; & *indeterminatas*, ungemeſſene, alltägliche, Frohn und Dienſt: Quarum illæ dicuntur, quæ ad certum tempus, aliasque circumſtantias ſunt reſtrictæ: da man der Herrſchafft 3. 4. oder mehr Tag in einem Monat oder Jahr, mit Treſchen, Schneiden ꝛc. zu dienen muß, Gail. *2. O. 62.* Wehn. v. Allerdienſt. Beſ. v. Frohn. Sich. *in C. ad T. d. Op. libert. ad rubr. num. 13.* Hiſce dominus contentus eſſe debet, neque ultra præfinitum numerum, qualitatem aut modum, quidquam exigere poterit, wer zu gemeſſenen, gewiſſen Arbeiten und Tagdienſten verbunden iſt, der kan wider ſeinen Willen, darwider und zu weitern nicht genöthiget werden. *Conſt. Elect. 51. part. 2.* Ziegl. *d. §. Nob. num. 118.* Hahn. *d. Op. lib. num 4.* Roſenthal. *cap. 5. quæſt. 71. c. 8. quæſt. 21.* Balthaſ. *c. 12. p. 299.* Brunnemann. *ad l. 23.* **in Certas gemeſſene.**

C. de Agric. & Cens. Maul. *de homag. tit. 4. num. 11.* Secus si fecerit, seu vi & metu, seu dolo & fraude, malisque artibus, non potest non impingere in primum, ab ipsa natura inditum, juris præceptum: *suum cuique tribuendum*: in decalogo, sub præcepto maximè: *non furtum facies*: repetitum. Es wåre dann, daß einer oder der ander mit gutem Willen weiter Arbeit des Jahrs verrichten oder sich durch Special-Pacta zu mehr Tagdiensten verbinden lassen wolte, *dd. Auth.* Hinc de illis rara disceptatio. Klock. *n. 84.* In dubio, si certæ operæ expressæ, eas potiùs restrictivè, quàm demonstrativè, intelligendas, notat Dn. Brunnem. *ad l. 30. d. Op. lib.* & ita interpretandas, ne subditorum conditio fiat deterior, Berlich. *p. 2. dec. 281.* Concludunt inde, subditos domino zum Baufůhren eines Rittersitzes obstrictos, ad novas filiorum ædes exstruendas non cogendos operas conferre, Treutl. *v. 1. d. 2. th. 4.* Speid. *in Spec.* v. Frohn. Item, eos, qui ad fimum vehendum tenentur, zu Mist führen, ad dispergendum eum & portandum non teneri, denselben zu spreiten, einzumachen, oder in die Weinberg zu tragen, Wehn. v. Tungung. Nec, si, v. c. per tres dies ad lupulum decerpendum, glandes aut uvas legendas, den Herbst einzumachen, obligati fuerint, uno verò anno lupulus, glandes aut uvæ non creverint, determinatas illas trium dierum operas in alias converti posse, Erhard *concl. 7. l. b.* Balth. *c. 12. p. 301.* Add. Brunnemann. *ad l. 30.* Quod ipsum quidam in illis operis procedere dicunt, quæ æquivalentem convenientiam nullam habent: in aliis verò, quæ æquipollentiam quandam sapiunt, atque operarum debitorem, ultra præfinitam præstandi rationem, aut nihil, aut parum admodum, gravant, commutationem illam non improbandam; quod æquitati non inconveniens putarem, imprimis si determinata servitia domino nullo unquam forent usui. v. Balthas. *c. 16. p. 400.* Huc pertinet quæstio: num rustici obligati ad arandum quotannis 3. petias terræ pro injiciendo ac seminando hordeo, easdem arare cogantur, si dominus fundi non hordeum, sed avenam, injicere velit: Item, rustici obligati ad excolendum certum districtum agrorum, sub formula: allenthalben, was in solchem Bezirck begriffen, nichts davon ausgeschlossen, an teneantur etiam excolere agros, post contractum in illo districtu quæsitos? de quibus v. Schåffer. *J. q. 37. 44. 45.*

Quæstio de iis. 8. Id in vicinia quæsitum memini: wann v. c. die Unterthanen Jahrs zu 3. Tagdiensten verbunden, ob sie von ihrer Herrschafft

zu

zu weitern Geschäfften und mehr Tagarbeiten, doch um billichen Taglohn, könten getrungen werden? Nemo equidem locare vel conducere cogitur invitus, *l. 11. l. 32. C. loc.* ut nec rustici, aut illorum liberi, operas suas certa mercede elocantes, eas propriis ipsorum dominis potiùs, quàm aliis, elocare jure teneantur, *arg. l. 21. C. Mand. l. 14. C. d. contrah. Emt.* Nobil. ac Amplissimus Dn. D. Lauterbach. *Patronus atque Pracept. summè venerandus, prælect. ad Tit. Loc. §. 1. memb. 4.* Carpz. *J. F. p. 2. c. 51. d. 9.* Balthas. *p. 175.* ex quibus quæstionem regulariter negativè decidendam esse, in aprico est. Wann jedoch die Herrschafft über die Tagsfrohnen unentbährlich mehrer Arbeit bedürfftig, scheinet Christlich, billich, und wohlanständig zu seyn, wann die Unterthanen der Herrschafft ihre nöthige Geschäfft um billichen Lohn verrichten: Cùm subditi generaliter ad fidelitatem, obedientiam & munerum præstationem, se obstringant. Schwören ihrem Erb- und Lands-Herrn, und dessen Erben, getreu, hold, gewärtig und gehorsam zu seyn, deren Schaden zu wenden, und zu warnen, nutz, frommen und bestes zu werben und zu befördern. Gail. *d. Arrest. c. 7. n. 10.* Knich. *d. Sax. non provoc. c. 5. n. 508.* vid. Maul. *d. homag. tit. 3.*

9. Indistinctæ (quales sunt, quæ ex superioritate territoriali *primit.* fluunt, aut quæ per conventionem vel similem causam restrictæ, aliquando per contrariam causam ad indeterminationem sunt deductæ) dicuntur, quæ dependent ex libera voluntate, & religione dominorum, nulloque tempore, modo vel qualitate sunt circumscriptæ, & toties in anno præstari debent, quoties exiguntur. Gail. *2. O. 62.* Klock. *d. c. 2. n. 54.* Erhard. *concl. 7.* quas tamen non ita accipiendas monet Bes. v. Frohn. quasi in infinitum extendi queant; hic enim spectandum, non quid extremè per vires, sed quid commodè, his salvis, possint. Brun. *ad d. l. 30.* Civiliter igitur hæc verba intelligenda, ita, ut ad æquitatis regulam, arbitrium boni viri, juxta subditorum fortunam, substantiam, possibilitatem, aliasque circumstantias restringantur. seyn in solche Maß und Zahl zu richten, damit die Unterthanen und Dienstleut, wider Gebühr, Billichkeit und Müglichkeit nicht gravirt, auch ihnen, sich selbst, Weib, Kind und Gesind zu nähren, Weingarten, Aecker, und Güter zu bauen, Zeit, Weil und Gelegenheit gelassen werde, *arg. l. 17. 19. 22. §. f. l. 30. 50. d. O. L.* Ming. *d. sup. territ. thes. 79.* Becht. *d. salv. cond. thes. 32.* Ziegl. *d. 5. Nob. num. 120.* Limn.

& Incertas, ungemessene.

l. 6. J. P. c. 4. Balth. *p. 312.* nam, ut aliis quibuscunque rebus, ita præprimis operarum exceſſus in lubrico, moderatio in tuto atque in laude poſita eſt, Paul. d. Caſtr. *in l. 137. §. 2. d. V. S.* Brunnem. *ad d. l. 30.*

De operis arbitrio domini commiſſis.

10. Conventionem operarum, quot dominus voluerit: vel quot ipſe arbitratus fuerit: ſo offt die Herrſchafft den Unterthanen gebrauchen wolte: fruſtra invalidam pronunciat, per *l. 35. §. 1. ff. d. contr. E. V. l. 12. C. eod.* Erhard. *concl. 23.* quem ſequitur Balth. *c. 12. p. 337.* his quippe verbis, nil ultra indiſtinctas operas promiſſum eſſe, nec prout ſonant, effectum habere, ſed arbitrium illud ad æquitatem redigi debere, patet ex iis, quæ *præced. puncto* dicta ſunt, vid. *l. 30. d. O. L.* Sich. *ad Rubr. C. d. t. num. 15.* Cœterùm indeterminatas haſce operas expedit non rarò determinari, ad evitandum iniquas ſubditorum querelas, plurimas lites, quæ exinde oriri ſolent, & expedienda commodius utrinque rei familiaris negotia. Hinc illam determinandi facultatem Beſoldus adſcribit der Lands-Obrigkeit: *Conſil. 189. n. 20.* eamque ſibi Elector Sax. in ſuis terris reſervat. *Nov. Elect. Aug. p. 2. conſt. 52.* Klock. *d. c. n. 53.* Sed & id nonnunquam fieri ſolet, ut, loco earundem, per contractum oneroſum, certæ pecuniæ ſumma præſtetur, ut elegans in hanc rem Facultatis inclytæ extra reſp. apud Beſ. *p. 4. concl. 175.* aut per transactionem aliis renuncietur. vid. And. Gielman. *rerum judic. Cam. lib. 1. dec. 8. per tot.*

Notab. de incertis.

Origo & Fundamentum. juris Operas exigendi.

11. Si vera ſunt, quæ de operis noſtris, eas ſcil. contra jus commune eſſe, ejusque prohibitioem, ac proinde odioſas appellari, Dd. ferè communiter prohibent, *per l. un. C. Ne op. à Collat. exig.* & Gl. ib. *l. 1. C. ne ruſtic. ad ullum obſeq. devoc.* Brunnem. *ad d. l. 1.* Klock. *d. cap. n. 40. & 47.* ubi propterea poſſeſſionem illarum in dubio vitioſam, per dominorum impreſſionem & vim, quibus ſubditi pares eſſe nequeunt, extortam, præſumendum eſſe, perſuadere conatur; cui adſtipulatur Merkelb. *ap. Klock. conſ. 5. p. 86.* (quamvis non deſint, qui textus illos ad illicita & extraordinaria ſervitia velint reſtringere. v. Brunn. *ad d. l. un.* Poncet. *de Civib. n. 16.*) originem illarum minus rectè juri communi adſcribemus. Beſold. *d. Reg. c. 9. n. 6.* arbitratur, *Francos, Gallia, Allemaunia, aliisque Germ. regionib. occupatis, jure belli multa jura ſibi reſervaſſe, imò proprietatem fundorum; eosq; ſubditis tantùm jure coloniarum reliquiſſe ipſisq; ſubditis operarum variè injunxiſſe præſtationes.* Alii aliis

nituntur

nituntur conjecturis: Plerique in eo consentiunt, quòd originetenus ex pactis & conventionibus. (quibus libertorum forte jura occasionem quandam dedere) descendant, quæ inter dominum ac subditos initæ, atque successu temporum continuatæ, & denique in universalem consuetudinem redactæ sint, Carpz. *Resp. jur. lib. 1. tit. 6. Resp. 56.* Balth. *c. 1. p. 17.* ut fortassis non malè huic operarum juri accommodari possint ea, quæ de jure Austregarum profert Auth. *Comitiol. Ratisb. p. 5. p.m. 390. quod ab initio à parte minorum Gentium fuit voluntarium, tractu temporis, respectu, authoritate & praeminentia potentiorum factum fuit necessarium:* sic indicta illa, quæ vulgò Bethe dicuntur, ab initio blandè per rogationes exigebantur, hodie per modum præcepti: atque ita ex precario, præceptum, ex bethen, gebiethen & ex bethe factum est Gebott, juxta illud, *est rogare Ducum &c.* Besold. V. bethe. Faciunt huc & ea, quæ de contributionum nativitate & incremento Klock. *c. 1. n. 97. & seq. & n. 116. & seqq.* de metatorum introductione Dn. Tabor. *d. Met. p. 1. c. 4. inprimis n. 9. p. 23.* de Clavium oblatione, Knipsch. *lib. 2. de Civit. Imp. c. 1. num. 67.* adducunt. Certè operarum præstationes, nunc in Germania, aliisque Europæ Regnis ac Rebus publicis, per longam & diuturnam consuetudinem ab aliquot retro seculis, usitatæ, atque pro lege habitæ sunt, Balth. *d. c.* Nec quenquam hodiè tam temerarium esse crediderim, ut consuetudinarium hoc jus Divinis Legibus, vel humanis constitutionibus omnibus, repugnare, diceret: *Quis enim est, qui subditos non teneri putet ad colligendas segetes Principis, & ad serviendum illi, qui vitam, & omnia sua, pro salute eorum semper tenetur parata habere?* inquit Arnis. *d. Jur. Maj. c. 1. lib. 2. p. m. 161.* *Tantumne non merebitur oculus vigil Principis, manus defendens Regis, ut ex L. gratitudinis præstet aliquid rusticorum unus & alter illi, cui post DEUM, debet Spiritum, cui universitas animam, quam tot millia hominum trahunt. Sanguinem prodigere debet pro salute Principis subditus, quidni impendet aliquid laboris, qui se debet: cur non jumentum quoque & asinum?* Plurimum Reverendus Theologus Dn. D. Osiander *in Dissert. Theolog. Polit. d. Jure Regio, th. 8.* Non debet detrectare leve aliquod incommodum, qui tanta ex tutela publica Principis, aut alterius, ejusdem vice fungentis, percipit commoda & emolumenta, *arg. l. 14. C. d. Suscept. Add. l. 3. in f. C. d. quadr. præscript. Nov. 1. præf. N. 8. præf. N. 43. & 46.* Wahremb. ab Ehrenb. *d. Reg. subsid. p.*

 m. 100.

m. 100. num. 7. Conf. Reinking. *l. 1. Cl. 5. c. 4. n. 96.* Klock. *d. tr. c. 1. num. 91. & seqq.* latè Herm. Lather. *1. d. cens. 2. num. 4.* Dn. Tabor. *de Metat. p. 2. cap. 1.* Confirmant id non solùm Germaniæ, Italiæ ac Galliæ, de operis statuta, vel etiam consuetudines (ut modo dictum) in tota ferè Europa hac in parte vigentes, secundum quas, tam in Supremis Imperii Consistoriis, quàm etiam in aliorum Principum ac Civitatum tribunalibus judicatur, teste Balth. *c. 2. p. 30.*

An exigantur vi *vel* Jurisdictionis *Criminalis?* 12. Cæterum quonam referendum sit jus operas exigendi, non una omnium est sententia. Universali ferè Germaniæ consuetudine, servitia & munera hæc, vi ac potestate jurisdictionis, exigi, post plures alios, latè probare conatur Balth. *c. 7. p. 107.* eaque propter inter fructus jurisdictionis, indubitanter retulit Gail. *d. Arrest. c. 10.* quod tamen textibus ab ipso adductis non probari posse, contendit Klock. *d. c. 2. n. 38.* qui & ipse tamen vix firmiores substituere videtur. Ad quam verò jurisdictionis speciem, sive potius partem, illæ pertineant, iterum non minus dubitatur: Et ei quidem qui in loco criminalem jurisdictionem habet, operas præstandas esse, communiorem sententiam dicit Otto *d. J. P. c. 11. p. m. 430.* quem sequitur Dn. Wurmf. *p. m. Exerc. J. P. 9. th. 41.* At aliter sentit Bal-

Civilis? thas. *d. c.* operas rusticas ad actus jurisdictionis simplicis sive bassæ, den niedern und Erb-Gerichten, referens; ut ita hac jurisdictionis parte munitus, etiam jus operas exigendi habere dicatur. *Besold.* tamen & *Speid.* hac V. post *Mollerum* ac *Knichen*, certi juris esse docent, quod jurisdictio sive superior sive ima, nihil commune habeat cum servitiis ac operis, die Obrigkeitliche Jura und der geleiste Burger-Eyd, ziehen die Frohn und Dienst, als einen Effectum, nicht nach sich, und bestehet die Jurisdiction, vornemlich in jure dicendo & defendendo, und nicht in oneribus imponendis, tradit quidam ex Maulio *d. hom. tit. 4.* Add. Carpz. *constit. 52. p. 2. d. 9.*

vel dominii directi? Klock. *d. c. num. 36.* Exinde non pauci concludunt, operas non vi ac potestate jurisdictionis, sed potiùs propter dominium directum, proprietatis jure, exigi: ideoque, in dubio, domino proprietatis, dem Erb- und Eigenthums-Herrn, à quo *rustici* sua bona in vim beneficii recognoscunt, nicht aber dem Gerichts-Herrn, ad-

vel Conventionis? judicari, Becker *d. J. P. lib. 3. c. 4. p. 193.* Speid. *h. v.* Id ipsum tamen cum citra conventionem expressam vel tacitam non fiat, Balth. *c. 7. p. 109.* alii operas ex conventione vel præscriptione tantùm

tùm deberi posse arbitrantur, Rudolph. ab Heiden. ap. Fritsch. *p. 1. Exerc. 10. th. 91.* Bocer. *Disp. d. Reg. th. 17. l. c.* Rursus alii juri mancipatûs tantùm, der Leibeigenschafft, accensent, Gryphyand. *ap. Arum. v. 2. Disc. 26. num. 107.* Alii denique Jus Operarum inter regalia, ac consequentia jurisdictionis territorialis, der Lands-fürstl. hohen Obrigkeit (d. quâ in seqq.) recensere malunt; Caspar Leipold. *ap. Arum. d. Concurr. jurisdict.* Sic enim ille probat, eum, qui hac fruitur, von Landsfürstl. Ober-Herrlichkeit und Hoheit wegen, etiam insalutatis, dem Cent- und Vogtey-Herrn, eorum districtuales, auch die Uncentbarn und Vogteyliche Untersassen und Lehenleut ad Jagdfolg, Pferd- und Hand-Frohn und Dienst, zu Fortführung der Jagdhund, Zeugs- und Netz-Garn ꝛc. cogere posse. Author. des Wertheimb. Gegen-Berichts contra Würtz-burg. *p. 1. c. 16.* concludit, dieweil nun unlaugbar, daß alle jetzt angedeutete, mit Feinds Gewalt eroberte, Schlösser, Städt und Dörffer, über zwey, auch drey oder mehr, hundert Jahren, der Graffschafft Wertheimb incorporirt und inseparabiliter anhängig; Dannenhero dem Grafen und Stamm-Hauß Wertheimb, in Krafft dero habenden Dignitæt, Regalien, des H. Reichs Rechten und Gerechtigkeiten, mit Frohn, Dienst, Steur, Atzung, ꝛc. unterworffen. Consentiunt Elector Mogunt. & cæteri Domini Confœderati *in Controversia Wildfangiatus* ad Elect. Palatin. Sprenger. *in Epist. ad Amic. Ellychn. præfixa*, Scriptores *d. controversia passim.* Civitas quoque Hamburgensis (cujus libertas nec hodierno die extra invidiam est: jurene, an injuria, id alii curent) Superioratem suam inter cætera & eo argumento contra Duces Holsatiæ probare conatur, quod à 10. 20. 30. 40. 80. 100. & ampliùs, annis, prædictis Ducibus à Civitate nulla servitia & operæ præstitæ fuerint. Burgold. *ad J. P. p. 3. d. 13. p. m. 107.* Idem quoque sentiunt Knipsch. *d. tr. lib. 2. c. 5. n. 197. & lib. 6. c. 3.* (ubi consentientes adducit *Baldum, Pruckman, Meisner.*) Besold. *d. trib. domest. soc. disc. 1. c. 5.* teste Balthas. *d. c.* Rosenthal. *d. F. cap. 5. q. 3.* Speidel. v. Landsfürstl. Obrigkeit, Auth. *Monument. Virg. Sacr. in Duc. Wurtemb. p. m. 307.* Dn. Kreidenm. von des teutschen Adels Staat ꝛc. *q. 4. n. 212.* Schüz. *in C. J. P. V. 1. D. 6. th. 22. l. c.* Spreng. *Inst. J. P. l. 2. c. 43.* Nec omninò alienus est ab hac sententia M. Dn. Myler. qui *p. 2. c. 38. num. 14.* ad effectum homagii refert, quòd exinde subditus domino adstringatur, zu allem unterthänigem Gehorsam,

vel Mancipatûs? *vel* Regalium?

horsam, item zur Reiß, Folg, Musterung, und Frohn-Diensten; quod ipsum & Erhard & Balthas. (utut nonnihil dissentire videantur, vid. illius *conclus. 8. inf.* hujus *c. 7. p. 121.*) non uno in loco fatentur: homagium v. s. die Erb- und Lands-Huldigung, est superioritatis recognitæ vera & infallibilis tessera, M. D. Myl. *d. c. num. 15.* proque actu universali jurisdictionis habetur, sub quo omnis alius actus, puta collectarum, tributorum, aliarumque functionum & onerum præstatio continetur, Klock. *c. 20. n. 330.* Bes. v. Huldigung. Bock. *l. 3. c. 4. n. 18.* Magis huc faciunt, ea, quæ ex Paurm. *lib. 1. c. 8. n. 8. d. Jurisd.* apponi merentur: *Ut enim suprema politica, sic quoque hac inferior Principum & Ordinum potestas, absque pecunia & hominum opera expediri nequit; ideoque tam jure regalium expresse concessorum, quam consuetudine Principibus, Comitibus, & reliquis Imperii Optimatibus, hominibus suarum ditionum subsidiaria onera, tam realia, quam personalia, injungere permissum: Personalia ut operarum rusticarum, qua vulgò* Frohnen *appellant &c.* Quibus & ego calculum meum adjicio, ita tamen, ut nec cæterorum opiniones simpliciter rejiciam, dicendo: regulariter facultatem exigendi operas à subditis, tanquam subditis, ex jurisdictione sive superioritate territoriali & regali, tanquam fonte, fluere, inde postmodum expressa vel tacita voluntate, ut aliorum Majestatis jurium exercitia, in alios derivari: ab hominibus verò propriis, similibusque personis, ex causis aliis: ut infra patebit.

Quæ mea sententia?

Jus Exigendi operas competit Imperatori.

13. Imperatori hoc Jus competere, in suis præsertim ditionibus propriis, hæsitationem nullam patitur; Erhard *conclus. 8.* sed & in Principum ac Ordinum subditos eum idem exercere posse, certum alicui videri posset. Generalis enim est definitio, præsumi de jurisdictione Imperatoris: sive niti eum intentione fundata quoad omnem jurisdictionem in toto territorio Imperii, item causis ac personis universis: ideoque cum quolibet ordinario concurrere Paurm. *l. 2. c. 4. num. 20. & seqq.* Reink. *l. 1. Cl. 5. c. 7.* latè Casp. Leipold. *de concurrentia Jurisdict. q. 3.* Imperator quippe fons & origo dicitur, unde velut per rivulos & canales diffluit & promanat quicquid est uspiam jurisdictionis. Carol. Tapia *in Rubr. d. Const. princ. c. 4. num. 10.* omniaque regalia & jura ex ipso, tanquam Oceano, & ad eundem, refluunt. sec. Jas. *in l. qui Roma. §. Seja. n. 15. d. V. O.* Sixtin. *de Reg. lib. 1. cap. 4. n. 1. & seqq.* Quæ assertio non malè quidem superioribus seculis convenit, teste Lehman. in der

Speyr,

Speyr. Chron. *lib. 4. c. 14.* ubi hæc leguntur: Wann ein Keyserl. oder Bischofflicher Beampter, Gesandter oder Diener gereyßt, haben sie Macht gehabt, von Metzgern, Beckern, und andern, was sie zur Nothdurfft bedürfft, vergebens zu nehmen, Pferd, Wagen, Schiff und Geschirr zu fordern, und haben die Handwercks- Schiff- Fuhr- und Ackerleut alle Dienst zu Frohn thun müssen. Status tamen modernæ Reipubl., libertas, privilegia ac jura Statuum Imperii (in quorum exercitio, Imperator se neminem tubaturum juratò promittit: ein jeden Herrn und Stand, bey Ihren Freyheiten, Hoheiten, Würden, Rechten, Macht und Gewalt rc. verbleiben zu lassen, *Capit.* moderni Gloriosiss. Imper. Leopoldi. *art. 3.* Becker *d. Jure P. lib. 3. c. 4. num. 15. p. 149.*) hanc sententiam vix ferre poterunt; inter ea quippe non minimum, *quòd Ordines Germaniæ subditos* (ex concesso sibi territoriali jure, unde operarum jus, ut hactenus dictum, dependet, illæque tanquam fructus colliguntur) *vel proprio ex arbitrio, vel prout cum ipsis pacti sunt, possint regere, ita, ut paucissima sint, quæ Imperator subjectis statuum immediatè potest imperare*, dicente Monzamb. *d. Stat. Imp. German. c. 5. §. 5. 6. & 28. Add. cap. 6. §. 8.* quod confirmat Pacif. à Lap. *in strict. ad d. c. 5. disc. 11. p. 373.* Conf. Burgold. *ad J. P. p. 1. d. 10. num. 3. p. m. 256.* Klock. *c. 4. d. contrib. num. 142.* Hinc est, quòd non pauci doceant, subditos domino immediato fortiùs adstringi, quàm Imperatori. Knich. *d. Avtocrat. c. 1. num. 1354.* Matth. Steph. *d. jurisdict. l. 2. p. 1. c. 7. num. 38.* Limnæ. *l. 4. c. 8. num. 9.* Schüz. *V. 1. D. 6. thes. 7. 15. 17.* Tentzel *ap. Fritsch. p. 1. Exerc. 2. thes. 63.* Dn. Stählen. *d. Venia ætat. l. K. p. 23.* Quæ tamen cum grano salis accipienda. vid. Reink. *d. c. 7. num. 44. & seqq.* Leipold. *d. qu. 3.* Limn. *d. c. num. 184.* Becker. *lib. 3. d. J. P. c. 4. num. 16.* Add. Zahn. *Ichnogr. Mun. c. 2. num. 6. & seqq.*

14. Principes, ac Cœteri status Imperii, non tantùm sessionis ac suffragii jus habent in Comitiis, sed & in territoriis suis (ut d.) gaudent universali territorii ac superioritatis (quod vocab. à Dd. nostris ex transalpinis Scholis, cum multis aliis, haustum, inque forum nostrum translatum, ait Dn. Tabor. *d. Met. p. 1. cap. 4. num. 5. p. 32.* Paurmeist. *lib. 1. c. 8. n. 5.*) jure, in omnes territorio inclusos. Dn. Conring. *d. Ducib. & Comit. p. m. 87.* M. D. Myl. *Archolog. c. 9. & seqq. & d. Statib. Imp. c. 35. 36. & 37.* Beck. *d. c. n. 17.* quod apud nostrates audit passim die Landsfürstl, Gräffliche rc.

Principibus & Statibus Imperii cæteris.

hohe Obrig-Herrlich-und Gerechtigkeit. *decret. August. 1548.* §. wenn auch. Knich. *d. Avtoc. c. 1. num. 1230. & seqq.* Schüz. *V. 1. D. 6. th. 4.* die Landsfürstl. Hoheit und Regierung. Seckend. *p. 2. c. 1. 2. 3.* de qua dubitat Dn. Pufendorf. *d. Irreg. Reg. p. m. 63.* an ullis antiquorum aut recentiorum cognita fuerit ea species potestatis, præterquam Germanis. Jure Civili certè est incognita, solisque moribus introducta, Magn. D. Myl. *p. 2. c. 36. num. 2.* Dn. Beck. *l. 5. c. 2. Not. S. R. I.* ut frustra propterea sint, qui hanc ipsam decempeda Juris Civilis, neglectâ moderna consuetudine, metiri conantur. Spring. *d. l. 2. c. 2.* Nec illam eodem ubique modo exerceri, eamque in aliquo territorio pleniorem, in alio autem minùs plenam esse, admitti debet Limneo. *l. 4. cap. 8. num. 188.* Fr. *p. 1. Ex. 3. th. 7.* ad cujus variantis superioritatis causas referunt nonnulli acquirendi varietatem, cum vel gratia, vel contractu, vel usu, quæratur. vid. Mev. *d. jur. Trib. Wism. p. m. 5.* Add. omninò Leyser. *ap. Fritsch. p. 2. Exercit. 3. thes. 14.* Hinc non est vana Dd. querela, quod nec jure aliquo scripto, nec perpetua, aut certa aliqua observantia, hæc sit definita, Dn. Bœkl. *d. cap.* Cæterùm in genere, ejus vigore, obeunt ferè omnia, quæ ad gubernationem Civitatis sunt necessaria: fruuntur enim jure sacrorum; ferunt leges, etiam juri communi contrarias; constituunt judicia; creant magistratus, eosque abdicunt; exercent jura belli, pacis, fœderum, inter se & cum exteris; gaudent jure fisci, indicunt collectas, & tributa, percipiunt vectigalia; cudunt monetam; paucis, vindicant sibi ferè omnia regalia, tam Majestatis, quam fisci; nec solum ea, quæ in *c. un. 2. F. 56.* recensentur, sed etiam, si quæ alia sunt, quæ magis ex recepto usu, quam lege aliqua scripta, regalibus annumerantur; facile enim mihi persuaderi patior, non omnia regalia, ne fisci quidem, (de quibus tamen vindicandis â Friderico Imperat. *ibi* decretum est, Cujac. *ad d. c.*) in d. c. enumerari, vid. Besold. *de Regalib. in præfat. num. 7.* sed & usu induci posse, ut quæ olim regalia non fuerint, inter regalia hodie numerentur, vid. *Posit. controversar. ex jur. feud. de regalib. decad. sub Præsidio* Magn. & Nobiliss. Domini Erici Mauritii, Assessoris nunc Cam. Imp. Graviss. Fautoris ac Patroni Maximi, *à me defensam.* Inter omnes, qui hæc & alia jura Statuum recensent, sufficit nominasse Magn. Dn. Myl. *in sæpius laudato, utilissimo Tr. d. Statib. Imperii.* & Dn. Seckendorff im Fürsten-Staat. *p. 3.* Exercent autem ea, non precario, familiaritatis

aut

aut administrationis, sed proprio quasi, (quicquid etiam contradicat Otto *in Tr. Polit. d. Majest. C. 2. n. 23.* cum aliis nonnullis) perpetuo ac ad heredes transitorio jure, Knich. *d. Subl. territ. j. l. 1. c. 1. n. 375. & d. Autocr. c. 1. n. 1302. & seqq.* Paurm. *l. 2. c. ult. num. 62.* M. Steph. *lib. 2. p. 1. c. 7. n. 30. & 49. d. Jurisdict.* Carpzov. *ad L. R. c. 3. s. 13. n. 24.* Monzamb. *c. 5. §. 28.* & ib. Pacif. à Lap. Ut propterea non adeò inconvenienter à quibusdam Reges, (sed dependentes tamen) salutentur, Bald. *in l. f. Cod. d. testam. milit.* quod ipsum agnovere Maximil. I. & Carol. V. Impp. in suis dictis, quæ refert Magn. Lansius, *in Consult. de Princip. Provinc. Europ. p. 211.* quod pluribus confirmant Limn. *lib. 4. c. 8.* Limn. Enucl. *l. 1. c. 8. num. 6. & l. 2. c. 14.* quibus add. Klock. *d. c. 4. num. 317.* ibi : *quoad Jus Principum, à Regibus, Imperii Principes, nihil aut parum distant ; imò verò plus possunt in Principatibus suis, quàm vel Rex Poloniæ in universo suo regno &c.* Æmulatur enim superioritas territorialis, summam Imperii majestatem, Dn. Conring. *de Ducib. & Comitib.* & à multis dicitur analoga majestas, Struv. *Ex. 3. th. 29.* Pufendorff. *de irreg. rep.* Burgold. *ad J. P. passim.* Imò Principes propterea uti clausula plenitudinis potestatis, inquit M. Stephan. *de Jurisdict. lib. 2. c. 7. num. 46.* Quosdam etiam Principes titulum Majestatis usurpasse, ex Hojeri *descript. Imp. Germ.* notat. Franc. Irenic. *in Colleg. in Burgold. p. 1. p. 132.* Putarem tamen hæc & alia ejusmodi inter rarò contingentia referenda esse : Legalia certè non esse, nec frequenti usu roborata, vix dubitandum.

15. Hinc etiam formula illa, parietaria, & ad prodigalitatem usque toties decantata (ut *Vietori* & *Limneo* dicitur) promanasse censetur, *quòd quilibet Princeps Imperii, ac alius jura territorialia habens, tantum possint in territorio suo, quantum Imperator in Imperio :* Ein jeder Herr ist Kayser in seinem Land, Mager. *de Advocat. arm. cum. plurim. allegat. c. 6. n. 47.* Klock. *c. 4. n. 144.* ubi originem ejus refert ad Castrensem, quem cæteros more avium ac ovium balantium turmatim secutos, ait ; longè tamen antiquiorem, & ante Br. & Bl. tempora, JCtos hoc axiomate usos esse, latè ostendit Schulenburg *in sing. de origine hujus d. Differt. apud Fritsch.* quod ipsum etiam confirmat M. D. Myler. *c. 14. d. St. I.* Perspicuam hujus dicti rationem esse dicunt, quòd ejusmodi Princeps, aut alius Imperii Status, territorium suum accipiat in feudum, cum

An Principes Status Imperii *tantum possint in suis territoriis, quantum* Imperator *in Imperio?*

eodem

eodem jure, quo Imperator & Imperium tenuit, Reinking. *l. 1. Cl. 5. c. 6. n. 8.* Verùm hanc rationem non parum obscuram reddere videtur, quòd tradente ipso etiam Reinkingio. *l. 1. Cl. 4. c. 16. n. 38. & seqq.* (nec non Sixt. *l. 1. de Reg. c. 4. n. 60. & seqq.* Knich. *de Avtocr. c. 1. n. 883.* Besoldo it. Limneo, ac aliis,) nonnulli Comitatus, ac Baronatus, in totum vel ex parte allodiales in Imperio fuerint & adhuc sint; Talem enim olim fuisse Comitatum Waldeccensem, Reink. *d. l.* Bregantinum, A. der Lindauischen Ausfuhr ꝛc. Hollandicum, Grot. *lib. 1. Annal. Belg.* perhibent: talem item hodie esse Comitatum Mörß, referunt, Reinking. *dict. l.* Schüz. *C. J. P. V. 1. D. 6. thes. 5. l. 6.* & Pinneburgicum, Schüz. *d. l.* Baroniam Bronchorst, & dominium Aerssen, Frid. â Sand. *in Consuet. Feud. Geld. tr. prælim. c. 1. num. 4.* Id certè constat, Civitates Imperiales, vix ulla excepta, (V. Limn. *ad Capit. Car. V. art. 24. V.* Stätte) nullo feudi nexu, territoriis suis imperare, Dn. Conring. *ad Lamp. p. 3. c. 3. §. 8.* Schüz. *d. th. 8.* Nihilominus tamen hujusmodi terrarum domini, Imperatorem ut Superiorem agnoscunt. Knich. *D. Territ. c. 1. n. 11. & seqq.* ejusque concessioni saltem regalia, territorio illorum cohærentia, acceptò ferunt. vid. Reink. *d. l.* Seckendorff. *p. 2. c. 2. n. 1.*

Quidam id negant? 16. Prædicta Regula, utut communiter recepta videatur, Boc. *de Regal. c 4. num. 3.* Otto. *de J. P. c. 17. p. 547.* Varia tamen & olim & nunc subit judicia. v. Clut. *Syllog. rerum quot. concl. 26.* Boc. *d. l.* Klock. *c. 4. n. 303.* Ziegl. §. *Landsass. num. 113. C.* Lerch. *de Ord. Equest. art. 2. p. 212.* Speid. *in Spec.* v. Landsfürstl. Obrigkeit. *quod vel. Plus tribuat Statib.* Carpz *de L. R. c. 1. s. 13.* Fritsch. *p. 2. Ex. 8. p. 390.* ita, ut non pauci, illam omnino ut falsum, temerariam, ac magno errore introductam, rejiciendam existiment *dd. Auth.* quippe, quâ secundum alios plus, secundum alios verò minus, tribuatur Ordinibus; Et prius quid. præprimis eâ ex causâ, quòd hac ratione tot majestates, quot Status Imperii, in una Republ. cumulentur, Sluter. *animadv. in Hyp. à Lap. p. 1. c. 2. n. 4.* quod ipsum per integrum libellum argumentis tamen satis infirmis, probare conatus est personatus ille Relfendso, *de Summa Princip. Germ. potestate*, dispari passu premens vestigia Monzambani. Cui occurri potest illis, quæ de dependente potestate Statuum proferunt Paurm. *l. 1. c. 6. & 8. de Jurisd.* Sixt. *de Reg. l. 1. c. 1. num. 8.* Lamp. *p 3. c. 3. §. 8. & ibi* Conring. Carpz. *ad L. R. c. 13. s. 3. num. 20. & seqq.* Limn. *l. 4. c. 7.* Dn.

Dn. Tabor. *de Met. p. 1. c. 7. num. 5.* Dn. Seckendorff. *p. 2. c. 2.* Otto *in Tr. de Majestate c. 2. n. 22.* Illustres Domini Rutheni, *in Dissert. Acad. de Tempestiv. ætat. sub Præsid.* Nobiliss. & Consult. Domini Scheineman, Ill. Colleg. P. P. &c. Patrono ac Fautore ætatem colendo *c. 3. num. 7.* Dn. Bœckl. *in Not. Imp. l. 24.* Burgold. *ad J. P. p. 3. p. 1. num. 7. & p. 1. d. 10. num. 18. d. 20. num. 18.* Pacif. *à Lap.* & Teutenb. *contra Monzamb. pass.* Auth. *Monitorum Imp. p. 46. A. dissert. d. Libert. Omnim. c. 5. 6. 49.* Stamler. §. *9 & seqq.* Egregia in hanc rem sunt verba Mauritii, *Landr. Hass.* quæ refert Limn. Enucl. *l. 2. c. 19. Tria studia Imperii ruinam procurare: primum eorum, qui Caput Imperii nostri absolutum, non limitatum, exoptant: Secundum eorum, qui libertatem Statuum ita deprimunt, ut servire, quam obedire malint: tertium eorum, qui dictam Statuum libertatem ita extendunt, ut legibus quibuslibet Imperii soluti magis, quam ligati apparere malint;* Posterius verò ideò, quòd Status ditiones suas in hæredes transmittere possint, non verò Imperator Imperium; hinc malunt dicere, *quemlibet Statuum plus posse in suo, quàm Imperatorem in Imperio,* Joh. Dauth. *ad l. f. C. d. pact. num. 16.* Klock. *d. c. 4. num. 314. & seqq.* Sed id quidem, ex dicta ratione, sequitur vel minimè: nec enim majestatis Jus est, nec ullus vel Politicorum vel JCtorum (quos mihi videre contigit) transmissionem talem, inter jura Imperantium retulit: cum nec alienare Regnum, ad imperandi facultatem quicquam facere, velint Politici, non infimi subsellii vid. Dn. Martin. *Profess. Chilon. Libert. Aquil. triumph. p. 1. c. 6. §. 5. in f. & p. 269. A. Exercit. contra Monzamb. Ex. 7. §. 13. p. 94.* Neque illa tam ex Procerum Imperii, quàm ex prima potiùs feudum constituentis & acquirentis voluntate ac potestate, sive ex pacto & providentia, dependet, juxta commun. F. F. sententiam v. Dn. Struv. *Synt. Feud. c. 9. §. 1.* Herm. *fascic. J. P. c. 5. in f.* Quid? quòd ita quemvis, etiam infimæ sortis hominem, plus posse sequeretur, quàm illos, qui summam ubique imperandi potestatem, electionis tamen jure, consecuti sunt. vid. Grot. *lib. 1. c. 3. §. 10.* Dn. Bœckl. & Dn. D. Osiand. *ad d. §. 10. & 11.* Kipping. *contra Auber. axiom. Polit. Gall. lib. 3. c. 3. ax. 10. & seqq.* Martin. *d. p. 269.* quibus in locis ostendunt, electionem, in se consideratam, potestatem Imperantium non diminuere. Ad. tamen Arnis. *c. 6. Rel. Pol. s. 5. n. 9.* Accuratiores qui sibi videntur, fundamenta assertionis illius desumunt ex Capitulat. Impp. & art. VIII. J. P. §. *gaudeant.* quòd nempe

vel minus.

An plus possint Status, *quàm* Imperator?

Imperatores destituantur propria facultate aliquid agendi, quod quidem majoris momenti est, nisi accedat Statuum consensus; Illi verò, quoad sua territoria, nullius consensu opus habeant, Burgold. *ad J.P.* Pacif. à Lap. *in strict. ad* Monz. aliique plures *ex Recentioribus, pass.* Quibus tamen se opponunt Stamler *de reservat.* §. *6. & seqq.* Sluter *in animadv. p. 1. c. 1. num. 13. 14. &c.* Otto *de Majest. c. 2. num. 15.* (cui & capitale visum, Ordines Cæsari dominatu ac potentia æquare) Herm. *c. 11. num. 74.* cœterique omnes, qui Statuum Imperii adhucdum Monarchicum esse contendunt: qui omnes etiam, ex necessitate suæ hypothesis, sibi persuasum habent, nec per Capitulationes summo Imperat. Imperio terminos poni, detrahi, vel illis Majestatem ejus lædi aut minui, Reink. *l. 1. cl. 2. c. 2. num. 97. & seqq. cl. 3. c. 9.* Herm. *c. 9. num. 6.* Kipping. *d. c. ax. 17. & 18. & in Instit. Polit. c. 16. lib. 1. dep. ult.* Gerh. *contr. J. P. Hec. 2. qu. 3.* Spreng. *l. 1. c. 28. in f.* aliique plures, inter quos mirum est & Limneum reperiri, (*V. eum l. 1. c. 12. num. 37. tom. 1. & 2. Add. in append. p. 280. & prolog. ad Capit. c. 8. num. 22.*) cum quasi pro aris & focis pugnet ubique pro statu mixto, & in eo Aristocratia prævalente: sed ipse tandem ambiguitatem vocabuli Majestatis (sub qua tam diu latere voluisse videtur) ostendit, *in annot. ad Capit. Rud. 2. art. 32. & ad Ferd. IV. §. 47.* Sequitur Limneum acutissimus Strauch. *Diss. Exot. 4. §. 28.* Capitulationem plenitudini quidem Imperii derogare, concedens, non tamen summitati: cui Resp. Stamler. §. *8. num. 7.* Sunt, qui & cæteris, non parvis ausibus, nec frustra, contradicunt; quos inter Hypol. à Lap. *p. 1. c. 5. s. 2.* Monzamb. *c. 5. §. 3. 4. & seqq. & ibi* Pacif. à Lap. Burgold. *p. 3. d. 5. n. 2.* Fr. Iren. *ad. d. & p. 3. d. 11. p. 126.* Limn. Enucl. *l. 1. c. 11.* Ad. omnino Arnis. *l. 1. de Majest. c. 6. n. 11.* Dn. Ziegl. & Dn. Bœckl. *ad Grot. l. 1. c. 3. §. 16.* Fortassis id saltem regeri posset, quòd & ipsa Principum potestas interdum per certa pacta & transactiones cum Statibus Provincialibus, quos vocant die Land-Ständ, sit restricta & temperata, ita, ut in rebus ad statum publicum pertinentibus, ferè nihil sine statuum consensu & consilio agere valeant. v. M. Dn. Myl. *c. 39. n. 9. 10. & c. 45.* C. Lerch. *art. 2. n. 31. p. 97.* Dn. Lauterbach, *d. Consil. c. 2. §. 4. & 12.* Burgold. *p. 2. d. 5. n. 7. & p. 1. d. 23. n. 4.* Relfend. *d. tr. c. 14. p. 237.* nisi quis cum Bocer. aliisque asseverare velit, consilium Statuum Provinc. voluntatis magis, quàm necessitatis, eorumque vota magis con-

consultativa, quàm decisiva esse, aut eos sæpiùs dicis tantùm gratia convocari: quod, utut quibusdam Provinciis convenire queat, generaliter tamen intellectum vix veritati conveniens esse crederem; quod & ipse Relfendso, parum aliàs tribuens autoritati Statuum Provinc. (dum eos Amens-Herrn appellare non veretur) non obscurè fatetur, *p. 237.* &, quem sequitur, Burgold. *d. n. 4.* Memini equidem, me formulam conventionis, non admodum dissimilem illi, quæ in Recessibus Imp. frequens est, hujusmodi Recessib. Provinc. denn Landtags-Abschieden subjectam vidisse, hisce verbis: daß auf solches, und nach allerley gepflegter Unterredung und Handlung, wir uns mit ihnen Prælaten auch Landschafft, und sie sich mit uns unterthänig verglichen, beschlossen, auch verabschidet haben ꝛc. Sed certiores de hac re erunt illi, quibus conventibus illis interesse contingit; Interim tamen ad cujusvis Regionis observantiam, pacta, & transactiones inter Principes & die Land-Stånd respiciendum esse, docet me M. Dn. Myler *d. n. 10.* Ad. Dn. Fritsch. von den Landtågen, *c. 8. §. 4.* & Seckendorff im Fürsten-Staat.

17. Tandem qui cautissimè se incedere putant, ajunt, *Tantum posse Ordines in suis Provinciis, quantum Imperator cum Statibus conjunctim, sive Comitia in Imperio,* Lamp. *p. 3. c. 3. §. 18. & seq.* Enoch. Glåsser, *d. Grat. delinq. conced. th. 43.* Pacif. à Lap. *d. 9. §. 5. p. 357.* Sed tamen & hic est, quod desiderare posses; sc. nec hoc perpetuum & liquidum esse, si exactiùs jura Statuum cum potestate comitiorum conferantur: ut id tantùm dicam, non paucos actus, excessus, ac defectus Ordinum, ab Imperio, judicio Camerali ac Aulico, posse confirmari, infirmari, reformari, corrigi, suppleri &c. interposita querela, appellatione, revisione, restitutione, mandato cum vel sine Clausula, aut aliis modis, Cameral. *passim.* M. Dn. Myl. *c. 14. n. 19.* D. Textor. *de jurisd. Territ. th. 34.* quis verò diceret potestatem & actus Comitiorum alterius reformationi &c. subesse! V. J. P. art. VIII. Grundfeste des H. R. Reichs *p. 3. c. 1.* Hyp. à Lap. *p. 1. c. 4. s. 1. & c. 9. p. 132.* Lamp. *p. 7. c. 13. §. 6. c. 14. §. 2. & 24.* & cæteri Comitiologi, ex quibus facili negotio erui potest, dictum istud, non usque quaque currere quatuor pedibus.

An tantum possint, quantum Comitia?

18. Vel ex his igitur colligitur, quàm minus benè, quidam communem illam regulam, ex ea potiss. causa infringere allaborent, quòd simpliciter & gen. intellecta, non sit vera: quos propterea non

Quatenus alii admittant communem illam regulam?

non immeritò, post Klock. *d. l.* redarguit Schulenburg. *de differt. c. 8.* Plurimi igitur illam admittunt, variis tamen adhibitis declarationibus, quas v. ap. Reink. *l. 1, cl. 5. c. 6.* Knipsch. *d. c. 1. n. 43.* Ming. *de Sup. territ. concl. 54.* Klock. *d. c. 4. num. 304. & seqq.* Quibus admissis, nec ego adeò intolerabilem eam putarem imprimis si cum Franzk. *lib. 2. Resp. q. 15. n. 47.* ita formaretur: Principes &c. jure territoriali eandem ferè potestatem in territoriis suis habere, quam olim exercuerunt Cæsares in universo Imperio. Verùm cùm & alia ejus notet vitia M. D. Bœckl. *in Not. S. R. I. lib. 5. c. 2. num. 1. & 2.* nondum etiam propter tot tantorumque virorum seriam ac constantem contradictionem, authoritatem, ut ita dicam, classicam, multò minus publicis constitutionibus Imp. sive avthenticis documentis, (quantum meæ quidem tenuitati constat) firmatam sive legalem, consecuta sit: declarationes etiam illius, non ubique patiantur rigorosum examen: nec denique tanta ejus in supremis Curiis sit necessitas vel utilitas (ad probandum enim vel decidendum controversum aliquod Jus regale, vix ubique valido fundamento niteretur, qui præter hanc regulam aliis probationibus non instructus esset: de quo V. omnino Schulenb. *d. l.* & imprimis *c. 9.* Huld. Euben *ap. Fritsch. p. 2. Ex. 8. p. 390.*) haud operæ pretium erit, ut multis ad eam defendendam desudem; Firmiter credens, nos illâ non adeò incommodè carere posse: per me tamen quivis suo abundet sensu: ego enim id unicè intendo, Principes nostri Imperii, Comites ac Barones, nec non alios, vi dictæ jurisdictionis territ. in ditionibus suis operas à subditis exigere posse; illam enim (secundum antea dicta) in Ducatu &c. comitantur omnia jura, regalia, jurisdictiones, pertinentiæ, castra, territoria. Ming. *d. sup. terr. th. 22.* quod præter quotidianam experientiam, rerum magistram, comprobant variæ Principum de operis Constitutiones, ac Ordinationes; cujusmodi extant in Electoratu Saxoniæ, Bavariæ, Brandeb. aliisque Provinciis. In specie, quasdam & quales operas Rustici Ducatus Brunsuicensis Principibus suis debeant, tradit Burgold. *ad J. P. p. 1. d. 23. in f.*

Mea de hac re sententia.

Jus exigendi operas & Nobilibus Immediatis competit.

19. Sed nec Nobiles immediatos, die Fr. R. Ritterschafft in Schwaben, Francken, Rhein-Strom, und Elsaß, ab hoc jure excludendos esse, evincit, non tantùm notoria facti evidentia, sed & jus territoriale, illis non minùs, quàm Principibus ac Comitibus, competens, v. præter *Authores* à Mager. *Adv. c. 6. n. 111.* & Wurmſ.

Wurmſ. *Ex. 3. p. 19.* adductos ad Caſp. Lerch. *de Ord. Eq. art. 2. num. 108.* Knipſch. *de Ord. Eq. & de Civit. Imp. l. 2. c. 5.* Kreidemann von des teutſchen Adels Staat ꝛc. *q. 4.* Carpzov. *ad L. R. c. 3. ſ. 12.* M. D. Myl. *c. 36. n. 12.* Dn. D. Lauterb. *d. J. Fiſci c. 2. §. 5. & d. præſcript. Crim. th. 8.* Fritſch. *Ex. 3. th. 8. & Ex. 4. th. 5. 27. & ſeqq.* imprimis Author deß Außführlichen Diſcurs und rechtlichen Bedencken über unterſchiedliche langgewehrte Strittigkeiten, auch obhabende Beſchwerden, wohllöblicher Fr. R. Ritterſchafft und Adels in Schwaben, gegen und mit den Schwäbiſchen Landgerichten ꝛc. *f. m. 156. & ſeqq.* ubi latiſſimè probat, daß die Fr. R. vom Adel jura territorialia auff ihren Frey-Adl. Rittergütern, nicht weniger als Fürſten und andere Ständ haben, und dahero ſelbige, ob ſie ſchon in andern hohen Fürſtenthummen, Graffſchafften ꝛc. gelegen, und umbſchloſſen pro ſeparatis territoriis zu halten ſeyn; daß ſich kein andere territorial-jurisdiction, ob ſie gleich darinn gelegen, über ſelbe erſtrecken möge; item, daß ſie kein andere, als eine Kayſ. Majeſt. und deß Reichs Jurisdiction erkennen; daß ſie pleniſſimam exemptionem wider alle andere hohe territorial-Bottmäßigkeit ex præſcriptione immemoriali erſeſſen; tandem, daß ſie pro perſonis illuſtribus zu halten, (quod ipſum etiam aſſerit Lerch *d. tr.* & in ſpecie von dem Schw. Reichs-Adel *art. 2. n. 2. p. 60.* quod & ante illos cum aliis docuit Beſold. *lib. 1. Polit. c. 9. §. 4. num. 15.* Diſſent. tamen Limn. *lib. 6. c. 3. num. 43. ubi Menochium Italicâ licentiâ inter illuſtres eos retuliſſe, ait.*) Communem certè eſſe hanc ſententiam, expreſsè teſtatur Knipſch. *d. l.* Schubhard. *d. Auſtreg.* Ipſamque rei veritatem evidenter oſtendunt actus ſuperioritatis, quos ratione vicorum, pagorum, ac caſtrorum liberorum exercent, Ming. *d. Sup. territ. concl. 59. & ſeqq.* Schüz. *v. 1. d. 9. thes. 10.* Knipſch. *dd. ll.* quorum plures ibi enumerantur qui & in d. außführlichen Diſcurs *ſub rubricâ* von der Burgundiſchen Strittigkeit, wegen gegen die Fr. vom Adel angemaſter *territorial*-auch *univerſal*-Obrigkeit *p. 144. & ſeqq.* latiſſimè deducuntur. Quo pertinet, quod Monzamb. ait. *c. 2. §. 14. Nobiles immediatos paribus ferè cum reliquis Statib. libertate & juribus gaudere, ut ad Principum fortunam nihil ipſis deſit, præter opes:* quodque majori libertate frui dicantur, quàm Comites & Barones Auſtriaci, Klock. *d. Contrib. c. 4. n. 301.* Expreſſius id confirmant ea, *quæ in tit. 6. p. 1.* deß erneuertem Ritter-Raths Fränckiſchen Creyſes Ordnung legitur, ibi: allein, daß ſie beynebens,

bens, und damit auch bey ihrem Herkommen, Ritterlichen Libertät, immunitåt, Freyheiten, Oberherrlich-und Gerechtigkeiten, auch andern erlangten Privilegien ihrem Innhalt und alter Billichkeit nach hingegen unbetrangt gelassen werden und bleiben mögen, denn die Erbhuldigung bringt die Ober-und Herrligkeit mit sich 2c. & quæ aus der Fr. Reichs-Ritterschafft confirmierter Ritter-Ord. der 5. Theil in Schwaben adducit Besold. *Disc. d. Eq. Ord. num. 6.* quibus addendus *art. 1. d. Ord. & 3. in f. ibi*: doch uns an unser exemtion, Freyheiten, Oberherrlich-und Gerechtigkeiten und Zugehörung in allweg unvergreifflich. *& art. 5. ibi.* daß uns solche Nacheyl, wo die in bestimmte unsere Gebiet, Ober-und Herrlichkeit beschehe, *art. 13. ibi:* vorgenannte unsere hergebrachte regalien, exemptionen, Freyheiten, Oberherrlichkeiten 2c. Add. omnino *art. 3. Capit. Leop.* Licet non desint Viri eruditissimi, qui superioritatem illis denegare allaborant, eosque inter *Gœddeus, Matth. Stephan. Speid. ad Dissert. Rum. Klock. d. Contrib. Lampad.* novissimè *Dn. Strauchius in Dissert. Exot. 4. eumque sequens* Spindler. apud Fritsch. *p. 3. Exercit. J. P.* argumentis tamen infirmioribus, quàm ut nos à communi sententia abstrahere valeant.

An Nobilibus Mediatis?

20. Nobiles Mediati, Ordinibus & Principibus subjecti, qui vocantur gemittelte vom Adel und Landsassen, Immediatis quoad insignia quidem, gradum, & ordinem dignitatis pares esse; ratione verò privilegiorum (quæ latiùs deducta videri possunt in *Disput. d. Nobilit. imprimis German. ante aliquot annos hîc sub præsidio* Magnif. & Nobiliss. Dn. Mauritii, *defensa,*) multis parasangis Immediatos illis antecedere, asserit Eychman. *apud Fr. p. 1. Ex. 3. th. 9.* Bek. *l. 3. cap. 4. n. 6.* Casp. Lerch. *d. tr.* eosque, in specie, Superioritate territoriali carere, evincunt ea, quæ adduxit Magn. D. Myl. *p. 2. c. 36. n. 10.* Knipsch. *lib. 1. c. 12. n. 49. & seqq.* Ming. *d. Sup. Territ. cap. 3. n. 30.* Interim tamen, cum non solùm dignitate, sed & potestate non exigua plerumque polleant, Reinking. *lib. 1. Cl. 5. c. 11. num. 36.* multique reperiantur Nobiles mediati, qui plura etiam regalia, ex Principum concessione expressa vel tacita, habent, teste Cluten. *in Syll. rerum quot. concl. 20. l. K.* M. Steph. *lib 2. d. Jurisdict. p. 1. c. 7. m. 2. n. 138.* Sixt. *d. Reg. cap. 4. n. 99.* nulla videtur adesse sufficiens ratio, quin eos iisdem, aut aliis modis, (de quibus infra) operarum Jus acquirere posse, & plurimis etiam in locis acquisivisse, concedamus. Vid. Ziegl. *ad aur. prax. Calv. §. Nobil.* ubi latissimè

tissimè *de Nobilium in suos subditos jure, & operis iis competentibus disserit.*

21. Civitatibus Imperialibus den Frey- oder Reichs-Städten Jus suffragii, cum superioritate territoriali, velle negare, (explosa jam dudum contraria *Curtii Sen. & Petræ d. potestate Princ. & Knichenii* sententia) ridiculum videtur Springero *d. J. P. lib. 2. c. 27. Quinimò cùm hodie per J. P. art. 8. expressè superioritas territorialis civitatibus adscribatur, cucurbitas cum Hadriano illi pingere dicendi sunt, qui in eo ampliùs disputant*, inquit Limn. *enucl. l. 4. c. 1. num. 16.* Magn. D. Myl. *in Archolog. c. 22. num. 5. & seqq. post plures alios à* Wurmſ. *Ex. 3. th. 18. allegatos* Knipsch. *d. Civ. Imp. l. 2. c. 5.* Burgold. *p. 3. d. 10. & p. 1. d. 21.* Limn. *l. 7. c. 1. num. 50.* ubi quoque tradit, unde Civitates superioritatem illam habeant. Eam in Principe appellant Landsfürstl. in Comite Gräfflich, in Nobilibus Adelich, in Civitatibus Städtliche hohe Lands-Obrigkeit, Ming. *d. Sup. territ. th. 47.* Veruntamen rectè alii contra Matth. Steph. *de Jurisdict. lib. 2. p. 2. c. 1. n. 63.* aliosque ejus asseclas, asserunt, quòd Titulo saltem ac nudo nomine, non re ipsa differat die hohe Landsfürstl. Obrigkeit, von der hohen Lands-Obrigkeit, Ehrenb. *d. fœd. lib. 2. c. 1.* Lampad. *p. 3. cap. 14. §. 15. num. 39.* ut ita, in super habita distinctione illa M. Steph. *d. l. inter jura territorialia, ratione ipsius territorii, & ratione personarum, de illo investitarum, considerata*, non ineptè & Nobilium & Civitatum Superioritas Landsfürstl. dici queat: nec tamen protinus exinde inferre licebit. Principes esse, quos Principalia jura tenere dixi: sic uti non statim Reges sunt, quibus regalia competunt, Caspar. Lerch. *p. 212.* Henr. Bruning. *d. Universit. th. 19.* Sicut enim regalia dicuntur, quod à Rege deriventur, Dapp. *d. Civ. Germ. p. 1. c. 7. num. 1.* ita nihil obstat, quo minùs hoc quoque Jus à Principe i. e. Imperatore communicatum, Principale sive Principis dici possit, Dn. D. Lauterb. *d. Jur Fisc. c. 2. §. 4.* ut sic die Landsfürstl. Obrigkeit nomen non mutuetur ab exercente & tenente, sed vel à communicante eam, (quo intuitu Boc. *d. Regal. cap. 4. num. 5. p. 449. Liberorum Nobilium ac Civitatum jus ac potestatem in subditos æque Regalem esse dicit, atque Ducum, Comitum, &c.* aut à natura sua vel forma, quæ cum ubique ferè Regalis sit, æquali itidem ubique nomine terminabitur, Knipschilt. *d. Civ. Imp. d. l. 2. c. 5. num. 24.* Vid. omninò Paurm. *l. 1. c. 8. n. 6. d. Jurisd.* vel etiam ratione initii sui & originis; longo enim inter-

Competit etiam Civitatibus Imperialibus.

intervallo Principes ante Civitates ad tantum libertatis faſtigium aſcendiſſe, teſtatur M. D. Myler. *cap. 17. num. 7. Archol.* Burgold. *ad J. P. p. 1. d. 21. num. 12.* vel denique, quòd illa in Principibus propter excellentiam Nobilitatis perſonarum, potentiæ, ac regionum amplitudinem, magis ſit conſpicua, Paurm. *d. l.* Conf. Beſold. *d. Civ. Imp. n. 9.* Schüz. *C. J. P. v. 1. d. 8. th. 23. l. E.* non enim negandum, excelſiorem in Principum Ordine reſidere dignitatem, aliisque præfulgere prærogativis, Dapp. *d. tr. p. 1. cap. 6. n. 20.* M. D. Myl. *c. 22. d. Tr. n. 9.* Limn. *lib. 7. cap. 1. num. 80.* & ibi in Addit. *(ubi 6. adducit diff.)* Klock. *d. Contrib. c. 5. n. 71.* Stantibus modò dictis, revertentes ad propoſitum, operarum Jus Civitatibus Imperii vi Jurisdictionis territorialis competere poſſe, citra omne ponimus dubium; Idque in terminis teſtatur Knipſch. *l. 2. c. 5. n. 197.* Add. Erhard. *d. Diſſ. concl. 11.* Cæterùm non injuriâ, hoc & aliquot punct. præcedentibus methodi leges ſubjectamque materiam exceſſiſſe videor? veruntamen temperare mihi non potui, quin ea, illorum potiſs. intuitu, quibus non parere ſummum nefas fuiſſet, ex recentioribus Scriptorib. de jur. Statuum, occaſione hac tractarem.

An Civitatibus municipalibus? 22. Neque tamen Civitatibus municipalibus, vel potiùs Provincialibus, den Land- oder Fürſten-Städten propterea, quòd hac jurisdictione deſtituantur, omne jus operarum denegaverim; eas enim jurisdictionem, mixtum & merum Imperium, aliaque jura, etiam regalia, privilegio, conſuetudine, præſcriptione, conceſſione Principum, vel quo alio juſto titulo ſibi acquiſita habere, teſtatur Matth. Steph. *l. 2. p. 2. c. 2. num. 17. & Fr. p. 1. p. 121.* T. Mich. *d. Jurisd. concl. 46.* Ziegl. *§. Civit. per tot.* Zahn. *in Ichnogr. Municip. c. 6. & ſeqq. plur.* Ming. *d. Sup. Territ. concl. 55.* iisdem igitur, aliisque j. enumerandis modis, operas membris ſuis imponere poſſe, præcipuè quæ conſiſtunt in reparatione, exſtructione, excubiis, cuſtodia operum publicorum &c. docet Ming. *d. Sup. Terr. d. concl.* Erhard. Imò & ipſi privati ſibi invicem certas ob cauſas, voluntariè operas præſtare poſſunt; quod imprimis in hoc Ducatu obſervari ſolet inter ruſticos & alios in exſtruendis ædificiis, da ſie einander aus Freund- und Nachbarſchafft baufuhren und frohnen leiſten.

Exiguntur II. *vi* Mancipatûs. 23. Ex iis quæ modò dicta ſunt, colligi poteſt, non nullas operas, interdum ex aliis etiam cauſis, quàm jurisdictione territoriali, etiam illis, qui illa non condecorati ſunt, & à non ſubdi-

tis,

tis, & sic etiam ab habitantibus sub aliorum Jurisdictione, deberi posse *V. A. Just. C. P. in præf. f. 3.* Sic variant quidem jura Mancipatûs der Leibeigenschafft, Leibsschuldigkeit; ut dispari jure non tantùm diversas Provincias incolentes, sed etiam proximi vicini, sæpè habiti fuerint, hodièque habeantur, *d. Auth. J. C. Pal. p. 1. c. 1. §. 2.* alibi enim certam nummorum summam, Leibgelt, Leibpfenning, alibi frumenti aliquot modios, Gült-oder Pacht-Getraid, alibi, imprimis fœminæ, pullos, gallinas, gallos gallinaceos, aut anseres Dominis suis, ihren Leibherrn, præstare solent: quos à tempore solutionis, dicunt Pfingst-Hüner, Herbst-Faßnachts-Sommer-Hennen, vel aliàs Zinß-Hüner, Leib-Haupt-oder Rauch-Hennen; (quæ ita dicuntur ratione foci, & inde exhalantis fumi. weil man sie aus den Häussern und Heerdstätten gibt. vid Besold. *v. Camin*) cujusmodi gallinarum præstationem jus mancipii arguere, ejusdemque indubitatum signum & argumentum esse, tradit Wehn. v. Leib-Henn, Stam. *d. Servit. Pers. c. 21.* Quamvis id perpetuum non sit; Besold enim v. Rauchhennen, ex *Scheplizio* tradit, quòd in Marchia infallibile indicium sint jurisdictionis, indeque *gallinas jurisdictionales* appellari: easque merum Imperium denotare, vult Husan. *de propr. hom. cap. 6. num. 64.* quòd in altum evolent, ibique requiescant, & propterea altitudinem juris significent; igitur secundum cujuscunque loci mores modò dicta erunt metienda. vid. Limn. *lib. 6. c. 4. n. 20.* His autem gallinis, rectè exigendis, à dominis certi officiales constituuntur, quos propterea Hünerfauth oder Vögt appellant, teste experientia; præsertim in hoc Ducatu Würt. & Besold. *h. V.* Stamm. *lib. 3. c. 24. §. 11.* In quibusdam etiam locis vicinis, receptum novi, Wann ein leibeygene ledige Person sich ehlich verheurathet zu Kirchen und Strassen gehet, so ist sie der Herrschafft zu Brautläuff zu geben schuldig 1. Saltz-Scheiben, oder, wie es von Alters herkommen 20. Batzen. Sed & in casum mortis, dominis suis emolumenta successoria plerumque debent, Mev. *ad Jus Lub. lib. 1. tit. 3. art. 2. n. 30.* quorundam locorum consuetudine, marito defuncto, pecudum præstantissimum, das beste Haupt (hinc dicitur das Haupt-Recht oder Fall, jus capitale, non in sensu latino, sed ad sonum vocum germanicarum, Schottelius *d. sing. quibusd. & antiq. in German. jurib. c. 2. n. 14.*) uxore mortua vestium optimam, das Weidmahl (weil man das heimgefallene beste Stuck Vieh den Erben aus

Exiguntur II. vi Mancipatûs.

dem Stall gezogen, oder von der Weid genommen Schot. *d. l.*) oder Wadmahl, das best Gürtel-Gewand; dictum propterea Gewandfall, *A. J. C. P. c. 2.* §. 7. Wehn. *d. V.* ex Lehmanno colligitur, hoc ipsum etiam Buttheil vocatum fuisse, *lib. 2. Chron. Spir. c. 20. p. m. 98.* quia est aut obvenit loco prædæ vel lucri: hinc hodiè dicitur Beuttheil Schot. *d. tr. num. 15.* In Ducatu Brunsuicensi nimmt die Herrschafft den besten Ochsen, der Pfarrherr den Hauß-Hahnen, der Meßner ein Brattwurst, teste Klock. *c. 1. n. 256.* Schottel. *d. c. 1. n. 21.* ubi inquit Es wäre gut, und mancher armen betrübten Wittwen und elenden Waiselein erfreulich, daß durch eine Obrigkeitliche Metamorphosin die Baulebungs (de quâ *V. d. A. d. cap. n. 19.*) Pferd und Küh sich in Hauß-Hahnen und Brattwurst verändern möchten. Hoc Jus porrò vocatur mortuarium, item das Erb-Recht, Erbfall, Gläß, Traur-Recht, Köhr-Recht (quia hoc, quod jure caduci debetur, electioni Domini sæpe est subjectum, Schottel. *d. cap. n. 14.*) todte Hand, exinde, wann ein leibeygener verstorben, und kein Haab noch Nahrung verlassen, davon der Bischoff hat können bezahlt werden, so hat man dem verstorbenen die rechte Hand abgehauen, und dann dem Herrn geliffert, referente Lehm. in der Speyr. Chron. *l. 4. c. 22.* quod confirmat Klock. *c. 1. n. 256.* Schottel. *d. l. n. 17.* Author tamen *Vindiciarum in mat. Wildfangiatus, f. 7. in p. 1. Script. Heidelb. id figmentum etymologicum & insipidum commentum nuncupat.* Add. Schott. *d. l.* ubi duas alias significationes manus mortuæ adducit. Latissimè vom Haupt-Recht vid. den ausführlichen Discurs über der Ritterschaffts Beschwerden, contra die Burgausche &c. beamten; in der neunzehenden Hegauischen Beschwerd. *p. m. 448.* Sic inquam, licet varient jura propriorum hominum, de quo latiùs Auth. *J. C. P. d. c. 2. & 3. p. 1.* Idem tamen *d. cap. 2. §. 8.* subjicit, frequentissimum & antiquissimum esse dominos propriorum hominum angariis & operis frui. Add. præter Aa. illic allegatos, *Tr. V. 1. D. 2. th. 4.* Arum. *D. J. P. 26. n. 107.* Rosenth. *d. F. c. 5. q. 71.* C. I. A. *d. Stat. Hom. th. 18.* qui cum aliis passim testantur, homines proprios plerumque ad operas teneri. Idque imprimis in Palatinatu inferiori recepti moris & juris esse, tradit prælaudatus Auth. *J. C. P. c. 3.* ubi tamen in fine admonet, hæc omnia alibi conjunctim, alibi verò divisim, pendi, pro diversa mancipatûs in Germania facie & natura. Add. Spring. *in d. Epist. ad Amicum. imprimis verò laudum compromissoriale, ratione Wildfangiatus. Serenissimo Ele-*

ctori

Bori Palatino competentis, quod refert Burgold. *ad. J. P. 1. d. 26. n. 12.* Hinc servitutis homagium in hunc ferè modum conceptum legi: daß sie nehmlich ihrem Leibherrn nicht abschweiffig, oder fluchtsam, sondern treu, hold, und mit Frohn, Dienst, Leibsteur, Pön, Fällen, Gelässen, und allem deme, so sie von Leibsschuldigkeit wegen, dem Leibherrn von Alters her zu thun schuldig, gewärtig seyn wollen ꝛc.

24. Sic & Dominus directus prædii rustici, vel alius, superioritate licet destitutus, operas nonnullas per pactum & stipulationes sibi acquirere potest. *arg. l. 4. l. 5. d. O. L. l. 1. C. eod.* Sichard. *ad Rubr. d. t.* Quemlibet enim conditionem suam aggravare posse, extra dubium est. Ein freyer Mann kan sich zu Dienst und Frohn wohl verbinden, und seinem freyen Stand ein Beschwerd beyrücken, *l. 22. C. d. Agricol. & censit.* Husan. *c. 3. num. 5. cap. 6. num. 61.* Ziegl. *§. Nobil. num. 52.* Maul. *d. homag. tit. 4. num. 1.* Idque non tantùm ad certum tempus, sed & in perpetuum. Dn. D. Lauterb. *ad Tit. loc. num. 13.* Vicissim & domino prædii liberum est tempore concessionis prædii, legem ponere quam vult, *l. 48. d. pact. l. 7. Com. præd.* Balthas. *c. 7. p. 100. & c. 4. p. 79.* v. latè Stam. *d. servit. Pers. lib. 3. c. 12.* Sicut enim Vasallus domino feudi, & libertus patrono, propter acceptæ rei feudalis, aut libertatis beneficium, ad servitia adstringi potest. *c. un. §. f. in qu. caus. feud. am.* ita pariter rustici, ratione acquisiti prædii, ad operas pro utilitate domini subeundas obligari queunt, ita, ut illæ postmodò pars canonis vel annuæ præstationis esse, existimentur; hinc & vulgò Gültfrohn appellari solent, Balthas. *d. c. 7. p. 109.* Idque & tacito pacto fieri posse, si scil. prædio operæ inhærerent, idque alius non ignorans acceptaret, *arg. l. 3. d. R. C.* ostendit Balthas. *d. l.* modò tamen per hujusmodi pactum domino territoriali, quoad competentem sibi superioritatis jure servitiorum exactionem, præjudicium inde non generetur. vid Balthas. *d. l.* Huc etiam pertinet, quòd dominus, tempore receptionis in civem, possit apponere legem, quàm vult; veluti si paciscatur, ut singulis annis, hoc vel illo mense, solvat aliquot modios frumenti, aut certam summam denariorum, Kornpächt oder Gült; item ut toties domino operetur arando, conserendo, triturando &c. quæ omnia plerumque solummodo à Nobilibus in pagis & villis eorum introduci, asserit Besold. *in Thes. Pr.* v. Burger. quem vid. Id hìc etiam non incommodè

III. *Vi conventionis.*

modè quæri poteſt: Ob die vom Adel erkauffte Bauren-Güter, welche mit Frohn und Dienſt beſchwehrt, jus & naturam immunitatis, bekommen, und dem Adel frey anwachſen, oder ob ſelbige den Dienſten und Beſchwerden verhafft bleiben? Prius multis, quoad die Reichs vom Adel maximè propter Jus deß Adels frey kauffts, defendere conatur Caſp. Lerch. *d. Ord. eq. art. 2. num. 103. p. 170. & multis ſeqq.* poſterius verò plerique quoad Nob. in genere verius arbitrantur, Speid. *in Spec. v.* Bauren-Güter. Klock. *c. 14.* Tabor *d. Metat. p. 97.* Brunnemann. *ad l. 2. C. d. Privileg. dom. Aug. l. f. C. d. Exact. Trib. aliique plures*, à Balthaſ. *allegati c. 8. p. 150.* vid. Roſenthal. *d. T. c. 8. q. 22. in f.* Pactis tamen, conſuetudine aut aliis ejusmodi modis, contrarium multis in locis receptum eſſe, omninò nullus dubito. Quod ipſum me, controverſiâ, hac ipſa de re motâ, paucas ante ſeptimanas docuit Vir quidam Nobiliſſimus, in praxi non parum verſatus; exempla ſuppeditat Lerch. *d. tr. p. 181.* Sanè in der Weinmar. L. Ord. *tit. 36.* expreſſè ſancitum eſt, ne Nobiles emant bona, eo fine, ut immunitatem ſibi polliceantur, Knichen. *d. veſtit. part. p. 2. cap. 3. num. 109.* Id etiam hic quæri poſſet, an prædio, cui operæ inhærent, aucto, augeantur & ſervitia; & viciſſim, an propter decrementum prædii, ſervitia quoque minuantur? A. id contra Carpzovium, Balthaſ. *cap. 12. p. 326.* Add. Struv. *in ſimili cauſa, in Synt. Feud. p. 414.*

IV. *Vi Præſcriptionis.* 25. Sicuti pactis, ita & legitima præſcriptione, jus operas exigendi (unâ cum territoriali jure eas quæ inde dependent, vel ſine eâ cæteras) acquiri poſſe, non ullum dubium eſſe, teſtatur Klock. *c. 2. num. 46. & c. 17.* Erhard. *concl. 10.* Knipſchilt. *l. 6. c. 3. num. 14. cum allegatis.* Ita Comites Wertheimenſes in Monaſterio Brumbach, id à tempore hominum memoriam excedente habitum & uſurpatum jus dixit Auth. deß Wertheimb. Gegenberichts, contra Würtzburg. *c. 3. f. 43.* his verbis: Ebenmäßig hat die Grafſchafft die Frohn, Lager, Atzung und Reyß bey mehr beſagtem Kloſter von Alters her gebracht. Modò tamen non familiaritatis, precarii, devotionis, aut amicitiæ tantùm cauſa, vel vi coacti eas præſtiterint, Aus keiner Schuldigkeit oder Pflicht, ſondern allein auff Anſuchen und aus Gutwilligkeit, zur Bette, oder Herrſchafft zu gefallen, Gail. *d. Arreſt. c. 7.* Stamm. *lib. 3. c. 13. num. 9.* Carpz. *p. 2. conſtit. 4. def. 2.* Franzk. *l. 2. Reſp. q. 15.* Sed quid, ſi ruſtici dicant, ſe ſervitia aliquandiu precariò præſtitiſſe; at dominus contra, jure

ſuo

suo se illa exegisse, utri incumbet probatio? vid. Moller. *l.4. semestr. cap. 38.* Knichen. *d. d. c. 3. n. 49.* Justus titulus, bona fides, an & quatenus; item quot anni ad hanc præscriptionem requirantur, vid. ap. Erhard. *concl 14. & seqq.* Maul. *d. t. n. 7. & seqq.* Balthas. *d. c. p. 200.* Stamm. *d c. n. de Jure Saxon.* vid. Carpz. *p. 7. const. 4. d. 1.* Klock. *c. 17.*

26. Nec minus ex speciali concessione, privilegio, gratia Principum, jus operarum, quod territorii vel alio jure habent, interdum in alios derivatur, Klock. *d. c. 2. num. 37.* Ziegl. §. *Nobil. num. 55. §. 10.* possunt enim & solent Principes, aliique qui jure superioritatis territoria possident, ex iis Nobilibus aut aliis castra, pagos, vicos, plerumque cum omni causa, emolumentis, adhærentiis, pertinentiis, jurisdictione, & aliis, atque sic etiam hoc, juribus, Mit allen ihren Ehren, Würden, Freyheiten, Ein- und Zugehörung, mit allen Gerichten, mit Ober- und Unter- oder Erb Gericht rc. plerumque feudi lege conferre, ita, ut rustici Nobilibus suis etiam juramentum subjectionis præstare cogantur. Struv. *Synt. Feud. D. 6. th. 10.* Reink. *l. 1. Cl. 5. c. 11. num. 36.* Rosenthal. *c. 5. q. 8.* Paurmeist. *lib. 2. de Jurisdict. c. 9.* Knichen *de vestit. pact. part. 2. cap. 1. & de jurisdict. territ. cap. 1. num. 228.* Omninò autem hic tenor investituræ quam diligentissimè attendendus, Erhard. *conclus. 9.* Cùm igitur jurisdictio secundum prædicta nil commune habeat cum operis, sequitur castro, e. g. in feudum dato, cum jurisdictione tam inferiori quam superiori, non simul Jus operarum concessum esse; utpote cum talis investitio ad jurisdictionalia in causis civilibus & criminalibus non verò ad Jus superioritatis vel alia regalia pertineat, Klock. *cap. 19 num. 637.* quo facere videtur, quòd Nobiles in Austria & Misnia à Principe territorii operas redimere teneantur. Besold. *de trib. domest. soc. spec. c. 5. num. 6.* Hinc peculiarem earum concessionem vestitiam requirit Knichen. *d. c. 1. num. 1.* & ex *Andr. Isern.* refert Erhard. *conclus. 9.* quòd necessaria sit clausula cum angariis & parangariis, ad hoc, ut Baro possit servitia exigere: Wie dann die Investituren und Lehen-Brieff gemeiniglich auch auf die Frohn und Dienst gerichtet werden. Erhard. *concl. 10.* Klock. *d. c. 2. num. 38.* Si tamen quis usum vocabuli Jurisdictionis in regione quadam tam amplum esse ostendat, ut & servitia hæc comprehendat (quid enim hujus nomine veniat, id non tam desumi debet, ex jure Romano, quàm ex usu cujuscunque Reip. Hahn. *ad*

V. *Vi* specialis concessionis.

Tit. de Jurisdict.) ille me non nimis refractarium habebit; quà de re specialem constitutionem in Electoratu Bavariæ existere, ait Balthas. *c. 7. p. 125.* Klock. *c. 20. num. 88.*

VI. *Vi. necessitatis.* 27. Quamvis autem ab operis præstandis aliàs immunitatem subditi concessam habeant, aut hæ vel illæ nunquam ab iisdem exactæ fuerint; publica tamen necessitate ingruente, easque poscente, licitè nihilominus exiguntur, *arg. c. 2. X. de Consil. c. 2. X. de immunit.* Erhard. *conclus. 10.* Knipsch. *d. l. 6. c. 3.* Balthas. *c. 9.* cùm & aliàs, eadem urgente, à regulis juris communis recedi soleat, *l. 162. d. R. J. sc. necessitas*, inquit Seneca, *magnum imbecillitatis humanæ patrocinium, omnem legem frangit.* v. Klock. *c. 4. num. 214. & seqq.* Hinc Nobiles, aliosque subditos ac cives, ad custodiam castris suis faciendam zur Wachtfrohn (ad quam aliàs de jure cives non tenerentur, *Constit. Elect. Sax. p. 2. constit. 51.* Carpz. *ad d. Constit. d. 1.*) cogere posse, multis authoritatibus comprobat Balthasar *c. 9. v. 1.* Idem etiam Juris esse in refectione castri, sentit Becht *de Salv. cond. concl. 52.* de nocturnis operis *Vid. infr.* De operis & operibus publicis, quæ propter delicta exiguntur, & à nostris vocantur Schellenwerck, V. Besold. & Speid. *d. V.* De illis verò, quas obærati debitores vice debitæ pecuniæ præstant, v. Mev. *ad Jus Lubec.* Stam. *de serv. person. l. 3. c. 6. n. 5. & 6.* nec non de iis, quas ab hostibus redemti, in casu, quo lytrum solvere nequeunt, per quinquennium redemtori debent, *V. l. f. C. de postlim. revers.* de singulis enim hisce operis non hîc est agendi locus. Ex prædictis autem infertur 1. unum eundemque rusticum, & diversis dominis, diverso, nempe subjectionis, conventionis, & manicipatûs, jure, diversas operas præstare teneri: & uni eidemque, sed diversis ex causis: Licet enim aliàs nemo duplici onere sit prægravandus, ut tradunt Dd. *per l. bona f. d. R. J. & alios text.* exceptionem tamen id patitur, si ex diversis causis & obligationibus quis aliquid præstare teneretur, Klock. *de Contrib. c. 11. n. 28.* 2. Quamvis magnum vinculum & plerumque subjectionem importent operæ, non tamen per eas infallibiliter probari posse die Landsfürstl. Obrigkeit.

Ad operas tenentur subditi. 28. Quinam ad operarum præstationem adstringantur, ex iis, quæ de personis eas exigentibus dicta sunt, conjicere licet: Nobis hîc dixisse sufficiat, quòd præprimis subditi, quorum gloria in obsequii promtitudine vertitur, hoc onere graventur, Erhard. *concl. 19.* Knipsch. *d. l. 6. c. 3.* Hi quippe per domicilii constitutionem ad omnia

omnia onera, servatâ tamen graduum distinctione, & salva pactorum, privilegiorum, dispositione, simul tacitè se obligasse censentur. Nobiliss. & Ampliss. Dn. Hasenloff. *Tr. de Domicil th. 51.* Tentzel. ap. Fritsch. *p. 1. Ex. 2. th. 113.* Subditum autem, moribus nostris, non facit sola, ut quondam, origo, nec domûs, bonorum aut feudi possessio. Viet. *de caus. Exem. concl. 22. & seqq.* Brunnem. *ad l. 4. C. de Incol.* Klock. *c. 11. n. 4. 5.* V. tamen eund. *c. 13. n. 16. & seqq.* latè Bes. *v.* Huldigung. *p. m. 707.* Tentzel. *th. 44. th. 80. 84.* ubi except. nec sola jurisdictio vi magistratûs competens, nec contractus, aut delictum, imò nec solæ operæ, vel jus mancipii, Gail. *de Pignor. th. 8. n. 5.* Tentzel. *de Ex th. 79. & seqq.* Petr. Poncet. *de Civ. Municip. dist. 4. p. m 380.* Auth. *J. C. P. passim.* Sed domicilium vera & unica causa est, quæ facit subditum propriè & magis in specie (vid. Tentzel. *de Ex. th. 7. & seqq. th. 73. & seqq.* ita dictum, M. Dn. Myl. *c. 38. n. 7.* Dn. Hasenloff. *th. 50.* Gryph. *ap Arum. Disp. 26. th. 18.* Vid. Brandes. *ap. Fr. p. 2. Ex. 4. th. 14.*) etiamsi homagium, die Land- und Erb-Huldigung, non sit præstitum, M. Steph. *de jurisd. l. 12. p. 1. c. 7. n. 250.* Maul. *d. hom. tit. 1. n. 2.*

19. Et quidem ex illis Rusticos sive villaticos plerumque operis & serviriis non honoratis & sordidis obnoxios esse, extra omnem dubitationis aleam est, Erhard. *concl. 18. 19.* Jhren Herrn müssen sie offt des Jahrs dienen, das Feld bauen, säen, die Frucht abschneiden, und in die Scheuren führen, Holtz hauen, und Gräben machen, Münster. *lib 3. c. 28.* Cosmograph. Vid. Speid. *in Spec.* h. v. Balthasar *c. 8. p. 135.* Rusticos autem hîc dicimus, qui ruri in pagis aut oppidulis, in den kleinen Bauren-Städtlein, habitantes, laborant terram seminando, vineas fodiendo, aut quid simile faciendo, Münster. *d. c. 28.* Speid. *Spec. v.* Bauren. & opponuntur civibus sive Burgensibus, den Bürgern, qui in Burgis, civitate aut urbe habitant; secundum vetus proverbium: Burger und Baur, scheidet nichts als die Maur: quod explicat Franck in seinen Sprüchwörtern. Cluv. *de Germ. Antiq. l. 1. c. 11. p. 111.* Burg. *ad J. P. p. 1. Disp. 21. m. 4. p. 383.* ubi ex Lehman. aliisque originem discriminis inter plebem urbanam & rusticam, unter Burger und Baurn, refert dedisse Henricum Aucupem, nonum quemque virum, cum certa frugum parte, ex agro & pagis in urbes, ab illo noviter extructas, (eum enim præ aliis in Germania urbibus struendis operam navasse, ostendit Conring. *de Urbib. Imper. p. 29.* M. Dn. Myl.

Et ex illis *Rustici* præcipuè.

Archol.

Archol. cap. 28.) transferendo. Nec hodie tamen rarum est, in Germania villanos, qui jura universitatis in villâ quadam, præsertim in denen Marckflecken, consecuti sunt, Burger vocari. Knipsch. *de Civ. Imp. lib. 2. c. 19. num. 15.* quod in specie de pagis Würtenbergicis tradit Dan. Hauff. Id non omittendum esse duximus, rusticos Germaniæ alibi liberiore, alibi duriore, conditione vivere, Burgold. *ad J. P. p. 1. d. 13. inf.* vid. Ziegler §. *Nob.* Husan. *c. 6. num. 75. & seqq.* ita, ut reperiantur Rustici in Principatu Elwacensi & aliis quibusdam in locis, nulli domino subjecti, adeoque omni vicinorum dominorum jugo exemti, à tributis, servitiis, aliisque similibus, prorsus immunes, Mager. *de Advoc. arm. c. 6. n. 27. & seqq.* Imò reperiuntur integri pagi, qui præter Imperatorem nullum superiorem agnoscunt, Freye Reichs-Dörffer. vid. J. P. *art. 1. §. 2. v. Terminus à quo.* inter eos refert Goldast. *in epist. dedicat.* der Reichs-Händel Suffelheimb, Jodramstein, Gamb, und andere. Consimilis ferè juris fuisse Rusticos in Altingen propè Herrenberg, & Mühlhausen 2c. refert Speid. in *Spec.* v. Bauren. Daß sie nemblich mundbare Flecken waren, die keinen Vogt gehabt, sondern immediatè unter Käys. Majest. gewesen, nachgehends aber sich in Fürstl. Würtemberg. Schutz vertraut. Huc etiam pertinet, quod von den Frey-Bauren ex Husano adducit Stam. *de serv. Pers. lib. 3. c. 3. num. 2.*

& Cives, 30. Sed tamen nec Cives omnes ab operis & aliis muneribus maximè quæ in civitatis custodia, excubiis, munitione, & defensione consistunt, immunes sunt. Civis enim loci non est, qui loci onera non sustinet, *l. 1. §. 1. ad Munic. l. 33. §. 5. eod.* Erhard. *concl. 20.* Knipsch. *lib. 6. c. 3.* quo pertinet locus A. B. *tit. 16. ibi*: Es sey dann, daß sie leiblich und auffrichtig in die Städt ziehen, und mit der That und Warheit, ohn Betrug, in solchen ihren Sitz und Herd haben, auch die gewöhnliche Bürden, als Dienst, Stadtrecht, Tribut, Steur, und dergleichen Aufflagen in denselben über sich nehmen, und außrichten. Et sanè nihil priùs audire solent novi cives, quàm illud: contribulis factus es, observa ordinem. Arnis. *relect. lib. 1. c. 5. sect. 5. num. 22.* Nec id injuria: cùm non ferendus sit, qui lucrum amplectitur & onus recusat, *l. un. §. 4. C. d. Cad. toll.* Notandum tamen monet Knipschilt. *d. l. num. 6.* discrimen inter subditos Civitatenses & villaticos; quòd illi ea tantùm, quæ ad communem totius civitatis utilitatem pertinent, præstent, ut sunt: ligna

ligna in civitatis usum cædere, advehere, plateas à sordibus expurgare, vias munire, pontes reficere, civitatem custodire, aut tale quid operari, quod publicè sit utile. v. Ming. *d. l.* Verùm hanc restrictionem non omnibus convenire Civitatibus, ostendunt operæ venatoriæ, aliæque similes, quas civitatenses etiam exhibere solent, teste experientia. Videndum igitur, quid morum diuturnitate & quasi consensu introductum sit, Erhard *d. concl. 20. l. b.* Quod v. Balthasar *c. 9. p. 173.* tradit, ab operis, publicam utilitatem & necessitatem respicientibus, ne quidem Imperatorem, Ecclesiam, aut alias personas privilegiatas immunes esse: id quo sensu verum sit, disci potest ex iis, quæ tradit Klock. *c. 9. & 12. num. 224. de Contrib.* Brunn. *ad l. 5. 7. 11. C. d. SS. Eccl. ad l. 1. C. de privileg. dom. Aug. ad l. f. d. t. imprimis ad l. f. C. d. immun. nem. conced. ad l. 6. l. 11. C. d. op. publ.* Petr. Poncet. *d. Civ. dist. 39.* Cives quinam hîc dicantur, ex prioribus colligitur.

31. Incolas, Beysitzer, Gädemer, Bey- und Innwohner propriè cives non esse, magnamque inter hos diversitatem esse, ita, ut in Statutis Civium appellatione regulariter non veniant, hodieque multis in locis quædam commercia, pascua, aliaque civitatis commoda, exclusis incolis, ad solos Cives sint restricta, post plures alios, novissimè ostendit M. D. Myler. *c. 38. de St. J.* Dn. Hasenloff. *de tr. th. 54. 55.* Nihilominus tamen veri sunt subditi, &, quoad subjectionem, à civibus nihil vel parum differunt, Schüz *V. 1. D. 6. th. 17.* Knipsch. *l. 2. c. 29. n. 78.* Gryphiand. *apud Arum. Disc. 26. n. 46.* Hahn. *ad Wes. ad Municip. inf.* plurimis etiam civium commodis, privilegiis, & juribus utuntur. *V. l. 27. §. 1. ad Mun.* Dn. Hasenloff. *th. 55.* largâque civium appellatione veniunt, Knipsch. *d. l. per l. 190. l. 239. §. 2. d. V. S.* Zahn *Ichnogr. c. 90.* Hinc & statutis & consuetudinibus illius civitatis obligantur, Carpzov. *p. 3. constit. 12. d. 16. d. 20.* Zahn *d. c.* muneribus etiam civilibus, æquè ac cives, in loco domicilii fungi tenentur, *l. 22. §. 2. l. 29. l. 34. ad Municip.* etiamsi locum originis sive domicilium naturale habeant diversæ jurisdictionis. Klock. *c. 11. n. 10. & seqq.* cùm illius effectus hodiè ut plurimùm sit sublatus, M. D. Myl. *d. c. 38. n. 8.* vid. Dn. Hasenloff. *de tr. th. 14.* ubi & exceptio hujus, & ratio prædictæ mutationis, habetur. Add. Brandes *de Ex. th. 58. & seqq.* Quidni igitur & operas ab incolis exigere liceret, Erhard. *concl. 20.* nisi aliter statuto aut consuetudine receptum sit. Wehn. v. Burger. Gail. 2. *O 35. n. 8.* quod ipsum de incolis Spirensibus constitutum, testatur Erhard. *d. l.* *An & Incolæ?*

d.l.in f. daß sie aller anderer Personal-Beschwerden, als hüten, frohnen, wachens, schiessens &c. frey und ledig seyn. Incolas autem hîc dico illos, qui larem & domicilium cum omnibus habitationis commodis in civitate, sine civitatis tamen jure, habent. *d. l.* 27. Tentzel. *d.l.239.th.71.l.7. C.de Incol.* De hisce tradit Gail. *2. O.35.n.8.* & Knipsch. *l.2. c.29.n.104.* in Civitatibus Germaniæ passim hodiè consuetudine receptum esse, quòd incolæ ultra annum, si civium jura redimere nolint, non tolerentur: idque propter communia onera civium; docet tamen Brandes *de Ex. thes. 12. & pr.* adhuc hodiè fieri posse, speciali pacto, præscriptione, privilegio, ut quis absque omni agnitione muneris, usuque privilegiorum, nudum jus ibi securè, etiam in perpetuum commorandi & habitandi habeat, daß einer ein Schutz- und Schirms-Verwandter, Hintersaß sey. V. Wehn. v. Hintersaß. Clientes sive in protectionem recepti, die Schirms-Genossen, licet quandoque etiam subditorum appellatione veniant, & propterea sæpius à Protectoribus & Advocatis suis, von ihren Schirms- und Kasten-Vögten, in literarum inscriptione vocentur liebe getreue, teste Mager. *de Advoc. c.10. n.136.* quæ appellatio arguit subjectionem, & jurisdictionis usurpatur intuitu, secundum Gail. *de Arrest. c.7. n.10. & 13.* Knipsch. *d. l.c.12. n.82. & seqq.186.* ad operarum tamen præstationem compelli nequeunt, nisi se ad operas specialiter obligaverint. Mag. *d. c. 10. n.438.* Hinc Everhardus W. Comes, 24. Civitatum Imperialium Protector, cùm ab hisce civitatibus quotidianas operas, census & tributa, exigeret, Cæsar eum ab hujusmodi exactionibus abstinere jussit &c. Knipsch. *c.24. lib.2. num.33.* Patronis enim & Advocatis sive Clientelaribus Protectoribus regulariter nulla in clientes jurisdictio, intuitu protectionis, competit. Schutz und Schirm enim non jurisdictionem, sed protectionem tantùm, importat, nec ejusmodi clientes subditi efficiuntur protectoris, sed remanent sub jurisdictione ordinaria, Mag. *d.c. num.386. & seqq.* M. Dn. Myl. *c.18. de St. I.* Knipsch. *c.24. num.63. lib.2.* Ubi plures Aa. cumulantur. De forensibus quoque, an ad operas teneantur, nihil ferè apud interpretes reperire licuit; indifferenter tamen id negat Casp. Lerch. *de Ord. Equest. art. 2. p. 177.* sed nulla vel ratione, vel lege, vel autore adducto, nisi quòd operas ad onera tantùm personalia referat. *Auth. etiam Epist. ad* H. Stam. *de serv. person. lib. 3.* præfixæ, valdè conqueritur, quòd superioritatis exercitia eo usque

An etiam Clientes?

An forenses?

usque extendantur, ut cogantur etiam forenses personalia, saltem mixta, onera & servitia supportare. vid. tamen Klock. *d. c. 13. num. 58. & seqq. num. 36.* Dn. Tabor. *de Metat. p. 2. cap. 3. thes. 15. & p. 3. art. 6. thes. 1. p. 266.* In Ducatu certè Würtenb. subditi bona immobilia in extraneos vel forenses, an die Außleut und Außwürtische, vendendo, permutando, aut alio simili modo transferre prohibentur, daß nämblich den Ampkleuten, von den außwendigen, so Güter bey ihnen haben, in Einbringung der Steuren, Schatzung, Reysen, Frohn, und dergleichen, viel Jrrung und Beschwerden, dadurch Jhrer Fürstl. Durchl. und derselben Räthen vielfältig bemühet worden, ins künfftig nicht begegnen, W. L. *p. 2. t. 9.* §. Wir setzen. *L. D. tit. 17. pr.* Dn. Lauterbach. *in differ. ad d. t. 9. th. 16.* Idque passim statutis fieri, testatur Klock. *d. c. 13. num. 7.* An verò consuetudine induci possit, ut onera etiam merè personalia forensibus imponantur, id adeò ad me non pertinet. vid. Klock. *c. 17. num. 198. & seqq. c. 13. num. 31. & seqq.* Gail. *2. O. 52. num. 18.*

32. Non parum illa quæstio divexat Dd. An plures subditi defuncti filii vel heredes, pro rata, an verò singuli in solidum, ad operas teneantur? Latè hanc controversiam, variis distinctionibus adhibitis, nempe: an operæ debeantur ex sacramento fidei clientelaris ac obsequii sive homagii, an verò intuitu prædii, quod defunctus possederat: &, hoc casu, an possideant omnes heredes, an non; & an divisionem recipiant, an non: decidit Balthas. *c. 8. p. 162.* quò faciunt ea, quæ in simili quæstione adducit Struv. *Syntag. Feud. c. 11. p. 42.* Husan. *c. 6. n. 79. & seqq.* Vicissim quæritur: Quomodo domino, plures liberos vel heredes relinquente, mortuo, operæ sint expediendæ? vid. eundem Balth. *c. 7. p. 125.* Add. Struv. *d. tr.* quò referri posset & illa, quam Husan. proposuit. *c. 6. num. 86.* An sc. plures domini subditos communes inter se, quoad operas, dividere possint, ut quisque suos habeat, à quibus solus operas exigat?

Si Subditus sit inhabilis?

33. Cœterùm cum & Vasallus per substitutum serviendi licentiam habeat, si ad servitia præstanda vel propter ætatem, vel alium defectum, sit inhabilis, v. Ludw. *Syn. Feud. c. 14.* Struv. *Synt. F. c. 11. th. 6.* æquitati non minus erit conveniens, subditis idem juris, ratione operarum, concedere, wann wegen Kranckheit, Alter und Unvermöglichkeit, oder anderer erheblicher Ursa-

 chen,

chen, oder Hinderungen, die Arbeit auff erfordern nicht in Person geleistet werden könte, daß entweder ein substituirter Taglöhner zugelassen oder zu andern Zeiten der Tagdienst und Arbeit erfordert werde, ne scil. ad impossibilitatem, cujus nulla est obligatio, adstringi videantur, *l. 185. d. R. J.* Erh. *concl. 39.* Balth. *c. 10. p. 226.*

Quinam sint immunes ab operarum præstatione?

34. Imò non uno tantùm casu contingere potest, ut veri etiam subditi, vel ab omnium vel certarum operarum exhibendarum obligatione eximantur, Erh. *concl. 32.* Sic qui cum determinatione tantùm alteri subjecti sunt, vel qui se regimini alicujus submiserunt, certa lege, salvis privilegiis, atque exemtionibus, illi certè contra pacta gravandi non sunt *l. 1. l. 5. d. pact.* Tentzel *th. 45. & 49.* Idem & de illis dicendum, qui postmodum immunitatem consecuti sunt publicâ lege, consuetudine, præscriptione, conventione: Eamque vel *universalem;* sic oppida quædam & vicos à quibusdam operis immunes vel in hoc ipso Ducatu reperiri, praxis ostendit: *vel singularem;* talem consecutus est Magerus à Schönberg prout ex §. *Bullæ Imp. quam producit. c. 10. num. 283.* constat. In genere verò personis honestioris ac liberioris conditionis operas per se imponi non posse, post plures alios, docet Balthas. *c. 8. p. 135.* Exinde Nobiles, Milites, Dd. Clericos, Medicos, honestarum disciplinarum Professores, aliasque similes personas, ab operis, aliisque vilibus & sordidis oneribus, immunes pronunciat Rosenthal. *d. F. c. 5. concl. 72.* nec pro tuenda civitate Dd. juris teneri excubias agere, nec diurno tempore ad portas, vel nocturno tempore vigilare, nec loricis, vel armis, quæ aliis civibus imponuntur, instructus esse, contendit Klock. *c. 15. n. 8.* post Halbritt. *de privileg. Dd.* Sordida equidem & vilia munera vilioribus etiam personis sunt conferenda *l. 12. & seqq. C. d. Excus. mun. & ibi:* Brunn. Add. *l. 3. 4. 14. C. d. dignit. l. 6. C. d. Profess. l. 3. l. 4. & t. t. d. Vacat. & Excus. Mun.* Gail. *2. thes. 52. n. 7. V. seqq. l. 4. si à parent. quis manumitt. l. 10. d. obseq. par.* Casp. Lerch *d. Ord. Eq. art. 2. p 109. n. 38. ibi.* bevorab weil *servilia, rusticaque munera, onera, & servitia varia, generosis, liberisque personis & bonis,* bey allen Völckern zuwider gewesen ꝛc. dieweil bald auffwarten dem Kayser, & contra bald unterm Bauren hauffen sich verschätzen, zu frohnen und dienen nicht müglich, und keiner *duplici onere* zu belegen ist ꝛc. *ad p. 169.* quò pertinent ea, quæ apud. Goldast. *in Carol. M. Capitulat. n. 13. f. 135.* leguntur, ibi: *placuit nobis, ut illos liberos homines Comites nostri*

stri ad eorum opus servile non opprimant &c. v. Brandes *th. 28.* Justitiæ enim ratio non indifferenter, juxta numerum personarum, functiones & officia distribuit, sed quid cuique convenit, perpendit, & convenientia singulis suo loco dispertitur. Ph. Melant. *in enarrat. lib. 5. Ethic. c. 1. & 2. V. l. 5. §. 3. de jur. Immunit.* Plura de Immunitatibus congesta videre licet apud Klock *d. Contribut. c. 12. 13. 14. 15.* & Dn. Tabor. *d. Metat. p. 3.* Id tantùm adhuc addo, *l. 6. §. 1. C. d. Op. Lib. & l. 37. ff. eod.* in operis nostris locum non habere, ita, ut parentes ob liberos, ut ibidem, non liberentur, teste ipsa experientia, & Brunnem. *ad d. l. 6.* Denique, an is, qui ad castrum tenebatur operas præstare, eo diruto novoque alibi instaurato, liberetur ab onere operarum, ita, ut jure cogi non possit, operas ad novum illud exhibere, v. ap. Husan. *c. 6. n. 99.* Sixtin. *lib. 2. c. 13. n. 70. p. 242.* Maul. *d. homag. d. t. 4. num. 19.* Cæterum de personis operas exigentibus & exhibentibus fusiùs agere placuit, quod alii de iis parciùs in hac materia egerint.

35. Qui verò ad operas tenentur, non ante eas præstant, quàm si fuerint petitæ, auff erfordern und begehren: *Cùm enim operarum editio nihil aliud sit, quàm officii præstatio, absurdum est credere, alio die deberi officium, quàm is vellet, cui præstandum est,* inquit JCt. *in l. 22. d. O. l.* Gail. *d. Arrest. c. 10.* Balthas. *c. 13.* Sic & Vasallus ad servitia tenetur, nec tamen ea regulariter, nisi vocatus, præstat. Rosenth. *c. 8. quæst. 26.* Struv. *Synt F. c. 11. th. ult.* Quæ si non petitæ fuerint, censentur remissæ, sollen selbigen Jahrs gefallen seyn; Idque se in praxi observasse testatur Vir quidam in praxi versatissimus, daß nehmlich das Kloster Urspring der Stadt Ehingen Jahrs genannte Dienst zu leisten schuldig gewesen sey: diese seyen vom Kloster etlich Jahr nicht gefordert worden, hernach haben die von Ehingen diesen Nachlaß in folgenden Jahren gesuchet, seye aber controvertiert, für die Ober-Oesterreichische Regierung gebracht, und die von Ehingen von ihrem Suchen abgewiesen worden. Quod ipsum maximè procedit in operis incertis, ut scil. subditi easdem; uno anno non exactas, per dominum sequenti anno supplere non obligentur. Ziegl. §. *Nobil. num. 127.* Balthas. *d. c.* In his enim præcipuè id agi videtur, ne antecederent operæ, quàm indictæ fuissent. *V. l. 13. §. 2. d. l. 22. l. 24. d. O. L.* Brunn. *ad l. 1. C. d. t.* si verò certo & determinato tempore essent præstandæ, subditi etiam non interpellati ad eas tenerentur. Rosenth. *d. c. 8. q. 26.* dies

Quando operæ præstandæ?

enim interpellat pro homine, *l. 12. C. d. contrah. stip.* Vid. tamen Herm. Stamm. *lib. 3. c. 21. n. 4.* In mora verò deprehensi, vel ad illas supplendas, vel ad æstimationem jure adigi queunt, *arg. l. 15. §. f. d. re jud. V. l. 26. de O. Lib.* Ziegl. *d. §. n. 129.* Balthas. *c. 12. p. 304.* Husan. *d. c. n. 75.* Maul. *d. hom. tit. 4. n. 15.*

An pro operis pecunia *exigi queat?*

36. Occurrit hîc quæstio : Annon pecuniam à subditis, operarum loco, exigere liceat? Pro præteritis, iisque neglectis, quòd id fieri possit, ex modo dictis constat; succedit enim in locum obligationis facti id quod interest, *d. l. 13. l. 72. d. V. O.* Sich. *ad l. 1. C. d. O. L.* Brunn. *ad l. 1. p. l. 6. C. tit.* pro futuris verò ab invitis subditis pecuniam extorquere velle, jure communi conveniens non esse, crediderim, *arg. d. l 26. l. 2. §. 4. d. R. C.* Brun. *ad. d. l. 6.* Sixt. *d. regalib. lib. 2. c. 13. num. 74.* Ziegl. *d. §. n. 92.* Sich. *ad d. l. 1.* Dn. Fritsch. *d. jure Lustrat c. 11. §. 3.* Mutuo tamen consensu, quin operarum exhibitio certa annua pensione, ad tempus vel etiam in perpetuum, redimi possit, non est dubitandum, (ut suprà punct. 10. dictum est) nec id rarum esse, testatur Sixtin. *d. c. num. 75.* Exceptiones alias tradit Brunn. *ad d. l. 1.* Sixt. *d. l.* Stamm. *lib. 3. c. 21.* Klock. *c. 2. n. 64. & seqq.* ubi & illam quæstionem explanat : An subditi per longissimum tempus, loco operarum, annuatim informem pecuniæ summam exsolventes, ab operis per præscriptionem tuti sint? Id extra dubium videtur, si subditi modò operas præstiterint, modò pecuniam, das Frohngelt, dominum non semper pecunias exigere posse; cùm ex actibus difformiter se habentibus nullum Jus perpetuum quæri possit : partes etiam debitoris favorabiliores sint, quàm creditoris. Fritsch. *d. l.* ubi tamen nonnullibi contrarium observari dicit. An operæ alteri cedi, locari, delegari queant? vid. Ziegl *d. §. n. 102.* Erhard. *conclus. 28.* Sich. *ad T. C. d. O. L.* Besold. *in Consil.* Speid. *in spec.* Balthas. *p. 367.* Carpzov. *part. 2. cap. 51. d. 6.*

Quando *exigenda?*

37. Licet verò, secundum prædicta in facultate subditorum positum non sit, tempus pro tempore eligere, aut aliis temporibus servitia præstare, quàm quæ eis per dominum ad hæc deputantur; nec tamen in libero dominorum erit arbitrio, temporis nullâ habita differentiâ, subditis imperare, operas; generaliter enim in omnibus operis præcipuè observandum monet JCtus in *l. 22. §. f. d. O. L. ut temporis spatia, quæ ad corporis curam necessaria sunt, liberto & subditis relinquantur: similia* habentur *in l. 50. §. 1. d. t.* daß die Unter-

Unterthanen von ihren eigenen höchstnöthigen Geschäfften nicht gar zu lang auffgehalten und in ohnwiderbringlichen Schaden gesetzt werden möchten. Contra hæc tamen graviter peccari, obvium est. Ponderanda in hanc rem sunt verba religiosi non minus, quàm juris consultissimi Brunnemanni *ad. l. 18. cum seqq. d. O. L.* Nocturno certè tempore regulariter non deberi, communiter à Dd. receptum est, Klock. *d. c. num. 63.* cùm sint diurnum officium, *l. 1. l. 3. ff. d. O. L.* proinde luce & per diem explicandæ, de mane usque ad vesperam Bes. v. Frohn. Ziegl. *d. §. n. 151.* Brunn. *ad d. l. 1.* nisi pacta, mores, necessitas, aliud admittant, Husan. *c. 6. n. 98.* Wehn. v. Dingnottul. Erhard. *concl. 24.* Balth. *c. 13. p. 342.* Quod de nocturno tempore, id multò magis de diebus dominicis & festivis aliis dicendum est, *arg. l. f. C. de feriis. c. 3. X. eod. Nov. Leon. 54.* An subditi diebus festivis literas aliò deferre cogi queant? V. apud Limn. *l. 6. J. P. c. 4. num. 19.* & Matth. Steph. *d. Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. m. 2. num. 198.*

38. Ne inhonestæ aut alioquin illicitæ exigantur operæ, pietatis pariter est ac juris: daß den Unterthanen nicht solche Arbeiten aufferlegt werden, welche schändlich, oder mit Leibsgefahr vollbracht werden müssen. *Nam hæ demum, impositæ operæ intelliguntur, quæ sine turpitudine & periculo vitæ præstari possunt. l. 38. d. O. L. neque in re turpi ulla contrahitur obligatio. l. 26. d. V. O.* Add. *l. 15. d. Condit. Instit.* Gail. *d. Pac. P. c. 4. n. 11.* Stamm. *d. Serv. Pers. lib. 2. c. 6. num. 10.* Hisce annumerat Mev. *ad J. Lub. lib. 1. tit. 3. art. 2. n. 16.* admodum viles. Sed & ab insolitorum servitiorum (unlands gebräuchigen) extorsione sibi domini caveant. Maul. *d. t. 4. n. 11.* hæc enim non tantum summoperè jure reprobata, *arg. l. 4. §. f. d. publ. l. 6. §. 3. de Offic. præsid. l. 13. §. 1. v. caveant. C. de Agricol.* Ziegl. *§. Nob. num. 107.* Kl. *c. 2. n. 15.* Gail. *1. O. 17. n. 3. & 2. O. 62. de Arrest. c. 10. n. 7.* Speid. v. Frohn, Brun. ad *l. 2. C. Ne Rustic. ad ull. obseq.* verùm etiam eandem non rarò extorsoribus malè cedere, nemini obscurum esse potest; *cùm ferè contingere soleat, ut cum novis exactionibus & servitiis inopes premantur, ad vetera quoque deficiant, aut si adjiciantur insolita, cessent & consueta*, ut ex *Plinio* monet Erhard. *concl. 29.* ubi etiam ostendit, quàm magnifaciant subditi, sibi consuetudines & prærogativas servari. Add. *l. 4. §. 5. de O. Proc.* Hinc consuetudini, ut matri, reverentiam deberi, ait Kl. *c. 12.* Taceo, quòd semper metuendum sit ut ob immodicas exactiones, nova & insolita servitia,

Quales exigendæ?

aliasque

aliasque oppressiones, Monetarii, Leidani, *K*niper dollingi consurgant, & exulceratos subditorum animos ad arma capessenda, & adv. magistratum convertenda, accendant. *K*lock.*c.3.n.317.& c.18.n.92.* *Sæpe enim sub pelle ovina simplices subditi in calcitrosos mulos degenerarunt, qui asperos postmodum dominos ex proprio ovili calcib. expellere non sunt veriti,* inquit Boccal. *cent.2. relat.6.* V. omninò M. Wehneri Tr. von Veränderung der Regiment. *c.12.* E. converso, *moderata & intra consuetos fines cohibita, exactio subditos ad omnia pia obsequia præstanda & onera ferenda facit promtos paratosque,* Magnus ille Lansius, *p.m. in Mantissa Consult. de optim. divit. par. mod. part. 158.* Hinc non ineptè Genuensis ille Patritius, apud Guicciard. præsente Ludovici Sfortiæ Legato, ad Genuenses pecuniæ extorquendæ gratia misso, Cives & subditos comparavit flori Basilicæ; (Basilisken-Kraut) ut illa quippe herba leniter contrectata, gravissimum fertur odorem spargere; duriusculè verò si digitis comprimatur, odor insuavis, ac capiti noxius, percipitur: Ita pariter, si Magistratus ac domini mollicolis cives suos contractarint digitulis, suavissimum & copiosissimum ex iis haurient odorem: Eosdem verò si duriùs presserint, rebellionis, nec non inobedientiæ & contumaciæ succum & sanguinem elicient: unde versus illi apud *K*lock. *c.18, n.138.*

Ozimon est fragrans, si leni bellice tractes;
Plus æquo pressum, ceu grave virus, olet.
Asperitas semper peccat, sed gratia rarò:
Hìc Jus est, ubi Jus, qui moderetur, erit.

Consuetæ *quanam dicantur?*

39. Ut autem consuetæ operæ exactæ dici possint, juxta antiquam, certi alicujus loci, præfecturæ, pagi, aut singularis etiam prædii, consuetudinem & observantiam sunt imperandæ: Dein generalis Provinciæ consuetudo, denique ipsius etiam viciniæ attendenda: quæ omnia latissimè persequitur Balthas. *c.11.* Variare enim locorum consuetudines, experientia satis superque testatur; Unde illa operarum species & qualitas, in uno loco consueta, in alio habetur inusitata: Generaliter tamen dicendum ait Balthas. *d.l.* & das Bayr. L. R. *tit.22. art.6.* Daß jenige Dienst und Arbeiten, welche gemeiniglich durch gedingte Ehehalten, Dienst-Knecht, und Mägd, verrichtet werden müssen, nicht zu den Landüblichen Frohn-Diensten gehörig seyen: als Holtzkliben, dasselbe, und das Wasser in die Kuche tragen, Obs schelen, oder schnitzeln, knetten, bachen, waschen,

waschen, fegen, außkehren, einhitzen ꝛc. inter consuetas verò referri posse, ackern, säen, Gräben machen, meyen, heyen, Frucht schneiden, und heimbführen, Hopffen-brechen, Obs abnehmen, Ruben häupten, Flachs oder Hanff liechen, brechen, haariffen, spreiten, Wasser schöpffen, und führen, Item treschen und spinnen (wann solches von Alters herkommen, oder in den Saal-Büchern begriffen, oder wenn es also bedingt worden) Bottenlauffen ꝛc. daß doch derentwegen, wann es über ein Meil, ein gleichwol geringer Lohn, als sonst, bezahlt werde, doch sey niemand ausser Land (es sey dann auf den Gräntzen) zu lauffen verbunden. In summa, & hac in parte, ut in totâ ferè operarum materiâ, observantia primas tenet, ut, si quis rectum judicium ferre cupiat, Jurisprudentum illa cautione opus habeat: *nihil generaliter definire, sed ad cujuscunque Provinciæ, præfecturæ, pagique usum & observantiam respicere; quæ in quovis loco diligenter exploranda, & ex eadem decisio desumenda*, Consil. Marpurg. *V.4. cons.43. n.34.* Observantia verò, das alte Herkommen, quid sit, & quanto tempore concludatur: valde dubium est inter Dd. Confusè enim de hac loquuntur, aliis eam & consuetudinem synonymicè usurpantibus, aliis ab hac variè distinguentibus; de quo latè Dn. Tabor. *de confront. p. 11. n.16. & seqq.)* aliis ad minimum 40. vel 50. aliis etiam 100. annorum spatio eam terminantibus. Balth. *cap.11. p.266.* Ego id judicis arbitrio relinquendum existimo, *arg. l.1. §.2. de jur. delib.*

40. Cùm de Consuetudine Jus venandi hodiè ad regalia pertineat. v. *de Position. controversar. ex Jur. feud. de regalib. decad. posit. 4.* venationes verò sine operis venatoriis, ohn die Jagd-Frohnen expediri nequeant, has ipsas quoque ad solitas referendas censerem cum Balthas. *de cap. p.284.* quales sunt, Pferd- und Hand-Frohn und Dienst zu Fortführ- und Haltung der Hund, Seyler, des Zeugs, Netz und Garn, Wild-Häger, und Wild-Zäun zu machen, Hund auffstocken, für- und anzustehen, aliaque servitia, sine quibus venationis Jus commodè exerceri nequit, Besold. v. Forst. M. D. Myl. *c.73. n.14.* Dn. Ernest. Frid. Schröter. *de banno ferino, th. 20.* quæ regulariter præstantur à subditis in districtu forestali sitis, Wehn. v. Forst-Recht. Schrœtt. *d. l.* ubi & mitigatas esse hodiè operas illas testatur, ut subditi ad talia onera sationibus agrorum, aliisque rebus necessariis relictis, trahi non debeant, ex Wehner. d. V. zu Ernd- Herbst- und Säe-Zeiten, oder da sonst nöthige und obliegende

An operæ venatoriæ?

Geschäffte vorhanden. Add. omninò Seckendorff im Fürsten-Staat. *p.3.c.3.p.m.311.* & Dn. Fritsch. *de jure Lustrat.c.1.* ubi latiùs tradunt, quatenus operæ venatoriæ à subditis exigendæ, und wie die Jagd-Frohnen einzurichten. Vid. quoque Schrœter. *de Disp. th. 21. & 22.* ubi casus enumerat, quibus hæ operæ cessant. An subditi teneantur ad educationem canum venaticorum, die Jagdhund zu halten und aufzuziehen: item, ob sie gezwungen werden können, wann irgends ein Hund von einem Schwein, oder sonst, verletzet, solchen heilen zu lassen, oder da sie einen casu verloren, einen andern darfür zu schaffen, vid. B.L. *tit. 22. art. 6. ibi:* Aber das Hundhalten, es sey dann also hergebracht, ist kein Scharwerck. Wehn. v. Forst. Besold. *cons.p.1. cons.3. tit.4.* Balth.*d.c.p.278.* ubi canum alendorum jus, contra Wehner. & pacto & præscriptione, nec non per antiquam observantiam acquiri posse, docet. De Alphonso Rege Neapolis scribit P. Greg. Tholosanus, *lib. 3. de Rep. c.6.* quòd porcos suos alendos, impiguandos, & custodiendos dederit subditis, & demortuos exsolvere coegerit; quo jure, quavè injuria, disceptent alii.

An custodia castri? 41. De custodia castri, sit ne inter solita servitia recensenda? ex supradictis judicium ferri potest: pluribus negativam, de regula, adstruunt Auth. â Balthas. *h.c.p.286.* allegati; qui tamen varias addunt limitationes, præprimis casum eminentis domino aut universitati periculi, & necessitatis, ut in aliis, sic & in his, ut suprà dictum, exemtæ. Quò respicit das Bayr. Landr. *d.art.6.* Deßgleichen das Wachen im Schloß ist kein Scharwerck, es müßte dann zu gemeiner oder des Hoff-Marcksherrn sonderbaren Nothdurfft angestellet werden. & Aug. Elect. Sax. *Constit.51. p. 2.* ibi: Da aber dennoch derowegen eine verwehrte Gewohnheit, oder aber sonderliche Pacta und Vereinigung könten dargethan werden, oder es wäre in gemeinen Kriegsläufften, oder daß Mord-Brenner Schaden thäten, oder die Herren hätten abgesagte Feind, ꝛc. Carpzov. *ad d. constit. d. 1.* ubi plura de exceptionibus illis adjicit; imprimis verò de sequenti docet, rusticos tempore belli cogi posse, ut non solùm castra dominorum custodiant, sed & pro defensione sui quique pagi in excubiis sint, sich selbst zu bewachen; eos tamen, ut maleficos custodiant, cogi non posse, nisi aliud loci consuetudine introductum, *d.c.d. 15.* docet. De excubiis, quæ exiguntur auff den Hochzeiten, Kindtauffen, und Begräbnussen, vid. eundem *d. c. d. 7.*

d. 7. An & quatenus rustici servitia ad ædificia dominorum extruenda præstare teneantur, latè agit Berlich. *p. 2. concl. 65.* Carpzov. *part. 2. cap. 52. d. 1. & seqq.* Brunnem. *ad l. 1. Ne rustican. ad ull. obseq. devoc.* Id in quibusdam pagis hujus Ducatus receptum esse vidi, ut ex rusticis unus, per vices, singulis diebus, cum hasta ad publicum quendam locum sit: muß bey dem Amt-Hauß auffwarten (quem propterea per meton. sign. den Tage-Spieß appellant) ut per eum literæ transportentur, vel alia negotia celeriter obvenientia expediantur; cujus origo, ni fallor, ab excubiis horrendi belli nostri intestini tempore solitis petenda. Quæ hactenus de insolitis operis non exigendis diximus, in genere exceptiones varias admittunt, sc. si vel pacto, transactione, præscriptione, consuetudine aliud fuerit inductum & receptum: wann etwan sonderlich Verträg-Urtheil, Abschied, und Gebräuch in contrarium vorhanden; cum quo congruit tritum illud: Geding-Recht bricht Land-Recht, Erhard, *concl.* 22. latè Balthas. *d. c. p. 262.* vid tamen Brunnem. *ad l. 2. C. Ne rust. ad ull. obseq.*

42. De loco, ubinam operæ præstandæ sint: haud exigua inter Dd. controversia est. Magis communiter tamen consentiunt, teste Balth. *c. 14. p. 349.* extra territorium ausserhalb Lands, Zwing und Bann, præstandas non esse, Bayer. L. *tit. 22. art. 6.* Hahn. *ad T. d. O. L.* Brunnem. *ad l. 18. & 20. d. t.* neque de loco ad locum transferendas, Brunnem. *ad l. 12. C. d. O. C. ad 2. de priv. dom. Aug. & ad l. 7. C. de Annon. & tribut.* Carpz. *lib. 1. Resp. 57.* ut si soliti fuerint subditi, à suis habitationibus, ad unam aliquam arcem aut castrum, plaustra, equos, vel alias operas præstare, longiùs evocari non debeant, quod ipsum Cameræ Imperialis præjudicia confirmant in causa der 4. Dörffer im Hatgau, contra Hanau, anno 1553. & 1567. quæ refert Rosenth. *de F. cap. 51. concl. 71. n. 5.* Maul. *tit. 4. n. 11.* nec tamen hæc assertio fallentiis destituitur; limitant enim 1. si ab antiquo aliud obtinuerit; quod tamen ita temperandum monet Erhard. *conclus. 24. lit. B.* ut eodem die remeare possint, daß sie denselben Abend wieder zu Hauß kommen können. vid. tamen Carpzov. *d. C. d. 5. d. 2.* Husan. *c. 6. n. 93.* 2. Si in confinio alterius territorii dominus habitet, & alioquin operæ vel nulli vel parvo forent usui; quas fallentias, cum aliis, vid. apud Erhard. *de conclus.* Besold. *consil. 189.* Balthas. *d. c.* M. D. Myler. *p. 2. c. 72. n. 7.* Maul. *d. t. n. 18. 19.* 3. Si in pactis curialibus (vulgo Ding-Rottel) expressum

Ubi Opera non præstanda.

preſſum ſit, daß dem Herrn die Unterthanen fahren und frohnen müſſen, wohin er will, quomodo id intelligendum ſit, vid. apud Beſold. *in Theſ. P.* v. Frohn. *& d. conſil.*

Et cujus ſumtibus. 43. Id quoque non omninò expeditum eſt, cujusnam ſumtibus ac alimentis, domini ne an ſubditorum, operæ ſint exhibendæ? Non enim deſunt, qui operas haſce victu ac ſumtibus ipſius domini præſtandas autument: cùm idem obſervetur in officialibus libertorum operis, *per l.21.33.50. de O. L.* Brunnem. *ad l.1. C. d. t.* Carpz. *p. 2. C.51. d.6.* utpote à quibus has promanaſſe, docent poſt alios Huſan. *c.6. n.53.* Klock. *d. c.2. num.33.* vid. Brunnem. *ad l.18. d. t.* Alii diſcrimen faciunt inter certas & incertas: ita, ut has domini, illas verò ſuo ſubditi præſtare debeant victu. Stamm. *l.3. c.21. n.5.* Verùm cùm totum hoc Jus conſuetudine magis, quàm jure ſcripto, ſit introductum, proinde & illa optima interpres hac in materia perhibeatur, ut aliquoties jam dictum, & teſtatur Klock. *c.2. n.49.* dicendum videtur, ſubditos regulariter operarum ſumtus ac alimenta ferre debere: Id enim non ſolum communiſſimæ Dd. ſententiæ, ſed & communi obſervantiæ, ac rebus in Camera Imperiali judicatis, convenire ait Balth. *c. 15.* quo præter *l.18. d. O. L.* (quam tamen interpretes ad artificiales operas reſtringunt, cùm noſtræ operæ ſint potiùs officiales, Brunnem. *ad d.l.*) facit *l. 20.pr. d. t.* quòd unusquisque, quod ſpoſpondit, ſuo impendio præſtare debeat, daß ein jeder Debitor ſeine Schuld, ohn des Creditoris Unkoſten, ausrichten ſoll, Merckelb. *ad Klock. Conſ. 6. p. 91.* Mev. *ad p. 5. d. 401.* Carpz. *p. 2. conſt 51. d.15. n. 3.* Et quòd Vaſalli etiam, ſecundum communem Feudiſtarum opinionem, propriis ſumtibus ſerviant, Struv. *Syntag. F. c.11. th.ult.* Idque communi mixtorum munerum naturæ convenire videtur, *l. f.* §.*26.27. d. Mun.* Klock. *d. c. 2. n.21.* Niſi tamen ſpecialis conſuetudo, pactio, vel alia ſufficiens, idonea, ratio aliud ſuadeat. Vid. Klock. *d. c. n.50.* M. Dn. Myl. *d. c. 72. n.8.* Maul. *d. t. n.20 21.* Add. Brunnem. *ad l. 20. n. 2. & ad l.23. d t.* Vid. ſupra *punct. 3.*

Inſtrumenta à quibus comparanda? 44. Ex dictis & id ſequitur, quòd ſubditi ſe ipſos inſtrumentis, ſine quibus operas præſtare nequeunt: qualia ſunt equi, boves, plauſtra, aratra & id generis alia. *v. l. 8. l. 12. de inſtruct. legat.* ſuo ſumtu inſtaurare, fractaque reficere debeant, Roſenth. *d. F. c. 8. q.22.* Klock. *n 51.* M. D. Myl. *d.c. n. 5.* Ut, licet ab hoſtibus, prædonibus aut inimicis, etiam ipſius domini, ejusmodi inſtrumenta

diri-

diripiantur, aut deteriora reddantur, domini ne sic quidem teneantur, ad damnum illud resarciendum; præterquam enim, quòd nemo ex alterius facto obligetur, sed cuique suum factum nocere debeat, *l.5.§.5. d.N. O.N, l.155. d.R.J.* prædonum quoque hostiumve incursus, casibus fortuitis annumerantur, quos à nemine præstari, expeditum est, *l.19. Com.l.33.&seq.l.41. Loc.l.23.d.R.J.* Sixt. *de Reg. lib 2.c.13. n.70.* Rümel. *ad A. B. Dissert.3. concl. 33.* M. Dn. Myl. *d.c. n.9.* Excipit Erhardus *concl.26. n.1.* nisi ob privatas dominorum inimicitias damnum illud datum sic, *per l.66. sol. mat.* quod verum arbitror, si ipse dominus sua culpâ inimicitiæ causam dederit, per ea, quæ de damno, ab inimico conductoris, in re conducta dato, tractantur *in Disput. Inang. d. inimicitia* sub. M. Dn. Præside *habita.* & quæ latiùs adducit in simili casu Dn. D. Lauterbach. *de pericul. rerum. in soc. conjugal. illat. th. 36. & seqq.*

45. Tanta est interdum subjectorum, imprimis hodiernorum rusticorum (quorum mores atro colore depingunt Knichen *d. vest. pact. p.2. c.3. n.49.* Klock. *d.c.2.*) pervicacia & pertinacia, ut licet servitia redigantur in ordinem, eaque sine stipendio exhiberi queant, nihilominus, odio refractario erga superiores, malunt litibus sese implicare, quàm præstare, quæ dominus æqua judicat; ad quam insaniam non raró à rabulosulis, rabiosulis illis, quos das Würt. Landr. *p.1. tit.17.* Entenmeyer appellat, (von einem verrüfften Auffwickler deß Nahmens, welcher sich im Bauren-Krieg gebrauchen lassen, Klock. *c.15. n.83. de. Contr.*) invitantur. Knich. *d.tr. num.57.* Vicissim tamen & nonnullos dominos cyclopica ac insolita servitia à misellis rusticis extorquere, scelus pro zelo, latrocinium pro patrocinio, stürmen pro schirmen, venditantes, nemini non potest constare, extantque de hoc abusu frequentissimæ interpretum querelæ, quas præter Brunnem. suprà adductum, refert Sixtin *l.2.d.reg.c.13.* Klock. *d.c.n.55.* & Auth. epistolæ illius ad H. Stamm. Utrobique jura subvenire volunt, certis propositis, tam possessoriis, quàm petitoriis, remediis: de quibus consulendi Erhard. *concl.35.&seqq.* Balthas. *c.18.* Maul. *num.17.&seqq* Mev. *ad Jus Lubec. d. lib.1. tit.3. artic.2. num.19.* Add. Gilm. *rer. jud. Cam. lib.1. dec.8.* ubi relationem habet ex ejusmodi processu; & Tentzel. *c.7.* ubi latissimé de remediis domino contra subditos, & his contra dominos, competentibus agitur. Nec non Klock. *d.c.2.n.56.* ubi in specie, an domino contra subditos contumaces admit-

De *remediis* ratione operarum competentibus.

& quidem I. domino contra subditos.

 tenda

tenda sint arresta bonorum, incarceratio personarum, pignorationes jumentorum, sequestratio villarum, donec obedientiam præstent, sub distinctione decisum videbis: qui rectissimè etiam admonet *c. 18. n. 96.* dissidiis ejusmodi emergentibus primò verbis, deinde herbis, denique lapidibus, utendum esse. Vid. & Berlich. *decis. 65.* ubi de pœnis rusticorum, debita servitia præstare recusantium, quædam invenies.

II. Subditis contra dominos.

46. Subditi tamen, nimiis servitiis & insolitis operis oppressi, à competente judice decens auxilium quærentes, cætera vero obedientes, & sese debita ratione submittentes, ob id in obedientiæ, rebellionis, aut Majestatis criminis argui, ideoque puniri, juris ratio non admittit, ut Incluta Facultas Juridica hujus Universitatis ante paucos menses ad casum sibi oblatum respondit. In genere enim wann Gebott und Verbott von der Obrigkeit kundlich wider Recht, compactata, Verträg, Handlungen, Freyheit, und Immunität, geschehen, da hätten die Unterthanen auch Fug, alles, doch mit höchster Bescheidenheit, zu anden, und wann ihre Andungen, Erweisungen, Bitten und Flehen nicht considerirt werden möchten, stünde ihnen bey ordentlichen Richtern Klag einzuwenden bevor, ita tradit insignis quidam Practicus ex Maul. *tit. 2. & 9. n. 117.* Admittendum etiam Gailio *l. 1. O. 17.* ea propter in Camer. Imp. mandata sine clausula adversus dominos impetrare posse; modo tamen causæ sint graves (quales recenset Maul. *tit. 4. num. 17.*) & verisimiles: non enim facilis esse debet judex in decernendis hujusmodi mandatis, ne ad majorem inobedientiam invitentur subditi. R. A. de anno 1594. §. So soll auch zum 5. Rhoding. *Pand. Camer. l. 1. c. 12. p. 183.* Hinc Camera inauditis dominis ad nudam subditorum instantiam hæc mandata non decernit, sed priùs Principi vel Magistratui ejusmodi scribit, querelas subditorum exponit, & responsum requirit: quo accepto, si adhuc verisimiles permaneant, tunc demum hæc mandata decernuntur, Gail. *d. Pign. c. 10. V. d. Rec. Imp.* In genere enim processus subditis aut civibus contra Magistratum proprium, nisi præmissis literis informatoriis, (vulgò Bericht-Schreiben) non esse decernendos, cautum est R. A. *de anno 1654.* §. Benebens. 99. *Comitiolog. Ratisbon. p. 5. p. 269.* Quòd si verô ex responso informatorio Magistratûs appareat, mandato quidem sine clausula locum non esse, aliquo tamen remedio succurrendum esse, mandatum cum clausula decerni posset, modò

modò præjudicium non fiat privilegiatæ instantiæ, der Außträg: Maul. *d. l. n. 17.* Vid. omninò Klock. *c. 19. n. 298. & multis seqq.* ubi hoc remedio locum esse ostendit, licet exploratio illa non præcesserit, modò in continenti querelæ Subditorum probabiles reddantur. *Cæterùm quis erit tam intrepidi animi, qui tam potentissimos adversarios in Jus vocare velit? quis erit primus, qui nolam feli appendere audeat?* quærit & queritur Pacif. à Lap. *Monzamb. disc. 11. n. 3. ut proinde in cummuni Litania subditi orare debeant: à tali actione libera nos domine.* quippe

Curia pauperibus clausa est; dat census honores,
Inde gravis judex, inde severus Eques:

Germani id per adagium exprimunt: Gelt und Gewalt hat Recht; Schwach und Armuth dich schlägt: aut, Gewalt, Geld und Gunst, bricht Recht, Treu, und Kunst. Ut proinde hujusmodi subditis unicum solamen restet: Patientia. Oporteatque subjectos assuescere iterum mori antiquo: Domini, quâ juvat, eunt: Oportet semet erigere vulgatis illis: Fortiter ille facit, qui miser esse potest: Item: non esse spuendum adversus Olympum: hæc & alia similia, ut sterilitatem, nimios imbres, & cætere naturæ mala, toleranda esse: oportere cœlum implorare, pro meliori aura; cessantibusque aliquando nimbis, sperare post nubila phœbum; vel tandem omnibus desperatis, cedere malo; ut vulpecula Erinaceo; ut aviculæ accipitri. Vid. *d. Epist. ad Herm. Stamm.* Paucos tamen ante annos in judicio Imperii Rusticos, angariis & parangariis nimium pressos, contra dominum justitiam obtinuisse, refert Fritsch. *d. j. Lustrat. cap. ult.* §. *2.* Eadem ratione, in causa Weylmünster contra Nassau decretum fuisse anno 1580. & ejusmodi præjudicia plura existere, refert Sixtin. *d. Regal. l. 2. cap. 13. num. 58.* Sed & in vicinia ante Septennium Rustici quidam in judicio Aulico querelam & litem, propter nimia servitia, ut ipsis videbantur, movere non verebantur, hocque ipso anno, satis tamen acerbam, sententiam, non sine lachrymis, ut mihi quidem relatum, audivêre. Quòd si tamen ipsimet subditi de sævitia domini non conquerantur, nec per alium id fieri curent, ipsum judicem posse & debere ex officio, sine ulla imploratione, iis providere, ne plus æquo onerentur & vexentur, *per l. 6.* §. *2. & 3. d. Off. Præsid.* rectè asserit Klock. *c. 19. num. 309.* Sixtin. *d. c. num. 55.*

47. Ac-

An, invitis dominis, subditi *alterius protectioni se subjicere possint?*

47. Acriter etiam disputatur, & hoc quoque seculo, contra die Burgauische Beamten, disputatum est ab Illustri Nobilitate, Immediata partis ad Nicrum: An subditis, nimium oneribus, operis, angariis, parangariis & contributionibus, oppressis, permissum sit, etiam invitis ac insciis dominis propriis, se suaque potentioris superiorisque clientelæ mancipare & subjicere? Quod ipsum non pauci asserunt, *per c. 8. & 18. X. d. privil.* Plures tamen id exemplo pessimum, scandalique plenissimum, contra Jus, A. B. recessus Imperii, aliasque constitutiones Imperii esse, multis ostendunt; Und daß solche Beschwerden dannenhero nirgends anderstwo, als bey löblicher beeder Theil ungemitteltem Ober-Haupt Kays. Majest. oder an dero und deß H. Reichsstadt repræsentierend Cammergericht, gebracht, und daselbsten der, zu Noth erforderte, Schutz und Schirm gesucht, so wohl, als Abschaffung ungleicher Beschwerden erhebt und gebetten werden müste: Neque enim subditos aliud adversus Magistratus ordinarium, licet aliud præsidium, patrocinium aut clientelam, quærere aut invocare posse, quàm domini omnium immediatè superioris; veluti ad quem propriè pertineat, querelis inferiorum mederi. Vid. *Instr. P. §. 12. Capitul. Leop. §. 8. & præter Aa.* à Wurmf. *Ex. 8. q. 11.* cumulatos, Magn. D. Myl. *c. 18. num. 16. & seqq.* Dn. Bœck. *N. S. R. J. lib. 16. cap. 3.* Dieter. *adc. 15. A. B.* Knipschilt. *lib. 2. c. 24.* Maul. *d. hom. tit. 11. num. 6. & seqq.* in terminis latissimè Auth. deß ausführlichen Discurs über der Ritterschafft Beschwerden contra Burgau.

Hæc delibasse sufficiat: permulta enim adhuc superessent, quibus hæc materia illustrari potuisset; sed instituti ratio, pedem figere jubet. Te, Benevole L. obnixè rogito, ut, si quid minùs congruè à me dictum observaveris, id tuâ, quâ polles, eruditione, judicio, prudentia, experientia, resarcire, meque benevolentiâ persequi, ne graveris.

Tibi, Æterne DEUS, sit Laus, Gloria & Honor.

II. DIS-

II. DISSERTATIO De OPPIGNORATIONE FEUDORUM REGALIUM PARTICULARI SINE CONSENSU DOMINI JURE ET MORIBUS PERMISSA,

Pro Loco defensa à

JO. ANDREA FROMMANNO,
J. U. L. & Professore Extraordinario,

Respondente

CHRISTIANO FRIDERICO SCHICKHARDO, Nürtingensi.

Tubingæ A. 1699.

THESIS I.

Quæ concinnioris methodi gratia, veterumque ad exemplum JCtorum altiore nonnunquam solicitudine circa originationes vocum, tractatui ceu compendiosa quædam idea præfixarum, à plerisque institui solet disquisitio, eam sub initium hujus Disputationis à nobis prætermissam esse nemo mirabitur, qui modò considerabit, nobis, qua licet breviore via ad nostrum scopum tendentibus, non licuisse prolixius præliminari huic vocum indagini immorari. Iisdem etiam de causis excusatum nos iri speramus, dum seposito hac vice, quod ad evitandam, ex diversa nominum acceptione facilè oriundam obscuritatem, adornari aliàs consuevit, majore verborum in inscriptione positorum, examine, omissisque aliis quoad significandi vim iisdem æquipollentibus verbis, non nisi de Oppignorationis vero & genuino sensu, conveniente sc. & LL. Romanis & receptæ Germaniæ consuetudini, nonnulla hic præfanda duxerimus. Ingressus.

Oppignorationis de Jure Civili — Justinianeo significatus & natura.

II. Oppignorationis, pignoris, item pignorationis varios inter significatus, vid. §. 7. I. de *Act.* *l. 1. pr. l. 9. §. 1. ff. de pignor.* ille cumprimis ad nos facit, quo per contractum realem creditori jus in re alicujus, propter crediti restituendi fidem, constituitur, arg. *l. 1. §. f. ff. de pact. §. ult. I. q. mod. re contr. obl.* Wesenb. *in paratitl. t. de pign. & hypoth. n. 3.* Quanquam ut de ista oppignorationis specie, quæ per nudum pactum sine traditione perficitur, data occasione nonnulla addamus, ipsa materiæ connexitas postulabit. Per istum contractum pignoris Jure Civ. Justinian. Creditori jus reale seu rem ipsam afficiens in re oppignorata constitutum fuisse, nemo ferè unquam post clarissimos tx. *l. 18. §. 2. de pign. action. l. 12. Cod. de distr. pignor. l. 17. ff. l. 15. C. de pign.* dubitavit. Transiisse quoque per hanc rei traditionem in Creditorem possessionem, non quidem Civilem illam, qua quis animo domini rei incumbere solet, bene tamen naturalem, evincunt pariter jura in *l. 22. §. 1. de nox. act. l. 13. pr. de usurp. & usuc. l. 11. §. 1. de pign. l. 9. C. de pign. act.* occurrentia: Dominium verò apud debitorem remansisse, nec hoc jure unquam in Creditorem translatum fuisse, certissimum redditur per *l. 35. §. f. de pign. act. l. 12. de distr. pign.* Vultejus, *p. 3. conf. 18. n. 18.* cujus rei fortissimum argumentum desumitur ex *l. 24. pr. de pign. act. l. 63. §. f. de A. R. D. & t. t. C. de jure dom. imp.* ubi traditur debitoribus in solvendo cessantibus, creditores, qui pignus acceperant, cujus facilis & expedita distractio non esset, impetrare solere, à Principe, ut id dominii jure sibi liceret possidere, indicio satis firmo, ante hanc impetrationem debiliori dominio jure rem oppignoratam creditori devinctam fuisse. Obtenta facultate à Cæsare, ut rem dominii jure possidere liceret creditori, vel si hic ipse vi initæ cum debitore conventionis, ut si intra certum tempus non sit soluta pecunia, jure emtoris possideat rem, justo pretio æstimandam, (qui casus est *in l. 16. §. f. de pign.*) existente conditione pignoris dominium nactus fuerit, finiri causam pignoris & obligationem, mutato in aliud genus contractuum hoc negotio constat ex *l. 24. de pign. act.* & rationis est, quod cum in re propria pignus vel hypothecam habere nemo possit, *l. 45. de R. I.* nec creditor titulo emtionis aliovè dominii translativo pignoris proprietatem jam adeptus, illud sub diversa & huic suo jam acquisito juri planè contraria ratione possidere queat. Ex quo & porrò fluit, creditorem ita dominum effectum suo jure fructus quoscunque plenissimè suos

facere,

facere, arg. *l. 5. C. de R. V. l. 20. ff. eod.* remque acquiſitam in alios pro lubitu transferendi illimitatam habere facultatem, arg. *l. 21. C. mandat.* translatamque à debitore nullo prætextu revocari poſſe. Lauterb. *in Coll. Th. pr. t. de pign. act.* §. 21.

An in Germania, ubi verba: Pfandſchafft, Verpfändung, occurrunt, dominium in creditorem qua talem tranſeat? Affirmantium Opinio I.

III. Hanc eſſe genuinam pignoris indolem juxta LL. Romanas ab Imp. Juſtiniano compilatas, facili negotio quilibet deprehendit; an verò in univerſum hæc ſit pignoris natura, ut ejus dominium, ſalvo jure pignoris: in creditorem tranſire nequeat? & in ſpecie, an in Imperio Rom. Germanico ubicunque verba: Pfandſchafft, Verpfändung, Pfand-Schilling occurrunt, non dominium, ſed ſimplex tantum pignoris jus conſtitutum intelligi ſoleat? in eo non conveniunt interpretes. Juri Rom. antiquiori, LL. ſc. XII. Tabb. ejusmodi pignoris ſpeciem, mediante quo dominium in creditorem per mancipationem ea lege transferebatur, ut ſoluta ad diem pecunia remanciparetur, non ſoluta ſine ulla denunciatione vendi poſſet, non incognitam fuiſſe, ex locis apud Ciceronem, Paulum JCtum, aliosque plures extantibus, operosè deducere allaborat Celeb. Strauchius *in diſſ. de Oppign. Imperial. th. 3. ſeq.* quam ſub fiduciæ nomine in dd. ll. occurrentem pignoris ſpeciem, naturæ pignoris haud repugnare, ex eo, quod & hac ratione ſecuritati creditoris, translato ſc. in eum dominio, optimè proſpiciatur, exiſtimat *d. diſſ. th. 6.* Hujus fiduciæ cum veſtigia quoque deprehendantur in C. Theod. *l. 9. de infirm. his, quæ ſub tyrann.* (qui Codex jam ſec. V. in Occidente ſub Regibus Gothicis vim legis accepit, uſusque ejusdem devictis licet & ſubactis à Francorum gente Gothicis populis ſemper remanſit, non invaleſcente hac in parte, niſi poſt plurima ſecula Jure Juſtinianeo) non dubitat id. Author conjecturari, admiſſis LL. Theodoſianis & Gothicis (in quibus fiduciæ nomen itidem occurrit, vid. LL. Longobard. *l. 3. de don. quæ ſub thing. l. 2. de proh. alien. min.* Cujac. *ad Paul. ſent. l. 2. t. 13. pr.*) à Carolo M. in Galliis & omni regno Francorum, eodem tempore & in regno Teutonico iſtas receptas eſſe, hocque modo apud Germanos ſi non nomen fiduciæ, tamen rem ipſam innotuiſſe. Quam opinionem ſuam plurimum roboris inde accipere putat, quod in Speculo Sax. *l. 2. art. 24.* habeatur, *unusquisque poteſt ſua bona etiam jure amittere ſeu alienare, ſi ab eo obligentur.* conf. Spec. Suev. *c. 311.* Ex quo conſtare certiſſimè putat, & Jure Sax. Suevicoque dominium pignoris in creditorem tranſiiſſe, nec alium contractum quærendum eſſe,

 quam

quam Fiduciam, ubicunque mentio fit einiges Pfand-Schillings, Verpfändung, Pfandschafft. *d. diss. th. 34.*

Opinio 2. IV. Alii rem hanc non tam alte repetentes, consuetudini universali Germaniæ attribuunt eoque provocant, quando verba Verpfändung, Pfand-Schilling, Pfandschafft, Pfändung, Wider-kauff, Wider-Losung, hodie synonyma esse, alterumque pro altero sine discrimine poni statuunt, v. Zasius *Cons. 12. n. 11.* Mart. Uran. *T. 2. cons. 6. n. 3.* verèque juxta d. Germaniæ consuetudinem emtionem venditionem cum pacto de retrovendendo celebrari, si creditor fructus lucratur, existimat Wesemb. *p. 1. R. 2. n. 90. & 91.* Arum. *2. dec. 5. n. 79* conf. Bes. *Th. Pr. voc.* Pfand-Schilling, Wehn. *in O. pr. voc.* Pfandschafft; Dehinc per contractum pignoratitium in creditorem transferri utile dominium, eumque possessionem tam naturalem quam Civilem habere, non absurdè statui tradit Auth. der Lindauisch. Reichs-Pfandschafft, *fol. 26. f. 249. inf. & 250. pr.* vid. eund *p. 344. inf.* Non minimam huic DD. sententiæ occasionem dedisse videtur, quod cum juxta LL. Justin. creditori jus percipiendi fructus haud competat, adeo, ut si easdem absque domini voluntate percipiat, furtum committat, *l. 54. pr. de furt.* perceptos autem in sortem imputare debeat, *l. 1. C. de distr. pign.* & licet ex pacto forte antichretico pignori adjecto creditor fructus percipiendi facultatem acceperit, tamen fructibus ultra legitimum usurarum modum perceptis, facta reductione, excessus in sortem computetur, Christ. ab Hagen *de usur. c. 11. n. 120.* Strauch. *d. l. th. 32.* Moribus autem Germaniæ in universum, oppignorationum, der Satzungen, Pfandschafften, diversam planè naturam esse cernerent, cum hic juxta consuetas formulas (quas vid. apud Strauch. *d. D. th. 33. & A.* der Lind. Reichs-Pfandsch. *p. 1.*) creditores plerumque irrevocabiliter fructus suos faciant, neque adigantur ad fructuum legitimum usurarum modum excedentium restitutionem, v. Uran. Wes. Bes. *d. l.* Limn. *ad cap. Car. V. art. 4. voce* Pfandschafften, *num. 18.* quod tamen aliâs fieri deberet, *l. 1. l. 2. C. de pign. act.* Inde factum, ut istis Germaniæ moribus oppignorationes in novam quandam contractuum speciem, non absimilem emtioni vendit. cum pacto de retrovendendo, transformatas plerique crediderint, autumantes, hac consuetudine legitimari perceptionem fructuum à creditore factam, cum non ut possessor pignoris antichresticus, sed ut rei pignoratæ verus, licet revocabilis, dominus eosdem suos faciat.

Frid.

Frid. Martin. *de jure censuum c.1. n.177.* Strauch. *c. l. th. 44.* add. Arumæ. *d. dec. n.78.*

V. Verum enimvero utramque opinionem tanquam genuinæ pignorum naturæ moribusque Germaniæ parum conformem debitâ circumspectione tractandam esse, quis est, qui non videat; In re, cujus dominium nobis jam quæsitum est, quomodo pignus subesse possit, non liquet, v. *l. 45. de R. I.* Contrariantur sibi horum jurium qualitates, & absorbet domini causa pignoris rationem, si in uno eodemque subjecto concurrant, *l. 24. de pignor. action.* Et impropria valde locutione eos sibi placere existimaverim, qui pignoris nomine adhuc insigniunt rem, cujus dominium pro pecunia mutua in creditorem translatum, reservata licet debitori reluendi spe; potius autem hoc casu quemcunque alium contractum, modo negotio adaptari possit, quam pignus, celebratum esse crediderim. Hanc v. pignoris naturam ante tempora Justiniani in Rom. Imperio alteratam fuisse, perque contractum pignoris dominium quandoque transiisse ex eo, quod de fiducia, cujus apud Paulum, & reliquos cc. ll. mentio fit, adductum, probabile haud redditur. Id quidem verum est, per fiduciam, juxta Paulum *L 2. sent. t.13.* dominium pignoris statim in ipsa traditione, non demum vi Legis Commissoriæ, in creditorem translatum fuisse, v. Cujac. *ad d. l. Pauli*, an vero hæc fiducia per contractum pignoratitium fuerit celebrata, quod Strauch. *d. l. th. 6.* velle videtur, translatoque licet dominio veri tamen pignoris naturam retinuerit, adeò clarum non est. Fiduciam per mancipationem contractam esse testatur d. l. Pauli; mancipatio autem cum aliter, quam per emtionem vend. fieri non potuerit, *v. de mancipat. solennibus* Boët *in Top. Cicer.* Brisson. *in sel. ex jur. Civil. antiq. l. 1. c. 7.* perspicere non possum, quî potuerit hoc loco per pignoris contractum dominii alienatio fieri? Imò cum res pro pecunia mutuo accepta creditori mancipata, dicatur, Strauch. *d. diss. th. 5.* & sic quodammodo vendita fuerit, sicque creditori ratione pecuniæ creditæ satisfactum, vix video, quomodo soluto jam debiti vinculo hæc fiducia pignoris loco apud eundem esse potuerit? Ut hinc credibile potius sit, ob reluendi facultatem, quandam pignoris speciem habuisse fiduciam, revera tamen pignus haud mansisse; uti in casu, quo fiducia contractui Commodati vel depositi accessit, statuit ex Boëtio P. Pithœus *ad tit. 10. Collat. LL. Mos. & Rom.*

Prior sententia in dubium vocatur.

Etsi vero daremus, olim fiducia contracta pignoris dominium in creditorem transiisse, eamque nihilominus naturam pignoris retinuisse, quis tamen crediderit, veteres Germanos, quos sua semper legum simplicitas commendavit, ultro se scrupulosæ mancipationum solennitati, ipsis etiam Romanis improbatæ, subjecisse: nunquam vero probari poterit, LL. istas Longobardicas & Cod. Theod. Germanis ita obtrusum fuisse, ut abdicatis patriis legibus, exteras has constitutiones unicè venerari debuerint, v. Conring. *de Orig. l. Germ. c. 20.* Quanquam enim cognitæ eædem fuerint in Germania, aliquemque earum usum itidem fuisse, ex antiquis liceat monumentis deprehendere, in hoc tamen fiduciæ passu, cum nec nominis nec rei aliquod vestigium extet, agnitas, oppignorationesque ad earum normam institutas esse, nemo facilè dixerit; maximè, cum inter fiduciam istam & Oppignorationes Germanicas ea notabilis se differentia prodat, quod juxta Paulum *l. 2. sent. t. 13. §. 2.* in illa creditor fructus suos non faciat, sed sorti imputare debeat, in his vero plerumque jus percipiendi fructus plenariè in eundem transferatur. Malè vero ex *supra citt.* Speculi Sax. Suevicique textibus evinci crediderim, Romanorum fiduciam, ita usitatam Germanis fuisse, ut ad hujus exemplum & ipsi pignorum dominia in creditores transtulerint. Verum quidem est, *dd. ll.* sub alienationis verbo, quod in Germ. ibid. Versetzen redditur, comprehendi etiam, si bona à domino obligentur, sed notum etiam est, quam latè pateat alienationis vocabulum, alienat quoque, qui alteri jus in re sua constituit, sive oppignorando id fiat, sive servitutem imponendo. *l. f. C. de reb. al. non alien.* præter jus enim in re, sed inferius dominio, nihil quicquam creditori constitutum fuisse per dd. jura Germanica, satis patescit ex Spec. Suev. *c. 244. & 248.*

Secunda quoque suspecta est;

VI. Quod alteram opinionem attinet existimantium, sensim Germaniæ moribus receptum esse, ut contractus pignorationis cum emtione vendit. pactum retrovenditionis annexum habente in effectu unum idemque sit negotium, verbaque Pfandschilling, Pfandschafft, Kauffschilling, pro synonymis habeantur, perque contractum pignoratitium in creditorem cum possessione Civili etiam utile dominium transeat, eam nobis pariter non una ratio suspectam reddit. Quanta enim hodienum inter hæc duo negotia supersit differentia, res ipsa testatur, satisque docent plerique Interpretes; quem enim fugit quæ sit nativa verborum Pfandschafft, Pfandung, Pfandschilling, efficacia, quæ eorum natura, quam diverso jure censeantur ab illis, scil.

Kauff,

Kauff, Widerkauff, Kauffschilling, quæ non nisi emtionem venditionem spirant; ut merito & hic, cum de istorum Contractuum ineundi modo, cognoscendaque eorum vi & qualitate disseritur, cujusque contractus verbis standum sit, *l. 60. ff. de Leg. 3. l. 125. de V. S.* talisque habendus, quem figura literarum ostendit, Decius *Cons. 305. n. 1.* proindeque ubi verba pignus significantia ejusque indolem exprimentia adhibentur, & hodie contractum pignoratitium à partibus initum, minimè vero emtionem vend. cum pacto de retrovendo celebratam esse, contra vero verba emtionem vend. denotantia, itidem hujus contractus inter partes gesti cæteris paribus indubitatos indices esse, certissimum est. Gail. *p. 3. cons. 15. n. 20.* jung. Consult. D. Stryk. *de Caut. contr. s. 2. c. 14. §. 27.*

Sæpè quidem accidit, ut Notariorum partiumvè incuriâ aut imperitâ pignoris contractui adjiciantur, verba emtioni vend. tantùm applicanda, es soll das Unterpfand auff eine gewise Zeit widerkäufflich seyn, & vicissim de emtione vend. sub retrovendendi lege celebrara prædicentur, quæ non nisi pignorationi, conveniunt, e. g. soll er das ihme widerkäufflich verschriebene und verkauffte Hauß nach erlangtem Pfandschilling restituiren. vid. Gail. *p. 2. Cons. 14. per tot.* Zas. *d. cons. 12. n. 11. l. i.* Wehner. *d. v.* Pfandschafften. Dn. Stryk. *c. l.* propterea tamen à verisimili partium intentione haud recedatur, sed potiùs omissis verbis, menti contrahentium aliquatenus adversis, respiciendum ad principale, quod subest, & ex fine & effectu dignoscitur, negotium. arg. *l. 21. C. Locat. l. 3. C. plur. val. quod ag.* Arumæ. *c. 2. dec. 5. n. 74.* Non tamen exinde deduxeris, verba: Pfandschilling, Kauffschilling, Widerkauff, Widerlosung, idem planè significare; sicut enim *in d. l. 3. C. plur. val. quod ag.* ideò, quod sub verbis emtionis vend. revera pignus fuit contractum, nec horum contractuum natura immutata, nec fœda inde nominum confusio orta est, licet ex certissimis conjecturis leges verba, emtioni aliàs solennia, ad pignoris negotium traxerint; ita in genere tenendum, quod, si de primaria partium intentione contractuque quem inire voluerunt, constat ex certis indiciis clausulisque eidem annexis, nihil cæteroquin intersit, etsi aliis etiàm minus congruis formulis mentem suam explicaverint. Et hac ratione Germaniæ consuetudine (verius tn. etiam jx. LL. Rom.) introductum suo modo dici potest, Pfandung, Pfandschilling, Widerkauff, 2c. synonyma esse, neque hactenus referre, qua ex his voce animi sui sensa contrahentes expresserint. vid. Excell. D.

Stryk.

Stryk. *d. ſ. 2. c. 4. §. 33. inf.* add. Arumæ. *d. l. num. 75. ſeqq.* Quo ſenſu ſi ſupra citati DD. iſtas voces æquipollere invicem ſtatuerint, facilè cum ipſis transactum erit; ſed vereor hanc iſtorum omnium eſſe ſententiam. Ii enim qui inter pactum de retrovendendo & contractum pignoratitium nullam agnoſcunt differentiam, perque hunc utile dominium Creditori acquiri ſtatuunt, v. Uran. & Auth. der Lindauiſch. R. Pfandſchafft. *dd. ll.* etſi mentem contrahentium ex verbis conventionum dijudicare poſſent, promiſcuum tamen hunc verborum uſum in diverſis quoque negotiis ad eundem finem admittunt. v. Wehn. *cit. l.* Arum. *d. c. 5. n. 79.* Aſt quam diverſa ſit horum contractuum forma, quam diverſus finis & effectus jam ex ſupra traditis liquet. Vult. *conſ. vol. 3. c. 18. n. 1. ſeqq.* Gœdd. *conſ. 28. n. 228.* add. Dn. Stryk. *ſæpe cit. c. 4. §. 23. ſq.* & cumprimis §. *31. ubi docet, quomodo hæc negotia ſint diſcernenda;* ut hinc ſumma omninò confuſio ſit, ſi duo hæc omni jure diſtincta negotia miſceantur. v. Wehn. *d. l.* Procul etiam à vero abeſt, quod per pignorationem Civilis poſſeſſio & dominium utile in creditorem transferatur; quanquam enim communiter oppignorationibus addantur pacta de fructibus ita percipiendis, ut nec ſorti ſint imputandi, (id nimirum contrahentium libertati eſt relictum, nec de eſſentia oppignorationis in genere requiritur, cum dubio careat, easdem & hodie nuda conventione absque traditione juxta *l. 1. de pign. act.* vel cum traditione, ſed in creditoris tantùm ſecuritatem fieri absque poteſtate fructus percipiendi, nomenque, der Pfandſchafften, eapropter non amittere, Tabor. *de altero tanto p. 3. art. 11. num. 2.*) illa tamen fructuum percipiendorum facultas creditori conceſſa, inſimul & dominum in eundem translatum eſſe, haud arguere poteſt: Manet namque inconcuſſum juris axioma, pignoris dominium, ſalvo ſcil. pignoris jure, in creditorem non transferri, vid. *quæ ſupra all.* add. Gail. *p. 2. cons. 14. n. 3.* quodque idem fructus conſequatur, hoc non ex dominio, (id enim haud habet,) ſed ex conventione pignori adjecta proficiſcitur. B. D. Lauterb. *de jur. antichr. th. 38.* quæ nihil aliud, quam antichreſis eſt, frequentiſſima apud Germanos in pignorationibus, teſte Zaſio *L. 1. R. 12. n. 11.* Wehn. *d. v.* Pfandſchafften. & absque omni conſcientiæ ſcrupulo, obſtante licet Pontificia prohibitione in *c. 1. 2. & 8. t. de jure jur.* recepta paſſim & immemoriali Germaniæ conſuetudine approbata, Weſ. 1. *Cons. 8. n. 44.* Gail. *2. O. 3.* Tab. *d. p. 3. a. 11. n. 7.* Dn. Lauterb. *d. diſſ. th. 9.* Cujus negotii naturæ haud adverſatur, quod moribus Germaniæ creditor pleniſſime

fructus

fructus acquirat, nihilque ſorti imputet, eam enim illimitatam fruendi pignoris facultatem debitoris voluntate jam olim concedi potuiſſe, ex *L. 17. C. de uſur. l. 11. §. 1. de pign.* vid. Chriſt. ab Hagen, *de uſur. c. 11. n. 222.* Lauterb. *d. l. th. 32.* ſine ulla uſurariæ pravitatis macula, vid. Mev. *c. 4. diſc. Lev. inop. debit. ſ. 11. num. 14.* ſi fructus cumprimis incerti admodùm ſint, unanimis eſt DD. opinio. add. Berlich. *p. 2. dec. 170. n. 25.* Tabor. *d. l. n. 11.* Ut dehinc aliud fundamentum, quod acquiſitionem fructuum in creditore antichreſtico ſuſtineat, præter domini concedentis voluntatem effingere velle, & ſupervacuum ſit & ipſi oppignorationis indoli contrarium, quæ ſane non admittit, ut Civilis poſſeſſio vel dominium utile de iſtiusmodi creditore prædicetur, v. *l. 13. de uſurp. & uſuc. arg. l. 12. de. A. V. A. P.* qui aliter ſe non habet, quam ad inſtar uſufructuarii pluribus id docente Spectatiſſ. Facult. Jurid. p. t. Decano Dn. D. Harpprecht. *Conſ. 30. n. 60. ſeq.* add. Gail. *d. Conſ. 15. p. 3. n. 20.* Cujus jus utilis dominii nomine indigitare velle, ſtrictiori hujus nominis ſignificatui haud convenit, vid. Lauterb. *Coll. Th. Pr. ad t. de uſufr. th. 7. in. f.* Ex quibus & illud credo conſtare, rerum Imperii ab Imperatoribus quondam Statibus Imperii factas oppignorationes, non obſtante earundem vi Capitulationum, pace quoque Weſtphal. *art. 5. t. 9.* corroboratarum, ab Impp. facta confirmatione, daß ſie nehmlich ſollen und wollen der Stände und Reichs-Ritterſchafft ihre Regalia und Obrigkeiten, Freyheiten und Privilegien, Pfandſchafften, confirmiren und beſtättigen, ſie auch dabey, als erwählter R. König handhaben, ſchützen und ſchirmen, vid. Cap. Leopold. *art. 3.* veras oppignorationes remanere, nec in dominium Creditorum tranſiiſſe; quanquam enim non ſubjaceant reluitioni intuitu Imperatoris, omnimodæ tamen reluitionis expertes haud ſunt, cum Imperium ſibi *in d. Inſtr. pacis art. 5. §. 9.* poteſtatem reluendi, ſi ipſi placuerit, reſervaverit, Schilter. *Inſt. J. publ. t. 1. l. 2. t. 7. §. 3.* Secus erit dicendum de iſtis oppignorationibus, quæ à Statibus Imperii olim ſibi invicem factæ reluitioni amplius haud ſubjacent, Stryk. *de Oblig. feud. conſ. mun. c. 2. n. 19.* hæ enim amiſſa qualitate pignoribus aliàs competente, *l. 10. C. de pignor. act.* ipſum etiam pignoris nomen amittere, inque aliud tranſire videntur. v. Limnæum ad Capit. Car. V. *art. 4.* v. Pfandſchafften, Titium *in Spec. J. publ. R. Germ. l. 2. c. 9. §. 2.*

Quid per particularem oppignorationem hîc loci indigitetur, utut ex eis, quæ ſequuntur facile pateat, paucis tamen lubet præmiſiſſe, Quid vocabulum particularis oppign. hic denotet.

ſiſſe, non hic ſermonem nobis eſſe de oppignoratione, qua feudi Regal. pars quotitativa, puta, tertia, quarta, dimidia. v. Jo. Paul Balzaran. *tr. de feud. ad t. 4. f. 1. vers. cum. autem;* Sed comparatione ad totum feudum Regale factâ, exigua, caſtrum, puta, oppidum, vel etiam præfectura creditori in debiti ſupponitur ſecuritatem.

Diverſa eſt Principum poteſtas circa alienationem & oppignorationem regnorum

VII. Non eam omnium in univerſum Principum circa regna poteſtatem eſſe, ut pro lubitu de iisdem diſponere queant, nec tamen propterea in eam conditionem redactos eſſe omnes Imperantes, ut ad ſimplicium tantùm uſufructuariorum inſtar redacti, nec totum regnum, nec partem ejusdem ſine ſubditorum conſenſu vel alienando, vel oppignorando transferre valeant, jamdudum ſolidior evicit Jurisprudentia; diverſum enim modum habendi imperia, utut non ſummitatem imperantium, ipſam tamen poteſtatem ex arbitrio diſponendi de Imperio, mirum in modum vel laxare, vel reſtringere, ex ipſo inæquali, quod inde oritur, jure, facilè dignoſcitur. Groc. *de J. B. & P. l. 3. 14.* Ex quo eſt, quod regnum patrimonio Principis exiſtens, uti ab hoc ad beneplacitum in totum vel pro parte alienari, ſic & inconſulto populo oppignorari poſſit. Pufend. *de I. N. & G. VIII. 5. 1.* Ziegl. *de Jur. Maj. l. 1. c. 4. §. 25.* Ill. Dn. de Kulpis, *ad Grot. de. J. B. & P. Ex. 2. th. 9.* Stryk. *de Jure Pr. circa allod. c. 2. num. 3 ſeq.* Si vero ultroneo populi conſenſu in Principem fuerit translatum, ejusque poteſtas circa alienationem vel oppignorationem ſub ipſa ſtatim Imperii delatione limitata, quin ex ſua promiſſione teneantur, ſumma pactorum religio, quæ & Principem cùm ſubditis contrahentem ſtringit, indubium reddit. Ferd. Vasq. *Ill. contr. l. 1. c. 5. n. 1.* Arnis. *de Jur. Majeſt. l. 3. c. 1. n. 10.* Spreng. *Jpr. publ. p. 388.* Excell. Dn D. Scheinemann, *in diſſ. de commerc. circa liber. homin. θ. 34. ſqq.* Nec liberiorem Princeps circa ejusmodi actus habebit poteſtatem, etſi nihil de iſtis pacto primordiali fuerit definitum, ſua enim ratione nititur illa præſumtio, qua ſubditi transferendo imperium in certam familiam vel perſonam, ab ea potiſſimum non ab alia inviti regi voluiſſe creduntur. Hottom. *Ill. q. 1. p. 10.* Grot. *1. 4. 10.* ibiq: Bœcl. quam ipſam rationem non ſolùm omnimodæ translationi regni, ſed & ejusd. oppignorationi totali & partiali obſtare, ita ut invito populo invitaq; parte alienanda vel oppignoranda Princeps nihil omnino transferre poſſit, facile nobis perſuadet Grot. *II. 6. 4.* Pufend. *d. tr. VIII. 5. 9. ſeq.* v. Bœcl. *ad d.* Grot. *l.* idemque non dubitamus aſſerere etiam de illa particulari alienatione vel oppignoratione, unde regnum non adeo notabilem

Patrimonialium & non patrimonialium Hæc Princeps pro lubitu nec in totum nec pro parte alienare vel oppignorare poteſt.

notabilem patitur imminutionem, cum & hic eadem prohibitionis ratio militet, qua ſingulis quoque ex determinata incertum ſubjectum imperii translatione jus eſt quæſitum. Vasq. *d. l. 1. c. 4. num. 3. & 9.* vid. tamen B. Dn. Oſiand. *in Obſ. ad d. l.* Grot. *II. 6. 4.*

VIII. Quod ſi porrò de ipſo patrimonio populi, Regi, ad Regiæ dignitatis onera ſuſtinenda, conceſſo quæratur, & hujus intuitu ligatas ipſi manus eſſe, ex nativa harum rerum conditione pateſcit; Domanialia enim bona cum jure dominii ad populum ſpectent, in iisque Princeps non niſi pro Uſufructuario habeatur, Heig. *qu. 19. n. 2. ſq.* Beſold. *diſſ. de. arar. publ. c. 7.* nequicquam ejus poteſtas ad alienationem eorundem ſeſe extendet, ſive deinde de re exigui pretii ſive de re majoris momenti & æſtimationis quæratur, utroque enim caſu quoniam de rebus alienis diſponitur, nec vilitas earundem legitimare poterit actum, contra alterius jura quæſita directum, Grot. *II. 6. 11.* Spectatiſs. Dn. D. Harpprecht. *Conſ. 57. num. 217. ſeqq.* Quocirca ejusmodi bona ſine conſenſu ſubditorum alienata à ſucceſſoribus optimo jure revocari poſſe, ad exemplum eorum, quæ reſtitutioni obnoxia à privatis diſtracta fuere, tradit Carpzov. *ad L. Reg. German. c. 7. ſect. 1. n. 2. 3.* Conring. *de Fin. Imp. Germ. c. 19. p. 364.* Myler. *Nomol. c. 16. n. 2.* Nec aliter dicendum erit de bonis fiſcalibus ſive juribus, quæ Principis dignitati connexa adhærent, reſervanda enim eadem ſunt ad futuros Reip. uſus, idque eò magis, quo iisdem diminutis facilius Imperii diſſolutio ſecutura eſt, cit. DD. Clapmar. *de Arc. Rerump. t. 5. c. 12. & 13.* Arniſæus, *d. l. 3. de jur. Majeſt. c. 1. n. 15.*

[Margin: Uti nec bona Domanialia.]

[Margin: Nec Fiſcalia.]

IX. Non tamen ex reſtricta hac Principis circa alienationem vel oppignorationem regni aut patrimonii ad populum ſpectantis poteſtate, ſummo ipſius imperio in cives nimium detractum, aut eum in miſerrimam conditionem, occaſione nimirum exercendæ liberalitatis ſic eidem ademtæ, conjectum eſſe, quisquam colliget; ſummus etenim Princeps manet, ejusdemque actus, quibus ad bonum Reip. civium actiones attemperat, alterius poteſtati aut revocationi haud ſubjiciuntur, etſi pro lubitu de iſtis rebus diſponendi facultatem non habeat, neque propterea beneficentiæ conteſtandæ materia plane deficit, Principes, aliunde enim ſatis habere ſolent, ut ex dignitate Regalis faſtigii non de alieno, ſed de proprio liberaliter, bene de ſe meritos, poſſint remunerari; dum vel ad privatorum inſtar ampliſſima interdum poſſident bona, quæ ex arbitrio ſuo in quemcunq; conferre valent, arg. eor. quæ diſſerit Ziegl. *de. J. Maj. l. 1. c. 4. §. 26.* Spreng. *in Jpr. Publ.*

[Margin: Nihil tamen propterea ſummo eorundem decedit Imperio.]

 p. 339.

p. 339. Dn. D. Harppr. *d. C. 57. n. 218.* vel ex fructibus bonorum, ad auguſtam dignitatem tuendam ipſis tributorum, v. Pufend. *d. l. VIII. 5. 11.* ſufficientem conſequantur materiam, beneficos iſtiusmodi illibato populi patrimonio celebrandi actus. Vaſq. *d. c. 4. n. 8.* Dn. Stryk. *d. diſſ. c. 2. n. 10. ſeqq.* ubi *in alia Principi ratione allodii porrò competentia jura inquirit.*

Quid obtineat in caſu neceſſitatis vel utilitatis circa alienat. vel oppignorationem.

Hos intra cancellos imperantium poteſtatem circa alienationem vel oppignorationem redactam eſſe, ex univerſali jure facile deducitur, tumque cumprimis, ſi ejusmodi actus ex Regis potius bene placito, quàm neceſſitate vel utilitate Reip. id exigente ſuſcipiatur, quamvis & diverſum temporum uſum paſſimq; receptas conſuetudines petitæ huic ex naturalibus principiis ratiocinationi multum detraxiſſe diffitendum non ſit.

Regnorum.

In eo plerique conveniunt DD. poſſe Principem, urgente id inevitabili neceſſitate, partem Imperii invitam licet, atque reluctantem cedere alii, tantoque magis oppignorare, ut hac ratione unius partis jactura reliquum unà aliàs periturum Reip. corpus ſalvum & incolume conſervetur. Arnis. *c. l. n. 13. ſq.* Cum enim non alio fine plures in unam ſocietatem Civilem coire ſoleant, quam ut conjunctis viribus ſingulorum ſecuritati proſpiciatur; qui ſi alia ratione obtineri nequeat, permiſſum erit Principi, partem, quæ non niſi cum totius corporis interitu ſervari poteſt, abdicare ſuoque juri in illam renunciare, vel etiam eandem oppignorare. Puf. *d. l. n. 9.* Bœcl. cit. Ziegl. *ad Grot. II. 6. 8.* Vaſq. *d. c. n. 4.* An vero eadem facilitate id aſſeri queat, ſi partis alienationem vel oppignorationem ſola reliqui corporis utilitas ſuadeat, de eo non immerito dubitat Vaſqu. & Grot. *l. cit.*

Rerum ad populum pertinentium.

X. Longè alia ratio eſt rerum ad patrimonium populi ſpectantium, has enim Principem in alios etiam irrequiſito populo transferre poſſe, ſi inſignis vel neceſſitas vel utilitas Reip. translationem ſ. oppignorationem depoſcat, ex ſummo, quo civium ſalutem, & ſecuritatem procurat, imperio, indubium redditur. v. Heig. *q. 19. n. 7.* Beſold. *de Ærario c. 7. d. 3.* Carpzov. *ad L. Reg. c. 8. ſ. 4. n. 9.* quamvis hic quoque ad Leges fundamentales, adminiſtrandæ Reip formam modumque etiam iſti bonorum diſpenſationi communiter præbentes, ſi reſpiciendum. Dn. Born. *diſſ. de eo, quod juſtum eſt circa deſtinat. c. 5. n. 8.*

Quid liceat circa Regna Feudalia?

XI. Quid verò in regnis feudalibus intuitu alienationis vel oppignorationis liceat & domino directo & Vaſallo Principi, tum & cum

ſponte

ſponte ſuſcipitur eadem, tum cum neceſſitas eò impellit? haud inconcinne hic quæri poſſet; verum cum nexus iſte non ſolo Nat. jure regatur ſed potius juris Civ. ſit, eaque propter nec ex illo jure deciſio unicè petenda veniat, Conring *de fin. Germ. Imp. c. 19. p. 365.* ſed conſiderari debeat, quid quaque in gente circa iſtos caſus receptum ſit? Grot. *II. 7. 21.* & requiri cumprimis, annon ſpecialia inveſtituræ pacta contractui feudali ſingulare aliquid adjecerint? quid in certis familiis & perſonis receptum? quæ ſingulorum locorum conſuetudines? Bœcl. *ad d. l. Gr.* nec negligendum ſit, quid Longobardorum legibus, ceu paſſim receptis, Limn. *ad Cap. Car. V. art. 24. n. 35.* Goth. Ant. *diſp. feud. 1. lit. m.* ſit definitum? hæc autem tractatio à noſtro ſcopo aliena ſit, idcirco eidem ſuperſedemus.

XII. Ad noſtrum potius Imperium Rom. Germ. nos convertentes paucis, quæ ſit Imperatoris circa alienationem & oppignorationem rerum Imperii, quæ cæterorum ſtatuum circa res ab ipſis poſſeſſas diſponendi facultas, delibabimus. Liberrimam olim de rebus Imperii diſponendi poteſtatem habuiſſe Imperatores Francicos atque Saxonicos, tot ab iis factæ donationes, oppignorationes, infeudationes aliæque innumeræ alienationes, quarum exempla proſtant, evidenter ſatis evincunt; ut recte Limnæum reprehendat Strauch. *d. diſſ. de Oppign. Imp. th. præpr. 29. & 30.* nec tot exemplis adduci ſe poſſe dicentem, ut crederet, licuiſſe olim Imperatoribus citra conſenſum ſeu electorum ſeu ſtatuum Imperii civitates & ditiones Imperii alienare vel oppignorare, proindeque perſuaſum, etſi nulla in Capitul. extaret alienationis prohibitio, nihil tamen Imperatorem alienare poſſe, propterea quod nonniſi ſimplicis adminiſtratoris vel tutoris munere in Rep. fungatur. vid. Limn. *ad Cap. Car. V. art. 9. voc.* in andere Weg veräuſſern, *n. 1. ſeqq.* Quod ſi enim ad primordia regni Germanici reſpiciamus, quatenus ſcil. illud in ſtirpem Carolinam devenit, deprehendimus, â Carolo M. maximam ejus partem vi bellica ſubactam in ejus ditionem conceſſiſſe, ſublatis prius, qui fuerant tum, potentiſſimis Ducatibus Ziegl. *de Jure Majeſt. l. 1. c. 28. §. 6.* devictosque hos Germaniæ populos priſtinæ tum libertatis jacturam feciſſe, Excell. Dn. Schwed. *Introd. I. P. part. gen. c. 4. §. 7.* ipſamque ditionum proprietatem in Victorem tranſiiſſe, Stryk. *d. diſſ. de J. Princ. c. allod. c. 3. n. 7. in f.* quas Ducibus & Comitibus adminiſtrandas poſtmodum concedebat. Ex quo eſt, quod Carolus M. jure ſuis armis quæſito utens variis ra-

Quid liceat Imperatori circa res Imperii.

tionibus id patrimonium ſuum diſtraxerit, multa de eo feuda conceſſerit, plurimasque fecerit donationes haud requiſito populi vel primorum conſenſu, Strauch. *d. l. th. 20.* ut dehinc eundem adminiſtratoris tantum nomine Germanorum devictorum jura tractaſſe, haud ſit credibile, ſi quæ de patrimonialium regnorum indole ſupra adduximus, hic repetere velis.

XIII. Eundem in modum & hujus poſteri, quamdiu antiqua regiminis forma ſubſiſtebat, pleno ſibi jure vindicarunt regalia, nullaque lege circumſcripti reditus bonaque imperii liberaliter aliis donarunt, alioque modo alienarunt; qui utut in hoc reprehendantur, quod per nimiam diſtractionem bona imperii diminuerint, & ſubpreſſos quondam Ducatus non ſine inſigni Imp. detrimento erigi denuo permiſerint, v. Conring. *de Duc. & Com. Imp. §.19.* ſuaque exceſſiva liberalitate, partim & incuria, quod late antea patuerat, Imperium, in fruſta ſcindi, & hac ratione planè perire paſſi fuerint, Ziegl. *c. loc.* In hoc tamen nemo eosdem jure accuſaverit, quod iſtiusmodi alienationes contra Imper. leges & jura ſuſceperint; quamdiu enim Carolina ſtirps ſuperſtes fuit, hæreditario maximè jure ſibi invicem ſuccedebant, Conr. *ad Lamp. p. 3. c. 2. §. 4.* D. Schwed. *d. tr. p. ſp. ſ. 1. c. 1. §. 18.* conſequenter & uniformem poteſtatem omnibus his ſucceſſoribus circa res Imp. competiiſſe ex jure ſucceſſionis evincitur, præſertim cum nulla antiquiora monumenta legesvè, de circumſcripta Impp. tum temporis alienandi poteſtate proſtent. Subſequentes quoque Impp. vi juris, quod in Imperio ipſis competebat, ejusmodi alienationum actus quamplurimos tamdiu exercuerunt, v. Strauch. *d. diſſ. th. 21.* donec creſcente Principum Imp. indies potentia hi partem adminiſtrandæ Reip. ſibi ſumerent, Imperatorumque authoritas nimium quantum decreſceret, ita ut his interdicta tandem alienatione & oppignoratione rerum Imperii, parum ex priſtino ſplendore reliquum fuerit. Quo tempore autem primitus hæc alienationis prohibitio à Statibus Imp. facta ſit, de eo non una eſt DD. ſententia. v. Conr. *de fin. Imp. c. 19. p. 376. ſeq.* & quæ reſpondet Strauch. *in d. diſſ. th. 22. ſeq.* nobis hic ex inſtituti noſtri ratione ſufficit paucis addidiſſe, jam à Caroli V. temporibus reliquos ferè Impp. omnes promiſiſſe, nihil ſe ex rebus Imp. quæ nimirum alicujus momenti eſſent, (aliud enim de rebus minoris pretii ſentiendum, recte ex verbis Capitul. auch confiſcirte merckliche Güter, deducitur, Itter. *de Feud. Imp. cap. 7. §. 19. in f.*)

ſine

ſine Electorum conſenſu alienaturos oppignoraturosvè. Quomodo autem hic electorum conſenſus jam interponendus, an reliqui Status Imp. concurrere debeant, quibus in caſibus alienationis conſentiendum ſit, de eo vid. præprimis Limnæus *ad d. Cap. Car. V. art. 9.* verb. verſchreiben, in andere Weg veräuſſern, Excellent. D. Schwed. *d. vſ. l. 1. c. l. 23. §. 11. ſeq.* Carpz. *ad L. Reg. c. 7. ſ. 1. n. 4. ſq.* Recte tamen ab hac prohibita rerum Imp. alienatione ſeparantur bona, quæ in pleno Imperatoris ſunt patrimonio, quæque non intuitu muneris ſeu, ſed uti quilibet alius privatus poſſidet, nihilque intereſt, ſive ex reditibus rerum Imp. ſive aliunde eadem acquiſita habeat; liberam enim utrinque eidem competere diſpoſitionem, niſi aliud impediat, ipſa harum rerum natura inculcat, v. Strauch. *d. l. th. 17.*

XIV. Statuum circa alienationem & oppignorationem jura quod attinet, ea etiam dimetienda eſſe ex modo, quo territoria ſua poſſident, nemo non videt: Hæc enim ſi allodii jure teneant, quin pro lubitu de iisdem diſponere poſſint, dummodo id in Imperii detrimentum non vergat, ex iis patet, quæ ſupra de alienatione regnorum patrimonialium adduximus, neque hic vel Imperatoris vel ſubditorum conſenſum neceſſarium eſſe, *arg. art. 39. Cap. Leop. verſ.* ſo vom Lehenthum keine *Dependenz* haben, docet Rhetius *in jur. publ. l. 2. t. 32. §. 2.* Dn. Stryk. *diſſ. de J. Princ. c. allod. c. 5. n. 17. ſeq. hac in materia omninò videndus*, B. Parens Joh. Andr. Frommann, *de Condomin. territ. c. 9. §. 6.* niſi forte Statibus aliàs circa terras allodiales competens facultas conſuetudine vel pacto cum Ordinibus provincialibus inito aliquantum ſit reſtricta, ita ut nonniſi adhibito eorum conſenſu quicquam in alios transferre valeant, Schilt. *Inſt. J. Publ. t. 1. l. 2. t. 7. §. 1.* quamvis non ſtatim ex eo, quod alicubi Status provinciales adhiberi conſueverunt, tanta mox authoritas eis tribuenda, ut eorundem voluntas pro norma actionum à Principe ſuſcipiendarum haberi debeat, v. Pacif. à Lap. *in Monzamb. diſc. 3. n. 7.* majore enim alibi, alibi minore pollent authoritate, ſæpiusque eum magis in finem adhibentur, ut de gravioribus negotiis deliberent, quam ut de iisdem ceu ſuperioritatis participes ſtatuant, Limn. *J. 1. L. 1. c. 10. n. 1.* Illuſtr. Dn. à Seckendorff. *p. 2. c. 4. §. 4.* des Teutſchen Fürſt. Staats. Et licita erit hujusmodi allodialis territorii alienatio & oppignoratio, etiamſi alii territorio, quod omnis alienationis expers eſt, fuerit unitum, nihilominus enim ſua

Status Imperii poſſunt alienare vel oppignorare ſua territoria, ſi ſint allodialia.

jura

jura salva retinet, Thoming. *dec.41. per tot.* Mev. *p.2. dec.185. num.2.* liberæque domini dispensationi manet suppositum. Idem est, etsi non integrum territorium, sed castrum, civitas vel præfectura, in Ducatu, licet feudali comprehensa, allodiali jure possideatur, hæc enim omnia, uti etiam aliæ res pleno dominii jure ipsis subjectæ, illimitatæ Statuum Imp. dispositioni subsunt. Stryk. *d. l. c. 4.*

Quid liceat ipsis si sint feudalia? ubi respiciendum ad mores consuetudines & Jura feudalia.

XV. Sed vero cum pleræque Germ. Imp. provinciæ non allodii jure censeantur, sed feudi nexu, cum dignitate, si quam habent, Regali ab Imperatori & Imperio dependeant, Reinking. *de R. S. & E. l. 1. cl. 4. c. 19. n. 41.* Itter. *de feud. Imp. c. 3. §. 8.* absolutam circa earundem alienationem licentiam possessoribus non esse tribuendam, ipsum, quod intercedit, vinculum satis innuit, cum enim multum intersit, quem vasallum habeat Imp. & Imperium, cavendumque sedulò, ne directum, quod in re feudali ipsi competit, dominium, aut justissima etiam succedendi spes Agnatis jam à primùm acquirentis persona quæsita intervertatur, neutiquam permittendum erat, ut ab unius possidentis Vasalli arbitrio penderet de talibus bonis disponendi facultas. Quare quid inibi juris habeat Vasallus, id utique non ex ejus, quantacunque licet dignitate conspicui voluntate, sed ex usu potius, consuetudine & dispositione juris feudalis æstimandum erit. Brunn. *Cons. 1. n. 30.* Ziegl. *de J. Maj. l. 1. c. 4. §. 27.* quod Jus Feudale & si Vasallorum in hoc puncto libertatem intra strictissimos plerumque cancellos coangustaverit, adeò tamen haud circumscripsit, ut nullo plane in casu sive in totum sive pro parte, deficiente Domini & Agnatorum consensu, feuda transferre in alium ipsis liceret. Quid vero circa oppignorationem feudorum Regalem dignitatem annexam habentium Vasallis permissum sit, non adeò liquet; plerumque enim in hoc articulo opponuntur sibi invicem Longobard. feudalia jura consuetudinesque eisdem contrariæ alibi receptæ. Id quod ipsum cum in nostra etiam Germania; ubi DD. de permissa feudorum oppignoratione vel alienatione agunt, evenire soleat, sæpiusque recentiori consuetudini adscribatur, quod tamen ipsis Longobardorum Legibus conforme est, vel pro noviore Germaniæ consuetudine venditetur, quod tamen non interrupto usu semper in eadem obtinuit, nec Longobardorum LL. unquam fuit abrogatum: proinde cum nobis animus sit inquirere in Vasallorum cum Regali dignitate feuda possidentium circa particularem eorundam oppignorationem jura, Doctorumque opiniones de hoc the-

mate

mate inter se conferre, non alienum à nostro proposito erit, ut distincta isthæc jura distinctè tractemus, priusquam, quid Germanorum moribus in hoc casu introductum sit, dicamus, paucis Longobardica jura indicasse.

XVI. Diversissimas olim tam circa alienationem, quam oppignorationem feudorum in Curiis feudalibus obtinuisse consuetudines, plures in jure feudali occurrentes textus satis manifestum reddunt; Licebat enim antiquissimis temporibus inconsulto etiam domino uti totum feudum alienare, ita sine dubio quoque oppignorare *2.f.44.* sine discrimine s. regale s. non regale illud fuerit: quæ facultas ita deinde temperata est, ut ultra medietatem nec alienare *1.f.13.* nec oppignorare *1.f.5.* permitteretur, nec id tamen pro lubitu, sed famis cumprimis aut alia quadam necessitate urgente, *2.f.9.* Tandem vero cum sub hac permissionis specie multa in Dominos dolosè machinarentur Vasalli, feuda in pignus Creditoribus concedendo, simulque etiam facultatem iisdem fruendi largiendo (quod frequentissimè factum ex *2.f.8.in fin.* non malè auguratur Hottomannus) non sine insigni Imper. damno carentes beneficiis eorumque fructibus debita servitia subterfugiebant, minusque idonei reddebantur, qui in expeditionibus aliisque necessitatibus domino adessent; inde Lotharii II. *2.f.52.* & Friderici I. *2.f.55.* constitutionibus non solum omnis alienatio, sed & oppignoratio absque domini consensu prohibita penitus atque interdicta fuit; quas leges, ceu generaliter conceptas de oppignoratione feudi partiali æque ac totali, nec tantum de pignore sub L. Commiss. aut aliàs fraudulenter constituti, sed de omni planè intelligendas esse contra gloss. rectè advertit Zasius *in Us.feud.p.9. num. 6.* easque correctorias fuisse juris, quod in *2.f.9. 2 f.38.* alibique occurrit, bene annotavit Gothofr. *ad d 2 f 55.* Atque hæc communis ferè omnium feudistarum est opinio. Jac. de Belviso, *ad t.1. f.13. vers. si clientul. §. & quæritur.* Bitsch. *ad t.2.f.55.n.1, not.4.*

Quid olim jure consuetudinario Longobardico circa oppignor. permissum fuerit.

Ab Imperat. Lothar. II. & Friderico I. omnis penitus oppignor. prohibita.

Ex qua generali alienationis & oppignorationis rei feudalis prohibitione & id communiter deducunt, quod nec ob urgentem necessitatem Vasallus quicquam de feudo oppignorare possit vel distrahere inconsulto Domino; quod licet mirabile visum fuerit Zasio *d.l.num. 13.* in eandem tamen sententiam & ipse concessit, secutus Bald. *in t.2.f.9.* & Alvarot. Curt. Jun. *part.4. quæst.16.num.107.* cum quo faciunt plures, quos Schrader. *p.8. 6.1. n.21.* Struv. *S.I.F.*

Etiam in casu necessitatis.

c. 13. aph. 1. n. 2. allegant, quibus pro ratione eſt, quod, cùm feudum ſub tacita conditione, ne ſine conſenſu domini alienetur, in Vaſallum fuerit translatum, hancque legem ſuæ rei dominus jure dicere potuerit, *l. 10. C de pact.* neutiquam attendenda ſit illa neceſſitas Vaſalli, ut propterea eidem contra conventa in domini præjudicium alienandi facultas concedi debeat, cum hujus dominium nullo modo attenuandum ſit aut debilitandum, Brunn. *Cons. 1. n. 247.* quod obtinere dicunt, etiamſi interveniat Judicis authoritas, Rol. à Valle, *Cons. 56. n. 14. ſqq. Vol. 4.* & in hoc limitari debere illud, quod de neceſſitatis efficacia ex *c. 2. de obſ. jejun. l. 1. C. de patr. qui fil. diſtrax.* doceri ſolet; idemque de quacunque neceſſaria cauſa habendum, ſive avertendi bellici periculi ſive ob famem vel æs alienum oppignoratio vel alienatio fiat, ob *d. t. 2. f. 9.* concludere DD. refert Roſenth. *de feud. c. 9. concl. 3. n. 7. & concl. 15. n. 8. ſq.* Quo tamen in caſu ſi Dominus deſuper rogatus absque juſta cauſa conſenſum impertire, vel ipſe etiam feudum emere recuſet, tunc eundem vel per ſuperiorem, ſi quem habet, ad interponendum conſenſum adigi, vel Vaſallum licitè feudum ſuum alienare poſſe, ex æquitate ſtatuendum dicit Rol. à Valle, *d. l.* Weſenbec. *Cons. 66. num. 28.* Arum. *diſp. feud. 7. th. 12.*

Conſenſu Domini ad oppign. non adhibito, privatur ipſo jure Vaſallus.

XVII. Neglecto autem domini conſenſu, ſi Vaſallus ſcienter ad feudi alienationem vel oppignorationem proceſſerit, idque creditori tradiderit, eum, ob contemtum domini *2. f. 24. inf.* feudo privari, idque ipſo jure ad dominum volentem redire, apertiſſimi text. *2. f. 52. & 2. f. 55.* teſtantur, add. Curt. jun. *part. 1. p. m. 278. n. 20.* ita ut non niſi ſententia declaratoria opus ſit ad avocandam iſtius poſſeſſionem, Zas. *d l. p. 10. n. 73.* Struv. *c. 13. aph. 10. n. 1.* Eamque ob neglectum domini conſenſum privationis pœnam in quolibet feudo locum habere ex generalitate text. recte aſſerit Roſenthal. *d. tr. c. 10. concl. 5. n. 1.* ſic tamen, ut ob rei minimæ ex feudo oppignorationem, vel ut Baldus ejusque ſectatores loquuntur, ob unius ceſpitis alienationem vel oppignorationem non toto ſtatim feudo ſit privandus; meritò enim generalitas *tx. 2. f. 55.* temperanda erit ex *2. f. 38.* ubi propter partis alienationem non toto feudo, ſed parte tantum illicitè alienata Vaſallum excidere dicitur, Zas. *d. l. n. 1. & 2.* Schrad. *p. 9. c. 1. n. 55.* Vultej. *de feud. c. 11. num. 40. in f.* & ſuadet hanc interpretationem ipſa æquitas, quæ pœnam delicto admenſurandam eſſe inculcat. *l. 22. C. de pœn.* add. Roſenth. *d. tr. c. 9. m. 1. concl. 1. n. 1. ſq.*

XVIII.

XVIII. Sed quid ſi retenta poſſeſſione ſimplicem tantùm hypothecam in feudo conſtituerit Vaſallus, an eadem quoque privationis pœna ipſum manebit? Sanè ſi hæc quæſtio ex *l. f. C. de reb. al. non al.* definienda foret, ſine dubio etiam ſimplicis hypothecæ conſtitutionem eundem ſequi effectum ſtatuendum eſſet, cum Lauden. *ad c. un. in pr. n. 11. de proh. feud. al.* Hottom. *Conſ. 30. n. 8.* Vultej. *1. feud. 10. n. 43.* Verum cum ſic Vaſallus non denudetur beneficio ſuo, nihilque in creditorem transferatur, ſed remaneat in poſſeſſione feudi, conſequenter de ſervitiis feudalibus nihil decedat domino, neque etiam metus ſubſit, Vaſallum idcircò ea ſubterfugiturum, propterea ob ceſſantem legis in *2. f. 52.* artionem ejns quoque conſtitutionem hic ceſſare debere neceſſum eſt; ut enim injuria domino facta dicatur, illam effectum habuiſſe oportet, quod poſſeſſione nondum translata factum haud cenſetur. *arg. d. 2. f. 55.* ibi: *in alios transferunt.* Quamvis autem ob ſimplicis hypothecæ conſtitutionem feudo non excidat Vaſallus, ipſa tamen hypothecæ obligatio nulla eſt & effectu deſtituitur. *d. t. 2. f. 55.* Roſenth. *d. c. 9. concl. 14. n. 1.* Struv. *d. c. 13. aph. 7. n. 1.* ſolet enim per eandem ad ipſius rei diſtractionem perveniri, quæ cum omni modo prohibita ſit, prohibitum & illud erit, per quod ad eandem pervenitur. *v. 2. f. 8. §. ult.* ut proin in præjudicium domini non conſentientis illa ſubſiſtere nequeat. Vult. *d. l.* Weſenb. *Conſ. 11. n. 5.* Quæ hactenus de prohibita oppignoratione ejusdemque neglectum ſequente privatione dicta ſunt, in feudis propriis communemque naturam habentibus potiſſimum obtinere, nemo dubitabit. In aliis enim, de quibus liberior diſponendi facultas Vaſallo competit, plus etiam eidem ratione oppignorationis licere, facile patet: Unde ſi cui feudum pro ſe & heredibus quibuscunque, auff Söhn und Töchter, dero Erb- und Erbnehmen, conceſſum fuerit, (quale feudum merè hæreditarium DD. dicunt, v. Knichen. *de veſtit. pact. p. 1. c. 10.* Dn. Stryk. *Ex. I. F. c. 4. q. 45.* Wurmbſer. *de feud. impropr. cl. 3. ſ. 5. n. 3.*) id, cùm allodialibus rebus tam ratione ſucceſſionis, quam alienationis comparetur, Clarus *§. feudum, q. 9. n. 2. & q. 83. q. 42. num. 2.* Gail. *2. Obſ. 154. num. 13. ſeqq.* Vaſallus non ſolùm illud cedere, oppignorare, vendere, *2. f. 48.* ſed & de eodem tum inter vivos tum in ultimo elogio pro lubitu ſuo diſponere poterit, Chaſſan. *in Conſuet. Burg. Rub. 3. §. 5. n. 7.* Quocirca ſi tale feudum hypothecæ ſuppoſitum fuerit, adeò valet ejusdem obligatio, ut etiam ſoluto Vaſalli jure hoc onus ratum maneat,

Secus eſt, ſi ſimplicem tantum hypothecam conſtituerit,

Vel ſi liberior circa feudum diſponendi facultas ei competat, ut ſi feudum ſit hereditarium,

atque ab herede ejusdem, vel domino, si ad eum revertatur, agnoscendum veniat; imò si Vasallus æs alienum, cujus occasione feudum pignori dedit, non exsolvat, poterit Creditor etiam ab ordinario Judice impetrare, ut ipsi hanc rem hypothecatam dominii jure possidere liceat, eodem sc. modo quo penes Vasallum fuit, arg. eorum quæ disserit Rosenth. *c. 9. m. 1. c. 16. n 14. seq.* Molin. *Conf. 3. n. 3.* Neque hic agnatis jus erit, feudum ita translatum à Creditore vel alio unquam revocandi, defunctique facto contraveniendi, Hartm. Pistor. *p. 1. lib. 2. q. 14.* Gail. *d. Obs. 154. num. 12. seq.* Bocer. *de qual. & diff. feud. c. 5. n. 48. & 50.* Qui idem effectus etiam aliis formulis, sub quibus concessio feudi fieri solet, ut si in investitura dictum fuerit, quod feudum allodii naturam habere debeat, quod in quemcunque alienari possit. *arg. 2. f. 26. §. feuda. & 48.* &c. adscribendus est, omnibus enim istis modis feudum hereditarium merè tale constituitur, Gail. *d. l. n. ult.* Struv. *d. c. 4. §. 13.* An autem si dominus simpliciter feudum concesserit, cum pacto de alienando, id quoque naturam hereditarii habeat, de eo merito dubitat Rosenth. *c. 9. m. 1. concl. 40.*

vel si proximiori Agnato oppignoratio facta,

XIX. Quod si porrò Vasallus proximiori Agnato, qui spem succedendi in feudo habeat, sine domini consensu partem vel totum oppignoraverit, subsistere id pignus, nec propterea dominum rem tanquam ex felonia ad se reversam vindicare posse, ex eo liquet, quod eidem liceat totum feudum agnato refutare, etiam sine domini voluntate *2. f. 38.* quæ refutatio cum nihil aliud sit, quam alienatio, per quam & possessio & dominium utile in eum, cui refutatur, transit, *2. f. 38.* licebit ei quoque id oppignorare, cum minus hoc sit, nihilque domino præjudicet, cum ita pignus transferatur in eum, qui ex ejus voluntate aliàs erat successurus. Mynsing. *cent. 6. Obs. 23. n. 4.* Bocer. *de amiss. feud. c. 2. n. 102. & 135.* qui supra citati textus cum *2. f. 52. & 55.* correcti non sint, vim suam adhuc obtinebunt, per *l. 32. inf. C. de appellat.* add. Camerar. *in repet. ad. t. 2. f. 55. p. 229.*

vel coheredi feudali.

Idem erit dicendum, si coheredi feudali Vasallus feudum oppignoraverit, uti enim huic per divisionem partes inæquales sine domini consensu assignari possunt, imò uti Dominus invitos Vasallos cogere non potest, ut partem feudi retineant, sed admittere tenetur, ut uni totum feudum cedatur, *2. f. 26. §. omnes filii*, Zas. *p. 9. num. 30.* Schrad. *p. 8. c. 2. n. 30.* Köpp. *dec. 54. num. 34 sq.* ita quoque eundem oppignorationem inter ejusmodi Convasallos factam ratam habere debere,

debere, paritatis ratio ſuadet, quod etiam in feudo Regali ſtatuendum videtur, etſi enim in hoc per *t. 2. f. 55.* diviſio haud admittatur, tamen uti conventione coheredum & hoc feudum uni aſſignari poteſt, ita & in re adhuc communi pignus conſtitui poſſe ex præcedentibus fluere videtur. Roſenthal. *c. 9. concl. 56. num. 4. ibique citati.*

XX. Præterea cum Vaſallus inſcio quoque & inconſulto domino feudum ſuum vel ejus partem alii per ſubinfeudationem poſſit concedere, *2. f. 3. §. 1. 2. f. 26. §. beneficium* dummodo obſerventur ea, quæ hic jura feudalia exigunt, v. *2. f. 34. §. ſimiliter. 2. f. 55. §. callidis* Struv. *S. I. F. c. 12. aph. 11.* nihil obſtare exiſtimamus, quo minus Vaſallus debitor creditori ſuo bona feudalia in ſubfeudum ſub qualitate pignoris concedere poſſit, etiam conſenſu domini non accedente; generaliter enim Vaſallo conceſſa eſt ſubinfeudandi facultas, dum id in idoneum fiat, & ſub iisdem conditionibus, quibus ipſe feudum tenuit, quo obſervato nulla hic ulterius ſubfeudum pignoratitium impediens ratio ſubeſſe videtur: Manet enim & hic Vaſallus ſubinfeudans ratione ſervitiorum obligatus domino, cui hoc modo nihil quicquam decedit, cum & ipſum ſubvaſallum ad ſervitia obſtrictum habeat, & intermiſſis neglectisque iis feudo ſuo nihilominus poſſit incumbere. Hartm. Piſtor. *4. q. 44. n. 2.* Frantzk. *de Laudem. c. 14. n. 32. ſeq.* Gothofred. *in not. ad l. 1. f. 4. §. 6.* Nec quicquam enim huic ſubinfeudationi contrariatur, quod ita ſub colore inveſtituræ in fraudem legis *2. f. 55.* revera pignus conſtitui videatur; nihil enim hic agitur, quod in iſtius conſtitutionis fraudem tendat, quæ prohibet, ne ſub ficta infeudatione reapſe omnimoda celebretur alienatio, ſubfeudum autem non conſtituatur. Struv. *c. 12. aph. 11. n. 1.* neve ita Vaſallus fraudulenter in alium transferendo jus ſuum, obligatione, qua domino tenebatur, ſemet eximat, ſicque Dominus ſimul & Vaſallum & feudum perdat: Retinet quippe Vaſallus ſubinfeudans utile ſuum Dominium, nec liberatur ea, qua Domino ſervire tenetur, neceſſitate, ipſumque ſubfeudum nullatenus alteratur, nec in ullo fere ab ordinaria feudorum natura diſcedit, quam quod ad Vaſalli ſubinfeudantis placitum ſoluto debito revocari poſſit. conf. Struv. *S. I. F. c. 4. aph. 14.* Conſtat inde, quam diverſa ſit pignoris ſimplicis conſtitutio ab hac infeudatione, qua ſub qualitate pignoris creditori ſubfeudum conceditur; ibi Creditor nec Vaſallo oppignoranti nec Domino ad quicquam obligatur, invitoque Vaſallo & Do-

vel ſi Subfeudum pignoratitium conſtitutum.

mino ad diſtractionem quoque pignoris procedere poteſt, quod ne eveniret, meritò ejusmodi oppignoratio fuit prohibita: hîc verò omnia ſecus ſe habent, nec enim id Creditor ſubvaſallus juxta communem feudorum indolem diſtrahere, Dominoque inconſulto in alium transferre poteſt, cum ejus facultas ex concedentis jure normam accipiat nulloque modo aliquod hic Domini præjudicium ſubſit; ut proinde prohibitam *in 2. f. 55.* pignoris conſtitutionem ad hoc ſubfeudum trahere velle, rationi Legis haud convenire videatur. Et licet occaſione pecuniæ creditæ inque ejus ſecuritatem hæc ſubinfeudatio fiat, nec propterea tamen Vaſallus alicujus calliditatis aut fraudis accuſari, ipſumque hoc ſubfeudum deſtrui poteſt; quemadmodum enim non obſt. *d. 2. f. 55. 2. f. 3.* per emtionem vendit. bona fide celebratam Vaſallo permiſſum eſt alteri ſubfeudum conſtituere, neque is ob pretium, quod hac ratione conſequitur, in fraudis ſuſpicionem incurrit, cum ita ſalvum omnino Domini jus conſervetur, ejusque nihil interſit, quo titulo alius ſubfeudum accipiat, Andr. Kohl. *tr. de ſubfeud. c. 2. num. 54.* Struv. *cap. 12. aph. 11. num. 7.* vid. Beſold. *Conſ. 108. num. 13. ſeq.* ita vel maximè permittendum erit Vaſallo, ut ſub qualitate pignoris alteri ſubfeudum concedat, cum nullum hic pretium intercedat, cum quo ſubfeudum quaſi commutetur, ſalva enim manet Creditori ſors, nihilque debitori ob hanc infeudationem perſolvitur, quod pretii locum ſuſtinere poſſet, ſed ſola voluntas Vaſalli occaſione pecuniæ creditæ mota, ad creditorem ſecuriorem reddendum unica hujus conceſſionis cauſa eſt, ſic ut ipſi illibatum maneat Dominium utile eidemque omne ſubvaſalli jus ſubordinetur.

An oppignorationes hæ ſine conſenſu Domini licitè factæ præjudicent Agnatis vel Domino?

XXI. Hi ferè ſunt modi, quibus etiam inconſulto Domino facta oppignoratio feudi ex uſu conſuetudinum feudalium Longobard. ſubſiſtit, absque ullo amiſſionis periculo. Diverſa nunc quæſtio eſt, quousque eadem Agnatis præjudicare poſſit? De filiis enim non attinet dicere, cum ex perſona patris in feudo ſuccedentes, tanquam hæredes in allodio *2. f. 45.* merito parentis ſui oppignorantis factum ratum habere debeant, *1. f. 18.* quibus idcircò etiam nullibi facultas vel irritandi vel revocandi talem oppignorationem conceditur. Kirchberg. *de feud. ex pact. & provid. c. 5. n. 67. ſeq.* Richter. *dec. 79. n. 4. & 7.* Struv. *J. F. c. 13. aph. 16. n. 6.* Agnatorum verò cum alia ratio eſſe ſoleat, deducentium jus ſuum plerumque non ex ultimi decedentis perſona, ſed potius ex pacto primi acquirentis & providentia feudali, eorum quoque ſpes per talem oppignorationem ipſis inſciis factam

& in ſpecie an in feudo hæreditario?

factam æque facilè interverti haud poteſt. Separanda autem hic ſunt feuda, quæ jure allodii quaſi poſſidentur, merè nimirum hæreditaria, ab oppoſita ſpecie: v. *th. 18. in fin.* In iis cum Agnati non niſi hæreditario jure ſuccedant, Wurmbſ. *de feud. impropr. cl. 3. ſ. 5. n. 98. ſq.* non poterit Agnatus ſuccedens tanquam hæres in irritum deducere, quod ab anteceſſore juſte riteque & ſecundum Legum diſpoſitionem, liberrimam de talibus feudis ordinationem Vaſallis permittentium, ſuſceptum eſt, idque ſine diſcrimine, ſ. cum agnatorum conſenſu, ſ. absque eodem tale feudum oppignoratum fuerit. In cæteris autem feudis, quæ pleno Vaſalli arbitrio haud ita ſubjecta ſunt, etſi oppignorationem ſine Domini præſcitu factam caducitatis pœna non inſequatur, adeò tamen firma ea vix eſt, ut in agnatorum quoque non conſentientium præjudicium perpetuò ſit valitura, v. Vultej *l. 1. c. 10. n. 8.* unde ſi remotiori Agnato feudum fuerit oppignoratum, delata proximiori poſt mortem Vaſalli oppignorantis ejusque liberorum ſucceſſione, liberè hic Agnatus revocabit feudum, nec ad exſolvendum æs alienum, in cujus ſecuritatem res pignori data, tenebitur, namque & hic obtinet tritiſſimum illud: reſoluto dantis jure reſolvi jus accipientis. v. *2. f. 26. §. Titius.* Hartm. Piſtor. *2. q. 6. n. 20.*

an etiam in reliquis?

Pariter ſi Vaſallus Creditori ſub pignoris qualitate ſubfeudum conſtituerit, devoluta ad Agnatos ſucceſſione, ii, ſi in hanc ſubinfeudationem non conſenſerunt omni modo præferentur huic ſubvaſallo, arg. *1. f. 4. §. ult. §. 5.* nec ad quidquam ei tenebuntur, reſolutum enim cum ſit prioris Vaſalli jus, cui unicè Creditoris innitebatur, non poteſt non & hujus evaneſcere: adeò quidem, ut nec Dominus tale ſubfeudum Creditori huic in Agnatorum præjudicium conſervare poſſit. *2. f. 39.* Roſenthal. *c. 9. concl. 48. add. ad. l. a.* Bocer. *de amiſſ. feud. c. 2. n. 94.* in quibus tamen caſibus non negligendam eſſe putamus diſtinctionem inter feudum novum & antiquum, ita ut in hoc non teneatur Agnatus Succeſſor ſtare facto defuncti, bene tamen regulariter in illo, v. Hartm. Piſtor. *l. 2. qu. 4.*

XXII. Sed quid ſi iſtiusmodi feuda licitè oppignorata vel ex delicto Vaſalli vel quod familia ſit finita, redeant ad dominum directum, expirabitne ipſum pignoris jus, dominusque liberum recipiet, quod olim dederat feudum? De feudo hæreditario dubium non eſt, teneri, dominum ad id onus ſubeundum; cum enim in ipſa hujus feudi conſtitutione Vaſallo liberam alienandi vel oppignorandi poteſtatem dederit, inſecuto deinde pignoris nexu & ipſe dominus obliga-

Feudo Reg. e. g. finita linea ad Dominum redeunte non extinguitur oppignoratio facta in feudo hæreditario;

bene tamen in Subfeudo oppignoratio.

ligabitur valide, etsi ad ipsum pignorationis actum speciali novoque consensu haud concurrerit, Rosenth. *l. 9. concl. 40. num. 3.* Dn. Stryk. *de oblig. feud. Cons. mun. c. 3. n. 19. sq.* Struv. *S. I. F. c. 14. aph. 2. n. 5.* Aliud v. de subfeudo, sub pignoris qualitate in Creditorem translato, statuendum putamus, id enim cum ab aliis subfeudis regulariter haud differat, non poterit dominus invitus cogi, ut redeunte quacunque occasione ad se feudo sub Vasallum hunc retineat, *1. f. 4. §. ult.* vid. Wesenb. *cons. 73. n. 56.* Hartm. Pistor. *2. q. 44. n. 10.* Struv. *c. 12. aph. 13. n. 4.* nec ipse etiam Creditor adversus Dominum tali subinfeudationi cum pignoris vinculo non consentientem aliquod jus prætendere valebit.

Moribus bene introduci potest, ut valeat oppignoratio sine consensu Domini.

XXIII. Ex his itaque patet, quam necessarius sit in oppignoratione feudi de Longobardorum moribus domini consensus; patet simul etiam ex recensitis quibusdam exemplis, ubi pignus sine Domini voluntate in feudo constitutum sustineri docuimus, haud quaquam de essentiali feudorum forma aut immutabili atque universali eorum natura esse, ut ad oppignorationem, siquidem valere debeat, Domini consensus expressus semper accedat, sed subsistere quandoque pignus, ignorante licet Domino in feudo constitutum. Unde sua sponte sequitur, nec Longobardicis istis Legibus tam firmam perpetuoque duraturam vim & authoritatem tribuendam esse, quæ non alia noviori consuetudine immutari, & sic diversa in hoc puncto feudorum indoles efformari queat; quod si ergò consuetudo alicubi introducta deprehendatur, qua Vasallo sine Domini consensu feudum suum transferre in alium vel oppignorare concedatur, hanc sibi optimè constare, in tantum, ut (juxta DD. loquendi morem) habeat vim & effectum decreti, contractus, veritatis, privilegii, tituli, justitiæ ipsis textibus feudalibus derogantem, nemo inficias ibit, perpendens, quod æque ac Lex legem, ita consuetudo consuetudinem tollere possit. v. DD. *ad l. 2. C. quæ sit long. consu.* Surd. *cons. 395. n. 1.* Rosenthal. *c. 9. m. 1. concl. 58. n. 42. seqq.* ubi varias passim receptas atque à Longobardorum sanctionibus discedentes consuetudines recenset.

An Feuda Regal. Imper. German. ex Jure feudali Longobardico judicanda? Affirm.

XXIV. Sed quid nunc de feudis Imp. Regalibus dicendum? eruntnè ista ad formam hujus Longobard. juris exigenda? an vero de istorum indole ex diversis Germanorumque genti propriis institutis judicandum? Quod si ad initia feudorum German. Regalium respiciamus, jam antiquissimis temporibus, crescente paulatim Principum

Comi-

Comitumque poteſtate, provincias tandem ſuas non adminiſtratorio Magiſtratus nomine amplius, Ziegler. *de Jur. Majeſt. l.1. c.28.* §.*6.* ſed excellentiori longè ſuperioritatis jure tenentium, eadem orta eſſe, dudum jam ex monumentis hiſtoriarum demonſtravere alii, vid. Vultej. *de feud. l.1. c.1. n.14.* Struv. *S. I. F. c.1. aph. 4. num. 4. & 5.* Myler ab Ehrenbach. *Archolog. Princ. c.9.* §.*1.* Eratque hoc labantis tum Reip. Germanicæ, authoritatisque Imperatoriæ unicum remedium, ut, cum eximentium ſemet ab Imperii obſequio Principum Comitumque conatus infringi aliter nequirent, beneficiario ſaltem nexu iſti in officio continerentur, ſicque omnimoda Germanici corporis diſſolutio averteretur. *cit. AA.* & Strauch. *de Oppign. Imp. th.21.* Ziegler. *ſupr. c. l.* §.*7.* Stryk. *de Jur. Pr. circa allod. c.3. num.13. ſeqq.* (quanquam aliunde præterea occaſionem conſtituendis feudis Regalibus ſubnatam eſſe negari haud poſſit, v. Conring. *de Duc. & Com. Imp. th.22.*) Introductis hiſce feudis Regalibus tum circa eorundem conſtitutionem, tum transmiſſionem atque amiſſionem, peculiaria etiam jura in Germania viguiſſe, quibus eadem regerentur, feudalia Saxoniæ, Sueviæ, aliarumque regionum inſtituta ſatis evincunt. Struv. *c.1. aph.5.* Itter. *de feud. Imp. c.2.* §.*1.* Cæterum cum translato jam à ſec. XV. *uſu* conſuetudinum feudalium Longobard. in Germaniam, harum authoritas adeò excreverit, ut pro communi jure in cauſis feudalibus, Imperio receptæ, tacitoque conſenſu approbatæ, imò tantum non expreſſe confirmatæ fuerint, v. Struv. *d. c.1. aph.7. n.4.* Maurit. *de libr. jur. comm. th.22.* certè & hæc feuda regalia litibus obortis ex iſto jure ſua expectare debere fata, non ſine ratione plerumque adſtruitur, hoc tamen cum temperamento, niſi vel publicis imperii conſtitutionibus aut moribus recentioribus correctum iterum ſublatumque, vel etiam certis in caſibus, in quibus veteres ſemper conſuetudines ſanctè Germani cuſtodierunt, nunquam receptum fuerit. v. Rhet. *in proœm. comment. I. F. p.21.* Itter. *d. tr. c.2.* §.*7. & 8.*

niſi publ. Imp. conſtitut. aut moribus aliud conſtitut.

XXIV. Hoc igitur poſito, quod feuda Imp. regalia ex jure Longobard. dijudicanda regulariter veniant, ad noſtrum propoſitum nunc reſpicientes paucis inquirimus, an poteſtas oppignorandi res particulares ex feudis Imp. Regalibus ſubjacuerit unquam diſpoſitioni jurium feudalium Longob. numque adhuc hodiè eidem ſubjaceat? Si efficaciam prohibitionis factæ in textu *2.f.52. 2.f.55.* ex authoritate LLatorum metiri velimus, dicendum omninò erit, & Germanos dd. juribus adſtrictos & ad eorum obſervantiam obligatos fuiſſe; Lotha-

rius enim II. & Fridericus I. Impp. cernentes, ex nimia non solùm divisione, sed & oppignoratione feudorum Regalium multum Imperii dignitati decedere, justissimè has omnes diminutiones inhibuere non modò in Italià, sed & ipsa Germania, *arg. eorum quæ tradit* Conring. *de Duc. & Com. Imp. th.29.* ut hinc credibile sit, has constitutiones, imprimis illam Friderici, in Germania tum temporis invaluisse, & ex præcipientis Majestate robur accepisse; quas etiam Germani eò lubentius observasse videntur, quo jam antiquioribus moribus apud eosdem facultas per oppignorationem de feudis disponendi valde limitata fuit, v. Spec. Suev. *p.2.c.54.& 58.§.1.* Nec dubitandum est, receptis postmodum in Germania consuetudinibus Longob. etiam istis Impp. constitutionibus, *ad A.B.c.20.* novum quasi robur, quoad totius cumprimis feudi Regalis oppignorationem, additum fuisse; Ex quo est, quod DD. de prohibita alienatione vel oppignoratione talium feudorum agentes ad has ipsas constitutiones & consuetudines provocare soleant. Ziegler. *de J. Maj. l.1.c.§.22.* v. Itter. *d. tr.c.23.§.2.* Verum enim vero cùm immuneras jam olim & nostris etiam temporibus factas inveniamus oppignorationes rerum particularium, (puta Castri, oppidi, præfecturæ, quæ in comparatione ad totum feudum exiguam partem constituunt,) ex universo feudo, nec tamen Imperatoris consensum requisitum fuisse, anne easdem omnes juribus in Germania receptis contrarias invalidasque pronunciemus, & si quæ in posterum suscipientur, ad istorum jurium regulam conformandas credamus? De eo dubium subesse non puto, quod si feudum Imp. regale simul & merè hæreditarium fuerit (exempla v. ap. Itter. *d.tr.c.23.§.9.* Schilter. *Inst. J.Publ.t.1.l.2.t.7.§.1.*) id sine consensu totum vel pro parte oppignorari posse, dummodo in Imperii præjudicium non fiat; fluit enim hoc ex ipsa talium feudorum, de qua *th.18.* nonnulla diximus, natura; nec dubitamus idem quoque de subinfeudatione in re particulari ex feudis Imp. regalibus creditori facta asserere, ut scil. tantisper, donec debitum exsolutum fuerit, pignoris quasi jure subfeudum possideat, idque convenienter iis, quæ in tx. *2 f.9.2.f.26.* §. *beneficium.* traduntur, quibus juribus non reperitur quicquam in publicis Imp. constitutionibus derogatum fuisse, potius tot prostantia subinfeudationum exempla de viridi earundem in Imperio nostro observantia satis testantur, Reinking. *de R. S. & E.l.1.cl.4.c.16.* *n.55.* Limn. *T.1. add.l.3.c.9.p.362.* Itter. *d.l.c.22.§.3.& 4.* Quas subin-

Quomodo igitur tot oppignorationes in Imp. factæ legitimari poterunt? Si feudum hereditarium fuerit, sustinetur ejus oppignoratio jure feudali communi, ut & subfeudum pignoratitium.

ſubinfeudationes proprie jure ſubfeudi æſtimari non poſſe, nec tales conceſſiones vi Dominii utilis, ſed potius ex ſublimiori quodam jure feudorum in Imperio regalium poſſeſſoribus competente, & ſub quodam fiduciæ nexu hodie fieri, ut ſtatuamus, nullam neceſſitatem aut rationem ſufficientem videmus, utut moribus naturam ſubfeudorum multum alteratam eſſe, negari nequeat, v. Dn. Rhetz. *in comment. ad l. F. l. 1. t. 1. l. 77. ſeq.*

Porrò quod ſupra de permiſſa oppignoratione Agnatis, licet remotioribus, facta, arg. licitæ omnimodæ refutationis in favorem Agnati, *2. f. 39. 2. f. 38.* adſtruximus, idem etiam in feudis Imp. regalibus procedere eò minus ambigendum, quò manifeſtius conſtat, ipſam feudi regalis refutationem, ſine conſenſu Imperatoris ſuſceptam inter licitos modos transferendi feuda etiam hodie connumerari, dum intempeſtiva aut fraudulenta haud fuerit, arg. *c. 14. A.B.* v. Rümel. *diſſ. 4. p. 2. ad A. B. th. 24. ſeq. ibiq;* Myler. & quos allegat Itter. *d. c. 22. §. 9.* In feudis quoque regalibus indiviſis oppignorationem rerum particularium, inſcio Imperatore uni ex coheredibus factam, ſubſiſtere facilè patet, cum non ſolum ceſſio & aſſignatio uni horum facta ex uſu Longobard. juris admittatur, conf. Roſenth. *c. 9. concl. 56. n. 4. & ſupra th. 19.* ſed & tot exempla Juris primogenituræ in Germania paſſim recepti proſtent, quibus Imperatoris vel etiam reliquorum ſtatuum conſenſum ſemper acceſſiſſe, vix crediderim; *v. quæ de conſenſu Imp. ad conſtituendum Jus primogenituræ haud neceſſario tradit* Roſenth. *c. l.* Weſenb. *Conſ. 15. l. 1.* quanquam alii DD. contrarium ferè tueantur, v. Reinking. *d. cl. 4. c. 17. n. 73.* Myler. *in add. ad Rümelin. p. 3. diſſ. 5. theſ. 8. l. c.* add. Itter. *de F. Imp. c. 10. §. 11.* quid quod cum in plurimis Imper. familiis notiſſime in eo à jure feudali ſit receſſum, ut etiam majorum feudorum diviſio ſine Imper. conſenſu poſſit inſtitui, v. Gail. *l. 2. Obſ. 157.* Vultej. *V. 3. Conſ. Marpurg. 35. n. 245.* Knipſch. *de fideic. fam. c. 6. n. 326. & n. 295. add.* B. Parentis *diſſ. de Condom. territ. c. 10. §. 8.* nihil obſtare videtur, quo minus tali coheredi ex rebus communibus particularis oppignoratio inconſulto Imperatore fieri poſſit.

item oppignor. remotiori Agnato facta.

ut & illa, quæ coheredi in feudo Regali fit.

XXV. In his igitur caſibus oppignorationem totius feudi Regalis, vel partis, multò magis rei particularis ex feudo regali etiam ſine conſenſu Imperatoris ſubſiſtere, nec propterea oppignorantem feudo privari poſſe, ex dd. conſtare puto. Sed cum Vaſalli Imperii

aliàs etiam pro lubitu res particulares ex feudis suis Regalibus oppignorasse deprehendantur, id ne ceu LL. Longob. adversum, injustum irritumque judicabimus? aut si ritè id factum dicemus, quonam titulo defendemus? Veriorem sanè illorum opinionem existimaverim, qui tales oppignorationes etsi Longob. moribus non adeò conformes, legitimè tamen & olim factas & adhuc fieri censent. Rationem hujus asserti inde haud petendam crediderim, quasi Regalia feuda tenentes ipsi quidem universitatis intuitu sint Domini utiles, quantum vero ad castra, oppida aliasque res particulares attinet, directum quoque & proin plenum dominium habeant, ita ut ex plenitudine potestatis moderari easdem, aliisque possint concedere, uti communiter statuunt Feudistæ, Alexand. *Cons. 1. n. 21.* Rosenthal. *c. 9. concl. 32. n. 10.* Molin. *ad consuet. paris. §. 1. gl. 6. n. 6.* cit. à Frantzk. *de Laudem. c. 14. n. 3. seq.* hanc enim doctrinam suspectam admodum esse jurique feudali haud convenire meritò censuit ipse Frantzk *d. l. n. 39.* ut dehinc istam DD. distinctionem à Germaniæ JCtis non nisi ad casum, ubi de Vasalli subinfeudantis jure in feudo regali intuitu subinfeudati disquiritur, plerumque adhiberi videas. Hartm. Pistor. *l. 2. q. 45. p. 1. n. 13.* Wesenb. *cons. 30. n. 13. p. 1.*

Extra hos casus oppignorationes part. in Imperio quoque permissæ. Non ex eo quod Vasalli Illustres ipsius quidem universitatis utile, rerum vero particular. directum habeant dominium.

XXVI. Neque particulares has oppignorationes ex feudis Imp. ideo permissas judicaverim, quod si non omnia (uti Monzambanum statuisse plerique sine fundamento statuunt) pleraque tamen eorundem oblata esse credantur à nonnullis, v. Stryk. *de jur. Pr. circa allod. c. 3. n. 48. seqq.* Itter. *c. 1. §. 12.* qualibus in feudis ob pristinam dominii memoriam Vasallorum conditionem liberiorem esse, mitiusque eosdem tractari, vulgò DD. docent, Wurmbser. *de feud. impr. cl. 3. s. 8. n. 7. seq.* Etsi enim feudum oblatum â communi feudorum natura in hoc soleat recedere, quod non, uti aliàs quidem regulariter feuda constitui solent, ex libera Domini concedentis gratia & benevolentia, sed ex promisso potiùs ipsi Vasallo in prævia alienatione facto feudum concedatur, quodque non tam Dominus, quàm Vasallus offerens feudi constituendi naturam soleat determinare, Wurmbs. *d. s. 8. n. 6.* Dn. Stryk. *Ex. I. F. c. 4. qu. 17.* Dn. Thomas. *diss. de Feud. Oblat. c. 1. §. 61.* in cæteris tamen eandem cum aliis feudis indolem retinet, cum ea nullo Juris textu alterata deprehendatur, & propterea à plerisque inter propria feuda recenseatur, Struv. *c. 7. aph. 10. n. 10.* Dn. Rhetz. *in comm. ad I. F. l. 1. t. 1. p. 49. n. 41.*

Nec ex eo quod pleraque feuda Imperii sint feuda oblata.

n. 41. Stryk. *d. l.* Quare nec majori hic quoad oppignorationem poteſtate gaudebit Vaſallus, quam in alio quocunque regulari; nec enim, uti putat Weſenb. & cum eo Beſold. *Th. pr. voc.* auffgetragen Lehen, eum in finem res allodialis in Dominum transfertur, ut jus clientelæ & protectionis tantum in Vaſallum habeat, ſed ipſum rei dominium eidem offertur, quod deinde offerenti rurſus in feudum concedit, eidemque & inſimul communem feudorum naturam imprimit, Schrad. *p. 2. c. 3. n. 63.* Et recte ex analogia juris feudalis profligatur illa præſumptio, qua credunt, offerentem quam minimam voluiſſe ſervitutem oblato feudo imponere, juſteque ordinarium in his feudis rigorem ex eo mitigari, quod in his tanta adverſus Dominum ingratitudo committi nequeat, quanta in iis ſolet eſſe, ubi beneficium ab ipſo Domino proficiſcitur: Annon enim præſumendum potius, Vaſallum offerentem, ſi levioribus conditionibus feudum â Domino in poſterum voluiſſet poſſidere, in ipſa translatione aliam ſuæ rei legem fuiſſe dicturum: quod dum omiſit, ſatis de cætero gnarus juris in feudis uſitati, ſponte in id conſenſiſſe videtur, quod communiter in feudis ſecundum ordinariam eorum naturam obtinere ſolet. v. Dn. Rhetz. *in l. F. cit. loc.* Thomas. *de feud. obl. c. 1. n. 64. ſeq.*

Nec ex eo, uti quidam volunt, quod feuda Imper. omnia ſint hereditaria.

XXVII. Si omnia feuda Imp. majora pro merè hereditariis liceret venditare, uti facere videtur Gœdd. *Conſ. Marp. 16. num. 25.* Pruckmann. *apud Stuckium Conſ. 26. n. 316.* conf. Itter. *de Feud. Imp. c. 3. num. 19.* Aut ſi verum eſſet, quod iſta verè feudalia amplius non ſint, ſed conditionem allodialium acceperint, quam ſententiam fovent Textor. *de rat. ſtat. Germ. c. 2 p. 21.* aliique ab Ittero, *d. l. c. 2. p. 66. allegati*, ſatis conſtaret de ratione juris oppignorationem rerum particularium, ex feudis Imp. Regalibus concedentis; ſed neque hæc opinio calculum meretur. Licet enim non negemus, multa in Imperio feuda reperiri, quæ ad merè hæreditariorum inſtar poſſideantur, vid. *ſupr. theſ. 24.* generalem tamen & indefinitam exinde concluſionem formare volentibus ipſa rei evidentia repugnat, Eyben, *in El. feud. VII. 4. p. 119.* B. Dn. Bardili, *in diſſ. de jure diſp. de feud. per ult. vol. th. 29.* adeò ut nec in dubio tale feudum, quippe ab ordinaria feudorum natura degenerans, præſumendum ſit. Gail. *2. Obſ. 149. num. 10.* Schultz. *Syn. feud. c. 3. n. 103.* Tantum vero abeſt, ut feuda Imp. majora naturam rerum allodialium recepiſſe, ſolida hactenus ratione probatum ſit, ut potius ipſum, quod

inter ſtatus & Imperium adhuc firmum intercedit vinculum, & qui inde reſultant, non niſi feudo convenientes, effectus, & ipſam illam ſententiam & concluſionem exinde petitam nobis quoque tacentibus ſatis confutent. conf. Dn. Stryk. *de jur. Pr. circa allod. c. 3. n. 48.* Itter. *d. tr. c. 23. §. 4.*

Uti nec exinde quod hodie Principes c. g. Vaſalli Jmper. habent ſuperioritatem territorialem.

XXVIII. Sed cum tantâ hodiè poſſeſſores Regalium Imp. feudorum eminentiâ, dignitate atque poteſtate conſpicui deprehendantur, ut juxta vulgatiſſimum Doctorum Jur. Publici effatum tantum in ſuis territoriis poſſint, quantum Imperator in Imperio, Reink. *de R. S. & E. l. 1. cl. 5. c. 6. n. 5.* imò cum non incongruè major ipſis circa territoria ſua poteſtas tribuatur, quam Imperatori in Imperio, tenentibus videlicet ea cum ſummo quaſi jure & ſuprema poteſtate territoriali, ejusque vi liberum Regiæque majeſtati æmulum in ſubditos ſuos imperium exercentibus, v. Myler. *in Archolog. p. 1. c. 14. n. 11.* Exc. Dn. Schweder, *P. ſpec. I. Publ. ſ. 2. c. 10. n. 3. ſeq.* Cæſar. Fürſten. *de ſupremat. jur. c. 10.* annon jus oppignorandi res particulares ex tali feudo adſcribemus huic ipſi eminenti in ſubditos & territorium poteſtati, de cujus ſplendore & liberiore exercitio multum decedere videtur, ſi toties, quoties ob acceptam mutuam pecuniam creditori in caſtro aliaque feudi particula pignus conſtituere volunt, Imperatoris conſenſum expetere coguntur. Verùm etſi facile ſummam iſtam poteſtatem illuſtribus Imperii Vaſallis reſpectu ſubditorum ſuorum concedamus, & ipſimet credamus, Principes v. g. Imp. vi eminentiſſimi juris ſui omnia expedire poſſe, quæ Majeſtati aliàs conveniunt v. Inſtr. Pacis Weſtph. *art. 8. §. 1. & 2.* Cap. Leop. *art. 3. in f.* Ziegl. *de J. Maj. l. 1. c. 3. n. 22.* experientia etiam id abunde teſtante; Attamen cum ipſum territorium non niſi feudali nexu ab Imp. & Imperio teneant, ad cujus inveſtituram ſuo tempore renovandam, Limn. *l. 4. J. Publ. c. 7.* præſtandum deſuper juramentum fidelitatis, quin etiam ad ſervitia feudalia decentemque honorem Imperatori exhibendum ſunt obſtricti, Knichen. *de non prov. Sax. jur. c. 1. n. 18. ſeq.* Dn. à Seckendorff. im Teutſchen Fürſten-Staat. *p. 2. c. 2. num. 1. & 2.* hoc ſanè feudalitium vinculum, etſi ipſam Vaſallis his eminentioribus competentem ſuperioritatem ejusque adminiſtrationem non limitet, alienationem tamen territorii in feudum conceſſi omnibus modis impedire, nemo non videt, v. Stryk. *d. diſſ. c. 5. n. 4. ſeq.* Uti enim diverſa ſunt ſummum in Rep. imperium, illudque habendi plenitudo, Grot.

Grot. *l. 3. 14.* itaquoque Vaſallus Imperii poſſideat licet regale feudum cum liberrima adminiſtrandi gubernandique licentia, ea propter tamen plenum de feudo diſponendi arbitrium non ſtatim conſequitur, limitatus enim habendi modus non poteſt non eundem producere effectum. v. Exc. Dn. D. Scheinem. *in d. diſſ. de commerc. circ. lib. hom. th. 39.* Quare non incongruè, quod ſupra de prohibita Principi alienatione rerum ad populum pertinentium diximus, add. Mev. *in Nucle. Juris N. & G. Inſp. 5. §. 30. n. 1.* hic ad Vaſallum cum ſumma etiam, regioque faſtigio ſimillima dignitate, feudum poſſidentem applicari poſſe videtur, ut nimirum dicamus neque hunc vi ſummæ, quam habet in feudo ſuo, Juriſdictionis, inconſulto Imperatore, pro lubitu partem ex tali feudo oppignorare poſſe; idque eò clarius evadit, quò manifeſtior eſt prohibitio, etiam ſub amiſſionis pœna, iſthæc feuda oppignorandi, in ſæpe alleg. text. *2. f. 52. & 55.* Nec multum proderit, ſi juſtitiam hujus oppignorationis, quæ vi ſuperioritatis territorialis fieri poſſe creditur, ex quantitate rei pignoratæ deducere velis; quæ enim ratio eſt, cur magis res particularis ſine conſenſu Imp. ex feudo Regali oppignorari queat, quam pars ejusdem tertia, quarta vel dimidia? quod tamen inconſulto Imperatore fieri non poſſe, unanimis ferè omnium eſt ſententia; num credibile eſt, ſupremam hanc poteſtatem territorialem ratione quantitatis oppignorandæ limites habere, diverſoque modo circa eandem efficaciam ſuam exſerere? Quod ſi verò putes, in particularis rei ex feudo oppignoratione non tantum ſubeſſe Imp. præjudicium, quantum metuendum, ubi pars quota, ſive tertia, ſive quarta pignori detur, proindeque facilius illam ex d. ſuperioritatis jure fluere credas, quam alteram, ne ſic quidem multum proficies; Nonne enim per multas oppignorationes particulares eò tandem devenietur, ut ſi conjungas easdem, pars quota territorii pignori videatur obnoxia, ſicque & hac ratione inſigne Imp. iſtis actibus non conſentienti damnum inferatur? Ex ipſa verò modicitate rei ad ejusdem permiſſam oppignorationem in alterius præjudicium concludere velle, nimis debile argumentum videtur. Grot. *II. 6. 11.* Ut proin non obſtante ſuprema hac Vaſallorum in ſuis feudis poteſtate, actus alienationis vel oppignorationis citra voluntatem & conſenſum conferentis ſuſceptus & revocationi & pœnæ ſubjacere dicendus foret.

XXIX.

Sed deducitur Jus hoc oppignorandi vel ex literis investituræ, vel Privilegio, concesso Vasallo

XXIX. Unde igitur tandem particularis hujus oppignorationis licentiam & firmitatem deducemus? Si de laxiore Vasallis Illustribus de feudis suis disponendi concessa facultate ex ipsis literis investituræ constat, ejus legalitatem non alibi, quam in ipsa horum feudorum natura speciali pacto informata quærendam esse, patet ex iis, quæ supra de feudis hereditariis tradimus, Itter. *d. c. 22.* §. *9.* quod si itidem privilegium, liberam tum alienandi tum oppignorandi res particulares ex talibus feudis potestatem indulgens, exhiberi possit, (qualia plurima Imperatores olim dedisse variis exemplis docemur: v. Limn. *T. 1. A. V. 7. n. 139.* ubi de privilegio domui Brandenburgicæ concesso hæc habet: Das Hauß Brandenb. hat ein Privilegium von Kayser Friderico Anno 1473. erhalten, daß die Chur- und Fürsten dieses Hauß eine freye Hand haben sollen, von ihren Lehen, Schlössern und Städten zu disponiren, und solches einander zu übergeben, v. Itter, *c. l.*) horum actuum justitiam satis jam exinde probatam credimus: quod si præterea gentilitia pacta prostent, Imperatoria authoritate confirmata, quæ Agnato Vasallo regale feudum possidenti liberum concedant oppignorandi alienandivè arbitrium, nec si quidem necessarium erit, ut istiusmodi oppignorationum licentiam aliunde demonstremus, vid. Struv. *S. I. F. c. 14. aph. 29. n. 1.* ibi: Fürstl. Erb-Verträge vorhanden, krafft deren ein jeder Regierender Fürst ohne Consens der Fürstl. Herrn Agnaten, seine Herrschafft und Güter alieniren, versetzen und verpfänden kan, &c.

vel pactis gentilitiis ab Imper. confirmatis,

vel ex consuetudine Germaniæ universali,

His vero fontibus non existentibus facultas oppignorandi res particulares ex feudis Imp. majoribus haud aliunde securius deduci poterit, quam ex consuetudine & observantia quadam Imperii, qua e. g. Electores, Principes aliique majora feuda possidentes sæpissimè creditoribus suis in pecuniæ mutuo acceptæ securitatem certos districtus, castra, oppida, pignori dederunt, ad quorum oppignorationem etsi Imperatoris consensum non adhibuerint, propterea tamen nec ipsa obligatio infirma atque invalida declarata, nec ipsi etiam pignoris vinculum in rebus feudalibus constituentes juris sui amissione multati. Hanc consuetudinem, ceu feudorum essentiæ non contrariam, bene introduci potuisse, elucescit haud obscurè ex iis, quæ de consuetudine à juribus feudalibus Longobard. recedente supra disseruimus; Introductam vero eandem esse ex eo maxime probatur, quod istiusmodi oppignorationes particulares non

tantum

tantum ab immemoriali jam tempore à Vaſallis Imp. majoribus haud inſcio Imperatore frequenter celebratæ, ſed & contradictorio judicio firmatæ, nec ob imperialis conſenſus defectum revocatæ unquam fuerint; Et teſtantur de eadem omnes omninò, qui profeſſa opera hoc argumentum pertractarunt, cumpr. Zaſius *de feud. p. 9. n. 22.* Curt. Jun. *conſ. 58. n. 8.* Gylmann. *T. 4. ſymph. p. 1. vot. 3. n. 90. T. V. relat. 13. n. 34. ſeq. Auth.* Conſ. Marpurg. *35. n. 116.* Dn. ab Andler, *lit. 1. Jur. Publ. & priv. t. 10. p. 5. n. 16.* ita, ut abſurdum credat Michael *Reſp. 14. p. 30.* ſi quis de recepta hac & per omnem Germaniam uſitata conſuetudine res particulares alienandi & oppignorandi dubitare velit; & ſine diſcrimine ſive ex cauſa neceſſaria ſive voluntaria initium capiat oppignoratio, ex uniformi hoc uſu pœnam jurium feudalium locum non habere idem tradit *d. R. 14.* quam ipſam conſuetudinem cum & alii adductis innumeris authoritatibus abunde probent, v. Struv. *J. F. 14. aph. 29. num. 5. ibiq. alleg. conſ. Frantzkii,* Ziegler. *de J. Majeſt. l. 1. c. 4. § 28.* Itter. *c. 23. §. 2. ſeq.* Dn. Stryk. *in diſſ. de obl. feud. conſ. mun. c. 2. n. 10. ſqq.* meritò nos ulteriori earundem repetitioni ſuperſedemus.

XXX. Huic conſuetudini creſcentem indies Principum aliorumque Vaſallorum eminentiori dignitate conſpicuorum authoritatem & potentiam occaſionem dediſſe, haud improbabilis eſt conjectura; Cum enim territoriis ſuis cum ſuprema quadam poteſtate præeſſe, ſubditosque regio velut jure gubernare cœpiſſent, eosdem quoque majorem circa ipſas provincias ſuas diſponendi licentiam paulatim affectaſſe, quis eſt, qui non facilè credat? *v. Frantzk. c. l.* Dn. Stryk. *c. l. n. 13.* Multumque hanc liberiorem Principum de rebus feudalibus diſpoſitionem promoviſſe videtur, quæ jam diu ante Fridericum I. inter Status Imp. invaluerat belli gerendi poteſtas; cum enim ad componendas iſtas ſtatuum contentiones, pacemque redimendam neceſſaria ſæpius eſſet vel partis feudalis alienatio vel oppignoratio, accidit, ut quod ante penitus erat prohibitum, tandem inevitabili quaſi neceſſitate exigente conceſſum videretur. Cujus neceſſitatis prætextu cum variæ deinceps illicitæ feudorum alienationes & oppignorationes ſuſciperentur, jam olim Lotharius II. pace per totum Imperium conſtituta (de qua vid. quæ habet Excell. Dn. Joh. Phil. Datt, *intr. de pac. publ. l. 1. c. 3. n. 40.*) & poſt ipſum ſaluberrimo conſilio Imp. Fridericus I. ſancitis memorabilibus conſtitutionibus de pace tenenda ejusque violatoribus *2. f. 27.* & de

Quæ fuerit occaſio conſuetudinis hujus introducendæ?

pace tenenda inter ſubditos *2. f. 53.* (quarum per magnam in Germania utilitatem & authoritatem fuiſſe ex Conrad. Urſpergenſi refert Conring. *de O. I. Germ. c. 25. pr.*) ipſam diſſidiorum materiam extirpare conati ſunt, inſimulque Imperialis faſtigii conſervandi cauſa omnem penitus alienationem & oppignorationem interdixere *in tx. 2. f. 52. & 55.* Inſequentibus autem temporibus cum nihilominus bella domeſtica non ceſſarent in Germania, dubitandum haud eſt, illuſtres Imp. Vaſallos denuo ſub eadem neceſſitatis ſpecie ſine Impp. conſenſu de feudis ſuis partem alienandi vel oppignorandi licentiam ſibi ſumſiſſe, qua ipſa eo liberius uſi videntur quo per conſtitutiones Imperii publicas, effectus bello ſolennis diffidationibus tum temporis uſitatis tributus erat, vid. Aur. Bull. Car. IV. *c. 17. v. incendia*, Kayſers Friderici III. Reform. Francof. d. Ao. 1442. §. v. Wer in offenen Fehden: Excell. Dn. Datt, *d. l. 1. c. 15. n. 3. ſeqq.* Michael. *Reſp. 14. p. 138. ſeq.* Durantibus vero iſtis turbis motibusque Germaniæ Civilibus usque ad Maximiliani I. conſtitutionem de pace publica Wormatiæ Ao. 1495. erecta, conſuetudinem hanc, quæ tam altas radices egerat, & quæ urgentiſſimæ neceſſitatis intuitu ſolum primitus ſuſcipiebatur, poſtea quoque cum vel inſignis utilitas vel ſingularis ſtatus ratio oppignorationem ſuadebat, ad hanc tanquam omni jure permiſſam extenſam fuiſſe, valde probabile eſt, v. Heinr. Michael, *d. Reſp. 14. p. 138. ſeq* Evecta vero ad illam eminentiam, qua hodie Regalium in Imperio feudorum poſſeſſores excellunt, ſuperioritate, dubium non eſt, eosdem de rebus particularibus feudi pro lubitu diſponendi facultatem ſibimet arrogaſſe, eandemque tanto citius increbuiſſe, quantò minus præjudicium per tales alienationes vel oppignorationes Imperio inferri videbatur, quantoque facilius erat quodam neceſſitatis vel utilitatis colore iſtos actus excuſandi vel ipſas res oppignoratas reluendi recuperandique.

Quousque ſemet extendat hæc oppignorandi poteſtas? Remiſſivè.

XXXI. Quousque autem ſe extendat univerſalis hæc Germaniæ de feudis Regalibus diſponendi conſuetudo, an nempe pars quarta, tertia vel dimidia ſine conſenſu Imp. alienari poſſit vel oppignorari? noſtrum hac vice non eſt, inquirere. v. Itter. *d. c. 23. §. 2. d. Frantzk. Cons. ap. Struv. I. F. c. 14. aph. 29. n. 5.* Sufficit enim nobis hic indicaſſe rerum particularium ex feudis Imp. Regalibus oppignorationem ſine conſenſu Imperatoris, jam priſco tempore â Vaſallis majoribus uſitatam, hodienum absque omni metu ammittendæ propterea

partis

partis oppignoratæ juſtè frequentari. Dn. Stryk. *de jur. Princ. c. allod. c. 5. n. 11. & 12.* Quod autem effectum hujus oppignorationis tum ratione ipſius oppignorantis ejusque filiorum & deſcendentium, tum ratione agnatorum aliorumque ſpem ſuccedendi habentium, concernit, de eo inter varias DD. ſententias ea præprimis nobis arridet, quæ, quantum ad ipſum oppignorantem attinet, docet, eundem nullo modo revocare poſſe pignus ſemel validè à ſe conſtitutum; cum enim ei non liceat in caſu, quo pignus ob neglectum domini conſenſum illicitè conſtitutum fuit, ſub hoc prætextu id revocare, multò minus revocandi licentiam habebit, ubi ex conſuetudine oppignoratio licitè fieri potuit, Gylmann. *Symph. T. 4. p. 1. vot. 3. n. 94.* Stryk. *cit. loc. n. 12.* Et revocare ſic cupienti obſtarent omnia ea, quæ proprio aliàs facto contravenienti ſolent objici, *vid. l. 25. de adopt. l. 7. §. 1. qui ſatisd. cog.* De filiis idem ſtatuendum putamus, nec iſtos vid. oppignorationem rerum particularium ex feudo à patre factam revocare poſſe, idque ob tx. *2. f. 45. 1. f. 18. & 13. in fin.* ſuccedit enim filius in feudo non tam ex perſona primi acquirentis, quam potiùs mediante patre à quo jus ſanguinis habet; Unde ſi à parente licitè quoddam onus feudo fuerit impoſitum, ex ipſa hac ſuccedendi ratione & *filius* neceſſe habebit feudum ad ſe devolutum unà cum onere iſto agnoſcere, v. Struv. *I. F. c. 13. aph. 16. n. 5. ubi fuſius hanc quæſtionem pertractat.* Nec facienda hic ulla differentia inter feuda minora & ea, quibus regalis dignitas adhæret, neutro enim in caſu filio poteſtatem res particulares oppignoratas revocandi competere ex generalitate textuum feudalium & eorum ratione, utrinque applicabili, rectè deducitur. Quod ipſum & in Imperio noſtro ratione ſucceſſoris filii in feudis Regalibus adhuc obtinere, communiter traditur, cui opinioni eò lubentiores accedimus, quò certius conſtat, nec contrariam conſuetudinem, nec ullam Imperii conſtitutionem diverſum edicentem hactenus repertam eſſe, v. H. Piſtor. *l. 3. q. 4. n. 44. ſq.* Michael, *Reſp. Chilon. 14. p. 119.* Dn. Stryk. *ſupra cit. loc.* aliosque quos allegat Itterus, *d. c. 23. §. 13.*

Effectus oppignorationis hujus particularis ratione ipſius Vaſalli oppignorantis, ejusdem Filiorum.

XXXII. Difficilior multum eſt illa quæſtio, qua in particularis noſtræ oppignorationis efficaciam intuitu Agnatorum aliorumque ex pacto vel aliunde jus ſuccedendi habentium inquiritur, an nimirum & hi ratam habere teneantur oppignorationem ex feudis Imp. factam? Quod ſi ex principiis juris feudalis Longobardici res hæc æſtimanda veniret, jam ex iis, quæ ſupra *th. 21.* de effectu oppignorationis, ſine

ratione agnatorum.

 conſenſu

consensu Domini licitè susceptæ dicta fuere, constare posset, quod regulariter finito jure Vasalli oppignorantis, ejusdemque liberorum & ipsum pignoris jus solvatur; liceatque Agnato succedenti rem pignori datam pro lubitu revocare, *2.f. 29. 2.f.26.* §. *Titius.* Rosenth. *c. 9. concl. 48. n. 12.* Struv. *I. F. c. 13. aph. 16. num. 1.* succedunt enim hi non beneficio ultimi agnati decedentis, sed ex pacto & providentia primi acquirentis, ut proin ultimi possessoris factum præjudicare ipsis neutiquam possit, *2.f. 45.* cumprimis in feudo antiquo, (novi enim oppignorationem licitè susceptam nec filiis nec Agnatis revocare concessum.) *vid. supr. th. 22.* Struv. *c. l. aph. 14. n. 1.* Quam Juris feudalis dispositionem etiam in feudis Imp. majoribus, ex quibus fine Domini & Agnatorum consensu res particulares sunt oppignoratæ, obtinere, ut extincta nimirum Principis oppignorantis linea feudoque ad Agnatum, Confratrem aut Imperium devoluto, res oppignorata revocetur, communiter statuunt, v. Myler. *de Princ. & Stat. Imp. p. 1. c. 25.* §. *19.* Ziegler. *de Jur. Majest. l. 1. c. 4. num. 28. ubi refert. Cons. JCtorum Witteberg.* Dn. Stryk. *d. diss. de jure Pr. circa allod. d. c. 5. n. 3.* Sed neque huic sententiæ simpliciter adstipulandum videtur probè enim discernenda sunt & conditio sive natura feudorum, in quæ Agnatus succedit, & ipse modus succedendi; Quid si enim feudum, in quod succeditur hæreditarium fuerit, liberaque Vasallo de partibus feudi disponendi potestas pacto quæ sita sit? hoc sanè in casu ad factum defuncti præstandum obligatos esse successores, patet ex iis, quæ de hujus feudi indole jam sæpius inculcavimus, v. Struv. *I. F. c. 14.* §. *2. n. 1.* Quid porrò si Agnatus successor, non solum in feudo, sed & in ipsa hereditate defuncti Vasalli oppignorantis succedat? & sic eundem ad agnoscendum pignus quacunque ex causa & quocunque etiam feudo liciteimpositum teneri, æquitati & justitiæ convenientissimum est. Rosenth. *c. 9. concl. 69. n. 2. sq.* Carpzov. *p. 1. dec. 88. num. 7.* Michaël, *d. R. 14.* Neque aliud dicendum erit, si pro debitis feudalibus feudi particula fuerit oppignorata, cum enim ad isthæc onera subeunda ipsi etiam agnati succedentes ex æquitate moribus firmata adstringantur, ita ab iisdem quoque pignus occasione talium debitorum constitutum rarum omninò habendum erit, Rosenthal. *c. 10. concl. 43. n. 176.* Struv. *c. 14. aph. 25. num. 1. sq.* Itter. *c. 18.* §. *8.* Idque tum maximè procedet, si pro ipsius feudi necessitate vel utilitate Vasallus mutuam sumserit pecuniam, sicque aliquam feudi particulam oppignoraverit, quemadmodum enim hoc in casu & Dominus & Agna-

Agnatorum jus ex natura feudorum & modo succedendi æstimandū. Hinc Pignus in feudo hereditario constitut. non revocant, uti nec si in reliqua hereditate succedant, aut pro debitis feudalibus pignus constitutum in feudo, præprimis si debitum contractum pro ip sius feudi

& Agnatus, ad æs alienum hac ratione contractum exsolvendum tenentur, feudo ad ipsos devoluto, ita & pignus utut sine eorum voluntate licitè tamen constitutum servare coguntur, Rosenth. *d. l. n. 175.* Klock, *t. 3. cons. 155. num. 103.* Dn. ab Andler, *in Jurispr. publ. & priv. t. 2. t. 9. num. 80. & sq.* Myler. *Nomol. c. 14. §. 5. & 6.* Ex quo est, quod oppignorationes particulares feudorum Imper. inevitabilis necessitatis aut egregiæ utilitatis causa factas, non obstante defectu consensus tum Imper. tum Agnatorum revocationi haud subjacere, communiter statuatur, v. sup. alleg. Gylmann. *d. t. 4. vot. 3. n. 90.* Frantzk. *Cons. ap. Struv. in l. F. c. 14. aph. 29. n. 5.* Ziegler. *d. J. Maj. l. 1. c. 4. §. 28.* Michaël, *R. 14. p. 134.* Quorsum non immeritò referuntur eæ oppignorationes, quas Vasallus antecessor in feudo regali ob debitum ratione dignitatis & officii Principalis contractum, constituit, nec enim easdem particulatim factas à successore in Principatu revocari posse, sed subsistere firmiter, etsi ex pacto tantùm & providentia succedat, ob intentam per hunc actum Principatus utilitatem, rectè defenditur, Myler. *Nomol. Princ. c. 14. n. 5. sq.* Klock. *de Contribut. c. 8. n. 79.* Rosenthal. *c. 10. concl. 63. n. 175. & qui latissimò hanc rem exequitur*, Michael *l. supra cit.* add. Grot. *de J. B. & P. II. 14. 12.* Besold. *de success. Reg. l. 3. c. 2. §. 7.* Itter. *d. c. 18. num. 8.* quod ipsum in genere ad omnes actus principalis dignitatis intuitu susceptos applicari solere, patet ex diss. Tabor. *de Oblig. success. in offic.* nec non ex disp. Excell. Dn. D. Pregizeri Avunculi mei summopere colendi *de oblig. success. in rep.*

necessitate vel utilitate, aut dignitatis vel officii Principalis intuitu.

XXXIII. Ex quibus itaque sequitur non omnes particulares regalium feudorum oppignorationes ab Agnatis, Confratribus aut ipso Domino, feudo ad eum revertente, revocari posse, sed tum demum creditorum jus & ratione ipsius debiti & ratione pignoris in ejus securitatem constituti hærere in ancipiti, si neque utilitate neque necessitate feudi regalis id exigente, sed longè diversa ex causa inutiliter conflatum fuerit debitum; Id enim cum nulla ratione feudum aut Principatum respiciat, neque Principem in sola dignitate succedentem, obligabit, neque pignora ejus intuitu in Agnatorum præjudicium constituta firma erunt, sed liberè à successoribus revocabuntur, sub qua limitatione admittimus, quæ tradit Gail. *2. obs. 154. n. 4. sq.* Tabor. *d. diss. de oblig. success. c. 5. num. 22.* Probè tamen hic dispiciendum erit, annon feudo, in quod quasi Vasallus succedit allodialia quædam bona sint innexa, (quod in plerisque Germaniæ Ducatibus & Comitatibus

benè tamen ab his revocari possunt, si ex nulla planè necessitate vel utilitate factæ,

tatibus usu venire ex Myleri *Nomol. c. 14. §. 8.* patet,) tunc enim cum successor jure quodam universali succedat, idem quoque æs alienum eidemque accedens pignus agnoscere debebit, nec attendetur pactionatum cœteroquin id feudum esse, debitumque non intuitu dignitatis contractum, fuisse *arg. dictorum th. præc.* add. Dn. Rhetz. *in Comment. ad 1. f. 3. pag. 189. seq.* Michael, *d. R. 14.* Gail. *2. observ. 154. num. 18.* Myler. *d. §. 8.* Quando autem Princeps in necessitatem atque utilitatem feudi, vel etiam dignitatis Principalis causa contraxisse dicatur, de eo vid. Klock. *t. 2. Cons. 47. n. 119.* Gylmann. *d. t. 4. p. 1. vot. 3. n. 34. & 90.* Myler. *d. c. §. 5. sq.* Dn. ab Andler, *d. n. 80. sq.* In dubio sanè ob Principis oppignorantis eminentiam & authoritatem præsumendum erit utilitatis publicæ causa tales actus ab eodem susceptos vid. Grot. *II. 14. 12.* Quod si vero ex certissimis indiciis constet, particulares feudorum oppignorationes ex nulla penitus in feudum redundatura utilitate, sed potius ex nociva in alios profusione ortum traxisse, liberam revocandi potestatem nemo successori denegabit. v. *th. præc.* Conf. JCt. Witteberg. *ap. Ziegl. de J. Maj. l. 1. c. 4. §. 29.* Besold. *c. l.* An aut successor ex regulis prudentiæ & consilii agat, si indiscriminatim oppignorationes nulla ratione ipsum stringentes revocat, de eo hic non attinet plura proferre, v. Reinking. *de R. S. & E. l. 1. cl. 3. c. 3.* add. Exc. Dn. D. Pregizer, *d. diss. de oblig. success. in Rep. th. 43. inf.*

Revocari autem non possunt oppignor. confirmatæ publicis Imper. constitut.

XXXIV. Ab hac tamen facultate, res particulares ex majoribus Imper. feudis oppignoratas revocandi, Agnatis concessa, meritò eximuntur eæ oppignorationes, quæ publicis Imperii constitutionibus præprimis illa Maximiliani I. *de An. 1495. & Rec. Imp. de An. 1493.* nec non Instr. Pacis Westphal. *art. 5. §. 9.* confirmatæ sunt, per hanc enim pacem Westphal. non solum factæ olim à Statibus Imper. sibi invicem, quacunque licet ex causa, oppignorationes ratæ esse jubentur, sed &, quod magis est, publicæ tranquillitatis ergò nullus in iis reluitioni locus relictus fuit, add. Stryk. *de obligat. feud. communi. c. 2. n. 19.* Buckisch. *ad Instr. Pac. c. l. obs. 58.* jung. Dn. de Rhetz. *Inst. I. publ. l. 2. t. 32. §. 10.*

Quid juris in tali feudi part. oppig. creditor consequatur?

XXXV. Vidimus hactenus quid liceat Vasallo circa oppignorationem rerum particularium ex feudis Imp. Regalibus & qualem ratione Agnatorum cumprimis effectum producat; Paucis nunc videamus, quid juris creditori in talibus rebus eidem obligatis acquisitum censeatur. Ubi illud extra dubium positum est, in casu quo Creditori

simplex

ſimplex tantum hypotheca vel pignus conſtitutum fuit, præter nudum jus in re in pignus ei conceſſa nihil ipſum conſequi, *per l.30. de nox. act. l. 18. §. 2. ff. de pignor. action.* Ex quo fluit, quod rem quidem pignori datam naturaliter poſſideat, *l.37. d. A. R. D. l. 35. §. 1. l. 37. ff. de pignor. act.* fructus tamen ex pignore perceptos & percipiendos non ſibi acquirat, ſed in ſortem ſeu rationem exonerandi debiti computare debeat, *l.2. & 3. C. de pign. act. l.9. C. de pignor.* Cum enim Dominus civiliter adhuc poſſideat, *l.16. de uſurp. l. 36. de A. A. P.* Dominiique, quod habet, jus per hanc pignoris dationem non intervertatur, *l.12. de diſtr. pign.* eundem omnes omninò effectus, qui ex dominio fluunt, fructuumque acquiſitionem in eo fundatam concernunt, ſequentur, v. Molin. *de I. & I. tr.2. diſp. 535. n.1. ſeq.* Klock. *de Contribut. c. 11. n.218.* Quod ſi vero particularis feudi oppignoratio, puta caſtri, oppidi vel etiam diſtrictus cujusdam, cum pacto antichretico fuerit celebrata, plenius creditori jus conceſſum eſſe ex ipſa hujus negotii indole pateſcit; quantum vero id ſit, ex ipſis oppignorationum formulis dijudicandum venit. Si enim caſtri v. g. alicujus in pignus dati antichreſis illimitata per expreſſam partium conventionem conſtituta fuerit, vid. formulam apud Dn. Strykium *de Caut. Contract. ſ. 2. c. 4. §. 34.* tunc ſanè ex hac ipſa liberiori conceſſione Creditori ejusdemque heredibus omnes fructus acquiri per *l. 11. §. 1. de pignor. l.17. C. de uſur.* dubitandum non eſt, in tantum, ut nihil quicquam de iis in ſortem debeat imputari, nec propterea tamen Contractus uſurariæ pravitatis labe contaminetur, cum jam ſupra *th. 6.* docuerimus, univerſali Germaniæ conſuetudine, non obſtante Juris Canonici prohibitione, contractum hunc ob incertitudinem plerunque fructuum percipiendorum pro licito reputari, v. Weſ. *p. 1. c. 8. n.44.* Klock. *d.l.n.270. ſeq.* Frid. Mart. *decenſ. c.1. n.158.* B. Lauterbach. *de antichreſi th. 9.* Si vero facultas re oppignorata utendi Creditori cum addita reſtrictione fuerit tributa, vid. exemplum apud Spectat. Dn. D. Harpprecht. *Conſ. 30. in ſpecie facti*, tunc ex ipſa limitata antichreſeos conceſſione modus utendi legem & terminum accipiet, Lauterbach. *d. diſſ. th. 60.* Ne autem exiſtimes conceſſo Creditori pleniſſimo re pignorata fruendi jure ipſum dominium utile, quod penes Vaſallum oppignorantem fuit, in Creditorem tranſire, ſicque negotium in effectu ab ipſa emtione venditione cum pacto de retrovendendo non differre, uti voluere ſupra *th. 3. cit. AA.* Quam malè enim hoc

ſtatuatur,

Diſting. inter ſimplicem hydothecam, & pignus cum pacto antichretico conſtitut. hoc caſu ex partium convent. fructus lucratur.

Non tamen propterea inter hoc pactum & pactum de retrovendendo

ratione effectus nulla ſubeſt differentia. ſtatuatur, patet partim ex iis quæ ibid. diximus, partim ex eo, quod inter duo hæc negotia infinita ferè differentia etiam hodienum intercedat, diverſum ratione utriusque effectum producens: quem enim fugit per emtionem ipſius rei traditæ dominium in Emtorem tranſire, aut eundem ad minimum in uſucapiendi conditione conſtitui; Creditorem vero rem pignoratam, quæ in debitoris dominio manet, *d. l. 12. C. de diſtr. pign.* non niſi naturaliter poſſidere, arg. *d. l. 12. de A. A. P.* ex quo notabili diſcrimine illud conſectarium fluit, quod Creditor antichreſticus nec ipſam rem, in antichreſin datam, præſcribere *l. 22. de nox. act. l. 13. de Uſurp.* Lauterbach. *de J. antichr. th. 34.* nec ſervitutem prædio antichreſtico, nec aliud ſimile jus, ut ſi gravioribus oneribus ſubjicere velit ditionis oppignoratæ ſubditos, **wann er die Pfand-Schillings Unterthanen mit neuen Anlagen, Steuren, Frohn-Dienſten beſchwehrte**, acquirere poſſit, v. *l. 15. §. ult. uſufr.* & elegantiſſimè hanc in rem tradita ab Ampl. Fac. Jur. Dec. Dn. D. Harpprecht. *d. Conſ. 30. n. 63. & 134.* Sic porrò rem in antichreſin datam à Creditore in alium translatam vindicandi jus ſalvum debitori manet, quod ſecus ſe habere deprehenditur in re ſub pacto de retrovendendo vendita, ea enim ab emtore in tertium translata primus venditor adverſus ſecundum Emtorem nulla ratione poterit rei vindicationem intentare, cum non alium, niſi primum Emtorem perſonali actione convenire queat, *l. 2. C. de pact. int. emt. & vend.* Gail. *2. obſ. 16.* Ex quibus abunde conſtat, quam diverſi ſint effectus ex diverſis iſtis negotiis reſultantes; vid. *plurimas differentias inter hæc negotia exponentem*, Biccium *de Antichreſi th. 49.* add. Beſold. *Conſ. 180. num. 89. ſeq.* Klock. *de Contrib. c. 11. num. 214. ſeqq.* add. Wehner. *obſ. pr. voc.* **Pfandſchafft**, *p. m. 125.* Itter. *de feud. Imp. c. 21. th. 26. & alleg. ab eo* Dn. Schilter. Præter jus ergò in re cum facultate fructus ex lege conventionis percipiendi nihil quicquam conſequitur Creditor in re particulari ab illuſtribus Imp. Vaſallis oppignorata; quid autem fructuum nomine veniat in hoc caſu, ut latius deducamus, inſtituti noſtri ratio non permittit.

Conceſſa omnimoda utendi fruendi facultate Creditor XXXVI. Illud in genere certum eſt, conceſſa, e. gr. caſtri, oppidi oppignorati omnimoda fruendi facultate, eo ſcilicet modo, quo penes oppignorantem fuit, Creditori conceſſam eſſe perceptionem omnium emolumentorum ſive immediatè ex re ipſa ſive ejus occaſione provenientium, ut puta ex Jurisdictione, venandi jure

aliisque

aliisque juribus fructiferis, ex quibus ipse Vasallus oppignorans aliquod commodum sperare poterat, vid. Gail. *de arrest. c. 13. num. 18. seq. ubi recenset, quid fructuum nomine veniat*, add. Strauch. *diss. de oppignor. Imp. th. 46.* E quorum numero nec confiscationes excipiendas esse, dum de Regalium oppignoratione in genere constet, rectè ex JCt. Argentorat. *Cons. 1. vol. 1. qu. 1. statuit*, Besold. *Th. pract. voc.* Pfandschafft.

omnia emolumenta exinde percipit. ita ut nec confiscationes excipiendæ.

XXXVII. An autem Creditori pignoratitio simul etiam jus competat mutandi religionem in parte feudi Regalis ipsi oppignorata? post constitutionem publicam in Instr. P. Westphal. *art. 5. §. 27.* quærere supervacuum est, cum vigore *d.* §. nullus plane Status sive Romanæ sive Augustanæ religioni addictus fuerit cogere possit sibi subjectos, ut inviti Religionem quam in quacunque A. 1624. parte sunt professi, mutent aut solum propterea vertant, utut ex ipso *d.* §. *27.* contextu liceat concludere, ante hanc constitutionem potuisse Creditores pignoratitios aliam in re oppignorata religionem introducere, vid. Strauch. *d. l. th. 50.* Buckisch. *ad Instr. Pacis art. 5. §. 27. obs. 59. & 60.* vid. tamen Besold. *in Th. Pr. d. l.*

An jus mutandi Religionem?

XXXVIII. De Jure Patronatus uti certum est, id una cum universitate vendi posse, ita nihil obstare videtur, quo minus etiam oppignoretur, *c. 13.* tx. *de Jur. patron.* ut proinde dubitandum haud sit, & creditorem nostrum antichresticum in parte feudi licitè oppignorata hoc jus exercere posse, non solum si ea facultas expresse eidem concessa, *c. 7.* tx. *de I. patron.* sed & si in genere omnium jurium, quæ oppignorans habuit, exercitium ei tributum fuerit; nec enim valida videtur, quæ inter locationem, venditionem & pignoris contractum, quoad hoc punctum à DD. comminisci solet differentiæ ratio vid. Gail. *p. 2. Cons. 14. num. 8.* Cum *c. 18.* tx. *de sent. & re judic.* obstare aliàs visum, commodè satis ex *d. cap. 7.* tx. *de Jure patron.* interpretationem recipiat de casu, scil. ubi expresse jus Patronatus fuit reservatum. Strauch. *l. supr. cit. thes. 48.* Carpz. *J. F. p. 2. const. 37. def. 22.*

Quid de jure Patronatus censendum.

Possemus & porrò de effectu hujus oppignorationis respectu Creditoris inquirere, an moroso existente debitore Vasallo, liceat Creditori uti beneficio, *l. ult. C. de jur. dom. impetr.* & an vendito tali pignore id in allodium transmutetur? an nihilominus naturam feudalem retineat? sed non vacat nunc nobis penitius in ea introspicere, hoc saltem addimus, solida ratione niti, quod Celeberr. Schil-

An beneficio L. ult. C. de jur. Dominii impetr. Creditor contra Vasallum debitorem uti possit?

Schilterus, *in l. 2. Inst. J. publ. t. 7.* §. *3.* habet, constitutionem scil. *d. l. ult.* vix inter status Imper. locum invenire, cum modernæ Germaniæ oppignorationes ea plerunque lege iniri soleant, ut debitori jus reluendi salvum & incolume conservetur, neque creditori pro lubitu pecuniam repetendi facultas competat, sed hic saltem pignore interim fructifero utatur, Frider. Mart. *de censib. c. 1. num. 158.* Wehner, *Observ. pract. voc.* Pfandschafften (Add. B. Lauterbach. *d. l. de I. antichr. th. 63.* ubi pactum, quod Creditori potestatem exigendi sortem adimit, quamdiu scil. res antichrestica eidem relinquatur, validum esse pronunciat,) sanè adempta hac repetendi facultate, *d. l. fin.* beneficio, quippe quod ob moram debitoris concessum est, ægrè locus patebit.

An Creditor Imperii collectas solvere debeat?

Illud sanè æquitati convenientissimum putamus, quod Creditor ob fructuum ex re particulari, de majore Imp. feudo oppignorata, perceptionem ad Collectas Imperii ex tali feudo solvendas pro rata concurrere debeat, insuperque ab eodem præstandum sit, quicquid oneris rei oppignoratæ alias est impositum, *arg. eor. quæ per l. 42. l. 52. §. 2. de pact. tradunt* Klock. *de Contrib. c. 11. num. 220.* Dn. Schweder, *in introd. ad Jus publ. p. spec. s. 1. c. 2. §. 13.* Itter. *de feud. Imp. c. 21. §. 25.* Dn. Stryck. *d. J. Pr. c. allod. c. 5. n. 75. seqq.*

Quid ratione melioramentorum obtineat?

Quid autem debitori contra Creditores, qui rem sub pacto reluitionis hypothecatam possident, observandum sit, si iisdem immodicos sumtus in rem oppignoratam factos nomine melioramentorum repetere velint, de eo vid. Gail. *2. Obs. 12. num. 7.* & Excell. Dn. D. Schweder, *in diss. de meliorat. feud. c. 6. §. 4.*

III. DIS-

III.
DISSERTATIO
De
JURISDICTIONUM FRUCTIBUS,
Pro Licentia habita à
DANIELE GRAMIZER, Noribergensi.
Altorffii A. 1709.

J. J.
PRÆFAMEN.

GRavissimæ semper inter eos, qui Rempublicam jure, legibus ac moribus regunt, de Jurisdictionum fructibus & compendiis exortæ sunt lites. Diviso enim inter plures jure, divisisque Jurisdictionum actibus, aliter fieri non potest, quin acerrime & summa contentione invicem decertetur. Sæpissimè nempe usu venit, unam provinciam multorum subjectam esse imperio, neque de uniuscujusque jure liquido constare; adeoque cum regnandi cupiditas se difficulter intra justi & æqui limites contineat, suos proferre fines alteriusque juri derogare, nostris cumprimis temporibus, ubi multis arbitraria Principum pro legibus sunt, rectum & summorum Virorum personis dignum à plerisque judicatur. Imò, licet nihil alienum aut non ferendum postuletur, ipsa Jurisdictionum varietas celeberrima litigia & concertationes parit, dum alius summum imperium, hic jurisdictionem simplicem, iste jus gladii, ille alia jura sibi vindicat; nec insolens aut à nostris moribus alienum putatur, in alieno territorio peculiari jurisdictionum specie frui. Qua ex causa ardui quam maxime & impediti laboris res est, cognoscere & discernere, quid ad unumquodvis genus referri debeat. In hoc insuper negotio difficultas aborta ferè inexplicabilis est, eo quod ad enodandos plerosque juris laqueos præstantissimis cæterum auctoribus frequenter uti nequeas. Induit quippe doctrina de Jurisdictione aliam plane in Germania faciem, ac quidem olim in Jure Civili, ad Romanum Statum composito, habebat, ut proinde sæpe frustra sint, qui prisci & obsoleti juris interpretes in consilium & subsidium advocant. Verum neque inter recentiores super hoc argumento ubique convenit, & ob multiplicem consuetudinum diversitatem, & ob partium studium, quod illos quoque non raro à veri rectique tramite in diversum rapit, qui alias in studiis doctrinæ multi atque celebrati sunt nominis. Poterat itaque

me materiæ sublimitas & gravitas à proposito deterrere & avocare, quo statutum cum animo ac deliberatum habeo, more in Academiis recepto, post exantlata feliciter examina, investigationem de Jurisdictionum fructibus instituere, & ut in disquisitionem veniat, in cathedram, pro consequenda ritè laurea doctorali, mecum afferre. Nihilo tamen minus cupiditas investigandi dissensionum circa materiam hanc vel quotidie noviter oborientium primordia, omnem hæsitationem & fluctuationem animi tandem excussit, & ardorem, qui pæne resederat, excitavit rursus atque innovavit, ut audeam vadum tentare, & in uberrimo hoc argumento, quid Juri Franconico & generalibus moribus consentaneum sit, pro tenuitate virium exponere. Asserta tamen mea qualiacunque nemini neque fraudi neque præjudicio esse velim, si quidem vel per pacta & transactiones vel per consuetudines inveteratas & receptas, alibi alii mores & alia jura invaluerint. Usus enim & observantia, longique simul temporis possessio, optimam in controversiis, circa hanc materiam agitatis, interpretationem suppeditant.

CAPUT I.

PRÆLIMINARE.

§. I.

CUm propositum mihi sit, de nobilissimo Fructuum ex Jurisdictionibus resultantium argumento, Disputationem ingredi, me in limine Disquisitionis institutæ non adeo morabuntur, quæ de nominum evolutione & vario vocum significatu copiose dici poterant. Hæc enim vel ex Scriptoribus de Jurisdictionibus & Fructibus, quorum non exiguus est numerus, vel ex Lexicographis, multo melius hauriuntur. Illud autem omnino præmonendum erat, me in præsenti emolumentorum sive fructuum Jurisdictionalium illustratione, ipsis illis Jurisdictionis & Fructuum vocibus, in lata satis significatione uti: adeoque primum sub Jurisdictionis vocabulo, non solum omnes ejusdem species, Ecclesiasticam puta & secularem, & hanc quidem tam superiorem sive criminalem, quam inferiorem sive civilem, feudalem pariter ac forestalem, comprehendere, sed & ipsam Jurisdictionem universalem, quam Superioritatem Territorialem alio nomine vocare malunt, & quæ in amplissimo vocis Jurisdictionis ambitu cæteroquin includitur, ad institutum meum referre. vid. Arnold. de Reyger *voce Territorium. n. 15.* Dn. Schweder. *P. S. Sect. 2. cap. 10. §. 1. in fin.* Dn. Harpprecht. *Vol. 1. Consil. Tubing. 12. num. 118.* Deinde fructuum pariter nomen tam latè hic accipitur, ut omnem utilitatem & commodum omne, quod ex quacunque re percipi potest, complectatur, Lauterbach. *Coll. Theoret. Pract. Tit. de Usur. th. 42. & 44.* Siquidem com-

moda

moda Jurisdictionis à Jureconsultis etiam fructus vocari, in confesso apud omnes est. Bart. & Bald. *in l.f. ff. sol. matrim.* Knipschild. *de Jurib. & Privil. Civit. Imper. Lib. 2. cap. 6. n. 79.*

§. II.

Quamobrem, ut omnis verborum ambiguitas removeatur fructus jurisdictionales mihi sunt, omnia illa compendia æque ac commoda, quæ ex quavis jurisdictionis specie, etiam universali illa sive territoriali, in eum, qui jurisdictionem legitime exercet, redundant. Knipschild. *d. l.* Klock. *1. Consil. 10. n. 607.* Knichen. *de Jure Territ. cap. 4. n. 460.*

§. III.

Et quamvis cum jurisdictionum, tum fructuum variæ inveniantur divisiones, earum tamen recensione heic me supersedere posse vel ex ea causa arbitror, quod insigniores, ad Jurisdictionem spectantes, in ipsa argumenti tractatione occurrant, & in his, quæ ad fructus attinent, communiores & usitatiores à me recipiantur, quantum equidem materiæ, quam sub manibus habeo, commode inservire queunt.

§. IV.

Neque existimo ullum sanioris judicii mentisve, de justitia, æquitate & necessitate, fructus jurisdictionales percipiendi, facile dubitaturum. Sane ipsum Imperantium officium, dum salutem publicam summa contentione atque solicitudine conservat atque defendit, & de secura, vivendi ratione salubriter unicuique prospicit, hoc laboris sui gravissimi & molestissimi merito petit & expectat præmium. Sumtus, ad propellendos hostium insultus & servandam in Republica pacem & tranquillitatem, erogandi, impensæ in Ministros Ecclesiæ, quo veritas religionis Christianæ cum fructu doceatur, & cultus Divini Numinis publicus, observatis eam in rem rite ceremoniis, peragatur, & in civiles non minus Officiales, ut suum cuique jus illæsum & integrum constet, faciendæ, ædificiorum publicorum vel extructiones vel restaurationes, & quæ munerum undiquaque necessariorum alia & innumerabilia sunt onera, ab iis jure & exiguntur & persolvuntur, quorum commodis & utilitati salutique cumprimis consulitur. Atque hæc vera & solida ratio est, quare unaquæque jurisdictionum species, singularia sua onera ferenda habeat. Klock. *de Contribut. cap. 1. n. 46. seqq. & 312.* Merckelbach. *in Appendice Consil. 5. fol. 75. in fin.*

§. V.

Fundamentum itaque Fructuum Jurisdictionalium ipsa est Jurisdictio, & in hisce fructibus sive acquirendis sive percipiendis, Dominus Jurisdictionis universalis, sive Superioritatis Territorialis (der Landes-Herr) aut alius speciem Jurisdictionum vel Criminalem, vel Civilem, vel Feudalem, vel quamcunque

aliam, exercens, (der Cent-oder Fraisch-und Vogtey-Herr) compendia ista, ut effectum suæ Jurisdictionis ordinarium prætendit. Mevius *P.4. Decis.363. n.13.* Knipschild. *Lib.2.c.6.n.79.seqq.* Quemadmodum alioquin fundamentum alios fructus acquirendi, est Dominium tam verum quam fictum. Schüz. *in Compend. Lauterb. ad Tit. de acquir. rer. Dom. in fin.* Hopp. *ad* §. 35. *J. de R. D.*

§. VI.

Percipiunt proinde Jurisdictionum fructus, non solum harum Domini veri, & ii, quibus ab his id legitime concessum, ut Conductores, (modo mulcta, sive pœna pecuniaria, ante finitum tempus Conductionis, sit irrogata, cum hoc in casu non ad tempus commissi delicti, sed condemnationis factæ respiciendum sit. Anton. Faber *in Cod. lib. 9 tit. 25. de pœnis.*) sed etiam omnes in possessione vel quasi Jurisdictionis existentes, & per sententiam Judicis latam Victores, iis fruuntur, ob commoda possessionis, quæ possessori, donec in petitorio contrarium evincatur, etiam fructus præsentes attribuunt. §.4. *J. de Inter. ict.* Mev. *Consil. 3. n. 124. & P. 2. Decis. 3.*

§. VII.

Cum igitur ut plurimum diversitas Jurisdictionum separatarum, diversos & separatos quoque producat fructus, atque hi ipsi unicuique competant, prout hanc vel illam jurisdictionis speciem exercet. Klock. *de Contribut. cap. 1. §. 230. sqq.* Wehner. *Observat. Pract. voc.* Vogtey. Knipschild. *c. l.* distincte atque partite de tota re pronunciandum est. Hinc primum de Fructibus Jurisdictionis Universalis, sive Superioritatis, Territorialis, dein Criminalis, postea Civilis, deinceps Forestalis, & denique, ut vulgo fieri consuevit, Feudalis quoque disseram, & quid de singulis habendum sit, quam potero, compendio dicam.

CAPUT II.

DE

FRUCTIBUS JURISDICTIONIS UNIVERSALIS SIVE SUPERIORITATIS TERRITORIALIS.

§. I.

MAjestati, seu summæ illi, quæ Imperatori competit, eminentiæ analoga Potestas, est Jurisdictio Universalis, sive Superioritas Territorialis. Secundum Germaniæ Stylum, pro diversitate subjecti, diversa quoque sortitur nomina, & quidem, ratione Principum, die Landes-Fürstliche Hoheit, ratione autem aliorum Statuum, die Landes-Herrlichkeit dicitur. Qua ratione Principes & Status Imperii Germanici, post immutatam à Carolo M. prisci in Germania regiminis formam, sub Imperio cumprimis Henrici IV. & durante

illo

illo notissimo, quod orbem patrium gravissime afflixit, interregno magno, ad id culmen potestatis pervenerint, & hæreditario jure ad posteros transmiserint, difficile dictu est, longaque & ancipiti investigatione historica opus habet. Multum sudoris laborisque huic rei impenderunt, celeberrimi viri Knichenius, Coccejus, Lindenspur, Mingius, Knipschild, aliique plures, & doctissimas Conjecturas in medium protulerunt. Nec enim veteris ævi in conscribenda historia sive segnities, sive socordia, &c, quæ exinde originem ducit, fide dignorum monumentorum penuria, supra probabiles conjectationes assurgere patitur. Nostra ætate Summa Principum & Statuum Imperii potestas, quam Superioritatem Territorialem vocant, auctoritate Legum Imperii fundamentalium, & pacis Westphalicæ fide, ita roborata & confirmata est, ut ad eam asserendam & tuendam, annalium memoriam replicare supervacaneum sit. Tam augustum vero Jurisdictionis Universalis sive Superioritatis Territorialis nomen est, ut secundum commune dicterium quilibet immediatus Imperii Status, vi ejus, in terris suæ ditioni subjectis, quoad Jura territorialia & regalia, omne id facere possit, quod Imperatori in toto Imperio faciendum competit; salva tamen ipsius Imperatoris suprema Majestate, salvisque reservatis. Hincque Superioritatem territorialem omnes Jurisdictionis species sub ambitu suo continere, ipsum nomen ejus arguit, cum secundum Brocardicum illud, necesse sit, ut qui se fundat in toto, in qualibet etiam ejus parte se fundet. Gail. *2. Observ. 62. n. 9. & Tract. de Pignor. cap. 8. n. 6. & seqq.* Mynsing. *Consil. 16. n. 35.* Cravett. *Consil. 673.* Menoch. *de Præsumt. Lib. 3. præs. 100. n. 1.*

§. II.

Ut distinctius & clarius omnis res cognoscatur, sæpius dicta hæcce Superioritas Territorialis sive Jurisdictio Universalis *I.* omnium jurisdictionum species regulariter complectitur, & propterea omnes quoque fructus & emolumenta Jurisdictionum comprehendit; de quibus in sequentibus largior se offeret dicendi occasio. Lauterbach. *Dissert. Jurid. Tubing. Vol. 4. de Jur. aggratiand.* III D. Stryk. *Volum. Dissert. I. de Jurisdictione circumsepta cap. 1. §. 18.* Linck. *de Centena cap. 2.* §. 4. Ziegler, *ad Aur. Prax. Calvol.* §. *Landsassii Concl. 1.* Et hanc quidem jurisdictionem observare licet in terris Imperii, ubi obtinet Landsassiatus; In Franconia vero, cum nuspiam territoria clausa, ut nominant, invenire liceat, limitibus certis & finibus circumscripta, atque ea Franconiæ incolarum inter se sit permixtio, ut raro pagum aut vicum, uni saltim domino subditum, queas ostendere, aliter se res habet, nempe qui in alterius territorio sunt & vivunt, non statim & simul de ipsius sunt territorio, sed in eos proprii sui domini est jurisdictio. Lauterb. *in Diss. de Condom. Territor. cap. 1. th. 7.*

§. III.

§. III.

Jurisdictio Universalis *II.* Regalia Jura comprehendit, die Landes-Hoheiten. Equidem hæc Jura regalia cum ipso jure territoriali sæpius confundi video, revera tamen ab iis differunt, meritoque separantur, cum usu venire soleat, ut Jure Superioritatis destitutus, regalia tamen certè quædam ipsa vel ex Consuetudine vel ex Præscriptione possideat. Referuntur ista jura ad Jurisdictionem Universalem, in quantum Dominus Territorialis fructus quosdam & commoda ex iis percipit; suntque duplicis generis majora scilicet & majestatica, & minora, quæ in Capitulatione Cæsarea non Electoribus solum, sed reliquis quoque Principibus & Statibus conceduntur, & exceptis reservatis confirmantur, prout patet ex Capitul. Imp. Carol. V. Ferdinandi I. Rudolphi II. Matthiæ, Ferdinandi II. Ferdinandi III. Leopoldi I. & Josephi. §. 3. Recensus eorum prolixior est, quam ut commode heic institui queat, atque eo labore multi præclari Scriptores egregie defuncti sunt, dum de excelsis Principum Dignitatibus & aliorum Statuum prærogativis, justo volumine egerunt ex quibus etiam ea, quæ ad Jura Territorialia gratiosa & justitiaria spectant, petuntur. Mei quam maximè instituti est, ut ad minora, utpote magis in reditibus & fructibus consistentia, me convertam, & insigniora strictim enarrem.

Revero itaque *a*) huc ex Jure Status resultantem potestatem, collectas provinciales Landsteuern indicendi & exigendi. Klock. *de Contribut. cap. 1. n. 231. & capit. 14. Sect. 3. n. 17.* Sive eæ sint personales, vel reales vel mixtæ. Rosenthal. *cap. 5. Concl. Juris feud. 73.* Sive sint vel universales vel particulares, vel ordinariæ, vel extraordinariæ aut quocunque alio veniant titulo & nomine, D. Schwederus *P. S. Sect. 2. cap. 15.* §. *2.* verbi gratia, Capitationis, der Kopfsteuer, quæ æquabiliter, nulla facultatum aut ætatis ratione habita, indicitur; Detractiones der Nachsteuer, qua damnum, ex transportatione bonorum in aliam ditionem, Dominis prioribus exortum, aliquo modo compensatur; Indebiti des Umgelds, Guidagii, des Geleitgelds, quod pro petito Conductu solvitur; Accisiarum, Pedagiorum, Collectarum, quibus frequentior usus Gabellarum nomen imposuit, & de quibus, quam diversi sint generis, consuli poterit laudatus Klockius, *c. l.*

Quemadmodum autem Præstationes Extraordinariæ non pecuniariæ tantùm sunt, sed & in operis consistunt, ita *b*) huc Angariæ & Perangariæ præterea pertinent, quæ præstatione jumentorum, plaustrorum, navium, aliarumque rerum absolvuntur, da man der Obrigkeit mit Wägen, Pferden, Vorspann und andern dienen muß, & propter necessitatem seu aliquod repentinum ingruens negotium, uti frequenter & crebro à subditis in Territorio, sic etiam aliquando à forensibus tum ibidem degentibus, propriis sumtibus, præstandæ,

ſtandæ, veniunt. Nec, quod ad forenſes attinet, id absque juris ratione ab iis exigitur, quandoquidem ob utilitatem vel ſecuritatem publicam, qua fruuntur, & ob plures in ipſos redundantes in Republica fructus, omnino collectari poſſunt, fuſius hoc docente Klockio *c. 1. n. 17. & cap. 13. Sect. 1.* Lundenſpur *de moderna Imperii Jurisdict. cap. 30. n. 160.*

c) Jus metallifodinarum deinceps huc ſpectat, quo Domini Territoriales, omnia mineralia in ſuo Territorio invenienda, ſive loca ſint publica, ſive ad privatos pertineant, tanquam pretioſa terrarum, als des Landes-Schatz, ſibi attribuunt. Atque heîc denuo vocabulum metalli in latiſſima ſignificatione accipitur, eoque non tantum Aurum, Argentum, Æs, Cuprum, Stannum, plumbum, ferrum, intelligitur, ſed & argentum vivum, ſal ſubterraneum, minium, quin & gemmæ, marmora, ſalinæ &c. Gold, Silber, Ertz, Meſſing, Kupffer, Zinn, Bley, Eiſen, Quecksilber, Salpeter, Menning, Marmor, Alaun, Vitriol, Schwefel, Mercurius ſublimatus, Magnet, gebrannt Kupfer, Grünſpann, Cryſtall, Weinſtein, Saltz, Sal Gemmæ, Sal Armoniacum, Sal Alcali, Kalch, Aſchen, Amber, Agtſtein, Wißmut, Zwitter, Glantz, Kobold, Zinober, Spießglaß, Jaſpis, und andere Stein, &c. vid. Seckendorff im Teutſchen Fürſten-Staat. *Part. 3. cap. 3. n. 1.*

d) Juris pariter Fluminum publicorum, heic locum ſuum habet, una cum omnibus exinde provenientibus utilitatibus ac Incrementis fluviaticis, ut ſunt reditus piſcationum, portus, ripatica, inſulæ in flumine natæ, alveus à flumine derelictus, jus concedendi ædificationem molendinorum, jus grutiæ & rates ducendi, beſtehet alſo dieſes Recht aus verſchiedenen Regalien, als der Fiſch- Flöß- Schiffmühl- Bau, Inſel, Strand und andern Gerechtigkeiten Dn. Schwed. *P. S. Sect. II. cap. 15. §. 10.*

e) Jus Territorii ſtatibus porro Jus fiſci ſeu Jura fiſcalia, in multis ut plurimum & Confiſcationibus conſiſtentia, adſcribit. Confiſcationi autem ſubjecta ſunt.

1.) Bona vacantia præcipue, Erbloſe Güter, puta, ſi nulli exiſtant legitimi hæredes, nec, prævia proclamatione affixoque publico proclamate, tales compareant, Dominus Territorii hæreditatem adit, cum onere, ut defuncti creditoribus pro facultatibus hæreditatis acquiſitæ ſatisfaciat. Quo in caſu Illuſtris Respubl. Norimbergenſis non ſolum jure territoriali gaudet, ſed inſuper, ex privilegio ſpeciali ab Invictiſſimo Imperatore, Carolo V. A. 1550. gratioſiſſime ſibi conceſſo, & a Glorioſiſſimæ memoriæ Imperatore Rudolpho II. A. 1577. pari Clementia confirmato, in bona vacantia, & teſtamento pariter ac hæredibus deſtituta, ſuccedit. Klock. *de ærario lib. 2. cap. 136. n. 13. & in Annot.* Generoſ. & Magnificus Dominus Procancellarius PELLERUS, JCtus de

Republica Patria & Academia Altdorf. immortaliter meritus, Mingius *de Superiorit. Territor. Conc. 69.* Gail. *2. obs. 86. n. 4. & observ. 30. in pr.* Klock. *de Contribut. cap. 1. n. 303.*

2.) Fisco debentur, atque bonorum vacantium rationem induunt, prædia inculta ac deserta, die Neubrüche, Rothland, neuausgereutte Felder, novalia, seu terræ de novo cultæ, cum olim steriles, nemorosæ, aut paludosæ fuissent, præsertim ab Universitate aliqua nondum accupatæ. Quodsi posterius hoc contigerit, in recognitionem supremæ Jurisdictionis, decimæ der Noval-Zehenden, publici emolumenti ergo, Dominis Territorii, minimum iis, qui Protestantium nomine censentur, exsolvuntur, ob magnam affinitatem, quam hi agri de novo culti, aut de quibus, an unquam fuerint consiti, non extat memoria, cum bonis desertis vacantibusque habent. Harttm. Hartmanni *Lib. 2. Pract. Obs. tit. 53. Obs. 10.* Michael *Dissertat. de Jurisdict. th. 49.* Valet autem hæc lex penes Ecclesiasticos, præsertim in novalibus publicis, eo quod fundus nulli privato competat, sed in possessionem Domini territorialis veniat. Neque enim ea Pontifici Romano aut universo Clero assignari debet Potestas & Licentia, ut impune queat Statum Imperii, in territorio suo, nova servitute onerare. Plane nihil ad rem facit exemplum Veteris Testamenti, ubi Decimæ Sacerdotibus & Levitis fuere concessæ, per legem positivam forensem, in subsidium victus & patrimonii, propter defectum aliorum redituum, & quod in dividenda per sortem terra promissionis, nulla iis obtigerit hæreditas. *Vid. Num. 18. 20. seq.* Nostro ævo antistitibus sacrorum, & omnibus rem divinam facientibus, salaria certa plerumque erogat Magistratus politicus, unde vitam honeste sustentare possint. Syringius *in Praxi aurea Juris Decimandi cap. 7. §. 8.* Klock. *de Contribut. cap. 1. n. 303.* Knipschild. *de Civit. Imper. Privil. Lib. 2. cap. 16. n. 40.*

Nec non 3.) Fisco adjudicantur bona ereptitia, seu indignis ablata, quibus alicubi accensentur die Hagstelzen, vid Wehner *in Observ. h v.* postquam ex iis, ceu in hæreditatibus fieri moris est Creditoribus & Legatariis est satisfactum; DD. & Gloss. *ad L. cum. fisco. 9. ff. ad SCtum Syllan.* Klock. *de Ærario lib. 2. c. 138.* ibique Magnificus Dominus Annotator, omni elogio major.

Eorum porro bona 4.) Fiscus arripit, qui incestum commiserunt, modo liberi legitimi ad tertium usque gradum, videlicet pronepotes, & parentes usque ad secundum gradum, item fratres & sorores, nec non patruus & amita deficiant Klock. *c. l.*

Similiter 5.) bona spuriorum, ex damnato coitu natorum, & sine liberis decedentium in fiscum confluunt. Klock. *Part. 1. Consil. 29. n. 870.*

Cujus reditus 6.) amplius augentur ex jure succedendi in hæreditatibus peregri-

peregrinorum, advenarum & alienigenarum. Quanquam fatendum ſit, Gallorum moribus id unice ferme obſervari, atque Jus Albinatus ſive Albinagii vocari. Klock. *c. l.* Nemo tamen Statibus Imperii eam poteſtatem, ſi illa, tanquam jure retorſionis in Gallos, uti velint, cum ratione denegaverit.

Deinde 7.) Confiſcationi ſubjacent bona eorum, qui Crimen læſæ Majeſtatis commiſerunt. Klock. *de Ærario lib. 2. c. 137.* Nam quamvis in Imperio Confiſcationes bonorum ob alias cauſas, per Conſtit. Imperat. Carol. V. ſublatæ & prohibitæ ſint, in der Peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung *art. 218.* Klock. *c. l. lib. 2. cap. 140.* & quidem præcipue hanc ob rationem, ne magis ob bona, quam delicta intententur. Limnæus *in Not.* ad Capit. Ferdin. III. *art. 28. verb.* Keineswegs, ꝛc. nihilominus ibidem enorme hoc imo horrendum læſæ Majeſtatis crimen ſpecialiter excipitur, ejusve reſpectu, veteres leges ita confirmantur, ut eo perpetrato Confiſcatio bonorum etiam deſcendentibus hæredibus extantibus locum habeat, adeo ut nihil in totum filiis, quam qui alias paterno deberent perire ſupplicio, cum & in iis paterni, hoc eſt hæreditarii Criminis exempla metuuntur, præter vitam Imperatoria lenitas ſpecialiter concedat, relinquatque, ut tales ſint, quibus, perpetua egeſtate ſordentibus, ſit & mors ſolatium & vita ſupplicium; Imo vix filiabus parcat, falcidiam ſolam relinquat, ut habeant mediocrem potius alimoniam, quam integrum emolumentum aut nomen hæredis: tum quod mitior circa eas debeat eſſe ſententia, quas pro infirmitate ſexus, minus auſuras confiditur. Klock. *d. l. cap. 139.*

Nec minus 8.) ad Fiſcalia Jura Theſaurus inventus redigendus eſt. Quod ſi repertores magicarum artium incantamenta adhibuerint, aut locus inventionis fiſcalis fuerit, totus ad Dominum Territorii defertur; accedente inſuper ſilentio & ſuppreſſione voluntaria, cum altero tanto reſtitui debet. *l. 3. §. fin. ff. de Jur. Fiſci.* Et ita communiter DD. ſentiunt. Sed ego crediderim, indiſtincte theſaurum repertum fiſco eſſe adſcribendum, ſi ejus rei oppreſſa mentio eſt. Vid. Reformat. Noricam. *Tit. 25. l. 1. §.* Doch ſo der Finder, *ibi:* der Obrigkeit ꝛc.

Tandem 9.) nemo ambigit, quin ex multarum impoſitione inſigne Emolumentum fiſco accedat. Mulctantur autem violatores & defraudatores, vectigalium, ſuæque proterviæ pœnas ex merito ære luunt. Aliquando Dominus Territorii, vigore Juris aggratiandi, ſupplicium mortis promeritum aut alias pœnas corporis afflictivas, in pecuniariam mulctam commutat; adeoque ſontes vitam ſuam certa argenti ſumma redimere jubet. Hæc ipſa verò reis pœnarum veniam indulgendi poteſtas, inter Regalia Jura præcipuum habet locum, & ab omnibus Imperii Statibus, ceu illuſtriſſimum & primarium ſummæ ſuæ jurisdictionis ſummæque dignitatis munus exercetur. Beſold. *de Civit. German.*

Part. 1. *c.* 6. *th.* 18. Carpzov. *Pr. Crim. p.* 3. *qu.* 150. *n.* 19. Quare iis, quibus ſuperior, criminalis ſeu alta tantum jurisdictio conceditur, neque integrum eſt, neque licet, in capitali ſupplicio afficiendos mitiorem pœnam conſtituere, mortisque reos aut fuſtigationi ſubjicere, aut exilio punire, aut argento emungere. Quippe tum demum vices officii ſui rite explent, cum de commiſſis criminibus ſolicita indagine cognoſcunt, &, ut in ſuo quisque vitio plectatur, probè diſpicunt, omni delictorum venia, ſontibus & reis facienda, ad Dominos Superioritatis Territorialis remiſſa. Quibus ipſis incumbit, ne ſummo hoc jure ſuo & æqua cum Diis poteſtate intemperantius utantur, aut poteſtatem illam, peccantibus veniam indulgendi, in effrenem peccandi licentiam convertant magisque animum lucri cupidum, quàm mite & manſuetum ingenium ſuum turpiter prodant, ſed rationes delicti perpetrati magno acrique judicio ab origine, cauſisque primis repetant, diſcernant, expendant, & cum concedendum atque ignoſcendum eſſe videtur, malefacta condonent. Sane magna flagitia libera & multa dimiſſa, hominibus improbis & vitiis contaminatis ſpem impunitatis faciunt, ipſos effrenatiores reddunt, & illum, qui imprudenter delicti gratiam fecit, culpa vacare non ſinunt, ſed reum peragunt. Juſtitiæ proinde, ſi quid clementer fit, non eſt obliviſcendum, ſed & nec honeſtatis; atque omni modo cavendum, ne ſordidis improbisve mediis, vel cum Fl. Veſpaſiano urinario, vel cum Pontifice Romano lupanario vectigali aliquis diteſcat, ut prudenter monet Klockius *de Ærario Lib.* 2. *cap.* 42. & Lauterbach. *diſputat. Jurid. Tubing. Vol.* 4. *de Jur. aggratiandi.*

f.) Perceptio Vectigalium Regalibus omnino additur, ſive ſint ripatica, ſive portoria, ſive Telonia. Aſt vetera & antiqua ſint oportet, juſtoque titulo quæſita, nec noviter introducta, vel præter fas adaucta. Siquidem pro arbitrio nova vectigalia & imponere & exigere, vel vetera pro lubitu adaugere, nemini in Imperio ex Jure Status permittitur, ſed ad eam rem concludendam, Imperatoris quam maxime, dein omnium Electorum, & confinium poſtea Statuum, quorum cumprimis num vectigal recens imponatur nec ne? intereſt, conſenſus requiritur. Antiquitus equidem facultas, vectigalia cum imponendi tum prorogandi & augendi, penes Solum Romanorum Regem erat, teſte Schwaben Spiegel, *c.* 12. *n.* 4. ibi: Alle Zölle und Müntzen, die seynd eines Römischen Königes, und wer sie haben will, er sey Pfaff oder Lay, der muß sie haben vom Römischen Reich und dem König, und wer das nicht thut, der frevelt am Röm. Reich, it. Receſſ. Imperii *de An.* 1576. §. Weiter seynd wir. §. 116. *&* 117. ubi: Den Zoll steigern gehöret zur Kayserl. Majestät sonder Hoheit und Reservaten. Poſtea verò limitata illa poteſtas eſt coarctata, atque per Capitulationes Augg. Impp. Caroli V. *art.* 18. & Ferdinandi I. *art.* 17. *ſeqq.*

seqq. ad Consensum Electorum excluso tamen Bohemiæ Rege, ceu Limnæus ad Capit. Car. V, *art. 15. & 18.* probat, restricta est, viguitque hæc constitutio per integrum & quod excurrit seculum, Daniæque Regis Legato in Comitiis Ratisbonensibus A. 1637. vectigalis Tychopolitani Prorogationem petenti, ab Electorali Collegio responsum est: Man befinde nicht, wie, bey jetzigen beschwehrlichen Zeiten, in præjudicium tertii solche Prorogation bewilliget werden könnte ꝛc. Atque eo tempore gravissimum illud & sanctissimum illud totius Imperii Consilium, magno assensu in hanc sententiam discessit, & ulterius aliquid concedere renuit. Theatr. Europ *pag. 780.*

Ast tandem in Capitulationibus Gloriosissimi Leopoldi & hodiè regnandis Invictissimi Imperatoris Josephi, Status Imperii potestatem hancce arctius restrinxerunt, his verbis: Keinen Zoll von neuen geben, noch einige alte erhöhen, oder prorogiren, ꝛc. Es seyen dann die benachbarte und *interessiren*de Stände, ꝛc. und aller und jeder sieben Chur-Fürsten Wissen und Willen ꝛc. dergestalt vorgegangen, daß keines Churfürsten Diffens dargegen. Capit. Leopold. *Art. 21.* & Josephi. 20. Ex quibus liquido constat, nostris temporibus, vectigalia nova imponi, vetera renovari, dilatari, prorogari, adaugeri nequaquam posse, nisi *Imperatoris* & *Electorum* omnium *Unanimis* adsit consensio, & his ipsis cum *adjacentibus Statibus*, quorum in recenti vectigalium impositione & exactione res agitur, & magnopere refert, convenerit. Quo ipso Accisiæ aliæve impositiones & exactiones propter consumptibilia imperatæ, de quibus supra mentio facta est, à vectigalibus se satis secernunt, & maximo ab illis intervallo distare cognoscuntur. Quilibet namque summas rerum tenens, sine ulla dubitatione in suo territorio, jure status, accisias, & quæ alia cum his affinitatem habent, onera imponit & pendi jubet, à civibus suis & subditis primario, à forensibus vero non nisi secundario & per indirectum, dum nempe alicubi commorantur aut mercaturas faciunt, quo in casu proclive & solenne ipsis est, pretia rerum venalium amplificare, & factas in victum expensas uberiore quæstu compensare, id quod Germani vocant: Den abstattenden Impost auf die Wahren schlagen.

§. IV.

Jura hæc atque regalia cuncta, quorum hactenus facta est recensio, ordinarie jurisdictioni territoriali sunt annexa. Observationem autem singularem meretur & silentio præteriri haud debet, quædam ex his aliquando tamen aliis Territorii non Dominis sic esse quæsita, ut, quamvis illorum exercitium, ex parte exercentium, superioritatem territorialem non importet, non ullatenus evincat, commoda tamen hinc inde enata & percepta, ad ipsos utique & citra controversiam redundent. Lauterbach. *de Condomin. Territor. cap. 1. §. 7.*

HAc ratione verbi gratia Serenissimi Dnn. Burggravii de Nurenberg in Sylvis Imperialibus circa urbem sitis tertiam feram, unde sensim temporis tractu jus venandi exortum est, aliaque jura particularia jure habent, verum ipsa Illustris Respubl. Norimb. omnem Territorialem Superioritatem rite ibidem jussu ac vice Summi Imperatoris administrat. Cujus jura neque labefactantur neque convelluntur, quod quidam elogiorum Scriptores & sublestæ fidei Historici, immo & Politici quidam, penitiore causæ, quam ornandam tamen suscipiunt, cognitione destituti, contrarium affirmare sustineant. Nemo ipsis vitio vertat, sed instituto eorum alacriter quivis applaudat, si Serenissimæ Domus, cui Deus æternum bene faxit, virtutem, excellentiam, felicitatem, honores, dignitates, victorias, tropæa, merita, orationibus scriptisque decorent, laudibus illustrent, & sempiternæ gloriæ commendent: Nihil enim tam magnum & excelsum dici potest, quin Heroës, ex illa prosapia oriundi, omnibus illis longissimè antecellant. Sed quando illustri Norimberg. Reipubl. jurisdictionem territorialem, & exinde resultantia jura adimere, suisque, quos elogiis ad cœlum meritò efferunt, Principibus adscribere conantur, rem faciunt supra modum iniquam, à justitia Sereniss. Principum, quorum ea unica, ut suum cuique tribuatur, laus est, alienam, & alio fundamento, nisi imperitia & injuria scribentium, non superstructam. Insoliti præterea exempli atque minus æquæ scriptionis genus est, prætensa Dignitatis Principum sublimitate, minoris ordinis Statui frequenter insultare, in re tam seria verborum strepitu, coloribus & lenociniis, non autem argumentorum pondere agere, ampullas & sesquipedalia verba projicere, & ubi ad probationes ventum est, incredibili sententiæ frigidas ratiunculas suggerere, cum larvis & lemuribus decertare, neque originem juris sui, neque possessionis vel quasi ullum titulum ostendere posse. Si enim hoc summum jus sit, ut Summorum Principum obtenta auctoritas pro clypeo & dubiæ causæ justa defensione valeat, neminem ab injustis impetitionibus liberum esse posse, fatendum omnino est. At vero olim in Excelso Imp. Dicasterio Cam. Dnn. Burggravii de Nurenberg, Reipubl. Noricæ de Superioritate Territoriali litem nunquam intenderunt, sed de mero Imperio & de jurisdictionis criminalis exercitio utrinque certatum est, quam à Jurisdictione territoriali toto, quod ajunt, cœlo differre, nemo est qui ignorat. Et, quod præcipue notandum, non universa ditio Norimbergensis, in disceptationem venit, sed de certis quibusdam locis, in libello nominatim expressis, tantùm litigatum, & sententia quidem super ea quæstione, pro Sereniss. lata est, restrictiva tamen illa libello nimirum conformis & in possessorio saltim, salvo manente atque adhuc pendente petitorio, salvis itidem Reipubl. Norimb. amplissimis privilegiis & transactionibus. Nec porro

in

in illis, de quibus Norimbergensibus litem movebant Dnn. Burggravii, locis omnibus & singulis, causam Respubl. Norica perdidit, sed in quibusdam locis expressis itidem à Judice exercitium meri imperii jure suo obtinuit & retinuit; id quod nunquam fieri potuisset, si ex parte Sereniss. Marchionum Brandenburgicorum meri imperii possessio vel quasi, aut Superioritas territorialis in universum agrum Norimbergensem, in dubiis argumentis ostensa, aut alterutra à Judice agnita fuisset. Itaque sententia Cameræ Imperialis, qua Dnn. Burggravii Victores exstiterunt, ipsis Jurisdictionem territorialem nullo modo assignavit, nec unquam adscribere poterit imposterum. Dum enim, pro causæ suæ confirmatione, primum literas infeudationis Romanorum Impp. Rudolphi & Alberti, secundo titulum Vicariatus & præsidii perpetui in judicio provinciali Norimbergensi allegant, neutro horum, quod volunt, auferunt. Nimirum modo dictæ infeudationis literæ, a Romanorum Impp. Rudolpho I. & Alberto I. A. 1273. & A. 1300. exaratæ abunde demonstrant, exigua admodum & particularia modo jura locaque pauca in territorio Norico fuisse, queis ab Augg. Romanorum Imperatoribus donati & investiti sunt Dnn. Burggravii in Nuremberg, sc. concessione tertiæ feræ, tertiæ arboris, lignorum jacentium, officii foresti ex altera parte pontis Villæ Werdæ & Villæ Buch: quæ omnia & singula deinceps ab Electore & Burggravio Friderico Anno 1427. jure emtionis & venditionis in Norimbergensium potestatem venerunt. Ex iis autem nemo, qui rem recto ponderat judicio, aut universale territorium, aut jurisdictionem universalem temere exsculpat, cum de postremo hoc in literis infeudationis altissimum sit silentium. Immotæ enim veritatis est JCtorum regula: quod in investitura non est expressum, etiam non habetur concessum. Lucra proinde & loca memorata si excipias, investitura, quam Imperatores Romanorum clementissime Dnn. Burggraviis in Nuremberg indulsere, ad alia non extenditur, ne dum ad nemora, urbem cingentia, quæ territorium, quod in disceptationem venit, constituere debent. Inficetum profecto fuisset, Dn. Burggravio, jam tum vero legitimoque universæ illius, usque ad mœnia civitatis extensæ regionis Domino Territoriali, ex speciali gratia & indultu Augustiss. Cæsaris concedere, ut in eo districtu, habeat tertiam feram, tertiam arborem ex foresto, & ut omnia ligna jacentia in Silvis tollere, capere & habere queat, insuper ut officium foresti, ex altera parte pontis versus Castrum Diœceseos Bambergensis, cum omnibus attinentiis penes ipsum sit, ipseque forestarium constituere valeat, villam præterea Werdæ, villam Buch, oppidum Schwand, & castrum Creussen in possessione habeat. Supervacaneum, inquam, omnino fuerat, hæc omnia, largitione & munificentia Imperatoria consequi, quorum quis se antea jam Dominum potuisset gloriari & vinditare. Nam qui

toto

toto jam gaudet, eum non de certa & parva satis totius parte specialiter investiri debere, nemo inficiabitur. E contrario, ad repræsentandam Scriptorum & litigatorum illorum in re clara iniquitatem, observare licet, silvas circa Norimbergam sitas, nunquam Dnn. Burggravios, sed semper Imperatores Romanos, ut immediatum peculium Imperii tenuisse. Sane Rudolphus, novem integris ab investitura supra dicta elapsis annis, & qui eo defuncto arbitrium Rom. Imperii obtinuit, Albertus, silvas Noricas *Nemus suum* vocat. A qua loquendi & scribendi forma subsequentes Imperatores adeò non abeunt, ut in innumeris, post investituram illam, præscriptis Diplomatibus verba hæc occurrant **Unsere und die Reichs-Wälder.** Ejusdem tenoris sunt, quæ in Privilegio (quo de mox plura afferam) Caroli IV. An. 1355. dato, inveniuntur: *Nos Carolus IV. &c. respicientes & Considerantes defectus & damna, " quæ & nobis & Imperio quotidie obveniunt, in nostris & Imperii silvis & ne- " moribus prope Nurmberg sitis &c.*

Utut igitur, quæ hucusque disserui, excogitatum à Sereniss. Marchionum defensoribus territorium & jurisdictionem universalem funditus evertant, destruantque, & liquido potius ostendant, ad Imperatorem & Imperium subinde silvas istas noviter controversas spectasse; novum tamen, & id firmissimum, bonæ Norimbergensium causæ accedit, ex eo capite, argumentum, quod Imperatores Romani, concessis illustri & ab exteris quoque in exemplum sapientissimi regiminis propositæ Reipublicæ Norimbergensi specialibus diplomatibus, voluerint & jusserint, ut Senatus Noricus silvarum circa urbem nascentium curam gerat. Quod magna solicitudine in hunc usque diem factum esse, omnes norunt. Caroli IV. cumprimis concessu & beneficio ab A. 1355. illud Norimbergenses obtinent, cujus sunt verba: *Donamus & concedimus civibus de consilio Civitatis Nurembergensis, fidelibus nostris dilectis omnibusque successoribus, pro custodia & salvamento earundem sylvarum infra scripta Jura, Constitutiones & Statuta pro juribus perpetuis habendis: In primis, quod omnes officiales, Forestarii & Mellicidæ, qui Zeitlarii vulgariter nuncupantur, super utrisque sylvis utrobique & ex utraque parte fluvii Pegniz, quando ex parte Consulum Civitatis Nurembergensis requiruntur, singulis annis semel tenentur venire ad consilium civitatis Nurembergensis, & ad sanctos jurare, constanter observare & tenere, quicquid prædicti Cives de Consilio Civitatis Nuremb. deliberaverint, pro Imperio & Civitate ipsorum, quod utile sit ejusdem sylvis, & debent etiam accusare & nunciare per dictum eorum juramentum, quicquid prædictis sylvis poterit esse nocivum & damnosum. Prædicti etiam officiales, forestarii, aliique servitores ipsorum nulli tenentur vendere aliqua ligna de ambabus sylvis, nec alicui dare licentiam ligna de iisdem sylvis,*

exceptis

exceptis illis, qui antiquitus de eisdem ſylvis utebantur, & qui jus in hoc habere noſcantur, &c.

Qua ex cauſa, glorioſiſſimæ memoriæ Elector Fridericus, omnia ſua jura, ex memorata ſuperius inveſtitura Cæſarea ſibi competentia, in Rempublicam Noricam, bona cum Imperatoris venia & accedente ejus Confirmatione, jure venditionis transferens, ſilvarum nullam facit mentionem, neque inſtrumento emtionis & venditionis vel vola vel veſtigium ea de re extat, ſed quorundam ſaltim in iis ad ſe ſpectantium jurium meminit. Denique ex univerſis quondam per inveſtituram Burggravialem acquiſitis fructibus & regalibus, celſiſſimis Venditoribus, tam intra quam extra urbem, nihil relictum nec reſervatum novimus, præter 1.) Titulum & Dignitatem Burggravii Norimbergenſis, 2.) Præſidium in judicio provinciali cæſareo, 3.) tertiam feram in nemoribus, ex qua re, per meram uſurpationem, hodie jus banni ferini enatum eſt. 4.) Pauca quædam alia & ea ſingularia feuda. Quandoquidem autem qui contra Norimbergenſium jura nituntur, in illo etiam non leve præſidium collocant, Rudolphum I. Imperatorem Dnn. Burggraviis per inveſtituram largitum eſſe Vicariatum & Præſidium perpetuum in provincia Norimbergenſi, ſciendum eſt, hoc quoque & à ratione & à veritate longe eſſe averſum. Verba enim Inveſtituræ Rudolphinæ hæc ſunt: *Conceſſimus Judicium provinciale in Nurenberg, cui etiam, vice Imperatoris, omne judicium judicans præſidebit &c.* Inveſtituræ Albertinæ verba itidem ſic ſe habent: *Judicium provinciale in Nurenberg, cui etiam vice Imperatoris, omne judicium judicans præſidebit.* Ecquis verò non perſpicit videtque limitatam & reſtrictam valde hanc eſſe conceſſionem & particularis non Univerſalis Juris, atque de vicariatu & præſidio loco Imperatoris, quoties nempe Imperator judicium exercet, ſermonem eſſe? Fruſtra & injuſtè igitur hæc verba, ad univerſam ditionem & regionem Noricam trahuntur. Nam in hac ipſa ab initio poteſtas & jurisdictio ſolùm penes Imperatores fuit, &, abſentibus iis, delegati Præfecti ſeu Sculteti, ut nominabantur, regimini præfuerunt. Tandem Imperatores ſummam rei Senatui Norimbergenſi regendam & gerendam tradiderunt, atque adhuc hodierno die Princeps ordinis Senatorii, Scultetus caſtri Imperialis ſalutatur & exiſtit.

Omnia autem hæc, ſalva ſemper ſubmiſſiſſima erga Sereniſſimam Brandenburgicam Domum veneratione, à me diſputantur eorum gratia, qui, rei ignari & inſcii, cauſæ, quam propugnare & voce & ſcripto conantur, plus obſunt quam proſunt, & melius edoctorum indignationem imprudenter in ſe convertunt. Quibus tamen imperitiores & imprudentiores longe ſunt, qui ad declamandum huc tranſeunt tam incaute & temere, ut etiam Norimberg. Reipublicæ jus collectandi denegare auſint. Utramque penes ſententiæ hujus

insulsæ fautores paginam facit auctoritas Knichenii, Viri doctissimi equidem sed in Civitates Imperiales paullo, quam par est, iniquioris, iisque jus territorii, si non plane abjudicantis, tamen pro ambiguo & incerto habentis. Instituti brevitas non patitur, ut ad ea excurrat oratio, quæ circa hanc materiam moneri debebant, viderique poterunt Limnæus *Lib. 7. Jur. Publ. cap. 1. n. 50. seqq.* Besoldus *de Jur. Imperial. Civit.* Reinkingius *de Regim. Sec. & Eccles. Lib. 1. Class. 5. cap. 5. §. 5.* Knipschild. *de Jur. & Privil. Civit. Imper. Lib. 5.* hi enim celeberrimi Auctores controversiam istam accuratè definiunt, & ad contraria argumenta solidè respondent. Addatur Casp. Klock. *de Contribut. cap. 5. n. 68. seqq.* qui Baldi illud allegat: quod ille, qui civitatibus Imperii liberis Jus territorii cum Jure collectandi in dubium vocare velit, mundum revangare velle videri possit. Evolvatur quoque Gailius, rerum Germanicarum peritissimus auctor, *Lib. 2. Observat. 57. & Lib. 1. de Pace. Publ. c. 6. n. 11.* Et quid opus est verbis, aut prolixa DD. allegatione, cum vel ex Instrumento Pacis Westphalicæ §. 65. gravissima illa & pragmatica Imperii sanctione, omnis contradicentium protervia & inscitia refelli queat? Leguntur in eo hæc verba: *Civitatibus Imperii rata & intacta maneant Regalia, vectigalia, reditus annui, libertates, privilegia confiscandi, collectandi, & inde dependentia, aliaque Jura ab Imperatore & Imperio legitimè impetrata, vel longo usu obtenta, possessa & exercita, cum omnimoda Jurisdictione inter muros & in territorio.* Ne dicam, jus collectandi cum jure territorii uno & indiviso nexu nequaquam semper cohærere, in eo præcipue casu, ubi summa Imperatoris clementia Statum quendam Imperii, certo quodam donat ornatque privilegio. Ita ea Imperatorum Caroli IV. & Caroli V. in Senatum Reipubl. Norimberg. fuit clementia & gratiæ summæ indulgentia, ut vi privilegiorum sibi concessorum, jus collectandi apud suos suorumque etiam extra Territorium subditos horumque bona, die Besteurung auf den Ihrigen, und derselben armen Leuthe und Güter, bona fide possideat, exerceat. Mynsing. *Cons. 13. §. 21. & Cent. 1. Observ. 30.* ibique Fabric. *in Not.*

§. V.

Ad Superioritatis Territorialis Jura, merito Jus Episcopale sive Jurisdictio Ecclesiastica adjungitur. Illam olim Pontifices Romani, Imperatoribus & Christiani Orbis Regibus Principibusque, ex mera regnandi libidine, proterve insultantes, injustitiâ suâ maximâ eripuerunt, atque partim manifesta vi, partim astu & molitionibus clandestinis, quasi injecta manu ad se pertraxerunt. Adeoque Jurisdictio Ecclesiastica quondam nisi à Pontificibus, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque summa dignitate Ecclesiastica ornatis Viris, usurpata non est. Anton. Faber. *de Relig. regend. in Rep. Lib. 1. c. 4. n. 2. seqq.* Joh. Gerhard.

hard. *Loc. de Minist. Eccles. Sect. 5. §. 112. in fin.* Carpz. *Proc. Tit. 1. a. 2. n. 2.* in quam & sententiam inclinat Reinck. *de R. S. & E. L. 3. cl. 1. cap. 10.* Cum vero Pontificum Roman. in gentem Christianam iniquitas & vis patefacta & in forum prolata est, res ipsa loquebatur, jurisdictionem Ecclesiasticam Secularibus Principibus propriam esse. Ut igitur ea postliminio legitimis Dominis, quoad Protestantium territoria restitueretur, id arduum perquam factu erat, & tandem Pacis Religiosæ conclusione auspicatò contigit. Primo equidem An. 1524. in R. I. §. *29.* fundamentum pacis religiosæ factum, & in R. I. An. 1529. §. *10.* confirmatum est. An. 1532. d. 23. Julii, durantibus adhuc Comitiis Ratisbonensibus, Imperator Carolus V. utramque religionem profitentibus pacem publicam concessit, quam legere licet apud Hortlederum *L. 1. de C. B. G. c. X. seqq.* Goldast. *Tom. 1. Consist. p. 511.* & plenius *Tom. 2. p. 127. de Leg. 7. 5. & 7. 1.* Illam Augustissimus Imperator An. 1539. d. 19. Apr. denuo confirmavit, itemque An. 1541. §. *29.* & Anno seq. §. *128. 132.* denique An. 1544. §. *12.* ratam habuit. Sed maxime celebris, atque pro firmissimo munimine rei Protestantium est, Transactio Passaviensis An. 1552. hancque ipsam subsecuta An. 1555. in Comitiis Augustanis religionis causa solennis pacificatio, Caroli V. Imperatoris, Ferdinandi I. Romanorum Regis ac reliquorum Imperii Statuum auctoritate firmata. Ibi per Recessum Imperii ejusd. anni §. Damit auch ꝛc. verbis: So soll die Geistliche Jurisdiction wider der Augspurgischen Confession, Religion, Glauben, Bestellung, Ceremonien, so sie aufgerichtet, oder aufrichten mögten, biß zu endlicher Vergleichung der Religion nicht exerciret, gebrauchet und geübet werden, ꝛc. potestas Pontificum in Protestantes sublata, ac tandem in Comitiis Ratisbonensibus An. 1557. §. *69.* & Augustanis iterum An. 1559. §. *5.* omnibus Imperii Statibus, ob religionis negotium, à Romanæ Ecclesiæ nexu, vinculisque solutis, plenariè ac omnimode tam ea, quæ sunt ordinis, quam quæ jurisdictionis & legis diœcesanæ sunt, restituta sunt. Ultra triginta annos itaque negotium hoc, gravitate & utilitate præstantissimum, protractum est, donec faustum suum & exoptatum invenisset finem. Ahasv. Fritschius *de Jure Eccles. Tract. 3. Tit. 4. §. 2.* Tantum itaque juris circa sacra, in Diœcesibus suis Principes Protestantes titulo optimo jam habere statuendum est, quantum Canones Pontifici Romano, in universum Christianum orbem injuste assignant. Dav. Mævius *Part. 2. Dec. 305. n. 6. ad fin.* Brunn. *Consil. 142. n. 12.* Ad exemplum ergo veterum Regum Romanorum, sedentium ad clavum Imperii & simul sacrorum curam gerentium, Status seculares Imperii Germanici Protestantes, duplicem Personam, Principis videlicet & Episcopi induunt, atque vi superioritatis territorialis, duplicem quoque jurisdictionem in suis ditionibus

bus exercent. Non tantum nempe de Regione ſunt ſoliciti, ſed & de religione, atque præcipue, quæ externam circa ſacra adminiſtrationem reſpiciunt, ordinant, ne ſumma imis miſceantur, ne in præruptum atque anceps periculum Reipubl. ſalus adducatur, ne ingenia ad turbas efficiendas proclivia, aviti cultus doctrinam ritus & ceremonias, temere & absque ulla ratione è ſua ſede & ſtatu dimoveant, aut ſub pietatis obtentu divina humanaque jura diſturbent, & in tanta rerum perturbatione, ipſam rempublicam violent, diſpiciunt & ſapienter provident. Extra controverſiæ aleam enim hodie ponitur, Dominum regionis temporalem, religionis ſimul Dominum eſſe. Dn. Harpprecht *Conſil. Tubing. Vol. 1. Conſ. 12. n. 45.* Territorium quoque & Diœceſis, in Terris Auguſtanæ Confeſſioni addictis, regulariter exæquantur, & iisdem apud ipſos terminis conſiſtunt. *Art. 5. Jus Diœceſanum. Inſtr. Pac. Monaſter.*

Inde manifeſtò conſtat, omnes fructus & compendia omnia denegari illis non poſſe, quibus Jurisdictio Eccleſiaſtica, ringentibus licet Pontificiis, relinquenda eſt. Nec ab iis percipiendis Principes & Status Proteſtantes, annua dirarum obnuntiatio, ſolenneque Pontificis Romani anathema deterret aut depellit. Omne autem Jus Epiſcopale, ut ſummatim exponam, iis, quæ ſunt ordinis & quæ Legis Diœceſanæ, vel Jurisdictionis Eccleſiaſticæ ſunt, abſolvitur. Quibus itaque Jus collectandi vi Superioritatis Territorialis competit, illi ſimul ceu ſui Juris Epiſcopalis præcipuos fructus habent tenentque: 1.) jus exigendi ſumtus neceſſarios, in Viſitationes Eccleſiarum faciendos, quos Jus Canonicum Procurationum & Circadarum nomine indigitat, de quibus peculiarem & auctore ſuo dignam Diſputat. Magnif. Dominus D. *Spizius*, Antiſtes Juridicæ Facultatis Altdorfinæ & Conſiliarius Reipubl. Patriæ optime meritus, Fautor & Præceptor æternum devenerandus, edidit. Poſtulantur impenſæ, in rem tam ſalubrem & neceſſariam inſumendæ, non immerito à Parochianis, utut apud nos moris ſit, quo ſubditi nimiis exactionibus releventur, eas ex reditibus Eccleſiæ erogare. Qua ratione verò Viſitatio Eccleſiaſtica ritè inſtitui, atque cùm in miniſtrorum Eccleſiæ doctrinam & vitam, tum in Auditorum mores & ſcientiam accurate inquiri debeat, certa formula & diſtinctis interrogationibus ubertim expoſuit Henr. Eckard. *ſub Tit.* Form und Proceſs einer Kirchen-Viſitation, cui ſi addantur & demantur, quæ uniuscujusque provinciæ utilitas & ratio publica exigit, cuncta erunt plana atque perſpicua. Tractatum illum laudatum, unà cum ordin. Viſit. Saxon. collegit & ſuo de Jure Viſit. adjecit Fritſchius. Minore diſpendio aliis res hæc gerenda videtur. Scilicet ab iis, qui Cœtus alicujus anteſignani ſunt, (der Gemeine Vorſtehere) omnia illa omnibus veſtigiis indagata ad ſe afferri curant, quæ ad doctrinam, vitam, moresque miniſtrorum Eccleſiæ attinent ipſos autem in metropoli

metropoli concionari, à Paſtoribus primariis in Examen vocari, profectus eorum explorari, qua ratione officio ſuo fungantur, & cumprimis apud rudiores Praxeos Catecheticæ, qua nihil ſalubrius & utilius excogitari poteſt, rationem reddere jubent. Plura de Uſu Viſitationum & Procurationum ſuppeditat Linck. *de Jure Epiſcop. cap. 10.* ibique alleg. Brunn. *Lib. 1. Jur. Eccleſ. c. 6. membr. 12. §. 8. ſeqq.* Quibus addas licet, quæ de Officio Viſitatorum ſcripſit Ahasverus Fritſch. *in Not. ad. Ant. Fabr. de Relig. regend. lib. 2. c. 4.* cujus verba B. Brunnemann. *Lib. 1. Jur. Eccleſ. cap. 6. membr. 12. §. 9.* quoque exhibet: *Viſitatores inquirere debent inprimis in doctrinam, quam profitentur Eccleſiæ Miniſtri, auditores examini ſubjicere, ſcandala, ſi quæ orta, removere, & monere, ut Sacramenta juxta inſtitutionem Chriſti adminiſtrentur, diſciplinaque Eccleſiaſtica legitime exerceatur. Deinde non poſtrema ratio Miniſtrorum Eccleſiæ vitæ eſt habenda, ut exemplo vitæque ac morum integritate ovibus ſuis præluceant. Experientiâ namque conſtat, neglecta hactenus per viſitationem Inſpectione, Miniſtrorum Eccleſiæ multos, præſertim in pagis, & doctrinæ ac diſciplinæ Eccleſiaſticæ exiguam rationem habere, quando magis* boves, *quam Chriſti* oves, *&* ſues *diligentius, quam* ſuos *paſcere & curare.* Joh. Clajus *in præfat. Evang. quadriling.* quem refert Reink. *l. 3. cl. 1. c. 7. n. 2. Hujus autem pernicioſiſſimi mali aliud efficacius remedium non eſt, quam frequentior Viſitatio, cenſuræque Eccleſiaſticæ rigor, quem ſane corruptiſſimi hujus ſeculi mores poſtulant. Sunt autem ut in aliis, ita etiam hac in re multi Principes proh dolor! admodum negligentes ac frigidi, qui optimos, quas condidere ordinationes Eccleſiaſticas, non exequuntur, aut illarum executionem Miniſtris ſuis tantummodo committunt, quorum cura major eſt ſua adaugere commoda, quam Eccleſiæ Chriſti. Sane, ſi qui ſunt hodiè Principes, quos egregia ac ſingularis Eccleſiæ, Religionis an Chriſtianiſmi cura commendat, inter eos non poſtremum eſſe fatemur Sereniſſimum D. S. G. Dominum* Erneſtum *Principem ſupra omnium laudes poſitum. Utinam vero illius exemplo plures DEI gloriam pro principali ac præcipuo Regiminis ſcopo haberent.*

Supra dictæ Legi Diœceſanæ 2.) & hinc ipſi territoriali ſuperioritati, dein adſcribi debent, reliquæ redituum Epiſcopalium variæ ſpecies, in quantum uſus eorum penes nos adhuc invaluit & continuatus eſt. Enarrationem eorum inſtituit Linckius *c. 10. Jur. Epiſc. §. 96. ſeqq.* ſuntque quarta decimationis, (qua de inſignem Diſſertat. Magnif. Dn. D. *Hildebrandus*, JCtus Excellentiſſimus & Conſiliarius Norimbergenſis Graviſſimus, Fautor meus omni honoris cultu devenerandus conſcripſit.) Quarta mortuariorum ſeu funeralium, & Chariſterium denique ſeu Subſidium Charitativum. Apud nos equidem ea paſſim increbuit conſuetudo, ut Decimæ in alios, quam in Eccleſiæ illiusque miniſtrorum Uſus convertantur, & ad Eccleſiarum converſationem miniſtrorumque

ſuſtentationem alii ſumtus impendantur. Quarta mortuariorum, eo modo, quo antiquitus in Uſu fuerat, amplius non viget, ſed plane antiquata & abrogata eſt. Chariſterium ſive ſubſidium charitativum autem ego, ſalvo aliorum judicio, ad Collectarum extraordinariarum ſpeciem & ad §. III. hujus Capit. referri poſſe autumo. Atque hanc ob cauſam his ipſis diutius immorandum eſſe, non exiſtimo. Vid Linck. *de Jure Epiſc. Cap. 10.*

Ad emolumenta ſuperioritatis rerritorialis, intuitu fructuum ex Jurisdictione Eccleſiaſtica provenientium inſigne 3.) augmentum porro accedit ex multis, vindicativarum pœnarum loco, quibus delicta, ad Judicis Eccleſiaſtici Tribunal pertinentia, coërceri debebant, impoſitis. D. Harpprecht *Vol.1.Conſil.12. n.273.* Pœnæ Eccleſiaſticæ quidem næ medicinales maximè ſint oportet, & ad correctionem morum atque ad abolendum ſcandalum potiſſimum tendant; Atque Judex Eccleſiaſticus, ſi quæ offenſio animorum, perverſitate aliquorum, facta eſt, propterea flagitia committentibus pœnitentiam publicam (Kirchen-Buß) irrogandam habet, ut publica animadverſione & publica deprecatione violatæ religionis & pernitioſi exempli culpam expient peccatoris; qua in re adſtrictæ ſeveritatis & diſciplinæ ſingularis olim Vetus Eccleſia fuit. Verum tamen pœnitentiæ priſcæ rigor, noſtro ævo, multis humanitatis condimentis mitigatus, & omnis ferme pœnitentiæ antiquæ Eccleſiaſticæ ratio, eum in modum immutata eſt, ut pœna pecuniaria heic etiam locum habeat, & coercitio delictorum, adulterii quoque, numis redimi queat. Quamvis fatendum ſit, multis auctoribus & peculiariter B. Brunnemanno hunc morem non probari nec laudari, eo quod opulentiores hac ratione deprecationi publicæ ſe ut plurimum poſſint ſubducere, cum tamen mundus hodiernus, non quidem ad fidem ſed ad cuſtodiam præceptorum divinorum externam, compelli velit, ne ex peccandi impunitate pii ſcandalum capiant & tandem ipſi in Conſortium malitiæ trahantur. Ex cujus celeberrimi Viri Conſilio, hujus generis multæ, in foris Proteſtantium fiſco communiter relictæ, in Eccleſiæ Utilitatem & Eleemoſynarum erogationem impendendæ ſunt. Vid. Linck. *ad Decret. Tit. de Pœnis* §. 5.

Aſt licet, quæ Brunnemannus monet, veriſſima ſint, jam nos tamen longa vita uſusque rerum edocuit, in cauſis Eccleſiaſticis pure & abſolutè talibus, delicta & peccata mercede quandoque luenda eſſe. v. g. Si miniſter Eccleſiæ neglecti aut perperam peracti officii ſui reus ſit, & vel ſuſpenſionem vel remotionem promeruerit, multam æris ei dicunt; præſertim ſi gradus admonitionis nondum fuerint adhibiti, ſatis pœnarum dediſſe videtur, cum pecunia multatur. Etenim, niſi in atrociſſimis delictis, ab officio removeri miniſtri Eccleſiarum non debent, ſed & tùm de gradibus Sacerdotii dejiciendi & pri-

mùm

mùm exauctorandi sunt. Carpz. *Lib. 3. definit. Eccles. 119. seqq.* Imò videtur, multas pecuniarias eo justius imponi, quod Experientia abunde cognitum sit, multos Ecclesiarum ministros, verbis & comminatione remotionis frustra & incassum admonitos, earum irrogatione ad saniorem rediisse mentem D. Stryckius *in Not. ad Br. Jus Eccles. Lib. 2. cap. 19. §. 2.* In causis mixti fori quales matrimoniales cumprimis sunt, sæpius commemoratæ multæ pecuniariæ tanto frequentibus obtinent, quanto crebriores in hac materia exsurgunt lites. Carpz. *Defin. Eccles. Lib. 2. Def. 1.* Modum, quo controversiæ circa matrimonium enatæ, in Dicasterio Reipubl. Norimberg. dijudicantur, pulcherrimè ostendit Generos. & Magnif. Dn. D. *Scheurl.* Jun. Consiliarius Reipubl. in tantum laudandus, in quantum Sapientia & Justitia intelligi possunt, *in Dissert. de Judiciis Norimb.* Multifariam autem heic pœnæ persolvuntur, tam ratione conciliandi quàm dirimendi matrimonii, quin & aliarum circumstantiarum ratione, v. g. si consummationem Conjugii præfractè quis neget, si altera, vel utraque pars, jura connubialia temerè rescindat, si quis dissolvendi, quod antea legitimè initum erat, matrimonii Auctor suasorque extiterit, si quis Proclamationem consuetam publicam remitti sibi petat, si solennitas nuptiarum intra tempus luctus publici, aut intra tempus Constitutione Ecclesiastica prohibitum, adventus sc. & Quadragesimæ, celebretur, si benedictio sacerdotalis, in ædibus privatis, extra necessitatis casum, sit impertienda, si sponsa ante nuptias sui copiam sponso fecerit, si post divortium, nocentibus reis & sontibus ineundi novi conjugii potestas fiat. Ut plurimum quoque Dispensationes circa gradus jure positivo prohibitos, pecunia redimuntur. De gradibus enim, quibus Deus ipse *Levit. 18. & 20.* interdixit, aliter se res habet, atque plurimi Doctorum Protestantium consultius esse censent, prohibitioni divinæ presse insistere, quam liberiori dispensandi licentiæ indulgere. Nam licet prohibitiones illæ, excepta linea ascendente & descendente, naturales esse non credantur, morales tamen eas & juris divini positivi universalis esse, nemo facile inficias ire poterit, cum in aprico sit, Deum universum humanum genus istis legibus devincire voluisse, D. Stryck. ad Brunn. *Lib. 2. Jur. Eccl. c. 16. §. 25.* Plane nihil ad rem facit, quod Concilium Tridentinum *Sess. 24. de Roformat. Matr. c. 5.* cui Canonistæ ad unum omnes adstipulantur, Pontifici Romano potestatem concedat, dispensandi in omnibus gradibus, excepta linea recta, & secluso lineæ collateralis primo gradu, conjugio puta inter fratres & sorores; ejus enim auctoritas penes Aug. Confess. addictos nulla est.

§. VI.

Unicum antequam hoc caput concludam, monendum restat. Quemadmodum, uti supra ostensum est, in alieno territorio alius Territorii non Dominus

minus, regalia quædam, Universali Jurisdictioni alias annexa & propria, exercere potest; ita nihil impedit, quo minus in Regionibus Protestantium, Jurisdictione Episcopali limitata existente, vel per Concessionem Superioris seu expressam, seu tacitam, vel per præscriptionem immemorialem, vel vi possessionis vel quasi istius juris de A. 1624. decretorio illo notissimo, secundum Instrum. Pac. Osnaburg. *Art. 5. §. hoc non obstante &c.* alius quidam, quam Dominus territorialis, aliquod Jus Episcopali cæteroquin juri competens, v. c. Jus Patronatus, Consistorii &c. exerceat, fructibusque exinde resultantibus fruatur; si modo adstruere & liquido probare possit circa memoratum annum 1624. illa jura exercita fuisse. D. Harpprecht. *Consil. Tubing. Vol. 1. Consil. 12.* Nam, (quæ verba sunt Cothmanni, *Respons. 33. n. 39. seq.*) quemadmodum generalis Jurisdictio, quam Duces & Provinciarum Præsides, (Domini Territoriales) in Civilibus & temporalibus habent, nihil detrahit Jurisdictioni inferiorum Magistratuum, in rebus causisque temporalibus & civilibus acquisitæ ac possessæ, ita pari ratione jurisdictio Principum, quam in Ecclesiasticis & Spiritualibus Causis Universalem habent, non potest quicquam derogare in iisdem causis acquisitæ & habitæ jurisdictioni minorum Magistratuum, & per Consequens, causa aliqua super jurisdictionis controversia emergente, Judicis Partes nullæ aliæ esse possunt, quam ut pronunciet, uti possidetis, ita possideatis. Mævius. *Part. 2. Decis. 305. Part. III. Dec. 114.* Brun. *J. E. Lib. 3. cap. 1. §. 4.* Klock. *P. 1. Consil. 51.*

CAPUT III.

DE FRUCTIBUS JURISDICTIONIS SUPERIORIS SEU CRIMINALIS.

§. I.

AB Universalis Jurisdictionis emolumentis, ad Specialium Compendia progrediens, ipse ordo jubet, ut de Superiore seu Alta, verba facere breviter instituam. Inditur ei nomen multiplex & varium, Criminalis enim, merum Imperium, Jus Gladii, Omnimoda, Centena, die Zentbarkeit, Fraißliche Obrigkeit, Blut-Bann, Hals-Gericht über Haut und Haar, Malefitzische Obrigkeit, Königs-Bann, Vitzthumb-Amt, Ober-Gericht nuncupatur. Complectitur illa dijudicationem causarum criminalium, quibus talis culpa inest, ut legum judiciorumque pœnis obligentur. Notissima hujus Jurisdictionis divisio est, in limitatam, quæ particularis quoque & specialis vocari consuevit, & quæ ipsa in alterius ditione seu territorio, ubi alteri Vogteja competit, exercetur, & in illimitatam, universalem etiam & omni-

omnigenam dictam, atque cum superioritate territoriali arctissimè conjunctam, germanico idiomate: Die samtliche und allgemeine Zent. Prior seu limitata, quatuor tantum enormia & grandiora delicta, Homicidium nempe, Incendium, stuprum violentum, & furtum justa animadversione punit, Dietherr. *in Addit. ad Besold. Thesaur. Pract. verb.* Zentbarliche Obrigkeit. Clara in hanc rem maxime sunt verba Imperatoris Rudolphi, Nobilitati Franconiæ privilegia sua confirmantis, quæ Limnæus *de Jure Publ. Imp. Rom. Lib. 6. c. 3.* suppeditat: Da ein Stand, auf deren von Adel Unterthanen und Zinnß-Leuten die Cent unstrittig hergebracht, so solle dieselbe, über die gewöhnliche 4. Fälle, wie von Alters herkommen, als da sind: Mord, Brand, Noth-zucht und Diebstahl, in keinerley Weis noch Weeg, exerciret werden. Posterioris seu illimitatæ latissimi sunt termini, irrogat namque ea pœnam mortis, mutilationem, perpetuos carceres, torturam, relegationem, bannum, fustigationem, infamiæ turpitudinem, & quæ sunt aliæ corporales coërcitiones; Vindicat illa omnia scelera & flagitia capitali aut alia insigni animadversione digna, welche Hals, Bauch, Haut und Ehr betreffen, oder, wann einer am Leib, Gliedern und Ehren mit Recht gestrafft werden mag, ut sunt blasphemiæ, dolosa termini motio, injuriæ reales, perjuria, homicidia, incendia, stupra violenta, furta, rapinæ, ponderis & mensuræ adulteratio &c. Unde nemini obscurum esse potest, fructus & emolumenta hujus Jurisdictionis denuo maxima ex parte, multis pecuniariis absolvi, dum superioris vel criminalis Jurisdictionis Dominus, capitalem seu afflictivam corporis pœnam, in delictis mitiorem relegatione coërcitionem non promerentibus, rarò quidem, & ubi salva & illæsa conscientia id fieri potest, positis ponendis, in multam æris commutat, suppliciique rigorem, appensa certa pecuniæ summa, mitigat D. Harpprecht. *Vol. Cons. Tubing. 3. Cons. 49. n. 159. seqq.* Lauterbach. *supra alleg. Dissertat. de Jure aggratiandi*, Linck. *Dissertat. de Centena.*

§. II.

Aliud Emolumentum ex eo negotio, Dominus Jurisdictionis superioris in rem suam vix convertet. Etenim Avena Centenæ, der Cent-Habern, quam centenici subditi in recognitionem Centenæ ipsius alicubi solvere tenentur, item victus, panes, sumtus in aperitores, lictores & carnifices erogandi, der Lands-Knechte, Zen-Bittel, Frey-Bothen-Brod oder Leebe ꝛc. ingleichem das Hencker-Geld, atque in universum expensæ in Executionem Criminalem faciendæ, quas quorundam locorum subditi per longævam provinciarum consuetudinem persolvunt, necessariam rerum consequentiam haud efficiunt. Sane consuetudo illa rationi & æquitati repugnat, singularis atque odiosa jure habetur, & cum in certis tantum locis vigeat, receptaque sit, ulla favorabili aut

P exten-

extenſiva interpretatione confirmari, ſtabiliri & introduci non debet. Nec ullius momenti eſt, ſi quis obvertat, ex adminiſtratione juſtitiæ ſubditorum vitam, fortunasque in tuto collocari, & à malis nocentibusque regionem liberari. In promtu ſiquidem eſt Reſponſio, hoc ipſum à ſanctiſſimo ſummam tenentium civilem officio jure exigi & expectari, ut pœnam violatæ publicæ tranquillitatis ſontibus infligat, & acer vitiorum vindex exiſtat, ſumtus autem in eam rem, cum pœnas Diis, hominibusque meritas debitasque quis luit, ex reditibus publicis perſolvat, inemtaque ſubditis maneat juſtitiæ adminiſtratio. Beſold. *Conſil. Tubing. Vol. 2. Conſil. 36.* Klock. *de Contribut. cap. 1. n. 312.*

CAPUT IV.

DE FRUCTIBUS JURISDICTIONIS CIVILIS, VOGTEJÆ SC. ET ILLIMITATÆ ET LIMITATÆ.

§. I.

FRuctus Jurisdictionis altæ & Criminalis, excipiunt Compendia baſſæ & civilis, quæ Vogtejæ nomine venit. Alicubi, & in Franconia quoque, Vogtejæ vocabulum latiſſimæ pariter ampliſſimæque eſt ſignificationis, ut, quæ Superioritati territoriali uſu & fructu propria cæteroquin ſunt, quidam Auctores hujus Jurisdictionis ſpeciei aſſignare non dubitent, teſtibus Wehnero, Linckio, Knichenio &c. Hunc in modum Vogteja ipſis aliquando denotat Territorium, Grund und Boden, cum omni cauſa & Regalibus, mit aller Landes-Herrlichkeit, hoher und Ober-Bottmäßigkeit, conceſſum. Ita vero Vogtejæ Exercitium Immediatis neceſſario attribuendum erit; fruuntur enim ipſi, prout verba habent, in Conſ. pro Jur. Nob. Immediat. Franc. Mund. *Tract. de Muner.* annexo, *n. 16.* penes Caſtra ſua, & Oppida, Pagos Villasque proprio territoriali diſtrictu, Regalibus, Jurisdictionalibus, mero ac mixto Imperio, habent immediate ſibi obnoxios ſubditos, eſtque illis in hoſce Vogteja & Judicialis poteſtas, unà cum plurimis aliis prærogativis, ſive ex jure ſive ex conſuetudine reſultantibus, als der Erb-Huldigung, Pflicht, Verboth, Geboth, Straffbarkeit, Reiß, Folg, Steuer, Frohn, Dienſt, Schatzung und alles Gehorſams. Quam ob rem haud abs re Domini Territorii etiam nominantur, quoniam jura ſua territorialia, utpote Collectandi, Ordinationes faciendi, præcipiendi, mandandi, prohibendi, onera ſubditis imponendi, & ſi quæ alia Jurisdictio ſub ſe continet, tenent, & indubio exercitio poſſident. Nil jam eſſet negotii ex Wehnero aliisque luculentis auctoribus, jura ad hancce Vogtejam attinentia numerando percenſere, eorumque tam prolixum texere Catalogum, ut, præter quatuor enormia & grandiora delicta

licta criminalia, cum Superioritatis territorialis tum aliarum Jurisdictionum Regalia vastitate sua concludat; ast, hæc omnia me præterire posse arbitror, quod supra de Superioritate territoriali, ad quam Vogteja hæcce proximè accedit, satis superque actum sit. Mihi hoc saltim propositum est, ostendere, quinam fructus sint Vogtejæ, jurisdictionem bassam respicientis, inferioris nimirum & mediatæ, quæ à Statibus Imperii juxta cum Oppidis, Villis, Castrisque iterum aliis separatim concedi poteſt, ita ut nihilominus de Superioritate & Imperio nihil derogetur, aut imminuatur. Constituit enim illa peculiarem Jurisdictionis speciem.

§. II.

Vogteja illa inferior, das Vogt-Recht, Hoffmarckt-Gericht, Hoffmärckische Freyheit, oder Niedergerichtliche Obrigkeit, circa causa Civiles, quocunque nomine veniant versatur, als Gülden, Schulden, liegenden, fahrenden, beweglichen und unbeweglichen Güttern, & delicta leviora, die nicht zu Haut und Haar gehen, Frevel. Dividitur præterea in illimitatam & limitatam; Qui illimitatam sive generalem, totius alicujus Villæ aut Pagi Vogtejam, die Vogtey und Erbgericht, per Investituram est adeptus, ille eam in omnes pagi istius vel Villæ Incolas exercet, id quod vocant, auf der Gemein zu Dorff und Feld. Cui particularis solum & limitata concessa est, arctissima potestate ille utitur, atque Vogtejam suam extra limites & terminos, quibus tanquam concellis & claustris circumscriptus est, extendere nequit, illique tantùm certi & denominati Vasalli, intra ambitum prædii sui aulæve, subjecti sunt, atque cum terminis & finibus aulæ suæ, ipsa ejus terminatur jurisdictio, in seinen 4. Pfählen, als eine mit Thür und Angel beschlossene oder mit Pfählen verstrickte Vogtey, auf gewisse Erb-oder Lehen-Leuth und derselben Hofraith. Utriusque vera igitur est & expedita distinctio. Sed, quoad fructus & emolumenta, in præsenti tractatione mea, divisio illa non adeo attendenda mihi videtur, ut separatim de utraque differere opus habeam. Nihil quippe facilius, quam, observata subjecti & objecti diversitate, unicuique suos adscribere limites & sua vindicare jura. Quod enim Domino Vogtejæ generalis seu illimitatæ juris & potestatis est, in pagi aut Villæ incolas universos, illud Domino Vogtejæ particularis & limitatæ, intra sui prædii cancellos in suos habitatores Vasallosque ferme pari licet libertate.

§. III.

Fructus Jurisdictiones bassæ rursus ergo præbent 1) multæ pecuniariæ, eæque ex causis Civilibus, & ex iis, quæ tuendæ hujus jurisdictionis causa aguntur, derivatæ, delictis porro minoribus, & modici excessus peccatis impositæ, in quibus capitalis aut corporis afflictiva punitio exulat, & incarceratio,

 aut

aut multa pecuniaria, per longum temporis Usum locum invenit, uti sunt: Adulteria simplicia, fornicationes agri injusta consitio, ejusdem injusta messio, injustique sepimenti positio, ita tamen ut limes & lapis marginalis integer maneat, das Uberackern, Ubermähen, Uberzäunen ohne Verletzung der Marckſteine, altercationes, rixæ, vibices, læsio, levia vulnera furta minora, injuriæ, calumniæ, convitia, mercium prohibitarum venditio, stellionatus, lusus vetitus &c. Das Braun- und Blau-schlagen, Rauffen, Stechen, Werffen, Verwunden ohne Todes Gefahr, geringer Diebstahl, Injurien, Schelten, Schmähen, Verkauffung verbottener Wahr, verbottener Spiel, ꝛc. 2) Gabellæ, ratione causarum Civilium solutæ, pro conficiendis v. g. Contractibus & Inventariis, pro rationibus tutelaribus, Vormundschaffts-Rechnung, pro Concessione Securitatis publicæ, für Geleit in Ort, Dorff und Marckt, pro Sigillo appenso aut impresso, Sieglungs-Gebühren, Zehlgeld, pro receptione aut valedictione, Auffnahm- und Abzugs- oder Abschieds-Geld, pro Donatione Civitatis, wegen Ertheilung des Burger-Rechts pro laudemiis, Hand-Lohn und Erb-Fäll, pro encæniarum nundinarumvè permissione & protectione &c. quo referri insuper commode poterunt, reditus ex fundis, Vectigalibus minoribus, censu detractionis provenientes, der kleine Zoll und Nachsteuer, prout in Oppidis Norimbergensibus Usu venit. 3) Aliæ res vel ob Qualitatem Vogtejæ, vel in recognitionem ipsius præstandæ, quæ admodum variant, diversique juris morisque sunt, nimirum die Walperkühe, à tempore Oblationis circa festum Walpurgis denominatæ, ova quadragesimalia, die Fastnacht-Eyer, Gallinæ, aut capi Pentecostales & autumnales, die Pfingst- Herbst- Rauch- und Haupt-Hüner, avena Vogtejica, der Vogt-Habern, Korn-Pacht, die dritte und vierte Garbe, Geld-Pacht, Trifft-Geld, Silber-Zinß, und dergleichen Waid-Geld, Operæ &c. in quibus percensendis enumerandisque mihi breviori licet esse, quod omnia hæc prolixius legantur in Knichenio, Linckio *in Disp. de Vogteja*, & Ertelio *in Praxi Jurisdictionis Inferioris aurea*, ibique allegatis Doctoribus.

CAPUT V.

DE FRUCTIBUS JURISDICTIONIS FORESTALIS.

§. I.

VEnationem & Forestam comprehendentis Jurisdictionis dictæ Forestalis, der Förstlichen Obrigkeit, Fructus, die Waldnutzungen, nunc ut exponam, Institutio monet. Est autem Jurisdictio Foresti, qua de in Forestalibus & Venatoris. Constitutionibus Ordinationibusque Jagd- und Forst Ordnungen explicate agitur, illa ipsa; quæ circa sylvas ac nemora, & circa omnia pariter ab his dependentia, versatur. Exercetur ea potissimum

mum harum ratione rerum, quibus Jura Venationis ſunt annexa, adeoque duabus cumprimis abſolvitur partibus: 1.) Banno ferino, Germ. Wild-Bahn, quo ipſo imperium in feras tum jus ac poteſtas venandi, tantum acquiritur, ita ut inveſtigare feras, perſequi illas & capere, plus autem non liceat; 2.) Jure Foreſti, quod ſylvarum & nemorum curam in ſe ſuſcipit. Quemadmodum vero duæ iſtæ partes, & objecto & ſubjecto, & adminiſtratione & effectibus differunt, imo ut pars & totum, ſeu potius ut magis & minus, inter ſe diſtant; ita aliquibus jus Foreſti, excluſo banno ferino, ſeparatim competit, nec duo illa ſemper & ubique indiſſolubili nexu conjuncta inveniuntur. E contrario ſæpius contingit, ut in uno foreſto alii die Wild-Bahn, alii das Forſt-Recht adſcribatur, nec ſtatim qui altero v. c. jure foreſti gaudet, eapropter jus venandi quoque illum habere credendum eſt. Multo minus exiſtimare debet, eum qui bannum ferinum poſſidet, jurisdictionem foreſtalem ſibi vindicare poſſe, qua de re accurate, ut ſolet, agit Ill. Stryck. *in Præfat. ad Fritſchii Corp. jur. Ven. Foreſt.* Quare fructus quoque utriusque diſtincti omnino ſunt, & nequaquam invicem confundi debent. vid. Knichen. *de Jure Territ. c. 4. n. 295.* Ahasv. Fritſch. *in Corp. Jur. Venat. Foreſt.* Carpz. *in Pract. Crimin. Part. 2. quæſt. 84. n. 22.* Wehner. *voce* Förſtliche Obrigkeit.

§. II.

Reſtringuntur itaque Banni ferini des Wild-Bahns, Jagd- und Jagens-Gerechtigkeit Emolumenta, ad ea 1.) quæ ex jure venandi proveniunt, hæcque ipſa, ad venationis modum ſe conformant, e. g. qui univerſalis venationis, der hohen Jagd- oder Wild-Bahn, jure fruitur, commoda exinde fluentia percipit, & qui particularis, des kleinen oder niedern Waidwercks, poteſtate donatus eſt, commoda huc relata expectat. 2.) Ad multas à venantibus omnibus & indagatoribus maxime ferarum debitas, ſi contra prohibitionem Principum aliquid committant, vel in leges venatorias temerè peccent, aut alio quocunque modo pœnam incurrant; ſc. cum exercitio venandi indulgent, quos mandatum Superiorum ab eo arcet, cum acuti nimis pali à ſubditis pro ſepibus infiguntur, quibus deinde feræ tranſilientes crebro transfigi queunt, die Verbietung der ſpitzigen Zäune, cum ſubditi bombardis armati per ſylvas tranſeunt, Büchſen in der Wildfuhr tragen, cum canes absque fuſtibus collo transverſim alligatis per nemora transcurrunt, denen Hunden Brügel anzuhängen ꝛc. 3.) Ad expenſas & operas, ad quas, aliquibus in locis, ſubditi tenentur, eò quod absque illis Venationes commode expediri nequeant, Jagd-Frohn, Jäger-Zährung, Jagd- und Hunds-Habern, & 4.) ad apes feras, die wilden Immen; quod poſtremum in ſylvis Noricis, à Carolo IV. Imperatore Auguſto, in Privilegio quodam de An. 1350. ſplendido

 titulo:

titulo: Sein und des Reichs Bienen-Garten vocatis, diverso plane modo observatur. Heic enim, ex speciali Cæsarea gratia, Mellicidæ sive Zeidlarii non tantùm soli apes habent, sed & soli simul sylvestres seu feras apes occupant, sibique in solidum vindicant. vid. Generosi admodum & Magnifici Domini *Scheurlii*, Junioris, Consiliarii Norimb. gravissimi, supra jam laudati, nec tamen unquam dignè aut satis laudandi, Dissertat. Inaugur. *de Jure Mellicidii*, vom Zeidel-Recht. Noe Meurer vom Jagd- und Forst-Recht. Wehner. *vocib.* Forst-Recht und Vogelheerd. Besold. *voc.* Forst-Recht, Forstliche Obrigkeit ꝛc. in quibus Auctoribus plures huc pertinentes Quæstiones, vexatæ & controversæ valde, pulcherrime discussæ & illustratæ inveniuntur.

§. III.

Foresti porro Juris fructus absolvunt 1.) Multæ rursus, impositæ & solvendæ tam à constitutis saltuariis, officii sui partes non ritè implentibus, quam ab aliis in Ordinationes forestales, Wald-Ordnungen, peccantibus, v. g. si arbores fructiferæ extirpentur, si sylvis noviter cæsis damnum inferatur, si capræ, oves, aut alia animalia sylvis nociva gregatim in nemora immittantur, si impingentibus in jura forestalia pignora auferantur, & soluta pecuniæ summa restituantur, si sylva sit bannita, & jus pascendi aut lignandi ad certum tempus interdictum sit, atque nihilominus quidam Statuta illa susque deque habere audeant. 2.) Jus pascendi, sues immittendi tempore glandium, Schwein in das Eckerich einschlagen. 3.) Jus lignandi, item ligna arida & mortua ab arboribus & frondibus separandi; quo pertinent & ligna jacentia, Wind-Fälle und Brüche, Laub-rechen, Wald-Zinse, ꝛc. 4.) Jus defalcandi graminis. Quæ postrema tamen hæcce, subditis, non nisi limitate, certis temporibus & modis fruenda conceduntur. Denique 5.) Jus glandes legendi, Eichel und wild Obst lesen, Haselnüsse brechen. Ertel. *in P. A. J. J. Lib. 3. cap. 34. Obs. 4.* ibique alleg. DD. non obstante, quod à Struv. *in S. J. F.* & quidem *cap. 6. aphorism. 11.* Juri venandi sit adscriptum, cum ei satisfactum sit à Rivino in Concilio, de Jure glandis legendæ, quod in Ahasveri Fritschii *C. J. V. F. p. 933.* legendum extat.

CAPUT VI.
DE FRUCTIBUS JURISDICTIONIS FEUDALIS COMMUNITER SIC DICTÆ.

§. I.

Fortissimum quam maxime reverentiæ & fidelitas Vinculum est, quo Vasallus Domino suo obstringitur; quandoquidem ob id, tam corporis quam animi viribus, in pace æque ac in bello, ei opem ferre tenetur. Quare Juris-

Jurisdictionis feudalis emolumenta & commoda, non exigui momenti ſunt. Lubet vero ex iis ſequentia cumprimis annotare. Scilicet Vaſallo, feuda propria poſſidenti, vel determinatè vel indeterminatè præſtanda 1.) incumbunt ſervitia, die Lehendienſte; Sed uti fermè uſu receptum & confirmatum eſt, ſumtibus Domini. Quæ ut rite exhibeantur, ante omnia inſpectione literarum Inveſtituræ opus eſt, cum illæ de conventione inter Dominum & Vaſallum inita, clara teſtentur. Vaſallus enim ad alia, de quibus literæ Inveſtituræ mentionem non faciunt, non obligatur, niſi ingruente & urgente ſumma neceſſitate, quæ omnem legem reſpuit & prout in vetere proverbio dicitur, ultimum ac maximum telum eſt. Determinatio Servitiorum in feudis Imperii, in Matricula facta eſt. Indeterminata ſi æquitatis ratio expoſcat, moderata illa, poſſibilia, honeſta nec inconſueta ſint oportet, & in iis exigendis atque exſequendis, ad utilitatem & qualitatem feudi attendatur; quippe contra fas & abſonum valde eſt, ut aliquis plus oneris & muneris ſuſcipiat, quam per beneficium tenet. Roſenthal *in Synopſi Juris Feud. Cap. 8. Conc. B. 19. ſeqq.* D. Stryckius *in E. J. F. cap. 18. q. 7. 11. 12. 27.* & ad has in Annotat. Winzinger. Struv. *in S. J. F. c. XI. aphoriſ. 4. ſeqq.*

§. II.

Subſtituuntur autem ſervitiis, & haut raro eorum loco præſtantur aliæ res, per quas commodo Domini feudi conſulitur, & utilitati ſalutique ejus inſervitur. Ita, Reipublicæ neceſſitate ſic ferente & cogente, atque Domino rebus ſuis aptius & utilius pecunia, quam ſervitiorum præſtatione, proſpiciente, equeſtria ſervitia ære redimuntur. Notum eſt, præſtationem hanc pecuniæ, Adoham ſive Adærationem, Germ. die Heerſteuer, vocari. Quantitatem ejus & ſummam vel conſuetudo loci determinabit vel literæ inveſtituræ definient Dn. Stryck. *all. l. q. 28.* Alio modo, nec invitis Dominis, ſe quidam Vaſalli à ſervitiis debitis expediunt & liberant, per dimidiam partem fructuum feudalium. Hæc ipſa vero dimidia fructuum pars pro ſingulis annis, in quibus ſervitia ſunt præſtanda, ſeu quibus hoſtem faciunt, computanda erit. Dn. Stryck. *q. 32.*

§. III.

Acceſſit 2.) Domino feudi, ex Jurisdictione ſibi competente, inſigne illud emolumentum, ut ad alimentationem ſui Vaſallus teneatur. Nam ſi ad eas rei familiaris auguſtias Dominus decidat, ut inopia laboret, ad explendam ipſius egeſtatem, Vaſallus dimidiam cujusque anni fructuum feudalium partem ſuggeret. Aut ſi contingat, illum in poteſtatem hoſtium venire, vel injuſte captivum detineri, tum 3.) fide jubendo, vel quacunque ratione alia, Vaſallus ipſi ſubveniet; id quod Domino feudi novum ſuæ jurisdictionis parit

emolu-

emolumentum. Et ſi vel maxime ſolutum lytrum ex bonis captivi Domini capere nequeat, illud Vaſallus pro contributione ſervitiorum vel alimentorum loco, præſtita habebit. Dn. Stryck. *quæſt. 38.*

§. IV.

Auget 4.) hujus Jurisdictionis Emolumenta, facultas extra ordinarias collectas imponendi. Winzing. *in annot. p. 519.* ibique alleg. DD. ſub qua non immerito comprehendo Jus maritagii, ſeu contributionem, quam Vaſalli ad dotandas Domini filias, niſi pater congruam dotem conſtituere poſſit, vel conſuetudine, vel pactis vel neceſſitate urgente, debent, Germ. die Fräulein-Steuer. Quod & penes eos obſervabitur, qui à Principibus feudum, quamvis absque juribus regalium, impetrarunt, quales Duces, Comites, & Barones Germania noſtra multos numerat. Wehn. *in Obſ.* Beſold. *in Theſ. Pract.* & Dietherr *in Cont. hac voce.* Aſt illud ad ſecundas nuptias, denique filiorum, haud temere extendendum. Caſp. Ziegler. *in Diſſ. de Jure exig. collect. ad elocat. fil. illuſtr.* Nec minus ad extraordinarias Collectas referri poſſunt, oblationes pecuniarum, quas Domino ſuo Vaſalli ex liberalitate, quocunque nomine veniant, præſtant, vulgo Præſent-Gelder, Donaw-Gelder. Struv. *Cap. 14. aph. 16. n. 3.*

§. V.

Pertinent huc porro 5.) Multæ, in feudalibus, vel ob commiſſionem vel omiſſionem in res vel perſonas Domini, dictare ſolitæ, e. gr. quæ propter contumaciam in non comparendo, vel improbum beneficii uſum, ob omiſſam & non petitam inveſtituram (etiamſi quidem juramenti præſtatio pacto ſit remiſſa) ob condonatam feloniæ pœnam, ut & in omnibus illis caſibus, ubi Vaſallus arbitrarie punitur, exiguntur & ſolvuntur.

§. VI.

Tandem hisce 6.) addendum eſt Laudemium, das Lehen-Geld, Handlohn. Scilicet Domino feudi, pro receptione novi Vaſalli, in quem feudum per alienationem, aut alio juſto titulo, transfertur, certa pecuniæ ſumma, perſolvitur. Viget etiam illud, non tantum cum Dominus diem obiit ſupremum, ſed & obtinet hic mos, ſi alia quavis ratione mutatio Domini intercedit, aut dum liberi, conjunctim antea Laudemium ſolventes, poſtea diviſionem feudi, juſto conſilio, inſtituerunt. In ſolatium quaſi & Domini recreationem conſuetudo hæc introducta putatur, & a quibusdam Juris interpretibus Laudemium majus, die hohe Lehen-Wahr dicitur, atque quandoque viceſima, interdum etiam, duplicata ratione, decima pretii parte abſolvitur & æſtimatur. Quamvis fatendum ſit, determinationem illam ex conſuetudine unice dependere, (hinc & Conſuetudinarium appellatur) & ubi illa non invaluit, neminem

minem eapropter obligari. Vid. Franzk *de Laudem. cap. 4 n. 8. seqq.* Ludwig. *de Renov. Invest. p. 448.* Dn. Stryck. *cap. 7.* Carpzov. *P. 2. C. 39. D. 33.* Diversa itaque ratio est Laudemii minoris, kleine Lehen-Wahr, abusivè sic dicti, & à priore utique distincti. Hoc enim in honorario, pro scriptione investiturae literarum solvendo, in Taxa praeterea & sportulis, pro instrumento Investiturarum conficiendo, Cancellariae praestandis, consistit. Struv. *Cap. X. aph. 12. n. 9.*

CAPUT ULTIMUM.

DE FRUCTUUM JURISDICTIONALIUM EFFECTIBUS.

§. I.

IN Effectus fructuum jurisdictionalium, de quibus hactenus praecipua Capita ordine exposui, ut adhuc inquiram restat. Argumenti ubertas, eos multos admodum esse arguit; sed cum intra Disputationis Academicae limites mea decurrat scriptio, & brevitatis ratio ubique à me hucusque sit habita, non omnes in medium producere potero, sed communes tantum & illos potissimum delibabo, qui percipienti proficui sunt & lucrum aliquod afferunt. Me igitur arbitro, primus ac nobilissimus fructuum jurisdictionalium effectus erit, quod saepius memorata emolumenta Domino Jurisdictionis praecise sint dependenda. Quod in tantum verum esse puto, ut si quis forte, consensu Domini insuper habito, alium pro Domino suo agnoscat, eique praestanda, uti loquimur, praestet, is non solum eapropter à vero Domino super eo conveniri, vi *l. 34. §. 4. ff. de Solut. l. 12. C. eod.* cujus rationem adde ex *l. 11. ff. de R. J.* sed &, pro re nata, carcere, aut alia gravi multae exactione coerceri atque puniri queat. Confer omnino Reform. *Lib. 1. Tit. 1. l. 1.* Diversum longe jus & dispar conditio est, si qui vi metuve, aliisque libertatem consensus destruentibus viis ac mediis, eò adigantur, ut fructus istos aliis quam veris Dominis exhibeant. Nam si hoc casus ferat, venia & impunitas ultrò est danda, & contra tertium, si vis illata fuerit, omnia praesidia sunt adhibenda vid. Ertel. *de Jurisdict. Infer. Lib. 2. c. 25.*

§. II.

Alius erit effectus fructuum Jurisdictionalium, si variis remediis contra insultus adversariorum, & obtineantur & conserventur. Non alio certè fine adversarius in jura nostra involat, & fructuum nostrorum perceptionem perturbat, quam ut potestatem, quâ hactenus usi sumus, sibi asserat & dominium nostrum in se transferat, nobisque non ambiguam modo reddat possessionem, sed & plane nos illa exuat atque privet; cujus conatibus legitima defensione tùm obviam itur, & si aliter fieri non potest, vis vi repellitur. *l. 3. ff. de Just. & Jure.* Longe quippe multumque praestat, inviolata & intacta semper sua

jura ſervare, quàm, poſt vulneratam cauſam, demum remedium quærere. *l. ult. in fin. C. in quibus cauſ. in integr. reſt. neceſſe non eſt.* Verum cautela heîc inſimul opus eſt, nec ita crudè aſſerta hæc ſunt intelligenda. Scilicet agreſſio præcedens inimici noſtri, violenta ſit, & invaſio ejusdem in juſta, *l. 1. C. unde vi, l. 3. §. 9. ff. de vi & vi armat.* noſtra è contrario defenſio nullam habeat, moram, nec in longum differatur. *d. l. 3. §. 9.* reſpondeatque injuriarum propulſatio præviæ offenſioni, *l. 1. §. 27. eod.* Quod ſi potentia adverſarii propugnationem noſtræ cauſæ eludere videatur, proteſtatione facta, illam tueri licebit. *l. 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. ſalv.* Tab. & Barb. *in Theſ. Loc. Comm. voce. Proteſtatio.* Nec minus integrum erit, jure experiri, & rem omnem legibus dirimendam committere. Quo in caſu, juris noſtri conſervationem & tuitionem, varia aggredi poſſumus via. Etenim, ſi delictum quoddam concurrerit, fractæ & violatæ pacis publicæ adverſarium accuſamus, per Rec. Imp. de A. 1548. *§. 1. in verb.* Daß auch keiner ꝛc. vid. Gail. *Tr. de Pace Publ.* Inſtr. Pacis *Art. 17. §. 6. 7.* Recuperandæ poſſeſſionis cauſa, Jus Canonicum tutiſſimum & pleniſſimum remedium nobis ſuppeditat, *in Can. redintegranda 3. Cauſ. 3. quæſt. 1. & cap. ſæpè 18. X. de Reſt. ſpol.* Poteſtatem autem & jura noſtra declaramus, intentata confeſſoria utili arg. *§. 2. I. de Act.* Levioribus inimicorum aſſultibus alia parata ſunt remedia. Nam adverſus eum, qui à vi abſtinuit, in fructuum tamen perceptione nos turbavit, & jus illud, unde perceptio enata eſt, controverſum nobis fecit, actionem injuriarum inſtituimus, arg. *l. 13. §. f. ff. de Injur.* Ad retinendam poſſeſſionem vel quaſi, utimur ſalubri cumprimis interdicto uti poſſidetis, cujus vi turbatori noſtro injungitur, ut à turbatione deſiſtat, & competentem cautionem præſtet. Gail. *L. 1. Obſ. 116. n. 5.* add. *cap. 9. X. de probat.* Ad declarationem denique libertatis, inſervit utilis negatoria. Immo nihil quicquam obſtat, quin & hac in re, iis, quæ per Imperii ſanctiones conceduntur remediis mandatorum, e. g. de Pignorationibus, uti queas, dummodo exceperis pignorationes ob fructus Jurisdictionis Criminalis, & ob cauſam ejus, ipſam nimirum criminalem Jurisdictionem factas, per expreſſa verba Ord. Cam. de A. 1555. *P. 2. Tit. 22.* ibique: Allein Malefiz-Sachen ausgenommen. Mindan. *de Mandat. Lib. 2. c. 56. §. 2. 3. & Lib. 2. c. 11. §. 8.*

§. III.

Probationes ex fructuum perceptione reſultantes, novum eorum effectum oſtendunt. Ex parte fruentis enim, poſſeſſionem vel quaſi jurisdictionis noſtræ probant. B. Brunnem. *in Conſil. penult. n. 235.* Klock. *Vol. 1. Conſil. 50. n. 275.* & *Conſil. 37. n. 6.* Knichen. *de Jure Territ. Cap. 3. num. 213.* ex parte vero præſtantis & præbentis, ſubjectionem commonſtrant. *c. 2. X. de Cenſib.*

Aſt

Aſt, quod ſilentio involvi non debet, hæc in poſſeſſorio ſaltem, vel ubi de cauſa proprietatis incidenter agitur, vim ſuam exſerunt. Fab. *in Cod. Fabr. Lib. III. Tit. 22. Def. 18.* Nam in petitorio, dum cauſa proprietatis principaliter ventilatur, longè fortiores & prægnantiores iis probationes exiguntur arg. *l. 4. C. de Probat.*

§. IV.

Pariter in Demonſtratione ſpeciei Jurisdictionis, utilem navant operam. Videlicet prout conceſſio vel præſcriptio unius alteriusve ſpeciei Jurisdictionis, ſtricte & citra extenſionem capitur, per ea, quæ habet Meichsner. *Tom. 2. Dec. Cam. Lib. 2. Deciſ. 4. n.* 175. ita quoque perceptio certæ ſpeciei fructuum, illam ipſam jurisdictionis ſpeciem, ex qua proveniunt, veluti effectus cauſam ſuam arguit, & clare deſignat.

§. V.

Tandem poſtremus, quem commemorare placet, effectus conſiſtit, in ſæpius dictorum fructuum Valore & æſtimatione. Tralatitium profecto eſt, ob dignitatem, jurisdictioni annexam, percipiendi fructus exinde natos multum ſplendoris & æſtimationis accedere, atque majoris æſtimari, ſi v. c. 300. hoc nomine in Uſus noſtros redundant, quam ſi ex aliis rebus 800. proveniant Franciſ. Mantic. Card. *de Tav. Conv. Lib. 4. Tit. 20. n. 15.* Eam ob cauſam Rimin. *d. l.* allegatus, aſſerere non dubitat, duos ex jurisdictione perceptos, quinque exſorte 100. fruendos, æquare. Hoc autem non aliter in æſtimatione attendendum eſt, quàm ſi reditus certi ſunt, & citra controverſiam conſtituti; in certos enim & dubios nemo ſanæ mentis tanti faciet. Klock. *Tom. 2. Conſ. 17. n. 21.* Unde facile de eo etiam exiſtimari & judicium ferri poteſt, utrum Jurisdictio potius lucroſa, an oneroſa dicenda & prædicanda ſit? Sane Imperantium Onera, magna & gravia ſatis, ab eo, qui æqua rem ponderat lance, non ignorantur, licet populus ac vulgus imperitorum, ut ſunt imbecilla & procacia plebis ingenia, commoda ipſius mirum in modum extollat.

IV.

DISSERTATIO
DE
LIBERTATE FLUMINUM PUBLICORUM HODIENUM RELICTA,

in ſpecie qua uſum Navigationis legitimis remediis contra vim publicam & privatam aſſerenda,

PRÆSIDE

MICHAELE GRASSO,

U. J. D. Cod. Nov. & Criminal. Sanction. P. P.

defenſa à

JO. LAURENTIO DIETERICH, Suevo-Halenſi,

TUBINGÆ, 1695.

PRÆFATIO.

PRæſens, quæ hîc exhibetur materia, utut in eam ſe inſinuantium rerum ubertate, jucunditate, & utilitate, quàm ſit commendatiſſima: eandemque ob cauſam quoque tot tamque egregiis Clariſſimorum Virorum meditationibus, conſiliis, diſſertationibus & tractatibus integris mirum quantum jam illuſtrata, imò tantùm non exhauſta; urgentior tamen quædam extitit ratio, quæ facilè nobis imperavit, ut & noſtram ei admoveremus manum, non quidem eo fine & intentione totam iſtam materiam juſtâ quâdam & methodicâ tractatione perſequendi, & veriùs recoquendi qui ſupervacaneus ideò noſtro quidem judicio fuiſſet labor, ſed potiùs ex ingenti iſto cumulo paucula hæc ſeligendi, aliquantò pleniùs ex primis ſuis principiis eruendi, & penitiùs diſcutiendi. Quæ & ipſa quidem pro dignitate ſuâ limatiori & pleniori quodam labore pertractari debuiſſent, & fortean potuiſſent, niſi partim quam multis aliis laboribus jam obrutis nobis cum ipſa temporis præfixi brevitate pugnandum fuiſſet. Lubuit itaque quia & pro ſcopo noſtro ſufficit, hac vice quæ noſtri ſunt penſi breviter delineata in ſequentes colligere concluſiones.

§. I. Uni-

I.

UNiverſam omninò terram, & quæ in tota ea rerum univerſitate conſpiciuntur & deprehenduntur omnia, etiam corpora cœleſtia, ſolem, lunam, & ſtellas, in uſum & miniſterium hominum à ſapientiſſimo rerum conditore benigniùs eſſe condita & deſtinata, ipſæ literæ ſacræ nos clarè ſatis edocent, *Deuter. 4. verſ. 19.* Ex illis verò, quæ ſunt ſublunaris orbis propria, Ejusdem ſummi univerſarum rerum creatoris & domini benignitate hominis poteſtati inſimul & liberiori ad uſus ſuos applicandi & abutendi aut abſumendi arbitrio indulta, conceſſa & planè ſubjecta eſſe, eædem non minus expreſsè loquuntur, *Gen. c. 1. verſ. 26. & 28. & c. 9. verſ. 2.* ut adeò de his dubitare non poſſit, niſi qui verbi Divini veritatem & authoritatem dubiam reddere velit.

II.

Liberior verò hæc circa res mundi ſublunares homini divinitùs indulta facultas, quo titulo, quove juris ſchemate & effectu, illi ceſſerit, de hoc quia authenticâ quadam authoritate expreſſiùs quid, aut adeò dilucidè, ut omnis expers eſſe poſſit diſputationis, traditum non invenitur, in alia atque alia Ddrum abeunt ſententiæ. Alii enim ſtatuunt, conceſſionem iſtam Divinam, non inferre, niſi *communionem* quandam omnium iſtarum rerum, eamque, quam vocant *negativam*, quâ rerum, velut in medio poſitarum, non magis ad hunc, quam ad illum pertinentium, proprietas ad neminem ſpectare, aut res *quà proprietatem nullius* eſſe, *uſus* verò *omnibus* patere dicitur. Appellitant id maximè *Jus omnium in omnia*, & naturalem circa res mundi libertatem. B. Dn. Mev. *in Nucl. Jur. Nat. & G. inſpect. 5. §. 41.* Pufendorf. *de I. N. & G. lib. 4. c. 4. num. ſeqq.* Struv. *in ſynt. J. F. c. 1. aph. 1.* Alii *communionem*, quam dicunt *poſitivam*, quâ rerum *proprietas aliquorum* eſſe, *uſus* verò nihil ominus *omnibus* patere perhibetur. Grot. *d. I. B. & P. lib. 2. c. 2. hinc inde* Molin. *de I. & I. tom. 1. tract. 2. Diſp. 20.* jung. Pufendorff. *d. l. n. 5. & 9.* Alii negant, communionem ullam ſive negativam, ſive poſitivam, homini fuiſſe primigeniam, aſſerentes potiùs, *proprietatem* hujus univerſi à creatore fuiſſe conceſſam Adamo, & iterum poſt diluvium Noacho, ab his transmiſſibilem & derivandam per certos, conditionique hominum temporumque aptos acquiſitionis determinatæ modos, in poſteritatem ſuam: Quale proprietatis & Dominii Jus dum res nobis proprias dicit, & facultatem ponit, de iis pro arbitrio noſtro diſponendi, & ab earum uſu alios quosvis regulariter excludendi. Ziegler. *in not. ad Grot. d. l. §. 2.* Dn. Cancellar. Oſiand. ibid. *obſ. 1.* Strauch. *de imper. mar. c. 1.* Dn. Simon. *de Inſtit. permiſſ. c. 2. §. 6.*

III.

Prima & Tertia ſententia, præ mediâ & ſecundâ, calculum meruit communiorem Ddrum tùm JCtorum, tum Theologorum præprimis, quos, inſimul cum ſuccinctâ & nervosâ rei delineatione, citatos vid. ap. Ill. Dn. Kulpis, *in Colleg. Grot. ad lib. 2. c. 2. §. 1.* Inter illas duas verò quænam valentioribus nitatur rationibus, proindeque quænam verior ſit, an illa, quæ communioni negativæ, an ea quæ proprietati, divinitùs homini conceſſæ, favet, controverſia eſt, haud paucis involuta difficultatibus. Adeat, qui eas pervidere diſcupit, præter ſuperiùs allegatos, cum Authoribus & aſſeclis ſuis inter ſe admodum contendentes, Dn. Thomas. *Inſtit. Juriſpr. divin. lib. 2. c. 10. n. 35. & perplur. ſeqq.* Nos hâc vice de ea judicium qualecunque noſtrum ſuſpendere malumus, quam eandem operoſiùs quod conditio ejusdem exigere videtur, proſequendo, nimium à ſcopo noſtro deflectere, quod idem ex certâ ratione feciſſe legimus utut alias in judicando perſpicaciſſimum, B. Dn. Frommann, *Diſp. de Domin. acquiſ. c. 4. th. 22.*

IV.

Quicquid jam ejus rei ſit, hoc certum eſt, quod ſucceſſu temporis augeſcente hominum turbâ, ex naturali communis neceſſitatis & utilitatis ratione. vid. Chriſt. Sigiſm. Heberle, *de libertate natur. reſtrict. theſ. 10.* apud Ahaſv. Fritſch, *Exerc. Jur. Publ. p. 1. Ex. 16.* Thomaſ. *d. l. n. 98. ſeq.* Mev. *d. l. inſp. 5. §. 38. ſeqq.* diviſis inter ſingulos & diſtinctis rerum dominiis, id quod exinde ex Jure Gentium derivat JCtus Hermogenianus in *l. 5. ff. de I. & I.* conf. B. Dn. Fromm. *d. l. th. 21.* quicquid quilibet, ſive privatus quisque, ſive communitas, Civitas, aut Reſp. aliqua per apprehenſionem ſeparatim ſibi quæſitâ poſſeſſione, determinatiùs ſibi, ſuisque neceſſitatibus & uſibus appropriavit, ab eo ita penitùs excludantur alii, ut id eodem modo illorum eſſe nequeat, aut illi ipſi, hactenus excluſi, id juris, quod uni illi jure proprio jam acquiſitum, ſibi ſuisque uſibus vindicare nullo jure valeant, conf. Mev. *d. l. inſp. 5. §. 42.* Exceptis eis, ſi quarum rerum natura ita comparata eſt, ut etiam occupatæ jam, & determinati magis dominii, jure poſſeſſæ, aliis quoque inde aliàs excluſis, utilitatem, ſine proprietarii damno, præſtare iis indigentibus poſſint: Tum enim, quia illæ ipſæ res *iſtius uſûs ratione pro vacuis* quodammodo à poſſeſſione, & hactenus quaſi communes, non ſine ratione cenſeri poſſint, Strauch. *d. l. th. 12.* etiam alius quilibet eas ad certum iſtiusmodi uſum ſibi petere, ſaltem *ex debito quodam humanitatis* non prohibetur, nec proprietario, ex eadem humanitatis lege, convenit eas petenti, ubi eget, denegare. Egregiè pro more ſuo. B. Dn. Mev. *d. l. §. 34. n. 1. & 2.* ibi: *Jus communicationis pro uſibus aliorum ſic conſtituit Gentium Juriſprudentia: Primò ut aliis quidem ex proprietate*

tate jus esset, sua sibi securè habendi, & suis usibus præprimis applicandi, sed remaneret debitum humanitatis *eadem ad usum aliis communicandi, reddità simili ejusdem juxta naturam vice: Secundò ut quæ usum innoxium aliis, salvâ re, præstare possent, indigentibus non denegarentur*, tanquam jus in omnia non aliter abdicantibus, quàm ut eo nihilominùs frui liceret. Est enim in universum rigor dominii *ordine & fine societatis* restrictus & temperatus duplici jure, *necessitatis* ac *innoxiæ utilitatis* cujus vi quisque alterius damnum vel periculum gravius incommodo vel periculo suo leviori avertere, suarumque rerum usum innoxium indigentibus concedere tenetur, sunt verba Dn. Kulpis, *d. l.* §. *3.* ut adeò secundum hæc ipsa proprietas certarum rerum nil obstet, quo minus & illarum usus ex lege humanitatis omnibus patere, rectè dici queat. Pufendorf. *de I. N. & G. lib. 3. cap. 3.* §. *4.* Strauch. *d. l. th. 12.* Dn. Kulpis, *d.* §. *3.*

V.

Ex quibus præprimis hoc bene adnotandum esse censemus, quod pro illo communicationis, aut communis certarum rerum usûs, sive utilitatis innoxiæ jure, ex fontibus suis reducendò, rationibusque suis stabiliendo, quilibet inprimis suæ hypothesi faveat, & utplurimum, qui primævam rerum *communionem* præsupponit, justitiam illius juris defendat ex ratione non aliter *abdicatæ istius communionis*, quàm cum quadam in certum finem *factâ reservatione* primitùs simpliciter competentis communis usûs: undè iste status, quem appellitant, *reviviscentis communionis;* Qui verò à Deo statim ab initio concessum homini *dominium* adstruit, æquum illud dicat, ex ratione dominii benignitate quàdam & humanitate, *ex usu & fine societatis humanæ, attemperati:* Consequenter *hujus* opinionis sequaces *minùs perfectam* aliquam *illius* verò sectatores *perfectam magis*, pleniorem, & efficaciorem, quasi ex pacto quodam proficiscentem ponant facultatem, vi cujus istarum rerum usum à vero domino & sibi liberè relinquendum aut communicandum prætendere, & consequi optimo jure valeant. Quamvis & deprehendamus, qui communionem istam præsupponunt, & tamen, fortean quod minus isti reservationi fidant, recurrunt ad istum humanitatis respectum, vid. Pufend. *d. lib. 3. c. 3.* §. *5.* ibi: *adeoque talem usum, qui eo indigent, suo jure posse postulare; Quæ si alicui isthæc ratio displiceat, simpliciùs dici posset, ex lege humanitatis debere quemlibet alteri exhibere usum rei suæ innoxium.*

VI.

Plura omninò exempla dantur, in quibus illud innoxiæ utilitatis jus, variis modis, conspicitur, quibus recensendis laborem insignem impenderunt, qui ex professo de hac materia scripserunt, Pufend. *d.* §. *5. seqq.* Grot. *lib. 2. cap. 2.* §. *11.* Dn. Frider. Nitsch. & Eust. Köten *peculiaribus Disput. de jure innoxiæ*

xiæ utilitatis. Præprimis ad claſſem eam referuntur, *terræ*, *flumina*, *partesque maris*, in proprietatem alicujus populi quæ pervenerunt: *Res publicæ* aliàs in jure noſtro audiunt, & inter alias maximè contradiſtinguuntur *rebus communibus*, quæ in ſenſu & ex uſu juris Civilis dicuntur illæ, quæ *proprietate* tenus *nullius* planè ſunt, quoad *uſum* vero *omnibus omninò* hominibus vacant, & patent, ita ut quantum occupari poſſint, acquirantur occupanti, ut aër, aqua profluens, mare, & littora maris. §. *1. Inſt. de rer. div. l. 2.* §. *1. l. 4. ff. eod. l. 14. pr. ff. de acqu. rer. dom.* & quæ ſunt alia exempla in §. *12. & 18. Inſt. de R. d.* vid. B. Dn. Lauterb. *in Colleg. Theor. pract. ad ff. tit. de rer. div.* §. *11.* Dicuntur exindè relictæ in libertate naturali, quæ tamen hodiè quàm valdè ſit circumſcripta & reſtricta, adeò ut etiam quæ olim communes, nunc potiorem partem publicæ appellari, harumque jure cenſeri queant, vid. Chriſt. Sigism. Heberle, *de libert. naturali reſtricta. th. 12. ſeqq.* Hillig. *in Don. enucl. lib. 4. c. 2. lit. E.* Schulz. *ſyn. inſt. ad tit. de Rer. Div. lit. a.* Struv. *S. I. F. c. 6. aph. 7. num. 1 ſeqq.* Dn. Schilter, *Exerc. ad ff. 4. th. 7. & 16. add.* Dn. Thomas. *ad Strauch. Diſp. 6. th. 2.* Cùm contra *res publicæ* ſint, quæ ratione *Dominii*, alicujus populi, Reip. aut illius qui eſt ſupremus in Rep. ſunt propriæ quoad *uſum* verò communes ſunt, & omnibus indiſtinctè hominibus patent, perinde ac res, quas modo diximus naturaliter communes; adeò, ut quà *proprietatem* quidem differant publicæ à communibus, quà *uſum* v. conveniant, quæ verior eſt ſententia, tùm ex lege humanitatis omnes indiſtinctè homines reſpiciente, ſtringente, tùm præprimis ex clariori Juris noſtri determinatione *in* §. *2.* ibi: Omnibus: § *4.* ibi: Uſus publicus eſt Jure Gentium: *Item*, cuilibet liberum eſt, *Inſt. de Rer. divis. l 5. ff. eod. l. 24. pr. ff. de damn. inf.* B, Dn. Lauterb. *d. l.* §. *12.* Car. Ruin. *lib. 4. conſ. 98. n. 2.* Petr. Ant. de Petra, *de jure quæſit. non toll. per Princ. c. 7. n. 20. ibi:* de jure omnia flumina *quoad uſum aquæ* in iis, & quoad *uſum navigationis* ſunt publica omnium hominum, ſive magis communia. Heberle, *d. l. th. 15. in pr.* Strauch. *Diſſ. 6. th. 3.* Struv. *S. I. C. Ex. 3. th. 76.* Magnif. Dn. D. Schweder, *in introd. ad Jus publ. part. ſpec. ſect. 2. c. 15.* §. *16.* Excell. Dn. D. Majer, *ad* §. *2. I. de R. D.* Nil moventibus in contrarium iis, quæ diſſentientes pro uſu rerum publicarum reſtrictiori, & ſaltem ad eos, qui ſunt ex illo populo, pertinente, urgent, ex *l. 2. & 3. ff. de Flumin. l. 2.* § *2. ff. Ne quid in flum. publ. l. 15. ff. de V. S. aliosque textus*, Weſenb. *in parat. ad ff. tit. de R. D. num. 3. & ibid.* Hahn. *in obſerv.* Vinn. *ad* §. *2. Inſt. eod n. 2.* Ziegler. *de Jur. Majeſt. l. 2. c. 15. n. 16.* noviſſimè Dn. Hopp. *in Comment. ad pr. &* §. *2. Inſt. de R. D.* Confer. Dn. Thomaſ. *ad Strauch. d. l.* ubi, quod quoad mentem Juſtiniani utraque opinio textibus quibusdam juris nitatur; quoad veritatem verò iſta, quæ à nobis defenditur, ſententia non ſubſiſtat,

nec

nec Princeps obligatus ſit cuilibet peregrino iſtarum rerum uſum concedere, cum ne omnibus quidem de populo uſus iſtarum rerum indiſtinctè ita communis ſit, ut ab iſto quidam arceri nequeant. Hoc tamen his ipſis omninò concedendum eſt, quod hodiè uti rerum communium, ita non minus & publicarum olim jure & Gentium & Civili competens liberior uſus hinc inde non minimam partem imminutus ſit, & coarctatus ſecundum id quod atteſtantur. Schulz. *d. l. lit. b.* Heberle. *d. l. th. 15.* Magnif. Dn. D. Schweder, *d. l.* JCtiſſ. Dn. D. Stryck. *in ſpecim. uſus mod. ff. ad tit. d. R. D.* §. *10.* Hopp. ad §. *2. I. eod.* & pleniùs adhuc per ſequentia in fluminum publicorum exemplo, diſſertationis hujus objecto primario, demonſtrabitur.

VII.

Sunt flumina publica, uti olim in populi Romani, ità hodiè tùm ratione jurisdictionis, tùm proprietatis, in illius, qui ſupremus eſt in Rep. & ſuperiorem nullum recognoſcit, poteſtate, patrimonio & dominio Arniſ. *de jur. Majeſt. lib. 3. c. 3. num. 2. in fin. & n. 3.* Hippol. Riminald. *1. conſil. 81. n. 4.* Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 3. num. 31.* Beſold. *p. 5. Conſ. 239. n. 5.* Stypmann. *de jur. flum. n. 50. ſeqq.* & in ſpecie in Imperio Romano Imperatoris, Regalibus exindè annumerata, in *c. un. 2. F. 56.* Joh. Oetinger. *de jur. & controv. limit. c. 12. lit. x.* Weſenb. *1. Conſil. 67. num. 11.* Riminald. *d. conſ. 81. n. 1.* Roſenthal, *de feud. c. 5. concl. 23.* Mev. *ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 5. art. 1. n. 10.* Adr. Gylmann. *ſymphor. p. 2. t. 3. vot. 6. n. 22.* Sixtin. *d. l.* add. Bocer. *de Regal. c. 2. n. 163.* ubi varias Ddrum ſententias de eo, quâ ratione flumina ad Regalia referenda ſint, recenſet & examinat. Inde verò uti cætera regalia ad Imperii Principes, aliosque ſtatus, necnon ad Civitates aliquas inferiores, ſive Imperatoris inveſtitura & infeudatione, ſive privilegio, ſive, quæ ei ſimilis eſt, præſcriptione pervenerunt, Sixtin. *d. tr. lib. 1. c. 4. n. 5. ſeqq.* Mev. *ad Jus Lubec. d. l. n. 11.* Imò uti ipſa ſuperioritas territorialis ad Status Imperii illis ipſis aliisve modis pervenit, vid. Dn. D. Schwed. *dict. ſect. 2. c. 10.* §. *6. ſeqq.* Ita & cum hâc ipſâ, atque virtute hujus ipſius, jus fluminum publicorum illis acquiſitum eſt, ita ut unà cum protectione, & jurisdictione, proprietas illorum fluminum jam pertineat ad eos, qui & territorii, quod perfluunt, ſunt domini. Myler. ab Ehrenbach, *de Princip. & Stat. Imp. p. 2. c. 66. n. 3.* Sixtin. *d. tr. lib. 2. c. 3. n. 31.* Mev. *d. l.* Dn. D. Schwed. *d. l.* Dn. D. Stryck. *in ſpecim. uſ. mod. d. l.* §. *10.* qui jus in fluminibus perinde exercent, prout ante fuit apud Imperatorem. Peregrin. *de jur. Fiſc. lib. 1. c. 2. n. 100.* Beſold. *d. l.* Petr. Heig. *in quæſt. jur. Civ. & Sax. p. 2. qu 40. n. 19.* qui & aliàs quod Imperator in toto Imperio, idem in ſuis peragere valent territoriis, Mev. *d. l.* exceptis tamen excipiendis, vid. Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 7. num. 35. ſeqq.* Sixtin. *de regal.*

lib. 1. c. 5. n. 121. seqq. Huld. Eyben, *de origine illius regulæ. c. 8. seq.* Dn. D. Schwed. *d. c. 10.* §. 4. Myler. *d. tr. c. 14. n. 8. seqq.* ubi illud axioma declarat & limitat. Quibus convenienter si accipitur quod olim Baldus *in l. Si plures, 6. n. 13. vers. sed hac ratio. C. de condit. insert. & cum eo* Alexand. Tartagn. *lib. 2. cons. 194. n. 8.* aliique inprimis etiam Adr. Gylman. *lib. 2. rerum in Cam. Imp. judicat. Dec. 33. n. 2.* tradiderunt, nempe omnia flumina navigabilia quoad universale esse Cæsaris & Imperii Romani, sed in particulari esse singula eorum, per quorum territorium flumen decurrit, non est quod simpliciter rejiciatur. vid. Oetinger. *de jur. limit. c. 12. lit. f.* Stypmann. *de jur. flum. n. 99. seq.* ubi quod verum sit, si de utili dominio accipiatur. confer. Sixtin. *lib. 2. c. 3. n. 31.* ubi Baldi sententiam refutat, Bocer. *de Regal. d. l.*

VIII.

Re utut ita cum fluminibus publicis hodiè comparatâ, iisque nunc existentibus ut plurimum in unius Ducis, Principis, Comitis, aut alterius alicujus proprietate, imperio & potestate, nihilominus adhuc quin publica dici possint, & debeant, nulli dubitamus. Quamvis enim publica dicta sint à subjecto possidente, quasi populica, quod sint in dominio vel proprietate populi s. Reip. *l. 17. ff. de V. S.* junct. *l. 15. & l. 16. ff. eod. l. 6. pr. ff. de contrah. empt. vend.* §. 1. *Inst. de publ. jud.* Gœdd. *ad d. l. 17. n. 15.* Stypmann. *de jur. flum. n. 50.* Tamen quæ olim propria populi Romani fuerint, translata sunt deinde in Principem, *l. 1. ff. de constit. Princ.* §. 6. *Inst. de I. N. G. & C.* qui populum hactenus repræsentare dicitur, Hopp. *ad d.* §. 2. Oetinger, *d. l.* Unde & Dn. Stryk. *d. l.* §. 10. *in pr.* extra controversiam esse putat, flumina etiam hodie adhuc certâ ratione publica esse.

IX.

An verò & adhuc hodiè fluminum istorum usus de jure Gentium publicus sit & maneat, omnibusque & singulis ad huc pateat, sive navigando, sive ligna transmittendo im Holzflössen, sive piscando, sive aliâ aliquâ ratione? Et anne potius, quia regalibus nunc accensentur, Principis proinde Imperio, administrationi, dispositioni & proprietati subjecta, libertas illa aliis omnibus naturaliter competens eo ipso penitùs exspiraverit, quasi in totum quoque in territorii Dominum translata ut pro lubitu aliis eam vel denegare, vel concedere queat? id sanè est quæstionis non adeo expeditæ, propter varias, desuper hinc inde quæ deprehenduntur, Doctorum traditiones. Sunt enim qui censent, quod ob id, quod flumina publica, navigabilia, & quibus alia navigabilia fiunt, nunc in numero regalium adoptata sint, non impediatur, quo minùs usus Jure Gentium maneat publicus, & ideo jus navigandi, piscandi, & similia communia maneant, Rosenthal. *de feud, c. 5. concl. 27. n. 2. seq.* Schneidewin. *ad*

§. 2.

§. 2. Inst. de R D. n. 7. seqq. ubi, quod licet fluminum publicorum proprietas hodie sit Cæsaris, usus tamen ipsorum publicus sit, itaque de jure naturali, Gentium & Civili, omnibus, & singulis licitum sit in publicis fluminibus piscari, etiam ante ædes & ostium alterius, adeò ut prohibens aliquem piscari in flumine publico teneatur actione injuriarum *l. 13. §. fin. ff. de injur.* cum quibus etiam facit Joh. Fab. *ad d. §. 2. I. de R. D.* scribens, quod terrarum domini non possint id prohibere, sub hac tamen limitatione, nisi ex consuetudine ipsis pinguius jus sit acquisitum, ex eo, quod aliquando prohibuissent subditis, ne irent ad piscandum in tali flumine publico, & subditi non contradixissent, sed propter prohibitionem destitissent. Nam tunc accedente legitimo præscriptionis tempore esset eis jus prohibendi. Sunt contrà alii, qui fluminum publicorum libertatem hodiè adeò restrictam esse asserunt, ut præter usum aquæ, eumque non indifferentem, libertati pristinæ nil ferè relictum sit, cùm non tantùm ipsa flumina publica quà proprietatem & jurisdictionem, sed & eorum Usus ad regalia relatus sit, adeò ut omnes inde quocunque modo provenientes utilitates ad Principem jure proprio pertineant, inque eum redundent. Heberle, *de libert. natur. restr. th. 15.* Magnif. Dn. D. Schwed. *d. l.* Oetinger. *d. tr. c. 12. num. 24.* ibi: Diese Beschreibung der gemeinen öffentlichen, und der eignen privat Wasser stimmen mit der jetzigen Gelegenheit und Bewandtnüß der fliessenden Wasser im Teutschen Reich nicht überein, sondern es hat heut zu Tage mit denselben weit eine andere Beschaffenheit bekommen, denn nachdem die Röhmer Ihre wohlverdiente Räthe, Obristen und Statthalter zu Fürsten und Herrn gemacht, und Sie mit den Landschafften deß Römischen Reichs belehnet, und Ihnen zumahl auch die Regalien, darunter neben andern die gemeine offene Wasserflüsse begriffen, eingeraumt, und zu Lehen angesetzet: Haben Sie sich in Ihren Landen und Gebieten solcher Flüsse angenommen, und also den Nutz und Gebrauch derselben so lang hergebracht, biß Sie eine ersessene Verjährung über Menschen Gedächtnüß erlangt, dardurch endlich die Flüsse welche durch Ihre Marckung und Gebieth lauffen, nunmehr Ihnen aigenthumlich zugefallen. Quibus accedit Dn. Stryck. *ante cit. loc.* scribens: Liberum fluminum publicorum usum omnibus patere tàm navigando, quàm piscando, fortè nemo hodie dixerit. Notum enim est, quod hodie flumina Regalibus adscribantur, & ita quisque Principum legem navigationi statuat: ut & Dn. Hopp. *ad d. §. 2. Inst. de R. D.* ubi, quod non amplius liber eorum usus competat omnibus ex Republ. sed ille valde restrictus, imò quandoque planè interdictus: id quod tum in jure piscandi notissimum ex iis, quas adducit, ordinationibus Provincialibus, maximè Borussicis, sub rubro, von Fisch-Ordnungen, tùm in jure navigandi, tùm aliis similibus,

 conclu-

concludens hoc generali axiomate: quod hodiè quicunque ex populo ſ. Republ. certum rerum publicarum uſum, à Principe jam reſtrictum, vel prohibitum, ſibi prætendit, ille vel conceſſionem Principis, docere debeat, vel præſcriptionem immemorialem.

X.

Noſtra quæ hâc in re ſit ſententia diſtinctiùs per *Navigationum* exempla, in quibus uſus fluminum publicorum præcipuam partem conſpicitur, & circa quæ inprimis noſtra verſatur tractatio, declarabimus. *Libertatem Navigandi,* aut navigiis tranſeundi per flumina publica, relictam ſibi omni tempore, ex ratione univerſalis, totum genus humanum contingentis neceſſitatis & utilitatis, ita providente *Gentium* jure, Matth. de Afflict. *in cap. un. 2. F. 56. verb. Flumina n. 1.* Grot. *de I. B. & P. lib. 2. c. 2. §. 13. & de mar. lib. c. 5. circ. fin.* Mev. *ad Jus Lubec. l. 1. t. 1. art. 11. n. 8.* non minus *& Jure Civili*, quo cuique eſſe liberum dicitur per flumina publica navigare *l. 5. pr. ff. de R. D.* eorumque uſum communem eſſe ſicuti viarum publicarum & littorum maris. *l. 24. pr. ff. de damn. inf. l. 11. C. de ſervit.* indeque à navigatione in fluminibus publicis neminem prohibendum, uti nec à libero commeatu in viis publicis *l. 1. §. 1. ff. ut in flum. publ.* ne quidem ab ipſo Imperatore *l. 2. ff. de flum.* quin qui tranſitu quodam ad cauſas *honeſtas & juſtas*, ac maxime *neceſſarias*, opus habent, ex jure humanitatis, ſive exteri ſint, ſive cives illius Reip. per cujus territorium labuntur, expetere poſſint, illosque, paucos inprimis & inermes, ſine proprietarii & territorii domini incommodo aut damno, adeoque plane innoxio commeatu flumina iſta mediantibus navigiis transmittere cupientes ſicubi territorii & fluminum dominus ab iſta *communi hominum jure* competente libertate prohibeat, quin durum id ſit & inhumanum, quippe in cujusmodi concedendis ultro velificari & gratificari homo homini, quos ex communi affinitate cognatione & conſuetudine ſibi invicem utiles eſſe ſocialis ratio voluit, *l. 3. ff. de I. & I.* Henning. *ad Grot. l. 2. c. 2. §. 11.* nulla planè nos dubitandi ratio tenet, Pufend. *l. 2. c. 3. §. 5. p. m. 365.* ibi: *iter aut tranſitum non accipi pro perpetuâ aliquâ ſervitute, ſed pro momentaneo duntaxat rei alienæ uſu, ad quem arripiendum ingens nos utilitas aut neceſſitas adigit, cui non ultrò velificari inhumanum erat.* Addat. M. Ant. Peregrin. *de Jure Fiſci lib. 1. c. 1. n. 22. circ. fin.* ibi: *quod Principes prohibere abſolutè poſſint navigationes per flumina publica, dura videtur hæc propoſitio, juri & uſui Gentium repugnans, ac legibus & conſtitutionibus ipſorum, Cæſarum ac Principum contraria:* & porrò: *Quocircà Principum prohibitiones adverſus licentiam hanc communem, jure & uſu Gentium univerſali probatam, & deinde per Leges Principum confirmatam, non* videntur juris authoritate ſubnixæ, ſed de facto & contra jura. Utique enim altius hæc talia funda-

fundamentum suum radicatum repetunt, ex ea ipsissimæ æquitatis naturalis ratione, quâ pro invidioso satis & indecente reputatur, quod mihi non obest, & alii prodest, id huic nolle concedere, aut permittere *l. 38. ff. de evict. l. 2. §. 5. in fin. ff. de aqu. & aqu. pluv. arc.* & istâ reciprocâ Christianæ charitatis regulâ: Quod tibi non vis fieri, alii ne feceris, *Matth. c. 7. v. 12. Luc. 6. v. 31.* Matth. de afflict. *in cap. un. 2. F. 56. verb. via, n. 3.* Rosenthal. *de feud. 5. concl. 21. lit. c.*

XI.

Eædem illæ rationes, quæ militant in *singulis*, & paucis, liberum istiusmodi per flumina publica commeatum desiderantibus, cùm ferè non minùs stringant, ubi quis *collectis cum copiis*, integris exercitibus, aut *instructâ classe*, transitum, utique innoxium, per flumina publica, easque maris partes, jure proprietatis quæ jam possidentur, decenter petierit: Proinde & hîc iniquum, & isti societatis humanæ æquissimo juri contrarium dicimus, si flumina mariaque ista transmittendi libertas, ex solâ inhumanitate, simpliciter denegetur, vid. Felden. *in not. ad. Grot. lib. 2. c. 2. §. 13.* modò tamen securitas concedentis propria inde in nullum adducatur periculum & damnum. Qam ob causam non vulgari, sed exactiori hîc opus est prudentiâ politicâ, & cautione, ut res ita agatur & temperetur, ne vel inhumani videamur in denegando, vel in concedendo existamus imprudenter præcipites & injurii in publicam nostrarum terrarum salutem. vid. Gronov. *in not. ad Grot. l. 2. c. 2. §. 13. n. 4.* Quibus cautionibus a. hæc res peragenda sit, DDres hinc inde jam reliquerunt traditum, vid. omninò, post Felbing. *de jure belli th. 26.* Dn. Textor. *in Syn. Jur. Gent. c. 17. num 37.* Ubi quatuor recenset, 1. ut transitus antè decenter petatur, 2. ut bellum contra tertium non appareat, injustum & periculosæ consequentiæ, 3. ut cautio idonea & sufficiens præstetur, de indemnitate omnimodâ, 4. ut modus in transitu observetur securior & tutior, qui est, si integri exercitus non simul, sed diviso agmine, modicisque catervis transmittantur. Addat. Pufend. *lib. 3. c. 3. § 5.* In nostro R. G. imperio quid hodie in transitu militum concedendo observandum sit, Legibus publicis prudenter satis cautum deprehenditur: Et quidem, maximè ubi terras Imperii pertranseunt exteri, *in Rec. Imp. de Ao. 1555. §. 49. R. I. de Anno 1576. §.* Setzen ordnen. *38. R. I. de Ao. 1582. §.* demnach setzen ordnen, *32. R. I. de Ao. 1598. §.* betreffend aber *31.* ubi verò nostrates. in der Reuter-Bestallung. *de A. 1570. art. 4. & 5. R. I. de Ao. 1542 §.* Es sollen auch. *36. Instr. Pac. Cæs. Suec. art. 17. §. 9.* Text. *d. l.* Myler, *de Princ. & Statu Imp. p. 2. c. 67. § 6.*

XII.

Eodem humanitatis jure, quo personis liber navigationum usus per flumina publica relictus est, *& mercibus* idem debetur. Haud parùm enim in-

tereſt ſocietatis humanæ, & illa quæ eſt inter homines â naturâ conſtituta cognatio id exigere videtur, ut inter Gentes etiam remotiſſimas comerciorum uſus vigeat, ut, quâ alia Gens abundat rerum copia, alîus indigentiæ, quemadmodum haud omnis fert omnia tellus, ſuccurratur, neminique facilè præcludatur, quæ & *Jure Gentium* relicta eſt facultas. *l.* 5. *ff. de Juſt. & Jur.* & *Jure Civili* quoque conceſſa *l.* 2. *ff. de nundin. l.* 6. §. 4. *ff. de Off. præſ. Argentorat. vol.* 2. *Conſ.* 62. *num.* 6. ibi: Dieweil nun deme alſo und dann offenbar, daß die S. ein offen frey Schiffreich Waſſer: So haben demnach K. T. ſeine Zugewandte und Unterthanen die gemeine Ordnung und Regul der geſchriebenen und auch der Völcker-Rechten für ſich, vermög welcher ihnen die Schiffarth mit allerhand Kauffmanns-Wahren und andern Güter zu gebrauchen, Kauffmannſchafft zu Waſſer und zu Lande zutreiben, zugelaſſen: Ungeachtet ſie dieſelbe viel Jahre hero nicht in Ubung und Gebrauch gehabt: Inde probabilem vix inveniri poſſe prætextum, ut quis negare velit iter navibus inermibus per apertum mare ditioni noſtræ ſubjectum, ad tertium pacatum tendentibus, maximè pro aſportandis iis mercibus, ad vitam quæ ſunt neceſſariæ non malè ſentit. Pufendorf. *lib.* 3. *c.* 3. §. 6. Grot. *lib.* 2. *c.* 2. §. 13. Quod tamen ad ſolam & meram neceſſitatem reſtringendum eſſe haud arbitramur, cenſentes potiùs; id accipiendum eſſe cum quadam *latitudine* etiam ad eas merces, quæ faciunt ad benè eſſe, & commodioris vitæ ſubſidium, annonæ caritatis aliarumque moleſtiarum levamentum, quòd provenit ex invectarum eum in finem neceſſariarum rerùm affluentia: Modò tamen limites innoxiæ utilitatis, quæquidem non *neceſſariam* tantùm, ſed & *honeſtam* & *juſtam* aliam cauſam præſupponit, non excedantur: quòd fieri videtur, ubi eæ ſaltem invehuntur merces; quæ non niſi ad luxum inſtrumentum faciunt, aut ex quibus lucrum exuberans; & alimenta avaritiæ, nimium præpotentis ſuperbiæ & faſtùs in alterum nocivi quæruntur. His etenim inhiantes vix prætendere poſſe ſibi jure humanitatis tranſitum deberi liberum, facilè accedimus Pufendorffio, *d. l.* Dediſcit enim iſtiusmodi actus, eo ipſo dum luxuriæ & injuſtitiæ feneſtram aperit, inque damnum noſtrum tendit, naturam innoxiæ utilitatis: Damno tamen hîc conſiderato eo, quòd vocant *poſitivum*, quo nimirum reverâ damnum datur; *vid. l.* 1. §. 15. *ff. de flum.* ubi exemplum damni poſitivi, in flumine coanguſtato ut rapidiùs decurrat: aut metuendum venit, velut, ſi merces afferantur, tanquàm inſtrumenta ad bellum ſuſtinendum, ad hoſtilitatem quandam in nos exercendam, ad inſtruenda ea, quæ ſaltem ſe habent ut belli, aut damni nobis afferendi, cauſa ſine qua non. Strauch. *de imper. mar. c.* 8. §. 3. ubi propterea de illa quæſtione, an vi imperii maritimi licuerit Eliſabethæ Angliæ Reginæ Reſpublicas quæ annonam, & arma Hiſpano hoſti ſuo, advehe-

advehebant, transitu per mare suum prohibere, ita judicat, quod mirum sit, istud vocatum fuisse in dubium; non v. *privativo*, quod vocant, per quod lucrum solùm aliquod speratum, non præcisè debitum decedit, aut saltem imminuitur, cujus exemplum *in l. 24. §. fin. ff. de dam. infect.* quale quid hic loci non reputandum est pro damno. *per l. 26. ff. de dam. inf.* Hopp. *ad d. §. 2.* Grot. *d. §. 13.* Imputet enim sibi, qui, dum ad ejusmodi aditus perinde patuit, ac illi, qui nunc in iis ad usum suæ civitatis afferendis actualiter est, occupatus, suo jure uti, eumque prævenire hactenùs tardaverit: Et dum ad talia jus quæsitum hactenùs non magis habuit, ac ille qui iis nunc intentus, inhumanitas quædam esse videtur, propterea eum, quòd innoxium aliquod lucrum inde ei adjiciatur, à libero commeatu intercludere. Quòd si verò frequens nimis illa commeatio peregrinorum ita se habeat, ut nostræ civitati suspecta appareat, imò certâ ratione ad prædictum aliumve modum verè noxiâ, tum aliud statuendum esse facilè concedimus. *Pufendorf. d. §. 6.*

XIII.

Nec aliter sentiendum arbitramur de illâ, *quæ minima navigationis species dicitur.* Stypmann. *de jur. marit. & nautic. p. 1. c. 10. n. 95.* Ahasver. Fritsch. *de jure Grut. s. ratium. c. 2. n. 5. seqq. & c. 3. num. 2.* per flumina publica *transmittendi ligna* facultate, dem Holtzflössen. Cujusmodi lignorum traductio, *cum duplicis generis* deprehendatur, nempe 1. *quâ transmittuntur integræ rates* & trabes inter se connexæ, & sine fabricâ compactæ, ita ut navigii speciem quandam referant, quæ propterea navigia temerè facta & incondita, Zimmer-Flösse *dicuntur: 2. quâ ligna vel in integros caudices aut truncos dissecta, vel in minutiores partes fissa, particulatim fluminibus injecta*, alia post alia, soluta quidem, secundo amne defluunt & ita in locum destinatum derivantur: secundum quæ hæc ultima species dividi iterum posset, in die Block-Flösse und die Scheit-Flösse, oder das Block- und Scheiterflössen. Fritsch. *d. l.* Seckendorff im Teutschen Fürsten-Staat. *p. 3. Regal. 6.* von Forstbann oder Waldnutzung. *num. 4. p. m. 429.* ibi: An dem Holtz so darauf an Scheiten, Zimmer oder Blöcken geflösset wird. Et cum utraque ab invicem aliquantum diversæ existat naturæ, distinctim de qualibet nobis agendum erit.

XIV.

Et quidem quod attinet *transvectionem ratium*, quomodo & quâ ratione navigationi, & illi inprimis, quâ merces transportantur, flumina publica patere debere, de Jure & Gentium & Civili diximus, eâdem & libertas illa traducendi rates firmatur, quippe quæ non tantùm in speciem navigationis incidere, sed & originis ejusdem esse traditur. Fritsch. *de Jur. Grut. c. 2. num. 12.* Uti n. aliàs quod de genere, idem & de specie prædicatur, *per l. 7. §. 10. in fin.*

ff. de

ff. de pact. Everhard. *in top. legal. loc. 6.* ita quoque quòd de illâ non immeritò & de hac statuendum venit, maximè cum etiam in jure nostro ex pari judicentur, *in l. un. pr. ff ut in flum. publ.* ibi: *Quo minus illi in flumine publico navem, ratem agere &c. vim fieri veto.* Utique quando ad eum modum exercetur, quo cætera quæ repetuntur ex jure innoxiæ utilitatis. Quod maximè contingit, ubi illa libertate utimur pro necessariis vitæ subsidiis & usibus domesticis, cum istâ tamen latitudine, quam & in navigatione simpliciter sic dictâ observandam esse monuimus *th. præced.* inprimis in fluminibus majoribus, in quibus ex traductione ratium nemini facilè damnum imminet: Unde & in Albi, atque in Odera, cuicunque id jus patere, modo telonium à navigantibus quoque præstari solitum, exsolverit, testis est Dn. Stryck. *in specim. us. mod. ad tit. de R. D.* §. *13.* aut ubi aliàs ista ratium transvectio ita instituitur, & peragitur, ne ullà ex parte territorii & fluminum publicorum dominis nociva eveniat: aut, sicubi fortean incommodum aut damnum aliquod per accidens inde sequi possit, quomodocunque id deinceps eveniat, sive molendinis, denen Mühlen und Mühlwehren, sive ripis, denen Ufern, sive piscationibus, der Fischweide, sive vicinis pratis & agris nahgelegenen Wiesen, Graserenen, tieffgelegenen Aeckern, zumahlen nach Aenderung des Gewitters, und wo die Flüsse sich wenden und krümmen, sive naturali alveo, aliquando exinde qui mutatur, durch Aufstemmung des Holtzes, sive aquæ ductibus, sive aliàs, durch Niderhauung, fällen, ausreissen, hinwegführen der nahstehenden Bäume, Stöck und Wurtzel, & quæ alia improviso casu indè nasci possunt, pro quibus, quæ ita recenset Fritsch. *de Jur. Grut. c. 5. per tot.* vel præcavendis, vel, etiam sine ulla pactione, resarciendis justissimæ quæque adhibeantur cautelæ, respicientes inprimis præstandam de indemnitate sufficientem cautionem, additis etiam aliquando majoris securitatis gratiâ, maximè si cùm potentiori res agitur, literis Reversalibus: qualium præcipuum tenorem in his consistere solere 1. Daß die Concession aus gutem Willen geschehen, (vel etiam ità: Bittweise, jure familiaritatis, aus nachbarlichen, aus freundlichen Willen, vel etiam ex jure humanitatis, die Freyheit gelassen worden, cujus fortè ex diversâ parte oppositum membrum esse poterit, und nicht aus einer entweder vermittelst Geding, oder durch Rechts-Verjährung, oder andere Wege angestandene Dienstbarkeit, oder sonst rechtlich vollständige Gerechtigkeit.) 2. Der Floß-Schaden ersetzt. 3. Die Flösse dem Pacto (oder auch sonst der natürlichen Billigkeit und dem gemeinen Völcker-Recht) gemäß exerciret, und 4. an der Jurisdiction und Gerechtigkeit des Orts sonst in keine Weg præjudicirt werden solle, aliâ quadam occasione notat Fritsch. *d. tr. c. 3. num. 14.* addat. quæ sub fine in adjectis *n. 3.* reperitur formula Reversalium: quæ singula pro

re

re natâ facilè, exemplo eorum, quæ modò in parenthesi inclusa adjecta sunt, mutari, aliter declarari, & in id, quod in præsentiarum agitur, dirigi & accommodari, & breviter, omnia cum istius modi moderamine agi possunt, ut Dominus territorii & publicorum fluminum ab omni damno, immunis sit & maneat, etiam ratione ejus, quod aliàs pro contrariâ sententiâ defendendâ militare videtur, quod ex inspectione & æstimatione damni dati, aliquando demum aliquo tempore pòst apparentis, laboriosâ, sumptuosâ, incertâ, metuendum venit, cum & huic sufficienter prospiciendi ratio detur, secundum ea quæ suppeditat Fritsch. *d. tr. c. 5. n. 11. & 12.*

XV.

Et quia ad eum, quem diximus, modum traductio ratium, die Zimmer-Flösse, egenti & decenter petenti ex jure humanitatis permittenda venit, multo minus denegari debet libertas *derivandi ligna particulatim, & minutatim* mediante naturali undarum decursu die Block- oder die Scheit-Flösse. Hæc etenim quod magis adhuc quam ulla alia navigationis species jure innoxiæ utilitatis defendi possit, ratio evincit, dum quid fluminum publicorum & territorii domino inde decedat, pro damno reputandum, non adeò apparet. Siquidem ista injecta fluminibus ligna, & maximè quæ sunt levioris molis, superficiem saltem aquarum tenent, profundum nec quærentia, nec pertingentia: nec quibus aliàs rates subiguntur aut protruduntur contis hic opus est, sed uti unda undam trudit, ita & hæc ligna, alia ex aliis particulatim, quasi suâ sponte tranatant, proinde vel nullum planè istorum incommodorum, quæ ratium traductionem sequi posse diximus, afferunt; vel si quid fortè ex intempestivo aut immoderato istius derivationis usu, incommodi, in molendinis fortè, in ripis, dominum maneat, veluti si nimium accumulata, spatium fluminis occupant, & vi quâdam successivâ se invicem propellentia perrumpunt, erit id ex abusu, non tamen adeo grave, adeoque faciliùs ei vel præcavendo vel resarciendo remedia suppetunt, qualia etiam ratione transvehendarum ratium modò notavismus, *th. præced.*

XVI.

Hæc hactenus societatis humanæ æquissimo juri, quâ usum navigationis per flumina publica liberè permittendæ, exactè conveniunt, quæ propterea decenter petentibus simpliciter denegare, indecens quidem, inhumanum, imò & barbarum non immeritò audit; Quod tamen non eo accipiendum esse, ut, ubi justior, proinde & fortior, ratio pro domino territorii & fluminum publicorum militat, uti & aliàs unum Jus Gentium sæpius altero fortius esse, propter temporum, personarum, aliasque circumstantias, non malè dicitur post Cyprian. *Regner. ad §. 2. I. de R. D.* Ziegler. *de Jur. Maj. l. 2. c. 15. n. 23.* iste

dominus aliquando talem navigandi per flumina publica libertatem ſaltem ex jure humanitatis expetenti difficilem ſe in eo, imò planè repugnantem præbere ſuo jure nequeat & præcedens jam inſinuat tractatio, & ſubſequens uberiùs demonſtrabit. Sanè quin aliquando ex *juſtis cauſis* princeps, vel alius iſtiusmodi territorii dominus navigationem per flumina publica alii cuilibet denegare aut plane prohibere poſſit, nos dubitare non ſinit, tum vis & virtus jurisdictionis & *Imperii*, quod principi & ſimili univerſaliter competit in omnes ditionis ſuæ particulas, & uti in terras continentes, ita & in flumina per terras labentia. Knich. *de ſublim. territ. jur. c. 1. n.* 27. Oetinger *de jur. & controv. lim. c. 12. lit. x. p. m. 143.* Myler. *de Princ. & ſtat. imper. p. 2. c. 66. n. 1.* tùm natura & effectus *dominii*, principi quoque indubiè in flumina publica competentis, *per præmiſſa*, quod uti in privato de regulâ facultatem de re propriâ liberiùs & pleniùs diſponendi & moderandi *l. 21. C. mand.* aliosque ab ejus uſu excludendi *l. ult. C. unde vi*, innuit & inducit vid. B. Dn. D. Frommann. *de dom. acquiſ. th. 51.* ita tale quid principi denegare fas haud erit, ne dominus terrarum præcipuè in publico pejoris ſit conditionis, quàm privatus in ſuo; Frid. Mindan. *de mand. cap. 36. in fin.* tùm maximè quæ hac in re utramque paginam facit, & æquè, imò magis adhuc, hac in parte in principe militat, *ratio juris humanitatis & Gentium*, quæ dum cuilibet libertatem utendi rebus publicis relinquit, iisque actu utentem à nemine vult impediri, & hoc inſimul infert & efficit, ut ne & princeps & ſimilis alius, dum pro uſibus ſuæ Reipubl. quomodocunque fluminibus ipſe indigeat, & pro obtinendo eo fine, conſulendi ſive neceſſitatibus, ſive utilitatibus ſuis ſuorumque, uſum eorum ſibi jam vindicet, ab hoc ipſo per exteros, aut alios quosvis excludatur; uti inde excluderetur, ſi in caſu, ubi, uſu fluminum publicorum alii conceſſo, pro iſtis uſibus propriis domino ea non ſufficerent, hic ipſe communicare tamen teneretur. Tum etenim in detrimentum & damnum proprietarii id vergeret, quod eſſet contra naturam *innoxiæ utilitatis*: non minus & contra *jura præventionis*, quæ in uſu publicarum rerum, in ſpecie quoque in libertate navigandi per flumina publica, ubi omnibus ſimul haud ſufficiunt, locum invenit vid. Herman. Hermes. *in faſcic. jur. publ. c. 11. num. 192.*

XVII.

Sunt autem quæ à DDbus hinc inde recenſentur *juſtæ cauſæ*, ob quas Princeps vel alius territorii & fluminum publicorum dominus uſum eorundem ſibi ſoli reſervare, & aliis quibuscunque navigationem interdicere, & planè prohibere propitio Jure poſſit, *in genere* omnes, quæ *ſunt publicæ utilitatis* Joh. Petr. Surd. *Conſ. 321. num. 41.* Roſenthal. *de feud. 5. concl. 23.* Hering. *de molend. qu. 16. num. 28.* ibi: *aut evidens Reipublicæ ſalus id poſtulat.* JCti Argen-

torat.

torat. *2. Conf. 62. n. 8.* ibi: Doch ist, vors Erste, da der Kayser ein solch Gebott oder Verbott thun will, vonnöthen, daß solches *ex causa publicæ utilitatis* geschehe, und eine solche Ursach vorhanden, und austrucklich ins Gebott oder Verbott gesetzet sey, die nicht der Kayserl. Majestät, oder etlicher sonderer Privat-Persohnen eigen Nutz und Vortheil allein antrifft; Sondern auch die den gemeinen Nutz und dem Römischen Reich, oder zum wenigsten vielen der Reichs-Ständen und Unterthanen zur Wohlfarth und Auffnehmen gereichen mag. Dann ohne eine solche Ursach hät der Kayser dasjenig, das vermög der Völcker und natürlichen Recht gemein jedermann ist, nicht zu verbieten & *num. 27.* ibi: Nicht weniger ist auch G. V. schuldig, da aus der gesuchten Schiffarth nicht allein NN. H. am S. sonder auch dem gemeinen Nutzen einiger Nachtheil und Abbruch erwachsen solte, dieselbe nicht zu gestatten. Hartmann. Hartmann. *pract. for. l. 2. tit. 46. obs. 3.* Mev. *ad Jus Lubec. lib. 1. t. 1. art. 11. num. 8.* ibi: *Ideò nemo Principum in suo territorio, nisi fortè gravissimâ ex causa, quæ salutem publicam contingat, prohibere potest.* Besold. *p. 5. cons. 239. num. 3.* ibi: Bevorab zu Nutz und Wohlstand des Landes, *& num. 9.* Und daß Ihr Fürstl. Gn. dasselbige nicht sine gravi causa, sondern von wegen des grossen und mercklichen Nutzen, so Ihr Fürstl. Gn. und Dero Fürstenthumb hierdurch entstehen möge. vide latè de hac publicæ utilitatis causa in hac materia tractantem Jason. *in L. quo minùs, 2. ff. de flumin. num. 1. seqq.* *In specie* verò, si principis intersit, *ne secreta*, regni exteris innotescant, *arg. l. 4. C. de commerc. & mercat.* Matth. *de Afflict. ad c. un. 2. F. 56. vers. via publica num. 3.* Surd. *d. l. num. 42.* Hering. *d. l* Heberle, *d. l. th. 15.* Si transeuntes, *vel morbum* aliquem inferant, *vel vitiorum scabiem affricent*, vel *hostem* aliquem pelliciant, & deinde in solum illud attrahant, quæ sunt incommoda Rempubl. ipsam turbantia, Dn. Cancell. Osiand. *ad Grot. lib. 2. c. 2. th. 13. p. m. 678.* *Si merces tanquam instrumenta ad bellum adversus nos sustinendum*, actionemque hostilem exercendam comparata, vel alia, quæ saltem ut causa sine qua non, istius belli sese habent, transportantur, etiamsi transportentur ab eo qui neutri parti est addictus, der neutral ist; *is enim* neuter est, qui neutrum juvat: &, ubi non potest alteri subveniri, nisi alter lædatur, commodius est neutrum juvari, quàm gravari alterum, uti ex *Ambros. 3. off. 9.* monet & adducit Strauch. *de imper. mar. c. 8. §. 3.* ubi inter alia exempla, huc facientia, addit, quod rectè ob eam causam & prudenter Regina Elisabetha Hanseaticis Civitatibus, conquerentibus naves suas à classe Anglica spoliatas, quibus tamen per pacta liceret amicis esse hostibus Angliæ, respondit: Non hoc esse cum utrisque colere amicitiam si alteros lædas, juves alteros: Imò hoc esse auxiliari hostibus, & cum his adversum alios facere. *Si annonæ caritas*

S 2 per

per navigationem aliis permissam in nostris terris inducatur, aut incendatur, & & si per navigationis prohibitionem ea avertatur, *per l. 6. ff. de extraord. crimin.* JCti *Argentorat. d. l. n. 26. 27. ibi.* So ist auch z. G. V. in Rechten erlaubt, und ist in krafft ordentlicher Obrigkeit schuldig, in Dero Landen aller Theurung so viel möglich fürzukommen, und Fürsehung zu thun, damit Korn und Früchte in zimlichen Kauff erhalten werden, und an denselben kein Mangel erscheinen. Et quam aliam pro damno avertendo *justam & honestam causam*, circumstantiæ temporum personarum, & rerum suppeditant: unde etiam plures DDres hanc rem ita generaliter definire malunt, quod sc. ad quem flumina publica in suis territoriis regalium jure pertinent, *justis de causis* prohibere & impedire possint, quo minus in fluminibus publicis per suas regiones & ditiones decurrentibus liberè navigetur. Matth. Steph. *de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. num. 411. seqq. 416. seqq.* Andr. Rauchbar. *qu. jur. Civ. & Sax. qu. 23. num. 11. seqq.* Joh. Gryphiand. *de insul. c. 25. n. 54.* Matth. *de Afflict. supra cit. loc. verb. via num. 3.* Hering. *d. l.* qui duo distinguunt an prohibentis, ne navigatio ista fiat, *intersit*, & prohibere eum jure posse, *an non intersit*, & non posse. Peregrin *de Jur. Fisc. l. 1. c. 1. num. 22. in fin.* Petr. Heig. *in qu. jur. Civ. & Sax. p. 2. qu. 40. n. 125. ibi: nisi ex justa & honestâ causa.* Argent. *d. l. num. 27. ibi.* Dieweil aus solchen Ursachen erscheinet, daß G. die gesuchte Schiffarth auf M. allein zu abwendung allerhand Beschwerden und Nachtheils, die G. V. und Dero Landen und Leuthen daraus erfolgen möchten, zu verhindern und abzustellen fürnimmt: Ob dann nun gleich jemand aus solcher Verhinderung einiger Nutz und Vortheil solte entzogen werden, erachte ich dafür, daß G. V. nichts destoweniger solches zu thun, gut fug und macht haben. *arg. l. 2. §. pen. ibi: Modo non hoc animo fecit, ut tibi noceat, sed ne sibi noceat, ff. de aq. & aq. pluv. arc.*

XVIII.

Quemadmodum autem aliquando libertas & usus navigationis per flumina publica planè prohiberi potest, ita multo magis cuilibet imperanti in suo *circa modum navigationis* & transportandarum mercium disponere, illamque libertatem restringere licet. Quòd variis, legitimè tn. obtentis modis fieri solet & potest, *& vel jure stapulæ* der Staffel-Gerechtigkeit, de quo vid. Besold. *in Thes. pract. h. voc.* Wehner. *in observ. pract. h. voc.* Ziegler. *de jur. Maj. lib. 1. c. 42. per tot.* Strauch. *d Diss. c. 7. num. 6.* Joh. Georg. Becht, *de secur. & salv. cond. th. 13* Casp. Klock. *de contrib. c. 3. n. 87.* Dn. Stryk. *in specim. us. mod. de Rer. Div. §. 11.* & in *Disp. de Jure navium c. 3. num. 65. seqq.* Confer Pufenporf *de J. N. G. lib. 3. c. 3. §. 6.* vel Jure *Gerany* der Krahn-Gerechtigkeit, de quo Ziegler *d. tr. num. 2.* Klock. *d. l.* Strauch. *d. l. num. 6. in fin.* Dn. Stryk. *in specim.*

inspecim. us. mod. d. l. §. *12.* aliisque similibus, Strauch. *d. l. c. 6.* add. & Rosacorb. *pract. forens. cap. 85. num. 27. seqq.* inprimis & jure *exigendi telonia*, *sive vectigalia* fluviatica den Wasser-Zoll, quorum, moderatè tamen, & prout circumstantiæ id permittunt, exigendorum in fluminibus publicis justitia & æquitas, quomodo asseri & defendi possit vid. Pufend. *L. 3. c. 3.* §. *7.* Dn. Kulpis, *in Colleg. Grot. ad lib. 2. c. 2.* §. *6. in fin.* Sixtin. *d. Regal. lib. 2. c. 6. num. 47. seqq.* quam omninò deficere in iis, quæ quis solvere aliquando tenetur, pro solo per medium fluminis alveum transitu, quo ad ripas non divertit aut appellit, sed eas, quæ utrinque sunt, rectà prænavigat, simpliciter dici nequit: cum & rationes suppetant, quæ & illa certo modo justificent. vid. Pufend. *d. l.* Ziegler. *de jur. Majestat. lib. 2. c. 7. n. 16. & 19.* Quamvis in specie horundem justitia & æquitas haud parùm in discrimen veniat, per ea, quæ in utramque quidem partem disputant, nil tamen ipsi definientes Hermes. *in fasc. jur. publ. c. 11. num. 196. seq.* Becht. *de secur. th. 68. seq.* add. Bocer. *de Regal. c. 3. num. 135. seq.* Quamv. sit circumscripta publicis imperii constitutionibus facultas talia vectigalia de novo imponendi, vel vetera augendi, adeò ut ad talia opus sit consensu & Imperatoris, & omnium Electorum & vicinorum Statuum, qui inde lædi possunt, patet *ex Rec. Imp. de Ao. 1576.* §. weiters sind. *116. seqq. Capitul. Leopold. Art. 21.* Sixtin. *de Regal. modo cit. l. n. 16. seqq. plur. ubi latè.* Carpzov. *de L. Reg. Germ. c. 8.* Dn. Stryck. *d. l.* §. *10. in fin.* Ex quo hoc omninò sequitur, quod si aliquis navigiis prætervehens, maximè cum mercibus, & rates, lignave traducens, consueta vectigalia solvere detrectat, aut subterfugiat, ei transitus præcludi & ligna transvehenda detineri queant: quæ detentio & impediendi actus cum sit species defensionis, maximè ubi in morâ periculum, licita est: & fieri solet, daß der Fluß an der Gräntze mit einem überzuge von etlichen starcken Bau-Zimmer, oder auch mit Einschlagung deß Floßrechens beschlossen wird, aliisve modis, de quibus Fritsch. *de jur. Grut. cap. ultim. num. 5. seqq.* aliisve modis, de quibus Fritsch. *de jur. Grut. cap. ultim. num. 5. seqq.* addat, Becht. *de securit. thes. 64.* cùm & aliàs merces, simul atque locum, ubi vectigalia solvenda, sine factâ professione, prætervectæ sunt, planè in commissum cadant, & fisco statim ipso jure acquirantur *l. 14. ff. de Publ.* modò tn. ex dolo, & animo defraudandi fiscum, professio facta non fuerit, da einer die wahren betrüglich verleugnet, oder sonst, den Zoll wissentlich entführet. *l. Cotem. l. 11.* §. *2. l. 16.* §. *11. ff. de public.* & is qui vectigalia prætendit, ea imponendi vel augendi jus habuerit: ubi enim hæc deficiunt, res non tantum in commissum non cadunt, sed & qui ita illicitè exegit, id omne, etiam cum pœna, restituere tenetur, per ea quæ hanc in rem congerunt Rosenthal. *de feud. c. 5. concl. 43.* Bocer. *de Regal. c. 2. n. 185. seq.* Mynsing.

5. obs. 29. n. 2. seq, & in Camera Imperiali contra istiusmodi vectigalium illicitorum exactores, de iis non exigendis mandata inhibitoria, pro jam exactis v. restitutoria impetrari solent. Frider. Mindan. *de man. c. 42. num. 1. seqq.* Becht. *d. l. th. 59. & th. 71.* ubi ex Gylmanno decretorum, in ejusmodi casibus à Camera Imp. mandatorum exempla adducit. vid. tamen Ziegler. *de jur. maj. lib. 2. c. 12. n. 11. & 12.* Quod si verô navigiis prætervecturus, aut ligna derivaturus, vectigalia consueta Zoll- und Gleits-Geld solvere paratus sit, an Princeps, Comes, vel alius territorii dominus liberum commeatum per flumina publica, quæ in ejus sunt imperio & proprietate, illi petenti concedere teneatur, quæri meretur? Fritsch. *d. tr. c. 3. n. 17.* negativam: nempe qnod vicinus princeps *invitus cogi* nequeat, ut accipiat solvenda vectigalia, & patiatur vicinum per flumen territorii sui ligna ad alium locum transvehere his rationibus defendit. 1. quod hæc res speciem quandam servitutis habeat. 2. quod sæpè damnosa sit principi ejusque subditis. 3. quod libertas navigationis hodiernis moribus restricta, ac limitata sit, & à Principis voluntate dependeat. *Æquum* tamen videatur ad necessitatem usus domestici, solutione factà vectigalis consueti saltem *jure vicinitatis vel familiaritatis* hoc concedere. Nos aliquantò distinctius & plenius rem consideraturi, distinguimus; aut aliquis prætendit liberum transitum & navigationem per flumen, tanquam sibi competentem *vel communi hominum jure, vel formato* alio, *& singulariter quasi proprio jure.* Si expetat *communi hominum jure*, quod hactenus societatis humanæ æquissimum, aut simpliciter humanitatis jus diximus, iterum subdistinguendum esse censemus, an dominus territorii *justam causam habeat* navigationem istiusmodi aliquam impediendi, aut prohibendi, & nullo jure tenetur vectigalia accipere & transitum sive navigationem, aut transvectionem permittere, *per ea quæ in th. 16. & 17. an verò justam causam nullam habeat*; & tùm maximè si navigaturus *ex causa necessitatis*, quæ admittere leges nescia est, istiusmodi usum aut libertatem in fluminibus publicis sibi expetere opus habet, dominus territorii, ex ratione Juris Gentium & humanitatis æquissimâ, eandemei tenetur concedere, adeò, ut, præterquam quod eam denegando boni principis nomen amittat, & sanctissima societatis humanæ jura non minimum violet, etiam aliquando ab invito eo certa ratione quodammodo vindicari possit, & ita à domino territorii hactenus simpliciter & in totum prohiberi nequeat, Ziegler. *de jur. Maj. l. 2. c. 15. n. 21.* Dn. Kulpis, *in Colleg. Grot. d. l. §. 6. lit. f.* junct. Dn. Text. *in syn. Jur. Gent. c. 17. n. 37.* & iis quæ habentur infra in *th. 19.* Præstitis tamen de cætero præstandis, de quibus in *th. 11. & 14.* quæ hoc efficiunt, ut metus esse nequeat, ne aut in speciem quandam servitutis abeat ista naturali ratione relicta libertas, aut damnosa eveniat principi concedenti, aut ejus subditis;

ditis; Et quamvis hodiernis moribus variè reſtricta ſit iſta navigandi libertas, aut in genere rerum publicarum uſus, hæc tamen reſtrictio cum certos fines ſaltem reſpiciat, non valet tollere univerſum earum rerum uſum, ultra terminos ſuos nullatenus extendenda Ziegler. *d. l.* Hopp. *ad* §. *2. I. de R. D.* ubi, quod quousque princeps uſum rerum publicarum non reſtrinxit, vel diſertè prohibuit, eo usque adhuc hodie, eodem modo quo jure Civili videatur conceſſus: Rat. quia uſus illarum rerum ab initio liber fuit, & omnibus ex populo competiit; reſtrictior autem factus per ſupervenientem prohibitionem Principis; Atqui verò Princeps univerſum earum uſum non ſuſtulit, *nec tollere potuit*, ſed in aliquibus duntaxat reſtrinxit, aut certos uſus interdixit: ut adeò *ubicunque nulla præceſſit reſtrictio vel prohibitio, ibi nec hodie denegari debeat liber ejusmodi rerum uſus.* Si vero facultatem navigandi, prætervehendi aut traducendi ligna ſibi aliquis vindicare audeat, tanquam *ex jure aliquo formato* particulatim ſub ſpecie quadam quaſi ſervitutis quæſito, ſemper & ubique, ubi controvertitur, in judicium deducibili, & per actionem aliquam omnimodò, etiam ab invito, exigibili: ubi minimum curatur, an damnum aliquod inde in proprietarium redundet, proinde nec præcisè cautione aliqua deſuper præſtandâ, nec literis Reverſalibus aliisve cautelis opus, uti in iis quæ jure innoxiæ utilitatis petuntur: tum ſanè dominus territorii invitus ad eam facultatem alicui, utut vectigal ſolvere paratus ſit, concedendam aut relinquendam, quamdiu talis illud jus ſibi legitimo modo conſtitutum non docuerit, cogi nullà ratione poteſt. Eſt enim quælibet res per naturam ſuam libera, *l. 9. l. 10. C. de ſervit.* & ſervituti nulli obnoxia, niſi ex impoſitione vel legis. *l. fin.* §. *1. C. de ſervit.* vel hominis, imprimis domini. §. *fin. I. de ſervit.* quæ ubi deficit, deficit & dominum ad tale quid in ſuo permittendum & ſuſtinendum, cogendi omnis juſta ratio. Contra vero ſi quis facultatem navigandi, aut ligna derivandi per flumina publica, præter eam quæ ex lege humanitatis cuilibet competit, inſuper in ſpeciem quaſi cujusdam ſervitutis, aut alterius alicujus juris ita formati, ex conceſſione domini ſub iſta forma ſibi quæſitam habet, is omninò firmiori juris ſubſidio nititur, quâm is, qui quod prætendit unicè accepto ferendum habet alterius amicitiæ, virtuti, benignitati, amori in ſocietatem humanam, ſanctè quidem ubique cuſtodiendam. Sæpius enim homines humanitatem dediſcunt, & amorem talem exuunt, & proficit tùm ſubſidium plenioris alicujus juris, quod remedio aliquo coactivo, per legitimos judiciorum tramites, etiam à nolente & refragante extorqueri poteſt. Patet inde, quod longè ſecuriores de jure ſuo ſint illi, qui iſtam facultatem navigandi & ligna derivandi per flumina publica in alterius territorio ſeparatim ſibi quæſitam habent, mediante aliquo pacto, transactione, emtione, permutatione, aut

aut reciprocâ per utriusque territorium liberæ navigationis concessione, das Flößen hin und wider gegen eineinander frey zu gebrauchen, aut alio justo titulo, & modo legitimo, etiam investiturà quadam & in feudatione, præscriptione, de quibus pleniùs Fritsch. *de jure Grut. c. 3. & 4.* Jacobin *de S. Georg. de feud. in verb. ibi in flumin. n. 11. p. m. 229.* Besold. *p. 5. conf. 239. n. 4. seqq.* addat. Oetinger, *de jur. & controv. lim. c. 12. n. 25. 26. & seqq.* ubi, quam variis modis flumina, & eorum usus, jure quodam proprio competere possint, per ea, quæ sequuntur, verba: Deren (Flüße) Sie (die Fürsten und Herrn,) zwar ein theil, und sonderlich diejenigen, welche man jährlich mit Schiffen zu gebrauchen gehabt, und im gemeinen Nutzen nicht entrathen können, frey gelassen: Etliche gantzen gemeinden übergeben: Ein theil auch anderen Privat-Persohnen Kauffsweiß oder durch sonderbahre contráct zugestellt: Etliche auch Zinßbahr und zu Erblehn gemacht. Dannenhero können heut zu tage alle Flüß und fliessende Fischwasser in fünfferley Geschlecht abgetheilet werden. Etliche sind frey und männiglichen zum gemeinen Gebrauch zugelassen, als gewohnlich die Wasserströhm, welche Schiffreich sind, und darinnen jedermann zu fischen Macht hat: darnach die Bann-Wasser, welche den hohen Obrigkeiten zugehören und verbannet, das ist, verbotten sind, daß niemand darinnen ohne Erlaubnüß fischen darff: Zum Dritten die allmand Wasser, welche den Gemeinden der Stätten und Dörffern zugehören, die allein Sie, und nicht andere zu niessen haben: Zum Viertén sind eigene und privat-Wasser, welche sonderbahren Personen zustehen, damit Sie, wie mit anderen Ihren Gütern zu schalten und zu walten haben: Zum Fünfften Erb-Lehen-Wasser, daraus man den Herrschafften einen jährlichen Zinß zu reichen verbunden ist, welche die Innhabere in Ihrem Nutzen zu gebrauchen und zu erhalten haben.

XIX.

Cui talis navigiis faciendus per flumina publica transitus, aut alius istiusmodi navigationum usus innoxius, saltem ex jure humanitatis debitus, ab alio superiorem non recognoscente inhumaniter denegatur, an sicubi jure belli gaudeat is, cui negatur, hic ipse justam adversus ita denegantem aut prohibentem belli gerendi causam habeat ad eum sibi vindicandum? Pro affirmativa faciunt, quæ habet Grotius, *l. 2. c. 2. §. 13.* Bocer. *de jure belli c. 4. num. 15.* Molin. *de just. & jur. tr. 2. d. 104. num. 7.* & alii quos ibi allegat; Pro negativa quæ tradit Strauch. *de imper. mar. c. 8. §. 2.* Ziegler. *ad Grot. d. l.* Dn. Cancell. Osiand. *ibidem*, ubi quod nimis rigidum, bellum posse propterea inferri. Nos breviter ita sentimus, quod ubi necessitas transitum aut navigationem omninò exposcit, & ex sola inhumanitate, nullàque justâ causâ ab alio negatur, pro non

omninò

omninò injusto habendum sit istud bellum, quod ad vindicandam istam transeundi aut navigandi libertatem, communi hominum jure competentem, suscipitur, aut saltem ei neutiquam succensendum sit, si vi & armis viam sibi aperiat, aut obstacula in fluminibus publicis posita removeat, perfringat, aut perrumpat. *Textor. supr. cit. loc.* Bœcler. *ad Grot. d. l.* Pufendorf. *l. 3. c. 3. §. 5.* ibi: *qui ubi necessitas adegerit, etiam vi possit vindicari, siquidem ex inani diffidentia, aut animi malignitate denegetur. Quanquam prius ea venia placide sit petenda, neque vi perrumpendum, antequam appareat ex solâ inhumanitate, citra justam causam dominum soli eam denegatum ire.* Hoc cum ita obtineat in vindicanda libertate, ex jure humanitatis saltem competente, multo magis locum inveniet in casu, ubi transitus, aut navigationum usus ex pacto, ex transactione, aut alio quolibet pleniori jure debitus per injuriam à tali denegatur. Quicquid enim in statu *vigentis judicii* actionibus legitimis exigere possumus, id in statu *cessantis judicii*, veluti si res est cum superiorem non recognoscente, bello repeti aut vindicari potest. Ubicunque enim desinunt judicia, incipiunt bella vid. Grot. *de jur. B. & P. l. 2. c. 1. §. 3.* Dn. Præses in *Disput. in illustri Collegio habita, de Recuper. bellica, thes. 6. junct th. 4. & 5.*

XX.

In imperio nostro R. Germ. si Princeps principi, aut alius status & territorii Dominus alii constatui & alterius territorii Domino, aut ejus subditis, transitum aut navigationum usum negaverit, is, cui negatur, adversus denegantem in Camera Imperiali impetrare potest. *Mandata sine clausula*, tanquam in facto omni jure prohibito, auff die vier Fälle. *Ord. Cam. p. 2. t. 23.* Mev. *ad Jus Lub. lib. 1. tit. 1. art. 11. n. 9.* id quod præjudiciis adductis, in causa *civitatis Aquisgranensis* contra Ducem *Juliacensem*, d. 27. Oct. 1586. & Senatus *Bremensis* contra Comitem *Oldenburgensem*: Senatus *& communitatis Brunsvvicensis*, contra *Ducem Brunsvvicensem*, Nobilis Alsati, *Louzelbourg*, contra *Episcopum Argentinensem*, firmat Rosenthal, *de feud. c. 5. conclus. 21. num. 3.* ubi addit, quod infinita adhuc alia dentur, Matth. Steph. *de jurisdict. l. 2. p. 1. c. 7. num. 414. seqq.* non minùs & præjudicio in causa deß Holtzflötzens *civitatis Ulmensis* contra *Fuggeros* Ao. 1582. roborat Petr. Frider. Mindan. *de Proceß. l. 2. c. 36. num. 10.* ubi etiam quid mandata talia impetrans observare debeat, Fritsch. *de jur. Grut. c. ult. num. 3.* Gylman. *Symphor. supplicat. tom. 2. p. 3. tit. 6. supplicat. 1.* Sixtin. *de Regal. lib. 2. c. 3. num. 42.* Non minùs etiam mandata sine clausula sive *inhibitoria*, sive *restitutoria* in Camera decerni solere contra deteriorem usum fluminum publicorum reddentes, aut aliâ ratione obstantes, quo minus in fluminibus publicis usus liber sit, arg. *l. 1. ne quid in flum. publ. l. 1. ff. ut in flum. publ.* traditum reliquerunt Dn. Myler. ab

Ehrenb. *de Princ. & ſtat. Imp. p. 2. c. 66. n. 5.* Sixtin. *de Regal. d. l. num. 39. & 40.* idque ità ſive homines, ſive merces vehantur, adeò ut nec ſi merces vehantur cogi quis poſſit, ut hoc vel illo loco eas exponat. ex Mynſ. *Reſp. 13. num. 3.* Sixt. *modo cit. loc.* ubi præjudicia. Quod tamen cum exceptione intelligendum, niſi locus, ubi detinentur, eo privilegio aut jure jam gaudeat. vid. *th. 18.* Quæ omnia ita obtinere, modò navigatio ſine juſta cauſa, aut cum alteriùs injuria, impediatur, aut flumen deterius reddatur, aliâs vero ſecus dicendum eſſe, rectè notat per *l. 4. ff. de ripa mun.* Myler. *d. l. num. 5. in fin. addat.* Sixtin. *d. l. 2. c. 3. num. 41. ſeqq.*

XXI.

Nec ratio juris obſiſtit, quo minùs & is, qui ita injurioſe ab alio, jus aliquod novum hac in re ſingulariter in ſuo territorio vi juris ſuperioritatis ſtatuente & obſervante, excluditur à libero navigationum uſu & commeatu, jure retorſionis eo, quod in odium eorum qui novi juris aliquid perperam ſtatuerunt, iniquitatis corrigendæ, ſeu inæqualitatis ad parilitatem reducendæ gratia adinventum, & hoc reſpectu ſumma æquitate nititur. Carpz. *p. 3. c. 38. d. 1. n. 2. & 3.* adverſus illud ſtatuentem & uſurpantem uti poſſit, eum iterum mediante tali ſtatuto, utique ſi & is poteſtate legum ferendarum gaudet, excludendo à libertate navigandi per ſuum territorium *arg. l. 1. §. 1. l. 2. & 3. ff. Quodquisque jur. in al. ſtat.* & eorum quæ habet. B. Dn. Lauterbach *in conclus. for. exercit. 5. th. 12.* Hahn. *ad Weſenb. d. l. n. 3. obſ. ult. ubi n. 6.* quod ſi civitas excludat à nundinis alterius civitatis mercatores, hæc recte & illos arceat à nundinis ſuis: quomodo conſtitutum in dem Fürſtl. Braunſchweigiſ. Lüneburg. Landtags Abſchied zu Saltzdalen *Anno 1587. §. 45.* ibi: und iſt demnach von dem Gn. Lands-Fürſten S. F. Gn. Unterthanen krafft dieſes frey zugelaſſen und ſie damit privilegiret, daß diejenigen welche ſie auſſerhalb S. F. Gn. Fürſtenthumern zu ihrem Jahrmarckt nicht geſtatten wollen, innerhalb Fürſtenthums ſo wenig in als für den Stätten hiernechſt auch nicht gelitten, ſondern auff ihr ankommen von den Beamten und Gerichtsherrn hinwiderum zuruck gewieſen, und die wahren verſchloſſen werden ſollen.

XXII.

Pariter & hodiè adhuc iis juris remediis, quæ legibus noſtris prodita, & contrario uſu non abrogata inveniuntur, adverſus quemcunque alium in fluminum publicorum libero uſu nos impedientem, aut prohibentem, aut aliâ aliquâ ratione jus noſtrum nobis difficilius aut deterius reddentem, uti poſſumus. Ziegler *de Jur. Maj. l. 2. c. 15. §. 29. ibi: Quod prætori olim licuit circa flumina & eorum curſum conſervandum, id mutatum ferè hodie nihil eſt:* & quidem tam *poſſeſſoriis* & interdictis ſive *prohibitoriis*, & tùm *illo,* quo id agitur,

ut

ut liceat in flumine publico navigare, navem per ripam onerare aut exonerare *l. 1. pr. ff. ut in flum. publ. navig. lic.* Daß ich ungehindert in einem freyen fliessender Wasser schiffen, am Gestade aus oder einladen und daran nicht gehindert werden möchte. Noe Meurer vom Wasser-Recht *tr.* von Insuln *part. ult. num. 5.* B. Dn. Frommann. *de differ. act. pet. & poss. th. 43.* tum *illo*, quo agitur ne quid in flumine publico fiat aut immittatur, quo iter navigii deterius reddatur *l. 1. pr. & §. 15. ff. de flum. & ne quid in flum. publ.* sive *restitutoriis*, facto jam absoluto *d. l. 1. §. 19. seqq.* B. Dn. D. Frommann. *de differ. act. pet. & poss. d. th. 43.* Ziegler. *d. l. §. 29. seqq.* Noe Meurer vom Wasser-Recht *d. part. ult. num. 2. & 3.* ibi: Dieweil wissend daß keinem zugelassen in gemeinen fliessenden Wassern was fürzunemmen, dardurch der gemeine Gebrauch oder Schiffung verhindert, derohalben so jemands in ein Wasser was zu bauen, oder auch einzulegen willens, hat man personalem actionem, oder interdictum ne quid in flumine publico, quod est prohibitorium dardurch ihnen solches gewehret, oder so er schon gebauet oder eingeleget, dardurch die Schiffung verhindert, ist einander interdictum restitutorium in Rechten gegeben, da die Klag darauff zielet, daß er solches wiederum weg zu thun schuldig erkennet werde: *quàm petitoriis*, veluti adversus prohibentem aut impedientem me in usu fluminum publicorum, adeòque & navigationum exercitio, etiam actio injoriarum parata est. *l. 13. §. fin. ff. de injur. L. 2. §. 9. ff. nequid in loc. publ.* Schneidewin. ad §. 2. *J. de R. D. num. 9.* Hermes, *in fasc. jur. publ. c. 11. num. 193.* Quod si aliquis libertati jure hominum communi competenti, arctius quoddam vinculum super adjecerit, pacto quodam, aut alio aliquo contractu, & mediantibus illis titulis, & modis ad id jure inventis & probatis, facultatem liberè navigandi, rates aut ligna transvehendi per flumina publica per alterius territorium labentia, *jure quodam singulariter quasi proprio*, sibi quæsiverit, tùm secundum id quod actum est, & ab actore nunc intenditur, locum etiam inveniet vel actio aliqua personalis, sive ex pacto, condictio ex moribus, sive ex contractu, qui intervenit, veluti actio exstipulatu, emti &c. quâ agitur in id, ut Judex declaret eum esse obligatum ad præstandum, dandum, vel faciendum id, in quo fidem dedit, & quod promisit. *l. 3. ff. de O. & A.* vel etiam ubi jus tale à Domino illi alteri actu jam est constitutum ad illud jus contra quemcunque impedientem asserendum & vindicandum, *actio realis*, veluti *Confessoria utilis*, argumento eorum, quæ inprimis de jure piscandi, venandi, jurisdictione, similibusque aliis juribus tradunt. Gail. *l. 2. O. 66. per tot.* Schneidewin. *ad §. 2. I. de act. n. 10. & 11.* Vinn. *ibid. num. 2.* Bachov. *de action. d. 2. th. 23.* Joh. Bapt. à Villalob. *Comm. opin. lit. A. n. 32.* Ern. Cothmann. *4. Cons. 1. n. 17.* C. J. A. *ad tit. Si serv. vind. th. 9* junct. *ad*

tit. de servit. th. pen. Quamvis enim strictè loquendo servitus nulla imponi possit mari, fluminibus, aliisque rebus, quoad usum liberum Jure Gentium omnibus communiter patentibus, *l. 13. pr. ff. commun. prædior.* Noe Meurer, vom Wasser-Recht. *tr.* von den Insuln. *p. 6. n. 9.* & quando facultas istiusmodi alicui singulari jure concessa apparet, tunc potius dicatur reductio ejus rei per eam facultatem ad terminos juris Gentium. Molin. *de I. & I. tom. 3. tr. 2. disp. 702. n. 6.* ejusque adstrictior quædam obligatio, securitas, & confirmatio; Tamen quia illius plenioris juris in fluminibus publicis per alterius territorium fluentibus, inque ejus proprietate existentibus, superinductio valde similis est servitutis in alieno prædio constitutæ acquisitioni, nil obstat, quo minus, per interpretationem, ex mente & ratione legis, confessoriam servitutibus formaliter sic dictis, propriam, §. *2. I. de action. l. 2. ff. Si serv. vind.* producamus, & propter convenientiam talem accommodemus ad istiusmodi facultatem in fluminibus publicis singulariter concessam, asserendam, quæ propterea *rectè confessoria utilis, scil. ex mente*, dicitur; cui contraria est *negatoria utilis*, quæ competeret ei, qui alii perpetuum & formatum tale jus in fluminibus publicis, in ejus territorio, potestate, ac proprietate existentibus, negat, & ab eo flumina ista libera esse intendit. v. Cothm. *d. l. n. 17. seqq. junct. n. 130. seqq.* quæ itidem non alia, quàm *utilis ex mente*. Quemadmodum & aliàs talis confessoria & negatoria, & moderno jure pro vindicandis variis aliis, vel noviter inventis, juribus locum inveniunt, & applicantur: de quibus latiùs *tùm in genere*; *tùm in specie* per infinita exempla. v. Dn. Schwendendorff *de action. sect. 2. per tot.* Quas tamen ut potiùs dativas cum Bachov. *modo cit. loc.* dicamus, ratio juris non admittit, non quidem ea, quasi dubitaremus de dativarum existentia; tot textibus enim hanc evincentibus, vid. B. Dn. D. Frommann. *disp. de diff. act. nat. & dat. passim, & per tot.* frustraneum eorum judicamus conatum, qui sive à multis retrò annis, sive novissimè actionem dativam non dabilem defendere satagunt; sed quia hæ tales actiones se fundant in jure aliquo, servituti alicui stricte sic dictæ valdè simili, eique contrariâ libertate, adeoque oriuntur ex materiâ aliquâ præexistente, aut causa intermedia, ad actionem producendam habili: quæ est nota actionis nativæ. Varia adhucdum alia remedia, pro varietate factorum, ratione & occasione hujus circa flumina publica competentis libertatis & facultatis nasci possunt, sed quæ singula hîc excutere, maximè cum facilè ex locis suis, ubi casus ita contingunt, depromi possint, de industriâ supersedemus.

SIT SOLI DEO GLORIA.

V. DIS-

V.

DISSERTATIO
DE
JURE CONDOMINI TERRITORIALIS,
EXTRA TEMPUS ADMINISTRATIONIS,
PER ALTERNAS VICES QUÆ CONDOMINIS COMPETIT, CONSTITUTI,

PRÆSIDE

MICHAELE GRASSO,
J. U. D. Pandect. & Sanction. Crim. Profess. Publ. Ordin.
Serenissimi Ducis Würtembergiæ Consiliario,

PRO LICENTIA

JOHANNE CHRISTOPHORO HARTLIEB dicto WALSPORN,
Memminga-Suevo.

TUBINGÆ, 1717.

A. Ω.

PRÆFATIUNCULA.

PRæsens hoc thema inaugurali, qui post exantlata consueta Examina in Alma hac Eberhardina nobis nunc incumbit, labori lubentes destinavimus, partim ob nobiliorem ejus præstantiam, partim ob crebriorem ejus etiam in Summis Imperii nostri Tribunalibus & inter personas quoque illustres integrasque Respublicas aut universitates obvenientem usum. Hoc equidem, si pro dignitate sua penitius explicare aut exhaurire deberemus, diffusissima opus foret tractatione, cui hac vice invigilare nobis non licet, cum officii ratio, & aliæ circumstantiæ, ad ea quæ peragenda jam imminent, citius nos revocent. Agemus ergo quæ per temporis compendium poterimus, selecturi tanquam ex uberiori messe ea, quæ præcipue e re esse visa sunt. Nullatenus vero dubitamus, quin & hæc, qualia qualia sunt, ad destinatum suum finem usui futura sint, quæ ut æqui bonique consulantur, est quod voveamus atque speremus.

TRACTATIONIS.
Caput I.

Exhibens generaliorem hujus materiæ doctrinam, cognitionem atque complexum.

§. 1.

DEscribi poteſt Jus Condomini territorialis extra tempus adminiſtrationis, alternis vicibus cuique Condominorum concreditæ, conſtituti, quod ſit facultas moralis jure quæſita ei, qui territorium aliquod cum alio, vel uno pluribus, eodem habendi modo, pro partibus indiviſis proprium habet, circa illud ipſum una cum juribus pertinentiis & acceſſionibus ſuis juſte aliquid, non tantum cum conſenſu condomini, aut, ſi plures ſunt, reliquorum condominorum omnium, ſed & non adhibitis in conſilium illis, ut ut in adminiſtratione per temporum ſubalternationem legitime exiſtentibus, pro libero legibus communionis tamen non contrario arbitrio ſuo agendi vel habendi. Sive brevius eſt Jus in aut de territorio plurium pro partibus indiviſis proprio ſine metu impedimenti cum juris quodam effectu ab Adminiſtratoribus objiciendi juſte aliquid agendi vel habendi.

§. 2.

Ut res planior fiat deſcriptionem illam per partes ſuas non nihil quantum opus erit plenius explicabimus. Vocabulum Juris quam variæ ſit ſignificationis in eo non morabimur vid. Hahn. *ad Weſ. ad tit. de J. & J. in Obſ. 14. ad verb. varie quoque* Ekhold. & Schwend. *in notis ad dict. tit.* §. *16.* Rebhan in Hodeg. *jur. ch. 2. clim. 1. par. 8. lit. a. b.* Dn. Lauterb. *in colleg. theor. pract. ad tit. de juſt. & jur. theſ. 20.* Hic nobis accipitur Synonimice cum poteſtate legitime competente, uti hinc inde non tantum apud Philoſophos, ſed & Jureconſultos in legibus noſtris uſu venit *leg. 215. ff. de V. S. leg. 1. leg. 3. ff. quod quisque jur. in alt.* Loco generis ponitur *facultas.* Hæc etenim, uti & vocabulum *poteſtatis*, *laxius* quando ſumitur, latiorem infert ſignificationem, quam vocabulum *Juris.* Dicitur quippe quis ſuo jure uti, quoties quis facultatem ſeu poteſtatem, quam quis ad aliquid habet, recte exercet: unde & Lud. Molin. *de Juſt. & Jur. tr. 1. Diſp. 1.* in genere jus definit per facultatem aliquid faciendi, ſive obtinendi, aut in eo inſiſtendi, aut alio aliquo modo ſe habendi, cui ſi absque legitima cauſa contraveniatur injuria fit eam habenti, id quod recte probat & plurimis exemplis juridicis confirmat Hahn *in eleganti ſuo tract. de Jure rer. c. 1. concl. 2. & concl. 5. per tot. & ſeqq.*

§. 3.

§. 3.

Dicitur quod ſit facultas *moralis*, quia hoc jus talem facultatem denotat, quâ perſona aliqua cum effectu morali poteſt edere actionem voluntariam, ita ut cum ex ejus arbitrio pendeat agere id an omittere velit, effectus actionis in agente ſe exerat, eique imputetur, vel in bonam vel in malam partem pro diverſitate qualitatis actionum vid. Pufendorff *in Elem. Jurisprud. univerſ. l. 2. axi: 1.* non autem ponitur ſimpliciter *facultas moralis*, ſed cum additamento *jure quæſita*, quandoquidem *illa* videtur magis inſinuare *actualem præſentiam qualitatis alicujus* in res vel perſonas, obſcurius autem ſaltem connotare & fere in medio relinquere *modum*, quo quis ea ſit potius; hunc vero ſuperaddita *hæc verba* perſpicue indicant, ut jam intelligamus iſtam facultatem recte fuiſſe acquiſitam, & jam recte quoque obtineri & exerceri Hahn *d. tr. cap. 1. concl. 2. n. 7.* Hæc duo vero *qualitatem* ſc. illam & *modum* per vocabulum juris magis exprimi, quippe quod utrumque perſpicuè in ſe habet, ſtatuit Pufendorff *d. l. def. 8. §. 1.* & exinde quoque JCti, quod alias per *facultatem* communiter definitur, per vocabulum *juris* reddere ſolent, ut percipiatur *non omnem* facultatem aut poteſtatem, etiam *naturalem* ſaltem intelligi debere, ſed *legitimam & juſtam*, quæ homini competit ad aliquid juſte habendum aut agendum ex Dei vel mortalium ordinatione, atque ex cauſa de effectu judicari debere. Feltmann. *in tr. de Jur. in re & ad rem c. 1. n. 34*

§. 4.

Condominus territorialis ille eſt, qui aliquod territorium, cum alio vel aliis proprietate tenus, pro partibus indiviſis, commune habet. Alias *Dominus* ſimpliciter talis propriè is eſt, qui jus in re tale habet, quo res corporalis ſingularis fit propria, uti id patet *ex leg. 13. §. 1. ff. de damn. inf. junct. leg. 16. §. 33. l. 19. pr. eod. l. 2. §. 1. D. ſi ſerv. vind. l. 6. C. d. pact. int. empt. & vend. l. 16. C. d. præd. & al. reb. min. leg. 2. & 3. C. de jur. domin. impetr. l. 3. §. 12. ff. ad exhib. leg. 13. §. 1. C. de jud.* in quibus ultimis duobus textibus 4. ſpecies ſimul tanquam ſibi contra diſtinctæ recenſentur, & præcipua jurium in re ſpecies dicitur, quia cœtera jura in rem virtualiter comprehendit. Joh. d. Lugo *d. J. & J. t. 1. d. 2. §. 1. n. 1.* & in ipſum corpus aut ipſam rei ſubſtantiam comparatum *d. leg. 13. ff. de damn. inf.* ita ut etiam ad extremum proprietatis, quod eſt alienare, perdere, conſumere, ſe extendat. Hahn, *d. tr. c. 2. concl. 18. n. 3.* â quo proximius abeſt *Jus hæreditarium*, quippe quod etiam eſt quaſi quoddam univerſitatis dominium, quo res illa univerſalis, aut hereditas univerſa, aut quota quota eſt etiam noſtra aut propria dicitur *l. 24. ff. de V. S.* dominium inſimul rerum ſingularium, poſitis terminis habilibus præſumtive ſub ſe comprehendens *l. 37. ff. de A. vel O. H. l. 80. ff. de leg. 2.* & hactenus eo magis referendum,

cum

cum & hactenus in substantiam ipsius rei competere posse non male dicatur *arg. l. 13. ff. fam. erc.* Dn. Præses *in concl. Jurid. inaug. noviss. concl. 5.* cum ibid. all. Thom. apud Fritsch. *in Diss. leg. Ac. diss. 6. d. Litig, pos. 6. n. 17. seqq. & n. 24. seqq.* in quo hæ duæ juris in re species differunt à *reliquis tribus* speciebus, *servitute*, *pignore*, & *possessione*, quæ saltim in rei accidentia i. e. in emolumentum & utilitatem, quæ ex illa alio modo haberi potest tantum sunt comparatæ Hahn *d. l. in fin.* Schwendendorff ad Eckhold. *tit. de R. V.* §. 1. qui quidem existimat dominium explicatius definiri *per jus in re in ipsam rei substantiam competens*: cum hoc modo forma & differentia specifica dominii distinctius exprimatur in ordine ad reliqua jura in re, quam si definiatur per *jus in re, quo res corporalis fit propria*, quia proprium esse & ad reliqua jura realia spectet: Sed quia τὸ *proprium* in definitione dominii *stricte*, per *text supr. alleg.* in reliquis vero speciebus *late* & *abusive* accipitur, ita ut dominium hoc modo acceptum convertibiliter se habeat cum jure in re in genere considerato, quod Bornio quinquemembri juris in re divisioni ab Hahn statuminatæ se opponenti *integr. diss. Lips. hab. Anno 1662. de jur. in re act. real. prod.* luculenter satis commonstravit, textibus ubique locupletissimis pro propria & abusiva illa acceptione adductis Enoch. Glæser *in diss. apol. Bornio hac in re apposita per tot. inprimis c. 2. §. 2. seqq.* non est quod propterea accuratiorem illam & luculentiorem *à fine proprietatis* petitam & communiter receptam definitionem deseramus, potius vero est, ut utramque conjungamus melioris explicationis gratia, *uti jam ex traditis apparet*, de cætero quod Hahn & Schwendend. jus *in substantiam* rei competens unice *dominio* stricte sic dicto tribuant, *de reliquis* vero speciebus juris in re in genere & *indistincte* deprædicent jus in *accidentia* comparatum, id *limitationem* quandam pati ex *jure hereditario*, evincunt modo tradita: Tum vero hoc jus hereditarium tamen in eo differt formaliter *à jure dominii*, quod illud dicat hereditatem *universam* & tanquam rem universalem, qualis etiam dicitur ratione patris quotitativæ *per tot. tit. si pars her. pet. junct. tit. de her. pet.* propriam *leg. 10. pr. 115. seqq. de her. pet.* & deinde *res singulas* in ea contentas ut plurimum saltem *præsumtive* proprias, cum & in hereditate reperiantur communiter non tantum Testatoris propriæ, sed & alienæ, depositæ, commodatæ &c. *Hoc* vero dicat rem corporalem *singularem* propriam, & quidem *vere* talem vid. B. Dn. Frommann. *d. diss. art. petit. & poss.* §. 10. Uti vero hæc hactenus tradita vera sunt de domino *solitario*, ita eodem modo se res habet in eo, qui *commune* cum alio vel aliis in re aliqua dominium habet, *Condominus* inde dictus, qui est is qui jus in re tale conjunctim cum alio vel uno pluribus habet, quo res corporalis duorum pluriumve pro partibus indivisis est propria. B. Dn. Frommann *de condom. th. 5. & passim.* Germ. gemein Eigen-

thumb,

thum, viel herrlich eigenthum, mit oder samt Herrschafft Besold. *in thes. pract.* & Diether. *contin. h. voc.*

§. 5.

Territorium unde dicitur vid. pluribus laud. B. Dn. Frommann. *de condom. territ. c. 1. §. 1.* Aliter autem accipitur de Jure *Civili* Romano Justinianeo, quo territorium sumitur pro universitate agrorum intra fines cujusque civitatis, oppidi, villæ, districtûs, pagi aut Castri *l. 239. §. 8. ff. de V. S. l. 4. §. 2. ff. d. censib.* jurisdictione quidem munita, sed non territoriali moderna, nomine superioritatis territorialis quæ venire solet, tum temporis nondum adinventa, sed saltem tali, quæ Magistratus jure competit, ita ut pro jurisdictionis talis districtu, & sic ager tanquam continens pro contento accipiatur, cum Magistratus ejusdem loci intra fines terrendi aut submovendi jus habeat, die Macht zu bännigen *d. l. 239. & 1. ff. d. V. S. l. f. in ff. d. jurisd. & 4. J. d. Attil. Tut.* B. Dn. Stryck. *d. jurisd. circumsept. c. 1. n. 38.* Aliter vero Jure *publico R. G.* quo etiam sumitur pro universitate agrorum jurisdictione munità, sed immediatis Imperii Civibus proprie saltem competente & Jus superioritatis der Hohen Landes Obrigkeit, ei quippe hodie annexum involvente: uti post Stryck. *l. cit.* rectissime hoc distinguit B. Dn. Frommann. *de Cond. territ. c. 1. num. 3.* add. omnino Dn. Præs. *dissert. de modo taxandi jurisd. §. 2.* Et in ultimo hoc significatu hic territorium accipitur, denotans terræ spatium & universitatem agrorum jurisdictione territoriali in sensu moderno & Statui Imperii nostri R. G. accommodato tali munitâ, quatenus totum illud ex pluribus partibus unitum atq; conjunctum spectatur, quod Dominorum proprium recte dicitur, tanquam res omnino corporalis, non attento eo, quod singuli agri in territorio illo siti non sint istius territorii Dominorum proprii. Sufficit enim hic quod totum tale sit. Et uti id est in dominis solitariis, ita & in Condominis territorialibus, qui tales sunt, quales *thes. 1.* descripsimus.

§. 6.

Non est vero Condominus territorialis, quod jam antevertimus dicere, nisi ei sit territorium cum alio vel aliis proprietate tenus commune *pro partibus indivisis.* Divisio sane realiter quæ facta est, contraria est communioni proprie & strictæ sic dictæ, nec datur amplius condominium partis actualiter jam separatæ atque divisæ, quam quippe quisque Condominorum, qui antea tales erant, sibi soli tenet sine concursu alterius, tanquam totum aliquod solitariè proprium *l. pen. C. comm. div.* Sic quando unius domus duæ partes per divisionem realem actualiter separatæ sunt, ita ut e. g. inferior Titio soli, superior Cajo soli, hactenus ejus inter se condomini qui exstiterunt, actu jam cessa sit atque tradita, ut ut partes istæ partes adhuc dum sint unius corporis,

unius domus, ſtructurâ ſuâ talis, & eatenus adhuc dum poſſit dici quædam communio, quoad formam illam *externam* ex ratione connexionis atque cohærentiæ, quæ & ſic quoque perdurare videtur, tamen proprie loquendo partes illæ non ſunt amplius communes aut plurium dominorum propriæ, ſed quisque ſuam partem tenet totam tanquam ſibi ſoli propriam, de qua ſolus quoque diſponere poteſt pro lubitu, perinde ac ſi nullo unquam modo nulloque tempore fuiſſet communis. *l. 6. ff. Com. præd. l. 25.* §. *1. ff. de V. S.* Debent ergo partes indiviſæ eſſe, ubi Condominium aliquod præſupponitur, & concurrit quisque in qualibet etiam minima parte, adeo ut ne atomum quidem ſupereſſe dicant, qui communioni iſti non ſubjaceat, qua durante quilibet quidem partem juris intellectu habet, neuter tamen Condominorum ſuam partem ab alterius parte diſcretam oſtendere valet *l. 66.* §. *2. ff. d. leg. 2. l. 5.* §. *fin. ff. de reb. eor. qui ſub tut. l. 19. ff. d. A. R. D. l. 43. ff. d. A. vel. O. P.*

§. 7.

Illud nihil interreſt territorium illud an commune ſit pro partibus *indiviſis æqualibus*, an *inæqualibus*. Nam & in territorio *hoc modo* communi non minus quis eſt Condominus, ac eſt in territorio *illo* modo communi, quamvis hic majorem partem ſibi pro indiviſo acquiſitam habeat, quod legitime fieri poteſt quando quis e. gr. tertiam partem ſibi coëmit, altero reliquas partes poſſidente, vel inæqualem ejusmodi portionem Judicio Teſtatoris ſive legati, ſive alio titulo ſibi partam plures pro indiviſo habent, vid. *l. 34.* §. *12. ff. de leg. 1. l. 63.* §. *1. ff. d. A. R. D.* Sane qui eſt Dominus in *tertia* illa, aut minima, parte, æque eſt Dominus & quidem totius illius rei, ac ille, qui jus illud habet in duabus iſtis tertiis, aut in majori parte, cum & *hic* concurrat in parte illa minima per corpus illud univerſum adhucdum quaſi divagante, & in incerto poſita, & *ille* in parte hac majori nondum etiam ad certum aliquod punctum revocatâ, nec certo loco vel termino circumſcripta aut incluſa, ſed cum minori illa particula hactenus pro indiviſo communi, ita ut nec hactenus quis poſſit partem ſuam diſtinctam monſtrare, aut hanc vel illam ſuam ſolam dicere, nec horum aliquis ſine alterius conſenſu aut concurſu aliquid de tali re adhuc ita communi ſtatuere valeat *l. 28. ff. comm. div. vid.* B. Dn. D. Frommann. *de Condom. th. 31. ſeqq. plurib.*

§. 8.

Nec ſine ratione deſcriptioni noſtræ inſerta ſunt verba: *eodem habendi modo.* Ad condominium enim proprie tale requiritur, ut duo vel plures ad unam eandemque rem proprietate tenus concurrant uno eodemque tempore, ac uno eodemque habendi modo, aut eodem Dominii genere. Siquidem ſi alius alio dominii genere rem ſuam dicat, alius verò eandem alio iterum dominii

minii genere sibi vindicet, hi nullo modo possunt dici Condomini, quia non eodem habendi modo jus suum in eo sibi asserunt. Sic quamvis Uxor rei dotalis domina dicatur & maritus quoque jure optimo ejusdem illius dominus sit, tamen nullo modo hi possunt dici Condomini illius, quia quando uxor domina dicitur vid. *l. 3. §. 5. ff. d. minor. l. 71. ff. d. evict. l. 75. pr. ff. de jur. dot. l. 4. ff. d. collat.* dicitur talis, dominio saltim *naturali*, in spe potius consistente, & respectum saltem involvente in futurum soluti matrimonii eventum, quo dos ad uxorem ipso jure & sine retro traditione reversura est ad uxorem vid. Bach. *ad Treut. l. v. 2. D. 7. th. 6. lit. c.* Maritus vero dominus est dominio *civili*, realiter, vere, absolute & cum plenissimo effectu, in quantum legis prohibitio non impedit, sic dicto: *per text. in. l. 30. Cod. de jur. dot. & ib. Dd. §. 1. Inst. quib. al. lic. vel non l. 7. §. 3. l. 75. ff. d. jur. dot. l. 10. l. 21. l 23. Cod. eod. l. 13. §. 2. ff. de fund. dot. l. 1. §. 7. pro dot. l. 21. §. 4. ff. ad municip.* Eodem pacto nec sunt condomini fundi feudalis, emphiteutici, aut superficiei, Dominus *directus* aut superior, & Dominus *utilis* aut Inferior, puta vasallus, Emphyteuta, Superficiarius, quia alio habendi modo, Jus in tali re fundatum habet *ille*, qui quippe dominio, quod vocant *directo*, alio modo *hic*, qui nempe dominio utili, quod appellitant, gaudet: quæ dominii distinctio quamvis quoad nomen in legibus nostris non reperiatur, re ipsa tamen non disconvenit, & insequentibus moribus invaluisse praxique moderna ita vires sumsisse, ut toties quoties de iis judicia nostra personent, indubium plane est: vid. Frommann. *d. domin. acquis. thes. 16. 32. & seqq.* ibique alleg. & Dn. Præses in diss. *de red. dom. leg. 1. thes. 2. & 8. & de eod. diss. 2. th. 1. seqq.* ubi pluribus. Quo ipso tamen non negamus dari & Condominium in hisce dominii minus pleni speciebus, veluti ubi *plures* sunt domini *directi* aut superiores, Ober-Eigenthums-Herren, pro indiviso unius fundi, prædii aut territorii quod alii in feudum, emphyteusin aut superficiem concedunt: & ex diverso ubi *plures* sunt domini *utiles* aut inferiores, die Minder-eigenthums Herren, quibus unum aliquod castrum aut prædium jure vasallagii, emphyteuseos, aut superficiei pro indiviso conceditur. Hi enim utrobique eodem modo habendi, quisque in suo genere, pro partibus indivisis in uno eodemque hoc objecto concurrunt, condomini exinde existentes, & rem tanquam propriam pro partibus illis indivisis sibi vindicantes. laud. Dn. Frommann. *de condom. thes. 8. in fin. & thes. 9* die Gemeins-Herren, ubi condominium territorii dicitur, zwey, drey, oder mehr herrige, viel herrige, mit-zugleich-gesamt-gemeine Herrschafft, Besoldus & Diether. *in th. pract. lit. 2. n. 44. & lit. G. n. 46.* Frommann *de Condom. territ. c. 1. thes. 10.* Huic condominio territorii vero an modo allata & recepta distinctio in dominium directum & utile quoque applicari possit? quæri

 meretur,

meretur. Negat id laud. modo Dn. Frommann. *d.l.c. 3. thes. 2.* Quod tamen non simpliciter, uti verba ibi jacent, accipiendum esse censemus, sed restringi debere ad exempla feudorum Imperialium, quæ dum ab Imperatore conceduntur nullum Condominium directum admittunt, res ipsa loquitur. Neque enim hic reperiuntur plures Condomini directi, qui talia feuda conferunt, nec potest hic casus aliquis, stante præsente imperii R. G. Statu, fingi aut excogitari, quo detur hactenus condominium aliquod directum. Solus enim Cæsar una cum Imperio feuda illa concedit, ubi non nisi unus est dominus superior, nullus vero Condominus, & pro eo hoc habendum, ac si tota Resp. R. G. infeudaret, vid. Itter. *de feud. Imp. c. 19.* §. *2. seqq.* Et ideo negativa illa saltem intelligenda ratione 1. dominii aut condominii *directi*, quod invenire hic non licet, ut modo demonstravimus, non vero ratione dominii *utilis*, in quo concursus plurium Condominorum territorialium neutiquam deficit, ut ex sequentibus ulterius patebit. 2. de *prima* aut immediata illa feudificatione, quæ ita fit ab Imperatore, non vero de *subinfeudatione* aut *sub emphyteuticatione* Condominorum utilium in territorio tali. 3. de eo casu ubi agitur de coexistentia talismodi Condominii territorialis *directi* cum condominio tali *utili*, quale exemplum in feudis ejusmodi imperialibus simul non datur. Quod vero in imperio nostro R. G. unius ejusdemque territorii 1. plures possint esse condomini *utiles*, exempla varia probant, veluti in domo Brunsvico Lüneburgica, Anhaltina, aliisque, ubi plures in regalibus Imp. feudis succedunt, & de iis simul investiuntur, ita ut unusquisque Vasallus domini sit, quamvis ut plurimum unus nomine omnium investituram petere & accipere soleat, qui vocatur der Lehenträger. Itter. *d. l. c. 11.* §. *12.* Struv. *in S. J. F. c. 10. aph. 3. n. 1. seqq.* Stryck. *in Ex. Jur. feud. c. 13. qu. 7. & c. 17. qu. 4. & ibid.* Winziger *in adnot.* B. Dn. D. Grave *de simult. inv. th. 5.* Quod 2. plures domini *utiles* de uno castro aut territorio simul subinfeudari aut sub emphyteuticari possint concludere licet ex *2. F. 9. pr. & 2. F. 26.* §. *Beneficium. 2. F. 55.* §. *insuper 2.* & iis qui hanc in rem scribunt. Struv. *in S. J. F. c. 12. aph. 9. seqq.* Stryck. *in Ex. Jur. feud. c. 19. qu. 23. seqq.* Franzk de laudemio *c. 14. n. 42. seqq.* Dn. Præses *in Diss. de red. dom. leg. 2. th. 7. circ. fin.* Et uti unum subvasallum aut emphyteutam sibi constituere licet primo Vasallo aut primo Emphyteutæ, ita & plures sibi eligere potest pro lubitu. *arg. text. mod. citt. junct. l. 20.* §. *fin. ff. de A. R.* B. Dn. D. Frommann. *de condom. territ. c. 4.* §. *6. & 7.* id quod etiam in feudis regalibus locum invenit, & non tantum ratione partis quantitativæ ad quam id restringunt. Struv. *d. l. aph. 10. n. 5. seqq.* Stryck. *d. l. qu. 26.* aliique, sed & ratione totius feudi regalis, quod de praxi hodierna in plerisque Europæ locis pro indubio habet B. Dn. Maurit.

in

in possit. feud. dec. 13 §. 7. & Germaniæ nostræ consuetudine atque observantia rem esse expeditam censet Itter *de feud. Imper. c. 22.* §. 5. in quo & multi alii ab his allegati consentiunt: quod tamen non aliter ac salvo jure Imperii fieri posse recte monet Dn. Rhet. 2. *in jur. publ. 29.* §. 2. *junct. 8.* prout etiam de cætero subinfeudatio talis legitime & sine fraude fieri debet. Stryck. *d. l. qu. 27. Itter. d. l.* §. 6 Ex quibus jam sua sponte sequitur, quod & 3. in Imperio nostro R. G. unius ejusdemque territorii plures *Condomini Directi* & plures *Condomini utiles* simul existere queant *in subinfeudatione*, quando scil. illi, qui de eodem territorio simultaneè durch eine gesamte Hand-Belehnung, oder Mit-Belehnung investiti plures subalternos Vasallos sub infeudando sibi deligunt atque constituunt, B. Dn. Frommann *de Condom. territ. c. 4. th. 7.* vel quando iterum hi plures subalterni vasalli subinfeudatione secunda, aut ulteriori plures itidem subinfeudant, quod in infinitum fieri posse, post varias variè sentientium Doctorum opiniones recensitas, rectius statuminat B. Dn. Maurit. *d. l. th. 6. &* Dn. Itter. *d. l.* §. 7. quibus in casibus *utiles* illi Condomini primo loco tales quodammodo & sunt Condomini *Directi* in ordine & oppositione ad subvasallos suos, & hos iterum eodem modo ad suos secundo & ulteriori loco subordinatos subvasallos. Dn. Præses *in Dissert. d. Red. dom. leg. 2.* §. *7. in fin.* ubi etiam quod idem obtineat in subemphyteuticatione.

§. 9.

Hoc jus, de quo hic agimus, Condominis dicitur competere, uti *principaliter* in ipsum territorium commune, ita & per *necessariam consequentiam* in ea quoque, quæ ad territorium illud spectant, *jura*, *accessiones*, *omnesque pertinentias.* Quamvis enim dominium stricte sic dictum non competat nisi in res corporales, uti hic est illud territorium, quod designat terræ spatium & universitatem agrorum jurisdictione territoriali munitam, quod, quà est totum ita conjunctum, proprium est communiter id tenentium, utut agri singuli haut sint in horum condominio; Attamen quia pertinentiæ & jura, in specie quoque & jurisdictio aut superioritas territorialis, se habent ad territorium ut virtutes dominii rei corporalis singularis ad ipsum dominium, inde quod Dominus aut Condominus circa territorium agere potest, idem & circa talia jura potest, vi & virtute ejusdem condominii territorialis. B. Dn. Frommann. *d. cond. territ. c. 1. th. 5.* ut propterea merito verba illa *una cum juribus, pertinentiis & accessionibus suis*, descriptioni supra allatæ inseri debuerint, quia & circa ea omnia jus condominii talis se extendit.

§. 10.

Condominus istiusmodi quicquid circa territorium, vel jura ei inhærentia, aut ad id pertinentia, agendum suscipit, in eo merito alterius Condo-

mini, aut si plures sunt, illorum omnium consensum requirit, sine quo in re communi, quà tali, nil valide agere potest. Disponeret enim de re aut parte aliena, quia quævis particula, etiam minima, ita communis est, ut ad alterum quoque pertineat, adeoque invito hoc quicquid agit, sine effectu regulariter agit, cum alteri jus prohibendi sit. *leg. 28. ff. comm. divid. l. 5. ff. d. stip. serv.* & inter tales Condominos unio quædam existat, ut quasi unus tantummodo territorii illius, & huic incumbentis jurisdictionis aliorumque adhærentium jurium dominus sit & dispensator, pluribus illis effective pro una quasi persona reputatis, ut adeo nullus ex iis sine alio quid facere valeat, non magis ac quis sine seipso quid facere posse dicetur. Phil. Matth. *vol. 2. conf. Marp. 27. n. 19.* Bald. *vol. 1. conf. 396. num. 4.* Paul. de Castro *ad l. 18. §. 1. ff. de pign. act.* Si nemo Condominorum in loco judicii communi, gemeinen oder gesamten Gerichts Orth ædificare invito altero potest. *l. 8. l. 27. §. f. ff. de S. P. U.* ex ratione ibi expresse posita, quia is non solus dominus: etiamsi ædificatio aut mutatio fiat in melius. Hect. Fetic. *de Societ. c. 28. num. 16. & 55.* Gail. *de pign. obs. 20.* aliique, quos hanc in rem allegat Brunnem. *ad leg. 28. ff. comm. div.* ubi alias adhuc ampliationes hujus juris profert. Sic unus Condominorum superioritate territoriali gaudentium sine alterius consensu constituere vel immutare quid non potest, vel fœdera pangendo, vel ab illis jam jam pactis recedendo, novas leges aut statuta condendo, mutando & id genus alia moliendo. Quorsum etiam referri potest quod olim in Comitiis Ratisponensibus A. 1654. tractatum legitur inter Electorem Brandenburgicum & Comites de Lipp. de civitate communi ejus nominis, das nemlich kein Theil ohne des anderen Vorwissen und Einwilligung eine Guarnison, Zeug-Haus und dergleichen halten soll. Speidel *in Spec. histor. Jur. pol. lit. S. num. 20.* Joh. Ad. Will. *in Disp. inaug.* Giess *de jurisdict. comm.* von Gemein Herrschafft *c. 4. §. 3.* ubi aliud adhuc exemplum de collectis & gabellis noviter sine consensu omnium & singulorum Condominorum à nonnullis eorum saltem indictis in Civitate Gunzelsau inter Electorem Moguntinum, Episcopum Herbipolensem, Comites de Hohenlohe & Barones de Stetten communi adducit, & actitata illa ex defectu consensus singulorum jure non subsistere recte concludit.

§. 11.

Hæc *de regula.* Dantur tamen casus ubi unus Condominorum etiam territorialium, non adhibitis in consilium, aut invitis plane aliis condominis in territorio aut alia re communi, tum *qua tali*, tum & maxime qua *partem saltem suam*, utut adhuc pro indiviso talem respicit, quid suscipere atque peragere propitio jure nostro potest. Quod innuimus verbis descriptioni nostræ hunc in modum insertis : *juste aliquid non tantum cum consensu condomini*, *aut*

aut ſi plures ſunt, reliquorum condominorum omnium, ſed & non adhibitis in conſilium illis &c. pro libero legibus tamen communionis non contrario arbitrio ſuo agendi vel habendi. Quod attinet ad caſum *primum* facultatis *in re communi, qua communi*, uni etiam dominorum competentis, utut reliqui diſſentiant, ejus varia exempla collegit ex adcitatis Brunnem. *d. l. num. 6. ſeqq.* veluti 1. in commune ſepulchrum etiam renitente condomino mortuum inferre licet favore humanitatis & religionis §. *9. l. d. R. D. l. 2. §. 5. ff. de relig. & ſumpt. fun.* ut & 2. ſi quid fit in re communi, quod alteri non nocet, agenti vero prodeſt, ut ſi parietem incruſtravit aut pinxit. *l. 13. §. f. ff. d. S. P. U.* maxime vero 3. quando *publicæ utilitatis ratio* exigit, ut diſſenſus & prohibitio reliquorum Condominorum non attendatur, hujus enim potior cauſa eſſe debet, quam intereſſe privati *l 51. §. f. ff. ad L. Aqu.* Hoc reſpectu utut uni ſoli invitis aliis condominis ædificare minime liceat, tamen reficere & reparare communem locum poteſt unus etiam contradicentibus reliquis: ſiquidem publicè intereſt ædes à ruinarum fœditatibus præſervari *l. 7. ff. d. off. Præſ. l. f. C. de jur. Reip.* Cujus refectionis tantus quoque favor eſt, ut Condomino intra 4. menſes ſumptus pro parte ipſius erogatos cum uſuris non reſtituente reficiens pro ſolido dominium in loco communi ſibi acquirat, *l. 4. C. d. Æd. priv.* Struv. *d. ædif. priv. th. 46.* Mev. *ad Jus Lub. l. 3. art. 5. n. 6.* Bruckner *diſſ. de jurisd. communi* von geſamten Gerichten *c. 5. §. 6.* idque 4. multo magis ſi tale quid fiat authoritate & juſſu ſuperioris, Magiſtratus aut Judicis Sande *in deciſ. Friſ. l. 3. t. 8. d. un.* Brunnem. *ad d. l. 28. n. ult.* Quod vero ad *ſecundum* caſum attinet facultatis agendi circa partem fundi aut territorii communis tanquam partem agentis propriam, tralatitii omnino juris eſt, uni condominorum competere circa hanc partem ſuam, quà ſuam, uti etiam ita nomine mei, tui, & ſui venit, pars, quam aliquis habet, in re cummuni *l. 23 §. 9. f. in ff. d. V. S. l. 4. c. comm. rer. alien.* & ſingulorum eſſe dicitur *l. 5. §. 1. & 2. ff. de leg. 1. l. 2. ff. de condit. & dem. l. 3. ff. fam. erciſ.* Mev. *p. 8. d. 181. n. 9.* liberum diſponendi & alienandi arbitrium arg. *l. 21. c. mand.* etiam reliquorum condominorum conſenſu non requiſito arg. *l. 3. & 4. C. de comm. rer. alien.* cûm enim in parte tali, pro indiviſo licet, nullus Condominorum concurrat, ſed cuilibet ea quatenus in ſe ſpectatur, ſolitarie competat, alienando nihil decedit portionibus reliquorum Condominorum juxta reſponſum Fac. Jur. in Alma hac Eberhardina ap. Beſold. *p. 2. c. 49. n. 6.* idque per quamlibet alienationis ſpeciem ſive per ultimam voluntatem arg. *l. 1. C. qui teſt. fac. poſſ.* ſive per actum inter vivos e. gr. vendendo, & vel ipſum territorium commune, etiam una cum annexa jurisdictione, vel etiam ſine ipſius territorii venditione, ſaltem jurisdictionem territorialem in ſe aut in abſtracto conſideratam, cum utroque modo in vendi-

venditionem aliamve alienationis speciem consuetudine & jure modernorum nostrorum temporum deduci queat, Knichen *de sublim. & reg. territ. jur. c. 4. n. 11. seqq.* Math. Steph. *de jurisd. l. 1. c. 38. num. 39. & l. 2. p. 1. c. 7. §. 190. seqq.* B. Dn. D. Frommann. *de condom, territ. c. 9.* §. 5. & plenius Dn. Præs. *in diss. de mod. tax. jurisd. th. 8.* oppignorando *l. C. Si comm. res pign. dat.* & ibid. Jul. â Beyma *l. 2. Comm. div. l. 7. C. comm. utriusq. jud.* Et non tantum ita alienando in Condominorum aliquem in quemcunque ex pluribus ipse voluerit, sed etiam in extraneum, eum np. qui Condominus non est arg. *l. 14. C. de C. E. V. l. 3. C. de comm. rer. al.* contra quem anne condominus jus protimiseos habeat? quæri potest. Et rationi juris convenientius existimamus Condominum idem offerentem præferri. *l. 3. C. Comm. div. arg. l. 34. §. 2. C. d. donat.* Carpz. *p. 3. c. 15. d. 40. & ibid.* Goswin ab Esbach. Lauterbach. *in colleg. theor. pract. ad tit. comm. div. th. 16.* Anne verò factâ jam venditione & alienatione deinde jure retractus gaudeat? id Condomino jure concessum esse non deprehendimus *d. l. 14.* Barbos. *ad l. 4. C. comm. rerum alien.* post Jason & Bald. Carpzovius *2. c. 3. 1. §. ult.* ubi & præjudicium, Brunnem. *ad l. un. C. non lic. habitator.* Secus tamen ubi vel statuto vel consuetudine aliud inductum fuerit, tum enim merito Condominus præfertur, ex summa quæ hic subest æquitate. Mev. *p. 7. d 44. n. 6.* Bruckner *d. jurisd. comm. c. 5.* §. 7. præsertim in condominio territorii, & communi jurisdictione, ex cujusmodi communione tanto plus incommodi resultare solet, quanto crebriores inde & ferventiores lites & difficultates oriri constat. B. Dn. D. Frommann. *d. l.* Sin vero territorium non allodiale sit, sed feudi nexu affectum, aut jurisdictio illa feudalis sit, tunc consensum Principis aut domini feudi directi ad alienationem eam insuper requiri certum est, Pacian. *d. probat. l. 2. c. 43. n. 24.* Brückner *d. l.* adeo ut si neglecto illo consensu quis ad alienationem partis suæ processerit feudum pro hac parte amittatur, & si plures sunt Condomini directi & ex illis unius consensus spretus saltem pro ejus parte id amittatur arg. *2. F. 38. §. Et ideo privetur quoad illam portionem.* Struv. *S. J. F. c. 13. aph. 9. n. 8.* B. Dn. Frommann. *d. l. th. 6.*

§. 12.

Nec impediri potest Condominus territorialis in alienatione tali partis suæ per alterum Condominum, *utut hic in administratione communis territorii constitutus sit.* Quamvis enim istiusmodi Condominus Administrator, non tantum quà partem suam, sed & quà partem alterius pro indiviso adhucdum communem, ea gaudeat potestate, qua quisque Dominus territorialis in territorio suo in solidum ipsi proprio, & vi hujus officii omnia ea possit, quæ alias speciali jussu opus habent, sive ad *acquisitionis*, sive ad *conservationis*, sive *aliena-*

alienationis decreta, justum moderamen & dispensationem spectent, *arg. l. 1. §. 1. l. 3. ff. de off. Ej. cui mand. jurisd. &. t.t. C. de adm. rerump. & t.t. ff. de admin. rer. ad civ. pert.* Attamen potestas illa administrandi rem communem, qua communem, non potest jus alterius condomini non administratoris qua partem suam, tanquam suam, seorsim in se consideratam, aliis limitibus includere, ac leges communionis in & per se secum ferunt, quæ talem alienationem nullo modo inhibent: *per modo tradita:* per consequens nec dissensus ejus, nec prohibitio expressa aliquid operabitur, cum alter illius, quod suum est, liber sit moderator ac arbiter *l. 21. C. mand. l. 2. C. de his quib. ut indign.* nec alterius imperio hactenus obnoxius dici possit, quia tanquam Condomini in hoc sibi pares invicem existunt, qui imperium in se exercere regulariter non valent. *l. 4. ff. d. Rec. qui arb. rec. l. 13. §. 4. ff. ad Sct. Treb. c. 4. c. 6. dist. 21. c. 30. §. quamvis X. de Elect.* utut alter Condominorum tn. se ordine dignitatis aut præeminentiæ multum superior sit altero, veluti si territorium inter se commune habeant Elector, Dux, Princeps, Comes, Baro. *vid. supr. th. 10.* Hoc enim hactenus non attenditur, sed ex respectu rei communis perinde ut pares judicantur. arg. eorum quæ scribit Frommann. *de cond. territ. c. 5. th. 9. seqq.* utut etiam alter, qui administrator est maximam territorii ptrtem sibi suam habeat: nam ex hoc alterius jus, quod is etiam extra tempus administrationis constitutus habet, in parte sua quantumvis minima imminûtum dici non potest. laud. modo Dn. Frommann. *d. l. c. 7. th. 9.*

§. 13.

In rubro & descriptione nostra mentio porro injecta est *administrationis per temporum subalternationem, aut alternis vicibus alicui Condominorum territorialium competentis*, qua occasione notandum est, varios esse modos administrationis aut gubernationis communis territorii. Vel enim Condomini ipsi imperium & jurisdictionem cæteraque omnia exercent conjunctim & communi suffragio: ita ut nullus sine alterius concursu quid agat, aut si quid ita actum tanquam illegitime factum non valeat. Schrader *de feud. p. 10. sect. 4. num. 64.* vel solent exercitium territorialis Condominii & jurisdictionis communis uni consortium suorum concedere, veluti non raro *Seniori*, *vel primogenito*, qui non tantum, aut non unicè, suo, sed & cæterorum Condominorum nomine talia peragit mandata, rescripta decernit ac emanare facit, ac alios actus regimen publicum concernentes expedit, sub hac e. gr. formula: begehren vor Uns und Unsere freundlich-geliebte Herren Brüdere Dn. Slevogt *in Diss. de alternat.* von Mutschiehrung *th. 10.* Brunnem. *Cons. 161. n. 46.* B. Dn. Frommann. *de condom. territ. c. 9. th. 9.* specialiorem ubi hanc formulam von Gottes Gnaden wir Friderich &c. Für Uns und die Durchleuchtige

X Fürsten,

Fürsten, Unsere freundlich-geliebte Brüdere Herren Albrecht &c. Fügen hiemit öffentlich zu wissen. Vel etiam communem constituunt Procuratorem cum procuratorio, daß der Gevollmächtigte dasjenige verrichten solle, was die Principalen von selbst zur Stelle verrichten könnten, sollten und wollten. ex Blumbach. *d. jur. emphyteut. c. 25.* laud. B. Frommann. *d. l. th. 13.* communem Castellanum, aut castri custodem, einen Burg-Vogt, Kylling. *de Ganerb. diss. 10. num. 2. seqq.* Will. *in diss. Giess. de jurisd. commu. c. 4. §. 9.* communem officialem Judicem, Assessorem, scribam aliosve pro lubitu ministros, electos communi omnium consensu, curiam facientes, ad justitiam in subditos æqualiter, seposito omni dominorum respectu & partialitatis, quam vocant, affectu, jurisdictionemque nomine omnium exercentes Bes. *in th. pract. lit. Z. n. 24.* Boer. *dec. 5. num. 2.* Will. *d. l. §. 10.* Frommann. *d. l. th. 13.* Vel si ex his modis nullus allubescat, solent procedere ad divisionem usus & Exercitii Condominii aut jurisdictionis per alternas vices & ut plurimum per temporum subalternationem, qui modus administrandi Germanice appellari solet die Mutschierung, vel ut alii loqui amant, die Mutscharung, quas dictiones â latino *mutatio* dictas autumat Springs-Feld *in tr. d. Apanag. c. 2. num. 11. seqq.* ita ut Mutschierung dicatur quasi Mutierung. Besold. *thes. pract.* voc. zwey oder drey herrige gesambte Herrschafft. Goldast. *de majorat. l. 1. c. 31. num. 21.* Brückner *de jurisd. comm. c. 5. th. 8.* Slevogt. *dict. diss. de alternat. th. 2.* idque vel alternis annis aut vicibus Ein Jahr um das andere *arg. l. 5: pr. ff. d. aq. quot. l. 36. ff. de adm. tut. l. 7. §. 10. l. 19. §. 4. l. 23. pr. ff. comm. div. l. 16. §. 2. ff. fam. ercisc.* post alios Gail. *de pignorat. th. 20. num. 6. & 2. O. 153. num 7.* vel etiam mensibus alternis, Rosenthal *d. feud. c. 9. m. 1. concl. 56. num. 23.* vel quia crebris istis per tam angusta temporum intervalla saltem â se distinctis mutationibus & alternationibus majus periculum justitiæ vel retardandæ, vel intervertendæ, vel alias non satis recte administrandæ, imminere per videtur, per eas, quæ longiori temporis & aliquot annorum interstitio à se distant, subalternationes, veluti per triennium Knipschild. *de fideicom. fam. nob. c. 6. num. 317.* vel tandem etiam si vicissitudinaria gubernatio per temporum subalternationem non placeat, per exercitium & usum Condominii aut jurisdictionis cuilibet Condominorum ad certos districtus, regiones, aut, ut vocant, quarteria relictum, Costa *de quot. & rat. qu. 87. num. 9.* Sæpius jam laud. Dn. Frommann. *d. l. c. 10. th. 4.* Et quamvis ingenere quoque tales subalternationes, per temporum vices maxime, sua habeant incommoda & inconvenientia, quæ recenset Peguerra *quæst. crim. 10.* Besold. *in thes. pract.* voc. zwey oder drey Herrige Herrschafft, Slevogt *m. l. th. 26. 27. & 28.* Attamen his non obstantibus vicissitudinariæ illius gubernationis & administrationis per tem-

porum

porum alternationem plura etiam illustria & antiquiora & recentiora exempla exhibet Dn. Slevogt *th.13. & plur. seqq.* imprimis Leopoldi & Ernesti Fratrum Germanorum Archiducum Austriæ ex Gerhardo à Rhoo *l. 4. histor. Austr. Anno 1406. id. th. 17.* ratione Ducatuum Sleswicensium Holsatiæ, Stormariæ, & Comitatus Ditmarsiæ inter Regem Daniæ Christianum IV, & Johannem Adolphum ex Henric. Ranzovij. *Annal. Cherson. Cimbr. class. 2. Id. th. 18.* Marchionis Brandenburgici Friderici inter duos filios natu majores ejusmodi regimen introducentis *th. 19.* Posse etiam ista, quæ inde oriri solent, incommoda certo modo devitani, aut saltem imminui, si regimen ita formetur, ut communes ministri constituantur, qui dominorum nomine, unam tantum curiam faciunt, in qua subditis administretur justitia, recte observat laud. Dn. Slevogt *d. diss. de alternat. th. pen.* Et nuper in fine præced. anni inclytæ Facultati hujus Eberhardinæ propositus talis casus fuit, quamvis sub fictis nominibus, ubi Condomini alicujus pagi communem talem curiam constitutam habent, der Fleck war gemeinschafftlich, und gehörte einem Reichs-Grafen, und einem Ritterschafftlichen Cavallier zu, so dannoch das die Unterthanen vertheilet, von denen Geld-Straffen aber, so von beederseits Unterthanen abgefordert werden, 2. Theil dem Grafen, der 3. Theil aber dem Cavallier zufallen, & quidem constantem 12. Judicibus 8. ex parte Comitis, 4. ex parte Nobilis, qui Condominorum suorum nomine omnibus & singulis subditis simul justitiam administrant & dispensant, ibi: das zu Erhaltung der Justiz guter Policey und friedlichen Lebens ein Gericht von 12. Persohnen dergestallt eingerichtet, vor welchem die Bürgerliche Sachen gerechtfertiget werden sollen.

§. 14.

Dicimus tandem in descriptione, quod talis Condominus etiam tum *quando extra tempus administrationis* constitutus est, habeat facultatem circa commune illud territorium libere & juste aliquid *agendi vel habendi.* Dum *agere* posse dicitur, videtur id magis referendum ad ea, quæ respiciunt ad *acquisitionem, administrationem, & distractionem:* & cum *habere* dicitur, videtur id pertinere magis ad *conservationem & defensionem*, mediantibus etiam eum in finem competentibus legitimis remediis. Sic potest Condominus territorialis, utut tum administratio ei non incumbat, si alter in administratione tum temporis sibi concredita constitutus abutatur sua potestate, & subditos oneribus insolitis prægravet, aut pœnas aliter exigat ab iis ac communionis territorii leges aut ordinationes das Gemein-Buch, Vogt-Gerichts-Ordnung permittunt, aut gratiam facere velit in pœnis infligendis, ipse desuper protestari, & hoc agere, ut omnia fiant conformiter ad leges communionis, & id quod

inter eos conventum eſt, & ratio commiſſæ adminiſtrationis expoſcit. Neque enim uni alicui concreditum aut demandatum Condominii & jurisdictionis communis exercitium alterum jure Condominii ipſo privat, quo uti poteſt, quandocunque exigentia rei id deſiderat: nec poteſt adminiſtrator ultra quod ipſi alterius Condomini aut communi Condominorum aliorum, ſi plures ſunt, conſenſu commiſſum eſt, ſibi ſumere. In re communi potior eſt cauſa prohibentis *l. 28. ff. comm. div.* Hinc juſta cauſa eſt renuendi, ſi Adminiſtrator Condominus pœnam carceris pro lubitu in pecuniariam mutare vellet, aut hanc vel exaltare, vel diminuere. Quo pertinet, quod in modo laud. Reſponſo. Facultatis Jurid. Tubing. noviſſimo refertur ipſorum Conſiliariorum unius Condomini judicium de Anno 1653. ita impertitum, daß insgemein, wo einige Vogt-Bücher und zugleich an einem Ort oder Flecken zwey oder mehr Vogts-Herren vorhanden und concurriren, daß auf solchen Fall, wo gewisse Straffen quaſi ex pacto aut jure Condominii vorhanden, einige Erhöh- oder Erniedrigung der Straffen, ohne des Condomini Conſens, und mit Einwilligung, nicht möge oder könne vorgenommen werden, sondern in allweg bey dem Vogt-Buch und conſuetudine etiam jam perſcripta sein bewenden behalten müsse. Unde & Anteceſſores inclytæ Fac. concludunt. Weil die Herren von Verona als mit Vogts-Herren ad eam jurisdictionis ſpeciem ihre Concurrenz in cognoſcendo & ſtatuendo haben, also trage sich auf dem Rücken, daß dieselbe auch bey Transmutirung der einmahl angesetzten Straffe einzuwilligen, und die Gräffliche Alexandriniſche solchen Rechts sich nicht allein anmassen können: idque etiam ita juris eſſe, utut Condominus majorem partem jurisdictionis habeat, & de pœna duas partes cum alter ſaltem tertiam partem habeat. Anthon. Fab. *in Cod. Sabaud. l. 3. t. 26. d. fin. num. 7.* Bocer. *d. jurisd. c. 8. num. 48.* Dn. Frommann. *de cond. territ. c. 9. th. 19.* Quod ſi vero in his & ſimilibus Condomini in concordiam venire nequeunt, lite deſuper adhucdum durante, ſane res aliter tranſigi nequit, quam per recurſum ad ſuperiorem deſuper partes ſuas interpoſiturum & dijudicaturum. Gail. *in tr. de pignor. obſ. 20. num. 7.* Pro defenſione jurium ſuorum, quæ Condominus ibi habet, competunt, varia remedia & poſſeſſoria & petitoria, quæ alias pro dominio & Condominio aſſerendo & defendendo, ut & pro jurisdictione ſive ſolitariè alicui competente, ſive communi, competunt, ſive directæ ſint, ſive utiles pro re nâta, quibus diutius immorari tempus non permittit. vid. B. Dn. Frommann. *de cond. territ. c. 9. th. 23. & ſeqq.* plur. B. Dn. Lauterbach. *in Colleg. theor. pract. ad tit. de jurisdict.* Dn. Brückner. *de jurisd. commun. c. pen. th. 9. & c. ult. th. 3.*

CAPUT II.

Specialiores quasdam quæstiones ad hanc materiam oppidò pertinentes pertractans.

§. 1.

QUid si Condomini territoriales in his vel illis rebus ac causis sibi sunt contrarii, & minus concordantes in Condominii aut jurisdictionis exercitio subditis contraria præcipiant, quomodo hi se gerere, an, & cui ex his parere debeant? ℞. distinguendo: Aut pluribus commune est territorium communisve jurisdictio in solidum, ut *universis*, veluti si universitati, civitati, communitati aut corpori alicui tale jus commune quæsitum sit, & hoc in casu *singulorum* præcepta aut dissensiones nil operantur, sed regulariter vota majora concludunt. *l. 3. l. 4. ff. quod cujusq; univ. nom. l. 3. ff. de decret. ab ord. fac. l. 19. ff. ad munic. l. 160. §. 1. ff. d. R. J. l. 36. ff. de re jud.* Et naturali ratione hoc obtinere, ut in iis rebus, ob quas consociatio quæque instituta est, universitas & ejus pars major nomine universitatis obliget singulos, qui sunt in & de societate: debet siquidem aliqua esse ratio expediendi negotia eo pertinentia, & cum natura rerum humanarum & civilium raro admittat, ut omnes in unum conveniant, æquius omnino, ut pars numero minor sequatur majorem, quippe quæ rationem integri habere videtur, quàm ut major sequatur minorem; idque ita tam in comitiis, quam in judiciis observari debere ex Appiano, ex Dionysio Halicarn. Aristotele, Curtio, Prudentio, atque Thucidide rectissime firmat Grot. *de Jur. B. & P. l. 2. c. 5. §. 17.* Ziegler. *de jur. Majest. l. 1. c. 31. §. 23.* Aut sunt talia jura communia pluribus pro indiviso & in solidum, ut *singulis*, quo nomine etiam veniunt plures civitates & communitates ad se invicem consideratæ: qui tanquam personæ mysticæ singulorum jure utuntur. *l. 22. ff. de fide juss.* & hoc in casu, quia omnes & singuli consentire debent, uniusque dissensus efficit, ut reliqui circa res communes, ut tales nil valide statuere possint, *l. fin. C. de auth. præst.* præcepta quorundam, utut numero plurium & dignitate quoque majorum, subditos jure non obligant, & non parentes nullatenus possunt dici contumaces. Nemo etenim duobus dominis contraria præcipientibus, ipso Deo edicente, obedire potest, unde & hic valet, quod dicitur impossibilium nullam esse obligationem *l. 3. pr. ff. ad SCt. Sylan. l. 35. ff. d. V. O. l. 185. ff. d. R. J. c. 6. d. R. J. in 6.* Deinde & jurisdictio omnium videtur impedita per concursum contrarium, quia ubicunque concurrunt duæ virtutes paris potentiæ, tantum juris habet una ad resistendum, quantum altera ad obtinendum, uti ex Floriano ratiocinatur Fulv. Pacian *de probat. l. 2. C. 36. num. 55.* Speidel. *in Spec. voc. G. num. 62. p. 461. seqq.* Esse

vero in hoc caſu ſubditis quandam facultatem dominos cogendi ad concordandum exiſtimant Fulv. Pacian *d. l. n. 58.* Speidel. *d. l.* Beſold. *in th. pract. voc.* Zweyherrig. Quod de jure cogendi *per directum* mediante coactione verè ſic dicta, vi cujusdam quaſi *imperii*, aut per modum *præſcripti* exercendo accipi debere ſaniora Politices præcepta vix ac ne vix quidem admittunt, quamvis ex lege oppoſitionis, quam modò citt. Dd. *ibid.* faciunt, inter *ſubditorum partes cogendi*, & *proviſionem ſuperioris* id ſequi videatur; Potius vero id cum *temperamento* & de cogendi modo *per obliquum* tali, *honeſtâ civili & obſequioſâ* ratione in actum deducibili, vel remonſtrando, conſiliaque ſalubriora in medium afferendo, pro concordia in finem melius promovendi publici boni ſtabilienda, vel etiam decenter ſuperioris auxilium implorando, ubi commune publicumque bonum periclitatur, accipiendum eſſe arbitramur, cum B. Dn. Frommann. *de cond. territ. c. 9. th. 14.* Et ſunt omnino hîc ſuperioris, ſi talem Condomini agnoſcunt, hæ partes ut diſſentientes & contraria ſubditis ſuis communibus præcipientes ad concordiam reducat, & ubi opus eſt renitentes quoque eo vi imperii ſui compellat, talemque modum adminiſtrandi vel confirmet, vel conſtituat, qualem juſtitiæ & æquitatis ratio exigit ex Felino & aliis Gail. *d. pignor. C. 20. num. 7.* Frommann. *d. l.*

§. 2.

An Condominus non Adminiſtrator, ſive extra tempus adminiſtrationis conſtitutus, eo tempore quo alius Condominus adminiſtrat, cum ſubditis in territorio communi verſantibus communemque jurisdictionem agnoſcentibus inſcio adminiſtratore contrahere valeat? ℞. Affirmando. Quamvis enim olim Magiſtratus veluti Præſules provinciarum cum ſubditis in provinciis, quas adminiſtrabant, negotiari aut contrahere ob metum concuſſionis prohiberentur. *l. 3. C. Si cert. pet. l. 46. l. 62. pr. ff. de C. E. U. l. 46. §. 2. ff. d. Jur. fiſc. l. 33. ff. d. R. C. l. un. C. d. contr. jud.* ita ut ne quidem per alias ſuppoſitas perſonas contrahere iis licitum fuerit *d. l. 3. C. Si cert. pet. l. 46. §. 2. ff. de Jur. fiſc. d. l. un. §. 3. C. de contr. jud.* eo ſcil. tempore quo adminiſtrabant. *d. l. un. pr. & §. 2. l. 3. C. ſi cert. pet.* Hodie tamen hanc prohibitionem Juris Romani plerubique in terris imperii R. G. imo in totius Europæ provinciis ab uſu receſſiſſe notat Struv. *in S. J. C. Ex. 23. th. 3. & ibid.* Müller *in addit. lit. 2.* poſt plures hanc in rem adcitatos B. Dn. Stryck. *in uſu Pand. mod. ad tit. d. C. E. U. §. 2.* ubi rationem addit, quod noſtri Provinciarum Præſides non adeò remoti ſint ab Aula Principis, ut hinc ſi poteſtate ſuâ abutantur facilis recurſus ſit ad Principem. Phil. Knipſchild. *in tr. de contractibus Ex. 1. th. 48. in fin.* in genere ſcribens hanc prohibitionem hodierna conſuetudine, ſed ſæpe cum dolendis ſubditorum lacrymis non obſervari, quod intelligendum de iis caſibus

ubi

ubi subditi acerbe nimis tractantur, opibus suis emunguntur, & promiscuæ magistratuum lubidini atque avaritiæ contra jus fasque se expositos queri debent. Extra hos vero toties quoties videmus contractus inter subditos & magistratus indistincte omnes & quoscunque, imo & ipsum plane Principem recte hodie, & cum effectu obligationis ex utraque, & uti subditorum, ita & Princ pis, parte valide obligationis, & inde quoque surgentis etiam adversus ipsum Principem alicujus actionis celebrari :cum enim nihil humanius, imo nihil divinius sit, quam promissorum conventorumque constantia & observantia *l.1.pr.ff. de pact.* & *ibid.* Jason, maximeque Principem tanquam justitiæ & æquitatis fontem & diribitorem deceat, fidei semel datæ strictiùs inhærere & ab eadem, ne transversum quidem unguem recedere *arg.l.1.ff. de const. pec. l.5. d.loc. præd. civ.* Gail. *2. th. 55. num.4.* Card. Tusch. *comm. concl. lit. P. concl.690. seqq.* cum & sanctior naturalis æquitatis jurisque Gentium ratio, cui Principes non minus ac alii obnoxii sunt *arg. §. 1. & 2. J. de J. N. G. & c.l.9.ff.de J. & J.* elegantissime ut solet B. Dn. Mev. *in V.I. N.& G.insp.2. §.33. per tot.* ubi imprimis *num.2.* cum certum sit, naturæ leges â Deo omni humanæ creaturæ esse inditas, quî possent ab iis eximi, qui se homines agnoscunt: & commune illud ipsius juris naturalis divinique principium, ut quis alteri id faciat, quod sibi ab aliis fieri velit. Math. *7. v.12.* Luc. *6. vers.21.c. dilecti.13. X. d. major. & ob. & rubr. & t. t. ff. quod quisq; jur. in alt. stat.* imo & propriæ utilitatis consideratio id suadeat, ac exigat, ne contrarium sectando ab omni commerciorum genere ipse se excludat, nemine facile cum eo contrahere audente, & hactenus quasi exul esset, qui omnium Præsul est, ut raciocinatur Bald. *in l.31. ff. de legib. & in l.24. §.5.ff. de minor.* Trentacinque: *var. resol.l.3. tit. de pact. Res.1. num.1.* ubi post alios cumulatim adductos hanc primo regulam format: Pontifex Romanus, Imperator, Rex, & quilibet alius, qui superiorem non recognoscit, pactis & contractibus ligatur, & contractum cum ipsis factum, nemo ipsorum revocare potest. Deinde eam secundum doctrinam Pauli de Castro, Cornei, Abbatis, Parisii, Alexandri, ampliat *ibid. num.2.* etiamsi Princeps cum subdito suo contraxerit. Knipschild. *d. l. qu.19.* ubi multas hanc in rem congerit rationes, inter quas & hanc præcipuè urget, quod Princeps, quoad Contractus, privatorum jure censeatur, & jure communi utatur *l.2. §.2. ff. ne quid. in loc. publ. l.60. §.1. ff. de cond. & demon. l.6. ff. de jur. fisc.* quam rationem quidem ad non subditos restringi debere monet Marc. Ant. Sabell. *in Summ. div. tract. §. Princeps num.17.* Sed & in casu, ubi Princeps, cum subditis suis contraxit, applicabile esse rectius statuminar. Ziegler *de jur. majest. L.1. c.1. §.17.* modo cum iis contrahat ut quivis alius, non ut Princeps qua talis, veluti quando tractat de

negotio

negotio & cauſa ſtatus, juribusque publicis. Obligari hoc modo Principem ſaltem *naturaliter*, non vero *civiliter* non pauci, ſtatuunt, Abb. Ant. de Butr. Imol. & Dec. *in c. 1. X. d. probat.* qui communem hanc ſententiam dicit. Quamplurimi autem contrarium defendunt, Eum ſcil. obligari & naturaliter & civiliter. Bald. Aret. Felin. Loffred. quos adducit Gabriel. *comm. concl. l. 3. tit. de Jur. quaſ. non toll. concl. 5. num. fin.* & Trentacinqu. *d. l. n. 20.* Gail. Cravett. Hillig. Ayrer. Rauchbar. Kubach. Coſtal. Weſenbec. Arum. Georg de Cabeio: Bruning. quos in agmen conducit Ziegler *d. l. c. 1. §. 16.* & hanc ſententiam veriorem dicit, Sabell. *d. l. num. 17.* alios adhucdum adcitans, quam & nos ſequi non dubitamus. Nec movet in contrarium, quod Princeps ſuperiorem non recognoſcens Judicem non habeat, coram quo actio poſſet proponi, & qui vim cogendi haberet. Quamvis enim actio adverſus talem Principem non poſſit intentari ad eum cogendum, hîc tamen ſufficit eam proponi poſſe, eum in finem, ut per ſententiam Judicis, declarantis Jus Creditoris de eo juridice conſtet, ut in conſcientia teneatur illam admittere, & ſecundum naturalem æquitatem ſponte pati executionem. Zoeſ. *in Comm. ad ff. tit. de legib. num. 33.* vid. plenius hac de re diſſerentem Trentacinqu. *d. l. num. 21.* Optime hinc facere illos Principes, qui de contractibus ſuis cum ſubditis celebratis ſicubi litigium aliquod exortum fuerit, coram Conſiliariis ſuis aut commiſſariis in hanc rem peculiariter conſtitutis experiuntur, aut experiri patiuntur, & ab iis fide ſuâ, quâ Principi tenentur, tantiſper libertatis, ſententiam expetunt, per benè edocet Ziegler *d. l. c. 31. §. 22.* Et non rara ſunt ejusmodi exempla Facultati Jurid. hujus Eberhardinæ propoſita, ubi Principes in litibus ſuis, quæ ipſis intercedunt cum ſubditis, conſiliarios ſuos ad eum modum conſidere jubent, audituros utrinque in modum proceſſus momenta cauſarum & ſententiam juſtam â Collegio Juridico expectaturos; veluti ante aliquot luſtra notabile exemplum occurrit optimi alicujus Principis in noſtra Germania ſe tali judicio ſubmittentis in cauſa pharmacopolii, in quo ipſe erat heres inſtitutus â teſtatore, non domino illius, quod vindicabatur â vidua & liberis ejus, quos volebat ille litibus implicare, pro quibus hic merito judicabatur, qui inde quoque ſuum non tantum ex capite *honeſti*, *decori*, atque *pii* ſed & ex capite *juſti* obtinuerunt. Et male hîc Principem defenſitaſſent, qui ad has diſtinctiunculas & abſtractiones in Perſona Principis, & cauſis ejus conſcientiam tangentibus ſat infelices recurrunt, quibus hodie aliqui etiam non incelebres viri adeo delectantur, ut credant ſe inveniſſe, non quod vulgare ſit: qui ſane Principem formant ab honeſtate & pietate alienum aut vacuum, & eo ipſo nomen boni Principis dubium faciunt, & ipſi invident, parum reminiſcentes effati illius JCti *in l. 15. ff. de condit. inſt.* & oraculi Imperatorum *in*

l. 4.

l. 4. C. de. leg. & in similibus text. Parum quoque, remiscentes Principum Imperii R. G. causas majori cum cautela dirigendas esse, justitiamque dispensandam, ac Principum nullum superiorem recognoscentium, quibus tamen non minus invidiosa est talis abstractio, nisi gloriam aucupentur absolutæ talis potestatis, quæ magis in Tyrannidem declinat. Sed de quo puncto forsitan alibi alia occasione pluribus. Eodemque jure censeri debet ille contractus, quem cum toto & integro populo etiam *in ipsis Comitiis* Princeps, sub schemate tamen privatæ quasi personæ, iniit. Et utique par hîc est perinde ut in alio casu, quoad jus & vim obligandi, utriusque horum conditio, eodemque vinculi nexu uterque tenetur, non obstante quod cogi alter queat, alter nequeat, cum ea diversitas non ex modo obligandi, sed ex personarum qualitate ortum habeat. Uti eleganter quoque observavit laud. modo Ziegler *d.l. c. 31. §. 22. in fin.* Uti igitur secundum modo deducta Principi, superiorem non recognoscenti, cum subditis suis licet validè ita contrahere, ita id multo magis valebit in Principe Imperii nostri R. G. contra quem actio cum effectu etiam executionis intentari potest, sive coram Austregis, sive Camera Imperiali, sive Judicio Aulico, quotidiana ferè id docente experientiâ. Et uti talis Princeps vel alius superior, & dominus territorii, cum subditis suis in solidum talibus contrahere valet, ita etiam nullum est dubium, quin possit & cum subditis in isto territorio quod cum aliis commune habet, degentibus contrahere, non tantum eo in casu, ubi cuique Condominorum *sui proprii subditi* assignati sunt, jurisdictione communi omnibus condominis tamen & in hos competente, mulctaque exinde cuilibet pro rata sua cedente, veluti *& in supr. cit.* casu nuper Facultati Jurid. Tubing. oblato, lex communionis ita se habebat. Das der Flecken O. gemeinschäfftlich, die Unterthanen jedoch so alle Leibeigen, vertheilet, das Gräfliche Haus von A. die hohe und Malefizische Obrigkeit und Herrlichkeit, auch dem Stab zu O. allein, und auff alle Innwohner haben sollen, die gehören mit Leib zu weme sie wollen. Wann aber dergleichen Malefiz Sachen nicht am Leib, sondern mit Geldt Straffen gebüsset werden, dieselbe, welche von den Gräflichen Leibeigenen, und andern Inwohnern, auch fremden, ausserhalb der Adelichen U. Leibeigenen, gefallen, denen Herren Grafen von A. allein verbleiben; was aber für Malefiz Geldt-Straffen von denen V. Leibeigenen gefällt, daran die Herren Grafen von A. 2. Theile, die Herren von V. aber einen Drittheil zu empfangen haben sollen &c. sed & in eo casu, ubi *subditi omnes simpliciter pro indiviso communes* sunt, nam & cum his, æquè ac cum illis contrahere Condomino licitum est, ita ut utrinque obligatio valida nascatur. Ratio etenim Condominii territorialis & communis jurisdictionis sola impedimentum

aliquod ne ſubditis quidem creare aut objectare poteſt in libera facultate de rebus ſuis contrahendi. Hæ enim ſunt & manent ſolitariè propriæ ſubditorum, nec condominium territoriale, quod eſt in univerſitate agrorum, ad ſingulos agros aut ad ſingulas res ſe extendit vid. *ſupr. th. 5. in fin.* & exinde contrahere etiam cum uno dominorum poſſunt pro lubitu, perinde ac cum quovis alio ſive concive, ſive extero. Publicæ etenim utilitati vel maximè inſervit, quando id præcavetur ne libertas commerciorum impediatur. Vasqu. *illuſtr. controv. c. 5. num. 15. ſeqq.* Surd. *conſ. 323. num. 41. ſeqq.* ad quam promovendam non parum proficit imperturbatè relicta ſubditis licentia, fruges, merces, res ſuas vendendi, aliovè modo diſtrahendi, alienandive, cui & in quem velint: proin ex omni parte juſtum publiceque utile haud eſt edictum, quo coguntur ſubditi, ut ad domum domini aut ſuperioris præciſè venum transferant ſuas merces. Mev. *p. 2. d. 279. num. 4.* niſi ubi publicæ utilitatis & neceſſitatis ratio aliud ſuadeat. Joh. Volck. Bechman *in Comm. theor. pract. ad ff. ad tit. d. C. E. V. obſ. pract.* præjudicium Scabin. Lipſ. de Anno 1619. adducens: vel indigentia Domini id efflagitet, quo caſu æquitatis eſt omnino, ut præ aliis ei ſuccurratur. Mev. *d. l. num. 8. ſeqq.* modo idem pretium ſolvat, quod alibi impetrare datur, Natta *conſ. 83. num. 4.* ſcribens contrariam conſuetudinem non valere, ſed pro violentia haberi, & poſt alios adhuc Mev. *d. l. in fin.* Bechm. *d. l.* Nec intereſt an contrahat cum ſubditis Condominus adminiſtrator, an is qui extra tempus adminiſtrationis conſtitutus eſt. Hactenus enim utrique idem jus competit. Ubi vero confirmatione contractus opus eſt, ibi ſi contrahens condominus non adminiſtrator conſentit, authoritas ab adminiſtratore accommodata ſuum hîc ſine dubio præſtat effectum; iſte vero ſi renuit, hic, qui jam eſt in adminiſtrationis ſtatu jure non poteſt exigere, ut condominus non Adminiſtrator ab ipſo confirmationem eam petat. Neuter enim imperium habet in alterum, id quod ex *qu. ſeq.* uberius cognoſcere licebit: & poteſt inſinuatio & confirmatio contractus talis, maximè ubi cauſæ cognitione opus non eſt, coram quocunque alio etiam alias incompetenti Judice, imo ab ipſo Condomino, etiam in alieno territorio quando degit, fieri, quia eſt actus voluntariæ jurisdictionis Ziegler. *de Jur. Majeſt. l. c. 26. §. 12.* conf. tamen B. Dn. Lauterbach. *d. volunt. Jurid. th. 25. ſeqq. & 28. ſeqq.*

§. 3.

Anne verò ſi unus Condominorum in territorio communi delinquat, alteri Condominorum, maxime in ſtatu adminiſtrationis conſtituto, jus competat in alium, maxime extra tempus adminiſtrationis conſtitutum, cognoſcendi & animadvertendi? Diſtinguit Georg. Ad. Will. *in diſſ. Gieſſ. de jurisdict.*

comm.

comm. c. 4. §. 13. inter cives imperii *mediatos* & *immediatos*, & de *illis* delinquentibus in communi territorio affirmat, maxime si omnigena jurisdictio criminalis, nullo casu excepto, condominis sit â superiore concessa, qualis concessio illimitata latissimam interpretationem admittit *l. pen. de const. Princ.* adeo ut nec persona privilegiata eam declinare valeat, cum delinquens proroget jurisdictionem ejus, cui alias subjectus non est. *l. 3. ff. de Off. Præs. l. fin. ff. de accusat, l. 2. pr. ff. de re mil.* utut persona admodum honorabilis sit atquè clarissima, quia omnem honorem reatus excludit. *l. 1. C. ubi Sen.* Unde & non solum nobilem mediatum ab alio nobili mediato, si in hujus districtu delinquat, vel etiam inferiori & civico aliquo Judice puniri posse ex Brunnem. *ad d. l. 1. C. d. Sen.* sed & Condominum adversus Condominum delinquentem jurisdictionem criminalem exercere posse ex Klock. *1. Conf. 13. num. 59.* Brunn. *ad l. 4. ff. de recept. qui arb.* Bocet. *de jurisdict. c. 8. num. 24.* Aloys. Ricc. *Coll. 2377.* statuit ex hac quidem ratione, quod Condominus dum delinquit, jurisdictionem eatenus amittat, ut intuitu delicti pro privato habeatur, & jurisdictioni domini se tacitè submittere videatur; de *his*, immediatis scil. negat, quia tum secundum *jus civile* ab ordinaria criminali jurisdictione exceptæ sunt personæ illustres, ceu de quorum criminibus Imperator solus cognoscit. *l. 1. C. ub. Sen.* tum secundum Jus *in Imperio R. G. usitatum* causas statuum ac aliorum immediatorum imperii criminales Imperator dijudicat, citra distinctionem, an delictum in loco immediatè imperio subjecto, ac ad delinquentem spectante, an vero in alterius status territorio sit admissum, per plura præjudicia adducta ab Ern. Gockel. *de jurispr. jurisdict. §. 3.* Dn. ab Andlern *in Jurispr. publ. l. 1. t. 19. num. 24.* per consequens nec condominus territorialis in condominum immediatum talem jurisdictionem exercere posse, statuit modo alleg. Will. *d. l. §. 14.* Nos vero indistincte *negamus* Condominum territorialem ullam jurisdictionis speciem in Condominum suum, ne quidem mediatum, multo minus immediatum Imperii nostri civem exercere posse, adeoquè nec civilem, nedum criminalem jurisdictionem illi in alterum utut extra tempus administrationis constitutum competere. Cum enim hi Condomini ratione territorii sui & jurisdictionis communis parem plane & æqualem habeant invicem respectum, haud quaquam attento eo, (1.) an unus ex illis in se majoris sit dignitatis, alius inferioris ordinis. (2.) an majorem territorii partem habeat alteruter, alio minorem saltem sibi vindicante. (3.) an ordo Administrationis alterutrum tangat, alio aut ipso delinquente extra temqus administrationis constituto. Diversæ siquidem hæ qualitates naturam parilis nexus ex communi eâ jurisdictione in se consideratâ, qui inter eos intercedit, nec alterare, nec diversificare valent. Quilibet enim partem habet pro indiviso unius ejusdemque jurisdictio-

nis, unius ejusdemque poteſtatis atque dignitatis, ſe diffundentis quoquè per minimas particulas, in quas tamen quisque eorum concurrit, ut nullus ſuam poſſit monſtrare partem, quæ identifica in totum ſemper & ubiquè eſt & manet, ubi ubi ſit, & à quo quaſi poſſideatur aut exerceatur. Hinc tanto magis hîc ſibi vindicat locum illud decantatiſſimi juris, quo par in parem negatur habere imperium per *l. 4. ff. de recept. qui arb. rec. l. 4. ff. d. jurisd. l. 13. §. 4. ad Sct. Treb.* ex quo etiam Ganerbiis in ſe invicem, ubi unus in terris ad eam ſocietatem pertinentibus deliquit, hanc poteſtatem cognoſcendi & animadvertendi rectè negat Kylling. *de Ganerb. diſc. 9. num. 1. ſeqq.* & in genere quoque Condominis adverſus Condominum in territorio pro indiviſo poſſeſſo delinquentem itidem rectè negat Myller ab Ehrenbach *de Princ. & Stat. Imp. cap. 20. §. 32.* quam indiſtinctè negantem ſententiam nobiſcum defendit B. Dn. Frommann. *de condom. territ. c. 9. th. 18.* rejiciens quoque *ibidem* caſus, in quibus nonnulli hujus regulæ exceptiones, ſed ſine ſufficienter concludentibus rationibus ſtatuere allaborant. Et hæc negativa etiam vera eſt in caſu ubi adminiſtratio per certos diſtrictus, aut quarteria, uti loquuntur, eſt diſtributa, vel ex pluribus oppidis, vicis aut pagis unus locus uni, alius alteri eſt aſſignatus, & unus Condominorum delinquit non in loco ſibi aſſignato, aut ſuæ adminiſtrationi concredito, ſed in loco alterius adminiſtrationi aut poteſtati in eo exercendæ obnoxio. Nam nec hæc aſſignatio aut adminiſtrationis diſtributio, quamvis in ſubditos illius loci proximiorem & prævalentiorem quandam operetur poteſtatem ex præſuppoſita parendi arctiore neceſſitate communi Condominorum conſenſu ſubditis his injunctâ, attamen paritatem illam inter Condominos nequaquum tollere potens eſt. Ipſum enim jus Condominii & jurisdictionis territorialis communis manet commune & in ſe atquè ſubſtantia ſua indiviſum, cum iſto ſuo parili nexu atquè reſpectu, quo ab initio lætabatur, ſolo exercitio ejus per regiones illas & adminiſtrationis diſtinctos terminos diviſo atquè ſecreto: poſt Barthol. Abb. Imo l. Butr. Anchoran. Bald. Caſtr. & comm. Dd. Pacian. *de probat. l. 2. c. 36. num. 96. ſeqq. plur.* ubi hanc ſententiam etiam veriorem dicit, & ulterius declarat, diſſentientes quoquè Rotam Rom. & Angelum adducit, & argumentis eorundem occurrere ſatagit: tantem & limitationes ſubnectit, in quas quidem penitius inquirere nunc non vacat. Officium ergo Condomini talis, adminiſtratoris maximè, in ejusmodi caſu in eo eſt, ut informationem de delicto â tali Condomino ſive coadminiſtratore, ſive extra tempus & terminos adminiſtrationis conſtituto, commiſſo ſumat, illudque ſuperiori denunciet. Ancharan. *in C. inquiſitores in fin. de heret. in 6.* Pacian. *d. l. num. 83.* Will. *de Diff. c. 4. §. 15. circa fin.* B. Dn. Frommann. *d. l. th. 18. in fin.* provocans ratione competentiæ Jurisdictionis in perſonis illuſtribus in tali

caſu

casu ad Excellentiss. Dn. D. Schweder. *de Fur. illustr. J. R. G. imm. subj. th. 23.* ubi plura hanc in rem notatu dignissima *junct. prac. & seqq.*

§. 4.

Quid si Condomini territoriales inter se discordes ad concordiam vel plane non, vel non satis stabilem, reduci queant, aut unus ex Condominis, plus quam æquum est, usquè quaque sibi arroget, vel alias sive ob nimiam inæqualitatem, sive ob aliam quamcunquè causam, haud placeat ulterius in communione manere, anne ad divisionem actualem provocare possit pro lubitu suo saltem unus ex illis, & compellere reliquos multo plures etiam invitos possit ad dissolvendam istam communionem? ℞. *Affirmanda* omnino hæc quæstio est *de Regula*, etiam in persona unici illius Condomini, extra tempus administrationis tum, quando ad divisionem provocat, constituti, qui Condominus æquè manet, ac is Condominus, cui administrandi facultas contigit: id quod patet *ex l. 8. pr. ff. comm. div. l. fin. C. eod.* ubi quod nemo invitus manere in communione tanquam matre discordiarum teneatur: prout etiam ex eadem ratione nemo invitus ad communionem ab initio ineundam compelli jure potest. *l. 26. §. 4. ff. de cond. ind.* plures rationes hanc in rem congestas videre licet ap. Speidel. *in spec. voc. G. num. 62. p. 462.* Quæ regula quoque, vera est & manet, utut (1.) Condomini inter se convenerint, ne unquam divisio fiat. Talis etenim conventio nullas hactenus vires habet, & non obstante eâ tamen ad divisionem provocare possunt, quod manifestissimum esse dicitur in *l. 14. §. 2. ff. comm. div. l. 70. ff. pro soc.* cum sit contra substantiam, aut ingenitam vim dominii, quæ in facultate & arbitrio de re disponendi consistit, & inseparabilis est â dominio quoad actum primum B. Dn. Frommann. *d. dom. acq. th. 50. seqq.* non posse unquam ad divisionem provocare, & rem suam sigillatim sibi habere. Struv. *in S. J. C. Ex. 15. th. 27. & ibid.* Müller *in addit. lit. a.* Brückner *de jurisd. comm. c. ult. §. 4.* imo etiam contra publicum interesse, in eo etiam consistens, ne inter subditos enutriantur discordiæ Speidel. *d. l. p. 463.* Dissentit Mev. *p. 9. d. 157. num. 4.* idque non tantum in contractibus aut dispositionibus privatorum, sed etiam in Regum, Principum, Baronum, Nobiliumque conventionibus. Cum enim Princeps vel alius superior justitiâ plenus præsumatur, probabilis inducitur conjectura eundem velle id, quod jura volunt. Cravett. *cons. 152. num.* Sqeidel *d. l.* & maxime ubi causa impellens ad divisionem de novo superveniat, quippe ex qua regulariter omnes aliæ conventiones & dispositiones alterationem quandam recipere possunt, quæ enim de novo emergunt, novo quoque indigent auxilio atquè remedio. Cravet. *cons. 264. num. 5.* Dec. *cons. 335 num. 3.* Speidel *d. l.* Vera porro manet regula modo proposita, utut (2.) Condomini per 30. & ulteriores annos in communione

perſtiterint. Quamdiu enim ſtat communio, & omnes & ſinguli rem communem pro indiviſo poſſident, tamdiu præſcriptio currere non poteſt, cum hoc modo unus alterum pro Condomino agnoſcat, & mala fides hîc interveniens non minus contrarietur. Bachov. ad Treutl. *1. d. 19. th. 8. lit. a. & b.* Perez. *in C. tit. comm. div. n. 6.* Struv. & Müller *d. l. lit. F.* B. Dn. Lauterbach. *ad tit. ff. fam. erciſ. th. ult. & ad tit. com. div. th. ult.* Unde ſi e. gr. fratres vel ſocii, eorumque heredes in communione ſteterint etiam per 300. & amplius annos, neque diviſionem, petierint, haud poteſt dici præſcriptum communioni, ita ut impediti exinde cenſeri debeant in facultate petendi diviſionem, & judicium diviſorium cum effectu inſtituendi, recte ita concludente Schneidewin *in Comment. div. ad §. 20. J. de action. ſub. rubr. de act. comm. div. num. 19.* ubi ampliat etiam ſi per 1000. annos ſteterit communio: & Speidel *d. l.* Hoc tamen certum eſt, ſi unus Condominorum rem communem per 30. annos ſolus poſſederit nihil aliis de fructibus communicaverit, aliique nihil petierint, ſed in quieta poſſeſſione eum reliquerint, quod tunc ille, qui poſſidet præſcribat, & actioni communi dividundo amplius locus non ſit. *l. 1. § 1. C. d. ann. exc.* Wiſſenbach. *in comm. ad ff. d. 22. §. 23.* Müller *in addit. ad* Struv. *d. l.* Lauterbach. *d. l.* & ita quoque intelligendus Mev. *p. 9. d. 157. num. 1. & 2.* Denique (3.) poteſt & ad diviſionem provocare, unus Condominorum, utut teſtator injunxerit, ne unquam ex communione ſecedant, ſed in perpetuum communiter poſſideant, & bona illa adminiſtrent. Nam & hîc eadem militat ratio, diſcordiarum ex communione propullulantium quocunque modo eradicandarum, unde & merito in hoc caſu idem quod in primo ſtatui debet, imprimis ſi nova quædam cauſa ſuperveniat, id quod pluribus firmat, refutatis etiam diſſentientium argumentis Schneidevvin. *in Comment. ad §. 20. Inſt. de action. rubr. de Act. comm. div. th. 20. ſeqq.* Speidel *d. l.* Dicimus autem Condominos poſſe ad diviſionem provocare, etſi *teſtator* injunxerit, *ne unquam ex communione ſecedant.* Hoc autem limitari debet ſi teſtatoris diſpoſitio limites ſaltem ponat Condominis, ne intra *certum aliquod tempus* diviſionem communionis petant: veluti ſi prohibuit filiis ne dividant certa quædam bona, donec omnes ad legitimam ætatem pervenerint: vel alias breviorem quendam terminum ſtatuat communionis, e. gr. intra quinquennium, decennium, aliudve ejus generis tempus, adhuc dum continuandæ: Hæc enim diſpoſitio *regulariter* ſtringit *4. ff. de conſtit. Inſt.* ubi tempus 16. annorum exprimitur: perinde ac ſtringit conventio inter ſocios aut Condominos, ut per certum tempus in communione manerent *l. 14. ff. pro ſoc.* Paul. de caſtro *vol. 1. conſ. 77. in pr.* Socin. *3. conſ. 278. num. 12.* in quo neminem diſcrepare annotat Schneidvv. *d. l. §. 1402.* Quod ſi vero magnæ atque prægnantes cauſæ adeſſent, quæ diviſionem

nem urgerent, e. gr. Si socius promissis non stet, si sit rixosus, damnosus, diu absuturus, aut re eâ communi illo modo frui non liceret, vid. Hect. Felic. *in tr. de* Societ. *c. 35. num. 28. seqq.* ubi hæc exempla pluribus examinat atque declarat. post alios Brunnem. *ad d. l. 14. §. pro soc.* tunc non obstante illa prohibitione, utut temporali, quin ad divisionem provocare possint, non est quod adeò dubitemus, cum & hîc eadem ratio utilitatis & publicæ & privatæ militet, consistentis in eo, ut discordiis & contentionibus civium quantum fieri potest, occuratur: ut propterea & hîc valeat, quod commun. dicitur: ubi eadem ratio, eadem quoque juris dispositio esse & observari debet *l. 32. ff. ad l. Aqu.* uti post Dec. Chalderin Alexandr. Cravett. Fulgos. rectè decidit Speidel. *d. l. p. 464.* B. Dn. D. Lauterbach. *ad tit. ff. Comm. div. th. 5.* Plures limitationes superius adductæ regulæ principalis recenset Schneidvvin. *d. l. n. 21.* Potest (4.) unus Condominorum ad divisionem provocare etiamsi arbiter in sententia compromissi, aut in laudo suo communionem perpetuam injunxerit. Hoc siquidem ejus potestatem vel maxime excedit: & sicuti per transactionem aut pacta contrahentium talis perpetuitas induci non potest, ita nec per laudem. Schneidvvin. *d. l.* post Alexand. Barbos. *In rer. Comunio ax. 3.* Uno vero Condominorum ad eum modum provocante ad divisionem actualem, quoad reliquos communio propterea non est sublata. Michalor *de fratrib. p. 2. C. 36.* Hect. Felic. *de Societ. c. 35. num. 4.* Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1310.* Gratian. *discept. for. c. 697. num. 1. seqq.*

§. 5.

Ad obtinendam hanc Condominii territorialis jurisdictionisque talis communis divisionem actualem, & communionis, hactenus inter Condominos qualitercunque quæ intercesserit, dissolutionem, paratum est remedium divisorium, *actionis communi dividundo* in specie appellari solitæ, cujus naturam in applicatione maxime ad præsens hoc thema paucis adhucdum, quantum opus nobis visum est, delineabimus. Est hæc actio (1.) *Civilis* & non *Prætoria.* Esse eam LL. XII. tab. introductam probabile videtur Perezio. *in C. ad tit. Comm. div. num. 1. in fin.* Sed deficit textus. Rationibus autem non destituitur hæc sententia. Primo omnes reliquæ actiones *divisoriæ*, imo omnes reliquæ actiones *mixtæ*, ratione sc. causæ efficientis, regulariter sunt civiles. Sic actio finium regundorum Legi XII. tabl. adscribi potest. *l. fin. ff. fin. reg.* & originem suam inde deducit & actio familiæ ercíscundæ *l. 1. pr. ff. fam. ercis.* ut & hæreditatis petitio *l. 1. ff. de hered. pet.* Possessoriam hereditatis petitionem tamen prætoriam esse patet *ex leg. 1. & l. 2. ff. de poss. her. pet.* Unde & non sine ratione infertur, ejusdem eam quoque esse originis, & legi XII. Tabl. quoque adscribendam, si non ex *verbis*, tamen ex *sententia* illius, quæ fuit, neminem

in

in communione propter rixas & discordias inde oriundas permanere debere Frantzk. *in comm. ad tit. ff. Com. div. num. 2.* Deinde nullibi hæc actio inter Prætorias relata invenitur, & in specie quoque non inter exceptione eas, quæ ex quasi contractibus juris Prætorii esse dicuntur, quarum tres recensentur ap. Dn. Præsid. *in diss. de impens. in re al. fact. th. 22.* Est (2.) *directa*, per expressa legis verba quæ producitur, quatenus intenditur, ad ipsum commune territorium, tanquam rem corporalem, dividendum, una quidem cum pertinentiis atque connexis, quæ simul in eam divisionem per necessariam consequentiam veniunt. Saltem enim corporalium rerum, quarum dominium habemus, divisio proprie ad hanc actionem pertinet. *l. 4. pr. ff. comm. div.* Quando vero saltem de divisione jurisdictionis communis seorsim consideratæ contentio est, tunc quidem idem hoc genus actionis, specie tamen alia competit: nempe non *directa*, sed *utilis*, communi dividundo actio, illa quæ *utilis ex mente* dicitur, & non ex legis verbis expressis, sed saltem ex ejus ratione, evitandas illas, quæ ex communione oriuntur, discordias & rixas æque hîc ac illic spectante, per interpretationem eruitur *l. 7. §. 7. & 10. l. 19. §. fin. eod.* Et in specie in his terminis competere hoc judicium utile statuminat Brückner *de jurisd. comm. c. ult. §. pen.* Perez. *in C. d. l. num. 2.* B. Dn. D. Frommann. *de divis. act. c. 2. §. 1. circa fin.* Hæc ratione causæ *efficientis remotæ* Est (3.) *nativa*, quia oritur ex immediata & ordinaria causa, ad producendam ex se actionem habili, *uti patebit ex divis. seqq.* Potest tamen fieri *dativa* e. gr. ubi â Condomino alteri ceditur, quod fieri posse edocemur *l. fin. C. de hær. vel act. rend. l. 8. C. eod.* vid. Perez. *d. l.* Struv. *in S. J. C. Ex. 15. th. 21.* Est (4.) *mixta* ratione causæ efficientis, & ideo partim realis partim personalis *§. 20. J. de act.* & *realis*, quatenus ex dominio, aliove jure in re oritur, dum quisque partem suam ex Condominio aut re communi sibi vindicat *l. 4. pr. l. 7. pr. §. 2. 6. 7. 10. ff. h. t.* & *personalis* quatenus ex quasi contractu, & facto gestionis aut administrationis rerum communium ad præstationes personales competit *§. 3. J. de obl. ex quas. contr. l. 4. §. 3. l 29. pr. h. t.* Et talis est semper *habitudine* suâ & potentià, quamvis non semper *actu* quoque mixta sit, veluti si res jam communis esse desiit, tunc enim amplius ad divisionem agi nequit, superest tamen hæc actio ad præstationes personales tantum, utilis scil. *leg. 6. §. 1. ff. eod.* Perez. *d. l. num. 2.* prout etiam si manente communione saltem agitur ad impendia utili hac actione *l. 14. §. 1. eod.* Hæc ratione causæ *efficientis proximæ* Est (5.) *duplex* ubi uterque nostrorum Condominorum ad divisionem provocare non tantum potest, sed & quilibet eorum utrumque respectum & actoris & rei subit, & qui provocat, non actoris tantum, sed & rei insuper, & qui provocatur non rei tantum, sed & actoris insuper partibus fungitur, cum ex utraque litigan-

tium

tium parte, si non *actu* semper, *potentia* tamen sit, quod in hoc tali judicio prætendatur, & alter ab altero quid petat, & sic uterque agat, uterque se defendere necesse habeat, per text. *in l. 37. ff. de O. & A. l. 13. l. 14. ff. de jud. l. 2. §. 1. ff. Comm. div. l. 10. ff. fin. reg. l. 44. §. 4. ff. fam. erc.* Quod quidem contra processus & judiciorum ordinem incurrere videtur, dum ad judicium constituendum opus ut alius sit, qui petat, alius â quo petatur, & qui actionem intentatam excipiat atque ad eam respondeat; hoc tamen hic ex necessitate conditionis causæ, unde tales actiones oriuntur, & justitiæ ratione admissum, cum æquius omnino visum fuerit sub hac procedendi ratione, utut quodammodo confusa, partes admittere quam repellere, ad præcavendas eas & citius supprimendas implacabiles sæpius dissensiones, hoc in genere actionum identidem propullulantes, ob quam causam leges nostræ hac in parte meritò adeò indulgentes fuere, de eo tamen insimul studiosissimè sollicitæ, ut ad ordinem, quam fieri possit, hoc genus revocetur, introducendo, ut pro actore haberi debeat, qui prius ad judicium provocavit *d. l. 2. §. 1. ff. comm. div. l. 13. ff. de jud.* aut utraque simul provocante sorte res dirimenda sit. *l. 14. ff. de jud.* post plures Brunnem. *ad d. l. 13.* Est (6.) non *in rem scripta*, sed *simplex* sive directa hoc respectu. Quamvis enim, uti diximus, etiam personalis sit, & tamen detur adversus Condominum possidentem, divisionem detrectantem, & quoque adversus singularem possessorem, in quem alter Condominus partem suam alienavit. *l. 1. C. comm. div. l. 14. §. 3. ff. eod.* Oldendorp. *de act. for. cl. 4. act. 22. §. Cui & adv. quem. 4. in fin.* Ex qua causa *hereditatis petitionem* etiam actionem in rem scriptam esse, evincere voluit post Glofs. & Alexandr. *in rubr. Si cert. pet.* Rob. Marant. *in tr. de ord. judicior. p. 4. dist. 3. num. 61. seqq.* Attamen hæc communi dividundo actio propterea non potest pro in rem scripta reputari. Repugnat hic sane analogia juris nostri in totum. Est enim hæc actio, quatenus datur adversus possidentem ad divisionem, ex se & suâ naturâ realis, & hoc respectu adversus possessorem competit, ut propterea ea opus non habeat extrinsecus facta generali scriptione in rem aut subsidiaria illa extensione, cum hoc habeat ex sua propria natura. Insuper & deficit legislatio specialis, hoc particulariter disponens: Deficit & fundamentum, obligatio scil. ex facto quodam illicito proveniens, cui legislatio adsistere solet: vid. B. Dn. D. Frommann. *de divis. act. in gen. c. 4. §. pen. & c. 5. ferè circ. fin.* prout etiam *hereditatis* petitio ex iisdem causis ab ea classe rectius segregatur, quod etiam solide demonstravit, Marantam refutans Ad. Cortrejus *in Diss. de act. in rem script. c. 5. num. 7.* Et hæc ex loco *Subjecti.* Est (7.) quatenus realis, *arbitraria. arg. §. 31. J. de Act.* B. Dn. Frommann. *in diss. de differ. act. arb. & non arb. ibi 32.* quatenus vero personalis, *bonæ fidei.* per *§. 28. J. de Act. l. 2.*

§. 4. l. 14. §. 1. ff. comm. div. Nil movente in contrarium illa regula, quæ reperitur ap. laud. modò Dn. Frommann. *d. l. th. 9.* ubi quod actionum arbitrariarum nulla ſit bonæ fidei. Hanc enim non accipiendam eſſe, niſi de actionibus *mere* aut *pure realibus*, aut *perſonalibus*, non vero de *mixtis*, quæ diverſo reſpectu & arbitrariæ ſunt, & bonæ fideis, cum ratione realitatis arbitrariæ, & ratione perſonalitatis ſint bonæ fidei, tota tractatio *ibid. imprimis in th. 31. in fin. th. 32. ſeqq.* evincit Hæc ex loco *forma* accidentalis. Eſt (8.) *diviſoria*, quæ hoc ſibi proprium habet, ut Judici in ea permiſſa ſit facultas adjudicandi uni parti tale jus, quod hactenus nondum habuit, ita ut per ſolam eam ſententiam illud jus, quod alter Condominorum hactenus habuit, in eum tranferatur ſine ulla traditione *§. fin. J. de Offic. Jud. l. 17. C. de uſur. §. 26. J. de act.* utique quo ad partem rei communis ita adjudicandam, non ita quoad aliam quandam rem. *arg. l. 18. ff. comm. div.* Secus ac in actione *mere declaratoria*, cujus generis ſunt omnes actiones & reales & perſonales, quæ non ſunt diviſoriæ, in illis enim judex ſententiâ ſuâ non valet conſtituere novum aliquod jus, quod antea nondum erat acquiſitum, ſed ſaltem declarat illud jus, quod ſibi ante proceſſum jam acquiſitum actor prætendit, ipſi competere : uti id evincit textus luculentiſſimus *in leg. 8. §. 4. ff. ſi ſerv. vind.* Exinde apparet verum eſſe quod dicitur, quod Judicis ſententia in judiciis realibus *diviſoriis* referat ipſum modum dominii acquirendi, & ſit ipſa cauſa dominii alteriusve juris in re conſtitutiva, in *declaratoriis* vero ſe ſaltem habeat, per modum tituli ad dominium aliudve jus in re transferendum habilis, perinde ac in judicio alio perſonali. vid. B. Dn. Frommann. *de tradit. ver. th. 12.* Hæc ratione *finis*. Eſt (9.) *perpetua* & non temporalis *l. 1. §. 1. C. d. ann. exc. vid. th. præc.* Et eſt denique (10.) *tranſitoria* ad heredes. Quod expeditiſſimum eſt, quoad tranſitionem *activam*, nam heredibus ſine dubio datur, & quatenus realis, quia ipſum jus in re, dominium, ſervitus &c. tranſit vid. B. Dn. D. Lauterbach. *de tranſit. act. th. 2.* & quatenus perſonalis, quia eſt ex quaſi contractu, per textum generalem *in l. 13. C. de contr. ſtip.* Sed quoad tranſitionem *paſſivam*, quatenus *realis* eſt, non datur adverſus heredes, quà tales, ſed quatenus poſſident Weſenb. *ad tit. Com. div. num. 3. in fin.* quod recte reſtringit B. Dn. D. Lauterbach. *in Colleg. ad d. t. th. 10.* quoad ipſam rerum communium diviſionem ; quatenus vero eſt perſonalis, ex quaſi contractu ad præſtationes perſonales competens, ſine dubio eſt tranſitoria quoquè paſſive, ita ut & heredes rei teneantur *l. 4. §. 3. l. 10. ff. Comm. div.* Hæc ex loco *contrariorum*.

§. 6.

Quid ſi verò Condomini tales ſunt, qui judicem aut ſuperiorem nullum

lum agnoſcunt, cum quibus judicio experiri non datur, ſi inter ſe convenire nequeant, quolibet eorum ſuum arbitrium, contrariantibus ſibi invicem ſententiis, pro juſto reputante & præfractè tueri audente, anne tunc ita inter ſe contendentes ſtatim ad vim armorum, & ſubſidiarium illud belli remedium, quod inter liberas gentes nullius imperio ſubjectas vices judiciorum ſupplere debet, ſecundum tritum illud: *bellum incipit, ubi judicium deficit:* quod Cicero *in libro de offic.* 1. ita exprimit: *Duo ſunt genera decertandi, unum per diſceptationem, alterum per vim, cumque illud proprium ſit hominis, hoc belluarum, confugiendum eſt ad poſterius, ſi uti non licet ſuperiore:* prorumpere, anne vero potius omnia quævis molliora media pro amicabili quavis transactione aut compoſitione tentare debeant? id unicè adhucdum brevibus diſcutiendum nobis ſupereſt. Sanè ipſe modò allatus Ciceronis locus demonſtrat, bellum ſaltem juſtum dici ex capite neceſſitatis, & *per modum ſubſidiarii remedii,* cum ſæva res ſit bellum, cumulum ſecum trahens injuriarum & inſolentiæ, uti ex Plutarcho, & ex Auguſtino edicente: *Belligerare malis videri felicitatem, bonis neceſſitatem: & à juſtis non ſumi niſi neceſſario, ab injuſtis ſponte,* firmat. Grot. *de J. B. & P. l. 2. c. 24. §. ult.* Quò pertinet & illud Terentii: *omnia prius experiri quàm armis ſapientem decet.* Unde uti abſciſſio membri per ſe non eſt licita, eo tamen in caſu licita, imò neceſſaria eſt, quando alias totum corpus corrumperetur: ita & de belli juſtitia ex ſtatu neceſſitatis ſentiendum eſſe rectiſſime monet Univerſitatis hujus Manif. Dn. Rector D. Hochſtetter, *in Colleg. Pufendorf. d. Off. hom. & civ. pag. 516.* Neceſſitas autem apparet, quando adverſarius ejus pertinaciæ eſt, ut nullâ vel amicabili interpellatione, vel aliâ diſceptandi juris via, quâ inter æquales, ubi defiunt judicia, controverſiæ contentionesque ſopiri & conciliari ſolent, in ſaniorem, reddendi alteri quod ſuum eſt, viam reduci nequit. Dn. Præſes *in Diſſ. de Recup. bell. th. 4.* Talium viarum & mediorum contentiones inter ſupremas ejusmodi poteſtates amice & humanius componendi molliorum tres communiter recenſent ſpecies 1. *Colloquium* inter easdem ipſas, aut per legatos earundem inſtituendum. Grot. *d. tr. l. 2. c. 23. §. 7.* Pufendorff. *in tr. d. J. N. & G. l. 5. c. 13. §. 3.* Bœcler. *in Diſp. de Colloq. Princ. per tot.* ad quod inſtituendum pares quoq; regulariter obligatas eſſe, rectè ſtatuminat Dn. Kulpiſ. *ad Grot. d. l. §. 2.* Huic 2. proximius rectè jungitur *judicium ſortis,* conſenſu partium id permittente. Grot. *d. l. §. 9.* Pufendorff. *d. l. §. 3.* Et 3. ubi nec partium diſceptatio exitum controverſiæ invenire aut comparare poteſt, nec ſorti rem committere placet, proximum eſt & ultimum medium *in Compromiſſo,* ubi electis utrinque arbitris, eorumque cognitioni atque dijudicationi res relinquitur,

quitur, cum hac utrinque liberè facta ſponſione, ſe ſtare velle horum ſententiæ. Grot. *d. l.* §. *8*. Pufendorff. *d. l.* §. *3*. Exempla controverſiarum quamplura hoc modo diremptarum ex Alber. Gentil. & Grot. adducit Dn. Hert. *in Comm. ad. Pufend. l. 5. c. 13.* §. *3. lit. c*, jungens quoque ex aliis adhuc alia, quales autem eligendos eſſe arbitros ex regulis prudentiæ pendere recte inculcat. Dn. Kulpiſ. *d. l.* add. omninò Dn. Sim. Henr. Muſæi *Diſſ. de modis compon. Gent. controv. per tot.* ubi plenius. Hiſce verò jam fruſtra tentatis unicum illud *belli* ſubſidium, ſi alter jure ſuo cedere nolit, quod quidem regulis Chriſtianæ vitæ, ſi circumſtantiæ aliud non ſuadeant, exactius conveniret, de quo vid. Reverendiſſ. Dn. Cancellar. D. Jäger *in obſervat.* ad Grot. *l. 2. c. 24. O. 1.* remanet, cum vel ipſa natura, eique inſcripta lex curam ſalutis propriæ cuique commendet, cui innexum illud jus me meaque defendendi, aut id quod meum eſt per vim quoque extorquendi, quando amicè iſtis modis impetrari haud potuit. Et exinde quoque comm. inter juſtas belli cauſas in ſpecie refertur tentanda conſervatio & recuperatio rerum noſtrarum, ab alio iniquè detentarum Grot. *d. tr. 2. c. 1.* §. *2.* Bocer. *d. bell. c. 4. num. 10. & ibid. citt.* Dn. Præſ. *in d. diſſ.* §. *4. in fin.* Quid verò ſi jus ambiguum ſit, controverſiâ exortâ de ditione, quam neuter adhuc dum poſſidet, nec patet quis potiori jure gaudeat, aut uterque ex æquo quidem poſſideat, ſed inter ſe convenire nequeant, quod ad præſentem noſtram materiam proximius omnino pertinet, iniquus omninò cenſendus eſt, qui oblatam rei controverſæ diviſionem repudiat: rectè id obſervante Grot. *d. l.* §. *12.* cujus opinioni hac in parte cum Molin. Bannez. Suaretz. rectè ſubſcribit laudatiſſ. Dn. Cancellar. D. Jäger. *d. l. O. 2. in fin.* & Dn. Kulpiſ. *d. l.* §. *3. lit. m.* Poſſent quidem adhucdum multa alia hic in medium adduci, niſi tempus deficeret.

Sunt vero hæc capita præcipua, quibus nunc acquieſcimus.

S. S. D. G.

VI. DIS-

VI.

DISSERTATIO
DE
EXCEPTIONE NOBILITATIS
UTRIUSQUE
TAM GENERIS, QUAM SCIENTIARUM ET VIRTUTUM,

PRÆSIDE

MICHAELE GRASSO,
J.U.D. Sereniss. Würtemb. Ducis Consiliar. Pandect. Novell. & Crimin. Sanction. Prof. Publ. Ordin. p. t. RECTORE Universitatis Magnifico,
defensa à
CHRISTIANO FERDINANDO à MENZINGEN, Equite Suev.

TUBINGÆ, 1717.

THESIS I.

De re ipsa antequam agamus, paucis vim vocum in rubro occurrentium in antecessum explicare non abs re esse duximus. Vocabulum *Exceptionis* unde dicatur, & quotupliciter accipiatur traditum reperire licet apud B. Dn. Rebhan. *in Hodeg. Jur. ch. 2. clim. 4. par. 3. §. 35. C. J. A. & in ejus enucl.* Bicc. *ad tit. d. Except. §. 2. seqq.* Hahn ad Wesenb. *d. t. § 1.* Müller *in Not. ad. Struv. d. t. th. 2.* Quantum ad nostrum scopum proficit, duplex imprimis notanda est vocis hujus acceptio: Alia *latior*, quâ denotat omnem tam *Actori*, quàm *Reo* adversus adversarii sui qualemcunque Intentionem Jure competentem defensionem, sive in Exceptione, sive in Replicatione, sive in Duplicatione, Triplicatione, aut Quadruplicatione consistat. *l. 2. §. 1. 2. & 3. l. 22. §. 1. ff. de Except. pr. §. 1. 2. & 3. J. de Replic.* Alia verò *strictior*, quâ denotat saltem defensionem rei, *Actoris* Intentioni stricto Jure competenti & in se quidem efficaci, sed ex circumstantiis adversus reum in effectu iniquæ oppositam. *d. l. 2. pr. ff. L. 10. C. de Except.* Nos hac vice exceptionem in *strictiori* hac acceptione principaliter

liter conſiderabimus, ita tamen, ut applicationem & ad cæteras defenſionum ſpecies modò recenſitas pro re nata facere haud detrectemus.

II.

Nobilitatis vocabulum derivatur à voce *Nobilis*, qui dicitur quaſi *noſcibilis* aut notus, & celebris præ aliis tum propter Genus, tum & propter Virtutem præeminentem: Der mehr ſeyn ſoll als ein gemeiner Mann: quæ nominis notatio aliis alluſionibus meritò præfertur. Beſold. *Oper. Polit. L. 1. C. 11. §. 6. num. 38.* poſt alios Joſ. Nolden *de do Stat. Nobil. Civ. C. 1. num. 1. ſqq.* Dn. Maurit. *de Nobil. inprim. Germ. th. 1.* Idiomate noſtro Edel, Edelmann, Edelleute, von Adel, Adelsgenoß, Ritter. Beſold. *theſ. pract. voc.* Adel & Edelknecht, Maurit. *d. l. th. 5.* Unde Nobilitas quaſi Noſcibilitas Tiraquell. *d. Nobil. c. 2. num. 3.* Gregor. Tholoſ. *L. 4. de Rep. c. 2. n. 8.* Nold. *d. l. num. 7.* Dn. Joh. Stephan. Burgmeiſter in *Tr.* vom Reichs Adel *pag. 207.* Excellentiſſ. Dn. D. Schweder in *Introd. in Jus Publ. Part. Spec. Sect. 2. c. 18. §. 1.* Accipitur hic titulus dignitatisque gradus, vel in ſenſu *Latiori*, vel *Strictiori*. Et *illo* modo etiam Perſonis illuſtribus & in ſublimiori dignitate conſtitutis, Ducibus, Principibus, Comitibus, Baronibus tribui poſſe & tributum fuiſſe ſcribit Caſp. à Lerch. *in tr. d. Ordin. Equ. Germ. Cæſ. p. 1. f. 5. ſqq.* Paurmeiſter *d. jurisdict. l. 2. c. 11. n. 12.* Lehman. *in Chron. Spir. l. 2. C. 14.* Nold. *d. l. num. 50. ſqq.* Dn. Eyben *in Diſp. d. titul. Nobil. §. 2. ſeqq.* laud. Dn. Burgm. *d. l. p. 198. & 214.* Non minus & hoc titulo inſigniri, qui quamvis *genere* non, *dignitate* tamen & *honorum gradu* tales ſunt, veluti Doctores, Patricios, Principum Conſiliarios, adnotat *per Inſtr. pac. Osnabr. art. 5. §. 17.* Dn. Schilter *ad Jus Feud. Alem. C. 1. §. 29.* Dn. Burgm. *d. l. p. 206.* Excellentiſſ. Dn. D. Schweder *d. l. §. 3.* Imò & Imperatoribus hoc Prædicatum olim datum fuiſſe conſtat ex *L. 3. ff. d. Natal. reſtit. l. 15. C. de pact.* Dn. Maurit. *d. l. th. 2.* Curiamque Romanam ſ. Pontificiam, in eo ſibi quid Præcipui arrogare ſolitam fuiſſe, & adhuc dum hodie erga Electores, Duces & Principes hoc Stylo uti, ut *dilectos filios, nobiles Viros* eos appellitare ſibi præſumat, aliquot adductis Exemplis probat Speidel. *in ſpecul. jurid. pol. Hiſt. Voc.* Adel Reinking. *d. S. R. & E. L. 1. cl. 5. c. 11. n. 9.* Ex adverſo tamen Principes Imperii Anno 1561. literas eo titulo inſcriptas, ſibique oblatas Pontificio tum temporis nuncio non reſignatas, ne dignitatum Ordines, quibus Imperium R. G. gaudet, confunderentur, remiſiſſe recenſet Chytræus *in Chron. Saxon. lib. 20.* Nold. *d. l. c. 1. n. 61.* Dn. Maurit. *d. l. th. 3.* add. omninò Eyben *d. tit. Nobil. §. 4. ſqq.* ubi diffusè ſatis hac de re. *Hoc* verò modo, & in ſenſu *ſtrictiori* illis competit, qui plebejorum, & ex familia nondum nobilitata ſatorum ordine ſunt exempti, Principibus, Comitibus & Baronibus contradiſtincti natalium non minùs ac Virtutum

tum splendore præcellentes, Nobiles *in specie* sic dicti: quorum in Imperio nostro R. G. alii sunt *mediati*, qui Imperatori ac Imperio mediante alio Principe aut Statu cui subditi sunt, parent, veluti die Landsäßen; alii *immediati*, qui Imperatori ac Imperio ita parent, ut quoad Personas suas alium Statum pro Domino aut Magistratu regulariter non agnoscant, die Freye Reichs von Adel, welche ohne Mittel der Kayserl. Majest. und dem Reich unterworffen R. A. zu Augspurg de Anno 1555. §. und in solchen Frieden. R. A. zu Regensp. de Anno 1576. §. Dann weiters wollen wir. Ord. Cam. p. 2. t. 5. Bidenbach. *quæst. Nobil. l. 1. num. 7.* Knipschild. *d. Nobil. L. 1. c. 2. num. 7.* qui secundùm loca ac territoria ubi degunt, in tres Circulos aut Classes vulgo distribui solent, nempe in Suevicam, Franconicam & Rhenanam, die Ritterschafft in Schwaben, Francken und Rhein Landen, quibus associata quarta Alsatiæ Inferioris, de quibus vid. Magnif. D. Præses in Diss. *d. tut. mat. nobil. Imp. immed. th. 3. sqq. & ibid. allegg.* Maurit. *de Nobil. Germ. th. 26. sqq.* Quorum omnium intuitu Nobilitas nobis nîl aliud est, quàm Dignitatis in Republica gradus eminentior, vel ex Natalibus, vel ex Privilegio alicui infra Baronatus gradum competens, quo ex plebeja, aut communi hominum sorte atque conditione, exemptus, & præcellentioribus privilegiis ornatus reperitur. Et de Nobilitate hoc modo *strictè* accepta hæc tractatio quoad *rubri primum membrum* principaliter aget: quamvis, ubi vel eadem vel major ratio militat, ad similem vel superiorem honoris atque Dignitatis gradum ab hoc rectè inferri, & idem Jus regulariter, ex eadem concedentis voluntate observari atque applicari posse atque debere, sit quod per necessariam Consequentiam statuendum veniat.

III.

Hæc de *Nobilitate Generis*, aut *Sanguinis* familiarum splendore quæ excellit, & nomen hoc sibi quasi proprium vindicat, Germanicè der Adel, die Ritterschafft, die von Adel; Nunc de *altera Rubri parte*, nempe de *Nobilitate Scientiarum & Virtutum*, meritorum horundem gloriâ quæ præeminet, & magis *Dignitatis* nomine venire solet. Vocabulum v. *Dignitatis latiùs* quidem patet, denotans quamvis præstantiam, quomodocunque vel rei, vel personæ, etiam solo naturæ beneficio competentem. Sic dignitas dicitur inesse in sermone, in vultu, in gestibus, in re pulchra, nitida, splendida atque pretiosa. *Strictius* verò ad personas refertur, quomodo hic considerari debet; Et *hoc* in sensu vel in *genere* designat alicujus honestam & cultu & verecundia & honore dignam authoritatem, ita definiente Cicerone in *l. 2. d. invent.* quæ *major* redditur ex præeminentia potestatem quandam sibi conjunctam habente: *minor* v. est, quæ sine administratione existit, & *honoraria dignitas* appellari solet, quâ Princeps quem ornat *l. fin. C. d. dign.* vel etiam *in specie* designat eminentiam

tiam potestate aliquâ, aut saltem singulari quadam veneratione atque authoritate instructam, quâ ultra plebejos, vulgares & in dignitate aliqua non constitutos conspicuus quis & venerabilis annuente & concedente Cæsarea Majestate, aliave superioris jus conferendi & evehendi habentis authoritate redditur, nomen inde aliquod singulare juraque singularia potius. Facit huc *l. 14. pr. ff. de mun. & honor. & tot. tit. C. de dignit. l. 3. C. d. commerc. l. 7. C. d. postul. §. 3. & 4 proem. instit : l. 6. & 7. C. d. Prof. & Med. l. 4. §. 1. in fin. de Excus.* Excellentiss. Dn. D. Schweder *in Diss. d. privil. & jur. sing. pers. illustr. sect. 1. c. 1. th. 5.* Horsum referri merentur Personæ *Magistratuum* sine dubio majorum, qui quomodo in Imperio Romano olim fuerint distincti, quibusque titulis insigniri soliti, aliis vocitatis *illustribus*, aliis *spectabilibus*, aliis *clarissimis*, aliis *perfectissimis* : explicat latè Perez. *in C. ad tit. d. dignit. num. 3. sqq.* & novius plenissimè omnium post plures à se allegatos laud. Dn. D. Schweder *in dict. Diss. d. c. 1. th. 6. sqq.* Personæ Professorum, Consiliariorum, Doctorum, aliorumque, quos vocant, graduatorum, Advocatorum, militum, & qui sunt id genus alii eximiæ maximè sortis *l. 2. & tot. tit. C. d. Advoc. div. judicior. & citt. modò ll.* dignitate sive togatâ & literariâ, s. sagatâ & militari tales. Utroque n. modo s. marte aut armis, sive arte aut literis nobilitas virtute talis conciliatur, cùm utrobique mediante Virtute, quæ fons est hujus nobilitatis *d. l. 7. C. d. postal. l. 4. C. d. stat. & imag. c. Nos qui x. d probat.* emergant, laudem, honorem & dignitatem sibi parent Tiraqu. *d. Nobil. c. 2. §. 43.* ibi : eo deventum, ut eos nobiles duntaxat diceremus, qui alios virtutibus, divitiis, scientia, industria, eloquentia, re militari Reip. gubernatione, sua aut majorum dignitate, aut alia quavis excellentia, non vulgari, & ea quidem nota & celebri anteirent; & porro *c. 5. n. 5.* modò justa nobilitandi accedat forma quærenda in authoritate superioris, sine qua sola scientia, sola Virtus non nobilitat. Matth. Steph. *d. Nobil. l. 1. c. 4. n. fin.* qui omnes utut *Genere* nobiles non sint, sunt tamen *Dignitate* nobiles, iisdemque juribus regulariter fruuntur, quibus illi, *Instrum. Pac. Cæs. Suec. art. 5. §. 17.* Dn. D. Schweder. *in intr. in Jus publ. Sect. 1. c. 6. §. 15.* post Schilter. *ad Jus Feud. Alem. c. 1. §. 29.* Dn. Burgm. *d. tr. pag. 206. in fin. & p. 213.* pares quoque, modô non sint Ordinis planè inferioris, veluti magistratus & ministeriales minores, die Richter in denen Dörffern, unter denen Bauers Leuten, & similes illis, vel ratione Officii excellentioris, vel honoris, existimationis & eminentiæ, Virtutibus partæ, gradu insigniori. Quô facit vel maximè textus in *R. I. Aug. de Anno 1500. tit. 21. §. 5.* Ubi creati Doctores nobilibus sanguine talibus, & non simul equitibus, die nur von Adel und nicht Ritter seynd, non tantùm exæquantur, sed & præferuntur, illis verò nobilibus, qui simul equestris

equestris Dignitatis splendore præcellunt, denen von Adel so Ritter sind, regulariter parificantur in verbis: und sonderlich sollen die von Adel die nicht Ritter oder Doctores sind, Perlen oder Gold, ꝛc. zu tragen abstellen, ꝛc. Doch mögen die von Adel die Ritter oder Doctores, &c. &c. Quæ æquiparatio Doctorum cum Equitibus, & distinctio sive prærogativa eorum in Ordine ad Nobiles *simpliciter* tales, non Equites ibid. *in* §. 7. & 8. iteratis vicibus porro confirmatur per verba: item die von Adel, so sie noch nicht Ritter oder Doctores sind, sollen kein Gold, ꝛc. item die von Adel, so Ritter oder Doctores sind, sollen kein gulden Stück tragen, ꝛc. & toties quoties aliis similibus in textibus repetitur *Ref. Polit. Aug. d. anno 1530. tit. 14. §. 1. 2. & 3. junct. tit. 15. Reform. Aug. de Anno 1548. tit. 14. junct. tit. 15. Ord. Pol. Francof. de Anno 1577. tit. 11. junct. tit. 12.* quod argumentum, à condecoro hisce Imperii Constitutionibus determinati & permissi vestitûs & ornatûs habitu desumptum, etiam validissimè concludere ad inferendum parilem Dignitatis & Existimationis in aliis etiam jurium articulis, eorundemque honorum Doctoribus æquè ac Equitibus debitorum gradum oppidò patet ex *R. I. Trev. & Col. de Anno 1512. §. item* sollen dieselbe 8. Räthe, ꝛc. *11.* & *d. Ref. & Ord. Polit. dd. ll.* ubi decentia vestitûs atque ornamentorum gestandorum connectitur cum prærogativa Statûs, Ordinis atque Dignationis, quæ pro fundamento & norma illius, ut & aliorum Jurium ei convenientium meritò habetur, ihrem Stand und Freyheit gemäß, Jos. Nolden. *de Nobil. c. 5. n. 129. sqq.* cui conformiter quoque Anno 1707. d. 4. Apr. respondit inclytum Facultatis Jurid. in hac Eberhard. Collegium in causa Præcedentiæ inter Doctores Juris & Medicinæ & inter nonnullos Patricios N. controversæ. Et est omnino publicæ Utilitatis optimum præsidium atque firmamentum ubi scientiis & Literis suus servatur honor, quam in rem Symmachus. *l. 1. Ep. 79. Scimus,* inquiens, *bonas artes honore nutriri, atque hoc specimen esse florentis Reip. ut Disciplinarum Professoribus opulenta præmia pendantur:* Et rectè quoque Tacit. *Annal. 11. c. 7. n. 4. Sublatis studiorum pretiis etiam studia pereunt.* Sine his enim non facilè inveniuntur, qui alacri studio eas sectentur, nec erunt, qui Imperantibus adesse queant suis Consiliis in benè regenda Republica, quorum Operâ si non magis, æquè tamen indigemus, ac eorum subsidio, qui in tuenda ea promptos atque fortes se virtute sua & armis exhibere debent. Virtus communis fons est, ex quo utraque Nobilitas suam traxit Originem; & uti Nobilitas *Generis* vel Sanguinis, ita & Nobilitas *Literarum & Eruditionis* in præmium & testimonium Virtutis & militaris & literatæ s. Eruditionis cum publici egregii notabili incremento confertur, & ita inter se consociantur, & adæquantur, ut altera alteri mutuo sit subsidio, Becman. *in notit. Dign. illustr.*

Diss. 11. c. 2. §. 3. seqq. Unde & Nobilitatis Genus consequi dicuntur Doctores in Academiis, & Dignitas hæc Equitum Prærogativæ in Imperio R. G. semper fuit æquiparata. Horn. *de civit. L. 2. c. 7. §. 1.* quod multò magis verum est de iis, qui insimul officium aliquod illustre aut conspicuum penes Principes nostros gerunt, veluti qui Palatii aut Aulæ Magistri, Cancellarii, Mareschalli, quem dicunt, aut consiliarii partibus funguntur. *Ref. Polit. Aug. de Anno 1530. tit.* vom Adel *14. §. 2.* ibi: und so einer eines Fürsten Hoffmeister, Marschalck, oder Rath, und doch nicht von Adel wäre, der mag sich denen von Adel gleich tragen. *junct. §. 3. & tit. sq. 15.* Quod & repetitur *in Ref. Polit. Aug. de Ao. 1548. tit. 11. §. 2. sq. & tit. 12.* ut & *Ord. Pol. Francof. de Anno 1577. tit. 11. §. 2. sq. & t. 12.* Klock. *de Contrib. c. 15. n. 30.* Matth. Steph. *de Nobil. Lib. 2. §. 29.* aut etiam qui in Universitate aliqua Cancellarius aut Professor est, ut útpote qui etiam inter personas valde egregias referuntur, Rutg. Roland. *de Commission. & Commissar. p. 2. l. 2. c. 5. n. 13.* & si per *20.* annos publico Juris docendi munere functi, illustribus planè accensentur, *arg. l. un. C. de Profess. qui in urb. l. 2. §. quæ omnia C. de vet. jur. enucl.* Coler. *de Proc. Exec. p. 1. c. 6. n. 133.* Matth. Steph. *d. l. n. 55.* Quæ æquiparatio aut prærogativa hôc rectiùs statuminatur, quò urgentiori nititur ratione. Rem etenim si ex vero censere volumus, sepositâ præconceptâ aliâ opinione & præjudicio, præeminere videtur scientiarum & virtutum Nobilitas præ Nobilitate generis aut sanguinis sola. *Hanc* siquidem quisque non ex se suisque virtutibus præcisè, sed à Parentibus suis tanquam fortuitum quid accepit. Roman. *sing. 646.* Alexand. *1. Cons. 94. & 6. cons. 213.* At verò *illam* quis proprio marte suisque laboribus & meritis sibi partem habet, tantò majoris æstimandam in eo, qui fortean humili loco natus aut nullo majorum exemplo præeunte viam virtutis tamen sua sponte inambulat, dignus hoc respectu, ut & illi præferatur. Tiraquell. *d. Nobil. c. 5. n. 5.* Bobadilla, *l. 1. polit. c. 3. n. 23.* Perez. *in Cod. tit. d. dignit. n. 31.* Quam Dignitatis & Nobilitatis prærogativam qui in dubium vocare satagunt, uti videre est ex iis, quæ disputantur ap. Limn. *de Jur. Publ. l. 8. c. 8. n. 101. sqq.* Besold. *d. Nobil. d. 2. th. 29.* & Author. *discursûs novi de natur. & Stat. veræ nobil. & Doctor. jur. annex.* Itteri, *tract. de Grad. Acad. q. 1.* iis meritò inter alia objicitur illud Taciti *l. 1. Histor.* non deteriorem esse debere Conditionem eorum, qui posteros habere nobiles meruerunt, quàm qui Parentes: Generari & nasci à Principibus fortuitum est, nec ultrà æstimatur: illudque Marii ap. Salust. Quam, inquientis, iniqui illi sunt in me Judices, ut quod ex aliena virtute sibi arrogant, id mihi ex mea non concedant. Alieno certè præclaro nomine ignaviam suam investire velle absonum. Non minus & illud Sapientum Oraculum

ap.

ap. Trajan. Boccalin. *in Relat. Parnass. p. 2. c. 160. in fin.* ubi vid. quæ non minùs quadrant adversus eos, qui antiquam saltem Nobilitatem, quæ quidem gradu quodam præstantior optimâ ratione judicari potest, quia splendore Generis continuata, jam confirmata etiam in habitu virtutum, ut plurimum cum illo laudabiliter consociatarum, esse censetur, perfectior exinde & potior. *arg. l. 1. ff. de alb. scrib.* nimis præsumptuosè jactitant, & novam planè despiciunt, eosque qui virtute nuper nobilitati aut beneficio principum dignitate donati â se quasi specie quadam distinctos existimant, quos ridendos censet Petr. Greg. Tholos. *de Rep. l. 4. c. 4. n. 4. sqq.* quasi verò eorum Majores non fuerint etiam aliquando novi, nec aliis similes, & quasi solum atrium fumosis imaginibus plenum unica causa veræ Nobilitatis esset: secus ac cecinit Ovidius ad Pison.

Perit omnis in illo
Gentis honor, cujus laus est in origine sola.

Coincidit, quod scribit Salustius in Jugurtha Marium producens ita loquentem: Contemnunt novitatem meam, ego illorum ignaviam: mihi fortuna, illis probra objectantur: quamquam ego naturam unam & communem omnium existimo, sed fortissimum quemque generosissimum esse: Et quod Cicero Romani Princeps eloquii in oratione aliqua Salustio, qui eum contemptim vocarat novum hominem Arpinatem, respondit: *Ego*, inquiens, *meis majoribus virtute mea præluxi, ut si prius noti non fuerint, à me accipiant initium memoriæ suæ. Tu tuis vitâ, quam turpiter egisti, magnas obfudisti tenebras, ut etiamsi fuerint egregii cives, certè venerint in oblivionem. Quare noli mihi antiquos viros objectare, satius enim est me meis rebus gestis florere, quâm majorum opinione niti, & ita vivere, ut ego sim posteris meis nobilitatis initium & virtutis exemplum.* De quo pluribus disserentem, & id genus insolentiæ fortiter retundentem vid. Tiraquell. *d. Nobil. c. 4. num. 1. sqq.* Matth. Steph. *de Nobil. p. 1. c. 4. n. 12. sqq.* Noviss. Joh. Phil. Treiber, *in disp. Jen. hab. de Nobilibus novis injusto despicatui habitis per tot.*

IV.

Describi potest hæc, de qua hic agimus, Exceptio Nobilitatis, quod sit Jus Nobili *utriusque sortis* & nobilitate *sanguinis* & nobilitate *virtutis* tali, reo, aut impetito, adversus agentem alium cujuscunque Conditionis, vel etiam huic alii adversus utriusque Nobilitatis nobilem agentem, aut quid sibi petentem competens ad excludendam alterius intentionem petitionemque ipso jure fundatam.

V.

Ipsa hæc Descriptio innuit hanc Exceptionem *duplicis* esse *generis*: Aliam nempe *activam*, quæ nobili datur, ubi ab alio convenitur aut pulsatur, quæ

frequentior eſt, & uſu ſæpiùs obveniens: Aliam *paſſivam*, quam nobilis pati debet ipſi agenti ab alio oppoſitam. Eſt quoque Exceptio noſtra alia *generalis* in omnibus nobilibus, alia *ſpecialis* & reſtrictior in Nobilibus ſaltem immediatis locum inveniens.

VI.

Cauſa efficiens remota hujus noſtræ Exceptionis quærenda eſt, primitùs quidem, perinde ut aliarum Exceptionum jure probatarum omnium, in ſe & abſolutè conſideratarum, origo in ipſa æquitate naturali & jure Gentium. Exceptio ſiquidem, cùm habeat ſpeciem defenſionis *pr. I. de Except. l. 9. l. 10. C. eod. l. 12. ff. d. dol. mal. exc.* adverſus actionem ſummo & ſtricto jure competentem *d. pr. §. 1. & ſqq. I. d. Except.* (poteſt enim titulus e. g. ad obligationem producendam per ſe juſtus & validus eſſe, etiam ad actionem producendam, quæ tamen conſideratis certis circumſtantiis ob æquitatis defectum iniqua eſſe poteſt. Dn. Vitriar. *in univ. Jur. Civ. l. 4. t. 13. §. 24.*) rectè ad ipſum Jus Naturale & Gentium reducitur. *l. 1. § 1. ff. de dol. mal. & met. Exc.* junct. *l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. l. 3. ff. d. J. & J.* Unde & non ſine optimè fundata ratione Dn. Lauterbach. *in Colleg. theor. pract. tit. d. Except. th. 8.* & Dn. Coch. Aſſ. Trib. Wiſm. primar. *in prax. fori. Germ. p. 3. pag. 284.* matrem omnium Exceptionum dicit æquitatem jure naturali & Gentium agnitam: & in frequenti eas uſu fuiſſe jam ante conditam Romam Romanamque Jurisprudentiam apud alias Gentes, quibus, dum jus & juſtitia ſecundum leges adminiſtrari debuit, id ſine competenti exceptione fieri non potuiſſe, imo jam in paradyſo protoplaſtos Adamum & Evam ſtatim poſt lapſum exceptionibus uſos fuiſſe, dum Adamus culpam violati mandati de non veſcendo pomo à ſe in Evam rejecit, Eva autem in ſerpentem, cauſantes alium ab alio deceptum eſſe *Gen. 3. verſ. 12. ſqq.* eleganter adnotat Hahn. *in Diſſ. de Except. th. 10.* quo reſpectu etiam vel maximè in Jure noſtro favorabiliores habentur, ita ut reus, qui illis utitur, actore favorabilior cenſeatur *l. 125. ff. d. R. I. l. 47. ff. d. O. & A.* Hoc quicquid eſt naturalis æquitatis & Gentium juris, ei accedere, & authoritate ſua etiam in Rep. Rom. ſingulare aliquod robur ſuperaddere Jus noſtrum Civile haud dubitare potuit, hoc propterea agens, ut certam quandam formam cuique earum largiretur, donatâ vel latiore, quod ut plurimum factum eſſe conſtat, vel anguſtiori vitâ, & in genere totam earum cohortem ordine inſtrueret, & determinaret, iis aliquid vel addendo vel detrahendo. *l. 6. pr. ff. d. J. & J.* Dn. Coch. & Dn. Lauterbach. *dd. ll.* unde & ex hoc jure noſtro ſuos potiſſimum derivant Effectus. Et uti hoc in omnibus aliis Exceptionum ſpeciebus juris eſt aperti, ita & idem conſtat in ſpecie quoque in hac noſtra *Nobilitatis, parilisque Dignitatis Exceptione*, iisque quæ huic tribuuntur ſingularibus præro-

prærogativis, quæ maximam quidem partem pendent ex Imperatorum, Regum, Principum, similiumque aliorum superiorum gratiosis munificentiâ & Liberalitate plenis Rescriptis benè meritos eoque honore dignos in eam sortem meritò evehentibus, & ex proletariæ plebis censu eximentibus. vid. quæ scripsimus, textibus quoque nonnullis hanc in rem allegatis *th. præced. 3.* & infra ulterius allegandis. Neque enim calculum meretur nonnullorum nimis inconsideratorum hominum gratis protrusa hypothesis, quæ principium suæ nobilitatis nullum admittere, sed æternam illam esse, aut quasi à natura in sanguinem projectam atque sparsam, nec tam ex particulari superiorum gratia & privilegio, quàm ex creatione aliqua supernaturali divinaque originem traxisse arbitrantur Jan. Huart. *in Scrutin. ingen. c. 16.* quorsum referri meretur, quod nonnulli, Poëtæ imprimis, nobiles quasi à Diis Deabusque genitos procreatosque fingant, quam in rem plura loca congessit Tiraquell. *d. nobil. c. 2. n. 44. sqq.* Uti nec è contrario illorum Opinio probari potest, qui Nobilitatem, adeoque & nobilitatis Exceptionem naturali rationi, dum æqualiter omnes sati atque nati, repugnare autumant. Quamvis enim inter omnes homines ratione Originis suæ una eademque sit Conditio, quoad unam eandemque materiam unde formati sunt atque compositi vid. Genes. *c. 3. vers. 19.* Sirach. *c. 17. vers. 1. sqq. l. 3. ff. de J. & J. l. 32. ff. d. R. I.* quoad ipsam quoque nascendi sortem, eandemque quam in primævo hominum statu cuique cognatam deprehendimus libertatem non tantùm, sed & ingenuitatem, quo collimat vulgatus iste Versus:

Si Pater est Adam cunctis, si mater & Eva
Dic cur non simus nobilitate pares.
Degenerant homines vitiis, fiuntque minores
Exaltat Virtus, nobilitatque Genus.

Matth. Stephani *in tr. de Nobil. p. 1. c. 2. n. 1.* Tiraqu. *d. Nob. c. 4. §. 1.* vel uti aliàs idiomate Germano id efferre solent hoc notissimo versiculo:

Da Adam hackt und Eva spann,
Wer war damahls ein Edelmann?

Steph. *d. l. c. 4. n. 15.* quibus convenienter Seneca *L. 3. d. benef. c. 28.* nemo altero nobilior est, nisi cui rectius ingenium, & artibus bonis aptius. Hoc tamen nihil vetat, quo minus & naturalis ratio apud Gentes rectè constituisse dicatur, ut sit aliqua personarum distinctio atque diversus respectus, prout quisque virtutibus atque meritis vel concivibus suis se venerabilem dignumque reddit, ut judicent, ei altiorem quandam dignitatem præ aliis competere, suffragante maximè, comprobante & decernente eo, qui superior est in Rep. & evehendi potestatem habet. Dn. Ziegler. *in tr. d. jur. Majest. L. 1. c. 28. §. 20.* idquod meritò non tantùm singulæ Respublicæ, sed & in Imperio nostro in

ſpecie noſtri Legislatores ſuum fecerunt, prærogativas tales utrobique & indulgentes & conſervantes: quibus prærogativis juribusque extantioribus quia viva maximè ac florida redditur nobilitas, inde rectiùs dicitur, quod utraque noſtra nobilitas ſtrictè loquendo *civilis juris* ſit, quam & *politicam* dicunt, oppoſitam illi, quam *generalem & Philoſophicam* appellitant. vid. Matth. Steph. *d. l. c. 3. n. 2.* Nolden. *in tr. d. Stat. Nobil. c. 1. n. 36. ſqq.* Neque enim ſine Principum aut ſuperiorum eam poteſtatem habentium indulgentia & collatione unquam extitiſſent nobiles ſuis ornati privilegiis, quæ unicè accepto ferre debent ſuis, quos venerantur, Legislatoribus, cujus rei veſtigia leguntur non tantùm in Jure *noſtro Civili Romano*, veluti in *l. 3. §. 2. C. ubi Sen. vel clariß. l. 3. C. de Conſul. l. 2. l. fin. ff. d. Nat. reſtit. l. 1. C. de his qui à Princ. vacat. accep. t. t. C. d. dign. ſimilibusque aliis textt. ſupra jam in th. 3. citt. & paſſim hic ulterius citandis:* ſed & in Conſtitutionibus Imperii R. G. veluti in *R. I. Aug. de Anno 1548.* §. Wiewohl auch. *Capitul. Ferd. III. art. 46. Capit. Ferd. IV. art. 44. Leopold. art. 44. add. ſupr. jam cit. R. I. Aug. d. Anno 1500. t. 21. §. 5. Reform. Polit. Aug. d. Anno 1530. t. 14. & 15. & Ord. Polit. Francof. de Anno 1577. tit. 11. & 12. & id genus aliis texxt.* Rectiſſimè ergò cauſa Efficiens nobilitatis Princeps, aut ſupremus in Rep. dicitur poſt alios Nolden. *d. tr. c. 2. n. 1. ſeqq.* ubi Imperatori, Pontifici Romano, Regibus, Electoribus, Ducibus, Rebuspubl. eam poteſtatem rectè tranſcribit. B. Dn. Maurit. *d. Nobil. inprim. Germ. th. 8. ſeqq.*

VII.

Cauſa efficiens proxima noſtræ Exceptionis eſt dignitas, & præcellens illa horum hominum conditio, ortum ſuum referens primitùs ad merita & virtutum ornamenta atque præſidia, quorum intuitu etiam humili loco nati in ſortem eam eminentiorem evecti, Reique publicæ ſ. arte, ſ. marte fulcra dedere omnium conſtantiſſima atque validiſſima: id quod infinitis ferè exemplis, etiam Imperatorum, Regum & Principum, qui ſervilis planè vel aliàs ſordidæ Originis fuerunt, in conſpicuum dedit Tiraquell. *d. Nobil. c. 4. num. 6. ſeqq. c. 5. & ſeqq.*

VIII.

Quoad *Subjectum*, *Objectum*, *Formam*, atque *Effectum* hæc noſtra Exceptio cum aliis Exceptionibus in genere convenit, præterquam ubi quid ſingulare habet: Hac ratione *activa* illa datur nobilibus utraque nobilitate claris, quando poſtulantur in reos, & ab iis aliquid petitur in judicio. *l. 10. C. d. Except.* vel jam cœpto, vel mox incipiendo, ita ut in illo caſu Exceptio conſideretur *in actu exercito*, prout eſt actualis quædam allegatio intentionis excluſiva; in *hoc* v. caſu, *in actu primo atque ſignato*, prout deſignat jus talem allegationem

nem in posterum faciendi: *per l. 2. pr. & §. 2. ff. d. Except.* Hahn. *in diß. d. Except. th. 13.* & qui ex hoc ordine agere possunt, iis quoque exceptionem hanc competere dicendum est. *arg. l. 1. §. 4. ff. d. superfic. l. 156. §. 1. ff. de R. I.* adeò ut si qui etiam ab agendo repellendi essent, tamen propterea non deneganda veniret, tanquam defensionis species, quæ nemini aufferenda. *l. 125. ff. d. R. I. l. 5. pr. ff. d. pœn. l. 10. & l. 11. C. d. Except.* B. Dn. Lauterbach. *in Colleg. theor. pract. d. Except. th. 9.* Hæc Exceptio verò personalis est, adeoque ad heredes & successores non transit, *arg. l. 7. pr. ff. d. Except.* & non tantùm expirat cum persona in dignitate aliqua, aut in officio aliquo eminentiori constituta, quæ dicitur nobilis nobilitate scientiarum atque virtutum: neque enim Cancellarii, Doctoris, aliusve honoratioris ejusmodi officialis filius Cancellarius, Doctor aut similis ipse est, aut dici potest, per consequens eodem jure, iisdem prærogativis uti non potest, *l. 68. l. 196. ff. d. R. I. l. 42. ff. d. admin. & peric. tut.* Finitâ siquidem personarum qualitate, propter quam privilegia sunt indulta, extinguuntur & privilegia *l. 6. §. 14. ff. d. excus. tut. l. 4. §. 1. ff. d mun. & hon. c. 60. x. d. appellat. l. 87. §. 1. ff. d. Leg. 2.* nisi privilegia illa specialiter quoque extensa inveniantur in personas alias, e. gr. heredes, tunc enim hi jure novæ cujusdam concessionis & quasi jure proprio iisdem fruuntur *per text. in l. f. ff. d. Decur. l. 17. C. d. quæstion. l. 11. C. d. excus. mun.* quam in rem & allegari merentur privilegia huic Eberhardinæ ab Eberhardo seniore, primùm deinde Duce Wirtembergiæ, fundatore munificentissimo, concessa & quotannis in templo S. Georgio dicato publicè ex suggestu toti Civitati publicari & in memoriam revocari jussa, in quibus gloriosissimæ memoriæ fundator immunitates Doctoribus, Magistris & Studiosis concessas expresse quoque ad alias ad eos pertinentes personas extendit in §. auch wollen wir. *pag. Stat. 199.* ibi: Daß alle Doctor, Magister, Studenten, NB. oder die Ihnen zugehören solch obgeschrieben Guth, Wein, Fleisch, Fisch, Korn, Brod und anders, wo und wann sie wollen, bestellen, kauffen, &c. & §. wir haben auch, *pag. 201.* ibi: Haben auch alle Freyheit geben, wie Magistern und Studenten, geben auch hiemit in Krafft dieses Brieffs NB. allen ihren ehelichen Weibern und Kindern, darzu allem Ihrem Haußgesind, Knechten, Mägden, Dienern, dazu Pedellen, Schreibern, Einbindern, Illuminirern, welche zu Tübingen Wohnung haben. vid. B. Dn. Lauterbach. *in Colleg. ad tit. de Constit. Princ. th. 29.* Sed & in *nobilitate sanguinis atque Generis*, ejusque prærogativis ac privilegiis. Quamvis enim & Nobilium liberi ex primæva nobilitatis concessione nobiles non minùs sint ac eorum parentes, per consequens uti aliis ejusmodi Juribus ac prærogativis, ita & hac Exceptione gaudeant, tamen his fruuntur non tanquam heredes aut jure hereditario, aliàs enim vivis parentibus tales non essent, quod

incon-

inconveniens dicere, ſed jure ſuo ſibi primitùs quæſito, perinde ac quod parentibus quæſitum, cum quibus *ſpecie* quidem eandem nobilitatem habent, at verò *numero* aliam. Utut itaque cum perſonis parentum deſinat nobilitatis privilegium, parentibus quod erat datum, quod hactenus omnino perſonale eſt, privilegium tamen numero aliud, quod liberis etiam perſonaliter indultum, in horum perſonis uti initium cœpit, ita & perdurat: & ſic porro in horum deſcendentibus in infinitum ulterioribus, omnibus proprio jure hac in parte gaudentibus. B. Dn. Maurit. *de Nobil. Germ. th. 21.* B. Dn. Lauterbach. *d. l. th. 33.* Contra verò hæc noſtra Exceptio datur contra actores quoscunque ſ. ſuperioris, ſ. ejusdem, ſ. inferioris ordinis, horumque omnium heredes atque ſucceſſores *arg. l. 6. ff. l. 1. l. 2. C. de Except. l. 143. ff. d. R. I.* Quod verò ad *paſſivam* nobilitatis Exceptionem attinet, illa datur cuicunque alii à nobili utriusque ordinis convento aut impetito, illiusque heredibus ac ſucceſſoribus adverſus ejusmodi nobilem agentem aut quid ſibi petentem. *arg. l. 62. l. 156. §. 2. ff. d. R. I.*

IX.

Objectum hujusmodi Exceptionis eſt non minùs uti aliarum Exceptionum Intentio ſ. petitio actoris, quatenus hanc reus injuſtitiæ arguit, ex circumſtantiis jus ſummum hic moderantibus. *l. 2. pr. ff. d. Except. §. 1. & ſqq. I. eod.* *Forma*, quæ à fine pendet, conſiſtit, perinde ac in aliis Exceptionum ſpeciebus, ita & in hac, in vi & poteſtate actionem ipſo jure competentem excludendi & impugnandi. *pr. Inſt. l. 2. pr. & §. 2. ff. d. Except.* *Effectus* pariter eſt ipſa actionis & intentionis excluſio. Quæ generaliter & per ſummam hic indicaſſe ſufficit: cùm in ſubjungendis mox exemplis hæc omnia conjunctim ſpecialiùs & penitiùs conſpicere liceat. Unde & temporis, quo nunc coarctamur, lucrandi ergò unicè adhuc in iis recenſendis, examinandis, & ad Uſum atque Effectum juridicum in foris noſtris quotidiè ferè occurrentem revocandis & ſtatuminandis occupati erimus. In his autem ordinem obſervabimus, quô aliàs uſus eſt Imp. noſter Juſtinianus in Inſtitutionibus concinnandis, ſecundùm tria, quæ vocant, Juris noſtri Objecta: Ubi 1. de Exceptionibus Nobilitatis utriusque circa *Jus Perſonarum* obvenientibus, 2. de iis quæ circa *Jus Rerum*, & 3. de iis quæ circa *Jus Actionum* reſultant, & actionibus aut intentionibus petentium quid jure opponi poſſunt.

X.

Quod ad *Jus perſonarum* attinet, exceptio hæc prodire poteſt in materia *modorum patriam poteſtatem conſtituendi*, & 1. quidem ſponſaliorum & nuptiarum. Ponamus Caſum: Nobilis Juvenis ſponſalia ritè rectèque celebravit cum fæmella ſanguine non nobili, aut fæmella nobilis cum maſculo ignobili, iſta

ista sponsalia aut matrimonii promissionem ad effectum deducere & consummare, aut, ubi consummatum jam est, præstanda præstare pars nobilitate generis antecellens recusat, altera pars conditionis inferioris, aut plebejæ planè sortis implorat judicem competentem, ut compellat partem recusantem ad matrimonium consummandum, aut si jam consummatum ad ea, quæ ex matrimonio pendent, præstanda aut tribuenda; hæc verò de cætero non habet, quod opponat, nisi unicam hanc *nobilitatis & inæqualitatis exceptionem.* Qu. an justa sit Oppositio? Resp. Neg. Nullo etenim jure, nec divino, nec humano prohibita inveniuntur sponsalia aut matrimonia inter tales personas ineunda, nec inter qualitates justi & legitimi connubii essentiales aut necessarias hodie ullibi recensetur aut requiritur paritas dignitatis aut conditionis, exinde ex impari illa conditione quæ vult deduci & opponi exceptio, hactenus malè fundata erit. Olim quidem Jure nostro Romano, & vel in ipsa XII. Tabb. lege prohibebantur connubia inter patricios & plebejas, Senatorem, ejusque liberos atque libertas, aliasve personas viles, veluti mulieres Scenicas, & vice versa, *l. 16. l. 23. l. 27. l. 42. §. 1. l. 44. l. 47. l. 52. ff. d. rit. nupt.* inter Præsides provinciarum & provinciales *l. 38. l. 57. ff. eod.* inter personas liberas atque servas, *l. 67. ff. de Jur. dot. l. 7. ff. de agn. lib.* ex rationibus aut prætextibus recensitis ap. Ærod. *l. 4. rer. judic. tit. 15. c. 5.* & Dn. Stryk. *in us. mod. ad tit. d. R. N. §. 6.* Tales prohibitiones tamen non ampliùs observari tum ex Jure *noviùs* promulgato constat ex *l. 23. C. d. nupt. Nov. 51. Nov. 78. c. 3. Nov. 89. c. ult. Nov. 117. c. 4.* & Jure *Canonico t. t. x. d. Conjug. Serv.* vid. Brunnem. *de Jur. Eccles. l. 2. c. 16. §. 18. & ibid.* Stryk. *in addit. ad verb. substantiam matrimonii convellit:* tum etiam ex Jure *moderno*, quod usus frequentior demonstrat & constabilit, etiam in *personis illustribus*, Ducibus, Principibus aliisque, quibus quidem quam maximè commendandum est, ne splendorem familiæ antiquæ illustrioris inæquali connubio, imprimis cum persona planè abjecta vilissimæque conditionis imminuant aut contaminent, cum & in his quoque quadret illud Ovidii prudens monitum: *Si vis aptè nubere nube pari.* Henr. Salmuth. *in qu. de matr. cum virg. nob. fol. 13. & 24.* & post alios Myler. ab Ehrenbach. *in Gamol. Princ. imp. ill. c. 5. §. 1. sqq.* aliquot exempla adducens §. 3. eorum, qui malè audivere ob indignas suo fastigio nuptias: notatum quoque ob id Ericum XIV. Suecorum Regem, quod Catharinam, quam lictoris filiam dicit Arnis. *d. jur. connub. c. 3. sect. 6. num. 16.* Satellitis verò sui filiam alii perhibent, in uxorem duxerit, & Reginam proclamaverit, Thuan. *in histor. lib. 43.* Chytr. *in Chron. Saxon. l. 22.* Et Uldaricum XXI. Ducem Bohemiæ puellæ rusticæ amore captum, sibi thalami consortem indecenter junxisse Æn. Sylv. *in Histor. Bohem.* & Reinking. in Bibl. Pol. Ordn. *L. 3. ax. 3. in fin.* nobis referunt:

eoque magis iisdem hoc identidem inculcandum eſt ſeveriùs, ut talia connubia ineant, quibus regno aut Reipublicæ ſuæ, & ſaluti populi quam optimè poſſint proſpiciant; inde communiter appellitari ſolent matrimonia ex ratione ſtatûs, Staats-Heurathen, quibus ſæpiùs plus quàm volupe eſt regentes & Principes obnoxii eſſe debent, in quo privatorum ex amicitiæ affectu & morum conformitate ſibi uxores eligentium ſortem ſuaviorem & feliciorem æſtimat atque deprædicat præ Regum & Principum, illi & ſtatûs utilitatis ſuæ ſuæquæ Reipubl. rationi quaſi alligatorum fortuna, quâ vel ſanctiſſima talia fœdera cum in finem ſæpiſſimè inire debent, ut vel bella jam exorta extinguant, vel metuenda præcaveant, ſuaque regna tuta præſtent, & vel affinitatis vel conjunctionis fulcimentis conſtabiliant, vel ampliori dote atque acceſſione res ſuas providè & potenter augeant, Joh. Barclaj. *in Argen. l. 3.* Myler. ab Ehrenbach. *d. l. §. 3. & 4.* plura talium admodum inæqualium connubiorum incommoda ex aliis recenſens, atque diſſuadens, ita tamen ut imparem iſtam nubendi Conditionem perſonarum Imperii illuſtrium non præcisè æſtimet ex *proportione Arithmetica*, nempe ut Dux Ducis, Marchio Marchionis, Comes Comitis filiam ducat, ſed magis ex *proportione Geometrica*, ne generis nobilitate multùm ſe exſuperent, nec uxor multùm inferior ſit viro, ad quotidianam Imperii obſervantiam, quæ Ducibus aut Principibus Comitum filias, Comitibus contra Ducum, imò quàndoque Regum filias matrimonio junctas nobis exhibet, ex Toming. Nold. Fabr. Pfeil. provocans. *d. l. §. 6.* Hiſce tamen non obſtantibus, cùm evenire poſſit, ut & admodum inæqualia etiam Regum aut Principum matrimonia, vel cum plebeji ordinis fæmellis, modò non nimis abjectæ ſint perſonæ, contrahenda in cenſum arcanorum dominationis veniant, Arn. Clapmar. *in tr. de arcan. Rerum publ. l. 3. c. 18.* Mich. Piccart. *in obſ. hiſtor. pol. dec. 9. O. 1.* & vel conſervatio familiæ atque neceſſitatis ratio ea ſuadeat, non eſt, cur illegitima ea, aut ſaltem talia, quibus illuſtris ejusmodi dignitas jure imminuatur aut obſcuretur, protinus pronunciemus, aut tantopere diſſuadeamus, quæ ineuntur ſive cum filiabus ſanguine nobilibus, ſive cum aliis dignitate & virtute paribus, etiam civici planè ordinis, modò ex familiis ſint honeſtioribus, nec de cætero indignæ perſonæ, ex Hieron. Imhoff. *de rat. Stat. p. 1. obſ. 2. in fin.* Myler ab Ehrenbach. *d. Gamol. c. 5. §. 45. ſeqq.* Pro indigna autem perſona non protinus reputanda eſt, quam deſtituit generoſa nativitas, utut non deſtituat generoſus animus, & inſignia in Rempl. merita, quod arbitrio judicis rectiùs relinquitur. Unde ſi Comitiſſa vel Baroniſſa Doctori, meritis maximè ſuis illuſtri aut claro, nubat, eam non poſſe dici nupſiſſe indigno, ex Saliceto Menoch. *l. 4. præſ. 189. n. 86.* Cruſ. *de præced. l. 4. c. 31. num. 73.* & B. Dn. Stryk. *in uſ. ff. mod. ad tit. de Senat. §. 18.* ſtatuere haud verentur: quod vel

exinde

exinde constare, quia Doctores verè sunt nobiles & per omnia nobilibus æquiparantur per *Ord. Cam. p. 1. t. 43. & Ref. Polit. de Anno 1548.* add. alios textt. rectiùs allegatos *supr. th. 3.* probat Dn. Casp. Matth. Müller JCt. Rostoch. *in Diss. de matrim. nob. cum ignob. §. 15.* add. Dn. Burgmeist. in tr. vom Reichs-Adels-Staat p. 89. ibi: Sie sollen auch Gräfinnen zu Heyrathen würdig zu halten seyn, dergleichen Exempel woll und zwar erst vor gar wenig Jahren angezogen werden könten. ubi & alios allegat. Exinde, si Princeps imprimis apanagiatus, cui non est nisi tenuis alimentaria provisio, angustiâ rei familiaris, belli ac temporis injuriâ, aut gravi ære alieno pressus, eo condescendere opus habeat, potius est, ut ad eum modum honestiori viâ necessitatibus succurrat, quàm ut ad alia indecora licentiosâ & nimis superbâ mente provolet, præ fastu illo pereat, aut miserè vivat, rectè quoque id annotante Dn. Elia August. Strykio *in Diss. de matrim. Stat. c. 2. num. 21.* Inde non pauca occurrunt exempla in domo Austriaca, Bavarica, Hassiaca, Badensi, Brunswicensi & Lüneburgensi aliisque conjugiorum à Principibus cum virginibus uti nobilibus notabiliter initorum, uti videre est apud Reinking. in Bibl. Pol. Ordn. *l. 3. ax. 3. in fin.* Myler. ab Ehrenbach. *Gamol. c. 5. §. 16. seqq.* ita & non minùs cum virginibus civici ordinis contractorum in se haud infelicis planè successûs: Laudat hanc in rem exemplum Stephni Hungariæ Regis, qui è regno ejectus Venetiis Patritii cujusdam ditissimi ex Maurocenorum familia filiam Uxorem duxit, ex eaque filium suscepit, qui postmodum avunculi locupletissimos nactus thesauros eorum ope avitum tandem regnum post Ladislai mortem circa annum 1300. Andreæ tertii nomine obtinuit. Bonfin. *Rer. Hungar. dec. 2. l. 9.* El. Aug. Stryk. *d. l. n. 22.* & Regnoldi Geldriæ Comitis prodigalitate & luxu suo ditiones suas exhaustas possidentis, inopis & obærati hisce suis angustiis ex consilio Archi-Episcopi & Electoris Coloniensis ita succurrentis, ut Berchtoldi à Merchlinia dicti, mercatoris prædivitis filiam unicam Mariam in matrimonium sibi peteret, quæ & ipsi sub certis Conditionibus elocata filiam peperit Isabellam, & de cætero cum eo in optato vixit connubio, quamvis deinde super successione ingens enata fuerit decertatio, uti id enarrat Nic. Bets. *de pact. fam. ill. c. 6. pag. 161. seqq.* colligens exinde non sine incommodo & periculo esse talia imparis conditionis matrimonia, utut urgente necessitate in emolumentum contrahentis Principis & ditionum ejusdem inita: quò pertinent etiam rationes dissuadentes modò in antecessum à nobis indigitatæ & latiùs propositæ à Myler. ab Ehrenbach. *in Gamol. c. 5. §. 1. seqq.* qui & §. 47. eadem modò allata exempla adducit. Alia ejusmodi exempla etiam in fœminis inferioris sortis videre licet ap. Excellentiss. Dn. D. Schweder *in Diss. de matrim. ad merganat. th. 22. & 23.* & prostant etiam nostrâ adhucdum ætate talia

in domo Brunſvvicenſi, & Anhaltina Deſſavienſi, vid. Hübner. *tabb. geneal. 190. in loc.* de Rudolpho Auguſt. *& 236. in loc.* de Leopoldo. Quibus in Caſibus quidem ut plurimum matrimonia illa ſolent celebrari ad morganaticam, dicta die Vermählung zur lincken Hand, eò tendentia, ut in favorem liberorum prioris matrimonii, aut agnatorum, fœmina ita juncta & liberi ex ipſa naſcituri dignitatis mariti aut patris contra juris communis regulam in totum non ſint participes, nec jure ſuccedendi in omnia defuncti bona gaudeant, ſed certis quibusdam pacto illo aſſignatis portionibus & bonis contenti ſint. *2. F. 29.* Dn. Schvveder. *d. l. poſ. 1. & paſſim. ibid.* Myler ab Ehrenbach. *d. l. c. 6. §. 1. ſeqq.* quodipſum tamen legitimitati, ut ita dicamus, matrimonii aut liberorum inde natorum nil planè officit. Myler ab Ehrenb. *d. l. c. 5. §. 54.* laud. Schvveder. *d. l. poſ. 25. ſeqq.* Diximus quod *ut plurimum* id ita fiat. Non enim ſemper matrimonia inter perſonas inæqualis conditionis contrahuntur ſub pacto morganatico, ſed inveniuntur etiam ſimpliciter, & pari cum aliis æqualibus connubiis affectu & effectu inita. Excell. Dn. D. Schvveder. *d. l. th. 22. ſeqq.* & quædam inter modò enumerata exempla id itidem confirmant. Quæ cùm ita ſint in perſonis *illuſtribus* atque Principibus quoad connubia tantis planè paſſibus aut gradibus diſparia, & tamen propterea in ſe non vitioſa, non illegitima, non nulla: id quod latiùs adhuc per plures rationes egregiè conſtabilitur per Reſponſum Juridicum Helmſtad. Menſ. Apr. 1698. in cauſa matrimoniali Principum Albaniæ impertitum, quod exhibet B. Dn. Sam. Stryk. *d. Diſſenſ. ſponſal. Sect. 5. §. 77. ſeq.* multò magis locum invenient in ſponſalibus & matrimoniis *nobilium cum ignobilibus*, quæ legitima omnimodo ſunt & manent æquè ac alia matrimonia inter perſonas non prohibitas cujuscunque ordinis contracta; quod dubium ferè nullum habet, ſi nobiles *antiqua proſapia* cum perſonis *nunc primùm nobilitatis*, aut nobiles *ſanguine* cum perſonis *virtute & Dignitate* nobilibus ſe copulàverint, cùm, uti jam tradidimus *th. 3.* ejusdem ſint commatis, ordinis atque dignitatis: & quamvis magis dubitari poſſe videatur de matrimoniis nobilium cum inferioris ordinis perſonis, veluti ſi civicæ, & ex his planè plebejæ, aut ruſticæ ſint Conditionis, quæ ineuntur; quam in rem maximè quadrant diſſuadendi rationes contra talia Connubia congeſtæ ex aliis à Carpzov. *in Jurispr. Conſ. l. 2. t. 1. d. 9. n. 1. ſeq.* Inter quas non poſtrema in effectu ſuo eſſe videtur illa, quæ ultimo loco *num. 10. ſeqq.* adducta, petita ab incommodis indè ut plurimum ſecuturis, litium nempe & diſcordiarum inter ipſos conjuges ſuboriendarum, & his qui annecti ſolent, infelicium eventuum, malorum quoque quibus premere & fatigare ſolent invidiâ turgidi agnati nobiles plebejam talem conjugem, juxta illud Ovidianum in Ep. 8.

Quam

Quam malè inæquales veniunt ad aratra juvenci
Tam premitur magno conjuge nupta minor.

re ipsa tamen nec hic aliud statuendum esse, quàm in præmissis modò casibus, constat ex eo, quod talis Statûs aut conditionis disparitas & inde quæ subnasci possunt incommoda, utut impedimentum matrimonii contrahendi dissuadens dici queat, nullibi tamen in juribus nostris, s. Divino, s. Gentium, s. Jure Civili communi, s. Canonico s. eo qnod in Recessibus I. R. G. disponitur, s. quod moribus viget, regulariter inveniatur posita pro impedimento sponsaliorum & nuptiarum prohibente, multò minùs pro causa Conjugium jam contractum iterum dissolvente: utpotius experientia quotidiana testetur nobilem ignobili, divitem pauperi, dominum ancillæ & vice versa tali fœdere, valido omninò per jura nostra omnia, nisi quid in aliquo loco specialiter inductum appareat, uti de Daniæ & veteris Saxoniæ moribus refert Cypræus *d. conjug. c. 13. § 36. n. 7. & in fin.* ex aliis Limn. *in jur. publ. l. 6. c. 5. num. 63.* jungi. Gerhard. *in loc. de Conjugio §. 399.* Carpzov. *in Jurispr. Consist. d. l. 2. t. 1. d. 10.* Struv. *in S. J. C. Ex. 29. th. 28.* & Müller. *ibid in addit. lit. i.* Vitriar. *in univ. J. Civ. priv. ad tit. de nupt. §. 48. n. 4. in fin.* Myler. ab Ehrenbach. *de Gamol. Princ. c. 5. § 60.* ubi potius tale matrimonium pro ratione circumstantiarum, maximè si res sit angusta domi, opulentiâ ducendæ uxoris, utut ordinis inferioris, omnium optimè erigenda & amplificanda, suadet his verbis: *Tali sanè viro nobili omninò annitendum est, per connubium filiæ honestæ, licet civici Ordinis, præsertim divitis, nobilitatis paternæ decus conservare, ad quod Conjugium ipsa ratio Statûs familiæ necessitat, ne per integram vitam sordescere cogatur.* Casp. Matth. Müller. Prof. Rost. *in Disp. de matrimon. Nobil. cum ignob. c. 1. §. 2.* ubi plures quæstiones huc pertinentes decidit; maximè cùm hæc harum personarum in dignitatis gradu & ordine vel eodem, vel se invicem proximiùs contingente, nullô alio intermedio gradu inter eos interveniente, veluti inter nobiles utriusque sortis, & eos qui sunt in civico ordine merè sic dicto nullus ordo alius intervenit, existentium differentia talem notabilem disparitatem aut inequalitatem non inducat, ut exinde familia nobilis aut illustris reverà possit dici obfuscata, aut splendor ejus quasi obnebulatus, Pfeil. 2. *Cons. 78. n. 161.* Müller. *in addit. ad Struv. S. J. C. d. Ex. 29. th. 28. lit. i.* non magis ac in casibus, ubi vel Reges Principum, vel Principes Comitum, vel Comites inferiorum ordinum filias ducunt, & hoc modo matrimonia contrahunt non minùs valida ac legitima ac illa, quæ cum sui Ordinis personis contrahuntur, *per modò demonstrata.* add. Dn. Stryk. *d. dissens. sponsalit. sect. 5. §. 74.* ubi quod frustra sentiant, qui matrimonium Principis cum Virgine nobili pro nullo reputent, & liberis inde natis jus succedendi in paternas Regio-

nes denegent: quam ſententiam ſine dubio *ſola opinione*, nulla verò *juris ratione* niti aſſerit, & ulteriùs confirmat ſupra laud. Reſp. Helmſt. domui Sereniſſ. Albaniæ impertito; etiam cum ea Extenſione, ut pactum parentum nullatenus valere poſſit in præjudicium ex inæquali tali matrimonio prognatorum ad totalem excluſionem liberorum illorum à principali e. gr. dignitate, ſi hereditate abſtineant paterna: quod pluribus ibi in dicto Reſp. convalidatur ap. Stryk. *d.l.* §. *78.* quod & Scabinaûts Lipſienſis deciſo, aliorumque JCtor. Reſponſo egregiè ulteriùs conſtabilit Richter. *p. 3. d. 132. per tot.* Imò ratio in univerſum non tantùm in Conjuge ex ordine immediatè ſubſequenti, ſed & in illa, quæ ex inferiori per multa interſtitia aut planè ultimo ſociata eſt loco atque Ordine, militat ea, quæ depromitur ex nobilitate & dignitate mariti, quâ etiam erigitur, colluſtratur & reſplendeſcit uxor, utut ex infima & plebeja, ſ. ex fece plebis, imò ruſtica planè ſorte fuerit ducta, *per texxt. clariſſ. in l. 8. ff. d. Senat. l. fin. C. d. incol. l. 13. C. d. dign.* Fab. *in Cod. Saband. c. 9. t. 28. d. 16. num. 4.* Nolden. *d. Nobil. c. 11. num. 6.* Tiraquell. *d. nobil. c. 18. num. 1. ſeqq.* Müller. *d. l.* Ziegler. *d. jur. Maj. l. 1. c. 28.* §. *28. ſq.* Joh. Volmar. Bechmann. *in Comm. ad ff. tit. d. rit. nupt. in Obſ. pract. 38.* ubi quod ex matrimonio Nobilis cum plebeja liberi prognati verè habeantur nobiles, & generi vel familiæ inde nullum fiat præjudicium: & ita pronunciaſſe JCtos Helmſtad. menſ. Octobr. Anno 1630. refert Toming. *1. Conſ. 8. n. 4.* ubi quod Georg. à Q. avita ſua & antiqua feuda à Patre ſuo Apolline derelicta jure ſibi aſſerat, quantumvis NB. matre ruſtica fuerit prognatus. add. quæ ſcribit Carpz. *in Juriſpr. Conſiſt. l. 2. t. 1. d. 11. per tot & ab hoc aliisque modò adductis citt.* & ejusmodi exempla matrimoniorum à nobilibus cum ruſticorum filiabus initorum per jura noſtra nullatenus improbatorum, quamvis deinde ſingulari Edicto Regis Boruſſiæ An. 1697. emiſſo in quibusdam quoad effectus legitimi matrimonii detrahendos in ſpecie ratione ſucceſſionis in feuda denegandæ reſtrictorum recenſentur ap. Dn. Sam. Stryk. *in Uſ. Pand. mod. ad tit. de rit. nupt.* §. *7.* verbis Regii Edicti his: Weil Ihro Königl. Majeſtät in Preuſſen ein Edict in dieſem Hertzogthum publiciren laſſen, darinn derjenigen von Adel heyrathen, welche ſich mit Bauren, oder anderer Leute, ſo gar geringen Standes ſind, Töchtern verehlichen, pro morganaticis erkläret, auch die von Ihnen gebohrne Kinder von der Lehns-Succeſſion excludiret werden. Qualis reſtrictio imparis ejusmodi matrimonii quamvis ex juſtis cauſis fieri queat, tamen ſtrictè accipi debet, & ultra terminos edicti ad alias filias, quæ non adeò depreſſæ ſortis ſunt, minimè extendenda: unde & matrimonium nobilis cum filia bibliopegæ tanquam ex opificibus non abjectæ, ſed honeſtioris conditionis ordo JCtor. Hallenſium pro morganatico ibidem vi edicti Regii haud reputavit,

putavit, sed viduæ illi omnia, quæ aliàs viduis nobilium aliis sanguine talibus ex bonis feudalibus in eo Ducatu debentur, attribuere & adjudicare non dubitavit, ibi: Obwohl die Handwercker ordentlich unter geringe Stands-Leute gerechnet werden, 2c. auch die Buchbinder denen Handwercksleuten zugerechnet werden müssen: Weil aber dennoch in dem Königl. Edict die Heyrathen mit geringen Stands-Töchtern nicht generaliter verbotten worden, sondern notanter dabey gesetzet welche gar geringen Standes sind, und also dadurch homines abjecta sortis verstanden werden müssen, unter denen Handwerckern auch ein grosser Unterscheid, indem etliche viel geringer sind, als andere, welches ex objecto, damit ein jeder umgehet, æstimirt wird, dann es gibt opificia sordida &c. hingegen der Buchbinder Arbeit so bewandt, daß sie vornehmlich denen Gelehrten, wie auch Fürsten und Herrn bey Auffrichtung stattlicher Bibliothecen zu statten kommen, und also dasjenige, womit sie umgehen zu Beförderung der freyen Künste und der Gelehrsamkeit abziele, so mag daher von denenselben nicht gesagt werden, daß sie gar geringen Stands, weßhalb das Königl. Edict auff sie nicht gezogen, und also das matrimonium, welches der Verstorbene Edelmann mit eines Buchbinders Tochter getroffen, pro morganatico nicht geachtet werden mag. Und weil also gegenwärtiges matrimonium pro legitimo zu achten, so muß auch der Wittwen alles dasjenige aus ihres Mariti Lehn-Gütern, gereichet werden, was sonsten nach dasiger Lands-Ordnung einer Adelichen Wittwen gebühret. Ex his hactenus propositis suâ sponte sequitur, supra rectè negatum esse, nobili sponsalia de cætero quoad omnia sua requisita rectè celebrata implere cum persona ignobili aut inferioris ordinis detrectanti, aut in matrimonio jam actu contracto cohabitare, aut quæ ratione dotis aut donationis propter nuptias præstanda ex necessitate juris incumbunt, præstare recusanti, & potiùs vinculum illud dissolvi optanti hanc *nobilitatis Exceptionem Activam* ullo modo profuturam esse: imò potiùs contra talem hoc ex sua parte intendentem & ad dissolvenda sponsalia aut matrimonium agere non verentem militare *exceptionem nobilitatis passivam*, inde vel maximè depromendam & cum effectu allegandam, quod, uti cuilibet bono viro grave esse debeat fidem fallere, *l. 1. pr. ff. de const. pec. l. 1. pr. ff. d. pact.* ita nobilem aut illustrem personam præ aliis deceat *bonam fidem agnoscere*, pacta & conventiones usque quaque servare, à fallaciis & deceptionibus abhorrere & abstinere: & quò quis est illustrior, & in honorum gradu eminentiori constitutus, eò fœdior in eo est fidei violatio. Myler. ab Ehrenbach. *in nomol. Ord. Imp. c. 1. §. 2.* Limn. *in Jur. Publ. l. 6. c. 5. num. 98. in fin.* quod maximè allegandum adversus eum, qui virginem utut inferioris Ordinis sub promissione matrimonii pellexerit, atque sedu-

ſeduxerit ad illicitos congreſſus, quos & imprægnatio ſecuta. Ad hanc ſiquidem ducendam officio Judicis etiam invitus compelli debet, nec auditur *excipiens, ſe* nobilem eſſe, illam plebejam; potius verò hæc Exceptio *replicatione nobilitatis* eliditur hac: ergò quia nobilis es, tantò magis adimpleas promiſſa: nullibi enim nobilis exceptus reperitur ab hac uſu Conſiſtoriorum quotidie frequentata juris regula, quod ſtuprator ſub promiſſione matrimonii ſtupratam præcisè ducere teneatur, perinde ac qui publicis ſponſalibus ſponſus exiſtit. *d. jur. connub. p. 1. c. 18 in fin.* Carpzov. *in Jurispr. Conſ. l. 2. t. 14. d. 228.* Et in caſu converſo, ſi nobilis virgo à viro ignobili aut ſortis planè abjectæ eo modo imprægnata petat, matrimonii promiſſionem adimpleri debere, & ille objiciat ſtupratæ *exceptionem nobilitatis paſſivam*, quaſi nobilis fæmella propter nobilitatem cum plebejo non poſſit copulari, vana & fruſtranea eſſet hæc oppoſitio, tum quia hæc hypotheſis falſa, *uti ex ante dictis patet, & ex infra dicendis ulteriùs patebit:* tum quia fœmina nobilis plebejo juncta, quamvis exinde non deſinat nobilis genere aut ſanguine talis, quia connata hæc qualitas intimiùs perſonæ inſidet, & quamdiu hæc ſupereſt, perdurat cum ipſo ſanguine, dignitatem tamen participatam, & jura inde manantia cum prærogativis ſtatûs & conditionis priſtinæ perdit, dum plebejo ſe jungit, & inde plebeji jam incipit eſſe ordinis, ex qua ratione etiam tali fœminæ ortu nobili, ſed ignobili nuptæ ejusque filiabus jus retractus nobilibus immediatis competens negat Fac. Jurid. hujus Univ. ap. B. Dn. Harppr. *Conſ. 83. n. 490. cum plur. alleg.* Textus ita ferè diſtinguens eſt *in l. 10. C. d. nupt. l. 1. C. d. dignit.* Faber. *in Cod. Sabaud. tit. d. dign. n. 17.* Stryk. *in uſu mod. tit. d. Sen. §. 9 ſq.* Chriſt. Matth. Müller. *Diſſert. de matr. nob. cum ign. §. 14.* perinde ac in contrarium plebeja nobili juncta hujus nobilitatis particeps redditur, cùm uxor non poſſit non conditionem mariti de jure noſtro ſequi *l. 8. ff. de Senat.* Ziegler. *d. jure majeſt. l. 1. c. 28. § 28. ſq.* ubi inſimul notat quorundam populorum contrariam conſuetudinem, quâ etiam plebejus maritus ex conjugio fœminæ nobilis illius nobilitatis particeps fieri dicitur Nolden. *de Stat. Nob. cap. 10. n. 12. ſqq.* ſecus ac jura & mores Germaniæ ſecum ferunt. Unde notabile hanc in rem nobis in promptu eſt exemplum, quod fermè ante quadraginta annos occurrit, ubi Regium Conſiſtorium Gryphiswaldenſe opilionem, qui fæmellam nobilem ſub pollicitatione matrimonii ſtupraverat, recuſantem huic conſociari, invitiſſimum rectè coëgit, & ad altare deduci juſſit, ut promiſſa ibi adimpleret, & cùm in Sacerdotali copula adhucdum repugnaret annuere, wolte das Ja wort nicht von ſich geben, Sacerdos nomine ejus fidem dare, & manus jungere juſſus erat, quod & factum, & poſtea in concordi matrimonio ambo vixere. Hoc tamen negandum non eſt, quod certis in caſibus inæ-

quale

quale tale matrimonium inter nobiles antiquâ prosapiâ tales ex una parte, & ex altera parte nobiles novos aut virtute aut dignitate tales, aut inferioris ordinis contractum hoc incommodi secum vehat, ut liberis ex hoc conjugio natis viam præcludat veniendi ad certas quasdam prærogativas, quibus aliàs alii nobiles ex utroque parente tales gaudent, veluti in torneamentorum ludis equestribus, ubi non admittuntur, nisi qui ex utroque stemmate nobili prognati, & nobilitatem ex quatuor avis paternis ac maternis genere nobilibus laudare ac probare possunt, welche Vierschiltig seyn, oder beweisen können, daß sie von 4. Vätterlichen und Mütterlichen Adelichen Ahnen gebohren und herkommen. Limn. *in Jur. publ. l. 6. c. 5. n. 50. sqq.* Rhet. *d. jur. publ. l. 1. t. 19. §. 8.* Knipschild. *d. fideic. fam. ill. c. 7. n. 57.* Müller. *in not. ad Struv. S. J. C. Ex. 29. th. 28.* Quam in rem extat, quod disponitur, in der Turnier-Ordn. zu Magdeburg. *Anno 1434.* ibi: Ob ein Turnier-Genoß eines Burgers Tochter oder eine Bäurin zu einem ehelichen Bettgenossen nehme, der mag mit Recht, dieweil Er lebt, ungeschlagen oder ungestrafft den Turnier nicht gebrauchen, auch deroselben Kinder von der Weiber einem gebohren, und ihre Kinds-Kinder biß ins dritte Glied. Georg. Rüxner. im Turnier-Buch. *tit.* von Verkündigung. §. und ob ein Turnier-Genoß. *fol. 20.* Cujus Authoris notabiles errores tamen ex Goldasto & aliis redarguit Limn. *d. l. n. 15. sqq.* & Janus Dousa, *l. 8. Annal. Holland. p. 395.* Ipsos illius ordinationis articulos verò exhibet & de authore disputat Limn. *d. l. n. 7. sqq. plur.* eosque penitiùs explicat *n. 85. sqq.* Sed de modò memorati articuli rigore moderando in conventu Anno 1485. Bambergæ à Franconicæ Nobilitatis deputatis celebrato consultatum & inter cætera temperamenta & hoc adductum fuisse: Welcher aus einem Turniers Geschlecht eines erbahren Burgers fromme unverläumte Tochter, von denen Geschlechten oder Erbahren aus denen Städten nehme, um seiner Nahrung und Auskommens willen seines Stammens, doch daß die Ihme unter 4000. fl. nicht zubrächte, deme soll man es nicht verargen, Ihn und seine Kinder reiten lassen, doch mag man Ihn schlagen; welcher aber innerhalb 50. Jahren erst zu Turniren zugelassen wäre, wo sich der ausser dem Adel verheyrathet hätte, den, noch seine Söhne, soll man nicht theilen, es wäre dann Ihm darinn worden ein mercklichs Guth, als 10000 fl. so soll man es güthlich dulden, und mit Ihnen halten, wie vor: annotatum reliquere Limn. *in addit. ad Jus publ. l. 6. c. 5. num. 62. jung. n. 1. sqq.* ubi & plura notabilia congessit: Myler. ab Ehrenbach., *in Gamol. c. 5. §. 38. & 39. & plures ab his citt.* Pari modo nec admittuntur ex tali impari matrimonio nati ad Collegia Canonica superiora aut cathedralia, zu Fürstl. hohen Stifftern, in quibus etiam juris & moris est, ut non solum

nemo, nisi Princeps, Comes aut Nobilis; sed nec hic quidem aliter, nisi 4. generationes Nobilitatis probare possit, recipiatur, post plures alios Myler. ab Ehrenbach. *d. l.* §. 40. Müller ad Struv. *d. l. in fin.* Nolden. *de Stat. nobil. c. 11. num. 28. sqq.* Plures adhucdum casus exemptos, ubi quoque tales ad Conventus aut collegia certa non admittuntur, nisi sint, uti loquuntur, perfectissimæ nobilitatis & longâ majorum serie ex utroque latere nobiles, recenset Nolden. *d. l. n. 29. seqq.* Zoll. *de promiss. generos. fide vall.* von *Cavaliers parole c. 2. n. 44. & alleg.* Quomodo verò & quâ actione quis hanc nobilitatem contra negantes, & à tali prærogativa eum excludere tentantes sibi asserere queat, id addiscere licet ex iis quæ scribit Schwendendorff. *in summar. act. forens. expos. & quid. in spec. exp. c. 2. membr. 4. art. 23.* ubi præjudicialem actionem utilem ex mente, tum *Nobilitatis Affirmativam* competere docet sub hac formula: Kläger bringet vor daß Beklagte ihn vor keinen von Adel halten, und dahero nicht verstatten wollen, daß er des Nahmens und des Wapens derer von N. gebrauchen möge, da er doch seinen Adel von Eltern und Groß-Eltern gnugsam beyzubringen hat, solcher auch in notorietate bestehet, und niemahls in Zweiffel gezogen worden: Maßen dann auch Kläger bey dem hohen Stifft zu N. da keine, als rechtschaffene von Adel und hochgraduirte Persohnen recipiret werden, ohne einzige Widerrede inscribiret, und endlich als Canonicus installiret worden. Ist dannenhero verursachet worden, Klag anzustellen, und bittet nach erfolgter Antwort zu erkennen, daß beklagte Klägern vor einen rechtschaffenen von Adel zu halten, und alle Schäden und Unkosten zu erstatten schuldig, und er demnach so wohl des Nahmens als des Wapens des Geschlechts von N. sich zu gebrauchen wohl befugt. Et ibid aliâ: Daß Beklagtes Dom-Capitul Klägern als einen von Adel, gegen Erlegung der gewöhnlichen Statuten-Gelder zu recipiren, rc. schuldig: tum etiam *actionem nobilitatis negativam*, *respectivam* illam quæ huc pertinet, quando nobilitas non simpliciter negatur, sed saltem *nobilitatis qualitas*, veluti, wann er von Vatter und Mutter nicht vierschiltig ist, contra eum, qui pro tali se gerit, negatur, libellô hanc in rem ita instructô: Klägere sagen kürtzlich, wie daß vor etlichen Wochen eine Zusammenkunfft derer ins Amt N. gehörigen von Adel wegen allerhand Angelegenheiten gehalten, dabey Beklagter sich eingefunden, und ist auch durch Vermittelung des Directoris, jedoch ohne Consequenz, zugelassen worden, ungeachtet bey solchen Versammlungen vormahls kein ander admittiret worden, als welcher seinen Adel von denen Ahnen Vätterlicher und Mütterlicher Linien gnugsam beybringen können: Beklagtens Groß-Mutter aber, wie notorium, aus Bürgerlich- und nicht Adelichem Stande gewesen:

sen: Seynd dahero Klägere durch beklagtens Beginnen zu dieser Klage bewogen worden, und bitten nach erfolgter Antwort zu erkennen, daß Beklagter der Adelichen Versammlungen in dem Amt N. sich hinfüro zu enthalten, rc. schuldig. Id. *d. l. art. 24.* Quæ omnia tamen, quia jure singulari saltem ita obtinent, Statutis & Ordinationibus singularibus, aut moribus particularibus ita inducta, ultra non valent, quàm quatenus intra ista sua pomœria se continent, quò pertinet vel maximè *Instr. Pac. Cæs. Suec. art. 5. §. 17. in fin.* ubi quod Nobiles, Patricii, gradibus Academicis insigniti, tanquam personæ idoneæ, à Canonicatibus sive Collegiis Ecclesiasticis non debeant excludi, NB. nisi fundationes adversentur. De cætero verò quod apparet, nec veræ nobilitati, nec statui matrimoniorum legitimo quid derogant aut detrahunt: quamvis prudentiùs tutiusque & sibi suæque familiæ conducibiliùs, dum ejusmodi & multa alia incommoda faciliùs evitare aut avertere à se suisque possit, agat, si observet supra jam adductam regulam: *Si vis aptè nubere, nube pari;* id quod pluribus adhucdum rationibus evidenter demonstrari & convalidari posse adnotat post Reusnerum, Alb. Gentilem, Cypræum, Arnisæum, Cluverium, Limn. *d. l. n. 62. seqq.*

XI.

Hæc de nuptiis. Sequitur 2dus modus patriam potestatem constituendi, qui est in legitimatione per subsequens matrimonium. Hîc si nobilis concubinæ loco cum aliqua plæbejæ conditionis consuevisset, liberis ex eadem ipsi natis, tandem eam in conjugem legitimam sibi sacerdotali benedictione eo quo decet modo copulari facit, mortuô patre nobili vel liberi legitimè nati, vel qui alii sunt ab intestato successuri hereditatem eam in totum sibi, exclusis liberis per subsequens hoc matrimonium legitimatis, vindicant, liberi hi verò admitti ad successionem eam prætendunt, perinde ac liberi legitimè nati in bona & allodialia per *Nov. 74. in præf. & Nov. 89. c. 8. in pr.* & etiam quoad feudalia, secundum id quod hodie communiter recepti moris est, per ea, quæ scribunt de generali moderna Consuetudine quoad feuda Schrader. *p. 7. v. 5. num. 21.* Rosenthal. *d. feud. c. 7. concl. 18. n. 1. sqq.* Schurff. *Cent. 2. cons. 56.* Finkelthus. *D. Feud. 6. th. 13.* Struv. *in S. J. F. c. 9. aph. 8. n. 12.* Gail. *2. O. 141. n. 2.* Mynsing. *5. O. 42. n. 2.* Gulich. *in Obs. ad* Mynsing. *d. l.* & Fabric. *in rep. Gail. d. l.* qui receptiorem hanc sententiam vocant, quam & probat in eo Casu, quo feudum acceptum vor sich und seine ehliche gebohrne Männliche leibliche Lehens-Erben B. Dn. Lauterbach. *in Colleg. theor. pract. ad tit. de his qui sui vel al. jur. th. 28. & in Diss. de legit. per subs. matr. th. 37.* quamvis veritati juris quoad feuda contrariam magis convenire asserant Bachov. *ad Treutl. 1. D. 2. th. 6. lit. f.* Wesenb. Vult Niell. & alii

quos hanc in rem adducit Fabric. *d. l.* Gulich. *d. l.* Gofwin. ab Esbach. ad Carpz. *P. 3. C. 28. Def. 17. num. 4.* Ludwell. *in tract. d. succeff. feud. c. 2. §. 2. p. 167.* quæ negantium fententia claro videtur niti textu *2. F. 26. c. 1. §. Naturales.* Latiffimè Bitfch. *in Comment. Feud. ibid.* Exc. Dn. D. Schweder. *in Diff. d. lib. infcio patre legit. th. 23.* Exc. Dn. D. Majer *in Comm. Jur. Feud. c. 6. §. 15.* Quæ fententia fine dubio obtinet ubi Conftitutionibus quorundam locorum legitimati per fubfequens matrimonium à feudis arceantur Fabric. *d. l. in fin.* uti & in fpecie in Ducatu Brunswicenfi & Luneburgenfi Wolffenbytano eam expreſsâ conftitutione receptam tradit Hahn. ad Wef. *ad tit. d. his qui fui vel al. jur. n. 3. ad verb. per fubfequens matrimonium.* & de Ducatu Magdeburgenfi Dn. D. Schweder. *d. l.* & B. Dn. Stryk. *in not. ad Schüz. voc. Confuetudine* de Ducatu Magdeburgio & Marchia. Cùm verò uti dictum, praxis Germaniæ communior receptiorem eam fententiam obfervet, teftibus Gofwin. ab Esbach. *d. l. in fin.* & aliis etiam aliàs diffentientibus; prout & Ludw. *d. l.* monet, à communiori fententia nec in refpondendo, nec in judicando recedendum effe; imò in omnibus ferè Europæ regnis idem ufu obtineat, quod multis exemplis & authoritatibus fuffulcit Myler. ab Ehrenb. *in Gamol. Princ. c. 24. §. 2.* etiam in feudis, quæ vocant, titulatis & regalem dignitatem annexam habentibus. id. *d. l. §. 2. & 3.* ubi quod & in perfonis illuftribus hoc procedat, modò non penitùs abjectæ fortis fit talis concubina, quam Princeps fibi junxit. B. Dn. Stryk. *in Uf. mod. ad tit. d. his qui fui vel al. jur. §. 9.* Rationem reddunt, quod vilitas ejusmodi concubinæ multum quidem detrahat illuftrium liberorum exiftimationi, legitimationi tamen in fe nihil officiat. Covarruv. *d. matrim. p. 2. c. 8. §. 2. n. 9.* Myler. & Stryk. *dd. ll.* Satis jam patere cenfemus, adverfus hereditatem petentes integram liberos ita legitimatos tutos omninò effe per jura noftra ita communiter recepta, oppofitâ *Exceptione legitimationis & nobilitatis* tanquam optimè fundatâ. B. Dn. Lauterbach. *in Diff. d. legit. per fubfeq. matr. th. 18.* ibi: Quis unquam fando audivit, inter nobiles & ignobiles non effe jus connubii. Et ftolidum omninò judicat Bachov. dubitare an per hoc matrimonium liberi legitimentur: quomodo enim patris nobilitas huic legitimationi poffit effe impedimento? & ita per omnia Germaniæ & Italiæ collegia in omnibus Confiliis fuiffe conclufum ex Matth. Wefenb. *conf. 44. num. 75.* refert, nullâ quoque admiffâ hîc differentiâ inter Jus Civile & Canonicum id. *d. l. in fin.* & hoc ex aliis adhuc quoque conftabilit Nolden. *d. Stat. nob. civ. c. 11. num. 88. feqq.* Cafp. Matth. Müller. *in Diff. d. matr. nob. cum ignob. §. 9. & §. 12. in fin.* quod tanto magis extra omnem addubitationis aleam effe videtur, quanto certius eft, filium naturalem patris etiam illuftris per fubfequens matrimonium legitimatum participem quoque fieri regula-

regulariter dignitatis, armorum & insignium istius familiæ Bocer. *de regal. cap. 2. num. 29.* Theod. Höpping. *de jur. insign. c. 7. num. 161. seqq.* Myler. *in Gamol. d. c. 24. §. 2.* Stryk. *in Usf. mod. d. §. 9.* adeô ut etiam jure primogenituræ & majoratûs præ liberis ex eadem uxore legitimè deinde natis dignus rectiùs judicetur, per ea quæ latè defendit Myler. ab Ehrenbach. *d. l. §. 5. sqq. & ab hoc ibid. alleg.* ubi tamen & dissentientes citat *§. 6. in fin.* ut adeò & hoc respectu si legitimatus ab aliis & ab hac prærogativa vellet excludi, ei competeret Exceptio nobilitatis, & alterius illustrioris dignitatis & primogenituræ eodem nomine eodemque gradu competentis.

XII.

Nunc tertio de modo patriam potestatem constituendi per adoptionem. Plebejus à nobili adoptatus an nobilis fiat? inter DD. non convenit. Distinguendum censemus inter Jura *Justinianea*, & *moderna*. Quod ad *illa* attinet, interest omnino quomodo fiat Adoptio. Si adoptio ab *extraneo* aut eo qui non est ex numero ascendentium facta, quia non confert jus patriæ potestatis nec agnationis, nec familiæ jus, unde & *imperfecta*, aut *minus plena* audit, sed saltem jus succedendi ab intestato in bonis patris adoptivi adoptato tribuit. *§. 2. J. d. adopt. l. 10. §. 1. C. eod.* quod quidem contra comm. DD. opinionem negare veriti non fuerunt Arum. *in Exerc. ad Instit. 2. thes. 20.* & Wissenbach. *in Disp. ad Instit. 6. thes. 34.* nullum est dubium, quod hæc nobilitatem non conferat, in quo ad unum ferè omnes conveniunt. *per l. pen. §. 2. in fin. C. de adopt.* Strauch. *in Jur. Inst. univ. Diss. 4. thes. 18. & ibid.* Dn. Thomas. Ekhold. *ad tit. d. adopt. §. 3. & ibid.* Schvvendendorff. *in not.* B. Dn. Lauterbach. *in Colleg. ad tit. d. adopt. th. 10. in fin.* Excellentiss. Dn. D. Majer. *in Comment. ad Inst. §. 11. p. 228.* Si verò *arrogatio*, aut *adoptio* in specie sic dicta, *plena*, ab eo qui est in numero ascendentium veluti avo materno facta, quia hæ adoptionis latè sic dictæ species eum effectum post se trahunt, ut adoptatus & arrogatus plenè transeat in adoptantis familiam & potestatem unà cum liberis suis *§. 11. I. eod. l. 2. §. f. l. 15. pr. l. 40. pr. ff. eod. l. 195. §. 2. ff. d. V. S.* & ita ratione familiæ ejusdem arrogatoris aut adoptantis ascendentis omnia agnationis jura *l. 23. ff. l. f. pr. & §. f. C. eod.* omnemque dignitatem & nobilitatem, ejusque gentis insignia consequatur. *l. 35. ff. d. adopt. l. 5. l. 6. l. 10. ff. d. Senat. l. 1. §. 4. ff. und. cogn. l. 4. Cod. d. decur.* exinde non potest non statuminari, hisce modis adoptatum per hæc jura nostra omninò fieri nobilem. Locamer. *in Disp. Novo-Just. ad tit. de Adopt. qu. 4.* Arum. *d. disp. 2. th. 21.* qui quidem simpliciter de omni adoptione etiam minùs plena id statuunt, Treutl. *1. D. 2. th. 10. lit. a & ibid.* Bachov. Höpping. *de jur. insig. c. 7. §. 5. num. 263.* Wissenbach. *ad ff. p. 1. d. 4. th. 35.* Hahn. *ad Wes. tit. d. adopt. n. 6.* B. Dn. Lauterbach. &

Excellentiss. Dn. D. Maj. *dd. ll.* Dn. Titius *in Jur. priv. Rom. Germ. l. 6. c. 13. §. 18.* & *l. 8. c. 7. §. 13. in fin.* Dissentiunt tamen Bonus Curtilius, *in tr. Nobil. p. 4. col. 3.* quem allegat & sequitur Tiraqu. *de Nobil. c. 15. §. 6.* quamvis fateatur hoc quod taliter adoptatus ex nobilitate adoptantis non nihil illustrior fiat. Dn. Thomas. *ad Strauch. d. Disp. 4. th. 18.* Dn. Phil. Reinh. Vitriar. *in Jur. Un. l. 1. t. 3. d. adopt. num. 10.* Schvvendend. *ad Eckhold. ad tit. d. adopt. §. 3.* & B. Dn. Stryk. *in Us. mod. ff. ad d. t. §. 8.* in medio id relinquit, dum scribit: *Quicquid sit de Jure Romano.* Præcipua, quâ hi nituntur, ratio est, quod jus nobilitandi privatis non competat, multoque minùs horum libero & indiscreto arbitrio concessum intelligi debeat: quæ tamen ratio parùm videtur stringere, quia hoc modo nobilitas illa non tam â privato defertur, quàm potiùs ex legis, factum illud privati ita qualificantis, authoritate & concessione, quæ vult omnia arrogatoris & adoptantis ascendentis jura in taliter adoptatum transire. Joh. Ott. Tabor. *ad Wes. Disp. 1. qu. 36.* perinde ac olim servi ex manumissione Dominorum Jus Civitatis Romanæ, quod etiam arbitrio privatorum non poterat concedi, consequebantur, sed non aliter quoque ac ex beneficio legis hoc indulgentis. *§. ult. I. de libert. l. 17. ff. de Stat. hom. Nov. 78. c. 1.* post alios Dn. D. Majer. *in Comm. ad Inst. d l. p. 228. in fin. & seq.* Quod verò ad *Jura moderna* attinet, sentimus meritò cum illis, qui statuunt, hodie ex adoptione sola in se considerata plebejum, aut eum, qui hactenus inter ignobiles extitit, adoptatum à nobili nobilitatem non consequi, non tantùm ex ea ratione, quia nobilitas genere talis tantummodo pertinet ad procreatos veluti per traducem ex sanguine ejus, cui collata nobilitas Tiraqu. *d. l. §. 6.* sed & ex ea, quia jus nobilitatem conferendi in Imperio nostro est reservatum Imperatoris, quod propterea nemini competit, nisi cui ipse concessit, ut adeò ex voluntate privatorum, adoptantis & adoptati, hujusve patris, si quem habet, non dependeat. Dn. Thomas. *ad Strauch. d. th. 18.* Dn. Titius, *d l.. 8. c. 7. §. 13.* Struv. *in S. J. C. Ex. 3. th. 65. & ib.* Müller. *in addit. lit. a.* & ibid. Dn. Lib. Bar. à Lyncker. *in analect.* B. Dn. Stryk. *in us. mod. ad tit. de adopt. §. 8.* B. Dn. Maurit. *de Nobil. Germ. th. 24.* laud. Dn. D. Majer. *ad Instit. d. p. 229.* Hæc sententia verô rectiùs *limitatur*, nisi ad adoptionem eam Principis, aut illius, qui jure nobilitandi gaudet, *specialis authoritas* & *confirmatio atque expressus Consensus* de jure nobilitatis, & gentilitiorum insignium in adoptatum transferendo accesserit. Tunc enim nobilitatem in adoptatum transire non Jure adoptionis ut talis, sed Principis beneficio atque voluntate speciali adoptionem eam ita quasi imprægnante B. Dn. Stryk. *in Us. mod. d. §. 8. fin.* Dn. à Kulpis. *in Diss. de adopt. & emanc. Princ. c. 4. th. 52. in fin.* ubi quæstionem similem de adoptione Principis, aut Comitis plebejum adoptantis, an dignitatem statumque Principis,

aut

aut Comitis taliter adoptato tribuat? proponit, & non dissimili modo decidit, quod nempe in Imperio nostro Germanico *privata* Principis adoptio dignitatem Principis non conferat, benè verò *publica*, quam vocat, quæ Cæsaris authoritate & confirmatione speciali nititur, & fortassis quoque agnatorum consensu: præterquam *si Princeps est superiorem non recognoscens.* Hujus etenim adoptantis solam voluntatem haberi debere pro mensura jurium ex adoptione quærendorum, ita ut, si plena sit, & patriam potestatem constituat, ac in familiam adoptantis adscititium filium trahat, connexa quoque patris dignitas inde in eum juxta rigorem juris derivetur, dubitandum non esse arbitratur; de cætero verò ibidem quoque sollicitus est & valde operosus in recensendis variis Doctorum opinionibus & distinctionibus, quibus uti solent in quæstione hactenus à nobis discussa: *an ignobilis à nobili adoptatus fiat nobilis?* Aliis nempe *indistinctè* eam *affirmantibus*: Eybenio, Rickio, Frizio. Aliis *indistinctè negantibus*; Bachovio, Tiraquello, Hilligero, Feltmanno. Aliis *distinguentibus*, & quidem iterum *variè*: nonnullis inter *adoptionem* & *arrogationem*, uti Reinkingio (huic etiam jungimus Dn. Assess. Schrag. *in introd. ad ff. tit. de adopt.* §. *16.* qui pariter statuit, probabiliter asseri, etiamnum hodie nobilitatem aliamve dignitatem per arrogationem, authoritatem Principis quæ ad validitatem sui omninò desiderat, arrogato conferri, quia dum summus Princeps, vel is, qui jure nobilitandi gaudet, in arrogationem illimitatè consentit, censetur quoque in omnes ejus effectus consensisse: quod secus in *adoptione*, quæ saltem magistratûs intermedii, jure nobilitandi non instructi authoritate nititur:) Aliis distinguentibus inter adoptionem *ab extraneo*, & ab *Ascendente aliquo*, & cum hac posteriori arrogationem conjungentibus: Hahnio, Treutlero, Feschio. Nonnullis discernentibus in ipsa nobilitate *Gentem* & *Genus*: veluti Cujacio, de quibus omnibus vid. Kulpis. *d. l.* & DD. allegati, singuli suis in locis adcitatis. Nostram verò sententiam distinguentem inter tempora *Juris Justinianei*, & tempora *nostra*, s. *moderna*, probat etiam Huber. *in Digress. Justin. l. 2. c. ult.* Plebejus itaque à nobili, tali adoptione, quæ nobilitatem ei jure conferre potens est, adoptatus, post eam adoptionem se gerit pro nobili, & quidem tanquam tali, qui est de gente & familia adoptantis, hujusque adoptivi parentis nomen, arma & insignia gentilitia gerere sustinet: qui sunt de ista familia id ægrè ferunt, eique ex supposita veritate generalioris illius asserti, per nullam adoptionem hodie conferri nobilitatem, id inhibitum volunt: instituentes propterea adversus hunc adscititium filium actionem præjudicialem utilem ex mente, *nobilitatis scil. negativam*, absolutam illam, quâ nobilitas simpliciter & in totum negatur, quam breviter delineatam nobis exhibet Schwendendorff. *in summar. action. forens. Expos. in expos. spec. c. 2. membr. 4. art. 24.*

art. 24. libellô hanc in rem appositè & in terminis terminantibus ita conceptô : p. p. Kläger kan ohnerinnert nicht lassen, wie daß Beklagter sich unterfangen, vor einen von Adel des Geschlechts von N. sich auszugeben, daher er nicht allein des Zunahmens, sondern auch des Wapens sich angemasset, und zwar aus dieser Ursache, weil er von N. adoptiret, und zum Sohn angenommen worden: da er doch wissen und daher sich bescheiden soll, daß durch die Adoption der Adel-Stand nicht erlanget wird : damit nun durch Beklagtens Beginnen Klägern und denen andern Geschlechts-Verwandtens nicht etwan einig Præjudiz möge zugezogen werden, so bittet er, denselben nach erfolgter richtiger Antwort, durch Urthel und Recht dahin anzuhalten, daß Er so wohl des Geschlechts Nahmen derer von N. als auch des Adelichen Wapens sich zu enthalten schuldig. desuper implorando &c. Ad hanc actoris intentionem & actionem elidendam potest taliter adoptatus, de *Jure Justinianeo*, si adoptio *plena*, & imprimis *arrogatio* interveniat, de Jure *moderno*, si *specialior Cæsaris voluntas*, *approbatio*, & *consensus* de jure nobilitatis & gentilitiorum insignium in eum devolvendo accesserit, objicere *nostram nobilitatis exceptionem :* se jam esse nobilem, & in specie de gente & familia parentis adoptivi. Et probato hoc ipso quod talis intervenerit modus, unde nobilitas sequitur, sententia pro eo absolutoria ferri debet: Daß Klägers Suchen nicht statt habe, und Beklagter vor einen von Adel des Geschlechts von N. zu halten, auch derselbe bey dem Gebrauch, so woll des Nahmens als des Wapens vorermeldten Geschlechts billig zu lassen. Contra verò si adoptio facta istis requisitis instructa non fuerit, unde nobilitas sequi possit, condemnatoria pronunciabitur hæc : Derowegen Beklagter vor einen von Adel des Geschlechts von N. nicht zu halten, und seines Vorwendens ungeachtet, so wohl des Nahmens als des Wapens sich zu enthalten schuldig. vid. Schvvendendorff. *d. l.* Hæc verò Exceptio an etiam proficiat huic filio adoptivo in casu, ubi agitur in specie de facultate succedendi in feuda, quæri hic quoque meretur. Et est omninò tralatitii Juris, filio adoptivo, ut tali, regularitèr jus non esse succedendi in feuda *2. F. 26. §. adoptivus* Feuda enim sanguini dantur, non quidem omni, cùm spurii & naturales non succedant, *d. 2. F. 26. §. natur.* sed soli sanguini, id est non nisi sanguini, & iis, qui ex sanguine & corpore primi acquirentis per lineam masculinam legitimè prognati, *2. F. 31. in fin.* quos solummodo nomine sanguinis domino feudum danti venire, ex formula illa : Für Ihn und seine Männl. Leibs-Lehns Erben, vel maximè constat. vid. Cujacius contra Hotomannum istam formulam carpentem disputans *1. F. 1.* & ex eo Winziger. *in adnotat. ad Ex. Jur. Feud. Stryk. c. 15. quæst. fin.* ubi sanguinem per familiam, stirpem generosam & fortem aliquam explicat, & opponit iis,

qui

qui sunt extra familiam illam, de quibus non cogitasse censetur. Dn. Jac. Frid. Ludovici *in Colleg. Jur. Feud. disp. 5. th. 28.* ubi filios adoptivos quidem posse dici Lehns-Erben, tanquam habiles ad servitia, sed non Leibs-Lehns-Erben, cùm in his in Ordine ad primò investitum deficiat nativitas sive ex corpore ejus procedens generatio, & sanguinis propagatio legitima. At verò sanguinem aut jus sanguinis, à natura quod dependet, adoptio quæ quidem imitatrix est naturæ, attamen non agit nisi per fictionem, nec efficit ut omnia sint naturalia B. Dn. D. Bardili, *in nucl Jur. Feud. aph. 14. num. 7.* conferre potens est vel minimè *l. 23. ff. de adopt. l. 7. ff. de in jus voc. l. 12. §. fin. ff. d. rit. nupt.* vid. B. Dn. D. Lauterbach. *in Colleg. ad ff. tit. de adopt. §. 10.* & si in adoptivum devolveretur feudum invito Domino ex alia familia obtruderetur Vasallus contra textum *2. F. 12.* & vergeret in præjudicium agnatorum, qui secundum primi acquirentis investituram sunt vocati. Struv. *in S. J. F. c. 9. aph. 2.* Stryk. *in Ex. Jur. Feud. c. 15. qu. ult.* Dn. D. Majer. *in Comment. Jur. Feud. c. 6. §. 16.* Dn. Vitriar. *in Un. Jur. Civ. priv. ad tit. de adopt. th. 10.* ubi quod id successione feudali nomine filiorum aut liberorum adoptivi non comprehendantur, cùm substrata materia exigat naturales & legitimos simul. Unde jam sua sponte sequitur, si adoptivus filius eum excludere à successione feudali intendentibus liberis legitimè natis aut agnatis objicere vellet hoc: *Ego tamen etiam filius sum legitimus, & nobilis factus per adoptionem:* hanc exceptionem ei parum profuturam. Quia verò regulæ, de feudali successione adoptivo deneganda modo allatæ, variæ proferuntur exceptiones, inter quas est 1. quando cum arrogatione aut adoptione concurrit jus naturale B. Dn. Bardili *d. l. n. 7. lit. a.* qui casus contingit, si adoptatur is, qui aliàs ad succedendum in feuda non est in se inhabilis, veluti si filius emancipatus ab *avo paterno vel patre*, Bachov. *ad Treutl. 1. d. 2. th. 10. lit. B.* ex aliis Exc. Dn. D. Majer. *in comm. Jur. feud. c. 6. §. 16. p. 295.* aut nepos ex filia *ab avo materno*, si feudum est fœmineum ex Jacob. D. Ardiz. Andr. de Isernia & Alvar. Rosenthal. *de feud. c. 7. concl. 30. num. 36.* quamvis hæc exceptio hoc dubii habeat, quod adoptio hæc respectu feudi nîl videatur operari, cùm & absque ea is successurus fuisset, quod & ipsum Alvar. agnoscere notat Ludvvell. *in Syn. Jur. feud. c. 8. p. 208. n. 5.* 2. Si Arrogatio aut adoptio facta fuerit authoritate & consensu Principis eâ lege, eove modo, ut & in feudis adoptivus succedat, Brautlacht. *in Epit. Jur. publ. l. 2. c. 4. §. 7.* Bald. *ad 2. F. 26. §. adoptivus.* Bitsch. *in Comment. ibid.* B. Dn. Bardili, *d. l. lit. b.* Rosenthal. *d. concl. 30. n. 38.* Sed nec hanc exceptionem locum suum tueri posse, quia ne summus quidem Princeps alteri jus suum jure aufferre potest *l. 7. C. d. prec. Imp. off. l. 2. ff. ne quid in loc. publ. C. Quamvis de rescr. n. 6.* Rittersh. *in partit. feud. l. 13. qu. 5. sq.* Ludvvell. *d. l. n. 3.* unde quoque

Dd nec

nec adoptatum ab avo parterno cum Principis consensu in præjudicium proximiorum agnatorum feudum ex pacto & providentia, quod dicitur, obtinere posse cum Casp. Ant. Thessauro, *l. 1. quæst. for. 100.* statuit Reinking. *d. R. S. & E. l. 1. cl. 5. c. 11. n. 34.* Sicubi verò & agnati proximiores consentirent, nullum est dubium, quin & adoptivus talis in feuda rectè succedat, cùm volentibus nulla fiat injuria, Gothofr. Anthon. *in Disp. feud. 5. th. 6. lit. C.* B. Dn. Stryk. *in Ex. Jur. feud. c. 15. qu. ult.* Et 3. si pacto id actum, vel consuetudine receptum sit, ut & filius adoptatus perinde ut naturalis & legitimus simul successionis feudalis capax esse debeat, *per 2. F. 28.* & quia maxima vis est tum pactorum, tum consuetudinum, quæ dicuntur dominari in feudis Wesenb. *d. feud. c. 6. n. 13.* Rittershus. *d. c. 13. qu. 5.* Rosenthal. *d. feud. d. concl. 30. n. 35. seq.* Ludvvell. *d. p. 207. n. 1.* B. Dn. Bardili, *in nucl. Jur. feud. d. c. 14. num. 7. lit. c. & d.* Winziger. *d. l. in fin.* conf. Bach. *d. l.* & Müller. *ad Struv. S. J. C. Ex. 3. th. 65. in addit. lit. a.* Alias adhucdum exceptiones adducere solent DD. de quibus vid. Rittershus. Ludvvell. Winziger. *dd. ll.* concludimus tandem ex his, quod, ubi arrogatus vel adoptatus contra regulam Juris feudalis ad successionem feudorum jure admittendus venit, ibi illi prosit *Exceptio nobilitatis arrogatione aut adoptione tali quæsita.*

XIII.

Videamus nunc paucis *de modis patriam potestatem finiendi*, ubi de Dignitate liberante à patria potestate, & anne etiam hujus occasione *nobilitatis exceptio* exsurgere possit, nunc nobis indagandum venit. Sanè si filius familias nobilitetur, aut Cæsaris authoritate nobilis, si Senator vel Consul, si clericus, infra dignitatem Episcopalem de qua *in auth. sed Episcopalis. C. de Ep. & Cler. & Nov. 84. c. ult.* fuerit factus, talis manet in patria potestate, nec per nobilitatem illam, nec per Senatoriam, nec per Consularem, nec per Clericalem dignitatem aut conditionem inde liberatur, si respiciamus dispositionem textûs hactenus, & quoad ea, quæ tum obtinebant, hanc in rem manifestissimi *in §. 4. I. quib. mod. jus patr. pot. solv.* Voluit enim Imperator & in his tum temporis adhucdum sartam tectam conservare legem olim generaliter scriptam: *Filius, quamdiu vixerit, in potestate patris maneto:* non attentâ tali, quæ superveniebat, dignitate atque prærogativâ publicâ, quia nil impedire videbatur in publicis causis aliquem præeminere, & tamen in privato, quod ad Jus familiæ & cognationis attinet, patriæ potestati esse subjectum, fac. *l. 14. ff. ad SCt. Trebell.* Casp. Manz. *in Comm. rat. reg. instit. imp. ad tit. quib. mod. Jus patr. pot. solv. §. 4. n. 2. seqq.* & in specie de Nobilitate rectè hoc asserit Joh. Philippi *in Usu pract. Inst. Just. l. 1. th. 12. §. 3. & 4. Eclog. 76. num. 9.* ibi: *Etiamsi* nobilis existat, *nullo tamen modo à patria potestate liberatur, istæ namque dignitates*

inter-

inter modos dissolvendæ potestatis illius h. t. enumeratos non recensentur. Carpzov. *p. 2. c. 40. d. 17. num. 8. & 9.* ibi: *Sola nobilitas, utut per se sit aliqua dignitas, non est modus dissolvendæ patriæ potestatis, ac nobilis non minus ac plebejus in sacris parentum constitutus est.* Gosvvin. ab Esbach. *in not. ad Carpz. ibid.* ubi quod de hoc nullum sit dubium. Et quod de *Nobilitate*, idem quoque de *Doctorali aliave dignitate* meritò DD. asserunt, tum ob defectum legum id ordinantium, tum & à simili, quia *militia armata* neminem à patria potestate liberat. *d. §. 4.* ibi: *Filiusfam. si militaverit. I. h. t. l. 7. C. d. patr. pot.* & exinde nec *togatam* militiam liberare firmiter concludunt, rationibus moti his, quia milites armati majora habent privilegia, quàm milites togati, *per §. ult. I. de test. milit.* & de cætero ab una militia ad alteram convenienter inferre licet. Schneidevv. *ad d. §. 4. n. 5.* Everhard. à Mittelburg *in Tobic. leg. in loc. à militia armata ad milit. Cælest. militiæ.* Philipp. *d. l. in fin.* adjiciens, Scabinos Lipsienses Anno 1627. ita pronunciasse: Obwohl euer Sohn 2c. vor einem Jahr den gradum Doctoris angenommen: Dieweil Er aber noch bey Euch wohnet, und an Eurem Brod ist 2c. So ist Er auch dannenhero der Vätterl. Gewalt noch unterworffen, und Ihr möget ihme demnach sein Mutter-Guth aus zuantworten nicht angehalten werden. consentiunt & hactenus post plures à se allegatos Berlich. *p. 2. concl. 11. n. 53.* Strauch. *diss. 4. th. 28.* Vitriar. *ad tit. quib. mod. patr. pot. solv. §. 1. n. 3.* Georg. Christoph. Walther. *de Stat. jur. & priv. doctor. c. 15. §. 101. qu. 63.* B. Dn. Lauterbach. *in concl. for. Ex. 4. th. 12. lit. B.* Dn. D. Maj. *ad §. 4. J. quib. mod. patr. pot. solv.* Quamvis communior sententia sit in contrarium, teste & sequace Herm. Vult. *ad d. §. 4. n. 6.* & Berlich. *d. l.* vid. Manz. *d. l. n. 12. in fin.* Excipitur verò *summa patriciatus dignitas*, quæ filium statim atque literas imperiales hanc dignitatem conferentes accepit, à patria potestate liberat *l. ult. C. d. Consul. §. 4. inst. quib. mod. p. p. s.* Noluit enim Imperator quem sibi quasi patrem, & consiliarium in rectiùs gubernanda Rep. summum aut intimum elegit, nexibus patriæ potestatis adhucdum esse obnoxium *d. §. 4.* Per eos verò, qui hâc Patriciatûs dignitate præeminere dicuntur, non debent intelligi illi, qui olim apud Romanos opponebantur genti plebejæ ex patribus s. primis Senatoribus, quos legerat Romulus, nati, & tanquam progenies nobilissimæ atque antiquissimæ stirpis Senatoriæ tales fiebant, non per allectionem, sed per successionem & generationem Liv. *l. 1. c. 8.* quorum mentio injicitur *in §. 4. J. d. J. N. G. & C.* B. Dn. Maurit. *de Nobil. Impr. Germ. th. 25.* sed illi, quos ex singulari meritorum fiducia Imperatores sibi tanquam intimæ admissionis consiliarios eligebant, & lateri suo admovebant, honoratiores præ aliis hac ipsa functionis excelsæ, quam apud eosdem pro communi Reip. salute obibant, prærogativa, & summo eo dignabantur

honore, ut Impp. ipſi haud ſubſtiterint edicere, hos ſibi quaſi in patres legiſſe per text. expreſſ. *in §. 4. J. quib. mod. jus patr. pot. ſolv.* quos etiam *Patres communis Reip.* appellavit Suidas, ex quo id referunt Vinn. *in not. ibid.* & Manz. *ibid. n. 14.* ad quam ſublimem patriciatûs dignitatem nemo evehebatur niſi priùs aut Conſulatûs, aut Præfecturæ prætorio, aliove excelſo honore jam fuerit potitus *l. 3. C. de Conſul.* quorum origo tranſcribitur Imperatoribus Conſtantinopolitanis, & imprimis Conſtantino M. ex fide Zoſimi *l. 2. de optato.* Strauch. *Diſſ. 4. th. 28.* Manz. *d. l.* B. Dn. Stryck. *in Uſ. ff. mod. ad tit. de adopt. §. 24.* vid. Caſſiod. tamen *6. var. Ep. 2.* & Bach. *ad Inſt. d. §. 4.* ubi quoque penitiùs inquirit in rationem, cur ſumma dignitas fuerit appellata hic Patriciatus, cùm Conſularis, quæ proxima erat poſt Principem, & tantæ dignationis, ut & ipſi Principes Conſulatum geſſerint, major fuerit. *ad verb. ſumma dignitas:* ſecus ac Weſenb. *ad d. §. 4. num. 3.* Vinn. & Mantz. *dd. ll.* Et ergo Patricii *hi* qui *temporibus Impp.* exiſtebant, non *illi*, qui erant in *Rep. libera*, per talem dignitatem & Conditionem ſuam eximiam liberabantur à patria poteſtate; ut propterea fallant & fallantur illi, qui hodie patricios illos, qui reperiuntur in liberis Imperii Civitatibus, promiſcuè liberatos eſſe volunt à patria poteſtate ex eo ſolummodo, quòd ſint ex ordine patricio *per §. 4. J. quib. mod. jus p. p. ſ.* cùm hic textus ut & *l. ult. C. de Conſul.* nullatenus reſpiciat *ad progeniem ſtirpis patriciæ*, ſed ad talem *eminentiorem functionem*, ad quam iſti actu admoti ſunt: & moderni noſtri patricii, ut tales & in ſe tantùm conſiderati, non poſſint aliter conſiderari, uti alii nobiles genere tales, utut hi ſæpiùs de præferentia quoque cum iis certare ſoleant, unde uti ſola nobilitas nec olim nec nunc patriam poteſtatem tollit, ita nec ſola Patriciatûs ortu ſolùm talis dignitas eum effectum producere poterit. Sed vid. quæ hanc in rem, at otiosè ſatis, per multas paginas arenoſis argumentis talibus repletas deducuntur *in Diſſertatione aliqua inaug. Erfurti habita, inſcripta: de Juribus Patric. ſing. iisque ſuperem.* Authore Alb. Chriſt. Giebel. ubi *th. 10. & ſeqq.* hunc honorem dicit incomparabilem, ſublimem, & reliquis omnibus anteponendum, & exinde quoque jus præcedentiæ deberi Patriciis præ Doctoribus Juris & Medicinæ. In qua quæſtione determinanda, ſi voluit, uti videtur, ſtringere litem, quæ tunc temporis inter tales perſonas honoratiores N. verſabatur, ſuper qua inclyta Facultas. Jurid. hujus Eberhardinæ noſtræ Anno 1707. pro Doctoribus Juris & Med. reſponſum dederat, faventibus hanc in rem quàm maximè Conſtitutionibus Imperii, vid. ſupr. *th. 2.* antegreſſo quoque clementiſſ. quodam Cæſareo nutu atque Reſcripto eò magis propendente, fruſtra agit, quia omnia ejus argumenta ſtringunt ſaltem quoad illos Patricios, qui ſublimi ſimul tali officio præſunt, quod hodie æquipollet ſummo iſti Patriciatûs honori, de quo *in §. 4. J.*

quib.

quib. m. J. p. p. f. quo possunt dici communis Reip. Patres atque rectores, cum quibus verò ratione Præcedentiæ nulla lis erat Doctoribus, non verò quoad illos, qui saltem sunt de Gente Patricia prognati, & non nisi nudo Charactere officialium gaudent, & titulo tenus saltem tales sunt, & si quo munere actu funguntur, id solummodo inferioris, aut ad minimum non ad eum honoris gradum ascendentis ordinis sit, qui uti nobiles ita & Doctores exsuperare non possunt, quæ omninò benè à se invicem discernenda sunt. Quod penitiùs ex dicto responso cognoscere datur. *Horum* quoque dignitas tanti non est, ut liberet à nexibus patriæ potestatis, quod Dn. Gieb. in d. Diss. præsupponit, cùm *illorum* eminentia è contrario id indubiè efficiat, quoad odiosa & incommoda, utut non quoad commoda & favorabilia. vid. Bach. *ad d. §. 4. ad verb. Si Senator sub fin.* Exc. Dn. D. Majer. *ibid. pag. 232.* Hopp. *ibid.* Hæc verò Exceptio in summo illo Patriciatûs honore primitùs tantùm fundata extensa deinde fuit, & ad alias eximias quasdam dignitates & functiones publicas nexum patriæ potestatis æquè ac Patriciatûs dignitas, hactenus tollentes, uti sunt Consulatus, Consularitas, Præfectura Prætorio, Præfectura Urbis, Magisterium militum, Episcopatus & generaliter omnis dignitas & cingulum à Curiâ aut oneroso decurionatûs onere liberans, cujusmodi duodecim enumerantur *in l. fin. C. de Decur. auth. sed Episcopalis C. de Episc. & Cler. Nov. 81. §. 1. seqq.* Hodiè verò mutatô Reip. Statu non sine ratione DD. adstruunt, ad exemplum Patriciorum per Dignitatem à patriâ potestate eximi non tantùm Consiliarios Imperatoris, qui Consilio intimo, aut supremo Cæsareo, & Cameræ Imperiali vel præsident vel assident, quippe qui non minùs eliguntur & constituuntur ab Imp. quasi communis Reip. vel Patriæ patres, Schneidvvin. *ad d. §. 4. num. 1.* & Harppr. *ibid. num. 2.* Manz. *ibid. num. 10.* præsertim qui lateri Imperatoris adhærent Dn. Stryk. *in Us. mod. l. 1. t. 7. §. 24. sub fin.* Sed & ex non dispari planè ratione Consiliarios intimos Electorum, Principum & Statuum Imperii, in specie quoque Civitatum Imperialium Hopp. Manz. *dd. ll.* post plures Philipp. *de Eclog. 76. num. 6.* Pomeresch. *ad d. §. 4. n 6.* Schulz. *in Syn. Inst. d. l. lit. c.* B. Dn. Stryk. *in Us. mod. d. l.* B. Dn. Mev. *ad Jus Lub. l. 1. t. 3. num. 20.* B. Dn. Lauterbach. *in concl. for. Ex. 4. th. 12. lit. a.* B. Dn. Frommann. *in diss. d. SCt. Maced. th. 34.* ubi quod tales hodie per dignitatem emancipati censeantur Exc. Dn. D. Majer. *ad d. §. 4.* quippe qui regulariter in territoriis suis eandem vim & potestatem excercent, quam imperator in Imperio. Hopp. Stryck. Philipp. Manz. *dd. ll.* post alios B. Dn. Lauterbach. *in concl. for. Ex. 3. th. fin.* Nec Patriciis istis absimiles hodie hoc quoque in passu judicant Equites ordinum Equestrium, excellentiorem in modum ita dictorum, veluti aurei velleris des güldenen Bliesses in Hispania, aureæ Periscelidis des güldenen oder blauen

Hosenbandes in Anglia : S. Michaëlis in Gallia Wesenb. *ad. d. §. 4. n. 4.* Strauch. *in Diss. d. Diss. 4. §. 28.* Gothof. *in not. ad Schneid. d. §. 4. lit a.* Mantz. *d. l. n. 15.* add. Thulem. *d. Ord. Equ. Georg. perisc. per tot.* & quinam sunt alii eminentiori illo nobilitatis & equestris dignitatis axiomate præ aliis illustres, & singularibus juribus & privilegiis, quæ reliquis nobilibus ita non competunt, condecorati, vid. Limn. *d. Jur. public. L. 6. c. 2.* Magnif. Dn. Præses *in Collat. Jur. Rom. & R. J. R. G. sect. 4. th. 1. pag. 9. & ibid. adcitati.* Ad præcipuam ergò ejusmodi dignitatem jam evectis si hereditas materna fortè, vel quæ alia deinde deferreretur, ejusque Usumfructum pater sibi asserere vellet jure patriæ potestatis, ei hactenus competentis, juxta *§. 1. & 2. J. per quas pers. cuique acqu. l. 6. pr. C. d. bon. quæ lib.* & filius contra objiceret *Exceptionem summæ hujus & eminentioris Dignitatis*, audiendus omnino esset, ut acquisitam hereditatem pleno jure sibi retineat, quia jus patriæ potestatis superveniente tali Dignitatis gradu jam sublatum est *per d. §. 4.* quo sublato filius regulariter omnia sibi, patri vero nil acquirit. B. Dn. Lauterbach. *de Usufr. pat. th. 12. num. 6.* Secus tamen si Usufructu jam quæsito superveniret talis dignitas, tum enim *Exceptio hac Dignitatis*, & per eam impetratæ à patria potestate liberationis, frustra hac in parte objiceretur, cùm pater Usumfructum semel jam quæsitum invitus relinquere non teneatur, sed jure sibi retinere queat *arg. l. 1. C. de bon. mat. l. 8. §. 5. C. de bon. quæ lib.* Lauterb. *d. l. th. 40. num. 4.* Hæc Exceptio quoque quod non proficiat ad excludendum SCtum Macedonianum, de eo infra agendi occasio erit.

XIV.

Nunc porro ostendendum, quomodo & *hac Nobilitatis dignitatisque Exceptio* in materia *tutelæ & Curatelæ* obveniat, quod variis in casibus fieri potest: e. gr. vidua nobilis immediati liberorum ex se legitimè natorum tutelam maternam subire sinè dubio potest, tum ex ratione juris naturalis, juris positivi, & Romani, & Germanici usu maximè frequentati, uti videre est per deducta à Magnif. Dn. Præside *in Diss. de tut. mat. nob. imp. immed. th. 13. 17. 20. 21. & passim.* Quod si verò illa esset non ex ordine nobilium, sed ex ordine civico, aut si quidem ex ordine nobili, tamen non ex ordine nobilium immediatorum esset, & propterea Directorium nobilitatis immediatæ eam nec admittere nec confirmare vellet ad tutelæ aut curæ maternæ susceptionem & administrationem, justissimè *Exceptione nobilitatis immediatæ* niteretur, quia nobili immediato nupta, cujus radiis omninò corruscat, *vid. supra th. 10.* & ad liberorum ex hoc matrimonio natorum tutelam æque ac alia sanguine talis admittenda venit. Tiraquell. *de nobil. c. 18. num. 15.* B. Dn. Stryk. *de tut. mat. Princ. c. 2. §. 42. in fin.* Magn. Dn. Præs. *in d. Diss. th. 23. in pr.*

Sic

Sic & dignitas militiæ armatæ, intuitu maximè salutis publicæ, impedit regulariter, ut in ea sorte constitutus tutor non possit fieri *l. 4. C. qui dar. tut. vel Cur. §. 14. J. de Excus.* impedit & dignitas Episcopalis *Nov. 123. c. 5. Auth. Presbyteros. C. de Ep. & Cler. l. 52. §. 1. eod.* Præstat & justam causam se excusandi à munere tutelæ deferendæ *Dignitas functionis publicæ*, in administratione rerum fiscalium quæ occupata est *§. 1. J. de excus. tut. jung. l. 41. pr. ff. l. 10. C. de Excus. tut. & cur.* quorsum ex moribus nostris referunt die Rentmeister, Cammermeister, Steuer-Buchhalter, geheimte Cammerirer, Steur-Cassirer, Steur-Einnehmer ex Müllero Excell. Dn. D. Maj. *ad d. §. 1. J. de excus. tut.* Dn. Hopp. *ibid.* Imò etiam *à tutela jam delata* præstat Excusationem *si Tutor in Consilium Principis fuerit assumptus*, & maximè si lateri ejus omni tempore & loco quasi adhærere teneatur. *l. 30. pr. ff. de excus. tut.* B. Dn. Lauterb. *in diss. de tut. honor. th. 35.* & quæ sunt id generis alia, quæ locum facere queunt *Exceptioni Nobilitatis dignitatisque*, s. activæ s. passive. Sed quibus amplius immorari cùm non liceat tempore constrictis, sufficiat in hoc articulo hæc exempli gratia adduxisse.

XV.

Properamus nunc ad *Jura rerum*, tam *in re*, quàm *ad Rem*, ubi infiniti ferè occurrunt casus exceptioni huic occasionem & locum dantes, quibus omnibus indagandis cùm hac vice nobis non vacet, exempli loco quosdam produxisse satis erit. Et nempe in materia Juris hereditarii evenit fortè, aliquem possidere hereditatem Nobilis alicujus pro herede ex testamento illius quod publica fide sustineri voluit, eumque in finem curavit, id per tertium nomine ipsius vel Principi offerri, vel judici insinuari, adversus hunc hereditatis petitionem instituunt filii testatoris vel alii ab intestato successuri, dicentes illud testamentum nullum, quia testator ipse testamentum non obtulit, cujus præsentia tamen uti in omni alio testamento ita & in oblato Principi & coram Magistratu facto, de necessitate præcisè requiritur, ita ut sine hac subsistere dispositio nullatenus possit, per *text. in l. 19. C. de test. junct. l. 9. l. 12. l. 21. C. eod.* id quod latissimè contra alios contrarium sustinentes defendit inclyta Fac. Jur. in hac Eberhardina ap. B. Dn. D. Harpprechtum, *in Cons. 54. num. 46. & plur. sqq.* Possessor hereditatis ita conventus fundans se in illo testamento refugium hic quærit non tantùm in contraria illa sententia, statuminante quod & per procuratorem testamentum insinuari possit, cujus rationes & Authores congestos vid. ap. Dn. D. Harppr. *d. l. n. 20. sqq.* vid. tamen & responsiones ad has *ibid. n. 139.* sed & quam maximè in casum si hæc sententia non probaretur, uti propitio jure probari non potest, *in exceptione Nobilitatis* prætendens hoc testamentum per exceptionem à regula tamen esse validum,

quia

quia testator hic fuit persona nobilis & honoratior, cui id jure indultum, ut quod alius in loco judicii ipse, illud is domi suæ & per procuratorem agere & expedire possit, veluti de egregiis personis in juramento præstando id indultum constat *in l. 12. §. 4. C. de R. C. l. 2. §. 1. & Auth. Principales C. de jurej. propt. calumn. l. 15. ff. de Jurej.* B. Dn. D. Grave *de jurej. propt. calumn. c. 5. §. 2.* B Dn. Lauterb. *in tract. Syn. de jur. §. 5. n. 18.* unde & in testamento tali idem observandum esse concludi posse videtur, vid. Harppr. *d. l. num. 255. seqq.* Sed ad hanc exceptionem meritò replicabunt actores, nullibi provisum reperiri, nec probari posse, nobilibus hoc in articulo singulare aliquod jus indultum esse, qui cùm non inveniantur excepti, meritò statuendum esse, & illos, perinde ac alios omnes, regulæ in textibus expressis & juris analogia optimè fundatæ, in super communiori DD. calculo & usu frequentiori corroboratæ obnoxios esse, per consequens si ipsi præsentes testamenta sua non obtulerint aut insinuaverint, sed per nuncium, procuratorem, aliosve ea conficere curaverint, illa esse ipso jure nulla, adeoque cùm defunctus hoc, de quo lis est, testamentum per alium saltem confecerit, idem hic statuendum esse, & hôc declaratô nullô, potiorem esse illorum conditionem tanquam heredum legitimorum *pr. J. de hered. quæ ab int. def.* Et ita, quia rationes pro veriori hac sententia militantes æquè quadrant in personis honoratioribus atque nobilibus ac in aliis, oppositam illam *exceptionem nobilitatis atque dignitatis* rectissimè elidi, & pro heredibus ab intestato judicari debere patet ex iis, quæ hanc in rem rectè annotata reliquit Myler. ab Ehrenbach. *de Stat. Imp. c. 23. §. 2.* ubi personas in dignitate excellentiori constitutas, Aulicos, Consiliarios cum aliis privatis hoc in passu ex pari judicat, Ziegler. *de jur. maj. l. 1. c. 1. §. 29. & 30.* ubi in casu, da einer von Adel und Churfürstl. Sächsischer Obrister testiret, non aliter observatum fuisse, ac in persona inferioris conditionis fieri solitum est, observat. B. Dn. Maurit. *Cons. Jub. 1. num. 45.* scribens, nec Principes & Status imperii, dum ultima sua elogia condunt, alia privilegia allegare posse, sed activè & passivè privatorum jure uti, add. Magnif. Dn. Præses *in Collat. Jur. Rom. cum. R. I. R. G. sect. 5. p. 24. seqq.* quibus convenienter quoque respondit laudatiss. Facult. Jur. Tubing. Anno 1697. ap. B. Dn. Harppr. *in d. Cons. 54. num. 258. seqq.* ubi etiam pro ulteriori confirmatione superaddit, daß wann auch Barones, nobiles vel similes jurisdictionem habentes personæ apud propria acta ihre Testamenta auffrichten wollen, sie dieses zwar wohl nach belieben thun können, jedoch auch sie anders nicht, als in Gegenwart der geschwohrnen Gerichts-Persohnen, und wo dieses herkommens auch desselben Gerichts Actuarii vel Notarii. *ibid. num. 264. seqq.*

XVI.

XVI.

De *Jure nostro communi* hereditatem pactitiam s. conventionalem nullam esse constat *ex l. fin. C. de pact.* & scriptis latissimè ab Excellent. Dn. Præside *in Collat. J. R. & R. J. de sect. 5. th. 1. p. 1. seqq.* adeò ut pacta successoria ne quidem inter personas nobiles aut in magnifica quadam dignitate constitutas non milites, eo jure valeant. *arg. l. 19. C. de pact.* ex Stephan. Bertrand. *l. 1. part. prior. cons. 29.* Magnif. Dn. Præses *d. l. p. 5.* Secus est, ubi Jure *consuetudinario vel statutario* aliud inductum apparet, quod tamen saltem stringit quoad ea loca, ubi id viget, generale verò jus communi juri contrarium in quibuscunque casibus per universas provincias valiturum efficere haud valet. *id. d. l. p. 10. sq. & ibid. citt.* Fiducia hujus juris ergò si quæ nobilium familiæ certa quædam mutuæ successionis aut in specie confraternitatis pacta, Erbverbrüderungen, inter se iniere, extinctis masculis alterutrius familiæ, confratres de superstite familia vi illarum conventionum possessionem relictorum bonorum velut heredes conventionales jam intrarunt, filiæ verò aut si quæ sunt aliæ sequioris sexus ex ista, quæ jam in masculis defecit, familia, vindicare sibi à possessoribus illis intendunt hereditatem eam, ex hoc capite, quod talia pacta successoria juribus nostris sint in totum improbata, & propterea nullius momenti, ut exinde nulla possit prætendi successio, & quod pacta confraternitatum constitutionibus Germanorum quidem sint comprobata, sed saltem inter personas illustres & Status Imperii, non verò inter nobiles, aut alia quavis, utut eminentiori dignitate constitutos *per Inst. Pac. Cæs. Suec. art. 4. §. 10. & art. 15. §. 13. R. I. de Anno 1654. §. 188. Capit. Cæsar. Leopold. art. 6. Joseph. art. 6. & Carol. VI. art. 1.* ibi: Die unter Churfürsten, Fürsten und Ständen errichtete Erbverbrüderungen, &c. Possessores verò & rei contrà objiciunt *Exceptionem nobilitatis, in specie immediatæ,* & huic quoque singulariter competentis facultatis pacta talia hereditaria, & confraternitatum validè erigendi per *Capit. Leop. art. 39. & noviss. Carol. VI. art. 1.* ibi: Die ohnmittelbare freye Reichs Ritterschafft mit eingeschlossen *junct. instr. Pac. Cæs. Suec. art. 4. §. 2. & 27.* Knipschild. *de fideic. fam. ill. l. 3. c. 10.* B Dn. Stryk. *in tract. de success. ab int. Diss. 8. c. 7. §. 10.* Magnif. Dn. Præses, *in de Coll. sect. 5. pag. 29. & ibid. alleg. ut & in Diss. de nex. Ord. Equ. immed. erga Cæs. & Imp. th. 16.* ita ut propterea meritò ab actione absolvendi & tanquam heredes pactitii in possessione hereditatis relinquendi. Quod secus esset, si paciscentes nobiles fuissent non *immediati*, sed *mediati*, quibus jus per pacta hereditatem deferendi regulariter non competit post alios Stryk. *d. l. §. 11.* ut exinde *Exceptio nobilitatis simpliciter talis* hic frustra objiceretur. Quoad nobiles mediatos verò quia DD. duas tradunt Exceptiones: primò nisi Princeps terri-

torii, cui ſubjecti, conſentiat, & pacta talia ſpecialiter confirmet: ſecundò niſi expreſſa Lege aut recepta conſuetudine aliud inductum, poſt alios B. Dn. Stryk *d. l.* §. *11.* Sanè in Caſibus his exceptis, quin locum obtinere queat cum effectu & *exceptio Nobilitatis ſimpliciter talis*, & in ſpecie quoque *mediata*, nullum nos dubium tenet. Idem quoque in nobilibus *virtute talibus*, utut in excelſa aut inſigni ſint collocati dignitate, in ſpecie quoque in *Patriciis civitatum*, quibus itidem hoc jus regulariter non competit, adeoque ab his fruſtra hactenus proponitur *Exceptio dignitatis aut nobilitatis* ſ. *virtute* ſ. *ſanguine* talis: nam nec hi eo jure gaudent, quia non ſunt immediati; ubi verò ſtatuto aut conſuetudine aliud inductum, per exceptionem à regula etiam ad hanc dignitatis & nobilitatis allegationem ſub ſpe ex hac ratione conſequendæ victoriæ convolare poſſunt.

XVII.

Moritur in locis fortean à loco originis longiùs diſſitis nobilis ex Familia N. generis nobilitate per ſe & notoriè ſatis clara, nullis relictis liberis. Advenit fœmina, prætendens ſe ejus ſororem germanam & ex nobili iſta Familia N. legitimè oriundam, petens exinde, ut admittatur ad hereditatem fratris, tanquam heres ab inteſtato atque legitima per *Nov. 118. c. 3.* Aſſerunt ſibi & alii in loco mortis fortean ex teſtamento vel nullo, vel alio quocunque modo invalido, vid. *pr. I. de her. quæ ab int. def.* iſtam hereditatem, in cujus jam ſunt poſſeſſione per aliquot annos, prætendentes validum eſſe teſtamentum, inſuper & actrici opponunt *exceptionem nobilitatis paſſivam & negativam*, eo ipſo negantes ſe eſſe ſororem defuncti legitimam, illa contra ſe talem eſſe aſſerit, eamque exceptionem retundere allaborat *replicatione nobilitatis conſanguinitatisq; legitimæ activâ & affirmativa*, & ſororem germanam eſſe conſtanter aſſerit, deſuper diſputant: Rei urgent, hanc qualitatem & nobilitatem generis non præſumi, ſed potiùs quemlibet præſumi popularem. Gloſſ. *in cap. Si fortè* verb. *ſcientiæ x. d. elect. in 6.* Felin. *in c. fin. x. d. præſ. & in c. fin. x. de probat.* Teneri ergò illam quæ aſſerit ſe nobilem & de hac familia oriundam ad probandam hanc qualitatem veluti extrinſecam, quæ naturâ non ineſt, ſed illuſtribus factis, literis, armis aut Principum gratiâ acquiritur, *l. 1. ff. de probat. & ibid. Bald. in notab. 1.* ut & inde hîc dependentem proximiorem iſtam conſanguinitatem, quam etiam probare debet, quæ talem ſe Aſſerit, *l. fin. C. d. probat.* Maſcard. *d. probat. 1. concl. 73. in pr.* Pacian. *d. prob. l. 2. c. 12. n. 4. & 5.* Carpzov. *in Reſponſ. l. 3. t. 7. Reſp. 65. n. 1. ſqq.* Actrix proinde ſuſcipit probationem ei injunctam, producit vel duos teſtes, perſonas graves, ſed de auditu ſaltem deponentes, quæ probatio hic dicitur per exceptionem à regula, tanquam in re difficillimæ probationis & in ſenſus exteriores teſtium non cadente,

dente, qualis est filiatio, consanguinitas, affinitas, *l. 87. ff. condit. & dem.* sufficere. Mascard. *d. l. concl. 409. n. 1.* Pacian. *d. l. n. 24.* Lanfranc. *de* Oriano *in C. Quoniam. x. d. probat. c. 8. num. 94.* vel ad conjecturas, indicia & præsumptiones se vertit, quibus non minùs consanguinitas tanqnam difficillimæ probationis, demonstrari potest, post alios Carpzov. *d. l. num. 7. sq.* vel provocat ad famam, quæ sola duobus testibus saltem probata plenam fidem & probationem etiam hîc in probanda consanguinitate & nobilitate facit. *l. 7. C. d. postul.* Felin. *in c. 10. x. d. testib. n. 9.* Carpzov. *d. l. n. 9. sqq.* Et hisce ita jam demonstratis sine dubio pro actrice pronunciabitur. Et ad eum quoque modum rem fuisse actitatam, & in Senatu appellationum Anno 1623. judicatum fuisse testatur Carpzov. *d. l. n. 15.* ibi: Erkennen von Gottes Gnaden, Wir Johann Georg ꝛc. daß Brigitta von Bünau Ihr fürgeben, daß Sie nemlichen Hansen und Friderichs von Bünau vollbürtige Schwester gewesen, zur Nothdurfft bescheinet. Non minùs & Scabinos Lipsienses in causa Nobilium à Trotha Anno 1634. pro iis, qui agnatos se venditabant, & conjecturis id demonstrare satagebant, ita decidisse, refert idem *d. l. n. 16.* ibi: Und gleichwohl nach gemeinem Wahn der Rechsgelehrten die Anverwandschafft und gradus generationum, bevoraus in alten Geschlechten, und vor langer Zeit und undencklichen Jahren hero, auch durch conjecturas und præsumptiones erwiesen werden könne, so erscheinet daraus so viel, daß wann vorgedachte præsumptiones von Gegenpart Eurem Vettern durch gnugsamen Beweiß oder stärckere Vermuthungen zur Gnüge nicht abgelehnet werden mögen, Ihr die libellirte proximitæt und nähere Anverwandschafft zur Nothdurfft bescheiniget und beygebracht habt.

XVIII.

Nunc quoque nonnulla exempla ex materia *Juris ad rem*, in specie *ex factis licitis & contractibus*, ut adducamus, dispiciemus 1. ratione *mutui* ex contractibus *nominatis realibus.* Filius familias mutuam pecuniam accipiendo obligatur, ita ut adversus eum perinde ac adversus patrem familias creditori actio *stricto jure* detur, *l. 1. l. 9. §. fin. l. 10. l. 11. l. 7. pr. & §. 4. ff. ad SCt. Maced.* quæ tamen inefficax redditur opposità à filiofam. *exceptione SCti Macedoniani*, ita ut ad restitutionem condemnari nequeat *d. l. 1. §. 1. l. 7. §. 6. l. 9. §. 1. ff. eod. §. 2. I. quod cum eo, qui in al. pot. est neg. gest. dic.* etiamsi *nobilis* sit, & *in dignitate constitutus*, veluti si Senator & Consul sit, uti suo tampore rectè respondit JCtus *in l. 1. §. 3. ff. ad SCt. Mac.* Quanto enim quis in majori dignitate constitutus est, tanto magis ambitioni indulgere, & profusionibus dignitatem suam augere ut plurium studebit, rectè ita judicante B. Dn. D. Frommanno *in diss. de SCt. Maced. th. 13.* ut adeò respectu majo-

rum ſumptuum à nobili aut honoratiori pro more, utut laudem non usque quaque merente, impendendorum, aut erogari ſolitorum, *exceptio hæc nobilitatis & dignitatis* alteri illi *exceptioni SCti Maced.* tanto magis locum faciat, & ambæ hæ exceptiones ita junctæ tantò potentiùs operentur, & non tantum filiof. ſed & *Patri* eò magis prodeſſe poſſint etiam in caſu, ſi filiusf. talis contradicente Patre mutuam pecuniam accepiſſet ad erogationes eas, quas moderni pravi mores ampliùs pro illicitis aut indecoris haberi nolunt, quæque patri quaſi ex neceſſitate quadam, & ſub prætextu per honorem non omittendarum earum incumbere, videntur, quarum intuitu SCtum Maced. locum aliàs non invenit *l. 17. §. 15. ff. l. 2. C. ad SCt. Maced:* Cui rei accommodum videtur exemplum quod in ſcenam jam olim produxit in caſu, ubi filius nobilis in Aula cujusdam Principis conſenſu patris degebat, nomenque inter alios Aulæ illius nobiles profitebatur, ſed ſine aliquo ſalario, convictu aulico contententus, daß Er freye Tafel bey Hofe habe: Indicta præparatione ad inſtans, uti vocant, *Carneval*, quod aliàs *bachanalia* dicunt, cùm filius ſalario deſtitutus à patre talia improbante & renitente ſumptus pro comparandis veſtibus ludicris & larvis fruſtra peteret, ab amico quodam 200. thaleros mutuo ſumpſit: deinde creditor hos repetit à patre, hic objicit exceptionem SCti Maced. & hanc jure oppoſitam fuiſſe, nec in præjudicium patris enervari poſſe *replicatione nobilitatis*, & prætenſi honoris, ſed patrem ab ea impetitione abſolvendum eſſe, privatim conſultus ex rationibus ibi deductis exiſtimavit B. Dn. Stryk. *in uſ. mod. ad tit. d. SCt. Maced.* §. 10. Quid ſi verò quis conſtitutus in dignitate tali, quæ liberat à patria poteſtate, uti olim patriciatus, & nunc omnis quæ liberat à curia *vid. ſupr. th. 13.* tunc creditori ex mutuo agenti fruſtra objectaret SCti Macedon. exceptionem, cùm eam omninò retunderet *Replicatio tam* eximiæ Dignitatis atque Nobilitatis. Abſurdum enim creditur ei cum periculo credi, qui Reip. aut Eccleſiæ negotia graviſſima liber gerit. Buſ. *ad l. 1. §. fin. ff. ad SCt. Mac. n. 3.* cui ſententiæ quoque meritò ſubſcribunt de Jena *in tr. de SCt. Maced n. 3. aph. 8.* Carpzov. *p. 2. c. 10. §. 17. n. 5.* & ibid. Goſwin. ab Esbach. in not. cum adcitatis: poſt plures alios B. Dn. Frommann, *in Diſſ. d. SCt. Mac. th. 24.* B. Dn. D. Lauterbach. *ad d. tit. §. 8.* Nil obſtante eo, quòd in contrarium movetur ex *Nov. 81. c. 1.* quod nempe à patria poteſtate ita liberetur, licet non quoad favorabilia, tamen quoad odioſa, odioſum autem ſit vel maximè, filiumf. illum cogi ad ſolvendum mutuum contra jura acceptum. Siquidem Jus illud, quod ex SCto Macedoniano ei tribuitur, nullatenus ad familiæ jura, quæ in *d. Nov. 81. c. 2.* filiisfam. in ordine ad familiam, & huic in ordine ad illos reſervantur, pertinere dici poteſt, nec tàm in filiorumf. quàm parentum favorem & fœneratorum odium illud

juris

juris inductum esse constat. *l. 9. §. pen. ff. ad SCt. Maced.* Sanè in filiisfam. *Principum & Statuum Imperii* SCtum Macedon. locum itidem non habere autumant Connan. & Aug. Barbos. *ad l. 2. C. d. t. n. 27.* ex quibus id referunt. B.Dn. D. Lauterbach. *d. l. th. 8. in fin.* & B. Dn. D. Frommann. *d. th. 34. in fin.* quæ opinio his videtur niti rationibus: tum 1. quod Principum filii, patre vivente, quasi domini rerum paternarum & principatûs paterni dicantur, tum 2. quod potestati & Jurisdictioni paternæ non videantur esse subjecti, tum 3. quod Jus Romanum inter Principes Imperii locum obtinere non videatur. Sed quia *prima* ratio & de privatis vera est per *l. 11. ff. de lib. & posth.* hinc hanc nihil planè conficere ad exceptionem à regula hic fundandam rectè colligitur. *Secunda* verò falsissima, quippe quæ ex eo solo refellitur, quod sine dubio etiam inter Principes nostros & patria potestas atque Imperium vigeat. Dn. de Rhez. *in Jur. publ. l. 1. t. 20.* Dn. Schilter, *in prax. Jur. Rom. in for. Germ. Ex. 27. §. 77.* Et denique *tertia* itidem falsa hypothesi nititur, cùm plus quam notorium sit, Principes nostros jure privatorum hactenus quoq; uti, & eorum causas in summis Imperii nostri tribunalibus ex Jure communi decidi. Dn. Stryk. *in Usu. ff. mod. ad tit. d. SCt. Mac. §. 5.* add. quæ fusè satis hanc in rem deducta leguntur à Magnif. Dn. Præs. *in Collat. J. R. cum. R. J. R. G. sect. 5. th. 1. pag. 22. sqq. junct. d. Coll. sect. 1. th. 4.* Exinde rectè concludimus, etiam in filiisfam. Principum nostrorum admittendam omninò esse *hanc Exceptionem SCt. Maced.* sicubi fuerit opposita, tanto magis valituram, quantò firmiori nititur fulcro ex juncta alia illa *illustrissima illius celsitudinis, Dignitatis & Nobilitatis exceptione*, hoc quoque hîc maximè secum vehente, ut quantò magis antecellunt aliis honoratioribus & nobilioribus, tantò magis ambitiosis profusionibus studere & indulgere soleant: uti respectu aliarum dignitatum longè inferiorum hanc rationem valere modò demonstravimus, inprimis quia & fœneratores isti Principum filiis mutuum dantes graviorem perniciem & parentibus & Reip. inferre possunt, unde majori quoque odio digni, merentes & hîc æquè ac alibi, ut contra eos pronuncietur. Schilter. *d. l.* Et quamvis hoc diffiteri nequeamus, inter personas illustres hodie præsertim communiter pro indecoro judicari velle hoc SCto uti, quasi id earum dignitati repugnaret, propterea tamen, si res fuerit ad judicium deducta, haud deneganda esse his ipsis talia communis juris auxilia, benè observat B. Dn. Stryk. *d. l. §. 5.*

XIX.

Secundò ratione *Contractûs verbalis* se offert exemplum in *fide jussione mulierum*: Hæ alienam obligationem in se recipiendo obligantur quidem ipso jure, ita ut adversus eas actio competat, sed oppositâ *exceptione SCti Vellejani*

non

nön possunt condemnari ad solvendum, cùm talis intercessio à jure nostro quoad effectum in totum reprobetur & irrita reddatur *l. 2. §. 1. l. 7. l. 16. in fin. l. 23. ff. l. 9. C. de SCto Vellej.* idque ob sexus imbecillitatem & inconsideratam facilitatem *l. 1 pr. ff. de minor. l. 4. in f. C. de sponf. l. un. §. 15. C. de R. U. A.* quæ unà cum rei familiaris periculo ipsis inde imminente *per l. 1. §. 1. l. 2. §. 1. ff. eod.* vera causa est hujus SCti. B. Dn. Lauterbach. *in colleg. theor. pract. ad d. t. §. 2.* Quod si verò intercedens fœmina *nobilis* aut *illustris* sit, anne agens hanc exceptionem SCti Vellejani *replicatione nobilitatis, aut dignitatis illustrioris*, qua pollent e. gr. Ducissæ, Comitissæ, Abbatissæ enervare iterum queat, quæstio est & hodienum inter Doctores valde agitata. Quod hæc replicatio prosit actori ad infringendas SCti Vellejani vires, ita ut fœmina talis, quod in suam fidem recepit, solvere teneatur, maximè si *insimul superioritate territoriali* gaudeat, id affirmant Hering. *de fidejussor. c. 7. num. 519. seqq. plur.* ubi omnium latissimè: superadjiciens, cùm antecessorem in hac sua sententia videre non contigerit, se lectori desuper liberum arbitrium relinquere. Ludov. Engel *in Colleg. Jur. Can. l. 3. t. 22. §. 1. num. ult.* Tabor. *in annot. ad C. J. A. tit. de SCto Vellej th. 5.* Bicc. *in C. J. A. enucl. §. 3. n. 16.* Dn. Assess. Cam. Schrag. *in introd. ad ff. d. t. §. 5.* Carpzov. *p. 2. c. 15. d. 9.* ubi ita tractatum esse refert in causa Principissæ ab Anhalt ab una, & Dn. Comitum à Schwartz-burg. Rudelstadt, ab altera parte Anno 1633. Struv. *in S. J. C. ex. 21. th. 12. in fin.* ubi testatur inclytum Facultatis Jurid. collegium in Univers. Jenensi ita pronunciasse Anno 1667. Müller. *in not ibid. lit. z.* Dn. L. B. à Lynker. *in anal. ibid. in fin.* Eckhold. *ad d. t. §. 5.* Schilter. *in prax. Jur. Rom. in for. Germ. Ex. 28. §. 6.* Vitriar. *in Jur. Civ. univ. ad tit. de fidejussor. num. 16.* & ex aliis quoque nudè ita refert B. Dn. Lauterbach. *in Colleg. ad t. de SCt. Vellej. §. 4. circa fin.* & Schütz. *in Comp. d. l.* cujus sententiæ has adferunt rationes, tum quod talis fœmina regalia & jurisdictionalia exercens negotiis virilibus & magni momenti sufficiat, cùm pro tribunali sedere, jus dicere, aliaque ad instar virorum exercere possit, post alios Ludolph. Schrader. *d. feud. l. 10. sect. 1. num. 5.* tum quod in ejusmodi fœminam non facilè aliqua imprudentia, aut judicii consiliique imbecillitas præsupponi possit, hoc minùs, quia suis instructa esse solet consiliariis, ut deceptioni non adeò videatur obnoxia, tum quod & is, qui ejusmodi fœminæ fidem in contrahendo sequitur, non tam statum muliebrem, quàm illustrem dignitatem administrationemque per omnia virili administrationi similem respexisse censeatur, Hering. Carpzov. Müller. *dd. ll.* Contra verò actori hanc replicationem prodesse negant B. Dn. Lauterbach. *in concluf. for. Ex. 28. th. 19.* B. Dn. Stryk. *in not. ad Schütz. d. l. & in Us. ff. mod. in tit. ad SCt. Vellej. §. 7.* adeoque & hujusmodi fœminas illustres, perin-

de

de ac alias privatas exceptione SCti Vellejani tutas esse & manere, non obstante contra factâ allegatione illustris illius dignitatis, statuminant, tum ex eo, quod Jus nostrum fœminis indistinctè, & sine exceptione hoc beneficium dederit, & dignitas talis fragilitatem sexûs, quâ in repentinam possunt deduci inopiam *l. un.* §. *15. C. de R. U. A.* sanare aut corrigere non valeat, prout nec adsistentia consiliariorum nimis credulam aut facilè labascentem mentem prorsus excludit: tum quod & fœminæ nostræ illustres ordinariis jurium beneficiis fruantur, & jus commune inter Principes Germaniæ generaliter obtineat, valente & hîc jam suprà adductâ regulâ, quòd in contractibus jure privatorum utantur: tum quòd adhuc hodie matres illustres & nobiles liberorum suorum tutrices si esse velint, solenniter renunciare debeant in specie quoque SCto Vellejano: quod argumentum hac in materia pro evidenti habet Dn. Stryk. *in Us. mod. d. l.* quod dum egregiè confirmatur exemplis non tantummodo matrum *nobilium immediatarum* & hodie ad renunciationem hujus SCti omnino obligatarum, praxi Cameræ imperii quoque hanc in rem extante, & observantia quoque in Directoriis & Senatibus equestribus nobilitatis immediatæ id demonstrante, quæ adducta à Magnif. Dn. Præs. *in Diss. de tut. mat. nob. imper. immed. th. 26. imprimis pag. 39.* sed & exemplis aliarum *illustrium* fœminarum tutricum veluti Baronissæ de Gödens, & Ducissæ Mecklenburgensis, ad quæ provocat ex Huld. Eyben. *de tut. fœm. m. 2.* §. *3. & 17.* Müller. *in addit. ad Struv. d. l. in fin.* rectissimè ex his concludens, ex hoc apparere, quam parum tuto nonnulli assertum eant, usu Germaniæ renunciationis talismodi necessitatem solennitatemque non ampliùs observari. add. Dn. Stryk. *d. l. in fin.* potius est, ut ultimæ huic sententiæ adstipulemur. conf. Joh. Volck. Bechmann. *in Comment. ff. theor. pract. ad tit. de SCt. Vellej. in obs. pract. ult.* ubi hanc sententiam restringit ad fœminas illustres *maritatas*, scribens quod si illi, qui asserunt in fœminis illustribus SCtum Vellej. locum non habere, hoc intelligant de maritatis, se contrarium tueri malle, cùm illæ etiam debeant juratò renunciare huic beneficio, si intercedant pro maritis: & ita respondisse Lipsienses mens. Octobr. 1631.

XX.

Tertiò quoad Contractus *Consensuales*, ratione *Emptionis Venditionis* se quoque offert exemplum. Si enim in dignitate s. politica s. ecclesiastica constituti, illustres, aut nobiles emptionem venditionem lucri quærendi causa, sive mercaturam in civitate exercerent, civitatenses ipsis rectè opponunt *exceptionem dignitatis & nobilitatis*, per text. *in l. 3. C. de commerc.* In dignitate siquidem constitutos & nobiles commercandi ad eum modum libertatem non adeò decere, sed & bono civitatis publico maximè nocere communiter DD. perhibent.

bent. Tiraq. *de nobil. c. 27.* Nolden. *de Stat. Nob. c. 22. §. 2. Ziegler. de jur. Maj. l. 1. c. 41.* §. 8. Maurit. *d. Nobil. th. 10.* Fab. *in Cod. Sab. l. 9. t. 28. d. 18.* Mev. *p. 2. d. 2. num. 4.* Carpzov. *p. 2. c. 6. d. 4.* B. Dn. Lauterb. *in Colleg. theor. pract. tit. d. C. E. V. th. 13.* Magnif. Dn. Præſ. *in Diſſ. de negot. Cler. proh. c. 2. per tot. & ibid. citt.* Uti verò legibus moribusque cujusque regni, provinciæ, ac civitatis ſtatuendum eſt, quid deceat, quid dedeceat in iis, quæ ſunt civilia, ita quoque quis modus obſervari debeat, Mev. *d. l. n. 4.* Poſſent & ratione *Contractûs mandati*, modique per procuratorem in judicio agendi, vel alterius adhuc generis varia exempla proferri; Sed properandum eſt.

XXI.

Ordo quidem nunc nos deduceret ad obligationes ex *delictis* deſcendentes, & ad eas, quæ occaſione horum naſci poſſunt *dignitatis & nobilitatis Exceptiones*, ſed ptætermiſſis his, quia & ex ſequentibus cum quibus affinitatem habent, maximam partem dijudicari poſſunt, pedem potiùs proferimus ad *Jura actionum*, ex quibus *cives*, quia antedicta jam eò referri poterunt, hîc iterum ex profeſſo quidem pertractare ſuperſedemus, magis intenti ad *perſecutiones criminales*, ubi tamen inſimul occurrent, quæ in actionibus civilibus ex delictis deſcendentibus applicari poſſunt ac debent, ut propterea ſufficere videatur ex utroque genere alterutrum illud, ſaltem per nonnulla exempla ad hanc exceptionem pertinentia in penſiculationem quandam adducere: Et quidem primo in *exercenda jurisdictione criminali ipſa* exempla hinc inde occurrere poſſunt *Exceptionem dignitatis & nobilitatis eximiæ.* Nos verò in hac unica ſpecie hodienum adhuc valde agitata hac vice erimus occupati: Scilicet *nobilis immediatus* in territorio alicujus Principis aut Statûs Imperii R. G. delictum aliquod committit, & cûm ibidem deprehendatur, carcere aut arreſto detinetur, inquiſitio in eum â domino territorii inſtituitur, & proceſſus eò dirigitur, ut ibidem judicari & puniri debeat; Delinquens verò opponit *Exceptionem nobilitatis immediatæ*, vi cujus hoc obtinere contendit, ſe tanquam immediatum ab hac & omni alia jurisdictione ſingulariter eſſe exemptum, & à nemine, ne quidem in cauſis criminalibus judicari, ac puniri poſſe, niſi ab Imperatore ipſo, qui hanc facultatem cognoſcendi in tales immediatos ſibi reſervavit. Hanc ipſam exceptionem & præſcriptionem fori opponens an audiri debeat? res eſt non adeò expedita, cùm pro & contra diſputetur: An in tali caſu dominorum iſtorum territorialium jurisdictio in nobiles immediatos fundata ſit? Pro *negativa 8.* rationes congeſtæ leguntur ap. Knipſchild. *de Jur. & priv. nobil. imm. l. 3. c. 23. num. 4.* ubi & Authores Caſp. Lerch. Umm. & alios hanc negativam ſuſtinentes laudat *num. 56. & num. 83.* quæ iisdem in terminis reperiuntur apud Eund. *in tract. de Jur. & priv. civ. imp. l. 2. c. 5. num. 79. ſeqq. junct. num. 112. & 113.* quam & iisdem rationibus convalidare ſatagit Ertel.

ſu

su *incestûs*, de Anno 1659. in casu *homicidii*, & de Anno 1682. in casu *fratricidii*, ubi ipse Imperator cognitionem & jurisdictionem criminalem exercuit in immediatos nobiles ex circulo Suevico, superaddit, cum Rescripto Cæsareo ad Austriacam Cancellariam emisso hoc jus soli Cæsari asserente. Nec dubitare se dicit, quin & similia præjudicia & res judicatas in circulo aut districtu Franconico & Rhenano invenire liceat, qualia præjudicia pro norma & forma in ejusmodi controversiis decidendis observanda & legum instar habenda reputat. Et hæc sententia si prævaleret, supra adductam *exceptionem nobilitatis immediatæ* robore suo perstare sat validam. Contra verò pro *affirmativa* illud jus dominis territorialibus asserente plures itidem accumulat rationes, ex quibus hanc sententiam tanquam juri & praxi communi & quotidianæ quam dicit magis consentaneam ipse adstruit laud. Knipschild. *in tr. de jur. nob. l. 3. c. 23. num. 57. seqq. & de jur. civ. imp. d. l. 2. c. 5. num. 90. seqq.* Authores quoque C. J. A. Bidenbach, Besold. Wehn. pro hac militantes adducit *ibi num. 70. & hîc num. 112.* & denique rationes dissentientium refutat *in illo tr. num 72. seqq. plur. & in hoc num. 104. seqq.* Et huic sententiæ si locus detur, constat frustrà *illam nobilitatis immediatæ exceptionem* objici. Quod nullum planè dubium patitur in casu, ubi immediatus status, vel nobilis officialis est illius, in cujus territorio deliquit, quippe in quem jurisdictio domino omninò competit. *l. Nulli. 3. C. Quor. app. non rec.* uti in terminis concludit Gylmann. *Symph. tom. 1. p. 1. 9. de Constitutione L. Diffamari fol. 530. num. 2.* Knipschild. *de jur. nob. d. c. 23. n. 85.* vel alio modo peculiare forum nactus est, cui se electô certô vitæ genere obnoxium facere debuit, veluti si nobilis immediatus in Universitate degat, Rectoris Univ. aut si miles Ducis jurisdictionem atque imperium nullo modo detrectare potest, quod per se patet, vid. Donell. *in Comment. jur. Civ. l. 17. c. 20. & ibid.* Hillig. *in enucl.* & in confesso quoque est: vid. Fränckis. Ritter-Ordn. *p. 1. t. 3. & 4.* Rationes utrinque allatas otiosè hic repetere nolumus, multò minùs in alterutrius partis præjudicium, lite adhucdum pendente, & in posterum quoque non aliter ac sub præsidio publicæ authoritatis, eo modo quo ejusmodi controversias membrorum Imperii aliàs determinare juris & moris est, finaliter decidenda præsumptuosè quid hìc statuere intendimus. Quando verò, quod quotidianum ferè JCtorum est officium, ad casus propositos pro justitia ad normam Jurium nostrorum rectiùs dispensanda judicium impertiri necessitas imperat, id diffiteri non licet, quod, uti nobiles immediati hactenus sunt in *quasi possessione contra ejusmodi jurisdictionales à Statibus Imperii adversus se exercendos actus protestandi, & in contrarium mandata Cæsarea in favorem sui suæque causæ excorandi*, ad quæ faciliùs decernenda Aula Cæsarea tantò propensior esse solet, quantò impensiorem curam ministri illi pro interesse Cæsareo etiam in hoc

Ff jure,

jure, quo ſupremam illam Cæſaris & Imperii jurisdictionem in immediatos inſigniter ſtabiliri credunt, cum excluſione jurisdictionis territorialis alterius cujuscunque ſolitariè aſſerendo & cuſtodiendo; quod patet vel ex ſolo illo privilegio Imp. Leopoldi, de non eximendo pto. collectationis de Anno 1688. in verbis iſtis: als unſer vornemlich dabey verſirenden Kayſerl. præcipui und Intereſſe willen ꝛc. quod exhibet Dn. D. Burgmeiſt. *in Cod. diplom. pag. 312.* ſibi vel maximè incumbere autumant; unde non rara ſunt ejusmodi mandata Cæſarea pro nobilibus immediatis & olim jam faventiſſimè impetrata. vid. Ertel, *in d. obſ. 39.* Dn. Burgmeiſt. *in Cod. diſ. l. p. 687.* Lunig. im Reichs-*Archiv. p. 2. fol. 52. & 86. & p. 3. f. 67.* & hodiè quoque in caſibus contigentibus denuò emitti ſolita: ita & Status Imperii non immeritò quoque; ſe manu teneri ſatagunt in *quaſi poſſeſſione criminalem Jurisdictionem vi ſuperioritatis territorialis in omnes, qui in territorio delinquunt, & hoc ipſo huic foro ſe ſubjiciunt, in univerſum ſe extendentis, libere, etiam in immediatos nobiles exercendi.* Quam in rem infinita ferè exempla & res judicatæ hinc inde non tantùm ex his oris, ſed & ex variis aliis Imperii noſtri provinciis & territoriis in medium produci poſſunt, ubi domini territoriorum & cognitionem in immediatos nobiles itidem delinquentes & deprehenſos peregerunt, & condemnatoriâ ſententiâ dictatam pœnam, non attentâ proteſtatione aut contractione contariâ executioni dederunt. Et non ita pridem, in ſpecie ex certis nonnullis actis præcedenti Anno ad inclytam Facultatem Jurid. hujus Eberhardinæ transmiſſis licuit innumera ferè ab Anno 1347. usque ad annum 1693. ex Archivo Herbipolenſi, & protoeollis judiciorum, quæ in iis terris habentur centenorum, der Centgerichte, adducta varia ejusmodi exempla colligere, inter quæ duo etiam connumerabantur, ubi rei ad pœnam gladii condemnati fuere, quorum unus tamen ex jure aggratiandi à pœna illa ordinaria tandem iterum liberatus. Ex quibus ad invicem ita collatis facilè perſpicere datur, quanta vis hac in re in exemplis & præjudiciis collocanda ſit, cùm utraque pars hæc pro ſe allegare valeat, & ſi ex unius parte pro norma haberi debeant, idem quoque ex alterius parte ſtatuendum, aut non adeò multum iis fidendum ſit, cum præjudiciis præjudicia debellentur. Nec in hoc quoque multum præſidii pro diluendis argumentis, quibus Knipſchild. *dd. ll.* contra nobiles immediatos hoc in paſſu uſus, poneremus cum Dn. Ertelio. *in d. obſ. Equ. in fin.* quaſi leges privatæ & civiles hic pro cynoſura haberi nequeat, tum quia non allegantur eum in finem, ut ex illis directi hæc controverſia decidi debeat, quippe quæ in terminis terminantibus de nobilibus immediatis nihil determinant, aut determinare poſſunt, ſed ſaltem ex ratione & analogia illarum, ex communibus & hîc valituris principiis incedentium: tum quia & nobiles immediati his legibus æquè ac alii obnoxii ſunt, & pro

& pro causis suis rectè decidendis uti debent, imò & sæpius ipsi ad has provocant, uti in omnibus aliis jurium articulis, ubi vel agunt, vel conveniuntur, demonstrantibus id tot præjudiciis summorum Imperii Tribunalium, & Observationibus quoque Equestribus, quas exhibet ipse Ertelius hoc in casu earum authoritatem in discrimen adducens, in aliis tamen admittens vid. *obs. 14. 40. & passim.* ita & in specie in hac materia, ubi clypeum sibi quærere solent *in l. 1. C. ubi Sen.* quæ quamvis pro hac lite determinanda, & Nobilium immediatorum exemptione ab aliis Jurisdictionibus probanda nihil facere videatur, quod facilè demonstrari posset, si opus esset, dum tamen in favorem hujus ipsius causæ eam non rarò, quod ex actis videre contigit, allegant, & ita authoritate juris Civilis ipsi nituntur, inde sponte sua sequitur, quod in se approbant, in aliis eos non posse improbare; tum quia quæ ex legibus nostris Civilibus Romanis hanc in rem deducuntur, etiam ex Jure Germanorum proprio ab Imperatore ipso unà cum Statibus Imperii promulgato & normam omnibus Imperii civibus præscribente fortissimè constabiliuntur, & quidem textu admodum specifico & fortissimo. *in R. I. Ratisb.* de Anno 1594 §. Ebener maßen 68. his verbis: wann eine einzige Persohn NB. Sonderlich die mit Mittel dem Reich unterworffen auff freyer Landstrassen einen bößlich erschiessen, oder eine dergleichen Mißhandlung thät, soll er für den NB. ordentlichen Richter, da Er die That begangen, verklagt werden. Quem textum hanc in rem quoque maximè urgent Rutg. Ruland. *de Commiss. l. 2. c. 3. n. 6.* Arum. *disc. Jur. publ. vol. 1. disc. 13. qu. 7. pag. 253.* Just. Sinold. cogn. Schüz. *in Jur. publ. vol. 2. ex. 3. th. 12. lit. d.* Stamler. *d. reservat. imper. disc. 37. n. 3.* ex ratione, quod ibidem si non explicitè *implicitè* tamen idem de *immediatis* statuitur; siquidem vox Sonderlich, Latinis præprimis, haud obscurè significat, quod etiam alii, *licet immediatè Imperio subjecti*, ab ordinario Judice loci puniri valeant, id quo proprio & nativo istius particulæ significatu satis liquidum reddi dispalescit ex scriptis Strauchii *in lex. part. jur. vocab. Præsertim.* Besold. *in thes. pract. vocab.* Sonderlich. Et ad eum modum quoque judicavit Fac. Jurid. hujus loci ad March. Bad. Anno. 1714. d. 30. Mart. Denique quando pro decidenda hac causa in favorem nobilium immediatorum *ad Statum Imperii publicum modernum* magis respiciendum esse inculcant, vid. Dn. Ertel. *in d. obs. 39. in fin.* id quidem non incongruè urgent; Sed tamen & hîc non sine ratione obverti posset, rem ita non confici & in dubio perinde relinqui ac ante, cùm hoc sit in quæstione, quid Status publicus, quid Jura Statuum & jura nobilium immediatorum hoc in passu secum ferant: *his*, nobilibus sc. immediatis provocantibus ad *rationem immedietatis*, & jurisdictionis Cæsareæ universalis in omnes immediatos, cui territoriorum domini nil præjudicare possint; *illis* ve-

rò, Statibus sc. & dominis territorialibus itidem provocantibus ad Statum publicum modernum, & *imprimis superioritatis territorialis*, *universalis* quoque in omnes indistinctè in territorio deprehensos ejusque Jurisdictioni obnoxios, in ipsis Capitulationibus Cæsareis toties quoties ita confirmatæ & munitæ, ut Cæsarea Majestas in ejus exercitio præjudicare vel concurrendo, vel causas eò pertinentes ad se trahendo, nec velit nec possit, fide publicâ toties quoties solenniter interpositâ: vid. Capitul. noviss. moderni Imperatoris nostri Caroli VI. gloriosissimi *in art. 3.* ibi: Wir sollen und wollen NB. in alle Wege die Teutsche Nation, das Heyl. Römis. Reich und die Churfürsten, auch andere Fürsten, Graffen, Herrn und Stände bey Ihren Hoheiten, Rechten, Gerechtigkeiten, Macht und Gewalt bleiben lassen, NB. ohne Unsere und männigliches Eintrag und Verhinderung; uti quoque ita judicavit laud. Fac. Jur. *in proximè cit. Resp. d. Anno 1714.* adeò ut nec privilegia in contrarium concedi possint, aut si jam concessa sint, cassari aut annullari, imò pro cassatis & annullatis ipso jure haberi debeant *in d. Cap. art. 3.* ibi: auch Niemanden einig Privilegium dawieder ertheilen, und da einige dawieder ertheilet worden wären dieselbe gäntzlich cassiren, und annulliren, auch hiemit cassiret und annulliret haben 2c. Et prostant hanc in rem quæ scripsit D. L. B. de Lyncker, in responsis suis Anno 1710. eoque tempore, ubi Augustissimæ Aulæ Imperialis Consiliarius jam existebat, typis vulgatis, & quidem *in Resp. 47. n. 26. sqq.* ubi ita: da hingegen mit denen nobilibus immediatis in so weit es eine andere Beschaffenheit hat, daß nach Außweiß der Observanz solche so wohl ratione domicilii in cujusdam territorio constituti, und nicht weniger ratione contractûs oder delicti in denen foris aliorum, auch meliatorum, wohl belanget werden mögen 2c. & porrò: Eine andere Bewandtnuße hat es mit einem von Adel, welcher auch etwa in einigen Stadtgerichten delinquiret. Nam ille, quia subjici potest Magistratui oppidano, quando domicilium ibi figit, ideò etiam delinquendo potest subjici, quamvis dignitate major sit, weil die Dignität für sich keine Exemption machet. Hactenus ille. jung. *in Diss. de libert. Stat. Imp. sect. 2. §. 6. p. 49.* quibus ipsis ad observantiam, & insimul ad vim & effectum prorogationis hanc cognoscendi facultatem refert. Super quo ultimo quidem puncto, nempe an prorogatio immediatorum ad eum modum fieri queat? iterum valde disputari solet. Pro *negativa* pugnat Dn. ab Andler. *in Jurisp. publ. & priv. l. 2. t. 5. n. 3.* Rationes pro hac sententia facere videntur 1. quod in præjudicium Majestatis & Jurisdictionis Imperatoriæ talis prorogatio effectum habere nequeat. 2. Quod nec clerico id liceat in præjudicium Judicis sui Ecclesiastici *c. significasti 18. c. Si diligenti 12. x. d. for. comp.* 3. Quod præsumi nequeat immediatum alii immediato

mediato ita se subjectum velle, ut criminaliter cum eo procedere possit. Contrà pro *affirmativa*, quæ prorogationem hanc validam adstruit, militant hæ rationes: 1. quod nullibi nec Jure Civili, nec Canonico, nec Recessibus, aut aliis ordinationibus Imperii hæc prorogandi facultas nobilibus immediatis inhibita inveniatur, idque quotidie ita quoque sine ulla contradictione ab iis ipsis lubentissimè fieri exempla innumera doceant. Sic qui instrumenta obligationum, quibus se hodie in contrahendis debitis obstringunt, legerit, deprehendet, toties quoties se expressè prorogare Jurisdictionem in Principes & alios Status, & Judices aliàs non suos. Sic quoque huc referri merentur paulo abhinc adducta exempla, certi vitæ generis electi, quandò nobilis immediatus Principis alicujus minister & officialis fit, Studiosus, clericus, miles, ubi sine dubio in hoc foro suo peculiari debet judicari, condemnari atque puniri, quod in confesso est. 2. Quod exinde simul evincatur, à clericis quibus id expressè prohibitum, ad nobiles immediatos, quibus nullibi prohibitum, non rectè inferri, cùm & aliis juribus atque privilegiis utantur clerici, aliis nobiles immediati, Knipsch. *d. c.* 3. Quod tralatitii juris sit, prorogationem jurisdictionis locum obtinere non tantùm, quando *expresso* partium consensu fit in judicem aliàs incompetentem, *l. 1. l. 2. ff. d. jud. l. 1. C. eod. l. 18. ff. d. Jurisdict.* sed & quando fit *tacito* consensu, ex circumstantiis qui colligitur atque inducitur. *l. 4. C. d. jurisdict. omn. jud. l. 15. ff. eod. l. 2. pr. l. 33. ff. de Iudic. l. 11. §. 1. ff. de Jurisdict. l. 22. ff. d. jud. l. 14. & subject. Auth. C. d. sent. & interloc.* Cùm autem *Tacita* prorogatio duplex sit, *alia*, quæ constat consensu *præsumpto*, & ex circumstantiis collecto, veluti in litis contestatione coram incompetenti facta, omissâ fori exceptione declinatoriâ, ubi probatio in contrarium admittitur, *l. 2. pr. ff. d. jud. alia* quæ fundat se in consensu *ficto à lege inducto*, veluti in conventione instituta coram judice rei ad effectum reconventionis coram eodem judice ex capite connexitatis causarum continuandæ & finiendæ, *d. l. 14. & Auth. C. d. sent. & interl.* qui consensus fictus etiam operatur contra nolentem & protestantem, cùm protestatio facto sit contraria, & ita contra hanc fictionem aut præsumptionem legalem probatio in contrarium non admittatur, cúm jus hoc non tantum præsumat, sed & fingat, statuat atque disponat, hoc ita & non aliter servari debere, quæ propterea dicitur *præsumptio juris & de jure*, in quo quidem dissentire videtur Hahn. *ad Wes. tit. d. jurisd. ad verb. prorogata* scribens, omnem prorogationem esse voluntariam, nullam legalem: Sed contrarium patet ex modò traditis, & quæ solidè isti doctrinæ opposuit Struv. *in S. J. C. Ex. 4. th. 59. & ibid.* Müller. *in not. & addit.* Facilè exinde conjicere datur, illius addubitationis *sub. n. 3.* supra adductæ, quod immediatus præsumi nequeat alii immediato se ita subjecturum,

jectum, ut cum eo criminaliter procedere valeat, robur perdurare non posse ad objectam in re ipsa & juris analogia fundatissimam illam distinctionem; delinquens enim, dum amator istius periculi existit & ipse se ipso suo facto huic sorti committit; vid. *l. 34. ff. d. jur. fisc. Nov. 7. c. 5. in pr.* atque in illo territorio delinquere mavult, meritò & ex ratione communis utilitatis atque securitatis leges eum obstringunt ad omnia ea, quæ ex hoc facto suo, quo alterius jurisdictionem violare transgressor legum omnium mavult, sequuntur. vid. Magnif. Dn. Præs. *in pos. contr. ad. l. 4. J. th. 1. lit. g. sqq.* Hæc sunt, quæ in utramque partem ita disputari possunt, quæ singula rectiùs trutinando facilè quis judicaverit, cujus opinionis momenta prævaleant. Hoc certum est, quod potior DD. pars pugnet pro jurisdictione Statuum & Dominorum territorialium in ejusmodi delinquentes immediatos nobiles, uti hactenus toties quoties, susque deque habitâ omni contradictione liberiùs exercitâ, ita & in jurium nostrorum tàm publicorum, quàm privatorum ratione & analogia probè fundata, quamvis quà facultatem & modum puniendi nonnulli distinguere velint, nonnulli verò eam sententiam indistinctè defensitent: uti videre est ex DD. à Knipschild. *in tr. d. jur. nob. c. 23. n. 57. sqq.* citatis, quibus addi possunt Myler. ab Ehrenbach. *d. Princip. & Stat. Imp. c. 37. num. 10.* B. Dn. Maurit. *d. Nobil. §. 49.* Mulz. *in repræsent. Maj. Imp. p. 2. c. 26. n. 36.* B. Dn. D. Grav. *in assert. inaug. d. Austreg. ass. 11.* B. Dn. D. Bardili, *in diss. de judic. Imp. Aul. c. 5. sect. 10. th. 10.* ubi ita: hanc complurium distinctionem, quod si immediatus in suo delinquat, solus Cæsar per judicium Aulicum, si verò in alieno delinquat, Judex loci, in quo delictum commissum, judicandi jus habeat, *plausibiliter* defendi. Id quod dubium nullum habet in *illo* casu, si in suis territoriis deliquere; tum enim rectè pro Judice suo solum Cæsarem agnoscere dicuntur, qui vi Jurisdictionis Universalis in immediatos omnes & singulos summam eam potestatem exercet. Magnif. Dn. Præs. *in Disp. de nex. Ord. Eq. immed. erga Cæs. & Imp. th. 4 jung. th. 3. ibid.* & Authores in extensiori Editione *d. th. 3. citt.* ubi, quomodo à Judiciis subalternis aulicis & provincialibus in Suevia & Franconia per exemptionem sibi prospexerint. Manet ergò fixum & irrefragabile quòd cùm Status & Domini territoriorum ob delictum in hisce terris à nobilibus immediatis perpetratum, & hodie adhucdum quam maximè in sua quasi possessione jurisdictionis criminalis in eos delinquentes ibi deprehensos se manutenere magnis animis omnimodo sustineant, & imposterum vix ac ne vix quidem expectari possit, ut inde desistant, sua sponte sequatur, à delinquentibus illis contra capturam, inquisitionem, & animadversionem adversus se in ejusmodi causis criminalibus à dominis territoriorum institutam, frustra *Exceptionem Nobilitatis immediatæ* hic objici.

XXII.

XXII.

Secundò. In *Probatione* per modum subsidiarium torturæ. Quod si Judex criminalis nobilem *ad torturam* condemnet, rectè hic opponit *Exceptionem nobilitatis*, illiusque sive *sanguinis*, sive *virtutis*. Torqueri enim regulariter in imperio nostro non potest nobilis, *l. 4. ad L. Jul. Maj.* vid. Tiraqu. *de nobil. c. 20. num. 139.* ubi plures texxt. citat. Carpzov. *in prax. crim. qu. 118. num. 76.* Matth. Steph. *de nobil. civ. c. 6. num. 41. seqq.* B. Dn. Maurit. *de nobil. th. 44.* Knipschild. *de nobil. l. 2. c. 4. num. 103. seqq.* ubi limitationes & ampliationes adducunt, inter quas imprimis & hanc, nisi *Princeps consenserit. d. l. 4.* aut crimina sint enormia Steph. *d. l.* Knipsch. *d. l.* Nec torqueri possunt *alii in dignitate* constituti, veluti Doctores, Licentiati, consiliarii, aliive clarissimi *l. 6. C. d. prof. & Med. l. 10. C. de dign. junct. l. 4. §. 1. C. de adv. div. judic.* Carpz. *d. l. num. 80. seqq.* Halbritt. *in Orat. de priv. Doctor. p. 14. seqq.* ubi plura huc pertinentia, quæ ibi videri possunt. Et hi uti torqueri regulariter non possunt, ita nec de regula terreri debent Farinac. *in pract. criminal. qu. 41. num. 19. seqq.* Halbritt. *d. l. p. 16. seqq.* Et quando aliter judicare Judex intendit, audiendus est reus allegando *Exceptionem Nobilitatis & dignitatis*.

XXIII.

Tert. In ipsa *animadversione & punitione* ex Nobilitate aut dignitate pænarum temperamentum, induci & nobiles aliosque in dignitate honoratiori constitutos regulariter mitiùs ac ignobiles atque plebejos puniendos esse Dd. comm. asserunt *l. 6. ff. ad L. Jul. pec. l. 4. l. 12. ff. de incend. ruin. naufr. l. 6. ff. de extraord. crimin. c. fin. x. de pœn. c. 24. qu. 1.* Tiraquell. *d. c. 20. num. 108. seqq.* cum adcitatis. B. Dn. Maurit. *de nobil. th. 41.* ubi explicat hanc regulam, & distinguit inter pœnas in *abstracto* & *in concreto* spectatas. Et istam regulam saltem obtinere in *pœnis arbitrariis*, quæ Judicis arbitrio ita relictæ, ut ipse de illis pro loci, temporis, personarum ratione æstimet & statuat, non verò in *pœnis uniformibus*, à lege taxatis, s. indiscriminatim & uniformiter impositis, ubi arbitrio Judicis nîl permissum, sed justitia æqualiter administrari, & omnibus, ut hactenus æqualibus, aptari debet, rectè statuitur. Tiraqu. *d. l. n. 131.* Carpz. *pr. crim. qu. 38. num. 25. & qu. 82. num. 61.* inclytum Fac. Jur. Collegium in hac Alma in Responso de Anno 1701. ap. B. Dn. D. Harpprecht. *in Resp. Jur. crim. & civ. Resp. 35. num. 12. seqq.* ubi quoque in specie in crimine *incendii* ex Ord. Car. *art. 125. num. 14. seqq.* blasphemiæ, *num. 16.* adulterii, latrocinii, veneficii, aliisque similibus *n. 17. seqq.* in specie quoque homicidii *num. 20. seqq.* nobiles pariter atque ignobiles uno eodemque puniri supplicio multis confirmat: quò nos remittimus. Denique & in

generi-

generibus pœnarum aliquando differentiam quandam inter honoratiores, & tam dignitate quàm sanguine nobiles in ordine ad vilioris sortis homines observari, e. gr. illos pœnâ laquei non ita, ad minimum rariùs, affici ac hos. post alios Maurit. *d. l. th. 42.* jung. Philippi *in Us. pract. Instit. l. 1. t. 1. ecl. 1. per tot.* Carpzov. *qu. 82. n. 61.* Müller. *ad Struv. Ex. 1. th. 18. in fin.* laud. Fac. Jur. *d. Resp. 35. num. 19.* Nec fustigatione puniri ex aliis. adducit B. Dn. Maurit. *d. l. th. 43.* Halbritt. *in Orat. de priv. doct. p. 21. & 22.* In his ergò proficit aliquando *Exceptio dignitatis & nobilitatis sive virtute, s. genere talis*, prout res incidit in has vel illas hactenus memoratas circumstantias. Sed de quibus latius agendi tempus deficit.

XXIV.

Hæc exempli loco in hac materia, quæ latissimè patet, & per omnia ferè jurium nostrorum puncta s. momenta, quoties Doctores aliique graduati, aut in honore constituti, vel nobiles utriusque sortis singulari jure utuntur, de quibus videri merentur Tiraquell. Steph. Maurit. Halbritter. *dd. ll. per tot.* ferè, aliique passim, se ostendit, adduxisse sufficiat. Reliqua ulteriori indagationi aliorum lubentissimè relinquimus.

S. D. G.

VII.

DISSERTATIO
DE
JURE EXEQUENDI IN IMP.

IN SPECIE

DE EXECUTIONE AB UNO der Crayß-ausschreibenden Fürsten ALTERO IMPEDITO VEL NOLENTE SUSCEPTA.

PRÆSIDE

DN. MICHAELE GRASSO,

JCto, Consiliario Ducali Würtembergico, & in Academia Tubingensi Professore Juris Publico Ordinario,

PRO LICENTIA

Defensa ab AUTORE

JO. JACOBO MOSER, Stuttgardiano.

TUBINGÆ, 1720.

CAPUT I.

Quo de Jure exequendi disseritur in genere.

§. 1. *Introitus.*
§. 2. *De rebus Executioni dandis.*
§. 3. *De Jure decernendi Executionem in genere.*
§. 4. *De jure perficiendi Executionem in genere.*
§. 5. *Ratio pro Circulis ex eorum fine.*
§. 6. *Eadem ulterius declaratur.*
§. 7. *Connexio dicendorum.*

§. 1.

SÆpius (1) jam in Imperio Romano-Germanico agitata fuit Quæstio: *Ad quem pertineat jus decernendæ perficiendæque Executionis in Statutis pactisque publicis?* At verò videas ejusdem in disquisitione non ex vero semper rem fuisse æstimatam, atque disceptantes præconceptis ex Opinionibus nimioque partium studio in diversas haud rarò partes actos. (2) Nos, qui ab his vacuum rebus, hic animum adferimus, primas tantùm illustris hujusce Thematis lineas ex genuinis ejus principiis ita jam sumus delineaturi, Imperatori ut Augustissimo, quæ sunt Imperatoris, Statibusque, quæ sunt Statuum, debitâ cum modestiâ atque veneratione utriusque excelsissimi culminis vindicemus.

(1) Tum præsertim, cum in Jura Circulorum involare velle videretur Imperator. Vid. D. GODOFR. LANGII. Einleit. zu den Geschicht. und dem *Jur. Publ. Libr. 2. Sect. 5. §. 15. num. 16. lit. i. p. m. 751.*

(2) Inde, licet præsertim sub initium atque finem Seculi XVII. non defuerint ex doctissimis Jureconsultis, hanc qui materiam in utramque partem ventilarent, editisque compluribus scriptis atque Dissertationibus ad *hujus Cap. §. 4. not.* (1) ex parte percensendis, illustrarent; quia tamen hæc, tùm vitiis in textu modò notatis scatent, tùm ad præsentem vel maximè causam ejusque merita respiciunt, adeoque universum hocce jus non ordine debito, nec in omni suo complexu pertractant, inde, inquam, haud immeritò plenam atque adæquatam hujus Juris Sciagraphiam inter desiderata Juris publici quis reputaverit.

§. 2.

Et, ut de rebus Executioni mandandis primò dispiciamus, eæ ferè in Imperio nostro sunt sequentes. I. Recessus, Ordinationes & Conclusa, quæ in Imperii Comitiis, &, quæ his æquipollent, Deputatorum Conventibus &c. majorum, aut, ubi locum hæc non inveniunt, unanimibus Statuum votis rata fuere habita. (1) II. Sententiæ & Mandata in Summis Imperii Dicasteriis, Judicio scilicet Imperiali Aulico Cameraque Imperiali latæ atque emissa. III. Pa-

cificationes, & publica profana, & publica religiosa, & subsequentes, sive inter Imperatorem atque Status, sive hos ambos inter exterosque Reges totius nomine Imperii ab Imperatore Statuumque Legatis pactæ. Denique & IV. placita Conventuum, quos Circuli vel simul omnes, vel eorum quidam tantùm, vel singuli quoque solent instituere. (2)

(1) Quatenus scilicet hæc exigunt à Statibus præstationem Collectarum & similia, quæ, ut mandentur Executioni, propriè ita dictæ, necesse est.

(2) Consultò hîc omisimus Jus exequendi res mediatos Imperii cives concernentes, non enim, nisi de immediatis modò agere constitutum nobis fuit, illarumque rerum Executionem spectare ad Territorii Dominum, & post hunc ad Circulos, constat ex *Ordinat. Cameral. de Ann. 1555. Part. III. Tit. 4.* aliisque Imperii Recessibus, in specie novissimo *Ratisbonens. de Ann. 1654. §. 160.* Omisimus & Jus exequendi Sententias ab Austregis latas; his enim, cum eam tantùm Executionis speciem tribuamus, quæ judicialis dicitur, & fit jussu & imperio, per ea, quæ tradidit B. HENRICUS de COCCEJUS, *in Differt. de notion. & Execut. Austregar. per tot. in specie cap. 2.* & pro decernendâ Executione reali implorandam esse Cameram Imperii Judiciumve Aulicum censeamus cum GAILIO, BLUMIO, REINKINGIO, aliisque, quos citat B. Dn. JO. GRAVE *in Disp. de Austreg. §. 20.* nobis autem de reali Executione, ejusque suscipiendæ perficiendæque Jure sermo hic sit, hinc facile patet, referri Executionem Sententiarum primæ hujus Instantiæ hûc non debuisse, sed comprehendi jam sub secundâ rerum exsequendarum Classe. Hæc tamen omnia de Legalibus tantùm Austregis sunt accipienda; Conventionalibus enim, imò & Legalibus quod pacto hæc dari possit potestas, quod & actu dentur Austregæ isthac potestate præditi, nullum est dubium.

§. 3.

Jam, quod ad ipsum Jus Executionem decernendi attinet, negandum id non est, in genere, & de Regulâ ad Imperatorem id spectare, in rebus, quæ sub censum priorum trium (1) Classium veniunt, ceu per singulas eundo species in subsequentibus demonstrabimus Capitibus. Notandum tamen & hoc est, ita penes Imperatorem Jus hoc persistere, ut non, nisi ejus Circuli, in quo perficienda est Executio, ausschreibende Fürsten (2) Ducesve ad hunc actum queat eligere; ut adeò, si penitius rem lustremus, appareat, accensendum esse hoc Jus decernendi Executionem iis Imperatoris Reservatis, quæ Suo quidem nomine, non tamen ex voluntate, sed ad normam Capitulatione aliisve Imperii Legibus præscriptam peragit, cum scilicet in finem, actui ut eò major accedat

dat autoritas, tantoque promtius Imperatoriæ Majestatis reverentiâ, inque casum contemtûs eò gravioris pœnæ metu mandata adimpleantur.

(1) De quartâ *vid. Cap. 2. §. 11. & Cap. 3. §. 15.*

(2) Solâ hâc voce Germanicâ tùm in Dissertationis rubro, tùm in nigro uti maluimus, quam usitatis hinc inde Latinis vocabulis omnem rei conceptum non satis exhaurientibus. Neque enim satis videbatur concinnum vocabulum PRINCIPUM CIRCENSIUM, à NICOLAO MYLERO ab EHRENBACH *in Tr. de Statib. & Princip. Imper. Part. 1. cap. 12. n. 22. p. m. 87.* hoc cum significatu usurpatum. Voce verò Directoris, cum apposito, vulgo Crayß-ausschreibende Fürsten, utut Imperii Legibus ea sit conformis, eâ tamen abstinuimus ex ratione, ne ex usu ejusdem incauto porrò subnascatur occasio confundendi toto cœlo diversa Directoris atque der Crayß-ausschreibenden Fürsten officia. Vix enim aliæ causæ, quam promiscuo vocis: *Directoris* usui videtur adscribendum, quod ex omni Juris publici consultorum numero hactenus ferè ne unicus quidem fuerit repertus, qui diversam utriusque originem, diversa fata atque indolem rectè tradiderit, quodque & illi, qui præ Brandenburgensi Marchione Episcopo Bambergensi, & præ Episcopo Constantiensi Duci Würtembergico, (quorum nomina dedimus in der Herald. und Politisch. Erklährung des Würtemb. Wappens, *Libr. I. Cap. 2. §. 10. not. 7.* quæ carceres adhucdum mordet,) in Circulis, respectivè Franconico Suevicoque tribuunt Directorium, id pro exceptione à regulà venditare, pactisque forte desuper initis adscribere malint, (ceu etiam existimavit Vir profundæ eruditionis, & quem maximi, uti omninò par est, facimus, Dn. JO. FRIDERICUS PFEFFINGER, in literis Luneburgi Ann. 1719. d. 11. Maji ad nos datis,) quam diversa, quæ omninò hic subsunt, agnoscere Officia. Faustam hinc Lucinam precari fas est egregiis meditationibus, quæ hoc de Themate premit Vir quidam illustris, rerumque harum scientissimus, potentissimi nostri Ducis quoad res quoque Circulares Administer dexterrimus. *Conf.* interim die gründliche Vorstellung, was es mit dem Crayß-Ausschreib-Amt und *Directorio* in dem Löbl. Schwäbisch. Crayß vor eine Bewandtnus habe, quæ Anno primùm 1705. deinde & An. superiori 1719. recusa prodiit *in fol.* Ibi verò in primis velimus consulas die Beylag *Num. 4. p. m. 8.* ubi potiores Directoris, potiores item der Crayß-ausschreibenden Fürsten actus adumbrantur. *Vid.* quoque JAC. BERNHARDI MULZII *Dissert. de Offic. Director. & Duc. Circular. in Execut. Sentent. §. 8. p. m. 14.*

(3) Negat id quidem pernegatque MULZIUS *l. c.* alibique, nec Eidem de-

 fuere

fuere argumenta, quæ fucum imponere poterant rerum imperitis; certum quoque & id est, non extare ullam Legem publicam, quâ Se potestate hâc Imperator disertis abdicaverit verbis. Verum enim verò nec est opus expressa aliquâ hanc in rem Constitutione; eccur enim ejusdem vices non subeant ii Imperii Recessus, eæ Imperii Ordinationes atque Pacificationes, ubi den Crayß-ausschreibenden Fürsten atque Circulorum Ducibus exequendi Jus primario, Imperatori autem, non illis, in subsidium tantum tribuitur. Addantur quoque Autores §. *4. not.* (1) cumulati.

§. 4.

Ipsam autem exequendi pacta, judicata, transactaque potestatem den Crayß ausschreibenden Fürsten Ducibusque Circulorum tribuendam esse nullus dubitabit, qui, quæ pro stabiliendo hoc Jure sequenti tertio Capiti inclusimus, abjectâ, quæ veritati tam graviter obest, nimiâ autoritatis humanæ veneratione perlegerit, adeò, ut planè opus haud esse censeamus, generalioribus rem hîc agere argumentis, quin potius, cum explosa jam sint adversariorum tormenta majora, (1) pansis quoque velis hostica nunc castra prætervehere possumus, unicum hoc si addiderimus, quod ferè prætermisere cœteri, optimum hîc necti argumentum ex origine atque fine Circulorum Imperii.

(1) Nostræ quæ opposuit Sententiæ Illustris quondam MULZIUS *1. in* jam *cit. Dissert. Lat. Germ. de Officio Directorum & Ducum Circularium in Executione Sententiarum; 2. in Examine Scripti de Jure exequendi Sententias Directoribus Circulorum competente;* 3. in denen zweyen Schreiben eines Freundes an einen Freund, in der Mecklenburg-Güstrauischen *Successions*-Sache; denique & 4. in der Untersuchung der sogenannten gründlichen Behauptung des Reichs und der Crayßen Gerechtigkeit die Vollziehung der Urtheil betreffend, quæ tecto nomine Annis *1697.* & *1699.* edidit in 4. Quæ tamen in fumos abire jussit 1. B. de COCCEJUS *in Scripto Anonymo de Jure exequendi Sententias Imperiales Directoribus Circulorum competente;* 2. Ill. Dn. CHRISTIANUS THOMASIUS, *in Thesib. Juris publ. oppositis Dissertat. Anonym. de Offic. Director. & Duc. Circular. in Execut. Sententiarum.* Tum & 3. *Autor* der gründlichen Behauptung des Reichs und der Craysen Gerechtigkeit die Vollziehung der Urtheil betreffend. Quorum Scriptorum omnium robur in nuce videas apud Excell. Dn. PFEFFINGERUM *in Commentar. ad Vitriar. Inst. Jur. publ. Tom. II. Libr. II. Tit. 6. §. 16. not. a. p. m. 1106. sqq.*

§. 5.

Etenim cum sit certum exploratumque, cum vel maximè in finem omne

illud

illud vastum moleque suâ ruens Imperii nostri Romano-Germanici corpus in quatuor primùm ab Alberto II. (1) posteà in sex, denique & in decem partes sive Circulos à Maximiliano I. esse distributum, ut eò facilior promtiorque eorum operâ foret pacis & tranquillitatis publicæ executio atque defensio, (2) id in mentem oculosque cuivis statim labi necesse est, ea insimul Circulis indulta tributaque esse Jura, eam potestatem, sine quâ effectu necessariò destitui debuisset optimum optimorum Imperatorum institutum.

(1) Quam Imperii divisionem non mente scriptisque solùm conceptam, sed re ipsâ Executioni esse mandatam contra dubia à B. de COCCEJUS *in Jur. publ. prudent. Cap. 33. Append. 3. §. 41. p. m. 550.* aliisque mota suô locô atque tempore demonstrabimus.

(2) *Vid. Constitut. Alberti II.* §. Und den Worten. apud B. JO. SCHILTERUM *in Instit. Jur. publ. Tom. II. Tit. 19. p. m. 339. Conf.* quoque *Ordinat. Regiment. de Ann. 1500. Tit. 1. Recess. Imp. Colon. & Trevir. de Ann. 1512. prior. §. 9. 10. 11.* Hinc quoque cum & Electores Imperii, & Archiduces Austriæ tanquam Principes armipotentes satis essent tuti ab insultibus aliorum Statuum, suisque in Territoriis Executionem pacis publicæ ipsimet procurare possent, priori istà Maximiliani I. in Sex Circulos divisione, illis, quos nominavimus, omissis, minoribus tantùm Statibus fuit prospectum, hique soli tùm in Circulos fuere redacti. *Vid. cit. Ordin. Regiment. Tit. 5. &* Exc. Dn. JAC. CAROLUS SPENER *in Histor. German. univ. & pragm. Tom. II. Libr. III. cap. 4. §. 7. p. m. 349.*

§. 6.

Hûc verò præsertim referas Executionem Pacificationum, Sententiarum in Imperii Dicasteriis summis dictatarum, Conclusorumque Imperialium Circulariumque. Frustranea quippe ob imperiosum nonnullorum Imperii Procerum (1) genium foret saluberrimarum Ordinationum Legumque Constitutio, quod si non essent in Imperio, qui, quod publicâ lege cautum, quod publicâ pace pactum, Executioni mandarent, inque refractarios vi & armis animadverterent. (2)

(1) Eorum cum primis, qui nec ad seculare exhorrescunt Bannum, nec ad Ecclesiasticum, quorum de compositione tot in Comitiis inde à Maximiliani I. temporibus Consultationes institutas videas *e. g. in Ordinat. Cameral. Constant. de Ann. 1507. Tit. 17. Recess. Imper. Wormat. de An. 1521. §. 27.* alibique passim.

(2) Vetustissima enim hæc in Imperio cantilena est: Die Ordnungen des Land-Friedens seyen heylsam und wohl versehen, auch fein in die Feder und auf das Papier gebracht, aber es habe bißhero allwegen an der

Execution gefehlet, quod fuit Votum Legati Augustani Episcopi in Comitiis Circuli *S*uevici Ulmæ Ann. 1554. habitis apud B. JO. GEORG. de KULPIS *in præf. ad* des Schwäbisch. Craysses Kriegs-Verordn. und Reglementen. Inde Germanorum Proverbium: Es seye dem Land-Frieden nicht zu trauen. Cui jungas similes Imperii Statuum querelas atque deliberationes non simplici vice rei hujus causâ habitas apud Dn. JO. JOACHIMUM MULLERUM im Reichs-Tags-Staat. *Libr. I. Cap. 13. §. 4. seq. p. m. 139.* &c. *Conf.* & die Handhab des Land-Fried. *de Ann. 1495. Recess. Imp. Augustan. de Ann. 1555. §. 97. aliaque loca infinita.*

§. 7.

Hæc autem cum omnium consensu ita sese habeant, non est, cur diutius iis immoremur; transibimus ergò ad specialiora. Et cum in haud paucis alia exequendi Juris fuerit facies ante natos Duces Circulorum & penes certas Familias personasve constitutum das Crayß-Ausschreib-Amt, alia verò post illos natos, hoc firmatum: hinc eam, quæ se spontè nobis jam offert, Thematis nostri tractationem specialem, ita in sequentibus erimus prosecuturi, ut Secundo Capite de Jure exequendi, quale id ante Duces Circulares constitutos, atque die Crayß-ausschreibende Fürsten planè efformatos fuerit, dispiciamus addentes Capite Tertio Statum ejusdem modernum, denique & Capite Quarto speciali illi in Rubro signatæ Controversiæ mancipato Colophonem toti huic libello imponamus. Faxit Deus, ut feliciter!

CAPUT II.

Tradit exequendi Juris Statum sub Maximiliano I.

§. 1. *Quando hæreditarium factum fuerit* das Crayß-Ausschr. Amt.

§. 2. *Quando constituti fuerint Duces Circulorum?*

§. 3. *Multa in hac Periodo esse obscura atque irregularia.*

§. 4. *Jus decernendæ Executionis competiit Imperatori.*

§. 5. *Sed cum limitatione.*

§. 6. *Jus perficiendæ Executionis habuere Status.*

§. 7. *Quod ad se pertrahere annisus fuit Imperator.*

§. 8. *Status exsecuti sunt I. Recessus atque Ordinationes Imperii.*

§. 9. *II. Sententias summorum in Imperio Judiciorum.*

§. 10. *III. Pacificationes Imperii.*

§. 11. *Quis decreverit atque perfecerit Executionem in rebus Circularibus?*

§. 1.

§. 1.

Constitutum cum nobis sit agere præsenti Capite: *de Jure exequendi, quomodo cum eo ante plenè efformatos* die Crayß-ausschreibende Fürsten *natosque Duces eorum comparatum fuerit?* id omnium primò nobis videtur incumbere, nostram ut depromamus sententiam; quonam ergò tempore planè efformati fuerint die Crayß-ausschreibende Fürsten? quando constituti Duces Circulorum? Et priores quidem quod attinet, constat nobis ex Actis Imperii atque Circulorum publicis, extitisse quidem mox ab origine Circulorum singulares Personas, quæ, quæ jam des Crayß-Ausschreib-Amts propria esse reputantur, electione, (1) vel expressâ, sive Imperii, sive Statuum Circuli conventione nullâ prævia, sponte in se susceperunt, id quod tamen ita constanter observatum non fuit, quin, prout id commodum necessariumve huic vel illi videbatur, modò hi, modò alii, modò unus, modò duo pluresve, instantibus præsertim Imperii Comitiis Circulum convocarent, donec tandem observantiâ diuturnâ (2) id Sibi potentiorum quidam præscripserunt. Dum verò observantiâ ortum firmatumque esse hoc Officium modò diximus, facilè patet, certum quoddam temporis spatium paucis annis circumscriptum definiri haud posse, intrà quod PRÆCISE hoc officium ad præsentes die Crayß-ausschreibende Fürsten devenerit, præprimis, cum diversæ fuerint Circulorum observantiæ, (3) alibique citius, seriusque alibi modernos die Crayß-ausschreibende Fürsten id ad Se pertraxisse nemini sit ignotum. Non tamen erraturos nos esse confidimus, si quidem terminos, quo perpetuum esse cœperit hoc Officium, IN GENERE circa confinia Regiminis Imperatorum Maximiliani I. Carolique Quinti collocemus, cum plerisque in Circulis eosdem, qui id munus nostris Sibi vindicant temporibus, Circularium rerum moderatores jam tùm liceat offendere. (4)

(1) Patet ex adductis, quod pace Favitoris nostri maximi monere liceat, subsistere non posse, quæ de Origine der Crays-ausschreibenden Fürsten tradit Dn. PFEFFINGER *in Commentar. ad Vitriar. Tom. II. Lib. II. Tit. 6. §. 11. not. (a) p. m. 1085.* atque allegatum Imperii Recessum Augustanum non von den Crays-ausschreibenden Fürsten sed de Ducibus Circuli esse capiendum, quos inter maximum esse discrimen *ad l. c. §. 12. not. (c) p. m. 1094.* agnoscit ipse Vir eruditissimus. Hinc emendandus quoque PETRUS MULLER qui *in Tr. de Conventib. Circular. Cap. 3. num. 1.* gemina his protulit. Hinc nec satis accurata esse constat, quæ hanc in rem disseruit Ill. Dn. AUTOR *Meditat. ad Instrum. Pacis* HENRICUS de HENNINGES *in Specim. VIII. Mantiss. 1.* von Beschaffenheit des

des Ursprungs der Ausschreib-Aembter in den 10. Reichs-Craysen. *p. m. 1327. sqq.*

(2) Juvat hic audire egregiè differentes Suevici Circuli Status Evangelicos in Protestatione, quam in pleno Circuli consessu Ann. 1595. d. 13. Jan. interposuerunt: ubi: Dann fürs erst, inquiunt, so ist unverneinlich, und mag das Widerspiel legitimè nicht beygebracht werden, daß überal in keiner Reichs- noch Crays-Versammlung noch sonsten einiger ad memoriam posteritatis auffs Pappier gebrachter Verabschidung von der Gerechtigkeit des Außschreibens bey diesem Löbl. Crayß, welchen Ständen sammt oder sonders dieselbige vor andern zugewidmet seyn, oder aber zu welcher Zeit, wie offt, und mit was massen die geübt oder continuirt werden solle, das wenigste jemahlen deliberirt, geschlossen, oder auch in denen Abschieden angemerckt, begriffen und einverleibt, sondern daß es dißfalls einig und allein auff dem alten Exercitio und vieljährigen Herbringen bewenden thue &c. Et in sequentibus: daraus dann ferner so viel abzumercken, daß diß nicht allein eine blosse alte, zu allen Theilen willchürliche Observanz, also, daß man daraus nichts zu inferiren hätte, quam quod ab antiquâ istâ practicâ & observantiâ longissimi temporis, utpote tituli præsumptionem inducente, optimamque rei dubiæ interpretationem subministrante non facile recedendum sit; sondern wann man die Sachen im Grund erwägen will, so wird es sich handgreifflich eraignen, daß diß Exercitium des gesammten Ausschreibens mit nichten eine blosse, in mera facultate beruhende Ubung, sondern vielmehr eine rechtmäßiger Weiß ersessene und verjährte Gerechtigkeit, welchen ihren Effect und Würckung intuitu duplici und auf zween Weg zu erstrecken, erstlich zwischen den ausschreibenden Fürsten an einem, und den übrigen Ständen dieses Crays andern Theils, also, wo dieselbige Crays-Stände heutigs Tags, und so lang Sie die ausschreibende Fürsten zu Wohlfahrt des gemeines Crays-Wesens der Gebühr unerweißlich nachzusetzen begehren werden, ohne erhebliche treffentliche Ursachen sich streuben, und diese Gerechtigkeit deß Ausschreibens dem ein oder aber beeden Fürsten abzustricken, oder selbige auff einen andern Stand zu verwenden beginnen wolten, daß sie denen allesammt nicht allein longissimi, sondern auch nunmehr ultra memorialis temporis quieta q. possessione cum alterius partis scientia & patientia continuata, & consequenter inde firmissimè ipsius etiam bonæ fidei adminiculo radicata præscriptione sicherlich entgegen stehen, auch diese ihre gerechtsame ohne rechtlichen Abspruch

spruch nicht mehr von Handen lassen würden, so dann auch respectu mutuo, Ihr der ausschreibenden Fürsten unter ihnen selbsten, als deren je einer gegen und wider den andern, so lang zwar ein jeder dem alten Herbringen gemäß die Gebühr zu vollziehen erbietig, solch gesammt zu thun, und Exercitium legitimo præscriptionis titulo Ihme selbsten handgefäßter und ins sicher gestellt. &c. Also da sich deren einer heutigs Tags der Crayß-Versammlung, oder des Ausschreibens unersucht oder unbegeben des andern unternemmen, selbiger Ihme solches nicht gut heissen, und ob gleich darauff etwas de facto erfolgte, jedoch daraus ein offenbahre Nullitæt erwachsen würde. &c. *Vid.* die gründliche Nachricht von dem Crayß-Ausschreib-Amt und Directorio in Schwaben, Beyl. *Num. 16. p. m. 41. sqq. Add. Recess. Imp. de Ann. 1532. Tit. 5. §. 2. de Ann. 1541. §. 74. de Ann. 1543. §. 17. de Ann. 1544. §. 13. de Ann. 1548. §. 78. & de Ann. 1566. §. 137.* Et subodoratus est hanc der Crays-auschreibenden Fürsten Originem JO. JACOBUS FUNCK, *in Dissert. de Imper. Circul. §. 1.*

(3) Ita in Circulo Imperii Suevico Ducatus Würtembergici tempore quindecennalis exilii Ducis Ulrici Gubernatores Austriaci Anno 1531. (de anterioribus enim Circuli Suevici Conventibus Acta non suppetunt,) als Obriste von denen weltlichen dieses Crayses Ständen reliquos Circuli Status unà cum Augustano Episcopo convocarunt, & ad instantiam Suevicæ Præfecti militiæ, Comitis de Montfort Anno 1534. soli repetierunt. Duce restituto, Marchione Badensi admonente Idem hoc Officio solus fuit functus ab Anno 1534. usque ad Annum 1541. quo ad petitionem Ducis Augustanus Episcopus, Annoque 1542. & sequentibus omnibus in modernum usque diem Constantiensis Episcopus simul admovere manus. *Vid.* die kurtze *Acten*-mäßige *Deduction* von dem Ausschreib-Ampt und *Directorio* in dem Löbl. Schwäbischen Crayß, quæ extat in der *cit.* gründl. Vorstell. Beyl. *Num. IV. p. m. 6. sqq.*

(4) Ita nos sentimus; Opinionem tamen hanc, cum sola eam probabilitate, (Legibus tamen Imperii, e. g. Mandato, subjuncto der Erklähr. des Land-Fried. *Norimb. de Ann. 1522.* superstructâ) niti fateamur ipsimet, Lectori obtrudere nolumus; quin potius non poterit non nobis esse gratissimum, quodsi Viri eruditi, ampliori Circularium rerum notitiâ actisque publicis instructi hisce rectiora edocere nos non dedignabuntur. Ita enim est omninò, magnis adhuc in tenebris quoad res Circulares earumque cumprimis Antiquitates oberrant publici Juris Con-

 sulti,

ſulti, parumque ſolidi è plerisque, quæ hoc in genere proſtant, Scriptis quis hauſerit.

§. 2.

Eidem fere tempeſtati ſuos debent natales Circulorum Captitanei. Utut enim horum de Conſtitutione Albertus II. jam fuerit ſollicitus, (1.) neque negandum id videatur, ad effectum rem tùm fuiſſe perductam, (2.) certum tamen & hoc eſt, ceſſaſſe rurſus hoc officium turbulentis illis, queis Circulos Maximilianus condidit, temporibus. Licet & poſtea in Receſſibus Imperii Treviris & Coloniæ Anno 1512. conditis (3.) de iis jam legatur diſpoſitum, effectu tamen Conſtitutionem hanc tùm fuiſſe deſtitutam, ſaltem quibusdam in Circulis, apertum eſt aus der Erklähr. des Landfried. Norimb. Ann. 1522. proditâ, ubi (4.) denuo ſerioque id Circulis injungitur ab Imperatore Carolo V. Quod quidem mandatum tantum tum effecit, ut eligerentur paſſim Circulorum Capitanei, (5.) quos vero iterum brevi duraſſe tempore nobis perſuadet Receſſus Imperii Auguſtanus de Anno 1555. (6.) quô Ducis Circuli electio commendatur Circulis. Sed cùm nec tum ubique (7.) ſalutaris hujus Legis haberetur ratio, aliquoties (8.) eadem fuit repetita, non tamen eo cum ſucceſſu, quem Ordinatio illa intenderat. Alibi enim hiſce mandatis non obſtantibus Duces planè non fuere electi; alibi conſtituti quidem ſunt, ſed non multo poſt ceſſarunt iterum: adeoque hodie quibusdam ii reperiuntur in Circulis, in quibusdam ſuô modô (9.) ſuffectus iisdem eſt Generalis Campi Mareſchallus, (10.) denique & in quibusdam plane nullos eſſe comperi.

(1) *Vid.* EJUSDEM *Conſtit.* apud SCHILTERUM *in Inſtitut. Jur. publ. Tom. II. Tit. 19. p.m. 359.* §. Und den Worten, ubi: und jeglichen Theile ein Hauptmann mit Nahmen einen unſer Fürſten zu einem Handhaber geſetzt und gegeben.

(2) Teſtatur ſane Dn. JO. ULRICUS PREGIZER, in den Hiſtoriſch. *Ephemerid.* des Fürſtl. Hauſes Würtemb. *p.m. 23.* datas Anno 1492. à Friderico III. Imperatore eſſe literas, ad Eberhardum Barbatum, Würtembergiæ Comitem als des Schwäbiſchen Crayſes Obriſten Hauptmann.

(3) *In priori* §. *8. 9. 10. in poſteriori* §. *16.*

(4) *Tit. 7.*

(5) Id exinde colligimus, quod ab his inde temporibus in Actis publicis & Hiſtoriâ paſſim Capitaneorum Circularium occurrit mentio.

(6) §. *6.* & multis ſequentibus.

(7) Inter primos, qui Receſſui morem geſſerunt, Circulos fuit & Suevicus, in quo, ſuadente rem Chriſtophoro, Duce Würtembergico, Anno 1563.

no 1563. tùm peculiaris Executionis Ordinatio fuit condita, tûm & electus est Dux Circuli. Extat illa & peculiariter excusa, (*Vid.* Magnif. Dn. BURCKH. GOTTHELF. STRUVII *Biblioth. Juris Cap. 14. §. 73. p. m. 666.*) & aliis juncta aliquoties. Novissimæ editiones hæ sunt. 1. Quæ primô cernitur locô inter des Löbl. Schwäbischen Crayses alten und neuen Kriegs-Verordnungen und *Reglement*en, quæ in unum fusa Volumen elegantique Præfatione ornata Stuttgardiæ 1696. *in fol.* edidit Ill. JO. GEORG. de KULPIS. Est & alia Editio, quæ Mantissæ locô Ordinationi Executionis Imperiali adjecta est ab ADAMO CORTREJO in suô *Corpor. Jur. publ. Tom. I. Part. IV. p. m. 88. sqq.* Deniq; & *Archivi Imperialis* sui sarcinam eâdem adauxit JO. CHRISTIAN. LUNIG. Observandum verò est in transitu, de hac Ordinatione Executionis Suevicâ, cujus historiam literariam exponit quoque Ill. Dn. JO. PHILIPP. DATT *de Pace publ. Libr. 1. Cap. 21. num. 76.* esse eam legem fundamentalem Circuli Suevici. Ita enim in der *cit.* Vorstellung von dem Schwäbisch. Crayß-Ausschreib-Amt und *Director.* Beyl. *Num. 6. p. m. 41.* dicitur: Das wahre ursprüngliche Vinculum Societatis inter Principes ac Status, zumahlen sie auch biß heut zu Tag das einige Mittel und Unterhalt des Crayses Conservation gewesen und annoch seye, quæ & in antecedentibns, & in subsequentibus, tùm à parte Ducis Würtembergici, tùm à parte Constantiensis Episcopi aliquoties *l. c.* repetuntur.

(8) *In Recess. Imper. Augustan. de Ann. 1559. §. 47. 48. Recess. Imper. Augustan. de Ann. 1564. §. 14. &c.*

(9) Nec enim in omnibus cum eo convenit, brevibusque ita potest dici: Generalis Campi Mareschalli munus non, nisi circa res Circuli militares ex præscriptâ Capitulatione versari: Ducis verò etiam circa res Circuli politicas non levem fuisse potestatem. *Conf.* PHIL. REINH. VITRIARII *Institut. Jur. publ. Libr. II. Tit. 6. §. 15.* & *ad h. l.* Excell. Dn. PFEFFINGER *p. m. 1103. sqq.* nec non *cit. Ordinat. Execut. Circul. Suevic. per tot.*

(10) Obtinet hoc in Circulo Suevico, in quo, quæ Ducis Circularis fata fuerint, brevibus hic tradere haud abs re fuerit. Scilicet Anno primùm 1563. (ceu *præc. not. 7.* fuit dictum) in Ducem Circuli unanimibus Statuum votis electus est Christophorus, Dux Würtembergicus, & successu temporis Ejusdem quoque Filius, Dux Ludovicus, à cujus obitu, cum in se recipere id munus nollet Dux Fridericus, paucis Annis præterlapsis, cum, qui huic muneri admovebantur, Comites Nobilesque iidem viribus essent impares, expiravit. *Vid.* die *Deduct.* wegen des Schwä-

bischen Crayses *Direct. p. m. 10. & Beylag Num. 8. & 9.* juncto ERNEST. GOCKELIO *de Circul. Suevic. §. 14. p. m. 56. 57.* Ducis verò Circularis ex cineribus superiori Seculo, nescio, quô Anno, quave Constitutione latâ, surrexit hoc in Circulo Generalis Campi Mareschallus, cui Officio splendido post fata Ludovici, Marchionis Badensis præest jam Potentissimus Dux noster EBERHARDUS LUDOVICUS. Et sic paulo aliter se res habet, ac existimavit Vir illustr. Dn. JO. PETRUS LUDEWIG. *in Tr. de Prærogativ. Ducat. Würtemb. Sect. I. Cap. 10. per tot. p. m. 11.*

§. 3.

Ad ipsum verò vel tandem exequendi Juris sub Maximiliano I. Statum ut jam accedamus, hoc hîc in genere notet Lector: multa hac in periodo esse obscura atque incerta, multa irregularia, (1.) quibus quidem ut medela adferreretur, Actis testantibus, in omnibus, quotquot tum fuere habita, Imperii Comitiis fuit consultatum, sed non nisi more Germanorum, qui semper conveniunt, & nunquam conveniunt. Et licet varios sufficientes ex Imperatoris intentione modos exequendi Maximilianus I. proponeret Statibus, (2.) semper tamen ex his potentiorum quidam restiterunt, quo minus in effectum illi traducerentur.

(1) *Vid.* hujus Capitis §. 7.

(2) Hunc præsertim exequendi modum pluribus in Comitiis commendaverat Imperator, ut quatuor in Imperio, (ad Rhenum scilicet inferiorem, ad Rhenum superiorem, ad Danubium, & ad Albim,) Mareschalli constituerentur, qui singuli viginti quinque Equitum auxilio adjuti Sententias & Mandata publica exsequerentur. *Vid.* latè Dn. JO. JOACHIMUM MULLER im Reichs-Tags-Staat. *Libr. III. Cap. 4. §. 7. p. m. 447. Libr. IV. Cap. 11. §. 11. p. m. 664. Eod. Libr. Cap. 12. §. 2. p. m. 668. &c.*

§. 4.

Regulariter tamen decernendi Executionem Jus jam tùm quoque perstitit penes Imperatorem. Ejus enim solius nomine in Comitiis promulgatos videmus Imperii Recessus, Ordinationes atque Conclusa (1.) Ejusdem solius nomine Judicium Imperiale Aulicum, Imperii Cameram atque Regimentum Imperii in Status tulisse Sententias, dubio caret (2.) Ejusdem porrò solius nomine Pacem Imperii publicam fuisse indictam ocularis inspectio nos edocet; (3.) Ejusdemque denique solius nomine, ut hæc omnia rite sanctèque servarentur atque Executioni mandarentur à Statibus, sub determinatâ quadam vel indeterminatâ pœnâ iisdem fuisse præceptum, constat. (4.)

(1) *Vid.* omnes Recessus Ejus sub Regimine conditos in princ.

(2) *Vid.*

(2) *Vid. e. g. Ordinat. Regiment. Augustan. de Ann. 1500. Tit.* Wie alle Sachen bey dem König. ubi: auch Brieff darüber, wo Noth seyn wird, unter unserm Königlichen Titel und Siegel auf Form und Maaß wir, als Römischer König, zu thun haben, thun sollen und mögen, durch den gemeldten unsern und des Reichs-Rath gefertiget, und mit einem Zusatz etlicher Wort unterschrieben werden sollen, nemlich also: Ad mandatum Domini Regis in Consilio Imperii.

(3) *Vid.* der Landfried *Wormat. de Ann. 1495. Tit. 10.* des Landfriedens Handhab. *Wormat. de eod. Ann. pr. & Tit. 8.* die Erklähr des Landfried. *August. de Ann. 1500. &c. in pr. Recess. Imper. August. de Ann. 1510. §. 16.*

(4) *Vid.* in specie Mandatum Imperatoris ad Status de servandâ Ordinatione Camerali, subjunctum *Ordinat. Cameral. Ratisbon. de Ann. 1500.*

§. 5.

Verùm enim verò ipsos Recessus inspicienti id quoque patebit, esse verissimum, quod supra (1.) diximus: Scilicet Imperatorem decrevisse quidem Executionem, sed non nisi autoritatis gratia, & ad voluntatem Statuum. Etenim sive in Comitiis, sive in Judicio Aulico, sive in Camera, sive denique in Regimento decreta fuerit Executio, omnibus hisce in Collegiis utique concurrebant Status, & non nisi secundum majora horum vota pronunciare poterat Imperator. (2.) Hinc & plurium Recessuum Imperii sub Maximiliano I. conscriptorum in prooemio Imperator & Status convenisse dicuntur, ut consultarent von Handhabung des Landfriedens und Vollziehung der gesprochenen Urtheil. (3.) Hinc & Executorialibus Cameræ mandatis non sufficientibus, non ad Imperatorem, sed ad Comitia recurrendum erat implorantibus. (4.)

(1) *Cap. 1. §. 3.*

(2) Dissentientibus enim ab Imperatore Statibus Eum non posse procedere, nec etiam minora sequi Vota, jamdudum à publici Juris consultis est evictum. *Vid.* Ill. Dn. GABRIEL SCHWEDERUS nostrâs *in Introd. ad Jus publ. Part. Spec. Sect. I. Cap. 30. p. m. 634.* & B. de COCCEJUS *in Jur. publ. prudent. Cap. 20. §. 38. p. m. 383.*

(3) Handhab. des Landfried. *Wormat. de Ann. 1495. pr. Tit. 2. Ordinat. Regiment. August. de Ann. 1500. pr. Tit. 1. &c.* junct. der Erklär. des Landfried. *August. de Ann. 1500. Tit. 5. §. 2. & Tit. 6. Recess. Imper. Augustan. de Ann. 1500. Tit. 34.*

(4) *Vid.* die Handhab des Lanfried. *l. c. Recess. Imper. Augustan de Ann. 1500. Tit. 37. Tit. 38. Recess. Imper. Augustan. de Ann. 1510. §. 14.*

Cumque posteà annuorum Comitiorum loco Regimentum Imperii substitueretur, ad hoc remissum fuit Executionis decernendæ negotium. *v.* loca §. *præc.* allata, adeoque in effectu recursus ad Comitia hîc sublatus non est.

§. 6.

Perficiendæ Executionis Jus Statibus fuit relictum, (1.) non tamen planè neglectis Circulis. Scilicet in demandandâ Executione plerumque certè, si non semper, potior habebatur ratio eorum Circuli Statuum, in quo perficienda erat Executio: Sed quia tùm temporis nondum plenè cohærebat Systema Circulare, quia nec ad certas jam Familias aut Personas erat restrictum munus des Crayß-Ausschreib-Amts, quia nec exstabant jam tum Circulorum Capitanei, hinc habito respectu gravitatis causæ perficiendæque Executionis difficultatis nunc majoribus pollenti viribus Statui, nunc minoribus hoc injungebatur. (2.)

(1) His videtur obesse, quod *in Recess. Imper. Augustan. de Ann. 1500. Tit. 52.* disertis dicatur verbis: es seye ein gemeiner Hauptmann des H. Reichs erwählet worden, zu Handhabung und Vollziehung Friedens und Rechtens. Ast impropriè hîc Imperatorem loqui, nec de Executione contra Status facienda, sed de Bello contra exteros, eosque, qui Imperii imperio sese subduxerant, verba hæc esse capienda, palam est tùm ex toto contextu, tùm ex verbis claris *Tit. 52. 54. §. 1. 60. 64. 69. 70. 75.* aliisque positis. Corruunt ergò, quæ inde emulsit MULZIUS.

(2) Hæc si attendisset MULZIUS, ignorare non potuisset, qui fuerit factum, ut *in Recess. Imper. Augustan. de Ann. 1500. Tit. 37.* in causa Conradi à Tottenheim contrà Arnoldum à Rosenberg Executorem Imperator & Status constituerint Comitem à Pappenheim.

§. 7.

Sed & illis quoq; jam temporibus huic perficiendæ Executionis Juri Statibus competenti inhiabat Imperator, præteritisque & inconsultis Imperii Statibus atque Executoribus ordinariis, munus hoc in alios pro lubitu conferre incipiebat, id quod tamen ita ægre tulerunt Status Imperii, ut querelis precibusque tam diu fatigarent Imperatorem, donec is publica fide caveret, quod judicandi exequendique facultas inviolata per eum manere debeat in posterum. (1.)

(1) Verba *Recess. Imper. Augustan. de Ann. 1510. §. 14.* hæc sunt: Und nachdem an Uns und gemeine Stände vielfältig Klagen allhie angelangt haben, also daß etlichen Ständen und Unterthanen des Reichs Verhinderung beschehen soll an unserm Cammer-Gericht zu Rechten und ihrer

ihrer behalten Execution zu erlangen, so haben wir bewilligt und versprochen, und thun das in Krafft diß Abschieds, wie dann vormahls und allweg unser Gemüth und Meynung gewest, und noch ist, daß dasselbig unser Cammer-Gericht seinen stracken freyen Lauff und Fürgang laut der Ordnung zu vorgehalten Reichs-Tägen gemacht haben, und daß wir derselbigen Ordnung zuwider kein Mandat ausgehen lassen sollen noch wollen, in keine Weiß.

§. 8.

Ad singulas verò jam species rerum in Imperio exsequendarum ut progrediamur, ordo poscit. Et Recessus quidem Ordinationes atque Conclusa Imperii ut exsequerentur Status, iisdem licuisse testes habemus communes formulas Recessibus sub finem inseri solitas: Gereden und versprechen auch wir Chur-und Fürsten bey unsern Fürstlichen Ehren und Würden, und wir andere obgemeldte Ständ in guten wahren Treuen und Glauben, an Eydesstatt, dieser Ordnung, Rath, Handhabung und Hülff Folg zu thun, und Königlicher Majestät, oder in ihrem Abwesen, dem, so sein Königlich Majestät an ihr statt dazu verordnen, und dem gedachten Regiment und Rath, in Gebotten und Verbotten, so in Krafft dieses Brieffs ausgehen werden, gehorsam zu seyn, und die zu vollziehen, alles getreulich und ungefährlich. (1)

(1) Ita se habent verba *in Ordinat. Regiment. Augustan. de Ann. 1500. sub fin.* quæ quoad substantialia repetuntur *in Recess. Imper. Ratisbon. de Ann. 1500. Tit. 82. §. 2. 3. In Mandato eidem subjuncto. In Ordinat. Cameral. Constant. de Ann. 1507. Tit. 19. §. 1. 2. In Recess. Imper. Augustan. de Ann. 1510. §. 20. Priori Trevir. & Colon. de Ann. 1512. Tit. 3. §. 23. 24. In poster. §. 29. 30. & in Augustano de Ann. 1518. §. 11. 12.*

§. 9.

Fuit & penes Status Jus exsequendarum Sententiarum summorum Imperii Judiciorum. Scilicet inserebat Sententiæ Judex clausulam de parendo, quæ, si à Reo non attendebatur, in Bannum is ab Imperatore Ejusve nomine à Præsidibus summorum Judiciorum declarabatur, in quo si ultra sex menses perdurabat, censurâ quoque notabatur Ecclesiasticâ, his verò omnibus spretis ad Comitia vel Conventum Deputatorum Imperii Statuum re delatâ, realis tandem atque actualis Executio cuidam vel quibusdam Statuum majoribus ad id votis electorum perficienda committebatur. (1)

(1) Traditur hic procedendi modus *in Ordinat. Cameral. Constantiens. de Ann. 1507. Tit. 16. & 17. Add. Ordinat. Regiment. Augustan. de Ann. 1500. Tit.*

Tit. ult. Recess. Imper. Colon. & Trevir. prior. de Ann. 1512. §. 8. & 9. Conf. & *hujus Capitis §. 6.*

§. 10.

Pacem quoque Imperii publicam ut mandarent Executioni Status, hisce dispositum legimus verbis (1) Haben wir uns mit den Ständen so auf gemeldten Reichs-Tag zu Freyburg gewesen, desgleichen mit denen, so jetzt allhie erschienen sind, vertragen, vereinigt, und bey den Pflichten, damit wir, und unser jeder dem H. Reich verwandt sind, zu halten und zu vollziehen verwilliget und verpflicht, und thun das hie mit diesem Abschiedt. Quid? quod usque adeò ad Executionem hujus Pacificationis sese obstrinxere Status, ut qui eandem omiserit, teneatur pœnâ fractæ pacis publicæ, ceu hæc Recessus verba testantur (2): Und welcher diese Ordnung und Verpflichtung verachten, derselben nicht Folge thun, oder verschaffen, und läßig oder säumig darinnen erscheinen und solches offenbahr, kündtlich und unlaugbar seyn wird, den oder dieselben erkennen und erklären wir hiemit durch solche Verachtung, in Pön des Fried-Bruchs gefallen, und daß alsdann gegen denselben mit Denunciation, Execution und Einbringung solcher Pön und anderer Straff, durch uns und den verordneten Reichs-Rath, und unser Königlich Cammer-Gericht strenglich unabläßig procedirt, fürgenommen, und gehandelt werden soll und mag, wie sich nach laut und Ausweisung unsers Land-Friedens oder sonst gebührt.

(1) In der Erkläbr. des Landfried. *August. de Ann. 1500. Tit. 1. Vid.* & Landfried. *Wormat. de Ann. 1495. Tit. 9.* Handhab des Landfried. *Wormat. de Ann. 1495. pr. Tit. 8. Recess. Imp. Trevir. & Colon. prior. de Ann. 1512. §. 3.*

(2) In der *cit.* Augspurg. Erkläbr. des Landfried. *Tit. 2. Add.* die Handhab. des Landfried. *l. c. Tit. 9.*

§. 11.

Restaret jam, ut in illud quoque inquireremus: cuinam eâ tempestate competierit Jus decernendæ perficiendæque Executionis in rebus Circularibus; sed cum Acta publica nos hîc deficiant, sicco hanc Quæstionem pede præterire oportet; per quam tamen est probabile, decretam Executionem fuisse à Membris Circuli omnibus, perfectam verò ab eo, cui vel Imperator vel ipsimet Status id negotii injunxere; vel ab eo denique, qui pro einen Crayß-ausschreibenden Fürsten tùm se gessit.

CAPUT

Caput III.

Exponit modernum Juris exequendi Statum.

§. 1. *Connexio cum Capite præcedenti.*
§. 2. *Imperator decernit Executionem I. Recessuum Imperii.*
§. 3. *Sed cum limitatione.*
§. 4. *Circuli eandem perficiunt.*
§. 5. *Etiamsi quis se prætendat exemtum.*
§. 6. *Vel prægravatum.*
§. 7. *Imperator decernit & Executionem II. Sententiarum.*
§. 8. *Sed iterum cum limitatione.*
§. 9. *Num & limitatio procedat in Sententiis Judicii Aulici?*
§. 10. *Circuli perficiunt decretas Executiones Sententiarum Cameralium.*
§. 11. *Imperator decernit & Executionem III. Pacificationum.*
§. 12. *Ast cum limitatione. Exemplum in Pace Westphalicâ.*
§. 13. *Cujus Executionem decretam iterum perfecerunt Circuli.*
§. 14. *Quid Juris sit quoad reliquarum Pacifiationum Executionem?*
§. 15. *Quis decernat & perficiat Executionem in rebus Circularibus?*
§. 16. *Quis perficiat Executionem Legibus Duci datam, eo nolente, vel impeditô, vel non existente?*

§. 1.

AD Secundam modò Juris exequendi Periodum provehimur, quam circiter à temporibus Caroli V. in nostram usque ætatem produximus: ubi quidem plurima clara esse videas, publicisque Imperii Legibus determinata; nec tamen & hîc desunt, quæ majorem adhuc lucem desiderant, tùm, quod planè de iis sileant Leges Imperii, tùm, quod ob utriusque partis contradictionem ea adhuc sint in incerto. Nobis hîc mediâ placet incedere viâ.

§. 2.

Inter Majestatica Augustissimi nostri Imperatoris Jura absque dubio hodieque suprà tamen allatâ cum limitatione connumerandum erit Jus decernendæ Executionis contrâ immediatos Cives Imperii, quô Is fruitur I. quando in præstandis Imperii Collectis hi sunt morosi. Etenim cum ex novissimi Recessus sanctione, si Collectæ sint Ordinariæ, uti sunt, quæ e. g. penduntur ad Imperii Cameram sustentandam, & eas solvere Status neglexerint, decernantur in Camerâ mandata sine clausulâ, quibus den Crayß-außschreibenden Fürsten Executio injungitur (1); cùm &, si sint Extraordinariæ Imperii Collectæ, Fiscali in Camerâ contrà morosos Processus concedantur, tandemque itidem ad die Crayß-außschreibende Fürsten de Sententiâ exsequendâ rescribatur, (2) clarum est, utroque in casu sine omni dubio Imperatoris nomine decerni, quippe cujus solius nomine Imperii Camera agenda peragit. (3)

(1) *Vid.* §. *sq.*

 (2) *Conf.*

(2) *Conf. eund.*
(3) *Vid.* §. 7. hujus Capitis.

§. 3.

Nec tamen & hodiè circa Executionem hujusmodi decretionem liberum eſt Imperatoris arbitrium, quin potius id Imperii Legibus, noſtris præſertim temporibus ita eſt circumſcriptum, ut non ad alios, niſi ad eos, qui ſunt die Crayß ausſchreibende Fürſten, aut pro re natâ, circulorum Duces Mandata Executorialia poſſit emittere, ceu in ſpecie de Executione Imperii Receſſuum quatenus agunt de præſtandis Imperii collectis ſequens docebit paragraphus.

§. 4.

Ipſam enim Executionem quoad primum hocce punctum ut circuli perficiant, ſive hæ Collectæ ſint Extraordinariæ, ſive ſint Ordinariæ, volunt Leges Imperii publicæ. Illo de caſu Exemplum præbet Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ, ubi ita: (1.) *Ut autem Regia Maj. Sueciæ eò ſecurior certiorque ſit de infallibili ſingulorum terminorum præſtatione, ſinguli ſeptem dictorum Circulorum Electores, Principes & Status vigore hujus conventionis ſe ad ſuam quisque quotam, condicto tempore locoque bona fide ſolvendam, ſpontè, idque ſub hypotheca omnium ſuorum bonorum obligant: ita quidem, ut ſi mora ullius intervenerit, omnes Imperii Ordines, potiſſimùm verò cujusque Circuli Directores Ducesque vi Articuli Aſſecurationis Pacis teneantur promiſſa ceu rem judicatam exequi absque ullo ulteriori Juris proceſſu vel exceptione.* De poſteriori ita diſpoſitum eſt: (2) Daß die Ausſchreibende Fürſten (3) jedesmahl wann ein oder anderer Chur-Fürſt oder Stand ſeine Angebühr nicht abgeſtattet, und ſonderlich wann auf vorhergegangenes, aber aus der Acht gelaſſenes Extrajudicial-Monitorium ein unbezahltes Ziel das andere erreichet, auf Requiſition unſers Kayſerlichen und des Heil. Reichs Cammer-Gerichts, ohne Unterſchied und Reſpect der höheren oder niederen Ständen, auch unerwartet der Achts-Erklärung die Execution auf des ſäumigen Koſten vorzunehmen. &c.

(1) *Art. 16. §. 12.*
(2) *In Receſſ. Ratisb. de Ann. 1654. §. 15. & 19.* queis derogatum fuit antiquo illi procedendi modo *in Ordinat. Cameral. de Ann. 1555. Part. 3. Tit. 48. §. 4, & ſqq.* præſcripto.
(3) Incumbebat hoc ſecundum *Ordinat. Cameral. l. c. §. 7. & 8.* Duci Circuli.

§. 5.

Sed num & contrà eos Executionis viâ poſſint procedere die Crayß-ausſchreibende Fürſten, qui Exemptionis causâ in Camerâ Judiciove Aulico Proceſſus impetrarunt, eaque de causâ collectas ſolvere denegant? quæritur.

Et omninò die Crayß-ausschreibende Fürsten requisitos hoc posse, docent Recessus Imperii: (1) wann auch in dieser allgemeinen hochnöthigen Hülffleistung niemand gefreyet seyn kan, so sollen diejenige Stände, so durch andere ausgezogen, und nit in possessione vel quasi libertatis seynd, ein jeder sein gebührende Anlag, neben andern Ständen vermög des H. Reichs Anschläg, entweder selbst entrichten, oder aber sie, die ausziehende Stände vor sie zu bezahlen schuldig seyn, doch den Exempten, oder ausziehenden Ständen in andern Fällen an ihrer Gerechtigkeit nichts benommen.

(1) *Augustan. de Ann. 1582. §. 19.*

§. 6.

Quid si verò Status quidam, qui præ reliquis gravatos se esse in præstandis collectis conqueruntur, hoc ex capite & usque ad futuram moderationem præstandarum præstationem vel planè denegent, vel partem tantùm solvere parati sint (1)? Respondemus, hoc non obesse, quo minus die Crayß-ausschreibende Fürsten totum ab iis exigant, præsertim, si ita prægravatos se esse ii nondum probaverint. Audiamus tantum Recessum Imperii novissimum, ibi: (1) Weil aber verschiedene Stände, und in specie die Reichs-Stätte zu angedeutetem Quanto sich nicht ehe verstehen wollen, biß die in puncto moderationis matriculæ hernach bedingte Erkundigung zur Richtigkeit gebracht, und damit die nothwendige Verfassung hierdurch nicht gehindert werde, soll aller möglicher Fleiß angewendet werden, damit solche Erkundigung noch vor dem Ersten Septembris, bey denjenigen, welche sich zu diesem nothwendigen Werck dißfalls beschwert befinden, für die Hand genommen und erörtert werde, inzwischen (scilicet usque dum secundum Recessus verba: die Sache erörtert werde) aber sollen diejenige nach der alten Reichs-Matricul ihre Quotas mit beyzutragen schuldig seyn.

(1) Id quod in Suevico nuper accidit circulo. *Conf.* quod occasione horum motuum prodiit, elegantissimum Scriptum: *Series Facti & Actorum*; oder vollständige *Act*en-mäßige Vorstellung ab Seiten Sr. Hochfürstl. Durchl. des Herrn Hertzogs zu Würtemberg und übriger mit Deroselben vereinigter Geist und weltlicher Fürsten, auch des Reichs-Gräflichen *Collegii*, und einiger anderer Löbl. Stände des Schwäbischen Crayses, was in selbigem bißher in dem *Matricular*-Wesen vorgegangen, worinnen standhafft gezeiget und bewähret wird, wie so wohl die von Ihro Hochfürstl. Gnaden dem Herrn Bischoff zu Costantz und denen Ihro anhangenden mehreren Löbl. Reichs-Prälaten und einigen Reichs-Städten in Schwaben unternommene eigenmächtige Herabsetzung von ihrem obhabenden *Matricular*-Fuß : : : anzusehen sey *&c.*

Editum id est Anno 1719. Stuttgardiæ *in fol.* omniaque hujus quæstionis momenta solidissimè discussit, quæ jam hûc transscribere neque vacat neque placet.

(2) §. *184.* Cui jungas *Rec. Imp. Noriberg. de Ann 1524. §. 22. Rec. Imp. Augustan. de Ann. 1530. §. 139. Recess. Imp. Wormat. de Ann. 1535. §. 47. Rec. Imp. Ratisb. de Ann. 1541. § 72. Instrum. Pac. Westphal. Art. 3. §. 3. &c.* & *cit. Seriem. Fact. & Actor. per tot.* quibus evincitur, non in privato Statuum arbitrio moderationem positam, sed ab universo Imperio hujusve deputatis Moderatoribus suscipiendam esse.

§. 7.

Est & penes Imperatorem Jus Executionis decernendæ II. quoad Sententias à Tribunalibus Imperii summis latas. Etenim non latere potest quenquam, & quotidiana id omnium optimè testatur experientia, ab Imperatore decerni Executionem Sententiarum & à Judicio Imperiali Aulico & à Camera Imperiali dictatarum, Ejusque nomine, ceu ex Mandatorum Executorialium (1) inspectione patet, denen Crayß-ausschreibenden Fürsten injungi earundem perfectionem. Hinc & in mandatis Executorialibus dicuntur, von dem Kayser dazu verordnete Commissarii: item: Er gebe ihnen hiemit aus Kayserlicher Macht und Vollkommenheit die Gewalt, solche Execution zu unternehmen und zu vollziehen.

(1) Quorum farraginem exhibet BLUMIUS in den Cammer-Gerichts-Bescheiden, aliique.

§. 8.

Quod tamen non alios, quam die Crayß-ausschreibende Fürsten Imperator possit denominare ad perficiendas Sententiarum Executiones in Imperii Camera latas, Recessus Imperii novissimus hisce disposuit verbis: (1) Wo er [reus] aber solches nicht thäte [doceret paritionem] soll dann auf Anruffung des obsiegenden Theils, vermög ergangenen Urtheils er in die darinn benannte Pön, sammt Kosten und Schaden erklärt, und die Execution so wohl auf den Pön-Fall, als in der Haupt-Sachen seiner Obrigkeit, [si scilicet condemnatus sit mediatus Imperii subditus,] oder des Crayses in dem er gesessen und begütert, Ausschreibenden Fürsten [si sit immediatus] per mandata executorialia nach Innhalt unserer Cammer-Gerichts Ordnung, oder wann dieselbe bey der Sachen interessirt, auch sonsten erhebliche Ursachen vorhanden, nach Gutbefinden des Richters, den ausschreibenden Fürsten, eines oder mehr benachbarter Craysen, von Unserm Cammer-Gericht auffgetragen und anbefohlen werden. &c.

(1) §. *160.*

§. 9.

§. 9.

Verum enim vero num & Sententiarum in Judicio Imperiali Aulico dictatarum Executionem den Crayß ausschreibenden Fürsten Imperator TENEATUR committere, aut potius integrum Eidem sit relictum, cui velit, Statuum aliive satis potenti hoc negotii dare? gravis Imperatorem & Status inter agitatur Controversia (1) Ille nullis ullibi ad hoc se esse adstrictum Legibus obtendit, quod & sane est verissimum; Hi contra egerunt, & de Judicio Imperiali Aulico esse capienda, quæ de Camerâ Imperii quoad hocce punctum disponuntur, semperque Se protestatione interposita intercessisse, quoties id in alium quam die Crayß-ausschreibende Fürsten conferre voluerit Imperator, & quæ sunt alia, quæ utrinque magno adducuntur numero, hanc in rem argumenta. Nobis ita res videtur comparata, ut sit satius Academicum hominem suum hic suspendere Judicium, donec tandem vel publicis lis hæc dirimatur Legibus, vel eæ ab alterutra parte rationes proferantur in medium, quæ omnibus ex adverso motis dubiis è via tollendis possint sufficere: hactenus enim in utramque partem fere æqualia prostant rationum momenta.

(1) Notitiam Auctorum hûc facientium dedimus jam *Cap. 1. §. 4. not. 1.* quos ut ipsos Lector inspiciat, necesse est.

§. 10.

Ipsa Sententiarum Cameralium realis Executio (1) cui competat, satis constat ex paulo ante (2) adductis, scilicet non aliis, quam denen Crayß-ausschreibenden Fürsten, quibus adeo hæc facultas fuit concessa, ut etiam omnes prius die Crayß ausschreibende Fürsten ad perficiendam eam vocandi sint à Judice Cameræ, quam ad Imperatoris arbitrium res devolvatur. Ita enim Cameralis habet Ordinatio: (3) Und wo sich zutrüge, daß einer, oder mehr Crayß, oder die Crayß alle, welches doch nicht seyn soll, die Execution nicht auf sich nemmen, sondern sich derselben widersetzen würden, (scilicet eam repudiando) sollen Cammerrichter und Beysitzer solches an die Kayserl. Maj. oder Ihrer Liebd und Kays. Maj. Abwesens, an uns als Römischen König eilends gelangen, in solchem gebührliche Versehung zu thun wissen.

(1) Quæ, quomodo suscipiatur *vid. Cap. 4. §. 9. not. 1.*

(2) Capitis hujus *§. 8.*

(3) *de Ann. 1555. Part. III. Tit 49. §. 7.*

§. 11.

Vocant nos jam Pacificationes toti communes Imperio quæ ut mandentur Executioni, itidem Imperatoris est prospicere. Quippe cum vel contra pacem Imperii publicam profanam, vel contra pacem publicam religiosam quis læditur, iidem in Camera Judicioque Aulico & processus decernuntur (1)

& victori conceduntur Mandata Executorialia, quibus nomine Imperatoris utriusque Executio denen Crayß-ausschreibenden Fürsten injungitur. Westphalicæ quoque Pacis Executionem se promoturum esse promisit Imperator hisce verbis: (2) *in primis quidem Imperator ipse per universum Imperium Edicta promulget, & serio mandet iis, qui hisce pactis hac Pacificatione ad aliquod restituendum vel præstandum obligantur, ut sine tergiversatione & noxa intra tempus conclusæ & ratificandæ Pacis præstent & exequantur transacta, injungendo tam Directoribus* &c. Imo & re ipsa Eundem ejusdem Executionem decrevisse loquuntur der Friedens-*Execution*s *Recess*, *Edicta restitutoria & arctior exequendi modus*, Imperatoris nomine promulgata, quibus passim insertas videas hasce phraseologias: Wir befehlen E. Liebd. und And. gnädigst und ernstlich, daß sie allen und jeden Interessenten ::: zu ihrem Stand, wie der vor dem Krieg gewesen, verhelffen und sie solchem gemäß völlig restituiren. &c. Item Wir geben auch Euer And. und Liebd. hiemit nochmahls genugsame Vollmacht und Gewalt &c. (3) Ejusdem denique autoritate & sequentes Pacificationes, Noviomagensem, Armistitium vicennale, Pacem Ryswicensem, denique & Badensem Executioni fuisse mandatas non negabimus. (4)

(1) *Recess. Imper. Ratisbonens. de Ann. 1641. §. 15. 16.*

(2) *In Instrum. Pac. Cæsareo-Suecic. Art. 16. §. 2.*

(3) *Conf.* ipsa hæc Mandata Executorialia, Pacificationi Westphalicæ subjuncta, quæ inserta quoque sunt *Recessui Imperii novissimo de Ann. 1654. §. 5.* sæpiusque separatim cusa extant.

(4) Acta publica huc spectantia exhibet Dn. BERNH. LUDOVIC. MOLLENBECC. *in Dissertat. de Jurib. Cæsaris circa negot. Pacis Cap. 8. §. 2. 3. 4. 5. & 6.*

§. 12.

Nec tamen & in Pacis Westphalicæ Executione, nisi in subsidium, alios quam die Crayß-ausschreibende Fürsten atque Duces adhibere potuit Imperator per diserta Instrumenti Pacis & Recessus Executionis verba, quæ sequenti §. dabimus. Licet enim id modis omnibus artibusque agerent post conclusam quoque Pacem Westphalicam ad conficiendum Executionis Recessum Legati Imperatoris, ut à cura Executionis Status excluderent, aut ad summum Electores tantum admitterent, satis tamen notum est, quam tùm Status Imperii Sua circa Pacis bellique negotium Jura, quibus omnino & inest Pacificationum Executio, masculè defenderint, adeo, ut & primi manum sigillumque Executionis Recessui Legati Eorum admoverint, cum variis sub Juris coloribus tandem & à Recessus subscriptione arcere eos vellent Cæsarei (1)

(1) *Vide* omnia hæc latius exposita apud Ill. SAMUEL. de PUFFEND.

in

in rebus Suecic. Lib. XXI. & XXII. & ex hoc apud JO. GERHARD. MEUSCHEN *in Tr. de Concurs. Statuum Imp. circa negot. Pacis. Cap. 3. §. 14. p. m. 44.*

§. 13.

Executionis ipsius perficiendæ Jus den Crayß ausschreibenden Fürsten Ducibusque relictum fuisse diximus idque evincunt verba Instrumenti Pacis sequentia (1): *in primis quidem Imperator ipse per universum Imperium Edicta promulget ---- injungendo tàm Directoribus* Außschreibenden Fürsten, *quam Præfectis militiæ Circularis* Crayß-Obristen, *ut ad requisitionem restituendorum, juxta ordinem Executionis & hac pacta restitutionem cujusque promoveant & perficiant. Inseratur etiam Edictis clausula, ut, quia Circuli Directores* die Crayß-ausschreibende Fürsten, *aut Præfectus militiæ Circularis,* Crayß-Obristen, *in causa vel restitutione propria minus idonei executioni esse censentur, hoc in casu, itemque si Directores vel Præfectum militiæ Circularis repudiare commissionem contingat, vicini Circuli Directores, aut Præfecti militie Circularis eodem Executionis munere etiam in aliis Circulis ad restituendorum requisitionem fungi debeant.* Denique in subsidium his tantùm junguntur Commissarii Cæsarei: *Quodsi etiam restituendorum aliquis, Cæsareanos Commissarios ad alicujus restitutionis, præstationis, vel Executionis actum necessarios censuerit, quod ipsorum optioni relinquitur, etiam illi sine mora dentur.* Quæ quoad substantialia tùm in ipso Instrumento Pacis, tùm in Recessu Executionis, tùm in Edictis restitutoriis & Recessu Imperii de Anno 1654. sæpissimè repetuntur, quo Lectorem remittimus. (2)

(1) *Art. 16. §. 2. & 3.*

(2) Hodiè si agatur adhuc de Executione Pacis Westphalicæ in Camerâ Judiciove Aulico iterum secundum superius tradita Executores sunt die Crayß-außschreibende Fürsten, & quidem ob generalia & in futurum quoque porrecta Pacis Instrumenti atque Recessus Executionis verba etiam in Judicio Imperiali Aulico. Unde facilè patet die Crayß-außschreibende Fürsten, non Legales tantùm Imperatoris in exsequendis Pacificationibus esse Commissarios, sed & perpetuos, id quod tamen negavit Dn. MOLLENBECC. *l. c. §. 1. in fin.*

§. 14.

Nec in subsequentibus quoque pacificationibus aliquid de Jure suo remisere Status Imperii inque primis die Crayß-außschreibenden Fürsten. Sic cum Anno 1684. circa Tractatum Executionis super Armistitio Vicennali ad determinandos Germaniam inter Galliamque limites, Jura Sua versari Status cernerent, Legatis Imperatoris addidere Suos è quatuor vicinis Circulis Adlegatos, com-

communi ut cum illis agerent consilio & operâ. Vicissim cum Executio Pacis Noviomagensis, Ryswicensis atq; Badensis maxime constiterit in reciprocâ restitutione & evacuatione locorum atque abductione copiarum, adeoque nullum hic subesset præjudicium Statuum, facilè in id hi consensere, ut cum Regis Galliæ Ablegatis soli congrederentur Legati Imperatoris. (1)

(1) Conferri hic non sine fructu legique possunt citatæ Dissertationes MOLLENBECII atque MEUSCHENII, quorum ille Cæsarea circa Executionem Pacificationum Jura est tuitus, isthic verò Statuum circa eandem concursus strenuus defensor extitit.

§. 15.

Superest, ut in illud quoque inquiramus, quis decernat & perficiat Executionem in rebus Circularibus. Et quidem vix potest dici, intervenire hic proprium aliquod mandatum Executoriale; sed, cum majori quid parti placuit, si quidem ita non sit comparatum cum substratâ materiâ, unanimia ut Circuli Statuum vota requirantur, (qualis est e. g. materia Collectarum, da keiner aus des anderen oder auf des anderen Beutel votiren kan.) (1) ulteriori Executionis decreto nullo prævio id reali statim Executioni mandatur. Quâ de re Recessus Imperii novissimus ita disposuit. (2) In Crayß-Handlungen sollen über die in der Executions-Ordnung enthaltene und dahin gehörige Verfassungs-Sachen, jederzeit die Majora statt haben, und die mindere Stimmen in denen mehreren nachzugeben verbunden seyn. Ita verò decreta à majori parte ipsâ re exsequuntur die Crayß-ausschreibende Fürsten, quorum circa hæc Jura nullis Imperii Circulorumve Recessibus, sed, ceu totum & universum Eorum Officium (3) antiquâ atque ultra memoriali nituntur observantiâ.

(1) JO. WOLFFG. TEXTOR *de verâ & variâ ration. Stat. German. modern. Cap. 3. p. m. 59.*

(2) *§. 183.* cui addas des Schwäbisch. Crayß. Verfassung. und *Execut.* Ordn. *Part. II. Tit. ult.* von Straff der ungehorſ. Stând. *§. ult.*

(3) *Vid. Cap. 2. §. 1.*

§. 16.

Denique & Coronidis locô eam hic paucis tangemus quæstionem: eô in casu Executionem quis recte perficiat, quando Dux Circuli in rebus sibi ad exsequendum demandatis Officio hocce suo defungi nolit, nequeatve, aut si planè nullus adsit Dux Circuli. Nec aliter videtur respondendum, quam quod prioribus in casibus devolvatur hoc Ducis Officium ad Ejusdem Adjunctos atque Substitutos, (1) post hos verò, uti & postremo in casu hoc Jus pertinere ad

ejus-

ejusdem Circuli - ausschreibende Fürsten, non ad aliorum Circulorum Duces, Cæsareosve Commissarios; id quod & praxi hinc inde in Circulis ita servari, (2) & à Camerâ in hunc modum pronunciari (3) scimus.

(1) Iis enim hoc in novissimo quoque *Imperii Recessu* §. *179.* injungitur: Und wann, ita sese verba habent, der Crayß-Oberste seinem Amt mit gebührender Wachsamkeit und Auffsicht ein Genügen zu leisten ermangeln würde, so sollen alsdann die Nach- und zugeordnete solches zu thun schuldig seyn. Idemque anteà jam fuit statutum *in Recess. Imper. Augustan. de Ann. 1555.* §. *76.*

(2) In Circulo e. g. Suevico, cum multo jam ex tempore, ceu *Cap. 2.* §. *2. not. 10.* demonstravimus, Circularis Ducis munus exspiraverit, quæ circa res politicas & ad conservationem Circuli tendentes Duci quondam peragenda incubuerant, modò dicti die Crayß-ausschreibende Fürsten, nostris exequuntur temporibus.

(3) *Vid.* MULZIUS *in cit. Dissert. de Offic. Director. & Duc. Circular. in Execut. Sententiar. th. 7.*

CAPUT IV.

Agit de Executione ab uno der Crayß-ausschreibenden Fürsten, alterô impeditô vel nolente susceptâ.

§. *1. Connexio.*

§. *2. Quis exequatur, cum ambo* Crayß-ausschreibende Fürsten *nolint aut nequeant.*

§. *3. Alter* der Crayß-ausschreibenden Fürsten *solus sufficientibus viribus debet esse instructus.*

§. *4. Quô præsuppositô quæstio affirmatur ex naturali ratione.*

§. *5. Quam & observantia Imperii sequitur.*

§. *6. Ejus exempla.*

§. *7. Quis dicatur nolle?*

§. *8. Ratio, quod altero nolente alter possit solus exsequi.*

§. *9. Etiam contra ipsum* den Mit-ausschreibenden Fürsten.

§. *10. Maximè in rebus Circularibus.*

§. *11. Et, si morosus sit in præstandis Collectis Imperii aut Circuli.*

§. *12. Quis dicatur impeditus?*

§. *13. Quænam sint legitima impedimenta?*

§. *14. Ratio, quod altero impedito alter possit solus exsequi.*

§. *15. Conclusio Dissertationis.*

§. 1.

ET sic vel tandem facimus transitum ad specialem illam, de qua nos acturos fore in fronte Dissertationis promisimus, quæstionem: *Quid sit juris & à quonam suscipienda sit Executio, cum in Circulo, ubi plures uno* Crayß-ausschrei-

bende Fürsten *sunt, alter horum eam peragere vel nolit, vel non possit*? Quæ quidem Controversia, cum nullis Imperii Legibus publicis disertè sit determinata, ex solâ harum Analogiâ, Imperii observantiâ, Jurisque Naturæ placitis nobis hîc est dijudicanda.

§. 2.

Alia autem & ab hoc loco aliena est quæstio: ad quem tum Jus exequendi devolvatur, cum uterque der Crayß-ausschreibenden Fürsten, vel, ubi unus tantum huic præest officio, hic ipse mandata exsequi vel nolit vel impediatur? Quam in novissimo Imperii Recessu ita deciderunt Imperator & Status Imperii: Wofern ein oder der andere ausschreibende Fürst in mora exequendi wäre, soll derselbe vom Cammer-Gericht hierzu per mandata executorialia angehalten, oder die Execution einem andern Stand in dem Crayß, neben den Crayß-Nach- und Zugeordneten, oder auch auff deren Verweigerung den ausschreibenden Fürsten des benachbarten Crayses auffgetragen und von demselben unverweigerlich vollzogen werden. Et in sequentibus: Wann dieselbe (de Crayß-ausschreibenden Fürsten hîc sermo est) bey der Sach interessirt, auch sonsten erhebliche Ursachen vorhanden, nach Gutbefinden des Richters, den ausschreibenden Fürsten, eines oder mehr benachbarten Craysen, von unserm Kayserl. Cammer-Gericht auffgetragen und anbefohlen werden, welche dann auff solchen des Cammer-Gerichts Befehl, und des obsiegenden Theils gebührliches Ansuchen, ihme förderlichste Hülff und Vollziehung mitzutheilen schuldig seyn sollen.

(1) *Ratisbonensi de Ann. 1654. §. 17. & 160.* cui addas PAUL. GAMSII *Commentar. ad h. l. not. (5) p. m. 147.*

§. 3.

Nostrô vero in casu, eô præsupposito, quod tantis alter der Crayß-ausschreibenden Fürsten polleat viribus, quæ perficiendæ Executioni non sint impares (1), nec in Juris Analogiam nec in Praxin impingemus, utrobique, tum si alter noluerit, tùm si impeditus fuerit, rectè ab altero der Crayß-ausschreibenden Fürsten solo Executionem suscipi si dixerimus.

(1) Eæ enim si deficiant, jungere sibi debebit Circuli Ducem, Ejusdemque Adjunctos atque Substitutos; tales autem Circuli Officiales si non extent, aut ne sic quidem mandatis poterit satisfieri, in subsidium is vocabit vicinorum Circulorum ausschreibende Fürsten Ducesque, uti & tandem Commissarios ab Imperatore nominandos.

§. 4.

Qui enim denegari hoc eidem poterit, cum certissima Juris, non Civilis Romani tantum, sed & ipsiusmet Naturalis hæc sit Regula: Ordinario tamdiu

tamdiu standum esse medio, quamdiu illud ipsum sufficit ad obtinendum finem propositum ? Jam, cum in antecedentibus abunde, uti quidem nos existimamus, ob oculos ex ipsis Imperii legibus sit positum, ordinario Jure exequendi facultatem ad Circulorum Duces atque die Crayß-ausschreibende Fürsten pertinere, quæ nos ratio moveat, de aliis Executoribus ut simus solliciti, cum vel unus horum juxta præsupposita fini Executioni obtinendo adhuc est sufficiens.

§. 5.

Sunt & aliæ plures rationes generaliores, quæ huc faciunt ; supersedemus verò in præsentiarum hocce labore, cum aliunde res clara satis reddi possit. Scilicet vix erit pro stabiliendâ nostrâ Sententiâ argumentum fortius observantiâ Imperii, quæ pro nobis militat. Eam vero exinde probamus, primò, quod mandatis, quæ de suscipiendâ Executione Imperator, Ejusve nomine summa Imperii Judicia an die Crayß-ausschreibende Fürsten solent transmittere, inserta sit hæc clausula : samt und sonders. (1) Quæ, quem habeat effectum Jurium peritus ignorare non poterit ; scilicet non alium, quam eum, de quo nobis hîc sermo est, ut altero Commissariorum in Mandato nominatorum Executionis perfectionem repudiante, vel quod nolit, vel quod legitimâ ex causâ impediatur, alter tamen solus in causa possit procedere. (2)

(1) Exemplum suppeditat PETRUS MULLER, *in disp. de Conventib. Circulor. Cap. 11. num. 33. p. m. 102.*

(2) De quâ *vid.* RODINGIUS *in Pandect. Cameral. Libr. III. Tit. 14.* RULANDUS *de Commissar. Part. I. Libr. III. Cap. 4. num.*

§. 6.

Secundò & Exemplis (1) hoc evincitur. Sic cum nuperis Annis Imperiali Banno notatus esset Elector Bavarus, Suisque exutus terris in Gallia degeret, exequendi Jus à solo Circuli Bavarici Mit ausschreibenden Fürsten Archipræsule Salisburgensi Sibi vindicatum esse legimus. Sic & Anno superioris Seculi nonagesimo tertio, cum in Circulo Suevico vi Recessus von denen drey correspondirenden Münz-Craysen initi privatæ quædam officinæ monetariæ (Hecken-Münzen) essent destruendæ, idoneasque ob causas impeditum Se rescriberet Constantiensis Episcopus, Dux Würtembergiæ nostræ Potentissimus bonâ Illius cæterorumque Circuli Statuum cum pace perfecit illarum Executionem solus. (2) Ita & post conclusam Pacem Westphalicam solum Ducem Würtembergicum, nolente Episcopo Constantiensi, tanquam Mit-ausschreibenden Fürsten, contra Monasteria exsecutum esse Pacificationem Acta testantur. Neque ullus dubito, quin plura hujusmodi exempla oblatura se sint Historias & Acta publica diligenter volventibus.

(1) Quæ quidem hic non illuſtrant tantum, ſed & probant, cum ſint eô ex genere petita, quô legitimè obſervantiam poſſe doceri ex SAMUELIS RACHELII *Introduct. in Jus publ. Cap. 10.* tradit Ill. JO. GEORG. de KVLPIS *in Diſſertat. de Obſervant. Imper.* §. 33. Scilicet ita ſunt factitata illa exempla, ut pro jure recepta, ſeu tanquam juſtè facta, nec injuſtè ab aliis facienda ſint, comprobatum ſit.

(2) *Vid.* die gründl. Vorſtell. wegen des Schwäbiſch. Crayß-*Direct.* und Ausſchreib-Amts Beyl. *Num. 7. p. m. 27.*

§. 7.

Sunt & multæ rationes utrique quæſtionis noſtræ membro peculiares, hanc quæ firmant theſin, paucis adeoque nobis evolvendæ. Videamus autem primò quando quis nolle dicatur? Id verò tùm fit, cùm Executionis perfectionem recuſanti vel planè nullæ recuſationis cauſæ ſunt, vel ſi ſe prætendit quidem impeditum, pro eo verò à Camerâ Judiciove Aulico vel certo in caſu von dem Mit-Crayß-ausſchreibenden Fürſten non eſt agnitus: Brevibus: is dicitur nolle, qui de facto Executioni ſe vult ſubducere.

§. 8.

Ita verò nolens Executionem perficere cum Juri ſuo quoad iſtum actum renunciet, hujus Jus ſanè non alii, quam Ejus in hoc Jure exercendo aliàs Socio poterit accreſcere, cùm ſimultanea communis hujus Juris præſcriptio eum neceſſariò poſt ſe trahat effectum. Neque enim nolens ille Circuli mit-ausſchreibender Fürſt, actione Suâ Imperii Legibus reprobatâ alteri quoque mit-Crayß-ausſchreibenden Fürſten & quoad hoc Jus exercendum Socio quæſitum eidem Jus auferre potuit; alii verò, niſi illi Crayß-ausſchreibenden Fürſten adhuc ſoli, hoc Jus exequendi nonunquam fuit quæſitum.

§. 9.

Immò & in tantùm hîc fundatum nos exiſtimamus Jus exequentis hujus Crayß-ausſchreibenden Fürſten in nolentem den mit-Crayß-ausſchreibenden Fürſten, ut & pœnas Mandatis Executorialibus in caſum inobedientiæ inſertas, (1) ſumtusque, qui ex hac causâ in Executionem faciendi erant eò majores, ab ipsô illô mit-Crayß-ausſchreibenden Fürſten, illo quidem in caſu ad Decretum Cameræ Judicis atque implorationem partis, hoc verò in caſu ne requiſitus quidem Executionis viâ poſſit repetere.

(1) Scilicet in decernenda Executione Cameræ Proceſſus hic eſt noviſſimus ex diſpoſitione *Receſſ. Imper. Ratisb. de An. 1654.* §. *159. ſqq.* ut latæ â Camerâ Sententiæ inſeratur Clauſula, de docendo intra præfixum tempus paritionem eſſe factam, ſub pœnâ vel ordinariâ decem marcarum Auri puti, vel

vel extraordinariâ ad arbitrium Judicis determinandâ. Si jam reus intra hunc terminum Sententiæ fuisse satisfactum non denunciet Judici, elapso termino Actor implorat Judicem, ut Reum, ob non doctam nec factam paritionem in pœnam Clausulâ Sententiæ contentam declaret, & Mandatum de Exequendo ad den Crayß ausschreibenden Fürsten cum condemnatione in refusionem expensarum damnorumque concedat. (*Vid.* GAMS *ad l. c. Not. 9. p. m. 145.*) Quodsi verò die Crayß ausschreibende Fürsten alterve horum Executionem illam obstinatè facere recusent, aut in morâ sint, nullasque legitimi impedimenti causas intra præfixum terminum allegent, actore ulterius instante decernuntur contra eos eumve arctiora mandata Executorialia, quorum formulam exhibet ANDREAS GAILIUS *de Pac. Publ. Libr. II. Cap. 17. num. 24. p. m. 347.* Negligentiori verò & ad hæc extante vel extantibus Fiscalis petit à Judice, ut in pœnam Mandatis contentam declarentur. *Vid.* & hujusmodi Libelli formulam apud ERNEST. GOCKELIUM *de Circul. Suevic. §. 46. p. m. 192.* & Exemplum è LUNDORPII *Tomo IX. Libr. X. Cap. 27. §. 60. p. 205.* depromtum apud Excell. Dn. PFEFFINGERUM *in Commentar. ad Vitriar. Tom. II. Lib. II. Tit. 6. §. 12. not. d. p. m. 1098.*

§. 10.

Nec quoad Imperialia tantùm Conclusa & Sententias ita hæc sese habent, sed & multo magis, & vel maxime quoad Circularia. Etenim, cum & Circulorum, quantum scio, omnium & Imperii quoque Recessibus (1) plus simplici vice fuerit cautum, quod Circulorum Status ea, quæ plurimorum votis rata fuere habita, non impedire debeant, sed fideliter exsequi, quisnam altero der Crayß-ausschreibenden Fürsten Statuum votis morem non gerente, aut in refractarios junctis viribus non animadvertente Executioni mandabit Circuli Conclusa atque Recessus, nisi alter der Crayß-ausschreibenden Fürsten solus. Ad Imperatorem sanè hoc Jus tunc non devolvitur; huic enim nisi certis in casibus extremaque necessitate nihil rei est cum conclusis Circulorum eorumque Executione; ita nec ad vicinorum Circulorum ausschreibende Fürsten hoc jus tunc spectabit, cum eadem hic recurrat ratio; nec ad reliquos quoque Circuli Status, quippe quibus non est integrum, falcem jam tùm in messem der Crayß-ausschreibenden Fürsten immittere, cum horum alter ad tuenda atque exsequenda Circuli Conclusa viribus satis adhuc est instructus.

(1) *Vid. Cap. 3. §. 15.*

§. 11.

Non autem prolixioribus nobis jam esse placet illa in Quæstione ventilan-

da: num & eo in casu alteri der Crays-ausschreibenden Fürsten, ea, quam hactenus delineavimus, potestas in den Mit-ausschreibenden Fürsten competat, quod si in præstandis iis, quæ ex Matriculâ sive Imperiali sive Circulari Eidem præstanda incumbunt, sit morosus, aut planè eas deneget, sive eô sub prætextu, quod nolit, stetque Ipsi pro ratione voluntas, sive quod prægravatum se existimet, sive quod ex capite Exemptionis vel moderationis Processus Eidem in Judiciò Imperiali Aulico Camerave Imperiali sint decreti. Petenda enim erit ejus resolutio ex iis, quæ pari in casu de Statibus in genere suô locô (1) fuere dicta. Neque enim Status statum eo ipsô mutare Circuli Crayß-ausschreibenden Fürsten, dum talis est; sed iisdem eum, quibus & reliqui, quibus & infimi Status circuli subjacent, teneri Legibus, nemo sanus negaverit.

(1) *Cap. 3. §. 5. & 6.* junctis *§. præc.* hujus capitis & *Recess. Imper. de Ann. 1654. §. 18.*

§. 12.

Hæc de altero der Crayß-ausschreibenden Fürsten nolente; prodeat jam impeditus: qualis ut dicatur, duo hæc adesse debent. I. Justæ legitimæque recusationis causæ [ehehaffte Ursachen], tùm & II. ut hæ pro talibus à Camera Judiciove Aulico, (1) si scilicet Sententiæ vel Mandata eorum Executioni sint mandanda, aut von den Mit-Crayß-ausschreibenden Fürsten (2) in rebus circularibus exsequendis fuerint agnitæ. Alterum enim horum requisitorum si desit, non pro impedito is, sed pro nolente habetur, & secundum superius tradita (3) adversus eum proceditur.

(1) *Vid. Ordinat. Cameral. de Ann. 1555. Part. III. Tit. 49. §. 2. sqq.*

(2) Irregulare hoc videtur secundum theoriam Juris, quà potius ad totum circulum referendæ forent recusationis causæ; nisi fortè id hic fit ideò, quia non adest Superior, cujus nomine exsequuntur die Crayß ausschreibende Fürsten, quin potius id proprio nomine ex præscriptione longissimi temporis hos facere constat. Praxis tamen hoc ita servat, teste der *cit.* gründl. Vorstell. von dem Schwäb. Crayß-Ausschreib-Amt und *Director.* Beyl. *Num. 7. p. m. 27.* ubi: so daß, als bey ungefähr 3. Jahren hero, zu Gewinnung der Zeit und Erspahrung der Kosten, von hier (Stuttgardt) an des damahligen Herrn Bischoffen zu Costantz Fürstl. Gnaden geschrieben worden, wider einige Hecken- oder falsche Müntzer in der Refier, benöthigt geweßte Remedur vorzunehmen, dieselbe in dem Antwort-Schreiben sich damit entschuldiget, daß es eine Würtemberg zugehörige Sache seye, wie dann auch Costantz aus Mangel der Müntz-Räth, Müntz-Wardein, Müntz-Meister und übriger Requisitorum,

rum, die zur Direction, Disposition, Inquisition und Execution im Müntz-Wesen gehören, ingleichem der Müntz-Acten und daraus zu nehmen habender Information, darinnen nicht fortkommen könnte.

(3) §. *8. not.* 1.

§. 13.

Quænam autem sint legitimæ recusationis causæ, porrò disquirendum est. Unicam tantùm, quod sciam, exprimunt Leges Imperii, scilicet, quando die Crayß ausschreibende Fürsten vel Dux Circuli Executor foret in propriâ causâ. (1) His enim non permissum tantùm est eam causam allegare tanquam impedimentum, sed & volentibus ejusmodi Executio interdicta est. (2) Reliquæ causæ comprehenduntur in Recessu novissimo (3) sub verbis: auch sonsten erhebliche Ursachen vorhanden. Sunt autem harum plures, (4) quam ut paucis hisce comprehendi queant pagellis, (5) maximumque circa eas est Judicis arbitrium. (6)

(1) *Vid. Recess. Imper. de Ann.* 1554. §. 160. Addatur *Instr. Pac. Art.* 16. §. 2. *&* 3. Ita cum post Pacem Westphal. Dux Würtemb. contra Prælatos quosdam Suorum Monasteriorum esset restituendus, neque id peragere vellet Constantiensis Episcopus, id munus datum fuit Franconici Circuli ausschreibenden Fürsten. *Vid.* DN. PFEFFINGER, *l. c.*

(2) *Vid.* loca *not. præc.* citata.

(3) *l. c.*

(4) Est & impeditus ipso Jure, qui in Imperiale Bannum aut pro hoste Imperii declaratus est: sed hoc pœnæ magis locô statutum est, quam ejus in favorem.

(5) Sunt e. g. talia impedimenta, si pro tempore sint admodùm exiguæ Ejusdem vires, vel si cum inquisitione aliquâ juncta fuerit Executio, periti que harum rerum administris careat alter der Crayß-ausschreibenden Fürsten, ex (*vid.* §. *præc. not.* 2.) utroque tamen in casu volente ita dem Crayß-ausschreibenden Fürsten exsequente, quicquid ei est virium subministrare debebit impeditus. Minime autem Religionis sub prætextu Executionem contra Monasterium suscipiendam subterfugere poterunt Ecclesiastici Crayß-ausschreibende Fürsten Pontificiæ Religioni mancipati, cum & secundum Juris Divini, & Juris Naturæ, & Juris Imperii nostri publici, & ipsiusmet Juris Canonici principia hoc patrantes tuti sint in conscientiâ.

(6) Non tamen tantùm, quantum ei attribuit MOLLENBECC. *in Dissert. de Jurib. Cæsar. circa negot. Pacis Cap.* 8. §. 3. ubi existimat vi *Recess. noviss.*

viss. §. *159.* verb. nach Gutbefinden des Richters, datam ei hanc esse potestatem, ut etiam irrequisitis den Crayß-ausschreibenden Fürsten alii demandare possit hoc Officium, si Executorem Ordinarium legitimo impedimento detineri censeat: sed ad subsequentia referenda sunt hæc verba atque ita capienda, si legitima ex causa impeditos se esse die Crayß-ausschreibende Fürsten rescribant, tunc Judicem pro arbitrio alii cuidam Statui Executionis perfectionem posse injungere.

§. 14.

Sed cùm non unâ ex causâ contrahenda nobis jam sint vela, tribus monuisse sufficiat, vel ea propter quoque hic nostro ex judicio alteri der Crayß-ausschreibenden Fürsten soli Executionem rectè tribui, quia tacito quasi consensu videntur convenisse Imperator atque Status, ipsaque rei natura & Justitia id efflagitat, ut quâ potest fieri, via compendiosissima atque ab ambagibus maximè aliena fiat Executio Sententiarum atque pactorum; id verè vix breviori fieri poterit, quam si ab unius tantum arbitrio executionis perfectio pendeat; tum & ideo, quia nullum hic des Mit-ausschreibenden Fürsten versatur præjudicium, adeo, ut & is absque omni dubio lubentissime in hanc Collegæ Executionem solitariam publico quam maximè oppitulantem bono consentire præsumi debeat.

§. 15.

De Recessuum Conclusorumque Circularium Executione altero der Crayß-ausschreibenden Fürsten impedito ab alterô solo recte suscipienda cum eadem hîc recurrant dicenda, quæ antea (1) jam tradidimus, cum & prolatis (2) hanc in rem exemplis testibus Praxis hæc ita servet, nil iis in præsentiarum amplius addimus, sed potius Academico hocce labore ad umbilicum ex voto deducto, gratias atque laudes summo in Cœlis Numini debitas mente manuque læti persolvimus.

(1) Capitis hujus §. *9.*

(2) §. *11. not. 2.*

[o]

VIII. DIS-

VIII.

DISSERTATIO DE NEGLECTIS QUOAD ACQUIRENDI MODOS FISCI COMMODIS, JUXTA JUS CIVILE ROMANUM, ET MORES MAXIME HODIERNOS, CUM JURIBUS HAMBURGENSIUM COLLATOS;

PRÆSIDE

DN. MICHAELE GRASSO,

U. J. D. & Antecessore, Serenissimi Würtembergici Ducis Consiliario,

Defensa ab AUTORE

JOANNE KLEFEKER, Hamburgensi.

TUBINGÆ, 1720.

Corrippus African. Lib. 2. num. 7.

Cunctis proficiunt sacrati commoda fisci,
Ex quibus est commune bonum, commune levamen,
Tutetur fiscus justorum nemine læso,
Quæ sua sunt, capiat, quæ sunt privata, relinquat
Nec patimur, quemquam sacratum lædere fiscum,
Nec lædi quemquam sinimus sub nomine fisci.

Q. D. B. V.

CAPUT I.

CONTINENS RUBRI EXPLICATIONEM, ET DE COMMODIS AC JURIBUS FISCI IN GENERE DISSERENS.

SUMMARIA.

§. I. *Ingressus.*
§. II. *Fisci homonymia, differentia ab ærario, diversi significatus.*
§. III. *Fisci jurium divisio.*
§. IV. *Modi acquirendi Fisco.*
§. V. *Quisnam habeat fiscum, tum in genere,*

genere, tum in specie in Germania? Definitio regalium, an fiscum habeant Status Jure superioritatis territorialis? an & quomodo Nobiles immediati? an mediati? an civitates municipales omnes? an hodie mero imperio cohæreat jus fisci?

§. *VI. Divisio regalium in majora & minora explicatur.*

§. *VII. Eadem contra objectiones defenditur. Scriptores de regalibus indicantur.*

§. *VIII. Regalia minora hic saltim explicanda esse asseritur.*

§. *IX. Qu. an neglecta sint hodie fisci commoda, sub distinctione expeditur.*

§. *X. Causa impulsiva neglectorum fisci commodorum ostenditur.*

§. *XI. Neglecta fisci commoda in duas classes dividuntur.*

§. I.

DUm de NEGLECTIS FISCI COMMODIS, tam juxta Jus CIVILE ROMANUM, quam MORES præcipuè HODIERNOS, cum PATRIIS quoque JURIBUS HAMBURGENSIBUS collatos, disserere animus est: id mihi ante omnia in ipso tractationis limite negotii datum esse intelligo, ut non modo ex recepto dudum JCtis instituto, rubri explicationem præmittam, sed insimul hac absoluta, singula neglectorum fisci commodorum exempla non ante tangam, quàm de scopo ac intentione, tum etiam de fisci juribus, causisque, ex quibus illi acquiritur, generali præfamine breviter quædam commentatus sim.

§. II.

Quod primum namque attinet, non quidem operæ pretium erit, singula vocabula prolixè describere, cùm satis notum sit omnibus, quid pro COMMODO habeatur, quid NEGLIGERE significet. Sola FISCI vox tanquam palmaria hic aliqua forsan explicatione indiget. Nostrum quidem nec hic erit, diversas Doctorum sententias dixerim an allusiones, tædiosa repetitione in medium adducere, qui fiscum vel inde ita dictum putant, quasi *fixum*, id est *firmum* & *stabilem*, cum semper dives atque solvendo præsumatur. *l. 2. in f. ff. de fundo dotali:* vel quod quasi *saccus reipublicæ* sit, vel fiscum interpretantur esse *cophinum* seu *sportam*, sicque à *Sportulis* nomen habere. vid. Gailius *lib. 1. obs. 20. n. 3.* vel aliis denique derivationibus ingenium exercent. Legat hæc, qui volet, apud Peregrinum *de jure fisci. Lib. 1. tit. 1. n. 34. seqq.* Klockium *de ærario L. 1. c. 2. §. 2.* aliosque quos hanc in rem citant. B. Dn. *Lauterbach* in disput. *de jure fisci c. 1. §. 1.* & B. Samuel Stryckius *de successione ab intestato, diss. 5. c. 1. §. 2.* Neque gratiam me initurum fore credo, si circa Synonymiam vocis diu subsistam. Quod enim hodie *Camera.* German. Cämmerey (uti Hamburgensis etiam fiscus appellatur) *saccus publicus, marsupium, camera calculi,* & similes

voces

voces haud paucæ eadem ac fiscus significatione gaudeant, laudati modo Autores cum aliis diligenter jam annotarunt. Inter ÆRARIUM quidem & FISCUM magna, & hæc præcipuè, differentia intercessit, quòd fiscus fuerit Principis, ærarium populi s. ipsius reipublicæ *arg. L. 2. §. 4. ff. Nequid in loco publico* Gail. *d. obs. 20. n. 2.* Besold. *de ærar. c. 1. conclus. 3.* Christianus Frid. Franckensteinius *in exercitat. de ærario populi Romani.* Klock. *d. l. §. 9. seqq.* Berger *de jure fisci in quæst. dubiis §. 1. & 2.* Illustris Thomasius *in D. de regalibus fisci Principum Germaniæ circa acquisitionem c. 1. §. 1.* quod etiam maximè ex hisce verbis Plinii *in Panegyrico ad Trajanum c. 36.* liquet: *At fortasse non eadem severitate Fiscum quam ærarium cohibes! Imò tanto majore, quanto tibi plus licere de tuo, quam de publico credis.* Attamen non sequentibus modo temporibus, postquam scilicet summa rei Romanæ ad unum devoluta fuit, æráriumque pedetentim expiravit Stryck *d. l. §. 5.* & in *usu moderno ad tit. ff. de jure fisci §. 5.* sedhodie maxime omnis inter ærarium & fiscum diversitas planè evanuit. Tob. Paurmeister *D. de Jurisdictione Imper. Rom. l. 2. c. 4. n. 18.* nisi quod quibusdam in locis quædam jura fiscalia Principi ejusque fisco concessa sint, quædam a. administrationi s. ærario statuum Provincialium reservata & dicantur Landschaffts-Cassa, Steur-Cassa. vid. Laut. *ad Tit. de jure fisci. §. 3.* & Berger *c. l. §. 3.* sicque bona vacantia in ærarium redigi dicuntur *l. f. C. de bon. vac.* Stryk *dd. ll.* Add. *l. 13. pr. de jure fisci. l. 1. §. 9. ad L. Cornel. de falsis l. 1. C. de quadr. præscriptione §. ult. J. de usucap.* Id verò nostra magis refert, ut, quotuplici sensu in jure nostro vox fisci sumi soleat, dispiciamus. Triplex verò ille est. Nempe I. denotat locum, ubi pecunia publica & omnia instrumenta patrimonii, quod Principi Romano ad ejus dignitatem tuendam & ad usus imperii publicos tributum est, concluduntur *l. un. C. de vendit rerum fiscal. L. 1. pr. verb. ex fisco comparavit. ff. de jure fisci. l. 31. ff. eod.* Bocer *de regalibus c. 3. n. 1.* & sic jus quandoque accipitur pro loco, in quo jus redditur. Peregr. *de jure fisci l. 1. tit. 1. §. 2. & 3.* 2.) significat ipsam rem contentam s. pecuniam publicam s. fiscalem. 3.) ipsam publicarum rerum Universitatem, quæ omnes res omniaque reipublicæ jura ad commodum pecuniarium spectantia complectitur, ita, ut quod in privato est patrimonium, illud in republica sit fiscus. *l. 2. §. 4. ff. Ne quid in loco publico*, qui hinc personæ vice fungitur, sicque contrahit, alienat, & alia similia per Advocatos & Procuratores suos facit. *l. 3. §. 8. L. 5. L. 21. & L. 28. ff. de jure fisci* Laut. *in Disp. de jure fisci c. 1. §. 1.* & in *Collegio Theor. Pr. ad tit. de jure fisci §. 2.* add. omnino Berger *c. l. §. 10.* quæ ultima significatio hujus loci est.

§. III.

Sic itaque fisci s. Ærarii Commoda, prout illa tam Juxta Jus Civile Ro-

manum quam mores præsentes Germanos ex praxi Moderna dissertationis nostræ objectum constituunt, non quidem illa omnia, sed quæ neglecta adhuc esse & fisco nondum plene asserta deprehendimus. Uti verò totum jus nostrum monente Ulpiano *l. ult. ff. de LL.* consistit aut in *acquirendo* aut in *conservando*, aut in *minuendo* hinc etiam, dum de fisci Juribus ac commodis neglectis quæstio vertitur, eadem ratione distinguo cum Lauterb. *ad Tit. ff. de jure fisci* §. 7. *in fin.* inter modos, quibus fiscus sibi acquirit, & jura ac privilegia, quæ vel ad conservationem commodorum ex modis illis acquirendi fisco comparatorum pertinent, vel circa alienationem & diminutionem eidem competunt, quæ etiam distinctio arridet Thomasio *c. D. p. 36.* confer tamen Titium in *obs. ad Schütz. tit. de jure fisci & in specim. Jur. publ. l. 3, c. 3.*

§. IV.

Sic verò hac præmissa rubri brevi explanatione, additoque diverso, quo circa fiscum, ejusque vel commoda vel jura versari potes, respectu, quid mihi maximè in hac tractatione curæ futurum sit, explicandum nunc incumbit; Scilicet non tam circa jura singularia, quæ ad conservandas & alienandas res fiscales fisco tribuuntur, quàm circa ipsos, quibus ille sibi acquirit, modos, occupatus ero, tum quod prolixa nimis futura foret commentatio & disputationis limites excederet, si hæc omnia exiguo paginarum præsentium ambitu velim comprehendere, tum quod unicè in neglectis fisci commodis cardo instituti nostri versetur, ista verò utilitatum publicarum imminutio maximè sese exserat circa ipsam acquisitionem, jura verò circa conservanda & alienanda fisci bona, non modo à commodis strictè sic dictis differant, sed illibata prætерea maximam partem & illæsa adhuc hodie manserint.

§. V.

Antequam verò ad ipsos hosce acquirendi modos devolvor, nonnulla adhuc in limine expedienda sunt, quæ ad majorem instituti præsentis illustrationem haud parum facient. Et quidem præcipuè de eo solicitus sum, ut, *quibusnam fiscus, & jura ac commoda inde provenientia tum in genere, tum in specie in Imperio nostro R. G. jure meritoque tribuantur*, dispiciam. Sunt hi indubiè, si generali voce prius utendum, Principes s. ad quos summa reipublicæ pertinet, hinc, qui habet Majestatem, jure fisci quoque gaudet *L. 2. §. 4. ne quid in loco publ. L. 3. C. de quadrien. præscript.* ita tamen ut etiam Majestati analogica potestas fisci jus tribuat, jure sc. superioritatis territorialis, *arg. Instrum. Pac. Osnabrug. art. 8. pr. & §. 4.* Myler. *de Statibus Imperii P. 2. c. 68.* Summæ hujus potestatis partes, uti appellantur, potestativæ sunt Regalia, quæ alias & commodius quidem, ut nonnullis videtur, Jura Majestatis audiunt, quod non tantum in regno, sed & in aliis rebus publicis penes quas est majestas,

ſtas, inveniantur, vid. Caſp. Ziegler in abſolutiſſimo tr. *de juribus Majeſtatis L. 1. c. 3. §. 9.* quæ, poſthabitis tam veterum anxiis circa definitionem eorum laboribus, quàm recentiorum quorundam, Illuſtris præcipuè Thomaſii, *in diſſert. de præſcript. regal. ad Jura ſubditorum non pertinente. §. 8.* eorumque, qui ipſi adſtipulantur, novis illa deſcribendi modis, mihi ſunt *jura, illi, qui ſummum in republ. tenet imperium, competentia ad tuendam ſalutem & dignitatem reip.* Ziegl. *d. l.* Sixtinus *de regal. l. 1. c. 1. §. 20. ſeqq.* neque me adſtringo ad regalia. in *c. un. 2. F. 56.* relata. Auguſtiora enim multa ibi non recenſeri, Viri docti jam pridem obſervarunt, vid. ex multis Roſenthal *de feudis c. 5. concluſ. 94. n. 1.* Vultej. *de feud. c. 5. n. 7.* & ſolus uſus quotidianus diverſum ſentientes confutaret, monente Heigio *P. 1. quæſt. 15. n. 45.* Add. Werlhof. in Diſp. *de alienat. & conceſſione jurium, quæ vocant regalia.* Hinc præſenti rerum Germanicarum ſtatu, ubi juxta decantatam inter Juris publ. Doctores regulam; *Quilibet Princeps tantum in ſuo territorio poteſt, quantum Imperator in Imperio,* de qua integra diſſertatio extat inter Ahasveri Fritſchii *exercitatt. Jur. publ. P. 2. diſp. 9.* addi meretur Hertius *de ſuperiorit. territor. §. 10.* præter IMPERATOREM, cui ſine dubio regalia competunt Stryk. *de S. A. I. D. 5. th. 1. §. 7.* Sixtinus *de regalibus L. 1. c. 1. §. 12. ſeqq.* & *c. 4. §. 1. ſeqq.* (ubi contra Bodinum, falſa multa in Majeſtatis Imperatoriæ, regaliumque inde dependentium extenuationem proferentem diſputat) vi ſuperioritatis territorialis, PRINCIPIBUS AC STATIBUS IMPERII illa, quoad ipſorum territorium merito vindicamus (ſalvâ tamen ſemper Imperatoria ſuperioritate Ziegl. *c. l. Lib. 1. c. 28. §. 8.* ubi egregiè hanc in rem diſſerit, ſalvis etiam exceptionibus, quoad e. g. *jus vectigalium*, ex Conſtitutionibus Imperii depromendis, v. Itter. *de feud. Imper. c. 8. §. 13. p. 385.*) Conceſſo enim territorio, conceſſa etiam ſunt regalia & omnimoda jurisdictio: Schrader. *de feud. P. 10. Sect. 3. n. 1.* Arn. Engelbrecht *de Jurisdict. concluſ. 126.* Hertius *de ſuperioritate territoriali §. 8.* Stryk *allegato loco §. 8. & ſeqq.* ubi in ſpecie etiam CIVITATIBUS IMPERII LIBERIS Immediatis ob paritatem rationis eadem negari non poſſe probat. Conf. id. in *U. M. ad tit. de jure fiſci §. 1. & 2.* & *Inſtrum. pacis Oſnabrug. tit. 8. pr. & §. 4.* add. Sixtinus *de regal. l. 1. c. 3. §. 73. ſeqq.* Lauterb. *de jure fiſci c. 1. §. 4.* & præcipuè Magnificus Dn. D. *Schvveder*, Præceptor ac Fautor meus æternum devenerandus: *in D. de pari nexu civitatum Imperialium cum S. R. I. p. tot.* & præcipuè *cap. 2. §. 7. ſeqq. & in D. de voto deciſivo civitatum Imperialium in Comitiis §. 7. nota a.* multo minus de COMITIBUS & BARONIBUS IMPERII, ſeſſionem atque jus ſuffragii in Comitiis Imperii publicis habentibus ulla dubitatio ſupereſt. add. Reinkingk. *de regimin. ſecul. & eccleſ. l. 1. cl. 4. c. 15.* neque NOBILES imperii IMMEDIATOS poſt allegatum modo *Inſtr. pac. Oſnabrug. tit. 5.*

§. *28.* &, poſtquam ſuperioritas territorialis majori ratione illis tribuitur, quàm denegatur, regalium jure excludendos putaverim. Sixtin. *d.l.* §. *92. ſqq.* Stryk. *d. D. 5.* §. *14. ſeq.* ſiquidem jus confiſcandi ipſi diſſentientes illis non denegant, ſed ſaltim id contendunt, non ex ſuperioritate, ſed ex privilegio & ſpeciali conceſſione hoc & ſimilia jura derivanda eſſe, & diſputatio adeô non de jure, ſed ſaltim de modo eſt. Lauterb. *d. l.* §. *5.* Ex hiſce autem inſimul patet, neque Nobiles imperii Mediatos, neque Civitates Municipales illis gaudere, inde quod ſuperiorem recognoſcunt v. Stryk. & Lauterbach. *all. ll.* Scharf. *in D. de his quæ juribus ac privilegiis fiſci perperam accenſentur c. 1. §. 5.* niſi vel ſpeciali conceſſione vel immemoriali præſcriptione eadem ſibi quæſiverint, Zahn. *Ichnograph. municip. c. 50.* conf. tn. Dn. Schilter *Ex. 50.* §. *5.* vid. Stryk *d. D. c. 1.* §. *10. ſeqq. &* §. *16.* Utut enim merum imperium habeant civitates municipales, huc tamen regalia nullo modo ſecum comprehendit. Falluntur hinc, qui ad exemplum *civitatum municipalium Saxonicarum*, quibus per *jus provinc. Saxonicum lib. 1. art. 28.* jus bona vacantia occupandi conceditur, idem quoad noſtros mores generaliter, ſine ulla locorum diſtinctione, affirmant, ſicque non tantum hanc bona vacantia occupandi facultatem, ſed cætera quoque fiſci jura hodie non amplius tanquam ejus regalia, ſed tanquam mero Imperio cohærentia jura, conſiderant, quorum haud paucos â ſe allegatos refutat Stryk *d. D. 5. c. 1.* §. *10. & 11.* add. Köppen *deciſ. 28. n. 1.* Mevius in eleganti Commentario *ad Jus Lubec. P. 2.* §. *2. art. 14. n. 64.* Thomaſius *c. l.* §. *6. p. 21.* Hinc non ſaltim extra forum Saxonicum ad cujuscunque loci & fori conſtitutiones reſpiciendum eſſe optimè monet. Lauterb. *d. D. de jure fiſci c. 1.* § *ult. in f.* Conf. hic Peregr. *de jure fiſci l. 1. c. 2. n. 20. ſeqq.* & niſi intentio Civitatis fundata ſatis ſit, ſemper pro fiſco pronunciandum eſt juxta tradita Mevii *P. 4. dec. 66.* ſed in Saxonia etiam, ob generalem privilegiorum naturam, quòd ne quidem ob identitatem rationis extendi debeant, ſed ſtrictim intelligenda ſint, jus quidem confiſcandi & bona vacantia acquirendi civitatibus merum Imperium habentibus non denego, neque tamen eo me adduci poſſe fateor, ut mihi perſuadeam, easdem propterea omnia & plena jura fiſcalia ſeu regalia minora (De majoribus enim res per ſe & evidens eſt.) excluſo Principe, quem pro Superiore habent, ſibi poſſe aſſerere, & ſic maximum ferè fiſci Principalis proventum ad ſe trahere. vid. Klock. *de ærario l. 2. c. 136.* & autores quos hanc in rem cæterum laudat Lauterbach. in *Coll. ad tit. de jure fiſci.* §. *5.* quibus addatur Jo. Frid. Scharf. *in d. diſſ. de his, quæ juribus ac privilegiis fiſci perperam accenſentur c. 1.* §. *2. ſeqq.*

§. VI.

Dûm verò in præcedentibus paſſim innui, Regalia in MAIORA & MINORA diſpeſci,

diſpeſci, forte non modo non injucundum erit aut inutile, ſed neceſſarium planè, & toti tractationi fundamentum velut præbens, ſi de inſigni tam in explicando quam defendendo, quod inter illa intervenit, diſcrimine lineas aliquot ducam. Definio itaque *regalia Majora* cum *Zieglero* & Doctorum, quibus ſcilicet diviſio hæc regalium ad palatum eſt, communi ferè choro, quod ſint illa, *quæ directè gubernationem & ſtatum ipſum reipublicæ concernunt*, qualia ſunt *poteſtas legislatoria, poteſtas conſtituendi magiſtratus jus belli, jus extremæ provocationis* &c. & Bocero *de regal. c. 2. n. 3.* regalia Majeſtatis & *perſonalia*, aliis *perſonaliſſima*, quia ſcilicet perſonæ & oſſibus Principis adhærent, *mere regalia*, ipſi *Coronæ annexa, ſacra ſacrorum, reſervata Principis*, appellantur; vid. Ziegl. *de J. M. L. 1. c. 3. §. 28.* & D. D. Schwed. *in J. P. P. ſpec. ſ. 1. c. 4. §. 3. Minora* verò ſunt *commoda, & emolumenta, quæ ex bonis publicis, vel alias ratione imperii, ab eo, qui ſummum in rep. habet Imperium, percipiuntur, ſicque propius ſpectant jus fiſci & reditus Imperantium* Roſenthal *de feudis c. 5. concl. 3. n. 1.* hinc à *Bocero Fiſcalia ſ. jura fiſci* appellantur, eodemque adeò recidit diſtinctio in majora & minora cum nova illa ab eodem Bocero, Philippo Hofmanno *diſputatione feudali 5. n. 3.* aliisque ſubſtituta, in *perſonalia* & *fiſcalia* vid. Schwed. *in J. P. P. ſpec. ſect. 1. c. 4. §. 3. ſeqq. p. 263.* Sixtinus *de regalibus l. 1. c. 2. p. tot.* Becmannus in *Meditationibus Politicis, diſſ. 8. §. 6.* Schwendendorff. *in D. de acquiſitione regalium c. 3. §. 6. ſeqq.* Hæc de explicatione hujus diviſionis ſufficiant. Nunc de defendenda illa, communi certè, & dudum recepta, cogito, præcipuè ubi ad præſentem diſſertationem ſola regalia minora pertinere credam, & ſic utique cum illis in arenam deſcendendum mihi ſit, qui nullam hic diverſitatem agnoſcunt.

§. VII.

Neque verò tantum vetuſtati dandum puto, ut ſolo ejus præjudicio correptus, & rerum novarum odio agitatus, communem hanc diſtinctionem meam faciam. Veritate, non defendentium vel numero, vel dignitate, nitendum arbitror. Sunt certè, ſi hæc aliquid faciant, ex Neotericis non pauciores, quam ex priſcis Doctoribus, decantatæ hujus regalium diviſionis Patroni, hos verò omnes ea propter ſilentio involvo, quòd rerum ſolummodo momentis ſententias ponderandas exiſtimem. Argumenta verò, quibus adverſarii noſtri concertant, partim ex faſtidio rerum antiquarum, & nato inde recentium doctrinarum amore, partim etiam ex formato minus recte circa diſtinguendi modos judicio proficiſcuntur. Ad priora quod attinet, fulgur illud ex pelvi eſt. Oleat diſtinctio noſtra pulverem ſcholaſticum; Vetuſtati debeatur, novitatem non ſapiat: quid inde! oculatius qui intuetur, medios inter pulveres veritatem haud rarò deprehendet. Poſteriora vel inde deſumuntur,

tur,

tur, quod sæpissimè non constet, sub quonam censu hoc vel illud regale veniat. Sed per infinitas instantias vis argumenti prosternitur : imò potius juxta allatam à nobis utrorumque definitionem nunquam hærebit aqua ; vel inde, quòd inter Regalia minora quædam majora incommoda quàm emolumenta fisco afferant ; Quæ verò hæc connexio ! Quædam fisci regalia non sine incommodis sunt, Ergo nulla amplius dantur regalia minora majoribus contradistinguenda ; Potest id insuper ex depravatis subditorum moribus, Principem nimium sollicitantibus, potest ex Ministrorum, Domini sui regalium vigilium haud satis custodum negligentia fieri, quod pro commodis incommoda, pro fructibus spinæ nascantur. Addi solet tertio, singula regalia fiscum adaugere, sed ipsa, quam nec dissimulare audent, distinctio, majora id indirectè saltem & secundario efficere, totam rem perficit. Datur enim discrimen inter majus & minus; eoque ipso, dum regalia majora directo gubernationem & statum reipublicæ, remotè pecuniarium fisci Interesse respiciunt, minora vicissim regimen ipsum nonnisi indirectè, fisci verò commoda propius attingunt, insignem inter illa differentiam esse, quis oculatus non videat ? Quòd verò olim, uti porro objiciunt, inter regalia majora quid relatum fuerit, quod hodie indistinctè commercio privatorum pateat, id quidem primò quoad maximam regalium partem nondum satis constat, plerisque enim antiqua facies mansit ; dein verò hanc mutationem non vitio distinctionis, sed mutatæ rerum publicarum & Germanicæ imprimis formæ ac faciei adscribendam esse in aprico est. Neque id regalium majorum excellentiam præ minoribus minuit, quòd inter illa quædam referri soleant minuta admodum, nec quæ ad nervum rerum gerendarum tam multum, quàm minora regalia subministrent. Sunt & inter illa, quæ maxima appellare potes, nec ludibrio vocabulorum sed ipsorum discriminum inter res diversi generis intercedentium momentis distinctiones metiri debemus. Sic neque illud quidquam ad rem facit, quod in nonnullis provinciis majoribus annumerentur, quæ alibi in minorum referuntur classem vel Regalibus plane non adscribuntur. Temporaria ut plurimum erunt, & à Principum spontanea concessione dependentia, quorum mutata voluntate pro lubitu suo non amplius exercebunt illa subditi, quibus ex singulari ipsis beneficio, quod meritis forsan obtinuerant, per aliquod tempus gavisi sunt. Nec præterea exemplum dari posse puto, ubi Principes regalium majorum communionem iniêre cum subditis, id verò forsan sæpe accidit, quod ministerio eorum quædam committantur, ministerium verò mirè quantum ab ipsis regalibus discrepat. Denique nec illa ratione destruetur distinctio ista, quod quidam soli Imperatori regalia attribuant majora, tanquam verè Majestatica, Statibus vero tantum minora, sicque eos eo ipso a Juribus Maje-

Majeſtaticis penitus excludant. Quid enim diſcordia docentium, quid errores, quid nugæ quorundam ad deciſionem controverſiæ faciunt? Veritas, non error, lites dirimit. Etiam minora regalia originem ſuam habent a poteſtate ſoli Majeſtati competente. Sufficiat, quod *regale majus vel minus ita dicatur à fine, quatenus vel majeſtas ipſa, vel præcipuè fiſcus inde ſibi conſulit, id quod conſiderato cujusque effectu ultimo conſtare poteſt unicuique etiam minus exercitato*, docente Zieglero *laud. loco* §. *30. in fine.* qui magis & explicatius adhuc præced. §. 29. id monet his verbis: *Non quod ex regalibus majoribus nunquam quidquam ad fiſcum pervenire poſſit, nec quod ex minoribus autoritas & dignitas Imperantis planè non juvetur, aut illuſtretur, ſed quod in illis principaliter ipſum τὸ κύριον reſpectu ſui, & quatenus tale, occupatum ſit, in his vero quatenus externis quibusdam adminiculis & ſubſidiis moraliter opus habet.* Conf. etiam Hertius *de ſuperioritate territor.* §. *9.* ubi regalium hanc partitionem vindicat. Hæc pro inſtituto noſtro circa regalium diviſionem in majora & minora dixiſſe ſufficiat, adeat, qui de ſingulis, tam majoribus, quam minoribus plura ſcire diſcupiat, feudalis juris interpretes, & inter illos Celeb. B. Struvium *in Syntagm. jur. feud. c. 6.* §. *13. ſeqq.* cui jungendi Juris publici Doctores, qui maximè circa regalia Imperii noſtri & varias eorundem intuitu ejus diviſiones occupantur, & ii quidem præ cæteris commendandi, qui data opera de Regalibus commentati ſunt, præter laudatum ſæpius *Zieglerum* & *Hertium*, *Sixtinus*, *Stamlerus*, *Bocerus*, *Prukmannus*, *Conradus ab Einſiedel*, ac *Conradus* & *Benedictus Carpzovii*, qui duo ultimi *Halæ Saxonum 1678.* junctim prodiére, ſupra alleg. Schwendendorfferus, & quos alios recenſet Celeb. Struvius *Bibliotheca juris ſelecta c. 6. p. 22.* Jungatur his denique Dn. D. Scheffer. *in Diſput. inaugurali de regalib.* ſuperiori demum anno hic habita. Meum nunc eſt, ut tandem relictis exordiis ad rem ipſam perveniam.

§. VIII.

Atque id quidem jam præſuppono, juxta factam modo & vindicatam regalium in majora & minora diſtinctionem, poſteriora ſaltim ad forum noſtrum ſpectare. Ipſa enim illa regalia minora, ut vice plus ſimplici innui, jura fiſci ſecum habent, & qui regalibus fruitur, jus confiſcandi ſibi etiam vindicat, & commoda, quæ ex fiſco ſuo percipit Princeps, regalium maxime minorum nomine venire conſueverunt. Hinc eſt, quod jus fiſci illo etiam ſenſu hic accipiam, quo ſumitur pro *jure, quo quis habet fiſcum, & pecuniam ad publicos uſus deſtinatam acquirit, conſervat & expendit.* vid. Lauterb. *in D. de jure fiſci c. 1.* §. *2.* juxta factam ſupra §. 3. diſtinctionem jura, ſeu modos potius, quibus fiſcus acquirit, & commodorum, quæ inde capere debebat, neglectionem, tanquam unicum tractationis hujus objectum explicaturus.

§. IX.

Antequam verò ulterius progrediar, juvat illam ante omnia quæstionem discutere, quam illi sine dubio objicient, qui tantum abesse putant, ut de neglectis ærariorum suorum commodis ac proventibus habeant, cur conquerantur nonnulli ex potentioribus, ut potius regalibus, quæ Majores ad illos transmisere, haud contenti, nimium quantum vel vetera augendo regalia, vel nova planè effingendo fisco suo cum summa aliquando miserorum subditorum injuria consulant. Et fateor, si ad jus venandi respiciam, quod hinc inde non modo contra avitos mores privatis in genere ademtum, sed tot etiam pœnis, ad ultimum sæpe supplicium extensis, corroboratum quasi est, si ad alia quædam, quæ hodie tantum titulo regalium sibi solis adscribunt præpotentes, oculos intendam, non ausim his contradicere, in quantum illa regalia adaucta & extensa hodie esse dicunt. Sed salva tamen res est. Primo enim nostrum nunc non est, prolixè inquirere, an vel in constituendis novis vel determinandis tam iisdem, quam antiquo jure quæsitis, regalibus adeo adstricta sit potestas Principis, ut non augere eadem vel ampliare queat? Quæstio hæc est Politicorum, quæ si ex sola Principum potestate rem dijudicare velis, affirmanda absolutè, si æquitatem, affirmanda etiam, sed cum temperamento decidenda. conf. Ziegl. *de J. M. l. 2. c. 14. §. 27. & 28.* & *c. 19. §. 13.* alibique passim, cui jungenda, quæ *Thomasius c. D.* (passim, & in specie *p. 31. seqq. nota dd.*) disserit. Et in specie, quoad *Jus Venandi* ejusque transgressionem, tanquam cum contemtu Principis ut plurimum conjunctam, pœna mortis puniendam, contra dissentientes disputat, ut unicum è tot Scriptoribus adducam, B. Harpprechtus, Antecessor hujus Academiæ etiam post fata Celeberrimus, *in Vol. novo s. Tomo II. Consil. 28. & 77.* Alios multos notat Hildebrand *in Dissert. de conservatione ferarum nociva.* Deinde nunquam in mentem mihi ea venit pervicacia, ut moribus hodiernis omnia fisci commoda neglecta jacere ac imminuta statuere vellem, id saltem meum est, ut illa recenseam jura fisci, circa quorum acquisitionem vel adauctionem non modo non soliciti fuere Principes, sed contra imminui ac negligi ea passi sunt, quod ex collatione Juris Romani & morum nostrorum patescet, ubi, quando certis in casibus multum illud fisco tribuit, hi ejus interesse adeò non observarunt, ut ante jam Ærariis jure quæsita vel ademerint planè vel admodum restrinxerint. Neque tamen etiam defutura exempla, ubi mores nostri juris Romani circa negligenda istiusmodi commoda leges incongruè imitati sunt. Cæterorum regalium, ubi id ostendi non potest, tractationem, cum rubrum quoque non contineat, relinquam hæc aliis, ego de neglectis fisci commodis in medium adducendis unicè laborabo.

§. X.

§. X.

Hanc quidem neglectionem fisci commodorum non uni semper causæ tribuendam puto. Id tamen præmonuisse sufficiat, Principes ipsos indulgentissimos sæpe fuisse in salute privatorum propriis commodis anteponenda, quam in rem ipse Imperator JUSTINIANUS *in l. un. §. 4. C. de caducis tollendis*, eleganter ita disserit. *Tantum enim nobis superest clementiæ, quod scientes etiam fiscum nostrum ultimum ad caducorum vindicationem vocari, tamen nec illi pepercimus, nec Augustum privilegium exercemus, sed quod communiter omnibus prodest, hoc rei privatæ nostræ utilitati præferendum esse censemus, nostrum esse proprium subjectorum commodum imperialiter æstimantes.* Qua de causa hoc inter TRAJANI etiam laudes relatum legitur à Plinio *in Panegyrico c. 36.* ubi *Sæpius* inquit: *vincitur fiscus, cujus mala causa nunquam est, nisi sub bono Principe.* Et THEODORICUS Rex: *Fit interdum mala causa fisci, ut bonus Princeps esse videatur Majori compendio perdimus, quam si nobis indebitè victoria suffragetur.* Cassiodorus *l. 1. epist. 22.* Soli igitur clementiæ æquitatique Principum utplurimum tribuendum, quando fisci sui commodis non adeò student. vid. Thomasius *loc. alleg. not. 1. p. 1.* & qui exemplis hoc comprobat Faust ab Aschaffenburg *in Cons. pro ærario class. V. cons. 9. p. 188.* jung. *cons. 10.* Ex eadem verò ratione neque illis jus denegandum, neglecta hæc restaurare, & in suum suorumque simul, quod inde dependet, subditorum emolumentum, quantum id cum injuria nimia non conjunctum, adaugere, optime sc. cum Illustri Thomasio *c. l. c. 1. §. 2.* duo *extrema* cavenda mihi ratus, ne vel *studio adulandi Principibus* persuadeam, omnia licere fisco, quæ Principi lubuerint, vel *studio indulgendi populo simpliciter* doceam, *causam fisci odiosam* vel indistinctè *contra fiscum pronunciandum esse*, conf. Scharff. *all. Disp. c. 1. §. 8. seqq.* quanquam, quod litem attinet quam Thomasius Bergero ob editam *Diss. de jure fisci in quæstionibus dubiis* movet, meam non facio, sed utriusque sententiæ momenta illis ponderanda relinquo, quibus causæ inter fiscum & privatos intercedentes decidendæ obveniunt.

§. XI.

Et sic per longas tandem ambages ad OBJECTUM dissertationis præsentis, ipsa sc. NEGLECTORUM FISCI COMMODORUM, quæ MORES maxime HODIERNI nobis præbent, exempla propero, & quidem prout MODI ACQUIRENDI diversi sunt, ita fisci quoque commoda dispesco in illa, quæ GENERALITER, & quæ SINGULARITER illi proveniunt. Adsit labori huic, quo studiis simul Academicis colophonem impono, SUMMUM NUMEN divinâ, quam hactenus clementer largitus est, gratiâ, viresque ingenii sublevet atque sustentet. Tu verò B. L. iis, quæ pro modulo ingenii in difficili sane & arduo argumento allata a me

 sunt,

ſunt, fave, iisque, quæ non ad amuſſim forſan examinata tibi videbuntur, eatenus ignoſce, ne ſeverius, quam par eſt, de Specimine Academico, pro viribus ſaltim explorandis exarato, judices.

CAPUT II.

DE NEGLECTIS FISCI COMMODIS QUOAD MODOS ACQUIRENDI GENERALES.

SUMMARIA.

§. I. *Modi acquirendi generales definiuntur, & ſpecialibus contra diſtinguuntur.*

§. II. De modo acquirendi generali primo COLLECTIS, & IMMUNITATE *ab iisdem, quæ*

§. III. *Non quidem omnis & quæcunque ſed*

§. IV. CLERICORUM *ſaltim immoderata inter neglecta fiſci commoda refertur.*

§. V. *Clericus definitur, Immunitas hic intelligitur realis, ejus definitio ex Jure Canonico, quid Jus Civile hic ſtatuat? Conſtitutio Friderici. l. 2. C. de Epiſc. & Cleric. illuſtratur.*

§. VI. *Qu. An hæc immunitas etiam ad bona Clericorum patrimonialia extendenda ſit? evolvitur, & pro negativa tandem deciditur.*

§. VII. *Nihilominus tamen oſtenditur, inſigne detrimentum manere ærariis, quod bona immobilia poſſideant Eccleſiæ & Clerici. Diſtinctio inter collectas ordinarias & extraordinarias, de conductore bonorum Eccleſiaſticorum, eorumque immunitate, quæ limitatur in emphyteuticariis.*

§. VIII. *Nec huic obſtare ſeculariſationem hodie permiſſam,*

§. IX. *Sed ſtatutis adhuc opus eſſe, uti in quibusdam jam locis vigent, quorum valor contra oppugnantes defenditur. An in primitiva Eccleſia bona immobilia poſſederint Eccleſiæ? An Sacra Scriptura, præcipue Matth. XVII, 26. Clericos immunes eſſe velit? Sarpii & Klockii judicia de hac immunitate inſeruntur,*

§. X. De modo acquirendi generali ſecundo JURE VECTIGALIUM, *quæ tam quà conſtituenda, quam quà conſtituta ad regalia minora pertinent. Definitio vectigalis.*

§. XI. *Quomodo hic fiſci commoda negligantur? De immunitate remiſſivè. De pœna commiſſi primariò, & quidem.*

§. XII. *Primo qu. quænam res de Jure Civili in commiſſum cadant. 2.) an ipſo jure? 3.) an ſententiâ declaratoriâ opus ſit.*

§. XIII. *4.) quænam actiones fiſco competant? 5.) requiſita neceſſaria ſc. dolus, omiſſa profeſſio mercium, an hæc etiam à perſonis immunibus facienda? an prævia admonitio publicani*

cani necessaria? an solutionis oblatio requiratur? an aliam viam eligere possit vector?

§. *XIV. An pœna commissi apud Germanos recepta? an in Saxonia obtineat? num Lubecæ? num Hamburgi?*

§. *XV. An observetur rigorose? quod neg. 1) in casu, ubi auriga vectigali non solvit, quo nempe Domini merces non confiscantur.*

§. *XVI. An Jus Civile cum observantia morum nostrorum conspiret? quomodo hic dissentiant auctores? utriusque sententiæ argumenta.*

§. *XVII. Præjudicia contra fiscum ex praxi deprompta.*

§. *XVIII. XIX. 2.) in casu bino, ubi neque merces licitæ cum illicitis, neque immunes cum munibus mixtæ confiscantur.*

§. *XX.* De modo acquirendi generali tertio ex JURE CIRCA FLUMINA PUBLICA, *cujus neglectus ostenditur 1.) ex Jure* ALLUVIONIS

§. *XXI. 2.) ex* ALVEO *in universum* DERELICTO.

§. *XXII. An etiam ex* INSULA *in flumine nata?*

§. *XXIII. 3.) ex* LAPILLIS *& similibus in littore inventis.*

§. *XXIV. quid circa* METALLIFODINAS *singulare?*

§. *XXV. de modo acquirendi generali 4.) ex* THESAURIS, *quibus casibus illos fisco relinquat Jus Civile? quid per artes magicas intelligatur? an etiam virgula mercurialis eò referenda? Capitulum 2. F. 56. explicatur & illustratur.*

§. *XXVI. quid moribus obtineat? Grotio thesauros quoscunque fisco addicenti respondetur, præjudicio Camerali, statutis Germanicis, moribus Gallorum, Lusitanorum, Belgarumque ipsorum refutatur, Angliæ, Scotiæ & Daniæ jura adduntur.*

§. *XXVII. Thesaurus in loco religioso inventus hodie non fisco sed Ecclesiæ cedit.*

§. *XXVIII. Conclusio capitis fit qu. an proprietas riparum privatis relicta inter neglecta fisci commoda referenda sit?*

§. I.

FActâ igitur sub finem præcedentis capitis neglectorum fisci commodorum in duas Classes distinctione, quæ singula explicare nunc ingredior, initium non malè fiet, si emolumenta, quæ GENERALI JURE fiscus sibi *acquirit*, primum recenseam, quibus inde solis enumerandis præsens caput destinaturus sum. Ut verò ante omnia de illo constet, quid scilicet per generales illos modos & causas intelligam, describo istos cum B. Lauterb. utpote cui totam hanc divisionem debeo, ita, ut sint *tales, qui respiciunt totum territorium, & omnes in eo viventes*, non quòd reliquas acquirendi causas non vi territorii Principibus

competere statuam; Sic enim mihi ipsi adversaret, qui singula fisci regalia ex superioritate ista territoriali originem posse ducere, supra memoravi, sed quòd in eo invicem differant, quod SINGULARES illi ACQUIRENDI MODI quos sequenti ultimo capite tractabo, *certas* tantum *personas* in Imperio primariò attingant, sicque non quidem extraordinario modo, remotiori tamen respectu ad ipsum territorium referendi sint, quòd ubi singula quædam exponendo in rem præsentem ivero, dilucidius ac evidentius patescet.

§. II.

Inter hosce verò acquirendi modos generales præstantius certè & quod emolumentis fisci omnium maximè consulere deberet non habemus, quam regale COLLECTANDI seu COLLECTAS IMPONENDI POTESTATEM, (conf. Faust. ab Aschaffenburg *in consiliis pro ærario classe IV. consf. 260. p. 153. a in medio*) cui adeo primum merito locum consecro. Sunt quidem collectæ variæ & prout vel *personis vel rebus* imponuntur, diversas etiam appellationes assumunt, ita ut mox *tributorum*, mox *indictionum*, mox etiam generali *collectarum* nomine veniant, conf. ab Aschaffenburg *in d. Consiliis pro ærario classe IV. cons. 235. sqq. p. 140. seqq.* jung. *cons. 258. 259. 260. p. 152.* sed hæc in præsentiarum non magis curo, quam quæ alias vel circa *personas imponentes*, vel *modos imponendi* præcipuos & maximè usitatos a Doctoribus tam privati quam publici juris præmitti consueverunt. Hæc enim præsuppono, & ut, qui his instructi nondum sunt, quæ circa titulos *de muneribus & honoribus*, itemque *de vacatione & excusatione munerum*, commentatores juris civilis monent, Politices verò & publici juris, imprimis argumenti de *regalibus* scriptores magno studio, nec minori eruditione quam facundia congesserunt, legant relegantque suadeo. Id saltim hic indigito, fisci commoda ac emolumenta, quorum sc. causa collectæ indici solent, per nimiam ab illis *immunitatem*, personis quibusdam per modum privilegiorum concedi solitam, imminuta valdè esse adeoque neglecta, ut vix collectarum titulum præ se ferant

§. III.

Non quidem ea mihi mens est, ut omnem a tributis immunitatem damnare vellem. Potius, qui collectas imponit, pro approbatis circumstantiis & causis indulgentiæ, quas æquitas & clementia sæpè subministrat, ab iisdem quoque *immunem* declarare potest, quemcunque velit. per *l. 11. de Vacat. & excusat. muner.* ibi: *nam ne hujus quisque excusationem præter eos, quibus principali beneficio concessum est, habet l. 1. l. f. ff. de censibus l. un. C. de his qui a Princ. vac. mun. accep.* & Princeps non solum ejusmodi immunitates in proprium præjudicium optimo concedit jure, sed etiam hæredes illis obligat, si privilegium sit reale, Klock. *de contributionibus lib. 2. c. 16. n. 13.* Hinc PAU-

PERTAS

PERTAS interdum justa ad excusationem impetrandam causa est, & pro iis jamdiu respondit *Ulpianus in l. 4. §. 2. ff. de mun. & honor.* vid. Ziegler *de Jur. Maj. Lib. 2. c. 2. §. 3. seqq.* TEMPORARIA verò saltim, & quamdiu rerum inopia tale patrocinium præbet, uti disertis verbis legitur in dicta *l. 4. §. 1. eod. deficientium facultatibus ad munera vel honores qui indicuntur, excusatio non perpetua, sed temporalis est. Nam si ex voto honestis rationibus patrimonium incrementum acceperit, suo tempore an idoneus sit aliquis ad ea, quæ creatus fuerit, æstimabitur.* Quamquam enim de muneribus *personalibus* hæc lex loqui videatur, cum par tamen utrobique quoad hoc punctum (de cæteris enim non est disputatio) ratio militet, de *realibus* etiam s. *patrimonialibus*, quorum in classem Collectæ veniunt omnes, idem pronuntiandum arbitror. Hinc, quod extra casum negotiationis, *Legati Principum*, *Nobiles* vid. Faust. ab Aschaffenburg *Cl. IV. cons. 303. Doctores*, *Advocati*, *Studiosi*, &, quorum pariter eadem hic ratio esse solet, similes personæ à Vectigalibus & Collectis ut plurimum, maxime quam diu apud exteros versantur hi ultimi, & inter patrios Lares pro absentibus computantur, justam mereantur excusationem, id tantum abest, ut iniquitatis arguam, vel adeo magnum inde detrimentum fisco conciliari existimem, ut potius ob justitiam & provenientes ex similibus concessionibus aliorsum utilitates majores longe ac excellentiores, illas non modo laudandas, sed etiam commendandas, & contra audaciam exactorum defendendas reputem, uti in specie consuetudinem, qua Studiosorum privilegium hac in parte quibusdam in locis non attenditur, tanquam perversam & irrationabilem merito rejicit Rumelinus *ad A. Bull. Diss. 8. thes. 21. inf.*

§. IV.

Ast meum saltem est ostendere, quam inique immoderatam a quibuscunque oneribus & collectis exemtionem sibi asserant CLERICI, & quomodo cum summa fisci injuria inter Pontificios maximè Principes, Juris Canonici & Clericorum doctrinas secutos, (inter Protestantes enim, quæ Dei gratia est, immoderatam talem immunitatem ignorare cepimus) ingens atque insignis proventus ex prædiis ecclesiasticis, ubi illa seculari jurisdictioni subessent, in ærarium publicum perventurus, subtrahatur illi, non olim modo, sed, quod dolendum, hodie etiamnum, non quæsito alio huic immunitati colore, quam præstantia dignitatis ecclesiasticæ, Faust ab Aschaffenburg *d. l. cl. 5. cons. 2. p. 177. inf.* quæ nullam velut potestatem secularem agnoscit, & bona, dolosis sæpe machinationibus rapta, ubi semel gremio ecclesiæ, vel personæ Ecclesiasticæ, addictæ fuerint, omni ad exsolvendas collectas obligatione exuit.

§. V.

CLERICUM autem hic sumo in sensu stricto & canonum proprio, quo *Clerici*

rici appellantur *personæ Ecclesiasticæ*, *quæ sacris obeundis ministeriis*, *cultuique divino peragendo certâ quadam inauguratione*, *ritè consecratæ & mancipatæ eoque ipso contradistinctæ* Laicis, qui functionibus Ecclesiasticis nec destinati, nec addicti, nec religionis Voto adstricti temporalibus vacare libere possunt. *c. Clericus 5. c. duo sunt genera. 7. caus. 12. qu. 1.* Magnificus Dn. Præses, Præceptor & Patronus ætatem colendissimus, *in Diss. de negotiatione Clericorum prohibita c. 3. p. 12.* Quo ipso tamen etiam complector EPISCOPOS, PRÆLATOS, CANONICOS & OMNES ECCLESIASTICOS; Juxta *Canonistarum* enim distinctionem in MATERIA FAVORABILI, qualis indubiè jactata hæc immunitas est, sub Clericorum designatione omnes Ecclesiastici, cujuscunque illi ordinis s. dignitatis sunt, comprehenduntur, ubi obtinet, quod vulgo dicitur, *Episcopus est, Ergo Clericus.* Panormit. *in rubr. de vita & honestate Clericorum n. 4.* in MATERIA vero ODIOSA tantum inferiores Clerici intelligendi. *arg. c. odia 15. de R. J. in 6.* vid. omnino Dn. Præses *c. l. p. 13.* Hæc de Clerico. Nunc qualem IMMUNITATEM hic intelligam, videndum. Scilicet non de PERSONALI, sed de REALI seu PATRIMONIALI sermo mihi erit. Hanc ita definire solent, quod sit *immunitas*, *per quam res ecclesiasticæ à censu vel collectis potestatum secularium liberæ redduntur. c. 1. §. Volentes de immunitate Eccles. &c.* in *sexto* ibi: *Decernimus*, *non licere præfatis communiis*, *Scabinis & iis*, *qui in eis jurisdictionem temporalem obtinent*, *vel justitiam temporalem exercent*, *tallias vel collectas*, *seu exactiones quascunque ecclesiis vel NB. personis Ecclesiasticis imponere*, *vel exigere ab eisdem pro domibus*, *prædiis vel quibuscunque possessionibus ab eisdem Ecclesiis vel personis Ecclesiasticis legitimè hactenus acquisitis vel in posterum acquirendis*, *etiamsi ipsæ Ecclesiæ vel personæ vel res sint intra illorum districtum vel territorium constitutæ.* Add. *Clementina Præsenti 3. de censibus. c. 7. x. d. Immunit. Eccl.* & *c. 3. eod. in 6.* ubi Papa BONIFACIUS VIII. excommunicationis fulmen decernit non tantum in Laicos, qui imponunt, vel sponte data recipiunt, sed ipsos etiam Clericos dantes & obsequium præbentes. vid. Ziegl. *de jure Maj. l. 2. c. 2. §. 17.* ubi Juris Canonici in hac materia progressum eleganter indicat monetque §. 18. *Jus Civile hac in parte adstrictius*, *Canonicum laxius procedere.* Illud enim si respiciamus, certè ante tempora FRIDERICI II. IMPERATORIS talis, qualis hodie jactatur, immunitas incognita planè fuit. Constat id ex Textu *l. 3. C. de Episc. & Cleric.* ubi CONSTANTINUS *Clericos pro his prædiis*, *quæ ab ipsis possidentur*, *ad pensitanda fiscalia perurgeri*, *eademque ab illis recognosci jubet.* Et FRIDERICUS demum II. per novam constitutionem, cujus verba post *l. 2. C. eodem* leguntur, sub pœna tripli & Imperialis banni prohibuit, *ne quisquam collectas vel exactiones*, *angarias vel parangarias Ecclesiis vel aliis piis locis aut Ecclesiasticis personis imponat*, *aut invadere*

dere Ecclesiastica bona præsumat. Quam quidem Constitutionem HONORIUM III. PONTIF. à FRIDERICO expressisse, quo die eum diademate Imperatorio insignivit, ex Duareno refert Zieglerus *c. l.* §. *16.* eandem tamen ob bella mox inter utrumque exorta nunquam receptam fuisse putat Molinæus *ad l. 5. C. de SS. Eccles.* vid. Ziegl. *d. l.* conf. Rurg. Rulandus *de Commissariis p. 4. lib. 2. c. 6.* Bocerus *de Collectis c. 11. n. 16.* Reinking. *de regim. sec.* & *eccles. l. 2. cl. 3. c. 3.* aliique, quos citat B. Harpprecht *in Consilio Tubing. 23. n. 209.*

§. VI.

Sed ardua jam & difficilis multum quæstio subnascitur, *an hæc immunitas saltim ad* BONA ECCLESIASTICA *restringenda; an vero etiam ad bona* CLERICORUM PATRIMONIALIA, cum summa quidem Principum ipsorumque fisci diminutione, extendenda sit. Agitata hæc magna contentione est à Jurisconf. celebribus, & tam pro affirmativa quam negativa strenuè concertatum est. Ita post Pontificios ferè omnes Clericis immunitatem indistincte cum aliis (quos largo numero recenset Harppr. *Cons. Tubing. 48. n. 27.*) concedit Klockius *de contributionib. c. 12.* §. *62.* & multis seqq. & dissentientium argumenta magno studio refutare contendit, hæcque adeò ampliat, ut bona, quæ antea erant allibrata den Steur- und Anschlags oder Einlag-Registern einverleibt, ubi justo titulo postea in ecclesiam, vel Clericum (par enim hic semper procedit ratio) translata fuerint, eo ipso eximantur ipso jure ac perinde sit, ac si non registrata essent. Uti etiam in pluribus tribunalibus ita fuisse pronunciatum recensetur à Tessauro *Decis. Pedemont. 234.* vid. Harppr. *d. cons. n. 30.* qui tamen quoad hæc bona semel illibrata contrariam sententiam insigni auctorum numero firmat. *n. 33.* Denegant contra hanc immunitatem Clericis plurimi Neotericorum, quos inter præcipui sunt B. Carpzov. *in Jurisprud. Consist. lib. 2. def. 311.* Ziegl. *allegato l.* §. *18. seqq.* B. Harpprecht *laud. consil. 23. n. 242. seqq. j. cons. 48. d. l. seqq.* Magnif. D. D. *Schvveder in J. P. parte spec. sect. 2. c. 12. n. 11.* Müller ad Struv. *tit. de vacat. & excusationib. muner. th. 73.* Stryk. *ad Brunnem. Jus eccles. l. 2. c. 3. p. 33.* ipseque Klockius *c. 14. s. 1. n. 23. seqq.* sententiam suam antea propositam eo casu limitat, ubi prædia in libro æstimi s. communis registri quibuscunque oneribus & collectis obligata sint, quod tamen quomodo cum priori generali assertione conciliari possit non video, nisi priori loco illum de bonis ecclesiasticis, hoc verò de propriis & patrimonialibus, propria scil. Clericorum pecunia emtis, vel alio modo comparatis, loqui intelligam Nostra non attinet, prolixè quæstionis hujus momenta discutere. Interim brevibus sententiam meam declarabo, & quidem non diffiteor, si Jus Canonicum & generalitatem textuum respiciam, speciosam nec admodum improbabilem videri sententiam eorum, qui etiam bonis Clericorum patrimonia-

Nn libus

libus immunitatem iſtam tribuunt, ſiquidem nullius ibi unquam diſtinctionis veſtigia reperias; Generalis verò diſpoſitio generaliter eſt intelligenda *l. 1. §. 3. ff. de aleat. l. 1. §. cum urbem ff. de officio præfecti urbis.* Hinc etiam in terris Principum Pontif. relig. addictorum, ubi non contrariis ſtatutis vel alio modo proſpectum eſt, ſed jus Canonicum in viridi obſervantia viget, Clericos hanc immunitatem cum ſummo fiſci Principalis detrimento ſibi vindicare non dubito. Neque tamen inde adduci poſſum, ut huic accedam ſententiæ, contrariam potius meam facio, ſiquidem non modo argumenta ab hujus aſſertoribus allata non levia certè ſint ſed ponderis maximi, præcipue ubi jus Civile hac in parte ſequi velim, quod præter illam conſtitutionem Fridericianam cum jure Canonico nunquam videbis conſpirare; prætereaque etiam juris Canonici Textus, licet generaliter concepti, de illis ſaltim poſſeſſionibus reſtrictivè videantur intelligi debere, quæ Clerici quà Clerici poſſident, Patrimonialia verò & privata bona ad illos non pertinent quà Clericos, ſed quà velut Laicos, & ſic res tranſit cum ſuo onere. *l. cum poſſeſſor §. 1. fin. ff. de cenſibus L. alienatio 67. ff. de contrah. emt. l. 20. §. 1. ff. de A. R. D. l. 23. §. pen. de S. P. R.* & onus tributi fundum ſequitur. *l. 2. l. 3. C. de annon & tribut. l. 7. de publicanis.* Nec conditio novi poſſeſſoris aliquid mutare debet ex tributorum pro rebus ſolvendorum conditione Mevius *P. 4. dec. 106. n. 4.* Hoc concernit intereſſe fiſci, in cujus diminutionem nihil admittendum. Idem *d. l. n. 10.* conf. Andr. Knichen. *de Veſtit. pact. p. 2. c. 3. n. 38.* Nicolaus Everhard *Conſ. 30. n. 25.* adeoque bona tantum eccleſiaſtica, ut quæ ſola divinis uſibus deſtinata, & ad uſus humanos haud transmiſſibilia per *c. 51. de R. J. in 6to.* Richter *ad Auth. Item Nulla C. de Epiſc. & Cleric.* quocunque demum illa titulo talia facta, canones comprehendere putaverim, æquior præterea hæc eſt opinio, nec ullum supereſt dubium, quin immunitas Clericorum a Principe reſtringi atque determinari poſſit, hodie potiſſimum, ubi jugum papale non adeo agnoſcimus, ac olim, ſed illo excuſſo ſalutem magis reipublicæ, quam Clericorum opulentias ſectamur. Egregiè hanc in rem diſſerit Ziegl. *d. c. 2. §. 22.*

§. VII.

Interim quicquid hujus ſit, ſi vel etiam patrimonialia Clericorum bona, maximè apud nos, ex claſſe rerum immunium relegem, & ſic inſignem fiſco proventum reddidiſſe videar, adhuc tamen inſigne damnum manet ærariis, poſtquam ſemel bona immobilia poſſidere cœpit & Eccleſia & Clericus, hæcque ad ſe rapiendo & juxta juris Canonici principia bonorum Eccleſiaſticorum titulo ſemel inſignita nunquam reddendo, ſed pro rebus velut extra commercium ſeculare poſitis habendo, commoda fiſcalia maximam partem imminuit. Quod quidem prolixa demonſtratione opus habere non arbitror, ſiquidem expe-

experientiam quotidianam, velut optimam rerum magiſtram, conſulturo ſatis conſtabit, quàm non modò de conquirendis tam ſibi quam Eccleſiæ immobilibus bonis anxii atque ſolliciti ſint Clerici, ſed illa etiam, maximè ubi in dotem Eccleſiæ data fuerint, quod certe nunquam non ſimulabunt, ab omni onere immunia eſſe volunt, ſicque, dum opulentis ſæpè prædiis poteſtatem ſecularem exuunt, ærarium ſimul inſigni proventu deſtituunt vid. Ziegl. *d. l.* §. *26. ſeqq.* ubi ſub variis diſtinctionibus, an & quatenus hodie immunia ſint bona Eccleſiaſtica, & numne facto, an verò jure id fiat eleganter examinat. add. id. §. *32. pr.* Et cum JCtis Marpurgenſibus im Rechtl. Bedencken der Anlag-Contribution ap. Röveſtrunck. *qu. 1. m. 2. n. 40. ſeqq.* diſtinguere Mavult Eberh. Fabricius in repetit. Gail. *l. 2. O. 52. ſeq.* inter collectas *ordinarias & extraordinarias*, neceſſitatis cauſa indictas, & quoad *illas* eos immunes vult, Gailium *d. l.* ita interpretatus; quoad has v. eos omnino teneri adſtruens, eam in rem quoque ex Pontificiis allegans Molin. & Leſſium *dd. ll.* prout etiam alios, pro ſententia ſimpliciter exemptionem hac in parte negante *ibid.* adcitat. Add. Fauſt. ab Aſchaffenburg. *in conſil. pro ærario Claſſe VII. conſ. XV. p. 289. & cl. 20. conſ. 111. p. 997. ſeqq.* Accedit, quod etiam conductores bonorum Eccleſiaſticorum hanc immunitatem velut rei cohærentem ad ſe tranſire aſſerant, idque ideo, quia ſi præter penſionem, quam Eccleſiæ ſolvunt, oneribus ſe gravatos viderent, vel renuntiarent bonis illis, vel minoris vellent conducere, uti concludit. Carpz. *J. P. Conſiſtor. l. 2. def. 310.* ex eoque Mevius *p. 8. dec. 376.* vid. Stryk. *ad Brunnem. jus Eccleſ. l. 2. c. 15. p. 508. ad* §. *7.* quod tamen de illis, qui emphyteuſeos jure poſſident, ex prægnantibus rationibus negat Harppr. *laud. Conſ. 48. n. 40. ſeqq.*

§. VIII.

Forſan autem hic objicietur: Aſt hæc hodie longè aliter ſeſe habent, poſtquam non modo licentia *bona Eccleſiaſtica ſeculariſandi*, maximè ubi neceſſitas vel urgens utilitas reipublicæ id exigat. vid. Mauritius *D. de ſecularis: bonor. Eccleſ. c. 4.* & Magnif. Dn. Præſes *in Collat. J. C. cum R. I. ſect. 2. th. 1. per tot.* Per Inſtrumentum pacis Oſnabrugenſis reſtituta quaſi eſt, ſicque bona Eccleſiaſtica non amplius ab omni alienatione immunia dicenda ſint, per conſequens etiam bona iterum ſeculariſata in cenſum referantur, tributaque ex illis pro viribus patrimonii præſtanda ſint, uti de feudis Imperii ſeculariſatis id in ſpecie oſtendit Mauritius *d. l. c. 10.* §. *2.* Sed reſpondeo, quicquid hujus ſit quoad ſeculariſata illa bona, quorum inſuper non adeo magnus eſt numerus, procedunt tamen iſta omnia, quæ dixi, adhuc quoad cætera, maxime inter Pontificios, ubi tam exoſum hodie ac olim ſeculariſationis vel bonorum Eccleſiaſticorum alienationis nomen eſt. (vid. tamen Conring. *in animadv. ad*

Bullam Innocentii c. 6. p. 182.) Certè tituli Juris Canonici *de rebus Ecclesiæ non alienandis & de immunitate Ecclesiarum* regulariter in viridi sunt observantia, nec ab illis disceditur, nisi in summis vel reipubl. necessitatibus vel evidentibus Ecclesiæ utilitatibus, vid. Magnific. Dn. Præses *c. l. p. 4. seqq.* ubi insuper cogi non posse Clericos statuunt, sed a spontanea illorum concessione, nec inconsulto Pontifice, id dependere contendunt, *p. c 7. versus 7. §. verum. tit. de immunitat. Eccles.* quanquam id Protestantes non agnoscunt, sanioribus imbuti principiis, licet etiam apud illos bona Eccles. difficulter alienari certum sit. Carpz. *Jurispr. Consist. L. 2. def. 302.* quoties verò de Ecclesiarum & Clericorum nimiis tam divitiis quam immunitatibus, fisci ut causam defendam, conqueror, æraria maximè Principum Pontificiorum, quam nimium adhuc hac in parte exhausta sint, ostendere allaboro.

§. IX.

Et quæso, nisi hoc nimis serò perspexissent Principes, & quantum ex prædiis seculari potestati exemtis, ubi dein immunia illa reddita fuerint à Collectis, onusque tributorum ad solos pauperes & miseros subditos, ferendis illis impares ac impotentes, devolutum, ærariis suis decesserit, intellexissent, ecquid opus erat tot statutis, quibus istam Ecclesiarum & Clericorum rapacitatem refrænarent. Innuo hic nempe leges quibusdam in locis tam olim, quam hodie promulgatas, quibus, ne prædia & bona immobilia in Ecclesiam amplius, aut viros Ecclesiasticos, quocunque titulo transferrent, prohibuerunt. vid. Bodinus *de republ. lib. 5. c. 2.* quale de VENETORUM republica exemplum refert idem, quod scilicet non modo Ecclesiasticis collegiis prædia jurave prædiatoria in posterum denegaverint, sed etiam Ecclesiæ legata distrahi, aut nisi distraherentur, fisco addici jusserint, ex eoque Klockius *de ærario l. 2. c. 47.* ibique Pellerus *in notis* Venetos contra Jesuitas aliquando hanc consuetudinem pro aris & focis vindicandam sumsisse addit: de LUSITANIA ex Molina *tr. 2. disp. 140. de Iust. & Jure* & MEDIOLANO, idem constat. Klock. *de contribut. c. 12. n. 89.* In GALLIA tertia pars bonorum ad Ecclesiasticos translatorum Principi cedit. v. Goldast. *Monarch. Rom. f. 292.* Priscis ALEMANNORUM moribus non licebat agros fiscales aut prædia, quæ censum Principi solverent, ad ullam Ecclesiam transferre, sed Comitis Consensus requirebatur, cujus erat, donationem rescindere, quæ principalium redituum detrimento facta esset. Joach. Vadianus *de Colleg. & monaster. German. l. 2.* apud Goldast. *Tom. 3. rerum Alemann. f. 44.* confer Klock. *de contrib. d. l.* Magistratus ULTRAJECTINI decretum exhibet Mart. Schoockius *in tr. de bonis Eccles. Sect. 1. c. 9.* Statutum JULIACENSE, quod subjectos vetat bona sua immobilia den Geistl. zu verschreiben, in Camera approbatum d. 3. Octobris Ao. 1560. Klock. *d. l.* de CO-

LONIA

LONIA idem refert Besold. *V. 6. cons. 278. n. 34.* & Knipschild. *de Civitat. Imper. liber. l. 2. c. 10. n. 54.* ARGENTINÆ quoque & FRANCOFURTI idem servari audivisse memini. Ab his Statutis non absimilia sunt illa, quæ quidem alienationem in Ecclesiam permittunt, non tamen facile in perpetuum, uti exemplo Civitatis HALÆ MAGDEBURGICÆ quoad *rem Salinariam* illustrat Schwendendorf. *de manu mortua Thes. 7.* ex eoque Excell. D. Böhmer. *in Jure Parochiali sect. 5. c. 1. §. 24. in fin.* Singulare etiam Statutum LUBECÆ viget, ubi ad exemplum peregrinorum monasteriis & Clericis, jurisdictionem civitatis non agnoscentibus, comparatio ædium in civitate prohibetur *l. 1. t. 2. a. 6.* Stiffte und Clöster, auch andere Persohnen, welche unsere Bürger nicht seynd, sollen nicht mehr Wohnung in der Stadt Lübeck bauen als jetzo stehen, ihre Reume auch die sie nun haben nicht erweitern noch grösser machen, sondern lassen wie sie sind, sollen auch ihre Häuser, Höfe und Wohnungen nicht von der Stätte, da sie jetzo liegen, auf andere verändern, oder mit ander vorbeuten, dann solches keinem, wer der auch sey, in keinerley Weiß verstattet oder verhänget werden soll. conf. ibi: Mevius, qui *p. 139. a. in addit. ad n. 17.* Hic sine dubio capitulum ejusque membra, quæ sunt Lubecæ, ex Episcopatu Lubecensi intelligi, de iis verò Clericis, qui agnoscunt Jurisdictionem urbanam, non sentire nec observari putat. Idem de notoria Consuetudine in Patria HAMBURGENSI obtinet; ibi enim, uti immobilia sibi acquirere Ecclesiastici utique possunt, vicissim tamen ad collectas solvendas obligantur. vid. Die Hamburgische Stadt-Recessen *art. 32.* ibi: van ehren weltlichen Gödern und wen se borgerliche Nahrung als Herbergierung und Krögereyen holden, accise bethalen. add. *art. 60.* ibi: he sy geestlich oder weltlich schal von dem Eigendohme und liggenden Gödern so he in düsser Stadt heft, jährlich twischen Luciæ und Weinachten von hundert Mergk veer Schilling Schodt geven. Quæ etiam verba distinctionem nullam facientia inter prædia Ecclesiastica & secularia ibi: so wohl von geistlichen als weltlichen Güthern, communiter inseruntur, quoties hæ collectæ publicè indici solent, quanquam cæterum, qua habitationes ab Ecclesiis ipsis concessas, & tributa quædam personam afficientia, meritò immunes sunt, uti etiam ab accisiis & similibus, certo scil. respectu, modo literas immunitatis debito prius loco petierint. vid. Mandatum, die Vermattung des Meehls betreffend, de ao. 1710. pr. ibi: oder da jemand eximirt, nach Inhalt nach beschriebener Art ein Frey-Zettul gehörigen Orths abzufordern, und an Thören und Bäumen abzugeben. Et quem latet singularis modus hodie in GALLIA HISPANIAQUE & alibi ad transferenda in ecclesiam bona immobilia necessarius; AMORTIZATIONEM puto sive *licentiam retinendi bona immobilia per manum mortuam à principe impetra-*

petratam, scil. cautum hodiè plurimis in locis est, ne immobilia in Ecclesiam transferre liceat sine consensu ejus, qui clavum reipublicæ tenet, sed ut hujus demum voluntate ac consensu licentia hæc Ecclesiæ fiat, quæ propterea manus habere mortuas, sive immortalis possessor esse dicitur, quod bona non reddat, sed perpetuo teneat, *1. F. 13.* Hinc Arumæus *Vol. 2. Disc. Acad. 2. Ecclesiastici*, inquit, *recipiunt bona ut mare aquas, sed non reddunt ut mare aquas reddit.* De hac amortizatione verò plura qui scire aveat, evolvat Dn. Böhmerum *c. l. usque ad fin. Cap.* & autores magno numero ab eo citatos, ubi & de pecunia certa Principi pro amortizatione debita §. *29.* agit, tandemque §. *31.* in nostris Ecclesiis adhuc quodammodo incognitum esse hoc jus, ex eadem tamen utilitatis ratione introduci posse, dicit. Sunt quidem, inter Pontificios maximè Doctores, qui adeò pro Ecclesiis & Clericis certant, ut hæc & similia statuta irrita & nullius valoris pronuntient, uti Parisius *V. 1. Cons. 26. num. 6.* Schurff. *centur. 1. cons. 69. n. 26.* & alii; imò eo audaciæ referente Christinæo *Volum. 1. decis. 201. n. 1.* processit *Petrus Jacobi*, ut Principes ejusmodi constitutiones edentes ipso jure excommunicationi aliisque pœnis subjici statuerit; Hisce verò quod respondeam, operæ pretium non est, postquam larga manu illis satisfecere Musculus *de success. convent. n. 19.* Arumæus *citato loco*, præcipuè verò Klock. *de contribution. d. l. c. 17. n. 89. seqq.* add. Bœhmer. *c. l.* §. *25.* imò hoc unicum sufficeret, quod in PRIMITIVA ECCLESIA non possederint bona immobilia, sed largitionibus demum CONSTANTINI M. qui primus Ecclesiis prædia à piis oblata retinendi licentiam concessit *l. 1. C. de SS. eccles.* vid Euseb. *de vita Constantini l. 2.* & sequentium Imperatorum (Quæ enim a JULIANO ipsis iterum ablata, restituit Successor ejus JOVIANUS, & postea VALENTINIANUS ac GRATIANUS CONSTANTINI M. privilegia, Ecclesiæ indulta, confirmarunt largioribus adhuc reditibus & bonis Ecclesias ditantibus. Er. Mauritius *Dis. de secularisatione bonorum Ecclesiast.* §. *4. p. 499. opusc.*) ad tantam opulentiam pervenerint, uti post multos præter allegatum modo Maurit. §. *5. seq.* latè ostendit Dn. Böhmer. *d. l. p. 252.* ubi elegantem Pauli Sarpii locum exhibet ex ejus *tr. de beneficiis art. 6.* quem integrum repetit Thomasius *ad Lancellot. L. 2. tit. 27. p. 1165. seqq.* & qui mihi etiam dignus videtur, ut sequentia ex illo verba huc apponam. *Et voila comme les choses vont tout à rebours, autrefois c'étoit une œuvre de la plus haute perfection chretienne que de vendre & de donner aux pauvres, aujourdhuj ce seroit encourir les censures, & la perfection consiste a retenir les fonds Ecclesiastiques & à ne pouvoir pas même permuter, sans une necessité evidente, & les defenses d' aliener, qui etoient faites en faveur des seculiers contre les Ecclesiastiques, se sont changées en d'autres en faveur des ecclesiastiques contre les seculiers.* Et denique, quòd primo loco afferri debuisset, ipsa

ipsa sacra Scriptura nullam planè immunitatem concedit Clericis, uti ex Textu *Matth. XVII. 26.* præcipuè extorquere vult Clerus Pontificius. Contrarium enim post interpretes multos abundè ostendit laudatus sæpè Klockius *de contribut. c. 12. n. 268.* usque ad fin. capitis. Hincque meri humani & Pontificii juris est hæc immunitas, eademque ratione, qua per sollicitationes extorta, tolli iterum ac revocari potest Ziegl. *de J. M. d. l. §. 14.* Et hæc de Clericorum immunitate pro instituto nostro sufficiant, in quo licet argumento prolixior forsan, quam par est, fuerim, id tamen lubenter mihi objici patiar, modo id impetravero, ostendisse me luculenter, quam insigne Clericorum immunitas a Collectis, sive illa se quoad omnia eorum bona, sive saltem illa, quæ quà personæ Ecclesiasticæ possident, ex, tendere debeat, neglectorum fisci comodorum testimonium præbeat, meritoque in illis locis, ubi nondum Statutis huic ærariorum imminutioni prospectum est, de mediis opulentias Clericorum restringentibus cogitandum sit, quam in rem elegantia sunt verba Klockii *l. 2. de ærario c. 47. n. 4.* quæ coronidis circa hanc materiam loco adjungam. *Immane quantum nocumenti ejusmodi privilegia reipublicæ afferant, vimque & nervos Principatus incidant. Quid! quod occasionem & materiam seditionibus haud raro præbeant, & subditos contra justitiam & Rempublicam armen? Volupe est privilegiariis super cæteros eminere: sed ubique datur progenies vitiosior. Isti de iniqua sua sorte queruntur, illi de sua retinenda plus æquo sunt solliciti. Illi cæteros ut Clientes habere volunt, hi illos ut fratres cupiunt. Tanta affectuum disparitas & pugnantium animorum concursitatio, quid in repub. aliud quam indigesta maleque cocta in stomacho colluvies. Vomitum videbis, ni opportuna manu occurreris.*

§. X.

A Jure Collectarum ob affinitatem argumenti ad Jus Vectigalium nunc progredior, neque attendendum puto, quod Sixtin. de *regalib. l. 1. c. 2. num. 52. & l. 2. c. 6. num. 42.* Idem regale non nunquam & majus & minus diverso respectu dici posse asserat, sicque jus Vectigalium, quà instituendorum & augendorum, ad majora, quà percipiendorum vero ad minora regalia referat. Potius cum Ziegl. *de J. Maj. l. 1. c. 3. §. 30.* ubi hanc Sixtini sententiam adducit, jus vectigalium nullo facto discrimine inter minora hic refero. Jus enim IPSUM, quæ verba laudati Ziegleri mea faciam *instituendi vectigalia in eum finem competit, ut consulatur fisco. Totum Ergo id non ad Majestatem s. ejus* eminentiam, *principaliter spectat* (ut regalium majorum indoles præ se fert) *quanquam Majestati competat, sed ad emolumentum aliquod subsidiarium fisco applicandum &c.* Vectigalia itaque tam quà constituenda quam quà constituta huc spectant, in quantum regalia minora tantum pro objecto habemus.

Vocabu-

Vocabulum autem vectigalis, quod diverso alias significatu gaudet, de quo conf. quæ Illust. Dom. a Gœlniz, *de regal. vectigal. jure c. 2. num. 19.* Hahn. ad Wesemb. *tit. de publican. vectigal. & commun. n. 2. verb. vectigal.* Klock. de *vectigal. conclus. 6. & de ærario l. 2. c. 146.* Ziegl. *de J. M. l. 2. c. 5. § 5. seqq.* aliique annotarunt, in propriissimo sensu hic sumitur *pro eo quod in itinere præstari solet. l. 21. pr. ff. de donat. inter V. & U.* & sic vectigal definio, *quod sit munus reale pro mercium vectura aut transitu Principi in auctoramentum præstitæ securitatis & refectionis viarum publicarum debitum* Ziegl. *d. l.* §. 5. *f.* brevius, quod sit *onus reale* (*p. l. 18. & l. 214. ff. de V. S.*) *quod negotiationis causa fisco penditur. l. 5. l. 6. l. 8. l. 9. C. de vectigal.* Lauterb. *eod.* §. *12.* & sic quodcunque genus vectigalium sive portorium sit, idque tam navale quam terrestre sive pedagium &, quæ demum præter hæc, subintelligo.

§. XI.

IMMUNITATEM quidem, qua nonnullæ personæ a Vectigalibus gaudent hic etiam recensere possem, sed præoccupavi hæc, ubi de collectis disserui, hinc ad alia statim transitum facio, & quidem inter neglecta quoad vectigalia Principum & Rerum publicarum emolumenta refero, quod *defraudatio vectigalium non satis rigorosè puniri soleat, sed ab iis, quibus hæc cura est commissa, negligatur.*

§. XII.

Hanc rem ut eo penitius introspicere liceat, ante omnia quænam res de Jure Civili COMMISSÆ sive in commissum cadentes dicantur, & quænam requisita necessaria hic sint, præmitto. Quoad *prius*, *res* hoc loco dicuntur *tales, quæ ob vectigalium defraudationem prioris Domini esse desierunt, & fisco jure dominii acquisitæ sunt*, ipso jure, ac per transitum Dominii legalem, etiam sine sententia condemnatoria. *l. 14. ff. de public. & vect.* quamvis ad possessionem priori Domino auferendam de Jure nostro Civili opus sit *sententiâ declaratoriâ*, delictum illud esse commissum, aut res illas ob id cecidisse in commissum, declarante. Gail. *2. O. 51. n. 5. sqq.* & generalius id. in *lib. 2. O. 152. n. 9. junct. precedd. & seqq.* Mynsing. *5. O. 29. n. 7.* Besold. *P. 5. Consf. 234. n. 36.* Struv. *in S. J. C. Ex. 39.* §. *41.* Dn. de Gœlniz, *in tr. de jur. vectig. c. ult. n. 2.* B. Dn. Frommann. *de transitu domin. legali t. 64. in fin.* Hodie tamen id non obtinere, & generali fere consuetudine, etiam in Germania nostra, jam invaluisse, ut fiscus propriâ auctoritate res commissas apprehendat, testantur. Hartm. Pistor. *l. 48. O. 1. n. 14.* Joh. Köppen. *decis. qu. 50. n. 11.* von Gülich. *in Obs. ad Mynf. 5. O. 29.* Hahn. ad Wesemb. *h. t. n. 4. in f.* Mev. *ad Jus. Lubec. P. 2. t. 3. a. 6. n. 4.* Müller *in addit. ad Struv. d. l. lit. a.* B. Dn. Lauterb. *ad tit. de publ.* §. *25.* Excell. Dn. D. Schweder. *in Jure publ. P. Spec. sect. 1. c. 20. n. 7.* quam consue-

consuetudinem quidem inter mores reprobatos refert, eamque emendatione egere dicit B. Dn. Stryk. *in Usu Mod. h. t. §. 14. in fin.* eam vero optimo maximo jure inniti statuit Klock. *de jure vectig. concl. 86. lit. c.* & ab objectionibus vindicare allaborat Schilter in *Ex. 42. §. 56.* ac rationibus juris suffulcire satagit Mod. Pistor. *Vol. 2. Cons. 48. n. 17. seqq.* Ne vero res in summam abeat iniquitatem, providendum hic est quam maximè, ne publicani nimiâ lucri aviditate juxta & jurium ignorantiâ ducti, uti insolens & insipidum sæpius id genus hominum esse solet, non probè ponderatis circumstantiis, inique & impotenter nimis, ubi dubium adhuc, an in commissum res ceciderint nec ne, in eas de facto involent, & ad se promiscue rapiendo possessores etiam innocentissimos injuste premant aut opprimant, quam sollicitudinem commendat rectissimè Dn. de Gölniz, *d. c. ult. n. 5.* exemplis quoque rem illustrans. Ex his vero patet præterea, quod, si res commissa in loco forsan tertio deprehendatur, *Rei Vindicatio ad commissum*, vel *actio commissi* fisco competat, ad avocandam sc. a priore Domino rei possessionem; nam plus facti quam juris habet *l. 19. in f. Ex quibus caus. maj.* adversus defraudatorem ejusque hæredes, non quidem quà tales sed quatenus merces illæ ad eos pervenerunt. *l. 8. pr. l. 11. §. 3.* & *l. 14. ff. de publican.* hinc non requiritur antecedanea a defuncto facta litis contestatio *d. l.* modo hæres rem possideat. Illustr. Dn. a Gölniz, *d. D. c. 5. §. 2.* imò contra quoscunque alios possessores *d. l. 14.* Unde respond. *ad l. f. §. 13. ff. eodem*, ubi pœnæ ab hæredibus exigi non posse dicuntur illæ, quæ personali actione exiguntur; dupli scil. si quis ex ignorantia vel errore vectigal non solverit *d. l. f. §. 10.* Et hoc demum procedit, si lis cum defuncto fuerit contestata *d. l. f. §. 13.* Lauterb. *ad tit. de public. §. 25. & 33.*

§. XIII.

Quoad *posterius*, REQUISITA sc. ad rem pro commissa judicandam sunt illa. 1) *dolus malus*, sine quo delictum regulariter non committitur, *l. 8. l. 11. §. 2. l. 16. §. 11. h. t.* Hinc *ignorantes* & *errantes* excusantur, quibus scil. duplo soluto vectigalii res restitui debent. *d. l. 16. §. 10. & 11.* Præter hoc duplum verò DD. nonnulli hic adhuc *juramentum purgatorium* requirunt a reo, sc. se ignorasse, ibi loci Vectigal fuisse constitutum. Gail. *l. 2. obs. 48. n. 26.* aut alias dolosè non fecisse. Jure LUBECENSI solo juramento præstito reus absolvitur, *P. 2. t. 3. a. 5.* ibi: Wird einer von den Zöllnern angegeben, daß er nicht recht verzollt habe, ist er sonst ein unberichtiger Mann, so mag er sich dessen entledigen mit seinem Eyd. conf. *ibid.* Mevius; nec obstat *d. l. 16. §. 5.* quam de ignorantia affectata interpretatur Lauterb. *d. l. §. 26.* conf. omnino hic Ziegl. *de Jur. maj. l. 2. c. 12. §. 8. seq.* alias personas inde exceptas vid. ap. Lauterb. *d. l.* 2.) ut *res*, quæ invehuntur, apud Publicanos *non indicatæ* fuerint,

l. fin. §. 1. & 3. ff. h. t. Professio enim ex parte vectorum adeo necessaria, ut ne quidem personæ a vectigalium solutione immunes & exemtæ ab illa liberentur, sed ea omissa in pœnam commissi pariter incidant. *l. 4. §. 1. l. f. §. 3. & 12. ff. eod.* per quos Textus ipsis injungi videtur, ut schedulam immunitatis einen Paß-Brieff, oder Frey-Zettel, vel literas commeatus secum habere debeant. v. Sixtinus *de regal. l. 2. c. 6. n. 196. p. 83.* Lauterb. *d. t. §. 19. ibiq. cit.* quanquam Mevius *ad Jus. Lubec. P. 2. t. 3. a. 6.* eidem allegatus dissentire hic videatur, ex ea quidem ratione, quod non solam professionis omissionem, sed dolosam tantum & fraudulentam, uti id *n. 9.* innuit, pœnam operari putet. Hinc etiam de praxi inter res notoriè immunes, & de quarum libertate ambigitur, distingui solet, docente eodem Mevio *n. 10.* & Klock. *concluf. 88. lit. 6.* add. Ziegl. *d. l. §. 4. p. 1025.* In patria HAMBURGENSI tamen secus esse videtur, præcipuè quoad *frumentum*, de quo sequentem in modum sese habet art. 6. des Mandats die Vermattung des Mehls betreffend. d. 27. Febr. 1710. Sollen zu Verhütung aller defraudationen von denen Vorstehern und Provisoren der eximirten armen Häusern und Klöstern über das zu benöthigter Consumtion auf die Mühl abschickende Korn, unter ihrer Hand eine getreue ohnverfälschte designation überreichet, und ein Frey-Zettel darauf, bey der Matten begehrt, und von selben denen Abholern ausgehändiget, widrigens aber dessen Unterlassung wie auch alle befindl. malversationen, Betrug und Unterschleiff ihnen Vorstehern und Provisoren lediglich imputirt, und nebst der daraus resultirenden Confiscation wie in diesem Mandato enthalten ist, ohne Ansehen gestrafft werden. Neque quoad professionem mercium opus est *prævia admonitione portitoris.* „*Neque enim imputatur, publicano, quod non instruxerit transgredientem,*" *sed illud saltim custodiendum, ne decipiat profiteri volentes.* per textum expressum in *l. 16. §. 6. h. t.* ex quo colligitur, æque necessarium non esse, ut præter professionem *solutionem quoque offerant* transgredientes, sed modo professi fuerint, tuti fiunt, licet vectigal non solverint, etiamsi conspiratio & collusio publicani accesserit, per verba diserta *d. l. 16. §. 12. eod.* ibi: *si quis professus apud publicanum fuerit, non tamen vectigal solverit, hoc concedente publicano (ut solent facere) Divi Severus & Antoninus rescripserunt, res in commissum non cadere.* „*Cum enim, inquiunt, professiones recitantur, commissum cessat, cum poterit satisfieri fisco ex bonis publicanorum vel fidejussorum.* Quod tamen cum Ant. Matthæo *de auctionibus l. 2. c. 7. n. 5.* & Ziegl. *d. l. §. 2. p. 1024.* limitandum putaverim eo casu, ubi quis post factam professionem, illico se subduxerit, animo non solvendi. Tum enim paratus ille ad solutionem dici nequit, & professio fine suo per culpam profitentis destituitur, nisi forsan tales coincidant circumstantiæ, quæ

prope-

properantem factâ profeſſione viatorem excuſent, de quo præjudicium pro *Viatoribus* contra SENATUM HAMBURGENSEM adducit idem Ziegl. §. *3. p. 1024*. Contra verò, quæ de neceſſitate profeſſionis dixi, amplianda etiam ſunt ad illum caſum, ubi vectores per aliam viam iverint, ſicque profeſſioni & vectigalis ſolutioni ſe ſubtraxerint, *l. 2. C. de curſu publ.* Carpz. *in Jurispr. for. P. 2. c. 27. def. 3. n. 7.* & neque tunc mercium adjudicatio, fiſco facienda, differenda eſt usque dùm iter faciens locum territorii exeat, quæ ſententia eſt Baldi *in leg. cum proponas 3. C. de naut. fœn.* ea quidem ratione adducti, quod alias ſemper ſpes ſit, redire viatorem in viam rectam & pœnitere. Potius contrarium rectius affirmavit, Bartolus *in l. Præſidib. 2. C. de curſu publ.* & *in l. qui fiſcales 7. c. de navic. lib. 11.* inde, quod contra eum, qui extra viam publicam reperitur, mala ſuſpicio generetur, quod videlicet vectigal fraudare voluerit, cui proinde merito adſtipulor cum B. Strykio *U. M. ad tit. de publican.* §. *16.* qui in hanc rem plura cogniturum ablegat ad Colerum *de proceſſu executivo, P. 1. c. 3. n. 79. ſeq.* Limitationes verò & cauſas, ex quibus pœna commiſſi interdum ceſſat, vid. ap. Stryk. *d. l.* §. *18.* & Ziegl. *d. l.* add. Hahn ad Weſenbec. *tit. de publican. & vectig. n. 4.* Sixtin. *de regalib. l. 2. c. 6.* §. *174. ſeqq. p. m. 80.*

§. XIV.

Ita DE JURE CIVILI res ſeſe habet. Videamus nunc primum, quid MORIBUS NOSTRIS obtineat, ubi merito duas quæſtiones ab invicem ſecerno, unam ſcil. generalem & magis theoreticam, *an Germani pœnam commiſſi apud ſe juxta tenorem Romani juris ſtabiliverint, & an generalis ejus extet obſervantia;* Specialem alteram & Practicam magis *num rigoroſi ſint in confiſcandis eorum bonis, qui ob defraudationem vectigalium huic pœnæ obnoxios ſe reddiderunt.* Primam quod attinet, non dubito cum Schiltero *Ex. 42.* §. *63.* aſſerere, cum receptione Juris Romani in Rempublicam Germanicam univerſali jus etiam commiſſi ſpecialiter invaluiſſe, quam in rem allegatur eidem *Reinhardus* JCtus Saxonicus, quem tamen magis, de ſequeſtratione & detentione, donec ſcil. ſolvatur pœna pecuniaria, in Saxonia recepta, quam de commiſſo id aſſerere ſignificat. Neque tamen aliter hanc pœnam commiſſi & confiſcationes apud nos receptam eſſe ſtatuo, quam quatenus contrariis ſtatutis hæc juris Civilis diſpoſitio immutata non fuit. Hinc de jure SAXONICO *provinciali lib. 2. art. 27.* qui pontium ſeu aquarum telonium, Brücken-oder Waſſer-Zoll, non perſolverit, quadrupliciter illud refundere tenetur, qui forenſe Marck-Zoll non dederit, triginta ſolidos pœnæ loco dreyßig Schilling ſolvere debet, quanquam ex Carpzov. *Jurispr. for. P. 4. conſt. 41. def. 15. n. 5.* hanc diſpoſitionem ad eos, qui ex negligentia vel ignorantia vectigal haud ſolvunt, reſtringendam eſſe, qui doloſe egerint, pœna arbitraria, carcere puta vel alia pecuniaria mulcta, puniri mo-

neat Stryk. *U. M. h. t.* §. *15.* confiscationis verò apud Saxones usitatæ mentionem nullam injiciat. Confer. Schilter. *d. l.* §. *61.* & Colerus *decis. 190.* Et retinuere forsan illi quoad hoc avitos mores, siquidem JURE TEUTONICO VETERI actionem & pœnam commissi ignoratam fuisse testatur *Jus Alemannicum c. 100.* cujus tenorem repetit Schilterus, *laud loco* §. *62.* Hinc quomodo Modest. Pistor. *Conf. 48. n. 16.* in Saxonia jus commune obtinere asserat, nondum satis assequor. Cum jure Saxonico & Alemannico conspirat jus HISPANICUM, vigore cujus pariter quadruplicatum Vectigal solvit, qui ad. vectarum mercium professionem neglexit, uti ex Azevedo *ad Constitut. reg. l. 6. tit. 11. l. 6. n. 9.* referunt, Schilter. *d. l.* & Mevius *ad Jus Lubecense P. 2. t. 3. a. 6.* Acerbius paulo in eandem omissionem animadvertunt PATRES LUBECENSES *d. t. 3. a. 6.* nonuplum enim Vectigal imponunt ei, qui de non facta mercium professione sive defraudato vectigali convictus fuerit: **Verfährt einer den Zoll und wird des mit Recht überwunden, er soll neunfältig bezahlen und darzu wetten** (quod idem est ac solvere) **vier Marck.** Imò eandem pœnam dictitat publicano, qui bis vectigal petit, per verba sequentia: **gleiche Straffe soll der Zöllner geben, wann er den Zoll empfangen hätte, und wolte denselben noch einmahl haben.** Quòd tamen Statutum non ita crudè accipiendum, sed cum Mevio ita interpretandum putaverim, ut saltim pœna hæc nonupli & quatuor marcarum tunc locum habeat, ubi ea pœna mercium, quæ alias in commissum caderent, non transcendit pretium, sicque etiam iniqua non est pœna; ubi verò Vectigal tam magnum exigitur, ut nonies auctum superet commissi pœnam, de ejus jure & observantia merito dubitari. *Nec enim*, inquit, *si præteritorum temporum vectigalia attendimus, ea mens Legislatorum fuit, hac pœna durius quam jure communi receptum, invehere, sed hujus duritatem mitigare, idcirco contra statuentium intentionem auctis Vectigalibus non facile oportet exasperare statuta. Succedit autem in locum illius hæc pœna statutaria, ideoque ejusdem regulis omnino censeri debet, non secus atque vulgò dicitur, surrogatum sapere naturam ejus in cujus locum succedit.* Conf. idem *in quæstione prælim. ad Comment. Jur. Lub. 9.* cui sententiæ eo lubentius adstipulor, quo circa statutorum singularium interpretationem eam semper præsumtionem militare dicant DD. quà statuentes non possunt aut debent, dici hoc agere voluisse, ut nimium a Jure communi recedant, cum potius interpretatio ita facienda sit, ut facilius ad jus commune redeatur, vid. Alderanus Mascard. *de statut. Interpret. concl. 2. n. 62. seqq.* & Magnific. Dn. Præses *in Collat. Jur. Civilis cum recess. Imperii Sect. XV. p. 11.* ubi Statutum Hamburgense *P. 4. a. 1.* quoad pœnam blasphemis **am Leibe** dictatam ad ultimum supplicium etiam extendi posse ex eadem ratione statuit. In PATRIA verò HAMBURGENSI pœna com-

commissi expresse approbatur in den Hamburgischen Staat-Recessen *art. 59.* ibi: welchen man sinen tollen nicht bethalet, dessen Gödere, de nicht vertollet sin, schöllen an dat gemeine Gut verfallen sin, id est, si quis vectigal non solverit, ejus bona, pro quibus Vectigal solutum non fuit, fisco adjudicantor. Idem confirmatur in der revidirten Hamburgischen Zoll-Ordn. de an. 1636. ubi per omnes articulos pœna commissi expresse imponitur iis, qui vel planè merces non professi vel non omnes, aut non secundum veram earum æstimationem, quod innuit præcipuè *art. 2.* ibi: Handelt jemand dagegen, und die Güter geringer als nach banco valor taxiren und angeben, oder auch dieselben gar verschweigen würden, solche Güter sollen gäntzlich oder so viel sie geringer angeben, confiscirt, und an das gemeine Gut verfallen seyn. Imò, ut plane nihil in fraudem hujus legis fieri possit *seq. art. 3.* hoc adjectum est: auch da man will, die Güter vor solchen Preiß, als sie auf den Zöllen angegeben, für baare Bezahlung zu behalten und anzunehmen frey seyn; quoad *frumenti* verò importationem adhuc rigorosior articulus legitur, in dem Mandat die Vermattung des Mehls betreffend, d. 22. Febr. 1710. *art. 2.* ibi: soll beydes was angeben und verhehlet, und also das gantze quantum confiscirt, und noch über diß der Verbrecher wegen des Vertuschten, als in folgenden Articulis geordnet, mit Geld-Busse bestraffet werden.

§. XV.

Specialem alteram & practicam magis quæstionem ita formo: *an mores nostri in confiscandis eorum bonis, qui ob defraudationem vectigalis huic pœnæ obnoxii fiunt, rigorosi satis, an verò in detrimentum fisci licito æquiores & clementiores sint?* Videtur posterius non una de causa asserendum & quidem primo inde, quod in casu, ubi *nauta, auriga, mulio, vel famulus res celavit & vectigal solvere dolosè intermisit*, contentus hodiè fiscus esse soleat, modo navem, equos & cæteras res aurigæ vel nautæ proprias sibi addicat, ipsorum verò Dominorum merces, licet neglecta earundem professio pœnam commissi operetur, illis relinquat. Quoniam autem hæc ipsa, quam proposui, quæstio per se, & seposito omni ad praxin & mores nostros respectu, controversa admodum est, & quomodo vel ex æquitate, vel Juris Romani dispositione dijudicanda sit, valdè inter se dissentiant DD. juvabit prius horum utrorumque momenta & rationes summatim recensere, ut eo melius postea examinare possimus, num mores nostri a juribus antiquis discessionem fecerint, an illa sequendo ac imitando fisci causam injustè neglexerint.

§. XVI.

Hic verò ante omnia supponendum est, non institui quæstionem de casu, *quando Domini fraus concurrit.* v. gr. quando professionem mercium vel solu-

tionem Vectigalium prohibuit. Tunc enim utrumque Dominum & aurigam ex proprio dolo teneri, pœnamque confiscationis tam quoad res domini quam aurigæ fundatam esse certissimum est; sed de eo saltim controversia & dubitatio superest, *an auferri domino merces possint, quando neque prohibitionem ejusmodi fecerit, neque alio modo de intentione Vectigal defraudandi cogitaverit.* Diversimodè ad hanc quæstionem responderi jam dixi. Affirmativam, quod sc. & Domini merces in commissum cadant, stabiliunt Klock. *de jure Vectigal. concl. 89. lit. b.* Frider, *de mandat. l. 2. c. 43. n. 17.* Köppen. *decis. 50. n. 23.* Rosenthal, *de feudis c. 5. concl. 39.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. 6. n. 165.* Mevius, *ad Jus Lubec. p. 2. t. 3. a. 6.* Schilterus *Ex. 42. §. 60.* Negativam contrà tuentur Mylerus ab Ehrenbach *de Principibus & Statibus Imperii P. 2. c. 64. §. 10.* Bocerus *de Regalib. c. 2. n. 11.* Lauterbach. *in Collegio ad h. t. §. 30.* & *in compendio h. l.* aliique, quibus in puncto juris accedit etiam Stryk. *V. M. h. t. §. 17.* Et quidem, quod ad eorum argumenta attinet, qui de Jure Civili etiam Domini, licet innocentis, merces fisco addicunt, nituntur illi. 1.) *l. 7. ff. de publicanis*, ubi expresse dicitur, in vectigalibus ipsa prædia, non personas conveniri, vel quod eodem recidit, vectigal non personam, sed rem, afficere. Sixtin. *de regal. c. l.* eamque in commissum cadere & perire suo Domino, cui & hoc addunt, Dominium rerum ob non factam professionem commissarum statim ipso jure ad fiscum transferri. vid. §. præced, 13. 2.) *l. 16. §. 5. eod.* ibi: *licet quis se ignorasse dicat, nihilominus eum in pœnam vectigalis incidere.* 3.) *l. 3. C. de naut. fœn.* ubi nautica pecunia, quæ alias periculo creditoris est, *l. 2. l. 3. de naut. fœn.* per culpam debitoris, eam trans mare vehentis, fisco addicta est, ob receptas sc. in navi merces illicitas, & fiscus, non obstante, quod nulla creditoris culpa accessit, ejus tamen pecuniam, illicitis mercibus mixtam, retinuit, salvo ipsi contra debitorem regressu 4.) *l. 23. C. de admin. Tut.* ubi minoris prædium, ob non solutum Tutoris vel Curatoris culpâ vectigal, amissum fuisse dicitur, sicque fisco addictum, non denegato iterum minori contra Tutorem ad resarciendum damnum regressu. His quidem objici solet, 1.) quod hæ & similes LL. restringendæ sint ad eum casum, si vel ipsi mercatores merces transvexerint, vel dum vectigal defraudaretur, præsentes, vel saltim ejus criminis conscii fuerint, cum scilicet alteri per alterius fraudem iniqua conditio inferri non debeat, quod in ipsa vectigalium materia corroborari videtur, per *l. 8. §. 1. l. 11. §. de publican.* addunt 2.) textum in *l. fin. §. 11. ff. h. t.* cujus verba ita se habent. *Magnus Antoninus rescripsit, si Colonus, vel servi Domini prædii ferrum illicitè in prædio fecerint, ignorante Domino, nulla pœna Dominum teneri;* sed, quod ad priorem objectionem attinet, illam restrictionem propterea

pterea agnoſcere non volunt, qui ſententiæ prioris Patroni ſunt, quod illius vel veſtigium vel indicium in legibus nullum appareat, nec ulla præſumtio militare poſſit, tam notabilem diſtinctionem, ſi antiquis fuiſſet recepta, nulla lege proditam fuiſſe, cum, ſi adeſſet, plus quam dimidium commiſſorum à pœna hac liberare fiſcoque auferre poſſet. vid. omnino Jo. Nicol. Liepold. in *D de mercibus illicitis p. 44. ſq.* ad poſteriorem vero rationem generaliter primo id reſpondent, limitandum ſc. illud axioma, quòd alteri per alterius factum iniqua conditio inferri non debeat, ita, modo non fidem ejus elegerit, cujus verò quis fidem elegit, illius etiam facto teneri; imputare ergo ſibi mercatorem debere, quod vel non iterum iterumque aurigæ ſuo injunxerit ſolutionem vectigalis, vel in eligendo eo majorem non adhibuerit diligentiam. *arg. l. fin. §. 4. naut. caup. ſtab. l. 7. §. f. de Inſtit. act.* cum pari ratione dolus & negligentia Procuratoris Domino nocere dicatur, in *l. 23. in fin. de minor. l. 10. C. de Procur.* Gail. *l. 1. obſ. 45. n. 1.* Carpz. *P. 1. Conſtit. 1. def. 22.* allegatam verò *l. fin. §. 11. ff. de publicanis*, huc plane non quadrare; Ibi enim neutiquam quæri de pœnâ commiſſi, ſed pœna extraordinaria, quà plectebantur arma extra publicas fabricas facientes; ſicut & illi, qui merces prohibitas exportabant. Schilter. *allegat. loco.* Verum quamquam in iſta Doctorum diſcordia, argumentorumque etiam, ab utraque parte prolatorum, haud levi pondere, quænam ſententia de juris veritate fundatior ſit aſſerere non adeo pronum ſit, crediderim tamen textibus rectè inſpectis illam præponderare ſententiam, quâ etiam Jus Civile cum mercium iſtarum Domino mitius procedere ſtatuitur. Nam quod ad objectiones ſpectat, quæ ex *l. 7. ff. de publican. l. 16. §. 5. eod. l. 2. l. 3. de naut. fœn. & l. 23. C. de admin. tut.* deſumuntur, illæ tamen infringi ſatis videntur reſtrictione illa jam allata, quod ſc. tantum allegari poſſint, ubi aliqua Domini fraus concurrit. Quamquam enim hæc diſtinctio in Legibus expreſſe nullibi appareat, tacite tamen illis ineſſe videtur, cum ad pœnam commiſſi quoad merces fundandam ſemper dolus formalis requiratur, quod ſupra jam innui, proptereaque etiam, ſi unus ex pluribus rem cauſa vectigalis ſurripiat, portiones cæteris non auferuntur. *l. 8. §. 1. de publican.* & navis Domino ignoranti reſtitui jubetur in *l. 11. §. 2. eod.* Et quamquam *l. fin. §. 11. ff. de publican.* non de pœna commiſſi expreſsè agat, exempli tamen loco non incongruè hic allegatur. Æquiorem præterea putant hanc ſententiam, cum innocentem Dominum ob ſolum aurigæ dolum vel culpam punire, iniquum & durum videatur. Cui præſuppoſito licet id opponere ſoleant, difficile planè eſſe probare hanc innocentiam Domini, vid. Thomas *d. D. p. 66. not. K. K.* neque adeo planè innocentem videri Dominum, qui in eligenda alterius fide commodis ſuis non ſatis cautè proſpexit: habere inſuper

regreſſum

regressum suum salvum, & aurigam locati conducti convenire posse, ad damnum ob amissas & fisco addictas merces, quarum professionem neglexerat, resarciendum. *arg. l. 2. pr. ad L. Rhod. de jactu l. 13. l. 21. C. mandati.* cum tamen nec casus supponatur, nisi terminis habilibus, & quando de innocentia ista Domini satis constiterit, nec delictum Procuratoris Domino in aliis negotiis noceat, quam in quibus culpa ad pœnam sufficit, in vectigalibus autem ipsius, ut dixi, Domini dolus formalis requiratur. B. Lauterb. *ad tit. de publican. §. 31.* id insuper hic addi solet responsionis loco, regressum illum contra aurigam effectu utplurimum destitui, cum sæpe non sint solvendo, indeque triste hoc solatium pronuntiet post alios Scharff. *d. D. p. 59. §. 2.* quæ ratio nonnullos eò compulit, ut si vel statuto vel consuetudine a Jure Civili hac in parte divortium factum fuerit, *restitutionem* tamen *in integrum* concedant Domino, si regressus ille inanis fuerit vid. Brunnem. *ad l. fin. n. 10. de publican.* Maulius *de homagio tit. de vectig. 10. n. 53.* qui statutis hanc clausulam generalem: *quoties justa causa esse videtur*, inesse credat, eamque hinc applicet, quotiescunque nauclerus solvendo non fuerit; Attamen hocce casu Publicanos vel Magnates istam rationem vix admissuros judicat Mevius ad *Jus Lub. P. 2. t. 3. a. 6. n. 20.* de quo conqueritur Marquardus *de Jure mercator. l. 2. c. 4. n. 28.* Et hæc quoque causa fuisse videtur, ob quam PATRES HAMBURGENSES *allegat. art. 59.* Dominis quibuscunque injungunt, ut, nisi mercium jacturam facere cupiant, ubi per alios vectigal solvunt, schedulam suâ manu exaratam mittant, eaque mercium pretia significent, absentes verò ubi fuerint, statim post reditum, quid interea loco vectigalis solvere debuerint, ore vel scripto confirment, *add. revidirte* Zoll-Ordn. *art. 6.* neque id prætermittendum, quòd in *artic. 23. ibid.* expresse hæc verba legantur: mit dieser Verwarnung, daß alle solche Güter so ohne Zoll-Zettel geloset und eingenommen worden, ohne Mittel an das gemeine Gut, und derjenige, so dieselbigen ohne Zoll- und Frey-Zettel loset, und zu Hause bringet oder einladet, auch die Schiffere, so gegen diese Ordnung handeln, jedesmahls in Zehen Reichsthlr. Straffe vor jedes Stück zu bezahlen ohne Gnade sollen verfallen seyn. eodemque collimant verba sequentia, quæ in mandato die Vermattung des Mehls betreffend, *art. 3.* leguntur. und sollen die Wirthe oder Eigenthümere der Wagen oder Fahrzeuges sich mit der Einwendung, daß etwa ihre Knechte ohne ihr Wissen diesem Mandato zuwider gehandelt, sich nicht schützen können, sondern auf ihre Knechte acht zu haben gehalten, oder ihr Verbrechen zu büssen schuldig seyn. Sicuti enim hic auriga culpam transgressionis in servum suum devolvendo se excusaturus non audiendus est, per consequen-

quentiam non audiri debere Dominum omnem, talia objicientem inde colligi posse videtur, præcipuè ubi idem de hospitibus expressè dicitur.

§. XVII.

Hæc verò, cùm ita sint, ad praxin & mores hodiernos denique me converto, ut, quomodo hi pariter insigne neglectorum fisci commodorum quoad Vectigalia specimen præbeant, tandem ostendatur. Hos quidem merces domini fisco tanquam res commissas adjudicare adstruit Stryk. *in U. M. tit. de publican.* §. *17.* nisi quod eo casu limitet, ubi tales personæ ad transportandas merces publicè constitutæ sunt; wann es ordentliche Land-Gutscher seyn, quibus sc. quisque fidem habere solet. Verum contrariam sententiam, quod scilicet culpa naucleri vel aurigæ locum commisso non faciat, tanquam mitiorem & æquiorem, communiter hodie observari majori fide testantur Mylerus ab Ehrenbach *de Princip. & Statib. Imperii c. 64.* Guido Papa *decis. 572.* Christinæus *V. 1. decis. 114. n. 9.* ubi præjudicium, & post alios Lauterb. *in Coll. ad tit. de publican.* § *31.* Magnif. Dn. Schwederus *J. P. P. special. Sect. 1. cap. 20. §. 7.* B. Harppr. *Vol. 3. Cons. Tubing. 47. n. 52.* & *in Diss. de jure aurig. circa delicta.* §. *22. p. 15. 16.* (quamquam ibidem Oldenburgeri *itin. jur. p. 137.* contrarium præjudicium ex Palatinatu afferat) & ita in Camera quoque Imperiali judicatum refert Klockius, affirmativæ licet sententiæ ipse Patronus, *d. conclus. 89.* his verbis: daß A. S. Kinder Vormünder die von Beklagten übergebene Caution des umgefahrnen Zolls würcklich zu vollenziehen schuldig seyn sollen, doch daß dieselbe auf den Fuhrmann allein und nicht der Kauffleuten Güter zu ziehen seyn. Et quamquam de moribus patriis rigorose in defraudationem vectigalium animadverti deberet, si ex adductis *praced.* §. sanctionibus semper res decideretur, quin tamen non modo circumstantiæ hic omnes diligenter ponderari soleant, sed utplurimum etiam loco confiscationis arbitraria pœna infligatur, etiamsi de proæresi vel nautæ vel Domini constet, dubitare mihi non licet, cum de rerum praxi id mihi retulerit Vir harum rerum peritus, qui hujus indulgentiæ causam in Vicinorum etiam potentia collocat. Et sic videmus tandem illustre exemplum, quomodo circa defraudationem vectigalium procedatur moribus nostris, & quam insigne commodum inde decedat fisco, quod regulariter in hac quæstione contra fiscum pronunciari velint Doctores ferè omnes, quos propterea sequi detrectat Illustr. Thomasius *d. D. p. 68.* & responsum Facultatis Juridicæ Wittenbergensis contra Senatum Hamburgensem aliquando latum, cujus jam §. *13.* mentionem injeci, malè hic adduci notat. Vid. tamen quæ latè pro defendenda hac sententia novissimè adduxit Scharff. *d. l.* §. *2. p. 60. 61.*

§. XVIII.

Primus hic erat casus quoad vectigalia, addam huic paucis duos alios, quibus in detrimentum fisci mitius pariter procedere solent mores nostri. Illam duplicem, unius tamen generis, controversiam innuo, *an merces* LICITÆ *cum* ILLICITIS *in una nave commixtæ in commissum cadant*, itemque *an merces* MUNES *cum* IMMUNIBUS *pariter una nave vectæ*, ubi professio earundem neglecta fuit, simul fisco adjudicandæ sint. Jus Civile si respiciamus, quod ad priorem attinet quæstionem, si merces licitæ ac illicitæ ad eundem Dominum pertineant, in commissum cadere utrasque, ex *l. 11. §. 2. de publican.* colligit Sixtin. *de regal. cap. 6. n.* 122. qui plerosque Interpretes ita statuere, sicque usu etiam propter consuetudines & statuta ubique vigentia olim servatum demonstrat, si verò diversorum Dominorum sint, nihilominus, sive sciverit Dominus, sive ignoraverit, utriusque generis merces de juris civilis veritate commisso vindicari, salvo Domino licitarum mercium contra nautam regressu, ostendere nititur, Liepold. *in D. de mercib. illicitis p. 43.* Jungatur Struv. *S. J. C. Ex. 39. §. 50.* ibique Müllerus. Alterius verò quæstionis cum par ratio esse videatur, sub eadem illa etiam distinctione decidenda esset.

§. XIX.

Ast, quod gratia & clementia Principum hac in parte indulgere utplurimum soleat, non dubito, cum ipsi hoc non negent, qui de Jure Civili contrarium obtinere volunt, vid. Liepold. *d. l.* Quod verò de regula hodie ita interesse fisci negligendum sit, uti plurimorum locorum statutis negligitur, quemadmodum *de mercibus immunibus* non confiscandis ex Wissenbachio *Disp. ad Pand. P. 2. disp. 15. & 25.* refert Liepold. *p. 51.* qui etiam *edicta Gallica* FRANCISCI I. CAROLI IX. & HENRICI VI. quæ juxta tritum illud juris Admiralici: *La robe de l'ennèmi confisque la robe de l'ami.* i. e. res hostis confiscat etiam rem amici, licitas merces cum illicitis in una nave mixtas indistinctè fisco suo asseruerant, multis in locis penitus esse abolita tradit p. 48. id cum suorum ærariorum detrimento conjunctum, quin immutare & revocare possint, Principes, optime satis constare arbitror.

§. XX.

Nunc ad JUS CIRCA FLUMINA PUBLICA devolvor, quæ licet hodie in patrimonio Principis sint, eorumque præcipua commoda in fiscum referri cœperint, neque tamen in omnibus adhuc hodie ita res se habet. Neque enim argumentari licet: Flumina hodie sunt publica; Ergò quicquid est in iis, nedum quæ saltim sunt illa, eandem conditionem accepere, Mev. *P. 7. decis.* 301. Primo itaque hoc constat EX JURE ALLUVIONIS. Quanquam enim non desint, qui scribant, mores nostros hac in parte a jure Civili discessisse, vi cujus alluvionis

vionis (per quam *incrementum latens ſive occultum* intelligunt, *quod flumen ita pedetentim fundo alicujus adjicit, ut oculis ſenſibusque non poſſit deprehendi.* vid. Cocceji *Diſſ. de jure alluvionum in Imperio* §. *1. add.* §. *8.*) commodum ejus eſt, cujus eſt fundus alluvione auctus. §. *20. J. de R. D. l. 7.* §. *1. ff. eodem l. 1. & 3. de alluvion.* vid. Lauterb. *ad tit. de A. R. D.* §. *74.* aliique DD. ibidem, hoc jus hodiè ad REGALIA referunt, Ruland, *de Commiſſariis l. 2. P. 4. c. 15. n. 41.* Stypman. *de jure flum. P. 2. c. 5. p. 549. ſeqq.* Mylerus ab Ehrenbach. *de Princip. & ſtatib. Imp. lib. 2. c. 66.* §. *8.* Beier. *ad Schultz. p. 232.* quorum quoque ſententiam amplectitur Illuſtr. Thomaſius *in D. de regalib. fiſci Principum Imperii c. 2.* §. *6.* id tamen univerſaliter verum non eſſe, non minor Doctorum numerus adſtruit, vid. Klock. *de ærario l. 2. c. 63. n. 8. ſeqq.* qui etiam de jure Gentium non Principis, ſed prædiorum poſſeſſorum eſſe incrementum ſenſim adjectum exiſtimat, iniquitatisque arguit, qui Principum æraria hoc modo locupletare ſtudent. Nos quidem hæc controverſia non attinet, quæ a Grotio *de J. B. & P. L. 2. c. 8.* §. *11. & 12.* & Pufendorfio *de J. N. & G. l. 4. c. 7.* §. *12.* latè agitata eſt add. Thomaſ. *c. l. not. q.) p. 46.* Stryk. *in D. de foro conſcientiæ c. 3. n. 23. n. 35. n. 47. n. 60. ſeqq.* Hertius *de ſuperioritate territoriali* §. *63.* Saltim, quoad inſtitutum noſtrum jubet, mores præſentes reſpiciendi ſunt, & ſi quidem, pace quod fiat Illuſtr. Thomaſii, qui conſuetam hanc chordam appellat, tam diu privatos contra fiſcum incrementa agris ſuis adjecta ſibi ſuisque, in fiſci detrimentum, commodis adſcribere credendum ſit, quàm diu fundata ipſis per jus Civile intentiò manet, & lex vel conſuetudo contraria nondum allata fuit ab illis, qui jus alluvionis ad Principum regalia abſolutè referunt Schæpff. *Synopſ. jur. priv. tit. de A. R. D.* §. *58.* certè non diffiteor, de regula mores noſtros fiſco nondum tribuiſſe hæc emolumenta. Nam quæ de BELGII quibusdam locis, & TERRIS AD RHENUM ſitis, teſtatur Grœnweg. *de LL. abrogatis ad* §. *20. J. de R. D.* quod ibi nempe contraria conſuetudo introducta fuerit, extra haſce regiones nullum jus veteris derogatorium conſtituunt, quin potius, quæ aliquibus Principum vel Electorum in Rheno & aliis circa id privilegiis quibusdam ſingulariter conceſſa ſunt, argumento eſſe puto, jure communi ſtandum eſſe, *arg. l. 5. ff. de probat.* conf. omnino Mevius *p. 7. Dec. 301.* Imò in hoc ipſo DUCATU WÜRTEMB. Principes clementer etiam indulgent, ut quilibet id, quod per alluvionem ita eſt adjectum, quietè poſſidere queat, B. Hochſtetter *in Coll. Pufend. p. 338. in not. lit. a.* Nec deſunt etiam in hoc loco exempla noviſſima. Et in tota fere Germania contrarium viget, aut ad minimum Juris Civ. diſpoſitionem nullibi vel lege, vel conſuetudine immutatam reperies, atque in SAXONIA alluviones ad privatos adhuc pertinere, ex jure Prov. Saxon. *leg. 2. art. 56. verſ.* Was das Waſſer.

Pp 2 oſtendit

ostendit Hoppius *in Commentario ad instituta tit. de R. D. in U. H. ad* §. 20. cui Patriam HAMBURGENSEM consuetudinem (legem enim scriptam hac de re vidisse non licuit) jungo Ibi enim, nisi præfecturam RIZEBUTTELENSEM excipias, si quid adjectum fuerit agris, ad possessores eorum pertinet, inde quod, quæ intra aliquot annorum spatium accrescant, intra idem tempus per mare sensim iterum abripi soleant. Imò in ipso BELGIO hanc rem admodum dubiam esse, propter diversitatem consuetudinum & rerum judicatarum, fatetur, Vinn. *ad* §. 20. *I. de R. D.* Hinc nec aliter sententiam, quæ alluvionis jura plane cessare contendit, admittenda videtur Strykio *in U. M. ad tit. de A. R. D.* §. 18. quam si ripæ fluminum vallo vel aggere munitæ sint. Tunc enim agri quasi *limitati* fiunt, in quibus jus alluvionis etiam de Jure Civili locum non habet. *l. 16. ff. de A. R. D.* Latè Struv. *S. I. C. Ex.* 41. §. 25. add. Coccej. *de jure alluv.* §. 10. *&* 11. & per consequens illa pars terræ, quæ ultra aggeres est, so über den Dämmen nach dem Fluß ist, alveo adscribitur, & hinc una cum flumine ad Principem spectat add. Hopp. *cl. ibiq. cit.* Struv. *in S. I. C. exercit.* 41. *th.* 26. Coccejus *in d. Dissert.* §. 13. *& sqq.* cui limitationi hanc àddunt alii, si per flumen aliud quodquam incrementum terrenum adjiciatur e. gr. granum auri & similia Clariss. Kress. *in Specimine Jurisprudentiæ for. p.* 99. Leiserus *in Jure Georgico l.* 1. *c.* 42. *n.* 11.

§. XXI.

Idem judicium esto de ALVEO, *qui totus & in universum à flumine ad aliam partem fluente* DERELICTUS est, & de *Jure Civili* acquiritur vicina prædia possidentibus §. 23. *J. de R. D. l.* 7. §. 5. *ff. eodem.* Hunc enim neque hodie fiscum sibi vindicare puto, nisi ubi expresso STATUTO commodis ejus prospectum est, quale de BATAVIS refert Vinnius *ad* §. 22. *n.* 7. *&* §. 23. cui convenit consuetudo in MARCHIA VETERI & DISTRICTU BRANDENBURGICO, ubi multi propterea Nobilium cum certa parte alvei investiri solent, Stryk. *U. M. tit. de A. R. D.* §. 19. eo quod etiam in *jure Provinc. Saxon. l.* 2. *art.* 56. *in f.* & *Prutenico l.* 3. *t.* 1. *a.* 5. §. 1. *&* 2. expressè observetur Juris Civilis tenor. vid. Hopp. *in U. H. ad* §. 23. *J. de R. D.* Ziegl. *de J. M. l.* 2. *c.* 15. §. 56. Philippi *Usu Pr. Instit. l.* 2. *t.* 1. *ecloga* 8. ubi Scabinos LIPSIENSES etiam m. Aug. 1600. ita pronuntiasse refert. Neque id me movet in contrarium, quod Thomasius *c. l.* §. 5. *p.* 44. ex ratione naturali Principis esse alveum talem, hincque ad eum semper pertinere, nisi ubi Jus Justinianeum introductum, dicat. Hic enim semper recurrit receptior magis sententia, quâ quotiescunque à jure Civili divortium factum esse docetur, probatio incumbit illi, qui ad Constitutionem Juri Civili derogatariam provocat, siquidem post illius factam semel receptionem regulariter illi standum sit, quod & in Saxonia inferiori aliisque locis to-

ta die observari quotidiana praxis comprobat, add. Carpz. *P. 3. Constit. 31. Def. 14. 15.* Sande *Decis. Fris. l. 5. t. 2. def. 1. & 2.* Bonacin. *tr. de restit. in genere disp. 1. qu. 3. puncto 8. n. 30.*

§. XXII.

Quid circa INSULAM IN FLUMINE NATAM hodie obtineat, & an quoad illam fisci commoda stabilita esse dici possint, lubens prætereo, cum prolixè satis & plene de illo disseruerit Magnif. Dn. Præses *in Collat. J. C. cum R. J. Section. 2. th. 2.* add. præter Struv. *S. J. C. Ex. 41. §. 30.* & Heigium *p. 2. qu. 40. per tot.* B. Stryk. *U. M. tit. de R. D. §. 21. seqq.* & junge denique, si placet, Faust ab Aschaffenburg. *in Consil. pro ærario classe IV. cons. 292.* ubi vocis Werder, Germanis insulam utplurimum denotantis significatum exhibet.

§. XXIII.

LAPILLOS, GEMMAS, MARGARITAS, quorum omnium diversa natura est *p. l. 19. §. 17. & 18. ff. de auro & argento leg.* aliaque in littore maris inventa de Jure Civili occupanti cessisse inventionis jure certum est. vid. *§. 18. J. de R. D. ibiq.* Vinn. *l. 3. ff. eodem.* & quidem ei, qui primus manu occupavit *l. 1. §. 1. de A. V. A. P.* Pufendorf. *de J. N. & G. p. 538.* Müller ad Struv. *Ex. 41. §. 21.* add. B. Frommann. *de amissione rei fortuitæ th. 13.* Hodie verò, uti Jus in littoribus quodammodo ad regalia refertur vid. Schulz. *ad tit. de R. D. lit. z.* Nicolaus Reusner *de inventione modi Dominii naturali*, Stypmann *de jure marit. P. 2. c. 4. n. 111. seq.* ita, ut littora non saltim quoad *Jurisdictionem* & *Imperium*, sed etiam quoad *proprietatem* Principum esse contendat Stryk. *U. M. ad tit. de R. D. §. 8.* add. Ziegl. *de J. Maj. l. 2. c. 15. §. 19. 20. 21.* ita etiam, quicquid in littoribus invenitur, ex plenitudine potestatis fisco suo Principes nostros adscribere tradunt Doctores quam plurimi, quos adducit Lauterb. *in Colleg. ad tit. de A. R. D. §. 28. & in disp. de thesauris th. 2.* add. Struv. *S. J. C. Ex. 41. §. 22.* Excellentiss. Dn. D. Majer, Fautor ac Præceptor meus Colendissimus, *in Commentario ad Inst. p. 347.* Ego quidem quoad justitiam hujus apprehensionis, à fisco faciendæ, non refragor. Innuit illam eleganter Grotius *L. 2. de J. B. & P. c. 8. n. 5.* his potissimum verbis: *Principibus ab illis rebus incipiendum, quæ sine damno cujuspiam tribui possint, cujusmodi sunt res omnes, quæ in Dominium nullius pervenerunt.* Conf. Struv. *c. l.* Busius *ad l. § pen. de jure fisci* &, qui in specie quoad lapillos & gemmas id asserit, *Cyprianus Regneri*, ap. eund. Struv. *S. J. F. c. 6. aphor. 7. n. 1. p. 183.* An verò Juris Civilis dispositio ante allegata plane abrogata hodie sit, de eo adhuc merito dubito sicque ex eadem ratione inter *neglecta fisci commoda* refero, quòd in aliquibus saltem locis proventibus ejus augendis hac in parte leges prohibitivæ reperiantur. Quamquam enim id me non lateat, JURE PRUTENICO *succini*

collectionem gravissimè interdictam esse. vid. *Lib. 3. t. 1. a. 3. §. 3.* add. Happelius *in mundo tripartito p. 296.* ubi refert, Duces Borussiæ sæpè unico anno ultra viginti marcarum argenti millia ex succini collectione conficere, itemque in RHENO flumine absque concessione Principis aurum quærere non licere testatur, Noë Meurer *tr. de jure aquarum P. 1. fol. 6. 9.* ibi: die Gold-Gruben im Rhein werden für ein sonder Regal der Hohen Obrigkeit zuständig gehalten. Inde tamen concludere haud possumus, ita planè fisci commoda quoad hoc hodie amplius non negligi, ut exiguæ admodum utilitatis sit Juris Civilis dispositio, quæ sententia est Hoppii *in U. H. ad §. 18. I. de A. R. D.* ubi tamen, præter Jus Prutenicum, nullum aliud allegat, quo communiter regalibus suis jus circa inventa quæcunque in littore sibi adscripsisse hactenus Principes probare possit. At enim vero, post habitis exteris regionibus, in quibus certè nec omnibus similes collectiones subditis interdicuntur, uti de DELPHINATU quoad aurum in littoribus inventum testatur ex Franc. Marc. *decis. 121. §. 1.* a se allegata Heig. *p. 2. qu. 40. n. 149.* id potius sustinebo, non alibi modo, sed in ipsa BORUSSIA fisci commodis hac in parte nondum satis vigilatum esse. Neque credo etiam, aliquem lapillum aut gemmam, quæ nullius sit, in littore, aut monte, aut alibi inventam sibi retinere prohiberi, nisi ordinarius inde proventus ad Principem redundet, quà in re mecum conspirat Clariss. Trierius *in animadver. ad Hoppii Examen Jur. Civil. animadv. 78.* Stryk. *U. M. ad tit. de R. D. §. 9.* quod enim ad reliquas extra Borussiam regiones attinet, vel desunt leges, quibus subditis inventio hæc interdicitur, forsan, quia in littoribus vel plane non, vel raro saltem, aliquid pretio constans reperiatur, vel Juris Civilis dispositio per consuetudinem corroborata est. Sic in POMERANIA *succini* collectio in littore maris, Stypmann *de jure marit. P. 2. c. 4. n. 2.* & alibi granorum auri collectio ex fluminibus ex. gr. sale, arena, privatis adhuc permissa est Excell. Dn. Ludovici *ad tit. ff. de. A. R. D. §. 8.* Idem de succini collectione privatis in Ducatu Megapolitano relicta refert. Schöpfer *in Synopsi Juris privati ad tit. de A. R. D. §. 32.* & res levidenses, in littore maris collectas, fere communiter inventoribus relinqui testatur. Stryk. *U. M. ad tit. eund. §. 12.* Quod verò ipsas regiones Borussiacas concernit, certè, si inspiciamus verba Juris Pruten. *l. 3. t. 1. a. 3. & §. 3.* ita illa se habent. Es ist die Lufft, das Meer, sammt dem Ufer und Gestaten dessen, wie auch das Regen-Wasser, durchaus allen lebendigen Creaturen zugleich frey und gemein, darum kan noch mag an den Gestaten des Meers Fische zu fahen/ oder etwas anders zu suchen/ niemand verbotten oder verwehret werden/ ausserhalb des Bornsteins, welchen an den Gestahten des Meers aufzulesen bey höchster Straff in unserm Hertzogthum Preußen verbot-

verbotten seyn. Hinc enim constat, solam succini collectionem fisco suo addixisse Legislatorem, non gemmas, non conchas, non corallia, non uniones, non adamantes, quas simili jure sibi vindicare potuisset. Cl. Kress *in Specim. Jurispr. forens. p. 69.* exceptio verò uti in casibus non exceptis semper firmat regulam, ita hic etiam non aliter statuendum est.

§. XXIV.

Adductus prope essem traditis Sixtini *tr. de regal. t. 2. c. 16.* ubi operosè largum pro se Doctorum numerum allegat, ut circa METALLIFODINAS IN FUNDIS PRIVATIS REPERTAS (de cæteris enim dubitationis causa nulla superest) eatenus fisci commoda negligi adhuc putarem quatenus Jus Civile Romanum quoad illas privatis magis quam publicis proventibus consuluisse certum est, siquidem venas metallicas una cum metallis & mineralibus in fundo privato repertas, dominii aut proprietatis jure illi addixit, cujus iste fundus proprius esset, *l. 3. in f. l. 4. l. 5. §. 1. de rebus eorum, qui sub tut. l. 3. C. de metall. l. 4. §. 7. ff. de censib. l. 7. §. 13. & 14. ff. sol. matr. l. 13. §. 5. ff. de usufruct. l. 13. §. 1. de comm. præd.* soluto saltim certo Principi vectigali *l. 17. §. 1. ff. de V. S. l. 13. ff. de publican.* Late Magnif. Dn. Præses *Collat. Jur. Civ. cum Recess. Imper. Sect. II. th. 3. p. 10.* ubi etiam utriusque sententiæ Patronos, quorum una etiam moribus Germanorum rem ita se habere, regalibusque fisci venas in talibus fundis repertas tam juxta Textum *2. F. 56.* quam *A. B. c. 9.* nonnisi *secundum quid* & quoad *Canonem metallicum* vel in decima vel octava vel alia, juxta loci consuetudinem, parte consistentem adscribi putat, altera verò plane & in totum sicque illis annumerat, ut in Principis mera potestate meroque arbitrio positum sit, velint ne domino fundi sub onere decimarum perceptionem fructuum ex fodinis illis permittere vel sibi reservare. Et speciosa, fateor, sunt quæ contra superiorem hanc sententiam in medium profert, post alios & Faustum præcipue ab Aschaffenburg *in Consiliis pro ærario cl. 6. Cons. 20. p. 237. 243.* add. idem. *cl. IV. cons. 248. p. 149.* sæpius nobis allegatus Scharff. *in Disp. de iis, quæ juribus fisci perperam accensentur c. 2. §. 4.* largo etiam Doctorum idem secum sentientium numero stipatus id verò maximè urgens, Jus Civile Romanum per dictum *Cap. un. 2. F. 56. & A. B. c. 9.* non esse correctum, sed salvam adhuc inter fundos publicos & privatos quoad metallifodinas manere distinctionem. Ast quod hac in parte fiscus non habeat, cur de neglectis emolumentis suis sollicitus sit, certè non modo ex ipsa dictorum textuum veriori ac magis congrua interpretatione, sed ipsa etiam Imperii hodierna & generali fere consuetudine, rebus etiam judicatis firmata, nec obscure in R. J. de anno 1541. §. Dieweilen wir aber, sine ullo discrimine corroborata, post multos à se laudatos late adstruxit Magnif. Dn. Præses *all. loco,*

quod

quod in tranſitu ſaltim monere volui, ne inſigne exemplum præteriiſſe viderer.

§. XXV.

Aliter verò res ſe habet, quoad Thesauros. Quin enim quoad illos Jus Civile, quod commodis fiſci parum vel nihil hac in parte tribuit, in viridi hactenus obſervantia permanſerit, extra dubitationem poſitum eſſe arbitrior. Et juvat ante omnia eâ, quâ fieri poterit, brevitate, diſpicere, quando Jus Civile fiſco adſcripſerit theſauros vel integros vel ex parte. Olim quidem ante Leonis conſtitutionem fodiendorum theſaurorum facultatem a Principe prius impetrandam fuiſſe, *arg. l. un. C. de theſauris* multi volunt interpretes, quibus tamen reſpondet, Ziegl. *laud. loc.* §. *11.* & hoc ſaltim ad acquirendum theſaurum jam effoſſum neceſſarium fuiſſe docet. Noſtra hoc non magis intereſt, quam centies a Doctoribus tradita hîc repetere, quomodò pro diverſitate vel loci, ubi repertus fuit theſaurus, vel modi, quo effoſſus, Jus Civile de Dominio theſaurorum diſpoſuerit. Id ſaltim agam, ut quid circa theſauros fiſco addicendos ſtatuerit, repetam. Integrum theſaurum fiſco tunc tribuit, *ſi arte illicita & prohibita* inventus fuerit in loco inventoris *proprio*, ex. gr. ſceleratis ſacrificiis *d. l. un. C. de Theſaur. l. 5. C. de malefic.* Peregr. *de Jure fiſci L. 4. t. 4. n. 2.* Cardinal. de Lugo *de juſtit. & jure diſp. 6. ſect. 11. n. 12.* aliique a Lauterb. *d. D. th. 19.* adducti, ubi etiam, quid per locum proprium intelligat, prolixè docet. add. idem *in Coll. ad d. tit.* §. *36. ſeqq.* dixi notanter *proprio.* Quamquàm enim non deſint, qui theſaurum arte illicita in fundo alieno inventum pariter fiſco adjudicent, uti Molina *de J. & J. tr. 2. diſput. 56. n. 1.* Berlich. *parte 2. concl. 66. n. 11.* plurimi tamen DD. contrarium ſtatuunt, & Domino illius fundi integrum theſaurum relinquunt, tum quod in nullo juris textu limitatio hæc reperiatur, tum quod potius *in d. l. un.* generaliter dicatur, *illum, qui in alieno loco theſaurum ſcrutatus invenerit, totum hoc locorum Domino reddere compelli, & velut temeratorem legis ſaluberrimæ puniri.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. 5. n. 34. ſeqq. p. 315. & ſeq.* Lauterb. *d. D. th. 26. p. m. 29.* & *de jure fiſci c. 3.* §. *9.* Inter media verò illicita refertur *conſultatio aruſpicum, necromantarum* & ſimilium *d. l. 5. C. de malefic.* cujusmodi horrendum exemplum recenſet Carpzov. *Praxi Crim. n. 41.* Evocationes ſpectrorum Anruff- und Beſchwehrung der Geiſter, projectiones globulorum Lauff der Faden-Knäulen, viſiones per ſpecula, Chryſtalla, characteres &c. vid. Leiſer. *in jure Georgico l. 3. c. 25.* §. *47.* An verò fiſcus theſaurum ſibi ideo vindicare queat, quod illum quaſi à ſpectro aliquo ſponte ſibi indicatum vindicaverit, vid. Schœpff. *ad tit. de A. R. D. n. 47.* ubi negat, ſi nulla ars magica adhibita fuerit. Neque verò *virgulam mercurialem*, (cadentem) inter tales artes magicas

referre

referre solent, quanquam multi è Physicis & JCtis usum talis virgulæ magiæ illicitæ adscribant, & cum pacto Diabolico implicito conjunctum esse asserant, uti Sperling. *in Diss. An virgula mercurialis agat ex facultate occulta?* & alii quos notat Dietherus *in continuat. Thesauri Besold. voce* Hexen, quibus plenè satisfactum est. a B Frommanno *in tr. de fascinationibus L. 3. P. 15. c. 4. §. 1.* adde Zeidlerum *in Panto mysterio* von der Wünschel-Ruth, cum Præfat. Illustr. Thomasii An. 1700. in 8. Marth. Willenium in der Beschreibung von der Wünschel-Ruthe, Ao. 1694. 8. editam. Stryck. *U. M. t. de A. R. D. §. 16. ibique adductos.* Hactenus de thesauris in loco privato repertis. Nunc videbimus, quid Jus Civile circa thesauros in loco extra patrimonium privatorum & qui in nullius bonis censetur, repertos statuat. Hic quidem regulariter inventori totus cedit, ex generali illa ratione, quod, quæ nullius sunt, occupantis fiant. Lauterb. *d. D. th. 29.* Hinc in mari, in littore maris, vel simili loco, thesaurum occupans totum sibi retinet. In eo tamen exceptionem hæc patiuntur, quando in locis vel sacris vel religiosis, utpote quæ pariter in nullius bonis esse censentur, *§. 7. seqq. J. de R. D.* thesaurus inventus fuerit. Ibi enim, si fortuito id factum, Imperator Hadrianus relinquit quidem illum ex asse inventori *§. 39. J. de R. D. §. 3.* Si verò data opera quæsitus fuerit, totus cedit fisco, per expressam constitutionem Textus unici *2. F. 56.* in locis verò fiscalibus vel Civitatis inventus fortuitò pro dimidiâ parte inventoris pro dimidia fisci esse debet *d. §. 39. & d. 2. F. 56.* nisi thesaurum inveniens partem fisco debitam supprimat, quo nempe casu in pœnam inventoris non modo totus fisco applicatur, sed ille insuper alterum tantum debet solvere, *per l. 3. §. f. ff. de jure fisci*, uti data opera quæsitus pariter totus ad fiscum pertinere debet. vid. Lauterb. *d. D. thes. 30.* Quanquam verò circa hoc punctum irreconciliabilis videatur, *l. 3. §. 10. de jure fisci*, multumque contentionis inde inter interpretes ortum, hæc tamen uti nimis prolixa apud alios a Lauterb. allegatos evolvi malim, præsertim ubi FRIDERICI IMPERATORIS sententia in d. cap. promulgata, hodie obtineat, ubi non statutis vel alia ratione immutata fuerit: Confer. Schilter. *Ex. ad ff. 45. §. 30.* ubi eleganter docet, maximè errasse quatuor illos Antecessores Juris Bononiensis, studii Irnerii discipulos, BULGARUM, MARTINUM, JACOBUM DE REGIONE & HUGONEM ad hanc controversiam ab Imperatore Friderico accitos, ut indicarent in veritate omnia jura regalia, quæ ratione Imperii in Lombardia ad ipsum spectarent & sua esse deberent, quod in *d. c. 2. F. 56.* ultimo loco inter regalia referant dimidium thesauri in loco Cæsaris inventi, cum tamen de eo nulla nec quæstio nec dubitatio fuerit, quùm, quod singulis privatis acquireretur in suo solo, fisco aut Imperatori denegari per se non posset, sed de acquisitione the-

saurorum in universum extra fundos fiscales repertorum quæstio fuerit, tanquam de regali; Et idem in sequenti §. *31.* ita: *At, quidquid sit, quia tamen Fridericus I. hac re tum contentus forte, quum alias repetitio regalium satis odiosa esset, & invidiosa Pontifici, & postea libris juris feudalis insertum hoc capitulum fuerit, atque error suo modo etiam jus faciat, ex hinc contigit, ut in foro nostro hoc jure utamur.*

§. XXVI.

Hæc *Schilterus.* Sed objicietur forsan *Grotianum* illud assertum quod asseclæ ejus, utpote Arnisæus de *d. J. M. c. 6. n. 23.* Christinæus *Vol. 5. dec. 16. n. ult. dec. 17. n. 9.* aliique, quos citat. Struvius *in S. J. F. p. 432.* hic allegare solent, qui *de J. B. & P. l. 2. c. 8. §. 7. Germania*, inquit, *populi thesauros, ut & alia ἀδέσποτα addixerunt Principi, atque id jus nunc commune est & quasi Gentium; Nam & in Germania, & Gallia, & Anglia, & Hispania, & in Dania id observatur.* Verum enim verò majori fiducia quam veritate Grotium fisco thesauros hodie adjudicare indistinctè, singularum ferè provinciarum, ubi scil. contrarium adhuc viget, mores ostendunt. Quæ etiam ratio est cur post Zieglerum *de J. M. l. 2. c. 20. §. 19.* hæc in verba prorumpat Lauterbach. *d. l. th. 31. Nos non de justitia sed de facto hujus consuetudinis dubitamus. Quamvis enim ex naturali ratione res nullius occupanti cedant, attamen nihil obstare, quò minus legibus & moribus aliud constitui possit. &c.* Videamus igitur de facto, & singulas Provincias a Grotio allegatas perlustremus. Ordiamur a GERMANIA, præsenti scil. ejus statu; de antiquo enim fiscum non jure saltim privatorum thesauros in suis repertos fundis, sed regalium jure indistinctè illos acquisivisse satis forsan constaret ex legibus, quas THEODORICUS VERONENSIS Rex Gothorum, & FRIDERICUS IMPERATOR & Rex Siciliæ hanc in rem tulere. vid. Schilter. *d. l. §. 26.* ubi *& §. 27.* Jus Vetus SAXONICUM adducit, quale fisci jus suâ ætate exolevisse gratulatur *Calpurnius Seculi IIItii* sub *Carol. Imperat. Poeta eclogâ 4.*

Jam neque damnatos metuit jactare ligones
Fossor, & invento, si fors dedit, utitur auro
Nec timet, (ut nuper) dum jugera versat arator,
Ne sonet offensô contraria vomere massa,
Jamque palam pressô magis ac magis instat aratro.

De hodierno verò contraria certè consuetudo viget. Præterquam enim, quòd non modo generaliter juxta *Jus Commune* controversiam de thesauris in judiciis & tribunalibus decidi testetur. Sixtinus *de regal. l. 2. c. f. n. 1. p. 339.* ubi simul refert, se in eleganti facti specie de thesauris ex juris communis dispositione respondisse, ac secundum responsum illud in supremo Hassiæ dicasterio

ſterio & in Camera Imperiali, ad quam a parte victa appellatum erat, pronunciatum fuiſſe; ſpecialiter certe id de ſingulis ferè Germaniæ provinciis affirmari poteſt. De SAXONIA id præjudiciis teſtantur. Carpz. *P. 2. conſt. 53. def. 4. ſeqq.* Stryk. *U. M. tit. de A R. D. §. 14.* de Jure PRUTENICO & CULMENSI Hopp. *U. H. ad eundem tit. §. 39.* de Jure SUEVICO poſt Fridericum (antiquis enim temporibus Veteri Jure communi Teutonico uſi videntur) Schilter. *d. Ex. 45. §. 32.* de NORIMBERGA & MULHUSA Stryk. *c. l. §. 15.* ubi eorum *ſtatuta* integra exhibet, & HAMBURGI ac LUBECÆ idem obtinere concludit, quia ſpeciales de theſauri inventione diſpoſitiones ibi non extent. *In* GALLIA *vero* & LUSITANIA totum theſaurum non ad Regem pertinere teſtantur, quos hanc in rem laudat Lauterb. *d. D. §. 31.* de BELGIO ipſa hoc agnoſcit Grœneweg. *de LL. abrogatis ad §. 39. J. de R. D.* & *fiſcum præter quædam transactionum inſtrumenta cum nonnullis inventoribus inita, nullum juri ſuo titulum remve judicatam exhibere poſſe* docet; quare & in hoc negotio ſequendam conſtitutionem Juris Romani putat, Vinn. *ad eundem §. p. m. 208.* Ex quibus adductis facile patet, niſi ANGLIAM excipias, ubi per legem WILHELMI I. *theſauri de terra regis ſunt, niſi in eccleſia vel cœmeterio inveniantur*, memorante Henrico de Knighton, *de evintib. Angliæ* ad annum 1087. apud Hertium *ad Puf. l. 4. c. 6. §. 13.* & SCOTIAM, de quâ vid. Schilter. *Ex. 45. §. 28.* & DANIAM forſan (de quâ dubito) Juris Civilis diſpoſitionem quoad theſauros adhuc vigere, hincque fiſci commodis neque hic nondum proſpectum eſſe, quidquid etiam ſentiat Illuſtr. Thomaſius *d. D. de regalib. fiſci §. 3. p. 40.* contra quem eadem ſemper recurrit reſponſio, tamdiu jus commune in obſervantia adhuc eſſe, quamdiu non modo non abolitum, ſed ſtatutis etiam & præjudiciis, uti hic, confirmatum eſt, ſicque inter jus & factum ſemper hic diſtinguendum eſſe. Hoc enim uti ſemper probatione indiget, ita tutius eſt in illo manere quòd ſcriptum Hopp. *c. l. p. 187.* & dum de neglectis fiſci commodis diſſero, non de eo, quid Princeps per novas leges introducere, eisdemque fiſci ſui commodis melius poſſit proſpicere, ſed quid pro præſenti rerum ſtatu jamdum in praxi obtineat, diſputo. Stryk. *U. M. d. l. p. 94.* Scharff. *d. D. c. 2. §. 1.*

§. XXVII.

Antequam vero THESAUROS relinquam, illud adhuc Coronidis loco circa hanc materiam indicandum, non modo Jus Civile, &, quod ei ſuffragatur, allegatum Capitulum Friderici obſervari in quam plurimis quoad theſauros, ſed in detrimentum fiſci etiam ſequenti caſu unicam ab illo diſceſſionem fieri. Scilicet, ſicut *de jure Civili* per adducta in §. 24. *in fine* Theſaurus *in loco religioſo* data opera inventus fiſco cedere debebat, ita hodie omne jus illud fiſci ECCLESIIS nunc tribuitur, utpote in quarum dominio hodie ſunt loca religioſa.

Inde, si Thesaurus in iis fortuito inventus, inter ecclesiam & inventorem est dividendus, ex ea ratione, quod loci religiosi non amplius privati sint (quo casu totus inventori cederet) sed publici, qui locis fiscalibus *in §. 39. J. de R. D.* æquiparantur, si vero data opera, totus Ecclesiæ relinquendus. Confer. Finckelthusius *Disp. 4. de feud. qu. 20. lit. c.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. f. n. 38.* Peregr. *de jure fisci l. 4. t. 2. n. 7.* Schülz. *de feudis c. 7. n. 187.* Arnisæus *de jure Maj. l. 3. c. 6. n. 24.* Klock. *de ærario l. 2. c. 117. n. 23. add. n. 31. seq.* ubi elegantem historiam exhibet de Carolo IV. Imperatore Thesaurum in Monasterio sibi ostensum & a Monachis oblatum detrectante, eaque quæ Deo & Ecclesiis devota essent, concupiscere abnuente. His accedunt Hopp. *d. l. p. 281.* & Schilterus *d. l. §. 31.*

§. XXVIII.

Et hæc quoad generales acquirendi modos præcipua arbitror esse exempla, quibus mores nostri de augendis fisci commodis nondum adeo soliciti fuisse videntur. Si quædam forsan omiserim, aut exigua certè erunt, & cum non magno fisci detrimento conjuncta, aut, in quibus præstat ipsi fisco, rerum quarundam neglexisse proprietatem, quam illam sibi adjudicasse, quod posterius exemplo *riparum* probat Stryk. *U. M. tit. de R. D. §. 15.* ibi: *quod Dominium riparum plus oneris, quàm commodi contineat. Involvit enim hæc proprietas necessitatem ripæ muniendæ vel reficiendæ, quod unus utilitatem dominii multis parasangis excedit, ut hinc fiscus, qui commodis tantum intentus, dicam scribere noluerit privatis riparum Dominis.* Opponi quidem Strykio hic posset, nihilominus fiscum hodie sibi vindicare ripas, si ex sententia Zœsii ac Dessellii *in not. ad d. t. de R. D.* procedendum esset. Hi enim propterea id statuunt, quia in *c. un. 2. F. 56.* regalibus accensetur *ripaticum*. Verùm, quod *ripaticum* ibi nihil aliud quam *Vectigal* vel *portorium*, quòd flumen trajicientibus imponitur, denotet, (conf. hic Sixtin. *de regal. l. 2. c. 5. p. m. 49.* & qui in explicanda hac voce prolixus est Faust ab Aschaffenburg *Cons. pro ærario cl. 6. Cons. 17. p. 233.*) ex eo evidenter apparet, quod *jus trajectus*, die Fähr-Gerechtigkeit, ob quod ripaticum solvitur non accolis fluminis, sed Principi tanquam regale competit, nisi a Principe tacite vel expresse alicui privato sit concessum, salva tamen privatis utrobique riparum proprietate manente. Cl. Kress. *in Specim. Jurisprud. for. p. 70.* & Philippi *in Us. Pr. J. h. t. Ecloga 9.* Addatur ipse Stryk. *c. l.* ex quo etiam responderi potest Illustri Thomasio *ad J. d. t. p. 114.* ubi proprietatem riparum ad privatos hodienum adhuc pertinere negat. Siquidem sic fiscus etiam expensas refectionis in se recipere deberet, si invitis Dominis transitum per ripas concedendi & vectigal eo nomine exigendi facultatem sibi assumeret.

CAPUT

CAPUT III.
DE NEGLECTIS FISCI COMMODIS, QUOAD MODOS IPSI ACQUIRENDI SINGULARES DISSERENS.
SUMMARIA.

§. *I. Transitus ad modos acquirendi singulares, quibus fisco acquiritur.*

§. *II. 1)* In POENAM delinquentium, *Jure quidem Pandectarum per consequentiam in delictis capitalibus, quod tamen mutatum per Nov. 17. & 134. & Auth. Bona damnatorum, quæ etiam collaterales præ fisco admittit, Imerius defenditur, Usus hujus Auth. probatur.*

§. *III. Quid in detrimentum fisci hic statuerit* Carolus V. *in Sanct. Crim. art. 218. quomodo hic artic. interpretandus?*

§. *IV. an in delictis, in quibus hodie confiscatio adhuc viget, saltim successio ab intestato ad tertium gradum obtineat? an vero testamenti factio omnimoda reis permittatur? quod posterius de Jure Civili etiam novissimo negatur, de consuetudinario Germanorum affirmatur,*

§. *V. Et ampliatur etiam quoad illos, qui ante factam condemnationem violentas sibimet manus intulerunt.*

§. *VI. de deportatis, damnatis ad ferrum, aut bestias, aut in metallum remissive. Klockii judicium de fisci utilitate quoad damnatos in metallum hodie neglecta. De damnatis ad opus publicum, quibus denegatur reg. testamenti factio. De bannitis, De annotatione bonorum rei aufugientis hodie adhuc usitatâ.*

§. *VII. Remissivè & per transitum* a) *de pœnarum multarumque compendiis,* b) *de pœna ex popularibus actionibus privato reg. applicanda* c) *de pœna emtionis venditionis rei litigiosæ.* d) *de rebus furtivis non fisco sed Domino adjudicandis &* e) *de condictione furtiva, suspenso licet reo, contra hæredes competente.*

§. *VIII. 2)* ob aliam causam, quam pœnam, *ubi 1) de BONIS VACANTIBUS. Eorum definitio. An fiscus illa jure regalium, an hæredis titulo acquirat? an cum onere æris alieni, exsolvendorum legatorum & conficiendi inventarii?*

§. *IX. Fisci incommoda circa bonorum Vacant. acquisitionem consistunt* primo *in eo, quod hodie omnes a latere cognati ipsum in infinitum excludant. Praxis varia. Quid in feudis obtineat? Beustius plagii notatur.*

§. *X.* Secundo, *quod* juris titulo *fiscum, hodie maximè, antevertant, 1)* conjuges, *De Bonorum Possessione Prætoria. De successione conjugum statutaria. Ampl. quoad* sponsos. *Quid Justinianus in Nov. 53. & 117. conjugibus novi indulgeat? 2)* Liberalitatis Imperat. socii. *3)* Collegia. *4)* Ecclesia *in bonis Clerici. An etiam* Academia? *An* Hospitale? *5)* Patronus *in bonis liberti, non tamen 6)* Tutor *in bonis pupilli. De* præscriptione *quadriennali.*

§. XI. II.) *de* REBUS pro DERELICTO habitis. *Distingu. inter res mob. & immob.*

§. XII. III.) *de* BONIS NAUFRAGORUM, *quæ Illustr. Thomasius minus recte fisco vindicat. Consuetudo Hamburgensis peculiaris novissima.*

§. XIII. IV.) *de* HIS, QUÆ UT INDIGNIS auferuntur, *quem titulum non quidem per omnia abrogatum esse asseritur, in quibusdam tamen casibus fisci jura hic limitari & rescindi, quod ostenditur.*

§. XIV. 1.) *in casu ejus, qui aliquem testari coegit, quid, si quis prohibuerit?*

§. XV. 2.) *in casu inultæ necis defuncti.*

§. XVI. 3.) *conjugis a conjuge occisæ.*

§. XVII. 4.) *parentis a filio vel fratris a fratre occisi.*

§. XVIII. 5.) *cujuscunque defuncti occisoris; quod incapacitatis causa cum indignitatis causa concurrens fortior habeatur. An vulgariter substitutus obveniente tali casu excludat fiscum?*

§. XIX. 6.) *exemplo uxoris intra annum luctus renubentis.*

§. XX. *Conclusio.*

§. I.

SINGULARES ACQUIRENDI MODOS definio, quod sint, *qui certas tantum personas respiciunt, quibusque privatorum vel totum patrimonium vel certa ejus portio aufertur, fiscoque addicitur, vel ex particulari plane causa illi acquiritur.* Lauterb. *Coll. Th. Pr. ad tit. de Jure fisci* §. *8. 9. & 10*, qui hinc illos in universales & particulares dispescit, qua tamen distinctione cum magis placeat illa, quam *in disp. de jure fisci c. 1. §. 1.* habet, nempe ubi ex bonis privatorum fisco vel in eorum, quam meruerunt, pœnam, vel aliam ob causam, tribui & comparari dicit, eum quoque in præsenti capite ordinem servaturus sum, ut primum neglecta fisci commoda quoad pœnas, dein quoad easdem aliam ob causam provenientes recenseam.

§. II.

Jam quidem, quod ad POENAS EX DELICTIS fisco adjudicandas spectat, si jus PANDECTARUM intueamur, constat, graviores pœnas publicationem bonorum rei vel confiscationem secutam esse. Hinc non modo tunc reorum bona capiebat fiscus, ubi per expressam sententiam Judex eorum publicationem decreverat, sed tacite etiam illa ad ipsum deferebantur in omnibus illis delictis, ubi vel vita adimebatur, vel civitas, vel servilis conditio irrogabatur, utpote ubi per consequentiam sententiæ ad hærebat confiscatio, licet non exprimeretur *p. l. 1. pr. ff. de bon. damnat. l. 2. & l. 4. C. de bon. proscript.* hincque eo ipso etiam testamenti factionem amittebant *p. l. 8. §. 4. ff. Qui test. fac. poss.* adeo, ut testamentum antea per eos conditum irritum reddatur *p. l. 6. §. 5. & 6. ff. de inj. rupt. irr. l. 8. §. 1. ff. Qui testament. facere possunt.* Conf. Lauterb. *ad tit.*

Qui

Qui teſtam. fac. poſſ. §. *29.* & *ad tit. de bon. damnat. per tot.* Peregrinus *de Jure fiſci l. 3. t. 3. ſeqq.* Müll. *ad Struvium Exercitat. 32.* §. *1.* temperatum tamen hoc Jus ab Impp. THEODOSIO & VALENTINO usque ad dimidium, reliqua parte liberis reſervata *l. 7. pr. ff. de bon. damnat. l. 10. C. de bon. proſcript.* Plane verò id in detrimentum fiſci mutavit nova JUSTINIANI Conſtitutio duplex, una quidem per *Nov. XVII. c. 12.* hiſce verbis concepta. *Oportet autem te & in hoc omnem ponere providentiam, cum aliquis dignus apparuerit, pœna illum quidem punire, res autem ejus non contingere, ſed ſinere ejus & generi & legi & ſecundum illam ordini. Non enim res ſunt, quæ delinquunt, ſed qui res poſſident, at illi reciprocant ordinem: eos quidem qui digni ſunt pœna, dimittunt; illorum autem auferunt res, alios pro illis punientes, quos lex forte ad illorum vocavit ſucceſſionem.* Altera & recentior quidem in *Nov. CXXXIV. c. fin.* ibi: *Subſtantias eorum non fieri lucrum judicibus, aut eorum officiis, ſed neque ſecundum veteres leges fiſco eas applicari, ſed ſiquidem habeant deſcendentes & aſcendentes usque ad tertium gradum eos habere. Si verò mulieres habeant, qui condemnati ſunt, omnibus modis jubemus, iſtas & dotem & antenuptialem donationem accipere, ſi verò ſine dote talibus perſonis conjunctæ fuerint: a legibus definitam partem de tota ſubſtantia condemnati eas accipere ſive filios habeant ſ. non ſi verò neminem prædictorum habeat, qui deliquit, tunc fiſco ſociari ejus ſubſtantiam. In majeſtatis verò Crimine condemnatis veteres leges ſervari jubemus.* Ex hac deinde Novella deſumta eſt *Auth. Bona damnatorum l. 1. C. de bon. proſcript.* ubi hoc adhuc additum legitur, quod præter *adſcendentes* & *deſcendentes* usque ad *tertium* gradum in Novella memoratas, fiſcum excludant etiam *Collaterales eodem gradu.* Vitioſæ quidem *Irnerii*, quem communiter pro auctore authenticarum reputant, ſed vid. Magnif. Dn. Præſes *in Collat. J. C. cum R. I. Sect. 16. th. 2. p. 28.* tranſcriptioni plurima Doctorum pars id tribuit, eaque propter hanc Novellæ extenſionem in foro rejicit vid. Ant. Matthæi *de crim. c. 2. n. 2.* eo quod authenticæ ex Novellis Juſtinianeis excerptæ & privatâ autoritate Codici inſertæ per ſe & ex ſe nullam juris auctoritatem habeant. Hahn. ad Weſemb. *tit. de bon. damnat. n. 6.* Lauterb. *in D. de jure fiſci c. 3.* §. *6. in f.* & in *prolegom. ad Coll. Th. Pr.* §. *5. n. 9. in f.* quare in Irnerium vehementer invehitur Ant. Faber *decad. LXXIII. err. 4. 5. 6.* præterquam tamen, quod rem ita ſeſe habere non ex errore Irnerii, ſed ex noviſſimo uſu fori Italici & edicto Theodorici Regis Italiæ c. LXII. quod integrum repetit, imò jus hoc non novum ſed renovatum fuiſſe, ſiquidem jam in *l. 8. C. Th. de bon. proſcript.* ſancitum, oſtendat eruditeSchilterus *Ex. ad ff. 38.* §. *26.* & *in not. a.)* *add. id. Ex. 49.* §. *175.* ſatis jam monet præter Brunnemann. *ad d. Auth.* & Dn. Menkenium *Diſſ. Sel. XII. th. 33.* Stryk. *in U. M. ad tit. de bon. damnat.* §. *1.* communiter hodie *Collaterales* præ fiſco admitti.

§. III.

§. III.

Converto me jam ad MORES NOSTROS, quos uti fisci commoda eôdem modo hac in parte adhuc negligere, quo Novellarum jure negligi cœperunt, nemo erit, qui dubitet. Conf. omnino Sixtin. *de regalib. lib. 2. c. 12. §. 30.* præsertim, ubi de ipso GERMANORUM proprio jure ex delictis capitalibus nullum, si PERDUELLIONIS CRIMEN excipias, bonorum publicationi obnoxium esse certiores nos reddat IMPERATOR CAROL. V. *in Sanct. Crim. art.* 218. ubi Consuetudines istas, quibus contrarium viget, abrogandas penitus & abolendas jubet, conf. Magnif. Dn. Præses *in Collat. Jur. Civ. cum R. I. Sect. 15.* B. Lauterb. *de jure fisci c. 1. seqq.* ita magis forsan, & dixerim mox plane, proventus fisci quoad quam plurimas confiscandi causas in plerisque Germaniæ terris sublatas esse nunc ostendam. Erit tamen nulla mihi de eo controversia, an hæc bonorum publicandorum interdictio Carolina, quæ hisce verbis continetur: **So ein Ubelthäter (ausserhalb des Lasters unserer beleidigten Majestät, oder sonst in andern Fällen, so der Ubelthäter Leib und Guth nicht verwürcket) vom Leben zum Tod gestrafft, Weib und Kinder an den Bettel-Stab, und das Guth dem Herrn zugewiesen werden,** ita plane generalis sit, ut secundum quorundam interpretum, qui vel vocabulum **oder** expungi volunt, vel post vocem **Guth** addunt **nicht dergestalt, wie in erwehntem Laster,** indistincte omnis bonorum confiscatio in delictis, ubi bona non tantum per consequentiam publicantur, sed pœna confiscationis specialiter imponitur, prohibita reputanda sit, quorum non nullos adducit Lauterb. *de jure fisci c. 3. §. 7.* Satisfecere his & similibus objectionibus, quæ magnæ etiam autoritatis JCtis probantur, ita, ut & Carpz. *Pr. Crim. qu. 135. §. 22. seqq.* illas amplectatur, diverso licet modo, eodem tamen fere coincidentes, ut alios prætercam, illustris Dn. Lyncker *de bonis ereptitiis. §. 9. p. 16. seq.* Stryk. *V. M. tit. de bon. damnat. §. 1.* Hertius *de Superiorit. territor. §. 42.* & Excellent. Dn. Ludovici *in notis ad d. art. Ord. Crim.* qui intuitu delictorum *capitalium* quidem bonorum confiscationem non admittunt promiscuè, ne liberi protinus quævis ob delicta parentum ad mendicitatem redigantur, sed saltim *in crimine perduellionis*, quoad vero *non capitalia* toties illi locum concedunt, quoties expressa lege dictatur. Eadem est sententia Lauterb. *d. l. & in Coll. Pr. tit. de bon. damnat. §. ult.* Cl. Lüderi Menkenii *in D. de testament. fact. damnat. ad mortem §. 33.* Mevii *ad Jus Lubecens. l. 1. t. 2. art. 3. n. 20. sq.* ubi id vel mille exemplis Statutorum Germaniæ probari dixit & *P. 5. Dec. 153.* Klock. *de ærario l. 2. c. 240. n. 14. seqq.* Magnif. Dn. D. Schweder *in Introduct. ad Jus Publicum P. Spec. Sect. 2. §. 11.* cui præterea accedit etiam Hertius *c. l.*

§. IV.

§. IV.

Ast in eo cardo rei saltem v[illegible]r, an in delictis, quibus descendentes, adscendentes, imo & Collaterales ad [illegible]um gradum admittuntur, iidem saltim fisco præferantur hodienum, an verò planè damnatis ad supplicia testamenti factio concedatur. De Jure Civili, etiam novissimo, quidem certum est, quod nunquam testamenti factionem reddiderit damnatis, uti præter Schilt. *Ex. 38.* §. *27.* contra dissentientes cum largo numero jam adstruxit. Cl. Luder. Mencken. in *d. D. de testament. fact. damnat. ad mortem jure Civili denegata & moribus plerisq; asserta* §. *4. seq.* ubi & ampliationes, & limitationes exhibentur. A quo nec mores nostros ullam discessionem fecisse putant, quos allegat Schüz *in Compendio Lauterb. p. 484.* quibus eatenus quoque accedit Strykius *U. M. ad tit. qui testament. fac. poss.* §. *10.* ut extra SAXONIAM (ibi enim quod testandi licentia reddita ipsis sit indistinctè, Doctores Saxonici ad unum omnes non dissimulant. Vid. Titius *ad Schüz. d. l.* Carpz. *Pr. Crim. P. 3. qu. 135. n. 20.*) tales damnatos tum quidem testari posse putet, si dicti gradus cognatos habeant, quos inæqualiter instituere possunt, hinc etiam, si extraneis quid ita velint relinquere, cognatorum consensu opus habere illos asserat in *Cautel. Testam. c. 3.* §. *54.* Verum, si ad causam, quæ illis testamenti factionem ademit, respiciam, [illegible]rtè non video, quomodo etiam extra Saxoniam vigere adhuc jus Civile tam [illegible]rto asserere possimus. Causam enim hanc, quæ olim intestabiles illos fecit, [illegible]die cessare quis amplius dubitaverit. Certè cum tam extra quam intra Saxon[illegible] præter servitutem pœnæ, utpote cujus solius sublatio civitatis restitutione[illegible]ondum conficit: latè Menken. *d. l.* §. *15. seq.* & civitatis præterea amissio exo[illegible]rit, nemo amplius hodie damnatus civitatis jura amittit. Fuere in isto libera[illegible]es Germani, & beneficium Juris Civitatis non adeo rigorosè denegarunt illis [illegible]ibus, in quibus Jus Romanum id fecit. Unde, si quando capitis damnato v[illegible] donaretur a Principe, non opus est restitutione in integrum, quemadmodu[illegible] Jure Rom. *l. 6.* §. *pen. ff. de inj. rupt.* Schilter. *d. Ex 38.* §. *28.* Quare non ea mi[illegible] quidem mens sedet, ut illis in locis, in quibus vel retenta hac in parte Juris Civilis est dispositio, quemadmodum de MARCHIA-BRANDENB. & DUCATU BRUNSWICENSI adducto etiam præjudicio, firmat Stryk. *Caut. Test. c. 3.* §. *55.* vel ubi contraria consuetudine non abrogata legitur, indistinctè testamenti factionem talibus damnatis asseram, cum potius Principes Jus Justinianeum, tanquam ærariorum suorum proventibus hac in parte magis proficuum recipere ac sequi posse, imò, ubi per conniventiam, uti loqui amat Strykius *c. l.* §. *54.* neglectum hactenus id fuit, restaurare iterum ac confirmare, nemo sanus dubitaverit, vid. si placet, Mencken *d. l.* §. *25.* in illis sc. delictis in quibus confiscatio bonorum per ordinationem Carol. planè non interdicta

da': num & eo in casu alteri der Cray-ausschreibenden Fürsten, ea, quam hactenus delineavimus, potestas in den Mit-ausschreibenden Fürsten competat, quod si in præstandis iis, quæ ex Matriculâ sive Imperiali sive Circulari Eidem præstanda incumbunt, sit morosus, aut planè eas deneget, sive eô sub prætextu, quod nolit, stetque Ipsi pro ratione voluntas, sive quod prægravatum se existimet, sive quod ex capite Exemptionis vel moderationis Processus Eidem in Judiciò Imperiali Aulico Camerave Imperiali sint decreti. Petenda enim erit ejus resolutio ex iis, quæ pari in casu de Statibus in genere suô locô (1) fuere dicta. Neque enim Status statum eo ipsô mutare Circuli Crayß-aus-schreibenden Fürsten, dum talis est; sed iisdem eum, quibus & reliqui, quibus & infimi Status circuli subjacent, teneri Legibus, nemo sanus negaverit.

(1) *Cap. 3. §. 5. & 6.* junctis *§. præc.* hujus capitis & *Recess. Imper. de Ann. 1654. §. 18.*

§. 12.

Hæc de altero der Crayß-ausschreibenden Fürsten nolente; prodeat jam impeditus: qualis ut dicatur, duo hæc adesse debent. I. Justæ legitimæque recusationis causæ [ehehaffte Ursachen], tùm & II. ut hæ pro talibus à Camera Judiciove Aulico, (1) si scilicet Sententiæ vel Mandata eorum Executioni sint mandanda, aut von den Mit-Crayß-ausschreibenden Fürsten (2) in rebus circularibus exsequendis fuerint agnitæ. Alterum enim horum requisitorum si desit, non pro impedito is, sed pro nolente habetur, & secundum superius tradita (3) adversus eum proceditur.

(1) *Vid. Ordinat. Cameral. de Ann. 1555. Part. III. Tit. 49. §. 2. sqq.*

(2) Irregulare hoc videtur secundum theoriam Juris, quà potius ad totum circulum referendæ forent recusationis causæ; nisi fortè id hic fit ideò, quia non adest Superior, cujus nomine exsequuntur die Crayß ausschreibende Fürsten, quin potius id proprio nomine ex præscriptione longissimi temporis hos facere constat. Praxis tamen hoc ita servat, teste der *cit.* gründl. Vorstell. von dem Schwäb. Crayß-Ausschreib-Amt und *Director.* Beyl. *Num. 7. p. m. 27.* ubi: so daß, als bey ungefähr 3. Jahren hero, zu Gewinnung der Zeit und Erspahrung der Kosten, von hier (Stuttgardt) an des damahligen Herrn Bischoffen zu Costantz Fürstl. Gnaden geschrieben worden, wider einige Hecken- oder falsche Müntzer in der Refier, benöthigt geweßte Remedur vorzunehmen, dieselbe in dem Antwort-Schreiben sich damit entschuldiget, daß es eine Würtemberg zugehörige Sache seye, wie dann auch Costantz aus Mangel der Müntz-Räth, Müntz-Wardein, Müntz-Meister und übriger Requisitorum,

rum, die zur Direction, Disposition, Inquisition und Execution im Müntz-Wesen gehören, ingleichem der Müntz-Acten und daraus zu nehmen habender Information, darinnen nicht fortkommen könnte.

(3) §. 8. *not.* 1.

§. 13.

Quænam autem sint legitimæ recusationis causæ, porrò disquirendum est. Unicam tantùm, quod sciam, exprimunt Leges Imperii, scilicet, quando die Crayß ausschreibende Fürsten vel Dux Circuli Executor foret in propriâ causâ. (1) His enim non permissum tantùm est eam causam allegare tanquam impedimentum, sed & volentibus ejusmodi Executio interdicta est. (2) Reliquæ causæ comprehenduntur in Recessu novissimo (3) sub verbis: auch sonsten erhebliche Ursachen vorhanden. Sunt autem harum plures, (4) quam ut paucis hisce comprehendi queant pagellis, (5) maximumque circa eas est Judicis arbitrium. (6)

(1) *Vid. Recess. Imper. de Ann.* 1554. §. 160. Addatur *Instr. Pac. Art.* 16. §. 2. *&* 3. Ita cum post Pacem Westphal. Dux Würtemb. contra Prælatos quosdam Suorum Monasteriorum esset restituendus, neque id peragere vellet Constantiensis Episcopus, id munus datum fuit Franconici Circuli ausschreibenden Fürsten. *Vid.* DN. PFEFFINGER, *l. c.*

(2) *Vid.* loca *not. præc.* citata.

(3) *l. c.*

(4) Est & impeditus ipso Jure, qui in Imperiale Bannum aut pro hoste Imperii declaratus est: sed hoc pœnæ magis locô statutum est, quam ejus in favorem.

(5) Sunt e. g. talia impedimenta, si pro tempore sint admodùm exiguæ Ejusdem vires, vel si cum inquisitione aliquâ juncta fuerit Executio, periti que harum rerum administris careat alter der Crayß-ausschreibenden Fürsten, ex (*vid.* §. *præc. not.* 2.) utroque tamen in casu volente ita dem Crayß-ausschreibenden Fürsten exsequente, quicquid ei est virium subministrare debebit impeditus. Minime autem Religionis sub prætextu Executionem contra Monasterium suscipiendam subterfugere poterunt Ecclesiastici Crayß-ausschreibende Fürsten Pontificiæ Religioni mancipati, cum & secundum Juris Divini, & Juris Naturæ, & Juris Imperii nostri publici, & ipsiusmet Juris Canonici principia hoc patrantes tuti sint in conscientiâ.

(6) Non tamen tantùm, quantum ei attribuit MOLLENBECC. *in Dissert. de Jurib. Cæsar. circa negot. Pacis Cap.* 8. §. 3. ubi existimat vi *Recess. no-*

viss.

viss. §. *159.* verb. nach Gutbefinden des Richters, datam ei hanc esse potestatem, ut etiam irrequisitis den Crayß-ausschreibenden Fürsten alii demandare possit hoc Officium, si Executorem Ordinarium legitimo impedimento detineri censeat: sed ad subsequentia referenda sunt hæc verba atque ita capienda, si legitima ex causa impeditos se esse die Crayß-ausschreibende Fürsten rescribant, tunc Judicem pro arbitrio alii cuidam Statui Executionis perfectionem posse injungere.

§. 14.

Sed cùm non unâ ex causâ contrahenda nobis jam sint vela, tribus monuisse sufficiat, vel ea propter quoque hic nostro ex judicio alteri der Crayß-ausschreibenden Fürsten soli Executionem rectè tribui, quia tacito quasi consensu videntur convenisse Imperator atque Status, ipsaque rei natura & Justitia id efflagitat, ut quâ potest fieri, via compendiosissima atque ab ambagibus maximè aliena fiat Executio Sententiarum atque pactorum; id verè vix breviori fieri poterit, quam si ab unius tantum arbitrio executionis perfectio pendeat; tum & ideo, quia nullum hic des Mit-ausschreibenden Fürsten versatur præjudicium, adeo, ut & is absque omni dubio lubentissime in hanc Collegæ Executionem solitariam publico quam maximè oppitulantem bono consentire præsumi debeat.

§. 15.

De Recessuum Conclusorumque Circularium Executione altero der Crayß-ausschreibenden Fürsten impedito ab alterô solo recte suscipienda cum eadem hîc recurrant dicenda, quæ antea (1) jam tradidimus, cum & prolatis (2) hanc in rem exemplis testibus Praxis hæc ita servet, nil iis in præsentiarum amplius addimus, sed potius Academico hocce labore ad umbilicum ex voto deducto, gratias atque laudes summo in Cœlis Numini debitas mente manuque læti persolvimus.

(1) Capitis hujus §. *9*.

(2) §. *11. not. 2.*

VIII. DIS-

VIII.

DISSERTATIO
DE
NEGLECTIS QUOAD ACQUIRENDI MODOS FISCI COMMODIS, JUXTA JUS CIVILE ROMANUM, ET MORES MAXIME HODIERNOS, CUM JURIBUS HAMBURGENSIUM COLLATOS;

PRÆSIDE
DN. MICHAELE GRASSO,
U. J. D. & Antecessore, Serenissimi Würtembergici Ducis Consiliario,
Defensa ab AUTORE
JOANNE KLEFEKER, Hamburgensi.

TUBINGÆ, 1720.

Corrippus African. Lib. 2. num. 7.

Cunctis proficiunt sacrati commoda fisci,
Ex quibus est commune bonum, commune levamen,
Tutetur fiscus justorum nemine læso,
Quæ sua sunt, capiat, quæ sunt privata, relinquat
Nec patimur, quemquam sacratum lædere fiscum,
Nec lædi quemquam sinimus sub nomine fisci.

Q. D. B. V.

CAPUT I.

CONTINENS RUBRI EXPLICATIONEM, ET DE COMMODIS AC JURIBUS FISCI IN GENERE DISSERENS.

SUMMARIA.

§. I. *Ingressus.*
§. II. *Fisci homonymia, differentia ab ærario, diversi significatus.*
§. III. *Fisci jurium divisio.*
§. IV. *Modi acquirendi Fisco.*
§. V. *Quisnam habeat fiscum, tum in genere,*

genere, tum in specie in Germania? Definitio regalium, an fiscum habeant Status Jure superioritatis territorialis? an & quomodo Nobiles immediati? an mediati? an civitates municipales omnes? an hodie mero imperio cohæreat jus fisci?

§. *VI. Divisio regalium in majora & minora explicatur.*

§. *VII. Eadem contra objectiones defenditur. Scriptores de regalibus indicantur.*

§. *VIII. Regalia minora hic saltim explicanda esse asseritur.*

§. *IX. Qu. an neglecta sint hodie fisci commoda, sub distinctione expeditur.*

§. *X. Causa impulsiva neglectorum fisci commodorum ostenditur.*

§. *XI. Neglecta fisci commoda in duas classes dividuntur.*

§. I.

DUm de NEGLECTIS FISCI COMMODIS, tam juxta Jus CIVILE ROMANUM, quam MORES præcipuè HODIERNOS, cum PATRIIS quoque JURIBUS HAMBURGENSIBUS collatos, disserere animus est: id mihi ante omnia in ipso tractationis limite negotii datum esse intelligo, ut non modo ex recepto dudum JCtis instituto, rubri explicationem præmittam, sed insimul hac absoluta, singula neglectorum fisci commodorum exempla non ante tangam, quàm de scopo ac intentione, tum etiam de fisci juribus, causisque, ex quibus illi acquiritur, generali præfamine breviter quædam commentatus sim.

§. II.

Quod primum namque attinet, non quidem operæ pretium erit, singula vocabula prolixè describere, cùm satis notum sit omnibus, quid pro COMMODO habeatur, quid NEGLIGERE significet. Sola FISCI vox tanquam palmaria hic aliqua forsan explicatione indiget. Nostrum quidem nec hic erit, diversas Doctorum sententias dixerim an allusiones, tædiosa repetitione in medium adducere, qui fiscum vel inde ita dictum putant, quasi *fixum*, id est *firmum* & *stabilem*, cum semper dives atque solvendo præsumatur. *l. 2. in f. ff. de fundo dotali:* vel quod quasi *saccus reipublicæ* sit, vel fiscum interpretantur esse *cophinum* seu *sportam*, sicque à *Sportulis* nomen habere. vid. Gailius *lib. 1. obs. 20. n. 3.* vel aliis denique derivationibus ingenium exercent. Legat hæc, qui volet, apud Peregrinum *de jure fisci. Lib. 1. tit. 1. n. 34. seqq.* Klockium *de ærario L. 1. c. 2. §. 2.* aliosque quos hanc in rem citant. B. Dn. *Lauterbach* in disput. *de jure fisci c. 1. §. 1.* & B. Samuel Stryckius *de successione ab intestato, diss. 5. c. 1. §. 2.* Neque gratiam me initurum fore credo, si circa Synonymiam vocis diu subsistam. Quod enim hodie *Camera.* German. Cämmerey (uti Hamburgensis etiam fiscus appellatur) *saccus publicus*, *marsupium*, *camera calculi*, & similes

voces

voces haud paucæ eadem ac fiscus significatione gaudeant, laudati modo Autores cum aliis diligenter jam annotarunt. Inter ÆRARIUM quidem & FISCUM magna, & hæc præcipuè, differentia intercessit, quòd fiscus fuerit Principis, ærarium populi s. ipsius reipublicæ *arg. L. 2. §. 4. ff. Nequid in loco publico* Gail. *d. obs. 20. n. 2.* Besold. *de ærar. c. 1. conclus. 3.* Christianus Frid. Franckensteinius *in exercitat. de ærario populi Romani.* Klock. *d. l. §. 9. seqq.* Berger *de jure fisci in quæst. dubiis §. 1. & 2.* Illustris Thomasius *in D. de regalibus fisci Principum Germaniæ circa acquisitionem c. 1. §. 1.* quod etiam maximè ex hisce verbis Plinii *in Panegyrico ad Trajanum c. 36.* liquet: *At fortasse non eadem severitate Fiscum quam ærarium cohibes! Imò tanto majore, quanto tibi plus licere de tuo, quam de publico credis.* Attamen non sequentibus modo temporibus, postquam scilicet summa rei Romanæ ad unum devoluta fuit, ærariumque pedetentim expiravit Stryck *d. l. §. 5.* & in *usu moderno ad tit. ff. de jure fisci §. 5.* sed hodie maxime omnis inter ærarium & fiscum diversitas planè evanuit. Tob. Paurmeister *D. de Jurisdictione Imper. Rom. l. 2. c. 4. n. 18.* nisi quod quibusdam in locis quædam jura fiscalia Principi ejusque fisco concessa sint, quædam a. administrationi s. ærario statuum Provincialium reservata & dicantur Land-schaffts-Cassa, Steur-Cassa. vid. Laut. *ad Tit. de jure fisci. §. 3.* & Berger *c. l. §. 3.* sicque bona vacantia in ærarium redigi dicuntur *l. f. C. de bon. vac.* Stryk *dd. ll.* Add. *l. 13. pr. de jure fisci. l. 1. §. 9. ad L. Cornel. de falsis l. 1. C. de quadr. præscriptione §. ult. J. de usucap.* Id verò nostra magis refert, ut, quotuplici sensu in jure nostro vox fisci sumi soleat, dispiciamus. Triplex verò ille est. Nempe I. denotat locum, ubi pecunia publica & omnia instrumenta patrimonii, quod Principi Romano ad ejus dignitatem tuendam & ad usus imperii publicos tributum est, concluduntur *l. un. C. de vendit rerum fiscal. L. 1. pr. verb. ex fisco comparavit. ff. de jure fisci. l. 31. ff. eod.* Bocer *de regalibus c. 3. n. 1.* & sic jus quandoque accipitur pro loco, in quo jus redditur. Peregr. *de jure fisci l. 1. tit. 1. §. 2. & 3.* 2.) significat ipsam rem contentam s. pecuniam publicam s. fiscalem. 3.) ipsam publicarum rerum Universitatem, quæ omnes res omniaque reipublicæ jura ad commodum pecuniarium spectantia complectitur, ita, ut quod in privato est patrimonium, illud in republica sit fiscus. *l. 2. §. 4. ff. Ne quid in loco publico*, qui hinc personæ vice fungitur, sicque contrahit, alienat, & alia similia per Advocatos & Procuratores suos facit. *l. 3. §. 8. L. 5. L. 21. & L. 28. ff. de jure fisci* Laut. *in Disp. de jure fisci c. 1. §. 1.* & in *Collegio Theor. Pr. ad tit. de jure fisci §. 2.* add. omnino Berger *c. l. §. 10.* quæ ultima significatio hujus loci est.

§. III.

Sic itaque fisci s. Ærarii Commoda, prout illa tam Juxta Jus Civile Ro-

manum quam mores præsentes Germanos ex praxi Moderna dissertationis nostræ objectum constituunt, non quidem illa omnia, sed quæ neglecta adhuc esse & fisco nondum plene asserta deprehendimus. Uti verò totum jus nostrum monente Ulpiano *l. ult. ff. de LL.* consistit aut in *acquirendo* aut in *conservando*, aut in *minuendo* hinc etiam, dum de fisci Juribus ac commodis neglectis quæstio vertitur, eadem ratione distinguo cum Lauterb. *ad Tit. ff. de jure fisci* §. 7. *in fin.* inter modos, quibus fiscus sibi acquirit, & jura ac privilegia, quæ vel ad conservationem commodorum ex modis illis acquirendi fisco comparatorum pertinent, vel circa alienationem & diminutionem eidem competunt, quæ etiam distinctio arridet Thomasio *c. D. p. 36.* confer tamen Titium in *obs. ad Schütz. tit. de jure fisci & in specim. Jur. publ. l. 3, c. 3.*

§. IV.

Sic verò hac præmissa rubri brevi explanatione, additoque diverso, quo circa fiscum, ejusque vel commoda vel jura versari potes, respectu, quid mihi maximè in hac tractatione curæ futurum sit, explicandum nunc incumbit; Scilicet non tam circa jura singularia, quæ ad conservandas & alienandas res fiscales fisco tribuuntur, quàm circa ipsos, quibus ille sibi acquirit, modos, occupatus ero, tum quod prolixa nimis futura foret commentatio & disputationis limites excederet, si hæc omnia exiguo paginarum præsentium ambitu velim comprehendere, tum quod unicè in neglectis fisci commodis cardo instituti nostri versetur, ista verò utilitatum publicarum imminutio maximè sese exserat circa ipsam acquisitionem, jura verò circa conservanda & alienanda fisci bona, non modo à commodis strictè sic dictis differant, sed illibata prætęrea maximam partem & illæsa adhuc hodie manserint.

§. V.

Antequam verò ad ipsos hosce acquirendi modos devolvor, nonnulla adhuc in limine expedienda sunt, quæ ad majorem instituti præsentis illustrationem haud parum facient. Et quidem præcipuè de eo solicitus sum, ut, *quibusnam fiscus, & jura ac commoda inde provenientia tum in genere, tum in specie in Imperio nostro R. G. jure meritoque tribuantur*, dispiciam. Sunt hi indubiè, si generali voce prius utendum, Principes s. ad quos summa reipublicæ pertinet, hinc, qui habet Majestatem, jure fisci quoque gaudet *L. 2. §. 4. ne quid in loco publ. L. 3. C. de quadrien. præscript.* ita tamen ut etiam Majestati analogica potestas fisci jus tribuat, jure sc. superioritatis territorialis, *arg. Instrum. Pac. Osnabrug. art. 8. pr. & §. 4.* Myler. *de Statibus Imperii P. 2. c. 68.* Summæ hujus potestatis partes, uti appellantur, potestativæ sunt Regalia, quæ alias & commodius quidem, ut nonnullis videtur, Jura Maiestatis audiunt, quod non tantum in regno, sed & in aliis rebus publicis penes quas est maje-

stas,

ſtas, inveniantur, vid. Caſp. Ziegler in abſolutiſſimo tr. *de juribus Majeſtatis L. 1. c. 3. §. 9.* quæ, poſthabitis tam veterum anxiis circa definitionem eorum laboribus, quàm recentiorum quorundam, Illuſtris præcipuè Thomaſii, *in diſſert. de præſcript. regal. ad Jura ſubditorum non pertinente. §. 8.* eorumque, qui ipſi adſtipulantur, novis illa deſcribendi modis, mihi ſunt *jura, illi, qui ſummum in republ. tenet imperium, competentia ad tuendam ſalutem & dignitatem reip.* Ziegl. *d. l.* Sixtinus *de regal. l. 1. c. 1. §. 20. ſeqq.* neque me adſtringo ad regalia. in *c. un. 2. F. 56.* relata. Auguſtiora enim multa ibi non recenſeri, Viri docti jam pridem obſervarunt, vid. ex multis Roſenthal *de feudis c. 5. concluſ. 94. n. 1.* Vultej. *de feud. c. 5. n. 7.* & ſolus uſus quotidianus diverſum ſentientes confutaret, monente Heigio *P. 1. quæſt. 15. n. 45.* Add. Werlhof. in Diſp. *de alienat. & conceſſione jurium, quæ vocant regalia.* Hinc præſenti rerum Germanicarum ſtatu, ubi juxta decantatam inter Juris publ. Doctores regulam; *Quilibet Princeps tantum in ſuo territorio poteſt, quantum Imperator in Imperio,* de qua integra diſſertatio extat inter Ahasveri Fritſchii *exercitatt. Jur. publ. P. 2. diſp. 9.* addi meretur Hertius *de ſuperiorit. territor. §. 10.* præter IMPERATOREM, cui ſine dubio regalia competunt Stryk. *de S. A. I. D. 5. th. 1. §. 7.* Sixtinus *de regalibus L. 1. c. 1. §. 12. ſeqq.* & *c. 4. §. 1. ſeqq.* (ubi contra Bodinum, falſa multa in Majeſtatis Imperatoriæ, regaliumque inde dependentium extenuationem proferentem diſputat) vi ſuperioritatis territorialis, PRINCIPIBUS AC STATIBUS IMPERII illa, quoad ipſorum territorium merito vindicamus (ſalvâ tamen ſemper Imperatoria ſuperioritate Ziegl. *c. l. Lib. 1. c. 28. §. 8.* ubi egregiè hanc in rem diſſerit, ſalvis etiam exceptionibus, quoad e. g. *jus vectigalium*, ex Conſtitutionibus Imperii depromendis, v. Itter. *de feud. Imper. c. 8. §. 13. p. 385.*) Conceſſo enim territorio, conceſſa etiam ſunt regalia & omnimoda jurisdictio: Schrader. *de feud. P. 10. Sect. 3. n. 1.* Arn. Engelbrecht *de Jurisdict. concluſ. 126.* Hertius *de ſuperioritate territoriali §. 8.* Stryk *allegato loco §. 8. & ſeqq.* ubi in ſpecie etiam CIVITATIBUS IMPERII LIBERIS Immediatis ob paritatem rationis eadem negari non poſſe probat. Conf. id. in *U. M. ad tit. de jure fiſci §. 1. & 2.* & *Inſtrum. pacis Oſnabrug. tit. 8. pr. & §. 4.* add. Sixtinus *de regal. l. 1. c. 3. §. 73. ſeqq.* Lauterb. *de jure fiſci c. 1. §. 4.* & præcipuè Magnificus Dn. D. *Schvveder*, Præceptor ac Fautor meus æternum devenerandus: *in D. de pari nexu civitatum Imperialium cum S. R. I. p. tot.* & præcipuè *cap. 2. §. 7. ſeqq. & in D. de voto deciſivo civitatum Imperialium in Comitiis §. 7. nota a.* multo minus de COMITIBUS & BARONIBUS IMPERII, ſeſſionem atque jus ſuffragii in Comitiis Imperii publicis habentibus ulla dubitatio ſupereſt. add. Reinkingk. *de regimin. ſecul. & eccleſ. l. 1. cl. 4. c. 15.* neque NOBILES imperii IMMEDIATOS poſt allegatum modo *Inſtr. pac. Oſnabrug. tit. 5.*

§. *28.* &, postquam superioritas territorialis majori ratione illis tribuitur, quàm denegatur, regalium jure excludendos putaverim. Sixtin. *d. l.* §. *92. sqq.* Stryk. *d. D. 5.* §. *14. seq.* siquidem jus confiscandi ipsi dissentientes illis non denegant, sed saltim id contendunt, non ex superioritate, sed ex privilegio & speciali concessione hoc & similia jura derivanda esse, & disputatio adeô non de jure, sed saltim de modo est. Lauterb. *d. l.* §. *5.* Ex hisce autem insimul patet, neque NOBILES imperii MEDIATOS, neque CIVITATES MUNICIPALES illis gaudere, inde quod superiorem recognoscunt v. Stryk. & Lauterbach. *all. ll.* Scharf. *in D. de his quæ juribus ac privilegiis fisci perperam accensentur c. 1.* §. *5.* nisi vel speciali concessione vel immemoriali præscriptione eadem sibi quæsiverint, Zahn. *Ichnograph. municip. c. 50.* conf. tn. Dn. Schilter *Ex. 50.* §. *5.* vid. Stryk *d. D. c. 1.* §. *10. seqq. &* §. *16.* Utut enim merum imperium habeant civitates municipales, huc tamen regalia nullo modo secum comprehendit. Falluntur hinc, qui ad exemplum *civitatum municipalium Saxonicarum*, quibus per *jus provinc. Saxonicum lib. 1. art. 28.* jus bona vacantia occupandi conceditur, idem quoad nostros mores generaliter, sine ulla locorum distinctione, affirmant, sicque non tantum hanc bona vacantia occupandi facultatem, sed cætera quoque fisci jura hodie non amplius tanquam ejus regalia, sed tanquam mero Imperio cohærentia jura, considerant, quorum haud paucos â se allegatos refutat Stryk *d. D. 5. c. 1.* §. *10. & 11.* add. Köppen *decis. 28. n. 1.* Mevius in eleganti Commentario *ad Jus Lubec. P. 2.* §. *2. art. 14. n. 64.* Thomasius *c. l.* §. *6. p. 21.* Hinc non saltim extra forum Saxonicum ad cujuscunque loci & fori constitutiones respiciendum esse optimè monet. Lauterb. *d. D. de jure fisci c. 1.* §. *ult. in f.* Conf. hic Peregr. *de jure fisci l. 1. c. 2. n. 20. seqq.* & nisi intentio Civitatis fundata satis sit, semper pro fisco pronunciandum est juxta tradita Mevii *P. 4. dec. 66.* sed in Saxonia etiam, ob generalem privilegiorum naturam, quòd ne quidem ob identitatem rationis extendi debeant, sed strictim intelligenda sint, jus quidem confiscandi & bona vacantia acquirendi civitatibus merum Imperium habentibus non denego, neque tamen eo me adduci posse fateor, ut mihi persuadeam, easdem propterea omnia & plena jura fiscalia seu regalia minora (De majoribus enim res per se & evidens est.) excluso Principe, quem pro Superiore habent, sibi posse asserere, & sic maximum ferè fisci Principalis proventum ad se trahere. vid. Klock. *de ærario l. 2. c. 136.* & autores quos hanc in rem cæterum laudat Lauterbach. in *Coll. ad tit. de jure fisci.* §. *5.* quibus addatur Jo. Frid. Scharf. *in d. diss. de his, quæ juribus ac privilegiis fisci perperam accensentur c. 1.* §. *2. seqq.*

§. VI.

Dùm verò in præcedentibus passim innui, Regalia in MAIORA & MINORA dispesci,

dispesci, forte non modo non injucundum erit aut inutile, sed necessarium planè, & toti tractationi fundamentum velut præbens, si de insigni tam in explicando quam defendendo, quod inter illa intervenit, discrimine lineas aliquot ducam. Definio itaque *regalia Majora* cum *Zieglero* & Doctorum, quibus scilicet divisio hæc regalium ad palatum est, communi ferè choro, quod sint illa, *quæ directè gubernationem & statum ipsum reipublicæ concernunt*, qualia sunt *potestas legislatoria, potestas constituendi magistratus jus belli, jus extremæ provocationis* &c. & Bocero *de regal. c. 2. n. 3.* regalia Majestatis & *personalia*, aliis *personalissima*, quia scilicet personæ & ossibus Principis adhærent, *mere regalia*, ipsi *Coronæ annexa, sacra sacrorum, reservata Principis*, appellantur; vid. Ziegl. *de J. M. L. 1. c. 3. §. 28.* & D. D. Schwed. *in J. P. P. spec. s. 1. c. 4. §. 3. Minora* verò sunt *commoda, & emolumenta, quæ ex bonis publicis, vel alias ratione imperii, ab eo, qui summum in rep. habet Imperium, percipiuntur, sicque propius spectant jus fisci & reditus Imperantium* Rosenthal *de feudis c. 5. concl. 3. n. 1.* hinc à *Bocero Fiscalia s. jura fisci* appellantur, eodemque adeò recidit distinctio in majora & minora cum nova illa ab eodem Bocero, Philippo Hofmanno *disputatione feudali 5. n. 3.* aliisque substituta, in *personalia* & *fiscalia* vid. Schwed. *in J. P. P. spec. sect. 1. c. 4. §. 3. seqq. p. 263.* Sixtinus *de regalibus l. 1. c. 2. p. tot.* Becmannus in *Meditationibus Politicis, diss. 8. §. 6.* Schwendendorff. *in D. de acquisitione regalium c. 3. §. 6. seqq.* Hæc de explicatione hujus divisionis sufficiant. Nunc de defendenda illa, communi certè, & dudum recepta, cogito, præcipuè ubi ad præsentem dissertationem sola regalia minora pertinere credam, & sic utique cum illis in arenam descendendum mihi sit, qui nullam hic diversitatem agnoscunt.

§. VII.

Neque verò tantum vetustati dandum puto, ut solo ejus præjudicio correptus, & rerum novarum odio agitatus, communem hanc distinctionem meam faciam. Veritate, non defendentium vel numero, vel dignitate, nitendum arbitror. Sunt certè, si hæc aliquid faciant, ex Neotericis non pauciores, quam ex priscis Doctoribus, decantatæ hujus regalium divisionis Patroni, hos verò omnes ea propter silentio involvo, quòd rerum solummodo momentis sententias ponderandas existimem. Argumenta verò, quibus adversarii nostri concertant, partim ex fastidio rerum antiquarum, & nato inde recentium doctrinarum amore, partim etiam ex formato minus recte circa distinguendi modos judicio proficiscuntur. Ad priora quod attinet, fulgur illud ex pelvi est. Oleat distinctio nostra pulverem scholasticum; Vetustati debeatur, novitatem non sapiat: quid inde! oculatius qui intuetur, medios inter pulveres veritatem haud rarò deprehendet. Posteriora vel inde desumuntur,

tur, quod ſæpiſſimè non conſtet, ſub quonam cenſu hoc vel illud regale veniat. Sed per infinitas inſtantias vis argumenti proſternitur : imò potius juxta allatam à nobis utrorumque definitionem nunquam hærebit aqua ; vel inde, quòd inter Regalia minora quædam majora incommoda quàm emolumenta fiſco afferant ; Quæ verò hæc connexio ! Quædam fiſci regalia non ſine incommodis ſunt, Ergo nulla amplius dantur regalia minora majoribus contradiſtinguenda ; Poteſt id inſuper ex depravatis ſubditorum moribus, Principem nimium ſollicitantibus, poteſt ex Miniſtrorum, Domini ſui regalium vigilium haud ſatis cuſtodum negligentia fieri, quod pro commodis incommoda, pro fructibus ſpinæ naſcantur. Addi ſolet tertio, ſingula regalia fiſcum adaugere, ſed ipſa, quam nec diſſimulare audent, diſtinctio, majora id indirectè ſaltem & ſecundario efficere, totam rem perficit. Datur enim diſcrimen inter majus & minus, eoque ipſo, dum regalia majora directo gubernationem & ſtatum reipublicæ, remotè pecuniarium fiſci Intereſſe reſpiciunt, minora viciſſim regimen ipſum nonniſi indirectè, fiſci verò commoda propius attingunt, inſignem inter illa differentiam eſſe, quis oculatus non videat ? Quòd verò olim, uti porro objiciunt, inter regalia majora quid relatum fuerit, quod hodie indiſtinctè commercio privatorum pateat, id quidem primò quoad maximam regalium partem nondum ſatis conſtat, plerisque enim antiqua facies manſit ; dein verò hanc mutationem non vitio diſtinctionis, ſed mutatæ rerum publicarum & Germanicæ imprimis formæ ac faciei adſcribendam eſſe in aprico eſt. Neque id regalium majorum excellentiam præ minoribus minuit, quòd inter illa quædam referri ſoleant minuta admodum, nec quæ ad nervum rerum gerendarum tam multum, quàm minora regalia ſubminiſtrent. Sunt & inter illa, quæ maxima appellare potes, nec ludibrio vocabulorum ſed ipſorum diſcriminum inter res diverſi generis intercedentium momentis diſtinctiones metiri debemus. Sic neque illud quidquam ad rem facit, quod in nonnullis provinciis majoribus annumerentur, quæ alibi in minorum referuntur claſſem vel Regalibus plane non adſcribuntur. Temporaria ut plurimum erunt, & à Principum ſpontanea conceſſione dependentia, quorum mutata voluntate pro lubitu ſuo non amplius exercebunt illa ſubditi, quibus ex ſingulari ipſis beneficio, quod meritis forſan obtinuerant, per aliquod tempus gaviſi ſunt. Nec præterea exemplum dari poſſe puto, ubi Principes regalium majorum communionem iniére cum ſubditis, id vero forſan ſæpe accidit, quod miniſterio eorum quædam committantur, miniſterium verò mirè quantum ab ipſis regalibus diſcrepat. Denique nec illa ratione deſtruetur diſtinctio iſta, quod quidam ſoli Imperatori regalia attribuant majora, tanquam verè Majeſtatica, Statibus vero tantum minora, ſicque eos eo ipſo a Juribus Maje-

Majeſtaticis penitus excludant. Quid enim diſcordia docentium, quid errores, quid nugæ quorundam ad deciſionem controverſiæ faciunt? Veritas, non error, lites dirimit. Etiam minora regalia originem ſuam habent a poteſtate ſoli Majeſtati competente. Sufficiat, quod *regale majus vel minus ita dicatur à fine, quatenus vel majeſtas ipſa, vel præcipuè fiſcus inde ſibi conſulit, id quod conſiderato cujusque effectu ultimo conſtare poteſt unicuique etiam minus exercitato*, docente Zieglero *laud. loco* §. *30. in fine.* qui magis & explicatius adhuc præced. §. 29. id monet his verbis: *Non quod ex regalibus majoribus nunquam quidquam ad fiſcum pervenire poſſit, nec quod ex minoribus autoritas & dignitas Imperantis planè non juvetur, aut illuſtretur, ſed quod in illis principaliter ipſum τὸ κύριον reſpectu ſui, & quatenus tale, occupatum ſit, in his vero quatenus externis quibusdam adminiculis & ſubſidiis moraliter opus habet.* Conf. etiam Hertius *de ſuperioritate territor.* §. *9.* ubi regalium hanc partitionem vindicat. Hæc pro inſtituto noſtro circa regalium diviſionem in majora & minora dixiſſe ſufficiat, adeat, qui de ſingulis, tam majoribus, quam minoribus plura ſcire diſcupiat, feudalis juris interpretes, & inter illos Celeb. B. Struvium *in Syntagm. jur. feud. c. 6.* §. *13. ſeqq.* cui jungendi Juris publici Doctores, qui maximè circa regalia Imperii noſtri & varias eorundem intuitu ejus diviſiones occupantur, & ii quidem præ cæteris commendandi, qui data opera de Regalibus commentati ſunt, præter laudatum ſæpius *Zieglerum* & *Hertium*, *Sixtinus*, *Stamlerus*, *Bocerus*, *Prukmannus*, *Conradus ab Einſiedel*, ac *Conradus* & *Benedictus Carpzovii*, qui duo ultimi *Halæ Saxonum 1678.* junctim prodiére, ſupra alleg. Schwendendorfferus, & quos alios recenſet Celeb. Struvius *Bibliotheca juris ſelecta c. 6. p. 22.* Jungatur his denique Dn. D. Scheffer. *in Diſput. inaugurali de regalib.* ſuperiori demum anno hic habita. Meum nunc eſt, ut tandem relictis exordiis ad rem ipſam perveniam.

§. VIII.

Atque id quidem jam præſuppono, juxta factam modo & vindicatam regalium in majora & minora diſtinctionem, poſteriora ſaltim ad forum noſtrum ſpectare. Ipſa enim illa regalia minora, ut vice plus ſimplici innui, jura fiſci ſecum habent, & qui regalibus fruitur, jus confiſcandi ſibi etiam vindicat, & commoda, quæ ex fiſco ſuo percipit Princeps, regalium maxime minorum nomine venire conſueverunt. Hinc eſt, quod jus fiſci illo etiam ſenſu hic accipiam, quo ſumitur pro *jure, quo quis habet fiſcum, & pecuniam ad publicos uſus deſtinatam acquirit, conſervat & expendit.* vid. Lauterb. *in D. de jure fiſci c. 1.* §. *2.* juxta factam ſupra §. 3. diſtinctionem jura, ſeu modos potius, quibus fiſcus acquirit, & commodorum, quæ inde capere debebat, neglectionem, tanquam unicum tractationis hujus objectum explicaturus.

§. IX.

Antequam verò ulterius progrediar, juvat illam ante omnia quæstionem discutere, quam illi sine dubio objicient, qui tantum abesse putant, ut de neglectis ærariorum suorum commodis ac proventibus habeant, cur conquerantur nonnulli ex potentioribus, ut potius regalibus, quæ Majores ad illos transmisere, haud contenti, nimium quantum vel vetera augendo regalia, vel nova planè effingendo fisco suo cum summa aliquando miserorum subditorum injuria consulant. Et fateor, si ad jus venandi respiciam, quod hinc inde non modo contra avitos mores privatis in genere ademtum, sed tot etiam pœnis, ad ultimum sæpe supplicium extensis, corroboratum quasi est, si ad alia quædam, quæ hodie tantum titulo regalium sibi solis adscribunt præpotentes, oculos intendam, non ausim his contradicere, in quantum illa regalia adaucta & extensa hodie esse dicunt. Sed salva tamen res est. Primo enim nostrum nunc non est, prolixè inquirere, an vel in constituendis novis vel determinandis tam iisdem, quam antiquo jure quæsitis, regalibus adeo adstricta sit potestas Principis, ut non augere eadem vel ampliare queat? Quæstio hæc est Politicorum, quæ si ex sola Principum potestate rem dijudicare velis, affirmanda absolutè, si æquitatem, affirmanda etiam, sed cum temperamento decidenda. conf. Ziegl. *de J. M. l. 2. c. 14. §. 27. & 28.* & *c. 19. §. 13.* alibique passim, cui jungenda, quæ *Thomasius c. D.* (passim, & in specie *p. 31. seqq. nota dd.*) disserit. Et in specie, quoad *Jus Venandi* ejusque transgressionem, tanquam cum contemtu Principis ut plurimum conjunctam, pœna mortis puniendam, contra dissentientes disputat, ut unicum è tot Scriptoribus adducam, B. Harpprechtus, Antecessor hujus Academiæ etiam post fata Celeberrimus, *in Vol. novo s. Tomo II. Consil. 28. & 77.* Alios multos notat Hildebrand *in Dissert. de conservatione ferarum nociva.* Deinde nunquam in mentem mihi ea venit pervicacia, ut moribus hodiernis omnia fisci commoda neglecta jacere ac imminuta statuere vellem, id saltem meum est, ut illa recenseam jura fisci, circa quorum acquisitionem vel adauctionem non modo non soliciti fuere Principes, sed contra imminui ac negligi ea passi sunt, quod ex collatione Juris Romani & morum nostrorum patescet, ubi, quando certis in casibus multum illud fisco tribuit, hi ejus interesse adeò non observarunt, ut ante jam Ærariis jure quæsita vel ademerint planè vel admodum restrinxerint. Neque tamen etiam defutura exempla, ubi mores nostri juris Romani circa negligenda istiusmodi commoda leges incongruè imitati sunt. Cæterorum regalium, ubi id ostendi non potest, tractationem, cum rubrum quoque non contineat, relinquam hæc aliis, ego de neglectis fisci commodis in medium adducendis unicè laborabo.

§. X.

§. X.

Hanc quidem neglectionem fisci commodorum non uni semper causæ tribuendam puto. Id tamen præmonuisse sufficiat, Principes ipsos indulgentissimos sæpe fuisse in salute privatorum propriis commodis anteponenda, quam in rem ipse Imperator JUSTINIANUS *in l. un.* §. *4. C. de caducis tollendis*, eleganter ita disserit. *Tantum enim nobis superest clementiæ, quod scientes etiam fiscum nostrum ultimum ad caducorum vindicationem vocari, tamen nec illi pepercimus, nec Augustum privilegium exercemus, sed quod communiter omnibus prodest, hoc rei privatæ nostræ utilitati præferendum esse censemus, nostrum esse proprium subjectorum commodum imperialiter æstimantes.* Qua de causa hoc inter TRAJANI etiam laudes relatum legitur à Plinio *in Panegyrico c. 36.* ubi *Sæpius* inquit: *vincitur fiscus, cujus mala causa nunquam est, nisi sub bono Principe.* Et THEODORICUS Rex: *Fit interdum mala causa fisci, ut bonus Princeps esse videatur Majori compendio perdimus, quam si nobis indebitè victoria suffragetur.* Cassiodorus *l. 1. epist. 22.* Soli igitur clementiæ æquitatique Principum utplurimum tribuendum, quando fisci sui commodis non adeò student. vid. Thomasius *loc. alleg. not. 1. p. 1.* & qui exemplis hoc comprobat Faust ab Aschaffenburg *in Cons. pro ærario class. V. cons. 9. p. 188.* jung. *cons. 10.* Ex eadem verò ratione neque illis jus denegandum, neglecta hæc restaurare, & in suum suorumque simul, quod inde dependet, subditorum emolumentum, quantum id cum injuria nimia non conjunctum, adaugere, optime sc. cum Illustri Thomasio *c. l. c. 1.* §. 2. duo *extrema* cavenda mihi ratus, ne vel *studio adulandi Principibus* persuadeam, omnia licere fisco, quæ Principi lubuerint, vel *studio indulgendi populo simpliciter* doceam, *causam fisci odiosam* vel indistinctè *contra fiscum pronunciandum esse*, conf. Scharff. *all. Disp. c. 1.* §. *8. seqq.* quanquam, quod litem attinet quam Thomasius Bergero ob editam *Diss. de jure fisci in quæstionibus dubiis* movet, meam non facio, sed utriusque sententiæ momenta illis ponderanda relinquo, quibus causæ inter fiscum & privatos intercedentes decidendæ obveniunt.

§. XI.

Et sic per longas tandem ambages ad OBJECTUM dissertationis præsentis, ipsa sc. NEGLECTORUM FISCI COMMODORUM, quæ MORES maxime HODIERNI nobis præbent, exempla propero, & quidem prout MODI ACQUIRENDI diversi sunt, ita fisci quoque commoda dispesco in illa, quæ GENERALITER, & quæ SINGULARITER illi proveniunt. Adsit labori huic, quo studiis simul Academicis colophonem impono, SUMMUM NUMEN divinâ, quam hactenus clementer largitus est, gratiâ, viresque ingenii sublevet atque sustentet. Tu verò B. L. iis, quæ pro modulo ingenii in difficili sane & arduo argumento allata a me

ſunt, fave, iisque, quæ non ad amuſſim forſan examinata tibi videbuntur, eatenus ignoſce, ne ſeverius, quam par eſt, de Specimine Academico, pro viribus ſaltim explorandis exarato, judices.

CAPUT II.

DE NEGLECTIS FISCI COMMODIS QUOAD MODOS ACQUIRENDI GENERALES.

SUMMARIA.

§. *I. Modi acquirendi generales definiuntur, & ſpecialibus contra diſtinguuntur.*

§. *II.* De modo acquirendi generali primo COLLECTIS, & IMMUNITATE *ab iisdem, quæ*

§. *III. Non quidem omnis & quæcunque ſed*

§. *IV.* CLERICORUM *ſaltim immoderata inter neglecta fiſci commoda refertur.*

§. *V. Clericus definitur, Immunitas hic intelligitur realis, ejus definitio ex Jure Canonico, quid Jus Civile hic ſtatuat? Conſtitutio Friderici. l. 2. C. de Epiſc. & Cleric. illuſtratur.*

§. *VI. Qu. An hæc immunitas etiam ad bona Clericorum patrimonialia extendenda ſit? evolvitur, & pro negativa tandem deciditur.*

§. *VII. Nihilominus tamen oſtenditur, inſigne detrimentum manere ærariis, quod bona immobilia poſſideant Eccleſiæ & Clerici. Diſtinctio inter collectas ordinarias & extraordinarias, de conductore bonorum Eccleſiaſticorum, eorumque immunitate, quæ limitatur in emphyteuticariis.*

§. *VIII. Nec huic obſtare ſeculariſationem hodie permiſſam,*

§. *IX. Sed ſtatutis adhuc opus eſſe, uti in quibusdam jam locis vigent, quorum valor contra oppugnantes defenditur. An in primitiva Eccleſia bona immobilia poſſederint Eccleſiæ? An Sacra Scriptura, præcipue Matth. XVII, 26. Clericos immunes eſſe velit? Sarpii & Klockii judicia de hac immunitate inſeruntur,*

§. *X.* De modo acquirendi generali ſecundo JURE VECTIGALIUM, *quæ tam quà conſtituenda, quam quà conſtituta ad regalia minora pertinent. Definitio vectigalis.*

§. *XI. Quomodo hic fiſci commoda negligantur? De immunitate remiſſivè. De pœna commiſſi primariò, & quidem.*

§. *XII. Primo qu. quænam res de Jure Civili in commiſſum cadant. 2.) an ipſo jure? 3.) an ſententiâ declaratoriâ opus ſit.*

§. *XIII. 4.) quænam actiones fiſco competant? 5.) requiſita neceſſaria ſc. dolus, omiſſa profeſſio mercium, an hæc etiam à perſonis immunibus facienda? an prævia admonitio publi-*

canî

cani necessaria? an solutionis oblatio requiratur? an aliam viam eligere possit vector?

§. *XIV. An pœna commissi apud Germanos recepta? an in Saxonia obtineat? num Lubecæ? num Hamburgi?*

§. *XV. An observetur rigorose? quod neg. 1) in casu, ubi auriga vectigali non solvit, quo nempe Domini merces non confiscantur.*

§. *XVI. An Jus Civile cum observantia morum nostrorum conspiret? quomodo hic dissentiant auctores? utriusque sententiæ argumenta.*

§. *XVII. Præjudicia contra fiscum ex praxi deprompta.*

§. *XVIII. XIX. 2.) in casu bino, ubi neque merces licitæ cum illicitis, neque immunes cum munibus mixtæ confiscantur.*

§. *XX.* De modo acquirendi generali tertio ex JURE CIRCA FLUMINA PUBLICA, *cujus neglectus ostenditur 1.) ex Jure* ALLUVIONIS

§. *XXI. 2.) ex* ALVEO *in universum* DERELICTO.

§. *XXII. An etiam ex* INSULA *in flumine nata*?

§. *XXIII. 3.) ex* LAPILLIS *& similibus in littore inventis.*

§. *XXIV. quid circa* METALLIFODINAS *singulare?*

§. *XXV. de modo acquirendi generali 4.) ex* THESAURIS, *quibus casibus illos fisco relinquat Jus Civile? quid per artes magicas intelligatur? an etiam virgula mercurialis eò referenda? Capitulum 2. F. 56. explicatur & illustratur.*

§. *XXVI. quid moribus obtineat? Grotio thesauros quoscunque fisco addicenti respondetur, præjudicio Camerali, statutis Germanicis, moribus Gallorum, Lusitanorum, Belgarumque ipsorum refutatur, Angliæ, Scotiæ & Daniæ jura adduntur.*

§. *XXVII. Thesaurus in loco religioso inventus hodie non fisco sed Ecclesiæ cedit.*

§. *XXVIII. Conclusio capitis sit qu. an proprietas riparum privatis relicta inter neglecta fisci commoda referenda sit?*

§. I.

FActâ igitur sub finem præcedentis capitis neglectorum fisci commodorum in duas Classes distinctione, quæ singula explicare nunc ingredior, initium non malè fiet, si emolumenta, quæ GENERALI JURE fiscus sibi *acquirit*, primum recenseam, quibus inde solis enumerandis præsens caput destinaturus sum. Ut verò ante omnia de illo constet, quid scilicet per generales illos modos & causas intelligam, describo istos cum B. Lauterb. utpote cui totam hanc divisionem debeo, ita, ut sint *tales, qui respiciunt totum territorium, & omnes in eo viventes*, non quòd reliquas acquirendi causas non vi territorii Principibus

competere ſtatuam; Sic enim mihi ipſi adverſaret, qui ſingula fiſci regalia ex ſuperioritate iſta territoriali originem poſſe ducere, ſupra memoravi, ſed quòd in eo invicem differant, quod SINGULARES illi ACQUIRENDI MODI quos ſequenti ultimo capite tractabo, *certas* tantum *perſonas* in Imperio primariò attingant, ſicque non quidem extraordinario modo, remotiori tamen reſpectu ad ipſum territorium referendi ſint, quòd ubi ſingula quædam exponendo in rem præſentem ivero, dilucidius ac evidentius pateſcet.

§. II.

Inter hoſce verò acquirendi modos generales præſtantius certè & quod emolumentis fiſci omnium maximè conſulere deberet non habemus, quam regale COLLECTANDI ſeu COLLECTAS IMPONENDI POTESTATEM, (conf. Fauſt. ab Aſchaffenburg *in conſiliis pro ærario claſſe IV. conſ. 260. p. 153. a in medio*) cui adeo primum merito locum conſecro. Sunt quidem collectæ variæ & prout vel *perſonis vel rebus* imponuntur, diverſas etiam appellationes aſſumunt, ita ut mox *tributorum*, mox *indictionum*, mox etiam generali *collectarum* nomine veniant, conf. ab Aſchaffenburg *in d. Conſiliis pro ærario claſſe IV. conſ. 235. ſqq. p. 140. ſeqq.* jung. *conſ. 258. 259. 260. p. 152.* ſed hæc in præſentiarum non magis curo, quam quæ alias vel circa *perſonas imponentes*, vel *modos imponendi* præcipuos & maximè uſitatos a Doctoribus tam privati quam publici juris præmitti conſueverunt. Hæc enim præſuppono, & ut, qui his inſtructi nondum ſunt, quæ circa titulos *de muneribus & honoribus*, itemque *de vacatione & excuſatione munerum*, commentatores juris civilis monent, Politices verò & publici juris, imprimis argumenti de *regalibus* ſcriptores magno ſtudio, nec minori eruditione quam facundia congeſſerunt, legant relegantque ſuadeo. Id ſaltim hic indigito, fiſci commoda ac emolumenta, quorum ſc. cauſa collectæ indici ſolent, per nimiam ab illis *immunitatem*, perſonis quibusdam per modum privilegiorum concedi ſolitam, imminuta valdè eſſe adeoque neglecta, ut vix collectarum titulum præ ſe ferant

§. III.

Non quidem ea mihi mens eſt, ut omnem a tributis immunitatem damnare vellem. Potius, qui collectas imponit, pro approbatis circumſtantiis & cauſis indulgentiæ, quas æquitas & clementia ſæpè ſubminiſtrat, ab iisdem quoque *immunem* declarare poteſt, quemcunque velit. per *l. 11. de Vacat. & excuſat. muner.* ibi: *nam ne hujus quisque excuſationem præter eos, quibus principali beneficio conceſſum eſt, habet l. 1. l. f. ff. de cenſibus l. un. C. de his qui a Princ. vac. mun. accep.* & Princeps non ſolum ejusmodi immunitates in proprium præjudicium optimo concedit jure, ſed etiam hæredes illis obligat, ſi privilegium ſit reale, Klock. *de contributionibus lib. 2. c. 16. n. 13.* Hinc PAU-

PERTAS

PERTAS interdum juſta ad excuſationem impetrandam cauſa eſt, & pro iis jamdiu reſpondit *Ulpianus in l. 4. §. 2. ff. de mun. & honor.* vid. Ziegler *de Jur. Maj. Lib. 2. c. 2. §. 3. ſeqq.* TEMPORARIA verò ſaltim, & quamdiu rerum inopia tale patrocinium præbet, uti diſertis verbis legitur in dicta *l. 4. §. 1. eod. deficientium facultatibus ad munera vel honores qui indicuntur, excuſatio non perpetua, ſed temporalis eſt. Nam ſi ex voto honeſtis rationibus patrimonium incrementum acceperit, ſuo tempore an idoneus ſit aliquis ad ea, quæ creatus fuerit, æſtimabitur.* Quamquam enim de muneribus *perſonalibus* hæc lex loqui videatur, cum par tamen utrobique quoad hoc punctum (de cæteris enim non eſt diſputatio) ratio militet, de *realibus* etiam ſ. *patrimonialibus*, quorum in claſſem Collectæ veniunt omnes, idem pronuntiandum arbitror. Hinc, quod extra caſum negotiationis, *Legati Principum*, *Nobiles* vid. Fauſt. ab Aſchaffenburg *Cl. IV. conſ. 303.* *Doctores*, *Advocati*, *Studioſi*, &, quorum pariter eadem hic ratio eſſe ſolet, ſimiles perſonæ à Vectigalibus & Collectis ut plurimum, maxime quam diu apud exteros verſantur hi ultimi, & inter patrios Lares pro abſentibus computantur, juſtam mereantur excuſationem, id tantum abeſt, ut iniquitatis arguam, vel adeo magnum inde detrimentum fiſco conciliari exiſtimem, ut potius ob juſtitiam & provenientes ex ſimilibus conceſſionibus aliorſum utilitates majores longe ac excellentiores, illas non modo laudandas, ſed etiam commendandas, & contra audaciam exactorum defendendas reputem, uti in ſpecie conſuetudinem, qua Studioſorum privilegium hac in parte quibusdam in locis non attenditur, tanquam perverſam & irrationabilem merito rejicit Rumelinus *ad A. Bull. Diſſ. 8. theſ. 21. inf.*

§. IV.

Aſt meum ſaltem eſt oſtendere, quam inique immoderatam a quibuscunque oneribus & collectis exemtionem ſibi afferant CLERICI, & quomodo cum ſumma fiſci injuria inter Pontificios maximè Principes, Juris Canonici & Clericorum doctrinas ſecutos, (inter Proteſtantes enim, quæ Dei gratia eſt, immoderatam talem immunitatem ignorare cepimus) ingens atque inſignis proventus ex prædiis eccleſiaſticis, ubi illa ſeculari jurisdictioni ſubeſſent, in ærarium publicum perventurus, ſubtrahatur illi, non olim modo, ſed, quod dolendum, hodie etiamnum, non quæſito alio huic immunitati colore, quam præſtantia dignitatis eccleſiaſticæ, Fauſt ab Aſchaffenburg *d. l. cl. 5. conſ. 2. p. 177. in f.* quæ nullam velut poteſtatem ſecularem agnoſcit, & bona, doloſis ſæpe machinationibus rapta, ubi ſemel gremio eccleſiæ, vel perſonæ Eccleſiaſticæ, addictæ fuerint, omni ad exſolvendas collectas obligatione exuit.

§. V.

CLERICUM autem hic ſumo in ſenſu ſtricto & canonum proprio, quo *Clerici*

rici appellantur *personæ Ecclesiasticæ, quæ sacris obeundis ministeriis, cultuique divino peragendo certâ quadam inauguratione, ritè consecratæ & mancipatæ eoque ipso contradistinctæ* Laicis, qui functionibus Ecclesiasticis nec destinati, nec addicti, nec religionis Voto adstricti temporalibus vacare libere possunt. *c. Clericus 5. c. duo sunt genera. 7. caus. 12. qu. 1.* Magnificus Dn. Præses, Præceptor & Patronus ætatem colendissimus, *in Diss. de negotiatione Clericorum prohibita c. 3. p. 12.* Quo ipso tamen etiam complector EPISCOPOS, PRÆLATOS, CANONICOS & OMNES ECCLESIASTICOS; Juxta *Canonistarum* enim distinctionem in MATERIA FAVORABILI, qualis indubiè jactata hæc immunitas est, sub Clericorum designatione omnes Ecclesiastici, cujuscunque illi ordinis s. dignitatis sunt, comprehenduntur, ubi obtinet, quod vulgo dicitur, *Episcopus est, Ergo Clericus.* Panormit. *in rubr. de vita & honestate Clericorum n. 4.* in MATERIA vero ODIOSA tantum inferiores Clerici intelligendi. *arg. c. odia 15. de R. J. in 6.* vid. omnino Dn. Præses *c. l. p. 13.* Hæc de Clerico. Nunc qualem IMMUNITATEM hic intelligam, videndum. Scilicet non de PERSONALI, sed de REALI seu PATRIMONIALI sermo mihi erit. Hanc ita definire solent, quod sit *immunitas, per quam res ecclesiasticæ à censu vel collectis potestatum secularium liberæ redduntur. c. 1. §. Volentes de immunitate Eccles. &c.* in *sexto* ibi: *Decernimus, non licere præfatis communiis, Scabinis & iis, qui in eis jurisdictionem temporalem obtinent, vel justitiam temporalem exercent, tallias vel collectas, seu exactiones quascunque ecclesiis vel NB. personis Ecclesiasticis imponere, vel exigere ab eisdem pro domibus, prædiis vel quibuscunque possessionibus ab eisdem Ecclesiis vel personis Ecclesiasticis legitimè hactenus acquisitis vel in posterum acquirendis, etiamsi ipsæ Ecclesiæ vel personæ vel res sint intra illorum districtum vel territorium constitutæ.* Add. *Clementina Præsenti 3. de censibus. c. 7. x. d. Immunit. Eccl.* & *c. 3. eod. in 6.* ubi Papa BONIFACIUS VIII. excommunicationis fulmen decernit non tantum in Laicos, qui imponunt, vel sponte data recipiunt, sed ipsos etiam Clericos dantes & obsequium præbentes. vid. Ziegl. *de jure Maj. l. 2. c. 2. §. 17.* ubi Juris Canonici in hac materia progressum eleganter indicat monetque §. 18. *Jus Civile hac in parte adstrictius, Canonicum laxius procedere.* Illud enim si respiciamus, certè ante tempora FRIDERICI II. IMPERATORIS talis, qualis hodie jactatur, immunitas incognita planè fuit. Constat id ex Textu *l. 3. C. de Episc. & Cleric.* ubi CONSTANTINUS *Clericos pro his prædiis, quæ ab ipsis possidentur, ad pensitanda fiscalia perurgeri, eademque ab illis recognosci jubet.* Et FRIDERICUS demum II. per novam constitutionem, cujus verba post *l. 2. C. eodem* leguntur, sub pœna tripli & Imperialis banni prohibuit, *ne quisquam collectas vel exactiones, angarias vel parangarias Ecclesiis vel aliis piis locis aut Ecclesiasticis personis imponat, aut invadere*

dere Ecclesiastica bona præsumat. Quam quidem Constitutionem HONORIUM III. PONTIF. à FRIDERICO expressisse, quo die eum diademate Imperatorio insignivit, ex Duareno refert Zieglerus *c. l.* §. *16.* eandem tamen ob bella mox inter utrumque exorta nunquam receptam fuisse putat Molinæus *ad l. 5. C. de SS. Eccles.* vid. Ziegl. *d. l.* conf. Rutg. Rulandus *de Commissariis p. 4. lib. 2. c. 6.* Bocerus *de Collectis c. 11. n. 16.* Reinking. *de regim. sec. & eccles. l. 2. cl. 3. c. 3.* aliique, quos citat B. Harpprecht *in Consilio Tubing. 23. n. 209.*

§. VI.

Sed ardua jam & difficilis multum quæstio subnascitur, *an hæc immunitas saltim ad* BONA ECCLESIASTICA *restringenda; an vero etiam ad bona* CLERICORUM PATRIMONIALIA, cum summa quidem Principum ipsorumque fisci diminutione, extendenda sit. Agitata hæc magna contentione est à Jurisconſ. celebribus, & tam pro affirmativa quam negativa strenuè concertatum est. Ita post Pontificios ferè omnes Clericis immunitatem indistinctè cum aliis (quos largo numero recenset Harppr. *Cons. Tubing. 48. n. 27.*) concedit Klockius *de contributionib. c. 12.* §. *62.* & multis seqq. & dissentientium argumenta magno studio refutare contendit, hæcque adeò ampliat, ut bona, quæ antea erant allibrata den Steur- und Anschlags oder Einlag-Registern einverleibt, ubi justo titulo postea in ecclesiam, vel Clericum (par enim hic semper procedit ratio) translata fuerint, eo ipso eximantur ipso jure ac perinde sit, ac si non registrata essent. Uti etiam in pluribus tribunalibus ita fuisse pronunciatum recensetur à Tessauro *Decis. Pedemont. 234.* vid. Harppr. *d. cons. n. 30.* qui tamen quoad hæc bona semel illibrata contrariam sententiam insigni auctorum numero firmat. *n. 33.* Denegant contra hanc immunitatem Clericis plurimi Neotericorum, quos inter præcipui sunt B. Carpzov. *in Jurisprud. Consist. lib. 2. def. 311.* Ziegl. *allegato l.* §. *18. seqq.* B. Harpprecht *laud. consil. 23. n. 242. seqq. j. cons. 48. d. l. seqq.* Magnif. D. D. *Schvveder in J. P. parte spec. sect. 2. c. 12. n. 11.* Müller ad Struv. *tit. de vacat. & excusationib. muner. th. 73.* Stryk. *ad Brunnem. Jus eccles. l. 2. c. 3. p. 33.* ipseque Klockius *c. 14. ſ. 1. n. 23. seqq.* sententiam suam antea propositam eo casu limitat, ubi prædia in libro æstimi s. communis registri quibuscunque oneribus & collectis obligata sint, quod tamen quomodo cum priori generali assertione conciliari possit non video, nisi priori loco illum de bonis ecclesiasticis, hoc verò de propriis & patrimonialibus, propria scil. Clericorum pecunia emtis, vel alio modo comparatis, loqui intelligam. Nostra non attinet, prolixè quæstionis hujus momenta discutere. Interim brevibus sententiam meam declarabo, & quidem non diffiteor, si Jus Canonicum & generalitatem textuum respiciam, speciosam nec admodum improbabilem videri sententiam eorum, qui etiam bonis Clericorum patrimonia-

Nn libus

libus immunitatem istam tribuunt, siquidem nullius ibi unquam distinctionis vestigia reperias; Generalis verò dispositio generaliter est intelligenda *l. 1. §. 3. ff. de aleat. l. 1. §. cum urbem ff. de officio praefecti urbis.* Hinc etiam in terris Principum Pontif. relig. addictorum, ubi non contrariis statutis vel alio modo prospectum est, sed jus Canonicum in viridi observantia viget, Clericos hanc immunitatem cum summo fisci Principalis detrimento sibi vindicare non dubito. Neque tamen inde adduci possum, ut huic accedam sententiae, contrariam potius meam facio, siquidem non modo argumenta ab hujus assertoribus allata non levia certè sint sed ponderis maximi, praecipue ubi jus Civile hac in parte sequi velim, quod praeter illam constitutionem Fridericianam cum jure Canonico nunquam videbis conspirare; praetereaque etiam juris Canonici Textus, licet generaliter concepti, de illis saltim possessionibus restrictivè videantur intelligi debere, quae Clerici quà Clerici possident, Patrimonialia verò & privata bona ad illos non pertinent quà Clericos, sed quà velut Laicos, & sic res transit cum suo onere. *l. cum possessor §. 1. fin. ff. de censibus L. alienatio 67. ff. de contrah. emt. l. 20. §. 1. ff. de A. R. D. l. 23. §. pen. de S. P. R.* & onus tributi fundum sequitur. *l. 2. l. 3. C. de annon & tribut. l. 7. de publicanis.* Nec conditio novi possessoris aliquid mutare debet ex tributorum pro rebus solvendorum conditione Mevius *P. 4. dec. 106. n. 4.* Hoc concernit interesse fisci, in cujus diminutionem nihil admittendum. Idem *d. l. n. 10.* conf. Andr. Knichen. *de Vestit. pact. p. 2. c. 3. n. 38.* Nicolaus Everhard *Cons. 30. n. 25.* adeoque bona tantum ecclesiastica, ut quae sola divinis usibus destinata, & ad usus humanos haud transmissibilia per *c. 51. de R. J. in 6to.* Richter *ad Auth. Item Nulla C. de Episc. & Cleric.* quocunque demum illa titulo talia facta, canones comprehendere putaverim, aequior praeterea haec est opinio, nec ullum superest dubium, quin immunitas Clericorum a Principe restringi atque determinari possit, hodie potissimum, ubi jugum papale non adeo agnoscimus, ac olim, sed illo excusso salutem magis reipublicae, quam Clericorum opulentias sectamur. Egregiè hanc in rem disserit Ziegl. *d. c. 2. §. 22.*

§. VII.

Interim quicquid hujus sit, si vel etiam patrimonialia Clericorum bona, maximè apud nos, ex classe rerum immunium relegem, & sic insignem fisco proventum reddidisse videar, adhuc tamen insigne damnum manet aerariis, postquam semel bona immobilia possidere coepit & Ecclesia & Clericus, haecque ad se rapiendo & juxta juris Canonici principia bonorum Ecclesiasticorum titulo semel insignita nunquam reddendo, sed pro rebus velut extra commercium seculare positis habendo, commoda fiscalia maximam partem imminuit. Quod quidem prolixa demonstratione opus habere non arbitror, siquidem expe-

experientiam quotidianam, velut optimam rerum magiſtram, conſulturo ſatis conſtabit, quàm non modò de conquirendis tam ſibi quam Eccleſiæ immobilibus bonis anxii atque ſolliciti ſint Clerici, ſed illa etiam, maximè ubi in dotem Eccleſiæ data fuerint, quod certe nunquam non ſimulabunt, ab omni onere immunia eſſe volunt, ſicque, dum opulentis ſæpè prædiis poteſtatem ſecularem exuunt, ærarium ſimul inſigni proventu deſtituunt vid. Ziegl. *d. l.* §.*26. ſeqq.* ubi ſub variis diſtinctionibus, an & quatenus hodie immunia ſint bona Eccleſiaſtica, & numne facto, an verò jure id fiat eleganter examinat. add. id. §. *32. pr.* Et cum JCtis Marpurgenſibus im Rechtl. Bedencken der Anlag-Contribution ap. Röveſtrunck. *qu. 1. m. 2. n. 40. ſeqq.* diſtinguere Mavult Eberh. Fabricius in repetit. Gail. *l. 2. O. 52. ſeq.* inter collectas *ordinarias & extraordinarias*, neceſſitatis cauſa indictas, & quoad *illas* eos immunes vult, Gailium *d. l.* ita interpretatus; quoad has v. eos omnino teneri adſtruens, eam in rem quoque ex Pontificiis allegans Molin. & Leſſium *dd. ll.* prout etiam alios, pro ſententia ſimpliciter exemptionem hac in parte negante *ibid.* adcitat. Add. Fauſt. ab Aſchaffenburg. *in conſil. pro ærario Claſſe VII. conſ. XV. p. 289. & cl. 20. conſ. 111. p. 997. ſeqq.* Accedit, quod etiam conductores bonorum Eccleſiaſticorum hanc immunitatem velut rei cohærentem ad ſe tranſire aſſerant, idque ideo, quia ſi præter penſionem, quam Eccleſiæ ſolvunt, oneribus ſe gravatos viderent, vel renuntiarent bonis illis, vel minoris vellent conducere, uti concludit. Carpz. *J. P. Conſiſtor. l. 2. def. 310.* ex eoque Mevius *p. 8. dec. 376.* vid. Stryk. *ad Brunnem. jus Eccleſ. l. 2. c. 15. p. 508. ad* §. *7.* quod tamen de illis, qui emphyteuſeos jure poſſident, ex prægnantibus rationibus negat Harppr. *laud. Conſ. 48. n. 40. ſeqq.*

§. VIII.

Forſan autem hic objicietur: Aſt hæc hodie longè aliter ſeſe habent, poſtquam non modò licentia *bona Eccleſiaſtica ſeculariſandi*, maximè ubi neceſſitas vel urgens utilitas reipublicæ id exigat. vid. Mauritius *D. de ſecularis: bonor. Eccleſ. c. 4.* & Magnif. Dn. Præſes *in Collat. J. C. cum R. I. ſect. 2. th. 1. per tot.* Per Inſtrumentum pacis Oſnabrugenſis reſtituta quaſi eſt, ſicque bona Eccleſiaſtica non amplius ab omni alienatione immunia dicenda ſint, per conſequens etiam bona iterum ſeculariſata in cenſum referantur, tributaque ex illis pro viribus patrimonii præſtanda ſint, uti de feudis Imperii ſeculariſatis id in ſpecie oſtendit Mauritius *d. l. c. 10.* §. *2.* Sed reſpondeo, quicquid hujus ſit quoad ſeculariſata illa bona, quorum inſuper non adeo magnus eſt numerus, procedunt tamen iſta omnia, quæ dixi, adhuc quoad cætera, maxime inter Pontificios, ubi tam exoſum hodie ac olim ſeculariſationis vel bonorum Eccleſiaſticorum alienationis nomen eſt. (vid. tamen Conring. *in animadv. ad*

Bullam Innocentii c. 6. p. 182.) Certè tituli Juris Canonici *de rebus Ecclesiæ non alienandis & de immunitate Ecclesiarum* regulariter in viridi ſunt obſervantia, nec ab illis diſceditur, niſi in ſummis vel reipubl. neceſſitatibus vel evidentibus Eccleſiæ utilitatibus, vid. Magnific. Dn. Præſes *c. l. p. 4. ſeqq.* ubi inſuper cogi non poſſe Clericos ſtatuunt, ſed a ſpontanea illorum conceſſione, nec inconſulto Pontifice, id dependere contendunt, *p. c 7. verſus 7. §. verum. tit. de immunitat. Eccleſ.* quanquam id Proteſtantes non agnoſcunt, ſanioribus imbuti principiis, licet etiam apud illos bona Eccleſ. difficulter alienari certum ſit. Carpz. *Jurispr. Conſiſt. L. 2. def. 302.* quoties verò de Eccleſiarum & Clericorum nimiis tam divitiis quam immunitatibus, fiſci ut cauſam defendam, conqueror, æraria maximè Principum Pontificiorum, quam nimium adhuc hac in parte exhauſta ſint, oſtendere allaboro.

§. IX.

Et quæſo, niſi hoc nimis ſerò perſpexiſſent Principes, & quantum ex prædiis ſeculari poteſtati exemtis, ubi dein immunia illa reddita fuerint à Collectis, onusque tributorum ad ſolos pauperes & miſeros ſubditos, ferendis illis impares ac impotentes, devolutum, ærariis ſuis deceſſerit, intellexiſſent, ecquid opus erat tot ſtatutis, quibus iſtam Eccleſiarum & Clericorum rapacitatem refrænarent. Innuo hic nempe leges quibusdam in locis tam olim, quam hodie promulgatas, quibus, ne prædia & bona immobilia in Eccleſiam amplius, aut viros Eccleſiaſticos, quocunque titulo transferrent, prohibuerunt. vid. Bodinus *de republ. lib. 5. c. 2.* quale de VENETORUM republica exemplum refert idem, quod ſcilicet non modo Eccleſiaſticis collegiis prædia jurave prædiatoria in poſterum denegaverint, ſed etiam Eccleſiæ legata diſtrahi, aut niſi diſtraherentur, fiſco addici juſſerint, ex eoque Klockius *de ærario l. 2. c. 47.* ibique Pellerus *in notis* Venetos contra Jeſuitas aliquando hanc conſuetudinem pro aris & focis vindicandam ſumſiſſe addit: de LUSITANIA ex Molina *tr. 2. diſp. 140. de Iuſt. & Jure* & MEDIOLANO, idem conſtat. Klock. *de contribut. c. 12. n. 89.* In GALLIA tertia pars bonorum ad Eccleſiaſticos translatorum Principi cedit. v. Goldaſt. *Monarch. Rom. f. 292.* Priſcis ALEMANNORUM moribus non licebat agros fiſcales aut prædia, quæ cenſum Principi ſolverent, ad ullam Eccleſiam transferre, ſed Comitis Conſenſus requirebatur, cujus erat, donationem reſcindere, quæ principalium redituum detrimento facta eſſet. Joach. Vadianus *de Colleg. & monaſter. German. l. 2.* apud Goldaſt. *Tom. 3. rerum Alemann. f. 44.* confer Klock. *de contrib. d. l.* Magiſtratus ULTRAJECTINI decretum exhibet Mart. Schoockius *in tr. de bonis Eccleſ. Sect. 1. c. 9.* Statutum JULIACENSE, quod ſubjectos vetat bona ſua immobilia den Geiſtl. zu verſchreiben, in Camera approbatum d. 3. Octobris Ao. 1560. Klock. *d. l.* de CO-

LONIA

LONIA idem refert Besold. *V. 6. cons. 278. n. 34.* & Knipschild. *de Civitat. Imper. liber. l. 2. c. 10. n. 54.* ARGENTINÆ quoque & FRANCOFURTI idem servari audivisse memini. Ab his Statutis non absimilia sunt illa, quæ quidem alienationem in Ecclesiam permittunt, non tamen facile in perpetuum, uti exemplo Civitatis HALÆ MAGDEBURGICÆ quoad *rem Salinariam* illustrat Schwendendorf. *de manu mortua Thes. 7.* ex eoque Excell. D. Böhmer. *in Jure Parochiali sect. 5. c. 1. §. 24. in fin.* Singulare etiam Statutum LUBECÆ viget, ubi ad exemplum peregrinorum monasteriis & Clericis, jurisdictionem civitatis non agnoscentibus, comparatio ædium in civitate prohibetur *l. 1. t. 2. a. 6.* Stiffte und Clöster, auch andere Persohnen, welche unsere Bürger nicht seynd, sollen nicht mehr Wohnung in der Stadt Lübeck bauen als jetzo stehen, ihre Reume auch die sie nun haben nicht erweitern noch grösser machen, sondern lassen wie sie sind, sollen auch ihre Häuser, Höfe und Wohnungen nicht von der Stätte, da sie jetzo liegen, auf andere verändern, oder mit ander vorbeuten, dann solches keinem, wer der auch sey, in keinerley Weiß verstattet oder verhänget werden soll. conf. ibi: Mevius, qui *p. 139. a. in addit. ad n. 17.* Hic sine dubio capitulum ejusque membra, quæ sunt Lubecæ, ex Episcopatu Lubecensi intelligi, de iis verò Clericis, qui agnoscunt Jurisdictionem urbanam, non sentire nec observari putat. Idem de notoria Consuetudine in Patria HAMBURGENSI obtinet; ibi enim, uti immobilia sibi acquirere Ecclesiastici utique possunt, vicissim tamen ad collectas solvendas obligantur. vid. Die Hamburgische Stadt-Recessen *art. 32.* ibi: van ehren weltlichen Güdern und wen se borgerliche Nahrung als Herbergierung und Krögereyen holden, accise bethalen. add. *art. 60.* ibi: he sy geestlich oder weltlich schal von dem Eigendohme und liggenden Güdern so he in düsser Stadt heft, jährlich twischen Luciæ und Weinachten von hundert Mergk veer Schilling Schodt geven. Quæ etiam verba distinctionem nullam facientia inter prædia Ecclesiastica & secularia ibi: so wohl von geistlichen als weltlichen Güthern, communiter inseruntur, quoties hæ collectæ publicè indici solent, quanquam cæterum, qua habitationes ab Ecclesiis ipsis concessas, & tributa quædam personam afficientia, meritò immunes sunt, uti etiam ab accisiis & similibus, certo scil. respectu, modo literas immunitatis debito prius loco petierint. vid. Mandatum, die Vermattung des Meehls betreffend, de ao. 1710. pr. ibi: oder da jemand eximirt, nach Inhalt nach beschriebener Art ein Frey-Zettul gehörigen Orths abzufordern, und an Thören und Bäumen abzugeben. Et quem latet singularis modus hodie in GALLIA HISPANIAQUE & alibi ad transferenda in ecclesiam bona immobilia necessarius; AMORTIZATIONEM puto sive *licentiam retinendi bona immobilia per manum mortuam à principe impetra-*

petratam, scil. cautum hodiè plurimis in locis est, ne immobilia in Ecclesiam transferre liceat sine consensu ejus, qui clavum reipublicæ tenet, sed ut hujus demum voluntate ac consensu licentia hæc Ecclesiæ fiat, quæ propterea manus habere mortuas, sive immortalis possessor esse dicitur, quod bona non reddat, sed perpetuo teneat, *1. F. 13.* Hinc Arumæus *Vol. 2. Disc. Acad. 2. Ecclesiastici*, inquit, *recipiunt bona ut mare aquas, sed non reddunt ut mare aquas reddit.* De hac amortizatione verò plura qui scire aveat, evolvat Dn. Böhmerum *c. l. usque ad fin. Cap.* & autores magno numero ab eo citatos, ubi & de pecunia certa Principi pro amortizatione debita §. *29.* agit, tandemque §. *31.* in nostris Ecclesiis adhuc quodammodo incognitum esse hoc jus, ex eadem tamen utilitatis ratione introduci posse, dicit. Sunt quidem, inter Pontificios maximè Doctores, qui adeò pro Ecclesiis & Clericis certant, ut hæc & similia statuta irrita & nullius valoris pronuntient, uti Parisius *V. 1. Cons. 26. num. 6.* Schurff. *centur. 1. cons. 69. n. 26.* & alii; imò eo audaciæ referente Christinæo *Volum. 1. decis. 201. n. 1.* processit *Petrus Jacobi*, ut Principes ejusmodi constitutiones edentes ipso jure excommunicationi aliisque pœnis subjici statuerit; Hisce verò quod respondeam, operæ pretium non est, postquam larga manu illis satisfecere Musculus *de success. convent. n. 19.* Arumæus *citato loco*, præcipuè verò Klock. *de contribution. d. l. c. 17. n. 89. seqq.* add. Bœhmer. *c. l.* §. *25.* imò hoc unicum sufficeret, quod in PRIMITIVA ECCLESIA non possederint bona immobilia, sed largitionibus demum CONSTANTINI M. qui primus Ecclesiis prædia à piis oblata retinendi licentiam concessit *l. 1. C. de SS. eccles.* vid Euseb. *de vita Constantini l. 2.* & sequentium Imperatorum (Quæ enim a JULIANO ipsis iterum ablata, restituit Successor ejus JOVIANUS, & postea VALENTINIANUS ac GRATIANUS CONSTANTINI M. privilegia, Ecclesiæ indulta, confirmarunt largioribus adhuc reditibus & bonis Ecclesias ditantibus. Er. Mauritius *Dis. de secularisatione bonorum Ecclesiast.* §. *4. p. 499. opusc.*) ad tantam opulentiam pervenerint, uti post multos præter allegatum modo Maurit. §. *5. seq.* latè ostendit Dn. Böhmer. *d. l. p. 252.* ubi elegantem Pauli Sarpii locum exhibet ex ejus *tr. de beneficiis art. 6.* quem integrum repetit Thomasius *ad Lancellot. L. 2. tit. 27. p. 1165. seqq.* & qui mihi etiam dignus videtur, ut sequentia ex illo verba huc apponam. *Et voila comme les choses vont tout à rebours, autrefois c'étoit une œuvre de la plus haute perfection chretienne que de vendre & de donner aux pauvres, aujourdhuj ce seroit encourir les censures, & la perfection consiste a retenir les fonds Ecclesiastiques & à ne pouvoir pas même permuter, sans une necessité evidente, & les defenses d' aliener, qui etoient faites en faveur des seculiers contre les Ecclesiastiques, se sont changées en d'autres en faveur des ecclesiastiques contre les seculiers.* Et denique, quòd primo loco afferri debuisset,

ipsa

ipsa sacra Scriptura nullam planè immunitatem concedit Clericis, uti ex Textu *Matth. XVII. 26.* præcipuè extorquere vult Clerus Pontificius. Contrarium enim post interpretes multos abundè ostendit laudatus sæpè Klockius *de contribut. c. 12. n. 268.* usque ad fin. capitis. Hincque meri humani & Pontificii juris est hæc immunitas, eademque ratione, qua per sollicitationes extorta, tolli iterum ac revocari potest Ziegl. *de J. M. d. l.* §. *14.* Et hæc de Clericorum immunitate pro instituto nostro sufficiant, in quo licet argumento prolixior forsan, quam par est, fuerim, id tamen lubenter mihi objici patiar, modo id impetravero, ostendisse me luculenter, quam insigne Clericorum immunitas a Collectis, sive illa se quoad omnia eorum bona, sive saltem illa, quæ quà personæ Ecclesiasticæ possident, ex, tendere debeat, neglectorum fisci comodorum testimonium præbeat, meritoque in illis locis, ubi nondum Statutis huic ærariorum imminutioni prospectum est, de mediis opulentias Clericorum restringentibus cogitandum sit, quam in rem elegantia sunt verba Klockii *l. 2. de ærario c. 47. n. 4.* quæ coronidis circa hanc materiam loco adjungam. *Immane quantum nocumenti ejusmodi privilegia reipublicæ afferant, vimque & nervos Principatus incidant. Quid! quod occasionem & materiam seditionibus haud rarò præbeant, & subditos contra justitiam & Rempublicam armen? Volupe est privilegiariis super cæteros eminere: sed ubique datur progenies vitiosior. Isti de iniqua sua sorte queruntur, illi de sua retinenda plus æquo sunt solliciti. Illi cæteros ut Clientes habere volunt, hi illos ut fratres cupiunt. Tanta affectuum disparitas & pugnantium animorum concursitatio, quid in repub. aliud quam indigesta maleque cocta in stomacho colluvies. Vomitum videbis, ni opportuna manu occurreris.*

§. X.

A JURE COLLECTARUM ob affinitatem argumenti ad Jus VECTIGALIUM nunc progredior, neque attendendum puto, quod Sixtin. de *regalib. l. 1. c. 2. num. 52. & l. 2. c. 6. num. 42.* Idem regale non nunquam & majus & minus diverso respectu dici posse afferat, sicque jus Vectigalium, quà instituendorum & augendorum, ad majora, quà percipiendorum vero ad minora regalia referat. Potius cum Ziegl. *de J. Maj. l. 1. c. 3.* §. *30.* ubi hanc Sixtini sententiam adducit, jus vectigalium nullo facto discrimine inter minora hic refero. Jus enim IPSUM, quæ verba laudati Ziegleri mea faciam *instituendi vectigalia in eum finem competit, ut consulatur fisco. Totum Ergo id non ad Majestatem s. ejus* eminentiam, *principaliter spectat* (ut regalium majorum indoles præ se fert) *quanquam Majestati competat, sed ad emolumentum aliquod subsidiarium fisco applicandum &c.* Vectigalia itaque tam quà constituenda quam quà constituta huc spectant, in quantum regalia minora tantum pro objecto habemus.

Vocabu-

Vocabulum autem vectigalis, quod diverso alias significatu gaudet, de quo conf. quæ Illust. Dom. a Gœlniz, *de regal. vectigal. jure c. 2. num. 19.* Hahn. ad Wesemb. *tit. de publican. vectigal. & commun. n. 2. verb. vectigal.* Klock. de *vectigal. conclus. 6. & de ærario l. 2. c. 146.* Ziegl. *de J. M. l. 2. c. 5. § 5. seqq.* aliique annotarunt, in propriissimo sensu hic sumitur *pro eo quod in itinere præstari solet. l. 21. pr. ff. de donat. inter V. & U.* & sic vectigal definio, *quod sit munus reale pro mercium vectura aut transitu Principi in auctoramentum præstitæ securitatis & refectionis viarum publicarum debitum* Ziegl. *d. l.* §. *5. f.* brevius, quod sit *onus reale* (*p. l. 18. & l. 214. ff. de V. S.*) *quod negotiationis causa fisco penditur. l. 5. l. 6. l. 8. l. 9. C. de vectigal.* Lauterb. *eod.* §. *12.* & sic quodcunque genus vectigalium sive portorium sit, idque tam navale quam terrestre sive pedagium &, quæ demum præter hæc, subintelligo.

§. XI.

IMMUNITATEM quidem, qua nonnullæ personæ a Vectigalibus gaudent hic etiam recensere possem, sed præoccupavi hæc, ubi de collectis disserui, hinc ad alia statim transitum facio, & quidem inter neglecta quoad vectigalia Principum & Rerum publicarum emolumenta refero, quod *defraudatio vectigalium non satis rigorosè puniri soleat, sed ab iis, quibus hæc cura est commissa, negligatur.*

§. XII.

Hanc rem ut eo penitius introspicere liceat, ante omnia quænam res de Jure Civili COMMISSÆ sive in commissum cadentes dicantur, & quænam requisita necessaria hic sint, præmitto. Quoad *prius*, *res* hoc loco dicuntur *tales, quæ ob vectigalium defraudationem prioris Domini esse desierunt, & fisco jure dominii acquisitæ sunt*, ipso jure, ac per transitum Dominii legalem, etiam sine sententia condemnatoria. *l. 14. ff. de public. & vect.* quamvis ad possessionem priori Domino auferendam de Jure nostro Civili opus sit *sententiâ declaratoriâ*, delictum illud esse commissum, aut res illas ob id cecidisse in commissum, declarante. Gail. *2. O. 51. n. 5. sqq.* & generalius id. in *lib. 2. O. 152. n. 9. junct. pracedd. & seqq.* Mynsing. *5. O. 29. n. 7.* Besold. *P. 5. Cons. 234. n. 36.* Struv. *in S. J. C. Ex. 39.* §. *41.* Dn. de Gœlniz, *in tr. de jur. vectig. c. ult. n. 2.* B. Dn. Frommann. *de transitu domin. legali t. 64. in fin.* Hodie tamen id non obtinere, & generali fere consuetudine, etiam in Germania nostra, jam invaluisse, ut fiscus propriâ auctoritate res commissas apprehendat, testantur. Hartm. Pistor. *l. 48. O. 1. n. 14.* Joh. Köppen. *decis. qu. 50. n. 11.* von Gülich. *in Obs. ad Myns. 5. O. 29.* Hahn. ad Wesemb. *h. t. n. 4. in f.* Mev. *ad Jus. Lubec. P. 2. t. 3. a. 6. n. 4.* Müller *in addit. ad Struv. d. l. lit. a.* B. Dn. Lauterb. *ad tit. de publ.* §. *25.* Excell. Dn. D. Schweder. *in Jure publ. P. Spec. sect. 1. c. 20. n. 7.* quam consue-

consuetudinem quidem inter mores reprobatos refert, eamque emendatione egere dicit B. Dn. Stryk. *in Usu Mod. h. t. §. 14. in fin.* eam vero optimo maximo jure inniti statuit Klock. *de jure vectig. concl. 86. lit. c.* & ab objectionibus vindicare allaborat Schilter in *Ex. 42. §. 56.* ac rationibus juris suffulcire satagit Mod. Pistor. *Vol. 2. Conf. 48. n. 17. seqq.* Ne vero res in summam abeat iniquitatem, providendum hic est quam maximè, ne publicani nimiâ lucri aviditate juxta & jurium ignorantiâ ducti, uti insolens & insipidum sæpius id genus hominum esse solet, non probè ponderatis circumstantiis, inique & impotenter nimis, ubi dubium adhuc, an in commissum res ciderint nec ne, in eas de facto involent, & ad se promiscue rapiendo possessores etiam innocentissimos injuste premant aut opprimant, quam sollicitudinem commendat rectissimè Dn. de Gölniz, *d. c. ult. n. 5.* exemplis quoque rem illustrans. Ex his vero patet præterea, quod, si res commissa in loco forsan tertio deprehendatur, *Rei Vindicatio ad commissum*, vel *actio commissi* fisco competat, ad avocandam sc. a priore Domino rei possessionem; nam plus facti quam juris habet *l. 19. in f. Ex quibus caus. maj.* adversus defraudatorem ejusque hæredes, non quidem quà tales sed quatenus merces illæ ad eos pervenerunt. *l. 8. pr. l. 11. §. 3. & l. 14. ff. de publican.* hinc non requiritur antecedanea a defuncto facta litis contestatio *d. l.* modo hæres rem possideat. Illustr. Dn. a Gölniz, *d. D. c. 5. §. 2.* imò contra quoscunque alios possessores *d. l. 14.* Unde respond. *ad l. f. §. 13. ff. eodem*, ubi pœnæ ab hæredibus exigi non posse dicuntur illæ, quæ personali actione exiguntur; dupli scil. si quis ex ignorantia vel errore vectigal non solverit *d. l. f. §. 10.* Et hoc demum procedit, si lis cum defuncto fuerit contestata *d. l. f. §. 13.* Lauterb. *ad tit. de public. §. 25. & 33.*

§. XIII.

Quoad *posterius*, REQUISITA sc. ad rem pro commissa judicandam sunt illa. 1) *dolus malus*, sine quo delictum regulariter non committitur, *l. 8. l. 11. §. 2. l. 16. §. 11. h. t.* Hinc *ignorantes* & *errantes* excusantur, quibus scil. duplo soluto vectigalii res restitui debent. *d. l. 16. §. 10. & 11.* Præter hoc duplum verò DD. nonnulli hic adhuc *juramentum purgatorium* requirunt a reo, sc. se ignorasse, ibi loci Vectigal fuisse constitutum. Gail. *l. 2. obs. 48. n. 26.* aut alias dolosè non fecisse. Jure LUBECENSI solo juramento præstito reus absolvitur, *P. 2. t. 3. a. 5.* ibi: Wird einer von den Zöllnern angegeben, daß er nicht recht verzollt habe, ist er sonst ein unberichtiger Mann, so mag er sich dessen entledigen mit seinem Eyd. conf. *ibid.* Mevius; nec obstat *d. l. 16. §. 5.* quam de ignorantia affectata interpretatur Lauterb. *d. l. §. 26.* conf. omnino hic Ziegl. *de Jur. maj. l. 2. c. 12. §. 8. seq.* alias personas inde exceptas vid. ap. Lauterb. *d. l.* 2.) ut *res*, quæ invehuntur, apud Publicanos *non indicatæ* fuerint,

l. fin. §. 1. & 3. ff. h. t. Professio enim ex parte vectorum adeo necessaria, ut ne quidem personæ a vectigalium solutione immunes & exemtæ ab illa liberentur, sed ea omissa in pœnam commissi pariter incidant. *l. 4. §. 1. l. f. §. 3. & 12. ff. eod.* per quos Textus ipsis injungi videtur, ut schedulam immunitatis einen Paß-Brieff, oder Frey-Zettel, vel literas commeatus secum habere debeant. v. Sixtinus *de regal. l. 2. c. 6. n. 196. p. 83.* Lauterb. *d. t. §. 19. ibiq. cit.* quanquam Mevius *ad Jus. Lubec. P. 2. t. 3. a. 6.* eidem allegatus dissentire hic videatur, ex ea quidem ratione, quod non solam professionis omissionem, sed dolosam tantum & fraudulentam, uti id *n. 9.* innuit, pœnam operari putet. Hinc etiam de praxi inter res notoriè immunes, & de quarum libertate ambigitur, distingui solet, docente eodem Mevio *n. 10.* & Klock. *concluſ. 88. lit. 6.* add. Ziegl. *d. l. §. 4. p. 1025.* In patria HAMBURGENSI tamen secus esse videtur, præcipuè quoad *frumentum*, de quo sequentem in modum sese habet art. 6. des Mandats die Vermattung des Mehls betreffend. d. 27. Febr. 1710. Sollen zu Verhütung aller defraudationen von denen Vorstehern und Provisoren der eximirten armen Häusern und Klöstern über das zu benöthigter Consumtion auf die Mühl abschickende Korn, unter ihrer Hand eine getreue ohnverfälschte designation überreichet, und ein Frey-Zettel darauf, bey der Matten begehrt, und von selben denen Abholern ausgehändiget, widrigens aber dessen Unterlassung wie auch alle befindl. malversationen, Betrug und Unterschleiff ihnen Vorstehern und Provisoren ledigl. imputirt, und nebst der daraus resultirenden Confiscation wie in diesem Mandato enthalten ist, ohne Ansehen gestrafft werden. Neque quoad professionem mercium opus est *prævia admonitione portitoris*. *Neque enim imputatur, publicano, quod non instruxerit transgredientem? sed illud saltim custodiendum, ne decipiat profiteri volentes.* per textum expressum in *l. 16. §. 6. h. t.* ex quo colligitur, æque necessarium non esse, ut præter professionem *solutionem quoque offerant* transgredientes, sed modo professi fuerint, tuti fiunt, licet vectigal non solverint, etiamsi conspiratio & collusio publicani accesserit, per verba diserta *d. l. 16. §. 12. eod.* ibi: *si quis professus apud publicanum fuerit, non tamen vectigal solverit, hoc concedente publicano (ut solent facere) Divi Severus & Antoninus rescripserunt, res in commissum non cadere. Cum enim, inquiunt, professiones recitantur, commissum cessat, cum poterit satisfieri fisco ex bonis publicanorum vel fidejussorum.* Quod tamen cum Ant. Matthæo *de auctionibus l. 2. c. 7. n. 5.* & Ziegl. *d. l. §. 2. p. 1024.* limitandum putaverim eo casu, ubi quis post factam professionem, illico se subduxerit, animo non solvendi. Tum enim paratus ille ad solutionem dici nequit, & professio fine suo per culpam profitentis destituitur, nisi forsan tales coincidant circumstantiæ, quæ

prope-

properantem factâ professione viatorem excusent, de quo præjudicium pro *Viatoribus* contra SENATUM HAMBURGENSEM adducit idem Ziegl. *§. 3 p. 1024*. Contra verò, quæ de necessitate professionis dixi, amplianda etiam sunt ad illum casum, ubi vectores per aliam viam iverint, sicque professioni & vectigalis solutioni se subtraxerint, *l. 2. C. de cursu publ.* Carpz. *in Jurispr. for. P. 2. c. 27. def. 3. n. 7.* & neque tunc mercium adjudicatio, fisco facienda, differenda est usque dùm iter faciens locum territorii exeat, quæ sententia est Baldi *in leg. cum proponas 3. C. de naut. fœn.* ea quidem ratione adducti, quod alias semper spes sit, redire viatorem in viam rectam & pœnitere. Potius contrarium rectius affirmavit, Bartolus *in l. Præsidib. 2. C. de cursu publ.* & *in l. qui fiscales 7. c. de navic. lib. 11.* inde, quod contra eum, qui extra viam publicam reperitur, mala suspicio generetur, quod videlicet vectigal fraudare voluerit, cui proinde merito adstipulor cum B. Strykio *U. M. ad tit. de publican. §. 16.* qui in hanc rem plura cogniturum ablegat ad Colerum *de processu executivo, P. 1. c. 3. n. 79. seq.* Limitationes verò & causas, ex quibus pœna commissi interdum cessat, vid. ap. Stryk. *d. l. §. 18.* & Ziegl. *d. l.* add. Hahn ad Wesenbec. *tit. de publican. & vectig. n. 4.* Sixtin. *de regalib. l. 2. c. 6. §. 174. seqq. p. m. 80.*

§. XIV.

Ita DE JURE CIVILI res sese habet. Videamus nunc primum, quid MORIBUS NOSTRIS obtineat, ubi merito duas quæstiones ab invicem secerno, unam scil. generalem & magis theoreticam, *an Germani pœnam commissi apud se juxta tenorem Romani juris stabiliverint, & an generalis ejus extet observantia;* Specialem alteram & Practicam magis *num rigorosi sint in confiscandis eorum bonis, qui ob defraudationem vectigalium huic pœnæ obnoxios se reddiderunt.* Primam quod attinet, non dubito cum Schiltero *Ex. 42. §. 63.* asserere, cum receptione Juris Romani in Rempublicam Germanicam universali jus etiam commissi specialiter invaluisse, quam in rem allegatur eidem *Reinhardus* JCtus Saxonicus, quem tamen magis, de sequestratione & detentione, donec scil. solvatur pœna pecuniaria, in Saxonia recepta, quam de commisso id asserere significat. Neque tamen aliter hanc pœnam commissi & confiscationes apud nos receptam esse statuo, quam quatenus contrariis statutis hæc juris Civilis dispositio immutata non fuit. Hinc de jure SAXONICO *provinciali lib. 2. art. 27.* qui pontium seu aquarum telonium, Brücken-oder Wasser-Zoll, non persolverit, quadrupliciter illud refundere tenetur, qui forense Marck-Zoll non dederit, triginta solidos pœnæ loco dreyßig Schilling solvere debet, quanquam ex Carpzov. *Jurispr. for. P. 4. const. 41. def. 15. n. 5.* hanc dispositionem ad eos, qui ex negligentia vel ignorantia vectigal haud solvunt, restringendam esse, qui dolose egerint, pœna arbitraria, carcere puta vel alia pecuniaria mulcta, puniri moneat

neat Stryk. *U. M. h. t.* §. *15.* confiscationis verò apud Saxones usitatæ mentionem nullam injiciat. Confer. Schilter. *d. l.* §. *61.* & Colerus *decis. 190.* Et retinuere forsan illi quoad hoc avitos mores, siquidem JURE TEUTONICO VETERI actionem & pœnam commissi ignoratam fuisse testatur *Jus Alemannicum c. 100.* cujus tenorem repetit Schilterus, *laud. loco* §. *62.* Hinc quomodo Modest. Pistor. *Consf. 48. n. 16.* in Saxonia jus commune obtinere asserat, nondum satis assequor. Cum jure Saxonico & Alemannico conspirat jus HISPANICUM, vigore cujus pariter quadruplicatum Vectigal solvit, qui ad. vectarum mercium professionem neglexit, uti ex Azevedo *ad Constitut. reg. l. 6. tit. 11. l. 6. n. 9.* referunt, Schilter. *d. l.* & Mevius *ad Jus Lubecense P. 2. t. 3. a. 6.* Acerbius paulo in eandem omissionem animadvertunt PATRES LUBECENSES *d. t. 3. a. 6.* nonuplum enim Vectigal imponunt ei, qui de non facta mercium professione sive defraudato vectigali convictus fuerit: Verfährt einer den Zoll und wird des mit Recht überwunden, er soll neunfältig bezahlen und darzu wetten (quod idem est ac solvere) vier Marck. Imò eandem pœnam dictitat publicano, qui bis vectigal petit, per verba sequentia: gleiche Straffe soll der Zöllner geben, wann er den Zoll empfangen hätte, und wolte denselben noch einmahl haben. Quòd tamen Statutum non ita crudè accipiendum, sed cum Mevio ita interpretandum putaverim, ut saltim pœna hæc nonupli & quatuor marcarum tunc locum habeat, ubi ea pœna mercium, quæ alias in commissum caderent, non transcendit pretium, sicque etiam iniqua non est pœna; ubi verò Vectigal tam magnum exigitur, ut nonies auctum superet commissi pœnam, de ejus jure & observantia merito dubitari. *Nec enim*, inquit, *si præteritorum temporum vectigalia attendimus, ea mens Legislatorum fuit, hac pœna durius quam jure communi receptum, invehere, sed hujus duritatem mitigare, idcirco contra statuentium intentionem auctis Vectigalibus non facile oportet exasperare statuta. Succedit autem in locum illius hæc pœna statutaria, ideoque ejusdem regulis omnino censeri debet, non secus atque vulgò dicitur, surrogatum sapere naturam ejus in cujus locum succedit.* Conf. idem *in quæstione prælim. ad Comment. Jur. Lub. 9.* cui sententiæ eo lubentius adstipulor, quo circa statutorum singularium interpretationem eam semper præsumtionem militare dicant DD. quà statuentes non possunt aut debent, dici hoc agere voluisse, ut nimium a Jure communi recedant, cum potius interpretatio ita facienda sit, ut facilius ad jus commune redeatur, vid. Alderanus Mascard. *de statut. Interpret. concl. 2. n. 62. seqq.* & Magnific. Dn. Præses *in Collat. Jur. Civilis cum recess. Imperii Sect. XV. p. 11.* ubi Statutum Hamburgense *P. 4. a. 1.* quoad pœnam blasphemis am Leibe dictatam ad ultimum supplicium etiam extendi posse ex eadem ratione statuit. In PATRIA verò HAMBURGENSI pœna com-

commissi expresse approbatur in den Hamburgischen Staat-Recessen *art.* 59. ibi: welchen man sinen tollen nicht bethalet, dessen Güdere, de nicht vertollet sin, schöllen an dat gemeine Gut verfallen sin, id est, si quis vectigal non solverit, ejus bona, pro quibus Vectigal solutum non fuit, fisco adjudicantor. Idem confirmatur in der revidirten Hamburgischen Zoll-Ordn. de an. 1636. ubi per omnes articulos pœna commissi expressè imponitur iis, qui vel planè merces non professi vel non omnes, aut non secundum veram earum æstimationem, quod innuit præcipuè *art.* 2. ibi: Handelt jemand dagegen, und die Güter geringer als nach banco valor taxiren und angeben, oder auch dieselben gar verschweigen würden, solche Güter sollen gäntzlich oder so viel sie geringer angeben, confiscirt, und an das gemeine Gut verfallen seyn. Imò, ut plane nihil in fraudem hujus legis fieri possit *seq. art.* 3. hoc adjectum est: auch da man will, die Güter vor solchen Preiß, als sie auf den Zöllen angegeben, für baare Bezahlung zu behalten und anzunehmen frey seyn; quoad *frumenti* verò importationem adhuc rigorosior articulus legitur, in dem Mandat die Vermattung des Mehls betreffend, d. 22. Febr. 1710. *art.* 2. ibi: soll beydes was angeben und verhehlet, und also das gantze quantum confiscirt, und noch über diß der Verbrecher wegen des Vertuschten, als in folgenden Articulis geordnet, mit Geld-Busse bestraffet werden.

§. XV.

Specialem alteram & practicam magis quæstionem ita formo: *an mores nostri in confiscandis eorum bonis, qui ob defraudationem vectigalis huic pœnæ obnoxii fiunt, rigorosi satis, an verò in detrimentum fisci licito æquiores & clementiores sint?* Videtur posterius non una de causa asserendum & quidem primo inde, quod in casu, ubi *nauta, auriga, mulio, vel famulus res celavit & vectigal solvere dolosè intermisit*, contentus hodiè fiscus esse soleat, modo navem, equos & cæteras res aurigæ vel nautæ proprias sibi addicat, ipsorum verò Dominorum merces, licet neglecta earundem professio pœnam commissi operetur, illis relinquat. Quoniam autem hæc ipsa, quam proposui, quæstio per se, & seposito omni ad praxin & mores nostros respectu, controversa admodum est, & quomodo vel ex æquitate, vel Juris Romani dispositione dijudicanda sit, valdè inter se dissentiant DD. juvabit prius horum utrorumque momenta & rationes summatim recensere, ut eo melius postea examinare possimus, num mores nostri a juribus antiquis discessionem fecerint, an illa sequendo ac imitando fisci causam injustè neglexerint.

§. XVI.

Hic verò ante omnia supponendum est, non institui quæstionem de casu, *quando Domini fraus concurrit*. v. gr. quando professionem mercium vel solu-

tionem Vectigalium prohibuit. Tunc enim utrumque Dominum & aurigam ex proprio dolo teneri, pœnamque confiſcationis tam quoad res domini quam aurigæ fundatam eſſe certiſſimum eſt; ſed de eo ſaltim controverſia & dubitatio ſupereſt, *an auferri domino merces poſſint, quando neque prohibitionem ejusmodi fecerit, neque alio modo de intentione Vectigal defraudandi cogitaverit.* Diverſimodè ad hanc quæſtionem reſponderi jam dixi. Affirmativam, quod ſc. & Domini merces in commiſſum cadant, ſtabiliunt Klock. *de jure Vectigal. concl. 89. lit. b.* Frider, *de mandat. l. 2. c. 43. n. 17.* Köppen. *deciſ. 50. n. 23.* Roſenthal, *de feudis c. 5. concl. 39.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. 6. n. 165.* Mevius, *ad Jus Lubec. p. 2. t. 3. a. 6.* Schilterus *Ex. 42. §. 60.* Negativam contrà tuentur Mylerus ab Ehrenbach *de Principibus & Statibus Imperii P. 2. c. 64. §. 10.* Bocerus *de Regalib. c. 2. n. 11.* Lauterbach. *in Collegio ad h. t. §. 30.* & *in compendio h. l.* aliique, quibus in puncto juris accedit etiam Stryk. *V. M. h. t. §. 17.* Et quidem, quod ad eorum argumenta attinet, qui de Jure Civili etiam Domini, licet innocentis, merces fiſco addicunt, nituntur illi. 1.) *l. 7. ff. de publicanis*, ubi expreſſe dicitur, in vectigalibus ipſa prædia, non perſonas conveniri, vel quod eodem recidit, vectigal non perſonam, ſed rem, afficere. Sixtin. *de regal. c. l.* eamque in commiſſum cadere & perire ſuo Domino, cui & hoc addunt, Dominium rerum ob non factam profeſſionem commiſſarum ſtatim ipſo jure ad fiſcum transferri. vid. §. præced, 13. 2.) *l. 16. §. 5. eod.* ibi: *licet quis ſe ignoraſſe dicat, nihilominus eum in pœnam vectigalis incidere.* 3.) *l. 3. C. de naut. fœn.* ubi nautica pecunia, quæ alias periculo creditoris eſt, *l. 2. l. 3. de naut. fœn.* per culpam debitoris, eam trans mare vehentis, fiſco addicta eſt, ob receptas ſc. in navi merces illicitas, & fiſcus, non obſtante, quod nulla creditoris culpa acceſſit, ejus tamen pecuniam, illicitis mercibus mixtam, retinuit, ſalvo ipſi contra debitorem regreſſu 4.) *l. 23. C. de admin. Tut.* ubi minoris prædium, ob non ſolutum Tutoris vel Curatoris culpâ vectigal, amiſſum fuiſſe dicitur, ſicque fiſco addictum, non denegato iterum minori contra Tutorem ad reſarciendum damnum regreſſu. His quidem objici ſolet, 1.) quod hæ & ſimiles LL. reſtringendæ ſint ad eum caſum, ſi vel ipſi mercatores merces transvexerint, vel dum vectigal defraudaretur, præſentes, vel ſaltim ejus criminis conſcii fuerint, cum ſcilicet alteri per alterius fraudem iniqua conditio inferri non debeat, quod in ipſa vectigalium materia corroborari videtur, per *l. 8. §. 1. l. 11. §. de publican.* addunt 2.) textum in *l. fin. §. 11. ff. h. t.* cujus verba ita ſe habent. *Magnus Antoninus reſcripſit, ſi Colonus, vel ſervi Domini prædii ferrum illicitè in prædio fecerint, ignorante Domino, nulla pœna Dominum teneri;* ſed, quod ad priorem objectionem attinet, illam reſtrictionem pro-

propterea

pterea agnoſcere non volunt, qui ſententiæ prioris Patroni ſunt, quod illius vel veſtigium vel indicium in legibus nullum appareat, nec ulla præſumtio militare poſſit, tam notabilem diſtinctionem, ſi antiquis fuiſſet recepta, nulla lege proditam fuiſſe, cum, ſi adeſſet, plus quam dimidium commiſſorum à pœna hac liberare fiſcoque auferre poſſet. vid. omnino Jo. Nicol. Liepold. in *D. de mercibus illicitis p. 44. ſq.* ad poſteriorem vero rationem generaliter primo id reſpondent, limitandum ſc. illud axioma, quòd alteri per alterius factum iniqua conditio inferri non debeat, ita, modo non fidem ejus elegerit, cujus verò quis fidem elegit, illius etiam facto teneri; imputare ergo ſibi mercatorem debere, quod vel non iterum iterumque aurigæ ſuo injunxerit ſolutionem vectigalis, vel in eligendo eo majorem non adhibuerit diligentiam. *arg. l. fin. §. 4. naut. caup. ſtab. l. 7. §. f. de Inſtit. act.* cum pari ratione dolus & negligentia Procuratoris Domino nocere dicatur, in *l. 23. in fin. de minor. l. 10. C. de Procur.* Gail. *l. 1. obſ. 45. n. 1.* Carpz. *P. 1. Conſtit. 1. def. 22.* allegatam verò *l. fin. §. 11. ff. de publicanis*, huc plane non quadrare; Ibi enim neutiquam quæri de pœnâ commiſſi, ſed pœna extraordinaria, quà plectebantur arma extra publicas fabricas facientes; ſicut & illi, qui merces prohibitas exportabant. Schilter. *allegat. loco.* Verum quamquam in iſta Doctorum diſcordia, argumentorumque etiam, ab utraque parte prolatorum, haud levi pondere, quænam ſententia de juris veritate fundatior ſit aſſerere non adeo pronum ſit, crediderim tamen textibus rectè inſpectis illam præponderare ſententiam, quâ etiam Jus Civile cum mercium iſtarum Domino mitius procedere ſtatuitur. Nam quod ad objectiones ſpectat, quæ ex *l. 7. ff. de publican. l. 16. §. 5. eod. l. 2. l. 3. de naut. fœn. & l. 23. C. de admin. tut.* deſumuntur, illæ tamen infringi ſatis videntur reſtrictione illa jam allata, quod ſc. tantum allegari poſſint, ubi aliqua Domini fraus concurrit. Quamquam enim hæc diſtinctio in Legibus expreſſe nullibi appareat, tacite tamen illis ineſſe videtur, cum ad pœnam commiſſi quoad merces fundandam ſemper dolus formalis requiratur, quod ſupra jam innui, propterea que etiam, ſi unus ex pluribus rem cauſa vectigalis ſurripiat, portiones cæteris non auferuntur. *l. 8. §. 1. de publican.* & navis Domino ignoranti reſtitui jubetur in *l. 11. §. 2. eod.* Et quamquam *l. fin. §. 11. ff. de publican.* non de pœna commiſſi expreſsè agat, exempli tamen loco non incongruè hic allegatur. Æquiorem præterea putant hanc ſententiam, cum innocentem Dominum ob ſolum aurigæ dolum vel culpam punire, iniquum & durum videatur. Cui præſuppoſito licet id opponere ſoleant, difficile planè eſſe probare hanc innocentiam Domini, vid. Thomas *d. D. p. 66. not. K. K.* neque adeo planè innocentem videri Dominum, qui in eligenda alterius fide commodis ſuis non ſatis cautè proſpexit: habere inſuper

regreſſum

regressum suum salvum, & aurigam locati conducti convenire posse, ad damnum ob amissas & fisco addictas merces, quarum professionem neglexerat, resarciendum. *arg. l. 2. pr. ad L. Rhod. de jactu l. 13. l. 21. C. mandati.* cum tamen nec casus supponatur, nisi terminis habilibus, & quando de innocentia ista Domini satis constiterit, nec delictum Procuratoris Domino in aliis negotiis noceat, quam in quibus culpa ad pœnam sufficit, in vectigalibus autem ipsius, ut dixi, Domini dolus formalis requiratur. B. Lauterb. *ad tit. de publican. §. 31.* id insuper hic addi solet responsionis loco, regressum illum contra aurigam effectu utplurimum destitui, cum sæpe non sint solvendo, indeque triste hoc solatium pronuntiet post alios Scharff. *d. D. p. 59. §. 2.* quæ ratio nonnullos eò compulit, ut si vel statuto vel consuetudine a Jure Civili hac in parte divortium factum fuerit, *restitutionem* tamen *in integrum* concedant Domino, si regressus ille inanis fuerit vid. Brunnem. *ad l. fin. n. 10. de publican.* Maulius *de homagio tit. de vectig. 10. n. 53.* qui statutis hanc clausulam generalem: *quoties justa causa esse videtur*, inesse credat, eamque hinc applicet, quotiescunque nauclerus solvendo non fuerit; Attamen hocce casu Publicanos vel Magnates istam rationem vix admissuros judicat Mevius ad *Jus Lub. P. 2. t. 3. a. 6. n. 20.* de quo conqueritur Marquardus *de Jure mercator. l. 2. c. 4. n. 28.* Et hæc quoque causa fuisse videtur, ob quam PATRES HAMBURGENSES *allegat. art. 59.* Dominis quibuscunque injungunt, ut, nisi mercium jacturam facere cupiant, ubi per alios vectigal solvunt, schedulam suâ manu exaratam mittant, eaque mercium pretia significent, absentes verò ubi fuerint, statim post reditum, quid interea loco vectigalis solvere debuerint, ore vel scripto confirment, *add. revidi*rte Zoll-Ordn. *art. 6.* neque id prætermittendum, quòd in *artic. 23. ibid.* expresse hæc verba legantur: mit dieser Verwarnung, daß alle solche Güter so ohne Zoll-Zettel geloset und eingenommen worden, ohne Mittel an das gemeine Gut, und derjenige, so dieselbigen ohne Zoll- und Frey-Zettel loset, und zu Hause bringet oder einladet, auch die Schiffere, so gegen diese Ordnung handeln, jedesmahls in Zehen Reichsthlr. Straffe vor jedes Stück zu bezahlen ohne Gnade sollen verfallen seyn. eodemque collimant verba sequentia, quæ in mandato die Vermattung des Mehls betreffend, *art. 3.* leguntur. und sollen die Wirthe oder Eigenthümere der Wagen oder Fahrzeuges sich mit der Einwendung, daß etwa ihre Knechte ohne ihr Wissen diesem Mandato zuwider gehandelt, sich nicht schützen können, sondern auf ihre Knechte acht zu haben gehalten, oder ihr Verbrechen zu büssen schuldig seyn. Sicuti enim hic auriga culpam transgressionis in servum suum devolvendo se excusaturus non audiendus est, per consequen-

quentiam non audiri debere Dominum omnem, talia objicientem inde colligi posse videtur, præcipuè ubi idem de hospitibus expresse dicitur.

§. XVII.

Hæc verò, cùm ita sint, ad praxin & mores hodiernos denique me converto, ut, quomodo hi pariter insigne neglectorum fisci commodorum quoad Vectigalia specimen præbeant, tandem ostendatur. Hos quidem merces domini fisco tanquam res commissas adjudicare adstruit Stryk. *in U. M. tit. de publican.* §. *17.* nisi quod eo casu limitet, ubi tales personæ ad transportandas merces publicè constitutæ sunt; wann es ordentliche Land-Gutscher seyn, quibus sc. quisque fidem habere solet. Verum contrariam sententiam, quod scilicet culpa naucleri vel aurigæ locum commisso non faciat, tanquam mitiorem & æquiorem, communiter hodie observari majori fide testantur Mylerus ab Ehrenbach *de Princip. & Statib. Imperii c. 64.* Guido Papa *decis. 572.* Christinæus *V. 1. decis. 114. n. 9.* ubi præjudicium, & post alios Lauterb. *in Coll. ad tit. de publican.* § *31.* Magnif. Dn. Schwederus *J. P. P. special. Sect. 1. cap. 20. §. 7.* B. Harppr. *Vol. 3. Cons. Tubing. 47. n. 52.* & *in Diss. de jure aurig. circa delicta.* §. 22. *p. 15. 16.* (quamquam ibidem Oldenburgeri *itin. jur. p. 137.* contrarium præjudicium ex Palatinatu afferat) & ita in Camera quoque Imperiali judicatum refert Klockius, affirmativæ licet sententiæ ipse Patronus, *d. conclus. 89.* his verbis: daß A. S. Kinder Vormünder die von Beklagten übergebene Caution des umgefahrnen Zolls würcklich zu vollenziehen schuldig seyn sollen, doch daß dieselbe auf den Fuhrmann allein und nicht der Kauffleuten Güter zu ziehen seyn. Et quamquam de moribus patriis rigorose in defraudationem vectigalium animadverti deberet, si ex adductis *praced.* §. sanctionibus semper res decideretur, quin tamen non modo circumstantiæ hic omnes diligenter ponderari soleant, sed utplurimum etiam loco confiscationis arbitraria pœna infligatur, etiamsi de proæresi vel nautæ vel Domini constet, dubitare mihi non licet, cum de rerum praxi id mihi retulerit Vir harum rerum peritus, qui hujus indulgentiæ causam in Vicinorum etiam potentia collocat. Et sic videmus tandem illustre exemplum, quomodo circa defraudationem vectigalium procedatur moribus nostris, & quam insigne commodum inde decedat fisco, quod regulariter in hac quæstione contra fiscum pronunciari velint Doctores ferè omnes, quos propterea sequi detrectat Illustr. Thomasius *d. D. p. 68.* & responsum FACULTATIS Juridicæ WITTENBERGENSIS contra SENATUM HAMBURGENSEM aliquando latum, cujus jam §. *13.* mentionem injeci, malè hic adduci notat. Vid. tamen quæ latè pro defendenda hac sententia novissimè adduxit Scharff. *d. l. §. 2. p. 60. 61.*

§. XVIII.

Primus hic erat casus quoad vectigalia, addam huic paucis duos alios, quibus in detrimentum fisci mitius pariter procedere solent mores nostri. Illam duplicem, unius tamen generis, controversiam innuo, *an merces* LICITÆ *cum* ILLICITIS *in una nave commixtæ in commissum cadant*, itemque *an merces* MUNES *cum* IMMUNIBUS *pariter una nave vectæ*, ubi professio earundem neglecta fuit, simul fisco adjudicandæ sint. Jus Civile si respiciamus, quod ad priorem attinet quæstionem, si merces licitæ ac illicitæ ad eundem Dominum pertineant, in commissum cadere utrasque, ex *l. 11. §. 2. de publican.* colligit Sixtin. *de regal. cap. 6. n. 122.* qui plerosque Interpretes ita statuere, sicque usu etiam propter consuetudines & statuta ubique vigentia olim servatum demonstrat, si verò diversorum Dominorum sint, nihilominus, sive sciverit Dominus, sive ignoraverit, utriusque generis merces de juris civilis veritate commisso vindicari, salvo Domino licitarum mercium contra nautam regressu, ostendere nititur, Liepold. *in D. de mercib. illicitis p. 43.* Jungatur Struv. *S. J. C. Ex. 39. §. 50.* ibique Müllerus. Alterius verò quæstionis cum par ratio esse videatur, sub eadem illa etiam distinctione decidenda esset.

§. XIX.

Ast, quod gratia & clementia Principum hac in parte indulgere utplurimum soleat, non dubito, cum ipsi hoc non negent, qui de Jure Civili contrarium obtinere volunt, vid. Liepold. *d. l.* Quod verò de regula hodie ita interesse fisci negligendum sit, uti plurimorum locorum statutis negligitur, quemadmodum *de mercibus immunibus* non confiscandis ex Wissenbachio *Disp. ad Pand. P. 2. disp. 15. & 25.* refert Liepold. *p. 51.* qui etiam *edicta Gallica* FRANCISCI I. CAROLI IX. & HENRICI VI. quæ juxta tritum illud juris Admiralici: *La robe de l'ennemi confisque la robe de l'ami.* i. e. res hostis confiscat etiam rem amici, licitas merces cum illicitis in una nave mixtas indistinctè fisco suo asseruerant, multis in locis penitus esse abolita tradit p. 48. id cum suorum ærariorum detrimento conjunctum, quin immutare & revocare possint, Principes, optime satis constare arbitror.

§. XX.

Nunc ad JUS CIRCA FLUMINA PUBLICA devolvor, quæ licet hodie in patrimonio Principis sint, eorumque præcipua commoda in fiscum referri cœperint, neque tamen in omnibus adhuc hodie ita res se habet. Neque enim argumentari licet: Flumina hodie sunt publica; Ergò quicquid est in iis, nedum quæ saltim sunt illa, eandem conditionem accepere, Mev. *P. 7. decis. 301.* Primo itaque hoc constat EX JURE ALLUVIONIS. Quanquam enim non desint, qui scribant, mores nostros hac in parte a jure Civili discessisse, vi cujus alluvionis

vionis (per quam *incrementum latens sive occultum* intelligunt, *quod flumen ita pedetentim fundo alicujus adjicit, ut oculis sensibusque non possit deprehendi.* vid. Cocceji *Diss. de jure alluvionum in Imperio* §. *1. add.* §. *8.*) commodum ejus est, cujus est fundus alluvione auctus. §.*20. J. de R. D. l. 7.* §. *1. ff. eodem l. 1. & 3. de alluvion.* vid. Lauterb. *ad tit. de A. R. D.* §. *74.* aliique DD. ibidem, hoc jus hodiè ad REGALIA referunt, Ruland, *de Commissariis l. 2. P. 4. c. 15. n. 41.* Stypman. *de jure flum. P. 2. c. 5. p. 549. seqq.* Mylerus ab Ehrenbach. *de Principib. & statib. Imp. lib. 2. c. 66.* §. *8.* Beier. *ad Schultz. p. 232.* quorum quoque sententiam amplectitur Illustr. Thomasius *in D. de regalib. fisci Principum Imperii c. 2.* §. *6.* id tamen universaliter verum non esse, non minor Doctorum numerus adstruit, vid. Klock. *de ærario l. 2. c. 63. n. 8. seqq.* qui etiam de jure Gentium non Principis, sed prædiorum possessorum esse incrementum sensim adjectum existimat, iniquitatisque arguit, qui Principum æraria hoc modo locupletare student. Nos quidem hæc controversia non attinet, quæ a Grotio *de J. B. & P. L. 2. c. 8.* §. *11. & 12.* & Pufendorfio *de J. N. & G. l. 4. c. 7.* §. *12.* latè agitata est add. Thomas. *c. l. not. q.) p. 46.* Stryk. *in D. de foro conscientiæ c. 3. n. 23. n. 35. n. 47. n. 60. seqq.* Hertius *de superioritate territoriali* §. *63.* Saltim, quoad institutum nostrum jubet, mores præsentes respiciendi sunt, & si quidem, pace quod fiat Illustr. Thomasii, qui consuetam hanc chordam appellat, tam diu privatos contra fiscum incrementa agris suis adjecta sibi suisque, in fisci detrimentum, commodis adscribere credendum sit, quàm diu fundata ipsis per jus Civile intentiò manet, & lex vel consuetudo contraria nondum allata fuit ab illis, qui jus alluvionis ad Principum regalia absolutè referunt Schæpff. *Synops. jur. priv. tit. de A. R. D.* §. *58.* certè non diffiteor, de regula mores nostros fisco nondum tribuisse hæc emolumenta. Nam quæ de BELGII quibusdam locis, & TERRIS AD RHENUM sitis, testatur Grœnweg. *de LL. abrogatis ad* §. *20. J. de R. D.* quod ibi nempe contraria consuetudo introducta fuerit, extra hasce regiones nullum jus veteris derogatorium constituunt, quin potius, quæ aliquibus Principum vel Electorum in Rheno & aliis circa id privilegiis quibusdam singulariter concessa sunt, argumento esse puto, jure communi standum esse, *arg. l. 5. ff. de probat.* conf. omnino Mevius *p. 7. Dec. 301.* Imò in hoc ipso DUCATU WÜRTEMB. Principes clementer etiam indulgent, ut quilibet id, quod per alluvionem ita est adjectum, quietè possidere queat, B. Hochstetter *in Coll. Pufend. p. 338. in not. lit. a.* Nec desunt etiam in hoc loco exempla novissima. Et in tota fere Germania contrarium viget, aut ad minimum Juris Civ. dispositionem nullibi vel lege, vel consuetudine immutatam reperies, atque in SAXONIA alluviones ad privatos adhuc pertinere, ex jure Prov. Saxon. *leg. 2. art. 56. vers.* Was das Wasser.

 ostendit

ostendit Hoppius *in Commentario ad instituta tit. de R. D. in U. H. ad §. 20.* cui Patriam HAMBURGENSEM consuetudinem (legem enim scriptam hac de re vidisse non licuit) jungo Ibi enim, nisi præfecturam RIZEBUTTELENSEM excipias, si quid adjectum fuerit agris, ad possessores eorum pertinet, inde quod, quæ intra aliquot annorum spatium accrescant, intra idem tempus per mare sensim iterum abripi soleant. Imò in ipso BELGIO hanc rem admodum dubiam esse, propter diversitatem consuetudinum & rerum judicatarum, fatetur, Vinn. *ad* §. *20. I. de R. D.* Hinc nec aliter sententiam, quæ alluvionis jura plane cessare contendit, admittenda videtur Strykio *in U. M. ad tit. de A. R. D.* §. *18.* quam si ripæ fluminum vallo vel aggere munitæ sint. Tunc enim agri quasi *limitati* fiunt, in quibus jus alluvionis etiam de Jure Civili locum non habet. *l. 16. ff. de A. R. D.* Latè Struv. *S. I. C. Ex. 41.* §. *25.* add. Coccej. *de jure alluv.* §. *10. & 11.* & per consequens illa pars terræ, quæ ultra aggeres est, **so über den Dämmen nach dem Fluß ist,** alveo adscribitur, & hinc una cum flumine ad Principem spectat add. Hopp. *cl. ibiq. cit.* Struv. *in S. I. C. exercit. 41. th. 26.* Coccejus *in d. Differt.* §. *13. & sqq.* cui limitationi hanc àddunt alii, si per flumen aliud quodquam incrementum terrenum adjiciatur e. gr. granum auri & similia Clariss. Kress. *in Specimine Jurisprudentiæ for. p. 99.* Leiserus *in Jure Georgico l. 1. c. 42. n. 11.*

§. XXI.

Idem judicium esto de ALVEO, *qui totus & in universum à flumine ad aliam partem fluente* DERELICTUS est, & de *Jure Civili* acquiritur vicina prædia possidentibus §. *23. J. de R. D. l. 7.* §. *5. ff. eodem.* Hunc enim neque hodie fiscum sibi vindicare puto, nisi ubi expresso STATUTO commodis ejus prospectum est, quale de BATAVIS refert Vinnius *ad* §. *22. n. 7. &* §. *23.* cui convenit consuetudo in MARCHIA VETERI & DISTRICTU BRANDENBURGICO, ubi multi propterea Nobilium cum certa parte alvei investiri solent, Stryk. *U. M. tit. de A. R. D.* §. *19.* eo quod etiam in *jure Provinc. Saxon. l. 2. art. 56. in f.* & *Prutenico l. 3. t. 1. a. 5.* §. *1. & 2.* expresse observetur Juris Civilis tenor. vid. Hopp. *in U. H. ad* §. *23. J. de R. D.* Ziegl. *de J. M. l. 2. c. 15.* §. *56.* Philippi *Usu Pr. Instit. l. 2. t. 1. ecloga 8.* ubi Scabinos LIPSIENSES etiam m. Aug. 1600. ita pronuntiasse refert. Neque id me movet in contrarium, quod Thomasius *c. l.* §. *5. p. 44.* ex ratione naturali Principis esse alveum talem, hincque ad eum semper pertinere, nisi ubi Jus Justinianeum introductum, dicat. Hic enim semper recurrit receptior magis sententia, quâ quotiescunque à jure Civili divortium factum esse docetur, probatio incumbit illi, qui ad Constitutionem Juri Civili derogatariam provocat, siquidem post illius factam semel receptionem regulariter illi standum sit, quod & in Saxonia inferiori aliisque locis tota

ta die observari quotidiana praxis comprobat, add. Carpz. *P. 3. Constit. 31. Def. 14. 15.* Sande *Decis. Fris. l. 5. t. 2. def. 1. & 2.* Bonacin. *tr. de restit. in genere disp. 1. qu. 3. puncto 8. n. 30.*

§. XXII.

Quid circa INSULAM IN FLUMINE NATAM hodie obtineat, & an quoad illam fisci commoda stabilita esse dici possint, lubens prætereo, cum prolixè satis & plene de illo differuerit Magnif. Dn. Præses *in Collat. J. C. cum R. J. Section. 2. th. 2.* add. præter Struv. *S. J. C. Ex. 41. §. 30.* & Heigium *p. 2. qu. 40. per tot.* B. Stryk. *U. M. tit. de R. D. §. 21. seqq.* & junge denique, si placet, Faust ab Aschaffenburg. *in Consil. pro ærario classe IV. cons. 292.* ubi vocis Werder, Germanis insulam utplurimum denotantis significatum exhibet.

§. XXIII.

LAPILLOS, GEMMAS, MARGARITAS, quorum omnium diversa natura est *p. l. 19. §. 17. & 18. ff. de auro & argento leg.* aliaque in littore maris inventa de Jure Civili occupanti cessisse inventionis jure certum est. vid. *§. 18. J. de R. D. ibiq;* Vinn. *l. 3. ff. eodem.* & quidem ei, qui primus manu occupavit *l. 1. §. 1. de A. V. A. P.* Pufendorf. *de J. N. & G. p. 538.* Müller ad Struv. *Ex. 41. §. 21.* add. B. Frommann. *de amissione rei fortuitæ th. 13.* Hodie verò, uti Jus in littoribus quodammodo ad regalia refertur vid. Schulz. *ad tit. de R. D. lit. z.* Nicolaus Reusner *de inventione modi Dominii naturali*, Stypmann *de jure marit. P. 2. c. 4. n. 111. seq.* ita, ut littora non saltim quoad *Jurisdictionem* & *Imperium*, sed etiam quoad *proprietatem* Principum esse contendat Stryk. *U. M. ad tit. de R. D. §. 8.* add. Ziegl. *de J. Maj. l. 2. c. 15. §. 19. 20. 21.* ita etiam, quicquid in littoribus invenitur, ex plenitudine potestatis fisco suo Principes nostros adscribere tradunt Doctores quam plurimi, quos adducit Lauterb. *in Colleg. ad tit. de A. R. D. §. 28. & in disp. de thesauris th. 2.* add. Struv. *S. J. C. Ex. 41. §. 22.* Excellentiss. Dn. D. Majer, Fautor ac Præceptor meus Colendissimus, *in Commentario ad Inst. p. 347.* Ego quidem quoad justitiam hujus apprehensionis, à fisco faciendæ, non refragor. Innuit illam eleganter Grotius *L. 2. de J. B. & P. c. 8. n. 5.* his potissimum verbis: *Principibus ab illis rebus incipiendum, quæ sine damno cujuspiam tribui possint, cujusmodi sunt res omnes, quæ in Dominium nullius pervenerunt.* Conf. Struv. *c. l.* Busius ad *l. § pen. de jure fisci* &, qui in specie quoad lapillos & gemmas id asserit, *Cyprianus Regneri*, ap. eund. Struv. *S. J. F. c. 6. aphor. 7. n. 1. p. 183.* An verò Juris Civilis dispositio ante allegata plane abrogata hodie sit, de eo adhuc merito dubito sicque ex eadem ratione inter *neglecta fisci commoda* refero, quòd in aliquibus saltem locis proventibus ejus augendis hac in parte leges prohibitivæ reperiantur. Quamquam enim id me non lateat, JURE PRUTENICO *succini* colle-

collectionem gravissimè interdictam esse. vid. *Lib. 3. t. 1. a. 3.* §. *3.* add. Happelius *in mundo tripartito p. 296.* ubi refert, Duces Borussiæ sæpè unico anno ultra viginti marcarum argenti millia ex succini collectione conficere, itemque in RHENO flumine absque concessione Principis aurum quærere non licere testatur, Noë Meurer *tr. de jure aquarum P. 1. fol. 6. 9.* ibi: die Gold-Gruben im Rhein werden für ein sonder Regal der Hohen Obrigkeit zuständig gehalten. Inde tamen concludere haud possumus, ita planè fisci commoda quoad hoc hodie amplius non negligi, ut exiguæ admodum utilitatis sit Juris Civilis dispositio, quæ sententia est Hoppii *in U. H. ad* §. *18. I. de A. R. D.* ubi tamen, præter Jus Prutenicum, nullum aliud allegat, quo communiter regalibus suis jus circa inventa quæcunque in littore sibi adscripsisse hactenus Principes probare possit. At enim vero, post habitis exteris regionibus, in quibus certè nec omnibus similes collectiones subditis interdicuntur, uti de DELPHINATU quoad aurum in littoribus inventum testatur ex Franc. Marc. *decis. 121.* §. *1.* a se allegata Heig. *p. 2. qu. 40. n. 149.* id potius sustinebo, non alibi modo, sed in ipsa BORUSSIA fisci commodis hac in parte nondum satis vigilatum esse. Neque credo etiam, aliquem lapillum aut gemmam, quæ nullius sit, in littore, aut monte, aut alibi inventam sibi retinere prohiberi, nisi ordinarius inde proventus ad Principem redundet, quà in re mecum conspirat Clariss. Trierius *in animadver. ad Hoppii Examen Jur. Civil. animadv. 78.* Stryk. *U. M. ad tit. de R. D.* §. *9.* quod enim ad reliquas extra Borussiam regiones attinet, vel desunt leges, quibus subditis inventio hæc interdicitur, forsan, quia in littoribus vel plane non, vel raro saltem, aliquid pretio constans reperiatur, vel Juris Civilis dispositio per consuetudinem corroborata est. Sic in POMERANIA *succini* collectio in littore maris, Stypmann *de jure marit. P. 2. c. 4. n. 2.* & alibi granorum auri collectio ex fluminibus ex. gr. sale, arena, privatis adhuc permissa est Excell. Dn. Ludovici *ad tit. ff. de. A. R. D.* §. *8.* Idem de succini collectione privatis in Ducatu Megapolitano relicta refert. Schöpfer *in Synopsi Juris privati ad tit. de A. R. D.* §. *32.* & res levidenses, in littore maris collectas, fere communiter inventoribus relinqui testatur. Stryk. *U. M. ad tit. eund.* §. *12.* Quod verò ipsas regiones Borussiacas concernit, certè, si inspiciamus verba Juris Pruten. *l. 3. t. 1. a. 3. &* §. *3.* ita illa se habent. Es ist die Lufft, das Meer, sammt dem Ufer und Gestaten dessen, wie auch das Regen-Wasser, durchaus allen lebendigen Creaturen zugleich frey und gemein, darum kan noch mag an den Gestaten des Meers Fische zu fahen / oder etwas anders zu suchen / niemand verbotten oder verwehret werden / ausserhalb des Bornsteins, welchen an den Gestahten des Meers aufzulesen bey höchster Straff in unserm Hertzogthum Preußen verbot-

verbotten ſeyn. Hinc enim conſtat, ſolam ſuccini collectionem fiſco ſuo addixiſſe Legislatorem, non gemmas, non conchas, non corallia, non uniones, non adamantes, quas ſimili jure ſibi vindicare potuiſſet. Cl. Kreſs *in Specim. Jurispr. forenſ. p. 69.* exceptio verò uti in caſibus non exceptis ſemper firmat regulam, ita hic etiam non aliter ſtatuendum eſt.

§. XXIV.

Adductus prope eſſem traditis Sixtini *tr. de regal. t. 2. c. 16.* ubi operosè largum pro ſe Doctorum numerum allegat, ut circa METALLIFODINAS IN FUNDIS PRIVATIS REPERTAS (de cæteris enim dubitationis cauſa nulla ſupereſt) eatenus fiſci commoda negligi adhuc putarem quatenus Jus Civile Romanum quoad illas privatis magis quam publicis proventibus conſuluiſſe certum eſt, ſiquidem venas metallicas una cum metallis & mineralibus in fundo privato repertas, dominii aut proprietatis jure illi addixit, cujus iſte fundus proprius eſſet, *l. 3. in f. l. 4. l. 5. §. 1. de rebus eorum, qui ſub tut. l. 3. C. de metall. l. 4. §. 7. ff. de cenſib. l. 7. §. 13. & 14. ff. ſol. matr. l. 13. §. 5. ff. de uſufruct. l. 13. §. 1. de comm. præd.* ſoluto ſaltim certo Principi vectigali *l. 17. §. 1. ff. de V. S. l. 13. ff. de publican.* Late Magnif. Dn. Præſes *Collat. Jur. Civ. cum Receſſ. Imper. Sect. II. th. 3. p. 10.* ubi etiam utriusque ſententiæ Patronos, quorum una etiam moribus Germanorum rem ita ſe habere, regalibusque fiſci venas in talibus fundis repertas tam juxta Textum *2. F. 56.* quam *A. B. c. 9.* nonniſi *ſecundum quid* & quoad *Canonem metallicum* vel in decima vel octava vel alia, juxta loci conſuetudinem, parte conſiſtentem adſcribi putat, altera verò plane & in totum ſicque illis annumerat, ut in Principis mera poteſtate meroque arbitrio poſitum ſit, velint ne domino fundi ſub onere decimarum perceptionem fructuum ex fodinis illis permittere vel ſibi reſervare. Et ſpecioſa, fateor, ſunt quæ contra ſuperiorem hanc ſententiam in medium profert, poſt alios & Fauſtum præcipue ab Aſchaffenburg *in Conſiliis pro ærario cl. 6. Conſ. 20. p. 237. 243.* add. idem. *cl. IV. conſ. 248. p. 149.* ſæpius nobis allegatus Scharff. *in Diſp. de iis, quæ juribus fiſci perperam accenſentur c. 2. §. 4.* largo etiam Doctorum idem ſecum ſentientium numero ſtipatus id verò maximè urgens, Jus Civile Romanum per dictum *Cap. un. 2. F. 56. & A. B. c. 9.* non eſſe correctum, ſed ſalvam adhuc inter fundos publicos & privatos quoad metallifodinas manere diſtinctionem. Aſt quod hac in parte fiſcus non habeat, cur de neglectis emolumentis ſuis ſollicitus ſit, certè non modo ex ipſa dictorum textuum veriori ac magis congrua interpretatione, ſed ipſa etiam Imperii hodierna & generali fere conſuetudine, rebus etiam judicatis firmata, nec obſcure in R. J. de anno 1541. §. Dieweilen wir aber, ſine ullo diſcrimine corroborata, poſt multos à ſe laudatos late adſtruxit Magnif. Dn. Præſes *all. loco,* quod

quod in transitu saltim monere volui, ne insigne exemplum præteriisse viderer.

§. XXV.

Aliter verò res se habet, quoad THESAUROS. Quin enim quoad illos Jus Civile, quod commodis fisci parum vel nihil hac in parte tribuit, in viridi hactenus observantia permanserit, extra dubitationem positum esse arbitrior. Et juvat ante omnia eâ, quâ fieri poterit, brevitate, dispicere, quando Jus Civile fisco adscripserit thesauros vel integros vel ex parte. Olim quidem ante LEONIS constitutionem fodiendorum thesaurorum facultatem a Principe prius impetrandam fuisse, *arg. l. un. C. de thesauris* multi volunt interpretes, quibus tamen respondet, Ziegl. *laud. loc.* §. *11.* & hoc saltim ad acquirendum thesaurum jam effossum necessarium fuisse docet. Nostra hoc non magis interest, quam centies a Doctoribus tradita hic repetere, quomodò pro diversitate vel loci, ubi repertus fuit thesaurus, vel modi, quo effossus, Jus Civile de Dominio thesaurorum disposuerit. Id saltim agam, ut quid circa thesauros fisco addicendos statuerit, repetam. Integrum thesaurum fisco tunc tribuit, *si arte illicita & prohibita* inventus fuerit in loco inventoris *proprio*, ex. gr. sceleratis sacrificiis *d. l. un. C. de Thesaur. l. 5. C. de malefic.* Peregr. *de Jure fisci L. 4. t. 4. n. 2.* Cardinal. de Lugo *de justit. & jure disp. 6. sect. 11. n. 12.* aliique a Lauterb. *d. D. th. 19.* adducti, ubi etiam, quid per locum proprium intelligat, prolixè docet. add. idem *in Coll. ad d. tit.* §. *36. seqq.* dixi notanter *proprio.* Quamquàm enim non desint, qui thesaurum arte illicita in fundo alieno inventum pariter fisco adjudicent, uti Molina *de J. & J. tr. 2. disput. 56. n. 1.* Berlich. *parte 2. concl. 66. n. 11.* plurimi tamen DD. contrarium statuunt, & Domino illius fundi integrum thesaurum relinquunt, tum quod in nullo juris textu limitatio hæc reperiatur, tum quod potius *in d. l. un.* generaliter dicatur, *illum, qui in alieno loco thesaurum scrutatus invenerit, totum hoc locorum Domino reddere compelli, & velut temeratorem legis saluberrimæ puniri.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. f. n. 34. seqq. p. 315. & seq.* Lauterb. *d. D. th. 26. p. m. 29.* & *de jure fisci c. 3.* §. *9.* Inter media verò illicita refertur *consultatio aruspicum, necromantarum* & similium *d. l. 5. C. de malefic.* cujusmodi horrendum exemplum recenset Carpzov. *Praxi Crim. n. 41.* Evocationes spectrorum Anruff- und Beschwehrung der Geister, projectiones globulorum Lauff der Faden-Knäulen, visiones per specula, Chrystalla, characteres &c. vid. Leiser. *in jure Georgico l. 3. c. 25.* §. *47.* An verò fiscus thesaurum sibi ideo vindicare queat, quod illum quasi à spectro aliquo sponte sibi indicatum vindicaverit, vid. Schœpff. *ad tit. de A. R. D. n. 47.* ubi negat, si nulla ars magica adhibita fuerit. Neque verò *virgulam mercurialem*, (cadentem) inter tales artes magicas referre

referre solent, quanquam multi è Physicis & JCtis usum talis virgulæ magiæ illicitæ adscribant, & cum pacto Diabolico implicito conjunctum esse asserant, uti Sperling. *in Diss. An virgula mercurialis agat ex facultate occulta?* & alii quos notat Dietherus *in continuat. Thesauri Besold. voce* Hexen, quibus plenè satisfactum est. a B Frommanno *in tr. de fascinationibus L. 3. P. 15. c. 4. §. 1.* adde Zeidlerum *in Panto mysterio* von der Wünschel-Ruth, cum Præfat. Illustr. Thomasii An. 1700. in 8. Matth. Willenium in der Beschreibung von der Wünschel-Ruthe, Ao. 1694. 8. editam. Stryck. *U. M. t. de A. R. D. §. 16. ibique adductos.* Hactenus de thesauris in loco privato repertis. Nunc videbimus, quid Jus Civile circa thesauros in loco extra patrimonium privatorum & qui in nullius bonis censetur, repertos statuat. Hic quidem regulariter inventori totus cedit, ex generali illa ratione, quod, quæ nullius sunt, occupantis fiant. Lauterb. *d. D. th. 29.* Hinc in mari, in littore maris, vel simili loco, thesaurum occupans totum sibi retinet. In eo tamen exceptionem hæc patiuntur, quando in locis vel sacris vel religiosis, utpote quæ pariter in nullius bonis esse censentur, *§. 7. seqq. J. de R. D.* thesaurus inventus fuerit. Ibi enim, si fortuito id factum, Imperator Hadrianus relinquit quidem illum ex asse inventori *§. 39. J. de R. D. §. 3.* Si verò data opera quæsitus fuerit, totus cedit fisco, per expressam constitutionem Textus unici *2. F. 56.* in locis verò fiscalibus vel Civitatis inventus fortuitò pro dimidiâ parte inventoris pro dimidia fisci esse debet *d. §. 39. & d. 2. F. 56.* nisi thesaurum inveniens partem fisco debitam supprimat, quo nempe casu in pœnam inventoris non modo totus fisco applicatur, sed ille insuper alterum tantum debet solvere, *per l. 3. §. f. ff. de jure fisci*, uti data opera quæsitus pariter totus ad fiscum pertinere debet. vid. Lauterb. *d. D. thes. 30.* Quanquam verò circa hoc punctum irreconciliabilis videatur, *l. 3. §. 10. de jure fisci*, multumque contentionis inde inter interpretes ortum, hæc tamen uti nimis prolixa apud alios a Lauterb. allegatos evolvi malim, præsertim ubi FRIDERICI IMPERATORIS sententia in d. cap. promulgata, hodie obtineat, ubi non statutis vel alia ratione immutata fuerit: Confer. Schilter. *Ex. ad ff. 45. §. 30.* ubi eleganter docet, maximè errasse quatuor illos Antecessores Juris Bononiensis, studii Irnerii discipulos, BULGARUM, MARTINUM, JACOBUM DE REGIONE & HUGONEM ad hanc controversiam ab Imperatore Friderico accitos, ut indicarent in veritate omnia jura regalia, quæ ratione Imperii in Lombardia ad ipsum spectarent & sua esse deberent, quod in *d. c. 2. F. 56.* ultimo loco inter regalia referant dimidium thesauri in loco Cæsaris inventi, cum tamen de eo nulla nec quæstio nec dubitatio fuerit, quùm, quod singulis privatis acquireretur in suo solo, fisco aut Imperatori denegari per se non posset, sed de acquisitione the-

ſaurorum in univerſum extra fundos fiſcales repertorum quæſtio fuerit, tanquam de regali; Et idem in ſequenti §. 31. ita: *At, quidquid ſit, quia tamen Fridericus I. hac re tum contentus forte, quùm alias repetitio regalium ſatis odioſa eſſet, & invidioſa Pontifici, & poſtea libris juris feudalis inſertum hoc capitulum fuerit, atque error ſuo modo etiam jus faciat, ex hinc contigit, ut in foro noſtro hoc jure utamur.*

§. XXVI.

Hæc *Schilterus.* Sed objicietur forſan *Grotianum* illud aſſertum quod aſſeclæ ejus, utpote Arniſæus de *d. J. M. c. 6. n. 23.* Chriſtinæus *Vol. 5. dec. 16. n. ult. dec. 17. n. 9.* aliique, quos citat. Struvius *in S. J. F. p. 432.* hic allegare ſolent, qui *de J. B. & P. l. 2. c. 8. §. 7. Germaniæ*, inquit, *populi theſauros, ut & alia ἀδέσποτα addixerunt Principi, atque id jus nunc commune eſt & quaſi Gentium; Nam & in Germania, & Gallia, & Anglia, & Hiſpania, & in Dania id obſervatur.* Verum enim verò majori fiducia quam veritate Grotium fiſco theſauros hodie adjudicare indiſtinctè, ſingularum ferè provinciarum, ubi ſcil. contrarium adhuc viget, mores oſtendunt. Quæ etiam ratio eſt cur poſt Zieglerum *de J. M. l. 2. c. 20. §. 19.* hæc in verba prorumpat Lauterbach. *d. l. th. 31. Nos non de juſtitia ſed de facto hujus conſuetudinis dubitamus. Quamvis enim ex naturali ratione res nullius occupanti cedant, attamen nihil obſtare, quò minus legibus & moribus aliud conſtitui poſſit. &c.* Videamus igitur de facto, & ſingulas Provincias a Grotio allegatas perluſtremus. Ordiamur a GERMANIA, præſenti ſcil. ejus ſtatu; de antiquo enim fiſcum non jure ſaltim privatorum theſauros in ſuis repertos fundis, ſed regalium jure indiſtinctè illos acquiſiviſſe ſatis forſan conſtaret ex legibus, quas THEODORICUS VERONENSIS Rex Gothorum, & FRIDERICUS IMPERATOR & Rex Siciliæ hanc in rem tulere. vid. Schilter. *d. l. §. 26.* ubi *& §. 27.* Jus Vetus SAXONICUM adducit, quale fiſci jus ſuâ ætate exoleviſſe gratulatur *Calpurnius Seculi IIItii* ſub *Carol. Imperat. Poeta eclogâ 4.*

Jam neque damnatos metuit jactare ligones
Foſſor, & invento, ſi fors dedit, utitur auro
Nec timet, (ut nuper) dum jugera verſat arator,
Ne ſonet offenſo contraria vomere maſſa,
Jamque palam preſſo magis ac magis inſtat aratro.

De hodierno verò contraria certè conſuetudo viget. Præterquam enim, quòd non modo generaliter juxta *Jus Commune* controverſiam de theſauris in judiciis & tribunalibus decidi teſtetur. Sixtinus *de regal. l. 2. c. 5. n. 1. p. 339.* ubi ſimul refert, ſe in eleganti facti ſpecie de theſauris ex juris communis diſpoſitione reſpondiſſe, ac ſecundum reſponſum illud in ſupremo Haſſiæ dicaſterio

ſterio & in Camera Imperiali, ad quam a parte victa appellatum erat, pronunciatum fuiſſe; ſpecialiter certe id de ſingulis ferè Germaniæ provinciis affirmari poteſt. De SAXONIA id præjudiciis teſtantur. Carpz. *P. 2. conſt. 53. def. 4. ſeqq.* Stryk. *U. M. tit. de A R. D.* §. *14.* de Jure PRUTENICO & CULMENSI Hopp. *U. H. ad eundem tit.* §. *39.* de Jure SUEVICO poſt Fridericum (antiquis enim temporibus Veteri Jure communi Teutonico uſi videntur) Schilter. *d. Ex. 45.* §. *32.* de NORIMBERGA & MULHUSA Stryk. *c. l.* §. *15.* ubi eorum *ſtatuta* integra exhibet, & HAMBURGI ac LUBECÆ idem obtinere concludit, quia ſpeciales de theſauri inventione diſpoſitiones ibi non extent. *In* GALLIA *vero* & LUSITANIA totum theſaurum non ad Regem pertinere teſtantur, quos hanc in rem laudat Lauterb. *d. D.* §. *31.* de BELGIO ipſa hoc agnoſcit Grœneweg. *de LL. abrogatis ad* §. *39. J. de R. D.* & *fiſcum præter quædam transactionum inſtrumenta cum nonnullis inventoribus inita, nullum juri ſuo titulum remve judicatam exhibere poſſe* docet; quare & in hoc negotio ſequendam conſtitutionem Juris Romani putat, Vinn. *ad eundem* §. *p. m. 208.* Ex quibus adductis facile patet, niſi ANGLIAM excipias, ubi per legem WILHELMI I. *theſauri de terra regis ſunt, niſi in eccleſia vel cœmeterio inveniantur*, memorante Henrico de Knighton, *de evintib. Angliæ* ad annum 1087. apud Hertium *ad Puf. l. 4. c. 6.* §. *13.* & SCOTIAM, de quâ vid. Schilter. *Ex. 45.* §. *28.* & DANIAM forſan (de quâ dubito) Juris Civilis diſpoſitionem quoad theſauros adhuc vigere, hincque fiſci commodis neque hic nondum proſpectum eſſe, quidquid etiam ſentiat Illuſtr. Thomaſius *d. D. de regalib. fiſci* §. *3. p. 40.* contra quem eadem ſemper recurrit reſponſio, tamdiu jus commune in obſervantia adhuc eſſe, quamdiu non modo non abolitum, ſed ſtatutis etiam & præjudiciis, uti hic, confirmatum eſt, ſicque inter jus & factum ſemper hic diſtinguendum eſſe. Hoc enim uti ſemper probatione indiget, ita tutius eſt in illo manere quòd ſcriptum Hopp. *c. l. p. 187.* & dum de neglectis fiſci commodis diſſero, non de eo, quid Princeps per novas leges introducere, eisdemque fiſci ſui commodis melius poſſit proſpicere, ſed quid pro præſenti rerum ſtatu jamdum in praxi obtineat, diſputo. Stryk. *U. M. d. l. p. 94.* Scharff. *d. D. c. 2.* §. *1.*

§. XXVII.

Antequam vero THESAUROS relinquam, illud adhuc Coronidis loco circa hanc materiam indicandum, non modo Jus Civile, &, quod ei ſuffragatur, allegatum Capitulum Friderici obſervari in quam plurimis quoad theſauros, ſed in detrimentum fiſci etiam ſequenti caſu unicam ab illo diſceſſionem fieri. Scilicet, ſicut *de jure Civili* per adducta in §. 24. *in fine* Theſaurus *in loco religioſo* data opera inventus fiſco cedere debebat, ita hodie omne jus illud fiſci ECCLESIIS nunc tribuitur, utpote in quarum dominio hodie ſunt loca religioſa.

 Inde,

Inde, si Thesaurus in iis fortuito inventus, inter ecclesiam & inventorem est dividendus, ex ea ratione, quod loci religiosi non amplius privati sint (quo casu totus inventori cederet) sed publici, qui locis fiscalibus *in §. 39. J. de R. D.* æquiparantur, si vero data opera, totus Ecclesiæ relinquendus. Confer. Finckelthusius *Disp. 4. de feud. qu. 20. lit. c.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. f. n. 38.* Peregr. *de jure fisci l. 4. t. 2. n. 7.* Schülz. *de feudis c. 7. n. 187.* Arnisæus *de jure Maj. l. 3. c. 6. n. 24.* Klock. *de ærario l. 2. c. 117. n. 23. add. n. 31. seq.* ubi elegantem historiam exhibet de CAROLO IV. IMPERATORE Thesaurum in Monasterio sibi ostensum & a Monachis oblatum detrectante, eaque quæ Deo & Ecclesiis devota essent, concupiscere abnuente. His accedunt Hopp. *d. l. p. 281.* & Schilterus *d. l. §. 31.*

§. XXVIII.

Et hæc quoad generales acquirendi modos præcipua arbitror esse exempla, quibus mores nostri de augendis fisci commodis nondum adeo soliciti fuisse videntur. Si quædam forsan omiserim, aut exigua certè erunt, & cum non magno fisci detrimento conjuncta, aut, in quibus præstat ipsi fisco, rerum quarundam neglexisse proprietatem, quam illam sibi adjudicasse, quod posterius exemplo *riparum* probat Stryk. *U. M. tit. de R. D. §. 15.* ibi: *quod Dominium riparum plus oneris, quàm commodi contineat. Involvit enim hæc proprietas necessitatem ripæ muniendæ vel reficiendæ, quod unus utilitatem dominii multis parasangis excedit, ut hinc fiscus, qui commodis tantum intentus, dicam scribere noluerit privatis riparum Dominis.* Opponi quidem Strykio hic posset, nihilominus fiscum hodie sibi vindicare ripas, si ex sententia Zœsii ac Desselii *in not. ad d. t. de R. D.* procedendum esset. Hi enim propterea id statuunt, quia in *c. un. 2. F. 56.* regalibus accensetur *ripaticum*. Verùm, quod *ripaticum* ibi nihil aliud quam *Vectigal* vel *portorium*, quòd flumen trajicientibus imponitur, denotet, (conf. hic Sixtin. *de regal. l. 2. c. 5. p. m. 49.* & qui in explicanda hac voce prolixus est Faust ab Aschaffenburg *Cons. pro ærario cl. 6. Cons. 17. p. 233.*) ex eo evidenter apparet, quod *jus trajectus*, die Fähr-Gerechtigkeit, ob quod ripaticum solvitur non accolis fluminis, sed Principi tanquam regale competit, nisi a Principe tacite vel expresse alicui privato sit concessum, salva tamen privatis utrobique riparum proprietate manente. Cl. Kress. *in Specim. Jurisprud. for. p. 70.* & Philippi *in Us. Pr. J. h. t. Ecloga 9.* Addatur ipse Stryk. *c. l.* ex quo etiam responderi potest Illustri Thomasio *ad J. d. t. p. 114.* ubi proprietatem riparum ad privatos hodienum adhuc pertinere negat. Siquidem sic fiscus etiam expensas refectionis in se recipere deberet, si invitis Dominis transitum per ripas concedendi & vectigal eo nomine exigendi facultatem sibi assumeret.

CAPUT III.

DE NEGLECTIS FISCI COMMODIS, QUOAD MODOS IPSI ACQUIRENDI SINGULARES DISSERENS.

SUMMARIA.

§. I. *Transitus ad modos acquirendi singulares, quibus fisco acquiritur.*

§. II. 1) In POENAM delinquentium, *Jure quidem Pandectarum per consequentiam in delictis capitalibus, quod tamen mutatum per Nov. 17. & 134. & Auth. Bona damnatorum, quæ etiam collaterales præ fisco admittit, Imerius defenditur, Usus hujus Auth. probatur.*

§. III. *Quid in detrimentum fisci hic statuerit* Carolus V. *in Sanct. Crim. art. 218. quomodo hic artic. interpretandus?*

§. IV. *an in delictis, in quibus hodie confiscatio adhuc viget, saltim successio ab intestato ad tertium gradum obtineat? an vero testamenti factio omnimoda reis permittatur? quod posterius de Jure Civili etiam novissimo negatur, de consuetudinario Germanorum affirmatur,*

§. V. *Et ampliatur etiam quoad illos, qui ante factam condemnationem violentas sibimet manus intulerunt.*

§. VI. *de deportatis, damnatis ad ferrum, aut bestias, aut in metallum remissive. Klockii judicium de fisci utilitate quoad damnatos in metallum hodie neglecta. De damnatis ad opus publicum, quibus denegatur reg. testamenti factio. De bannitis, De annotatione bonorum rei aufugientis hodie adhuc usitatâ.*

§. VII. *Remissivè & per transitum* a) *de pœnarum multarumque compendiis,* b) *de pœna ex popularibus actionibus privato reg. applicanda* c) *de pœna emtionis venditionis rei litigiosæ.* d) *de rebus furtivis non fisco sed Domino adjudicandis &* e) *de condictione furtiva, suspenso licet reo, contra hæredes competente.*

§. VIII. *2)* ob aliam causam, quam pœnam, *ubi 1) de BONIS VACANTIBUS. Eorum definitio. An fiscus illa jure regalium, an hæredis titulo acquirat? an cum onere æris alieni, exsolvendorum legatorum & conficiendi inventarii?*

§. IX. *Fisci incommoda circa bonorum Vacant. acquisitionem consistunt* primo *in eo, quod hodie omnes a latere cognati ipsum in infinitum excludant. Praxis varia. Quid in feudis obtineat? Beustius plagii notatur.*

§. X. Secundo, *quod* juris titulo *fiscum, hodie maximè, antevertant, 1)* conjuges. *De Bonorum Possessione Prætoria. De successione conjugum statutaria. Ampl. quoad* sponsos. *Quid Justinianus in Nov. 53. & 117. conjugibus novi indulgeat? 2)* Liberalitatis Imperat. socii. *3)* Collegia. *4)* Ecclesia *in bonis Clerici. An etiam* Academia? *An* Hospitale? *5)* Patronus *in bonis liberti, non tamen 6)* Tutor *in bonis pupilli. De* præscriptione *quadriennali.*

§. XI. II.) de *REBUS* pro *DERELICTO* habitis. *Distingu. inter res mob. & immob.*

§. XII. III.) de *BONIS NAUFRAGORUM*, *quæ Illustr. Thomasius minus recte fisco vindicat. Consuetudo Hamburgensis peculiaris novissima.*

§. XIII. IV.) de *HIS*, *QUÆ UT INDIGNIS* auferuntur, *quem titulum non quidem per omnia abrogatum esse asseritur, in quibusdam tamen casibus fisci jura hic limitari & rescindi, quod ostenditur.*

§. XIV. 1.) *in casu ejus, qui aliquem testari coegit, quid, si quis prohibuerit?*

§. XV. 2.) *in casu inultæ necis defuncti.*

§. XVI. 3.) *conjugis a conjuge occisæ.*

§. XVII. 4.) *parentis a filio vel fratris a fratre occisi.*

§. XVIII. 5.) *cujuscunque defuncti occisoris; quod incapacitatis causa cum indignitatis causa concurrens fortior habeatur. An vulgariter substitutus obveniente tali casu excludat fiscum?*

§. XIX. 6.) *exemplo uxoris intra annum luctus renubentis.*

§. XX. *Conclusio.*

§. I.

SINGULARES ACQUIRENDI MODOS definio, quod sint, *qui certas tantum personas respiciunt, quibusque privatorum vel totum patrimonium vel certa ejus portio aufertur, fiscoque addicitur, vel ex particulari plane causa illi acquiritur.* Lauterb. *Coll. Th. Pr. ad tit. de Jure fisci* §. *8. 9. & 10*, qui hinc illos in universales & particulares dispescit, qua tamen distinctione cum magis placeat illa, quam *in disp. de jure fisci c. 1.* §. *1.* habet, nempe ubi ex bonis privatorum fisco vel in eorum, quam meruerunt, pœnam, vel aliam ob causam, tribui & comparari dicit, eum quoque in præsenti capite ordinem servaturus sum, ut primum neglecta fisci commoda quoad pœnas, dein quoad easdem aliam ob causam provenientes recenseam.

§. II.

Jam quidem, quod ad POENAS EX DELICTIS fisco adjudicandas spectat, si jus PANDECTARUM intueamur, constat, graviores pœnas publicationem bonorum rei vel confiscationem secutam esse. Hinc non modo tunc reorum bona capiebat fiscus, ubi per expressam sententiam Judex eorum publicationem decreverat, sed tacite etiam illa ad ipsum deferebantur in omnibus illis delictis, ubi vel vita adimebatur, vel civitas, vel servilis conditio irrogabatur, utpote ubi per consequentiam sententiæ ad hærebat confiscatio, licet non exprimeretur *p. l. 1. pr. ff. de bon. damnat. l. 2. & l. 4. C. de bon. proscript.* hincque eo ipso etiam testamenti factionem amittebant *p. l. 8.* §. *4. ff. Qui test. fac. poss.* adeo, ut testamentum antea per eos conditum irritum reddatur *p. l. 6.* §. *5. & 6. ff. de inj. rupt. irr. l. 8.* §. *1. ff. Qui testament. facere possunt.* Conf. Lauterb. *ad tit.*

Qui

Qui teſtam. fac. poſſ. §. *29.* & *ad tit. de bon. damnat. per tot.* Peregrinus *de Jure fiſci l. 3. t. 3. ſeqq.* Müll. *ad Struvium Exercitat. 32.* §. *1.* temperatum tamen hoc Jus ab Impp. Theodosio & Valentino usque ad dimidium, reliqua parte liberis reſervata *l. 7. pr. ff. de bon. damnat. l. 10. C. de bon. proſcript.* Plane verò id in detrimentum fiſci mutavit nova Justiniani Conſtitutio duplex, una quidem per *Nov. XVII. c. 12.* hiſce verbis concepta. *Oportet autem te & in hoc omnem ponere providentiam, cum aliquis dignus apparuerit, pœna illum quidem punire, res autem ejus non contingere, ſed ſinere ejus & generi & legi & ſecundum illam ordini. Non enim res ſunt, quæ delinquunt, ſed qui res poſſident, at illi reciprocant ordinem: eos quidem qui digni ſunt pœna, dimittunt; illorum autem auferunt res, alios pro illis punientes, quos lex forte ad illorum vocavit ſucceſſionem.* Altera & recentior quidem in *Nov. CXXXIV. c. fin.* ibi: *Subſtantias eorum non fieri lucrum judicibus, aut eorum officiis, ſed neque ſecundum veteres leges fiſco eas applicari, ſed ſiquidem habeant deſcendentes & aſcendentes usque ad tertium gradum eos habere. Si verò mulieres habeant, qui condemnati ſunt, omnibus modis jubemus, iſtas & dotem & antenuptialem donationem accipere, ſi verò ſine dote talibus perſonis conjunctæ fuerint: a legibus definitam partem de tota ſubſtantia condemnati eas accipere ſive filios habeant ſ. non ſi verò neminem prædictorum habeat, qui deliquit, tunc fiſco ſociari ejus ſubſtantiam. In majeſtatis verò Crimine condemnatis veteres leges ſervari jubemus.* Ex hac deinde Novella deſumta eſt *Auth. Bona damnatorum l. 1. C. de bon. proſcript.* ubi hoc adhuc additum legitur, quod præter *adſcendentes* & *deſcendentes* usque ad *tertium* gradum in Novella memoratas, fiſcum excludant etiam *Collaterales eodem gradu.* Vitioſæ quidem *Irnerii*, quem communiter pro auctore authenticarum reputant, ſed vid. Magnif. Dn. Præſes *in Collat. J. C. cum R. I. Sect. 16. th. 2. p. 28.* tranſcriptioni plurima Doctorum pars id tribuit, eaque propter hanc Novellæ extenſionem in foro rejicit vid. Ant. Matthæi *de crim. c. 2. n. 2.* eo quod authenticæ ex Novellis Juſtinianeis excerptæ & privatâ autoritate Codici inſertæ per ſe & ex ſe nullam juris auctoritatem habeant. Hahn. ad Weſemb. *tit. de bon. damnat. n. 6.* Lauterb. *in D. de jure fiſci c. 3.* §. *6. in f.* & in *prolegom. ad Coll. Th. Pr.* §. *5. n. 9. in f.* quare in Irnerium vehementer invehitur Ant. Faber *decad. LXXIII. err. 4. 5. 6.* præterquam tamen, quod rem ita ſeſe habere non ex errore Irnerii, ſed ex noviſſimo uſu fori Italici & edicto Theodorici Regis Italiæ c. LXII. quod integrum repetit, imò jus hoc non novum ſed renovatum fuiſſe, ſiquidem jam in *l. 8. C. Th. de bon. proſcript.* ſancitum, oſtendat erudite Schilterus *Ex. ad ff. 38.* §. *26.* & *in not. a.) add. id. Ex. 49.* §. *175.* ſatis jam monet præter Brunnemann. *ad d. Auth.* & Dn. Menkenium *Diſſ. Sel. XII. th. 33.* Stryk. *in U. M. ad tit. de bon. damnat.* §. *1.* communiter hodie *Collaterales* præ fiſco admitti.

§. III.

§. III.

Converto me jam ad MORES NOSTROS, quos uti fisci commoda eôdem modo hac in parte adhuc negligere, quo Novellarum jure negligi cœperunt, nemo erit, qui dubitet. Conf. omnino Sixtin. *de regalib. lib. 2. c. 12. §. 30.* præsertim, ubi de ipso GERMANORUM proprio jure ex delictis capitalibus nullum, si PERDUELLIONIS CRIMEN excipias, bonorum publicationi obnoxium esse certiores nos reddat IMPERATOR CAROL. V. *in Sanct. Crim. art.* 218. ubi Consuetudines istas, quibus contrarium viget, abrogandas penitus & abolendas jubet, conf. Magnif. Dn. Præses *in Collat. Jur. Civ. cum R. I. Sect. 15.* B. Lauterb. *de jure fisci c. 1. seqq.* ita magis forsan, & dixerim mox plane, proventus fisci quoad quam plurimas confiscandi causas in plerisque Germaniæ terris sublatas esse nunc ostendam. Erit tamen nulla mihi de eo controversia, an hæc bonorum publicandorum interdictio Carolina, quæ hisce verbis continetur: **So ein Ubelthäter (ausserhalb des Lasters unserer beleidigten Majestät, oder sonst in andern Fällen, so der Ubelthäter Leib und Guth nicht verwürcket) vom Leben zum Tod gestrafft, Weib und Kinder an den Bettel-Stab, und das Guth dem Herrn zugewiesen werden,** ita plane generalis sit, ut secundum quorundam interpretum, qui vel vocabulum **oder** expungi volunt, vel post vocem **Guth** addunt **nicht dergestalt, wie in erwehntem Laster,** indistincte omnis bonorum confiscatio in delictis, ubi bona non tantum per consequentiam publicantur, sed pœna confiscationis specialiter imponitur, prohibita reputanda sit, quorum non nullos adducit Lauterb. *de jure fisci c. 3. §. 7.* Satisfecére his & similibus objectionibus, quæ magnæ etiam autoritatis JCtis probantur, ita, ut & Carpz. *Pr. Crim. qu. 135. §. 22. seqq.* illas amplectatur, diverso licet modo, eodem tamen fere coincidentes, ut alios prætercam, illustris Dn. Lyncker *de bonis ereptitiis. §. 9. p. 16. seq.* Stryk. *V. M. tit. de bon. damnat. §. 1.* Hertius *de Superiorit. territor. §. 42.* & Excellent. Dn. Ludovici *in notis ad d. art. Ord. Crim.* qui intuitu delictorum *capitalium* quidem bonorum confiscationem non admittunt promiscuè, ne liberi protinus quævis ob delicta parentum ad mendicitatem redigantur, sed saltim *in crimine perduellionis*, quoad vero *non capitalia* toties illi locum concedunt, quoties expressa lege dictatur. Eadem est sententia Lauterb. *d. l. & in Coll. Pr. tit. de bon. damnat. §. ult.* Cl. Lüderi Menkenii *in D. de testament. fact. damnat. ad mortem §. 33.* Mevii *ad Jus Lubecens. l. 1. t. 2. art. 3. n. 20. sq.* ubi id vel mille exemplis Statutorum Germaniæ probari dixit & *P. 5. Dec. 153.* Klock. *de ærario l. 2. c. 240. n. 14. seqq.* Magnif. Dn. D. Schweder *in Introduct. ad Jus Publicum P. Spec. Sect. 2. §. 11.* cui præterea accedit etiam Hertius *c. l.*

§. IV.

§. IV.

Aſt in eo cardo rei ſaltem verſatur, an in delictis, quibus deſcendentes, adſcendentes, imo & Collaterales ad tertium gradum admittuntur, iidem ſaltim fiſco præferantur hodienum, an verò planè damnatis ad ſupplicia teſtamenti factio concedatur. De Jure Civili, etiam noviſſimo, quidem certum eſt, quod nunquam teſtamenti factionem reddiderit damnatis, uti præter Schilt. *Ex. 38.* §. 27. contra diſſentientes cum largo numero jam adſtruxit. Cl. Luder. Mencken. in *d. D. de teſtament. fact. damnat. ad mortem jure Civili denegata & moribus plerisq; aſſerta* §. 4. *ſeq.* ubi & ampliationes, & limitationes exhibentur. A quo nec mores noſtros ullam diſceſſionem feciſſe putant, quos allegat Schüz *in Compendio Lauterb. p. 484.* quibus eatenus quoque accedit Strykius *U. M. ad tit. qui teſtament. fac. poſſ.* §. 10. ut extra SAXONIAM (ibi enim quod teſtandi licentia reddita ipſis ſit indiſtinctè, Doctores Saxonici ad unum omnes non diſſimulant. Vid. Titius *ad Schüz. d. l.* Carpz. *Pr. Crim. P. 3. qu. 135. n. 20.*) tales damnatos tum quidem teſtari poſſe putet, ſi dicti gradus cognatos habeant, quos inæqualiter inſtituere poſſunt, hinc etiam, ſi extraneis quid ita velint relinquere, cognatorum conſenſu opus habere illos aſſerat in *Cautel. Teſtam. c. 3.* §. 54. Verum, ſi ad cauſam, quæ illis teſtamenti factionem ademit, reſpiciam, certè non video, quomodo etiam extra Saxoniam vigere adhuc jus Civile tam certo aſſerere poſſimus. Cauſam enim hanc, quæ olim inteſtabiles illos fecit, hodie ceſſare quis amplius dubitaverit. Certè cum tam extra quam intra Saxoniam præter ſervitutem pœnæ, utpote cujus ſolius ſublatio civitatis reſtitutionem nondum conficit: latè Menken. *d. l.* §. 15. *ſeq.* & civitatis præterea amiſſio exoleverit, nemo amplius hodie damnatus civitatis jura amittit. Fuere in iſto liberaliores Germani, & beneficium Juris Civitatis non adeo rigorosè denegarunt illis caſibus, in quibus Jus Romanum id fecit. Unde, ſi quando capitis damnato vita donaretur a Principe, non opus eſt reſtitutione in integrum, quemadmodum Jure Rom. *l. 6.* §. *pen. ff. de inj. rupt.* Schilter. *d. Ex 38.* §. 28. Quare non ea mihi quidem mens ſedet, ut illis in locis, in quibus vel retenta hac in parte Juris Civilis eſt diſpoſitio, quemadmodum de MARCHIA-BRANDENB. & DUCATU BRUNSWICENSI adducto etiam præjudicio, firmat Stryk. *Caut. Teſt. c. 3.* §. 55. vel ubi contraria conſuetudine non abrogata legitur, indiſtinctè teſtamenti factionem talibus damnatis aſſeram, cum potius Principes Jus Juſtinianeum, tanquam ærariorum ſuorum proventibus hac in parte magis proficuum recipere ac ſequi poſſe, imò, ubi per conniventiam, uti loqui amat Strykius *c. l.* §. 54. neglectum hactenus id fuit, reſtaurare iterum ac confirmare, nemo ſanus dubitaverit, vid. ſi placet, Mencken *d. l.* §. 25. in illis ſc. delictis in quibus confiſcatio bonorum per ordinationem Carol. planè non interdicta

est. vid. Mencken *d. l.* §. 32. & auctores §. 4. allegati, sed saltim juxta *Nov. 134.* restricta est. Attamen, si nec illud negari poterit Schiltero *d. Ex.* §. 31. quod hoc in argumento commodius decisio ex patrio Germanorum jure, ejusque maximè consuetudinibus petatur, ob cessantem sc. civitatis amissionem, quæ causam dedit sanctioni Justinianeæ, haud certè quid obstet video, quo minus in magnum fisci detrimentum plerisque locis hodie, extra criminis perduellionis reos, damnatorum ad mortem bona non solis tertii gradus vel *adscendentibus* vel *descendentibus* vel *Collateralibus* de regula (exceptiones enim & limitationes non omnes respuo, de quibus vid. Menken. *d. D.* §. 29.) relinqui, sed ipsos etiam damnatos quocunque modo cæteroquin de illis disponendi facultate gaudere statuo, qua in re præter Schilterum *d. l.* Menkenium §. 27. *&* §. 33. sequor sententiam JCtorum plurium celebrium, quos hi etiam non prætermisere, præjudiciis certè & decisionibus id firmantium, præcipuè vero Philippi *in Us. Pr. Inst. lib. 2. tit. 12. ecloga 51.* conf. Colerus *P. 1. Decis. 34.* Struvius *ad ff. Ex. 32.* §. *8.* Brunnemannus *ad Auth.* C. *de bon. proscript.* Carpz. *praxi Crim. P. 3. qu.* 135. §. *9. sqq.* & præcipuè §. 22. ubi his denique verbis mentem suam declarat: *Etsi verò lubens fatear, verissimam hanc esse sententiam, & testamenta talia de jure parum vel nihil valere; attamen hodie ferè ubique contrarium observari de consuetudine generali, ita ut hi, qui sunt decapitandi, plerumque in carcere faciant testamenta & instituant hæredes, qui ad successionem quoque admittantur, testes sunt Jul. Clarus & alii &c.* & Coleri decisionem ibidem in fine repetit. His denique novissimè accessit etiam Clariss. Schrœterus, Prof. Jenensis *in* D. *de legatis ad pias causas c. 3.* §. *17. p. 63.* imo, si Statuta EXTRA SAXONIAM proferre liceat, res clarè sese habet JURE WÜRTEMB. *P. 3. t. 2.* ubi hæc leguntur verba: denen aber, die nicht um hoher Malefiz und Ertzlaster, sondern solcher Mißhandlung wegen, welchen neben der Lebens-Straff die Confiscation der Güther nicht anhangt, zum Tod verurtheilet, lassen wir zu, daß sie vor oder nach dem Urtheil Testamenten oder Codicil (doch sonsten unserm Land oder den gemeinen Rechten gemäß) auffrichten mögen. Uti etiam exemplum nobis suppetit in infanticida, quæ in carcere Freudenstadensi liberè de bonis suis testata fuit. Notabilis etiam hanc in rem textus reperitur in Jure CIVITATIS FRANCOFURTANÆ AD MOENUM, *P. 4. t. 2.* §. *6.* a Schiltero *d. Ex.* §. *28. nota a.)* repetitus, vi cujus ad quodvis supplicium damnatorum testamenta, etiam post sententiam condemnatoriam condita, pro validis agnoscuntur, exceptis tantum eorum voluntatibus, qui *Crimen Læsæ Majestatis* similiaque delicta enormia commiserunt. Imo idemque in Patria quoque HAMBURGENSI obtinere, quotidiana praxis comprobat.

§. V.

§. V.

Iisdem itaque rationibus, quibus damnatis iſtis hodie teſtamenti factionem concedi ſtatuo, illis in delictis, in quibus per *Novellam 134.* & *ordinat. Carol. d. art. 218. j. art. 135.* confiſcatio bonorum ordinariè locum non habet, teſtamenta etiam eorum valere arbitror, fiſco & commodis ejus excluſis, *qui ante factam condemnationem violentas ſibimet ipſis manus intulere*, quorum nempe bona fiſco ſemper addixit Jus digeſtorum, ubi conſtitit, illos conſcientia patrati criminis in crimine mortem vel deportationem poſt ſe trahente, *l. 3. §. 1. ff. de bon. eor. qui ante ſententiam &c.* deprehenſos vel de eo accuſatos aut inquiſitos mortem ſibi intuliſſe, *d. l. 3. pr. & §. 1. l. 1. C. eod.* hæredibus verò tunc ſaltim reliquit, ubi tædio vitæ propter pudorem æris alieni id feciſſent, *l. 6. §. 7. de inj. rupt. irrit. l. 1. & 2. C. de bon. eor.* vel valetudinis adverſæ impatientia aut furore, *l. ult. pr. & §. 3. de bon. eor. qui ante ſententiam l. 45. §. 1. & 2. de jure fiſci.* vid. *D. D. ad d. tit.* & inter hos Lauterb. itemque *in D. de jure fiſci c. 3. §. 8.* Peregrin. *L. 4. t. 4. §. 1.* ubi etiam, cui probatio hic incumbat, pro diverſo caſu diverſimodè explicat, (de quâ probatione etiam conf. Fauſt ab Aſchaffenburg *in conſ. pro ærario cl. 9. conſ. 30. p. 416. ſeqq.* & Heigius *P. 2. qu. 36. n. 34. ſeq.*) & præjudicium quoque de aliquo ob crimen *hæreſeos* detento affert, cujus, cum mortem is ſibi conſciviſſet, bona hæredibus relicta ſunt. Quare, uti propricidæ ejusmodi per allegatos Textus exæquati fuere per omnia condemnatis, & perinde ac illi pro confeſſis habiti, indeque eadem etiam ad fundandam bonorum publicationem requiſita fuerint neceſſaria, ita quoad hoſce etiam hodie ob rationis paritatem indubitatum redditum, quod in quocunque delicto regulariter bona retinent noſtris moribus jam damnati, & cum jure Civitatis ſalva etiam teſtamenti factio ipſis remanet, in eodem etiam retineant, qui ante condemnationem (certam tamen illis) vitam præcluſere ſibi ipſis, cum nulla adſit ratio, cur deterioris conditionis eſſe debeant. Cl. Menken. *d. D. §. 28.* Richter. *dec. 57.* & Schilter. *Ex. 49. §. 176.* ubi præjudicia. Brunnem. *ad l. 2. C. qui teſt. fac. poſſ. n. 8.* Struv. *Ex. 32. th. 8. n. 8.* Berlich. *obſ. 43. n. 33.* Hinc etiam in *Conſtit. Elect. Sax. P. 3. conſt. 6.* facultas teſtandi ipſis relinquitur, quemadmodum etiam nec legibus Germanorum aliis adempta unquam invenitur, cum contrarium potius pateſcat *ex ord. crim. Caroli V. art. 135.* ubi bona eorum hæredibus relinquuntur, niſi in delictis, darinn er ſein Leben und Guth verwürcket, quæ verba de crimine perduellionis intelligit Ludovici *ad dictum art.* Add. Stephani *ibidem*, & Stryk. *U. M. tit. de bonis eor. §. 1.* Lauterb. *in Colleg. ibidem §. 4. & de jure fiſci §. 8.* ab iisque adductos.

§. VI.

De DEPORTATIS, DAMNATIS AD FERRUM aut ad BESTIAS aut in METALLUM qui *servi pœnæ* efficiebantur *Digestorum* Jure, & tanquam *civiliter mortui* bonis pariter excidebant ac damnati ad supplicia *l. 8. §. f. ff. Qui testament. fac. poss.* nunc quidem nihil addam, quoniam apud nos istos ignoramus hodie, quod tamen quoad *damnatos in metallum* haud abs re forsan neglectis ærariorum utilitatibus accenset Klock. *de ærario l. 2. c. 27. n. 17. in fine*, emphaticis hisce verbis usus: *O si hoc veterum institutum revocaretur in usum, quam multi in carcere multos annos continentur publico sumtu truncantur auribus ad palum ignominiæ publicè flagellantur, exilio mulctantur? Interim cum vitæ civiliter degendæ copia denegetur, ad furta latrociniaque iterum prolabuntur. Nusquam enim ob infamiam possunt consistere. An non præstet ejusmodi reos & verè nocentes, vel ad totam vitam velut pœnæ servos, vel pro delictorum mensura ad certum tempus in tenebras metallicarum speluncarum ablegare? Multas miserorum centurias hodie carceres continent, qui tam atrocia delicta non perpetrarunt, ut morte puniendi sint, cur non ad metallum damnantur auroque effodiendo deputantur, ut prosint reipublicæ pœnæ eorum, quorum scelera obfuerunt.* De damnatis verò nostris ad opus publicum, quibus per *d. Novell. 134. c. 10.* æque ac damnatis ad mortem prospectum fuisse melius videtur, quoad bonorum publicationem fisco alias applicandam; quare etiam illis perinde testamenti factionem concedit Manzius *de testam. tit. 2. n. 214. seqq.* paucis hæc monuisse sufficiat, in eo quidem pariter fisci hic negligi emolumenta, quod bona eorum *descendentibus*, *ascendentibus* & *collateralibus ad tertium* usque *gradum* excluso fisco relinquenda sint, etiam hodie; neque tamen inde *testamenti factionem* liberam illis, ac, æque ut ad supplicia damnatis, salvam esse, cujus diversitatis rationem hanc assignat B. Stryk. *de Caut. Testam. c. 3. §. 53.* quod hi civitatem ejusque jura non amittant, antequam ultimo supplicio reip. membrum esse desierunt, hincque, si quando capitis damnato vita donaretur a Principe non opus sit *restitutione in integrum*, uti *Jure Rom.* teste *Ulpiano* in *l. si quis 6. §. pen. ff. de inj. rupt. irrito*, sed per simplicem aggratiationem cum donata vita omnis remittatur pœna, status autem *libertatis* vel *civitatis*, uti nunquam amissus, ita nec restituendus veniat, judice Schiltero *d. Ex. 38. §. 28.* illi verò tanquam deportatis æquiparandi, uti civitatis jus nunquam receperunt ullo jure, ita nec inde dependentem Testamenti condendi facultatem hodiè sibi poterunt vindicare, quare illis loco cautelæ commendandum, ut, si ærario Principis, deficientibus forsan tertio ipsis gradu conjunctis, bona sua addici noluerint, ad indulgentiam ejusdem confugiant, & ab eoque testam. factionem petant. Stryk. *d. l. §. 52.* quem etiam de BANNITORUM, præcipuè ubi ab Imperatore id factum, testamentis evolvi malo, quam illum exscri-

exscribere, ita tamen, ut, quæ de bannitorum a Principibus & Statibus Imperii, quos ille prioribus quoad amissum jus testandi similes judicat, testamentis ibidem affert, non ita planè mea faciam, sed potius, qui contrarium hic sentiunt eidemque etiam allegantur, omnino nec prætereundos esse existimem. Addatur Carpz. *Praxi Crim. qu. 140.* Id in transitu saltim hic indigitasse sufficiat, ANNOTATIONEM BONORUM REI FUGIENTIS, & pœnam *publicationis bonorum* eidem, si intra annum non compareat, irrogandam, neque per *Nov. 134. & authenticam: bona damnatorum*, uti quidam putant, correctam aut abolitam esse, vid. Sixtin *de regalib. l. 2. c. 12. p. 189.* neque hodie vilescere, sed ut hoc modo tangam, tam de Jure LUBECENSI per *l. 4. t. 17. a. 1. t. 4. a. 13. t. 8. a. 3.* ubi conf. Mevius, quam de Jure Patrio HAMBURGENSI per *Statuta p. 4. art. 19.* in viridi adhuc vigere observantia. Add. Hamburgische Zehen-Pfennings-Ordnung. *a. 10.*

§. VII.

Hactenus in priori hujus capitis parte versati sumus, de illis sc. casibus intenti, quibus ex bonis privatorum in eorundem pœnam acquiri poterat fisco. Possent hic quidem nonnulla adhuc addi, quæ tamen vel ex adductis per se liquebunt, vel ita nota sunt & excussa, ut prolixiori haud indigeant explicatione, vel etiam, quamvis de neglectis fisci commodis testentur, ideo tamen non erant recensenda, quod æquius fisco hac in parte detrahi, quam prospici apparebat. Quare omittam hic quoque de POENARUM MULCTARUMQUE COMPENDIIS disserere, cum, quæ ibi forsan in fisci odium hodie maxime ordinata sunt a B. Lauterb. *in D. de jure fisci c. 2. §. 12.* Sixtino *de regalib. l. 2. p. 136. 137.* Faust ab Aschaffenburg. *Cons. pro ærario cl. 9. cons. 34. p. 431. sq.* aliisque jam annotata. Evolvatur de iisdem, ut alios taceam, Klock. *de ærario l. 2. p. 984.* Neque id in præsenti urgebo, quod exceptis quibusdam locis, uti de LUBECA testatur Mev. *ad Jus Lubec. P. 3. tit. 1. art. 12.* & de WÜRTEMBERGICO DUCATU vi *J. P. W. P. 1. t. 75.* §. Nach jetztgemeldten *& P. 2. t. 8. § ult.* ibi: Frevel. refert B. Lauterbach. *ad tit. in quib. caus. pign. vel hypoth. tacitè contrahatur §. 11.* nullam alibi, quoad easdem pœnas, in bonis delinquentis, a die latæ sententiæ condemnatoriæ hypothecam fisco afferat communis Dd. Schola, quorum quamplurimos a se allegatos, inter quos Struvium *ad d. t.* §. *15.* Frantzkium *ad t. ff. de pign. n. 33.* & Lauterb. *allegato loco* etiam recenset, sequitur novissime Scharff. in sæpè allegata *diss. de his, quæ jurib. ac priv. c. 5. §. 3. p. 61. seq.* Ubi etiam Carpzovio, qui præter alios ob generalitatem *legis Aufertur 46. §. 3. ff. de jur. fisci.* hic dissentit. Vid. *Jurisprud. for. P. 1. const. 28. def. 104.* ad longum respondet. Tacebo etiam id, quod pœna, quæ ex POPULARIBUS ACTIONIBUS reo imponitur, ex sententia communiori regulariter fisco neque in-

tegra neque pro parte, uti quidam putant; Vid. Bocer *de regalib. c. 3. n. 25.* sed tota actori sit applicanda, *per l. fin. de litig. l. 3. pr. de sepulch. viol. l. 12. pr. de V. S.* Bachov. *de action. disp. 1. th. 46.* Hahn ad Wesemb. *ad tit. de jurisdict. n. 13.* quibus etiam accedit B. Lauterb. *in Diss. de jur. fisci c. 2. §. 13.* conf. tamen idem *in Colleg. ad tit. de pop. act. §. 3. & 4.* & quæ de *Usu* earundem *hodierno* differit Schilter. *Ex. 49. §. 58. seq.* ex eoque Stryk. *U. M. ad t. d. pop. act. §. un.* itemque Müller ad Struv. *eod. t. lit. i.* Silebo etiam de pœna, ex REI LITIGIOSÆ emtione venditione fisco acquirenda, *p. l. 1. pr. de Jur. fisc.* & quidem pro diversitate casuum diversimodâ. De quo vid. *D. D. ad tit. de litigiosis* & inter hos B. Lauterb. *ibid. §. 19. & alleg. D. §. 14.* Add. Peregrin. *de jure fisci l. 4. t. 6. §. 28.* Frantzkius *Var. Resol. l. 1. resol. 11.* Klock. *de ærario l. 2. c. 125.* Faust ab Aschaffenburg *cons. pro ærario cl. 9. cons. 32. p.* 424. quodque pluribus recensere mihi nunc incumberet, si satis se probassent illa, quæ de abrogatione hujus tituli attulerunt *Christinæus*, *Struvius*, *Grœnevvegius*, *Wissembachius*, *& alii*, à B. Lauterb. *d. l. §. ult.* & Magnif. Dn. Præside *in conclus. inaugur. jurid.* a Dn. Lt. Harpprechto defensis §. 6. adducti. Verum supersedere his possum, cum contrarium a laudatis, & quos ipsi sequuntur, viris, stabilitum fuerit, qui tamen & in hoc priori planè sententiæ non refragantur, concedendo sc. quod gratiam Principis implorando quis rem litigiosam absque vitio & pœna litigiosi alienare possit, restrictivè ad *pœnam fisco debitam*, non verò simpliciter ad *jus tertio jam quæsitum* eique invito non auferendum *arg. §. 2. J. de his, qui sui vel al. jur.* Magnif. Dn. Præses *c. l.* Neque id etiam neglectis fisci emolumentis, prout illa hactenus sumsi, annumero, quod vigore *Ordinationis Carolinæ art.* 218. consuetudines istæ, quæ olim in quibusdam GERMANIÆ locis viguerunt, imò hodienum adhuc in TURGOVIA, aliisque HELVETIÆ partibus nondum ignorantur. vid. Myler ab Ehrenbach *de Principibus & Statib. Imp. c. 39. §. 6.* tanquam irrationabiles visæ abrogatæ apud nos sint, quæ RES FURTIVAS non Dominis ipsarum restituendas, sed, quamprimum apud furem vel alium quem deprehenderentur, fisco adjudicandas statuerunt. Quare etiam hodie Magistratus rem furtivam ob expensas in inquisitionem factas retinere nequit, licet fur easdem ex propriis bonis restituere haud possit, quia in casu inopiæ furis hæ expensæ pro onere jurisdictionis in compensationem mulctarum, quas fiscus alias percipit, habentur. Richter *dec. 69. num. 176.* Excell. Dn. Ludovici *in Diss. de restitut. rei furtivæ c. 1. §. 27.* secus, si in ipsam rem furtivam necessarias impensas fecerit. *Ord. Crim. art. 213. Statut. Hamburg. P. 4. a. 35.* ibi: So soll es ihm ohne Entgeldtniß wieder gelieffert werden, jedoch daß er die NB. darauf gewandte Unkosten gutwillig wieder erstatte. Ludovici *d. c. 1. §. 28.* &

Clariss.

Clariss. Wildvogel *in D. de condictionis furtivæ natura & usu hodierno* §. 17. quorum prior de illa ibi etiam quæstione agit, *an fure suspenso nihilominus ad rei furtivæ restitutionem contra hæredes agi possit condictione rei furtivæ*, quæ olim inter *Finckelthusium* maximè & *Carpzovium* ventilata fuit, Carpzovio certo saltim respecto, in casu sc. si res furtiva adhuc in bonis furis existat, eam affirmante in *Praxi Crim. q. 80. n. 101. seqq.* e contra Finckelthusio *Obs. 59.* eam simpliciter negante, utroque tamen, ut videtur, contra veritatem pugnante, si *Saxoniam* excipias, ubi secus esse nec ipse Dn. Ludovici diffitetur. Add. omnino Magnif. Dn. Præses *in Position. controv. ad L. 4. Inst. §. 2. per tot.* Sicuti verò omni id planè dubio caret, ut in ordinem revertamur, quod dicta *Ordinatio Carolina* quoad res furtivas, Dominis illarum a fisco reddendas, regulariter in foris nostris recepta atque rerum praxi confirmata sit, quorsum faciunt præjudicia, quæ Philippi in *Usu. Pr. Inst. Justin. ad l. 4. t. 1. ecl. 9.* attulit, quod etiam in Patria Hamburgensi speciali *P. 4. art. 35.* jam allegato ita obtinet, modo Dominus se talem esse legitimè probaverit. *Ord. Carolina art. 207.* ibi: Und so jemand derselben Haabe begehrt, und so viel anzeigt, daß ihm die unzweifelich geraubt oder gestohlen seynd, & *Stat. Hamb. d. l.* ibi: derselbe dem es zugehört, und den Eigenthum genugsam kan beweisen / quod juramento etiam a Domino rei præstito expediri posse putat Excell. Dn. Ludovici *ad Ord. Crim. d. art. 207.* si sc. vir probatæ vitæ ac fidei sit, hincque id etiam certum evadat, quod sola tantummodo rerum custodia committatur Magistratui, donec sc. de illarum Domino constare possit; Ita nec illi locorum mores videntur improbandi esse, qui certum isti custodiæ terminum perfigunt, quo elapso, si Dominus sui copiam non faciat Magistratui, resque sibi ablatas nec probet nec petat, fiscus ejusmodi res sibi tribuit, quod de jure Saxonico observat, ejusque dispositionem defendit laud. Dn. Ludovici *in Diss. de restit. rei furtiv. c. 1. §. 25. 26.* quo sc. jure post *annum* demum *& diem* fisco res adducuntur, qui idem terminus in jure patrio *d. art. 35.* Dominis ad repetendas ex fisci custodia res suas præfigitur, quem si præterlabi passi fuerint, duæ tertiæ fisco, reliqua verò tertia pars illi, qui a fure rem iterum ablatam judicio obtulit, vindicantur, ita quidem, ut etiam pretium ex rebus consumptibilibus redactum rei succedat loco & pro eadem portione inter fiscum & delatorem illum dividatur.

§. VIII.

Sed hæc quasi in transitu exempli loco adduxi, ut saltim constaret lectori, si similia forsan alia exempla adhuc reperirentur, in quibus fisci commoda neglecta esse appareret, me in iis præcipuè versari, quæ cum aliqua simul injuria conjuncta esse visa sunt, tantumque abesse, ut fisco nimium blandiri velim,

lim, ut potius nec detrahere illi, nec nimium tribuere, ſicque media quaſi via incedere mihi propoſuerim. Quod uti ſub finem capitis primi jam indicatum a me eſſe memini, ita prolixè recoquere nunc ſuperſedeo. Pedem potius moveo ad alteram & poſteriorem hujus capitis partem; propero ſc. ad neglecta fiſci commoda, quæ OB ALIAM CAUSAM ipſi debebantur, QUAM OB POENAM illorum, ex quorum bonis ſibi acquirere eadem poterat. Atque hic quidem ordo me primum ducit ad BONA VACANTIA, quæ in ſenſu ſtrictiori & ſpecialiori hic definio, *talia eſſe quæ omni hærede deſtituta ſunt*, *vid. L. 1. pr. L. 4. C. de bon. vac.* ibique Brunnemann. Peregrinus *L. 4. t. 3. §. 2.* Quo ipſo a *bonis caducis* differunt, utpote quæ quidem hæredem habent, ſed in ejus perſona effectum nanciſci non poterant. Conf. hic omnino Stryk. *de Succeſſ. ab inteſt. Diſſ. 5. c. 1. §. 22. ſeq. ibiq; alleg.* Hic quidem illa ſtatim controverſia moveri ſolet, quonam jure hæc bona fiſcus accipiat, *jure regalium an hæredis titulo.* vid. Fauſt ab Aſchaffenburg *in Conſiliis pro ærario cl. 8. conſ. 17. p. 346.* B. Harpp. *Conſil. Tubing. 71. n. 157. ſeq.* Mev. *p. 3. Deciſ. 101. n. 5.* Lauterb *de transmiſſione hæreditatis th. 17. p. 20. ſeq. & in Diſſ. de Tranſit. action. th. 18.* ubi latè probare ſatagit, bona vacantia *regalium jure* fiſco deberi, ibique etiam contra Riemerum *decade 8. qu. ult.* contrarium ſentientem diſputat *Add. idem in D. de jure fiſci l. 2. §. 16. & in Coll. Th. pr. de ſucceſſ. Jur. noviſſ. §. 57.* Hertius *de ſuperioritate Territor. §. 52.* Peregrinus *de jure fiſci c. l. n. 12.* ubi pariter ſucceſſionem fiſci in bonis vacantibus *non ſapere jus hæreditarium* dicit. Conf. etiam Bachov. *ad Treutl. V. 2. D. 16. th. 1. lit. F.* Richter *de Succeſſ. Sect. 5. n. 3.* Stryk. *c. l. § 46.* qui omnium maxime urget, quoad bona vacantia fiſcum hæredem legitimum eſſe, neque id obſtare dicit, quod juribus regalium adſcripta ſint bona vacantia. *2. F. 56.* quia propterea ad illa videntur relata eſſe, ut *civitates municipales* eo citius hoc jure abſtinerent. *conf. hic. quæ c. 1. §. 5.* dixi, imò manere nihilominus hoc jus regale, licet fiſcus hæres fiat. Quicquid verò hujus ſit, id tamen nemo negabit, quoad effectum hæredis loco haberi fiſcum vid. Lauterb. *all. loc.* hincque ſi rem penitius intueamur, nihil ferè intereſt, ſive fiſcus pro vero hærede ſ. hæredis loco ſaltem habeatur judice B. Harppr. *d. Conſ. 71. n. 155. ſeqq.* addatur idem *n. 182. ſeqq.* quia id nihilominus incommodi ſemper habet fiſcus, quod bona iſta non aliter quam cum onere æris alieni ad ipſum tranſeant, quamquam ſaltem pro viribus hæreditariis *per l. 1. §. 1. de jur. fiſci*, quam in rem largum Doctorum idem ſecum ſentientium adducit numerum Stryk. *d. D. 5. c. 2. §. 52.* add. Harppr. *d. Conſ. n. 164. ſeqq.* Lauterb. *de tranſit. act. t. 18. p. 21.* an vero ad *legata* etiam exſolvenda teneatur fiſcus, videatur Stryk. *d. l. §. 51.* ubi in *affirmativam* tandem tranſit, & fiſcum etiam ad *inventarium* conficiendum teneri contendit §. 53.

quam-

quamquam quoad poſterius contraria, quod credam, ſententia, magis ſe probaverit hactenus, indeque etiam a plurimis Dd. defenſa ſit, quos inter etiam ſunt Peregrin. *d. l.* §. 25. Sixtin. *de regal. l. 2. c. 9. n. 46. ſeqq.* Mev. *ad jus Lubecenſ. p. 2. t. 2. art. 14. n. 85.* & quod hæc quoque communis DD. ſit opinio teſtatur Graſſus *recept. ſentent.* §. *hæreditas qu. 5. n. 3.* ſicut ſecum conſentientem aliquem vix ſe habere ipſe Strykius fatetur, nuper tamen talem nactus Scharffium *ſc.* qui *in d. Diſſ.* §. 5. *p. 48.* eandem conficiendi inventarii neceſſitatem fiſco impoſuit, niſi ultra vires hæreditarias obligare ſe velit, quorum tamen argumenta eo ferè unicè diriguntur, quod fiſcum tanquam hæredem in bonis vacantibus ſuccedere, ſicque perinde ut alios hæredes ad inventarium obligari exiſtiment, quæ tamen ſententia, uti per ea, quæ jam adduxi, ſatis controverſa adhuc ſit, ita, qui illam amplecti detrectant, argumentum etiam inde deductum non ſtatim ſuis approbabunt calculis, præcipuè ubi etiam quoad alia momenta inter fiſcum & privatum haud parum diſcriminis hîc intercedere, obſervat Sixtin. *d. l.* §. 48. Hinque etiam Fiſcum *Falcidia* quidem privari poſſe, ſi nimirum tanquam hæres inſtitutus ſuccedat, & inventarium non conficiat, minimè vero, ſi ex delicto alterius, vel bona capiat tanquam vacantia, affirmat Lauterb. *tit. ad L. Falcid.* §. 22. add. Harpprecht. *de Conſ. 71. n. 192. ſeqq.* his tamen omnibus non obſtantibus HAMBURGENSEM Fiſcum ad inventarium conficiendum in quacunque hæreditate, ubi legitimi non adſunt hæredes, ſemet obſtrinxiſſe, haud obſcurè forſan conjicere licebit, ſi à bonis ad extraneos devolutis, & detractioni decimæ partis obnoxiis ad bona Vacantia argumentum ducatur. Ita enim verba habent in der Zehen-Pfennings-Ordnung, *art. 2.* alle und jede Erbſchafften, dazu ſich keine ehliche Leibes-Erben befinden, und auf frembde verfallen, ſollen durch den Zehen-Pfennings Knecht, ohngeachtet daß der Verſtorbenen Teſtamenta vorgeſchüttet worden, verſiegelt, auch wann zuforderſt das Teſtament edirt, und die Sache darnach beſchaffen, ſoll ſolche Erbſchafft Amts halben inventirt und darüber 2. gleichlautende Inventaria verfertiget, davon das eine in die Zehen-Pfennings-Lade denen abweſenden Erben zu künfftiger Nachrichtung beygeleget, das andere aber den intereſſirenden Erben, ſo bald ſie ſich angeben, ausgefolget werden ſoll. Quæ verò de *edictali citatione* a fiſco facienda & alia hic ſupereſſent diſcutienda, prætermitti facile poſſunt ſilentio, quia non tantus Doctorum diſſenſus ibi ſeſe offert, ab iisdemque etiam diligenter, quæ huc amplius pertinent, evoluta ſint.

§. IX.

Tranſeo hinc ad alia incommoda, quæ bonorum vacantium occupationem, a fiſco faciendam, noſtris maximè moribus rariſſimam reddiderunt.

Scilicet quantuluscunque etiam adhuc favor Fisci fuerit, cum inter illos, qui SANGUINIS JURE in capiendis hæreditatibus Fiscum antecedebant, *agnati* saltem ad *Decimum*. *Cognati* verò ad *6tum gradum* admitterentur, §. *ult. I. de succ. Cognatorum*, in maximum tamen Fisci sui detrimentum *omnes a latere cognatos* ad successionem præ fisco vocat Imp. JUSTINIANUS *in Novella 118. c. 3.* unde *in infinitum* fiscum excludi, modo ullus supersit, qui vel remotissimo gradu defuncto conjunctum se esse probare possit, (de qua probatione conf. Stryk. *d. Diss. 5. §. 24. D. 7. §. 35. & 36.* & Peregr. *L. 4. t. 3. num. 3.* Wesemb. *Cons. 13. num. 45.* Harpprecht. *respons. 60. num. 563. seq. Id. Resp. 96. num. 91.* Carpzov. *Jur. Prud. for. P. 3. const. 18. Def. 29. ibiq.* Goswin ab Esbach. Mev. *ad Jus Lubecens. P. 2. t. 2. art. 32.* addatur Menoch. *P. 2. præsumt. 51. n. 3.*) non modo de *juris Theoret. veritate*, quod post Bocerum *de regalibus c. 3. n. 30.* Barty *de Success. L. 18. t. 3.* Forster. *de Success. L. 3. c. 10. num. 1.* Struv. *exerc. 38. th. 36. ibiq.* Müller, contra dissentientes, qui vel veteri illi dispositioni standum putant hodie, vel in genere *Successioni Collaterali decimum gradum* præfigunt, adstruxit Stryk. *de S. A. J. diss. 1. c. 1. §. 29. & Diss. 5. c. 1. §. 24.* quorsum etiam inclinant Hertius *de Jurispr. Civil. Sect. 2. §. 14. in f.* Harpprecht *ad pr. J. de hæred. quæ ab intest. n. 472. seqq.* Lauterb. *in Coll. d. success. jur. noviss. §. 37. & de jure fisci §. 15.* sed etiam de *praxi* obtinere, cum Hahnio ad Wesemb. *ad tit. unde legitimi n. 3.* Gudelino *de Jur. noviss. L. 2. c. 15.* aliisque testatur Lauterb. *d. l.* a quo etiam non dissentire Magnif. Dn. Schwederum memini, cum in privatis ad *jus publ.* lectionibus ad *partis Spec sect. 2. c. 15. §. 11.* successionem collateralium *in infinitum* defenderet; in quibusdam tamen locis ex suppositione erronei principii eandem decimo gradu circumscribi notat Lauterb. *d. l.* quod etiam *de jur. Würtemberg. Coloniensi, Saxonico, Marchico-Brandenburg. & Marchico-Badensi* expresse comprobatum docet B. Harpprecht in *differentiis Jur. Civil. & Marchico-Badensis §. 6. p. 134.* qui ideo de juris quidem veritate Successionem Collateralium in infinitum concedit, de praxi verò decimum tantum gradum tam inter agnatos, quam cognatos, fiscum putat antevertere, quam in rem plures etiam illi allegantur non minoris auctoritatis Jure Consulti Carpz. *J. pr. For. p. 3. Const. 18. def. 31.* Richterus *de Succ. ab intest. sect. 3. m. 4. n. 30.* ut alios taceam, qui de singulis quibusdam locis id asseverant, quod de jure LUBECENSI etiam, tanquam ex *jure communi interpretationem recipiente*, affirmat Mevius: *P. 2. t. 1. art. 1. n. 57.* add. idem *P. 2. art. 12. & 14.* cujus tamen allatum ab interpretatione argumentum pro contrario potius concludere videtur, inde, quod de *Juris veritate* successionem *in infinitum* satis fundatam esse, cordatiores JCti, quorum præcipuos jam memoravi, agnoscant. Quare etiam advocatum Fisci HAMBURGENSIS inanem hic

navatu-

navaturum fore, existente tali casu, operam crediderim, cum successio ad decimum gradum nullibi in Statutis nostris restricta inveniatur, hincque remotioribus ex clausula in fine Statutorum adjecta, ibi: **Da auch künfftiger Zeit in dieser guten Stadt sich Fälle zutragen würden, welche in diesem vorgesatzten Stadt-Rechte nicht** specificirt, **oder davon** disponirt **und Verordnung gethan: so sollen dieselben nach gemeinen beschriebenen Kayserlichen Rechten und denen im H. Römischen Reich** publicirten Constitutionen **erörtert werden**, &c.) fundata maneat intentio. Idem sentiendum erit de similibus statutis & juribus, ex. gr. PRUTENICO *L. 5. art. 3. §. ult.* vid. Müller *ad Struv. d. Exerc. 38. §. 36. l. d.* Et quamquam in ista præterea Doctorum discordia vix certi quid affirmare ausim de generali Germaniæ praxi, cujus limina huc usque salutare vix datum fuit, nec id tamen prætermittendum esse puto, quod quæcunque etiam sententia in plurimis locis obtineat, fiscus certe, cujus inter præcipuos reditus hæreditates ab intest. olim fuisse commonstrat Celeber. Dn. Ludewig *in Germania Principe L. 1. c. 5. §. 3. lit. n. p. 411.* ex eoque Excell. Dn. D. Mögling, Fautor meus ætatem devenerandus *in differentiis jur. Civ. & Statutar. Suevo-Halensis circa materiam emphyteuseos in salinis & successionis conjugum c. 2. p. 30.* non habeat hodie, cur multum de bonis vacantibus ad regalia sua relatis sibi gratuletur; siquidem s. decimi tantum gradus Collaterales, s. iidem in infinitum ipsum excludant, rarò certè talis casus accidit, cum ipsa natura inter homines in universum cognationem quandam constituerit *L. 3. ff. d. J. & J.* nemoque hinc facile sine collateralibus decedat, nec illos, nisi decimo gradu proximiores, relinquat. Müller *ad Struv. d. l. lit. g.* deinde & hoc observandum hic veniet, in BONIS FEUDALIBUS successionem agnatorum ad *quartum & septimum* tantum gradum olim restrictam, *I. F. 8. §. Hoc quoque* add. Eyben. *in Select. Feud. p. 189. in infinitum* postea extensam esse per Textum *I. F. 1. §. 4. 2. Feud. 31.* Ne sc. Feudum domo exeat, & ad *Dominum* revertatur, vel *Fiscum*, prout nempe Fiscus a Domino directo diversus est vel non. Stryk. *d. Diss. 5. c. 2. §. 1.* ita ut priori sc. casu Fiscus planè nihil possit capere Stryk. *d. l.* posteriori verò tunc demum, ubi nullus plane agnatus supersit. add. hic Carpz. *disp. F. 5. th. 40.* Rosenth. *c. 7. concl. 56. num. 8. & Concl. 59. num. 16. in f.* Stryk. *exam. I. F. c. 16. qu. 19.* ibique Beust. *in Comment.* ita tamen, ut quæ ibi disserit, non tam ipsius, quam Celeb. Schwederi nostri, utpote cujus pleraque, ab alio ore excepta, plagio deinde literario sua fecit, & perverse sæpius, ipsius contra mentem expressit, notas esse scias. De CAMERÆ IMPERII quoad hoc punctum praxi, vi cujus eadem collateralium in infinitum successio obtinet, modò Feudum semel ad descendentes, & ab his ad Collaterales pervenerit, nec tantum a primo acquirente statim ex pacto ad

collaterales transierit, quo scil. ultimo casu in septimo tantum gradu succedere illos ait Gail. *L. 2. obs. 150.* & qui demum alii tam a Stryk. quam dicto ejus Commentatore laudantur, inter quos ipsum Magnif. Schwederum propterea hic repeto, quod ille *in Diss. de jure agnat. in Feudis th. 29. & 30.* non modo distinctionem illam omni carere fundamento probat; Conf. hic etiam Stryk. *de Succ. ab intest. diss. 4. c. 2. §. 14.* sed in regnis etiam, Electoratibus & Principatibus, successionem illam ultra decimum gradum receptam esse, cui eo minus refragandum esse arbitror, quo Illustrioribus exemplis sententiam firmavit.

§. X.

Neque verò in eo solum quoad bona vacantia fisci commoda negligi arbitror, quod SANGUINIS, tot cognati, remotissimi licet, IURE fiscum excludant. Ignotum enim nemini esse poterit, majus ferè ad huc præjudicium fisco enatum esse, postquam IURIS TITULO tot sibi personæ hæreditates, ad fiscum cæteroquin perventuras, asseruerint. Agmen inter has ducunt conjuges. Sicuti enim COGNATIS ex cap. *unde cognati*, ita & post hos UXORIBUS & VIRIS successionis primam spem fecit prætorum æquitas *bonorum* ipsis *Possessionem* indulgentium *t. t. tit. ff. & Cod. unde cognati & t. t. unde Vir & uxor.* quo prætoris beneficio illos adhuc hodie opus habere & sic etiam præscriptum *centum dierum* terminum, a die scientiæ computandum, illis observari debere statuit Stryk. *d. Diss. 4. c. 1. § 3. 4. 7.* quòd tamen ita exaudiendum forsan videtur, nisi pacta dotalia adsint inter conjuges, vel statuto certus modus fuerit introductus, Vid. Bardili *de Successione Conjugum thesi 23.* Frommann. *in diss. Heredit. & Bon. Poss. th. ult.* Beier *ad J. t. de Bon. Poss. num. 21.* de quâ *Conjugum Successione Statutaria* vid. e multis Stryk. *d. D. 4. c. 3. per tot.* Lauterb. *Coll. Th. Pr. de Success. Juris Noviss. §. 49. seqq.* Mevius *ad Jus Lubecense P. 2. t. 2. a. 12. num. 12.* & speciatim de conjugum Successione SUEVO-HALENSI Excell. Dn. D. Mögling. *d. l. c. 2. §. 2. seqq.* LUBECENSI Mev. *d. l.* HAMBURGENSI Stat. Hamb. *P. 3. t. 3. a. 4. 6. & 8.* De requisitis verò ad successionem Prætoriam, ut sc. illa possit procedere, necessariis vid. Stryk. *d. l. §. 6. seqq.* Lauterb. *d. l. §. 42. & 43.* ubi etiam quando ab hac successione conjuges excludantur, additur. An verò etiam SPONSIS hæc B. P. deferatur vid. Stryk. *§ 8.* Lauterb. *§. 45.* ubi affirmative hanc qu. decidunt, prior de jure etiam civili uxorem & sponsam de præsenti nihil differre putans *ob l. 30. ff. de R. I.* posterior de stricto jure dissentiens, sed de æquitate, & ad excludendum fiscum, sponsam admittens vid. Riemer *Dec. 8. qu. 8.* Scharff. *c. 4. §. 3.* Sicuti verò hæc conjugum Successio Prætoria cognatis demum & agnatis deficientibus obtinuit, ita nec in horum præjudicium novi quid statuere aut istam successionem in conjugum favorem extendere voluisse videtur IMP. JUSTINIANUS, quippe qui conjuges

juges saltim *fisco* præferendos esse voluit *arg.* §. 4. *J. de Bonor. Poss.* nisi quod in *Nov.* 53. *c.* 6. *Nov.* 117. *c.* 5. & *Auth. Praterea C. unde Vir. & uxor* novum hoc conjugibus beneficium indulserit, quod, existentibus licet liberis, tamen in certa portione ad successionem vocarentur. De qua & requisitis illuc spectantibus non est, quod fusè hic agam. Latè hæc excussere omnia Stryk. *d. l.* §. 17. *seqq.* Lauterb. *d. l.* §. 46. *seq.* & Dn. D. Mœgling. *d. D. c.* 1. §. 2. Ecquis vero hic non videt, fisci maximè sui commodis insigniter detraxisse Principes per Successionem istam, siquidem ubivis ferè terrarum receptam, si excipias MARCHIAM BRANDENBURGICAM, cujus Serenissimus Nomotheta, mediam quasi ingressurus viam, conjugi, nullis existentibus collateralibus, superstiti, non hæreditatem defuncti in solidum ex beneficio Prætoris *t. t. ff. unde vir & uxor* ipsi indultam adjudicari, sed portionem tantum *statutariam* s. *dimidiam bonorum communium* illi tribui velit, alteram vero dimidiam a fisco percipiendam esse. vid. *Const. March. Joach. I. Elect. sub tit.* **von Erb-Fällen unter Eheleuthen.** Stryk. *d. tr. D.* 5. *c.* 3. §. 10. & *D.* 4. *c.* 3. §. 19. cui forsan addideris consuetudinem AUSTRIACAM, quæ anno 1674. viguit, modo interim correcta non sit, quam ita insolenter fisco adhuc favere refert Weingarten *Fascic. Divers. Jur. Lib.* 1. *p.* 3. *f.* 65. ex eoque Dn. D. Mœgling. *d. D. c.* 2. §. 5. ut ascendentes etiam post liberos ab intestato non succedant, sed aliis deficientibus hæredibus a fisco excludantur. Post *Conjuges* venio. 2.) ad LIBERALITATIS IMP. SOCIOS, quorum altero sine hærede decedente statuit *Imp. Constantinus*, quod ad consortem potius solatium quam ad aliam personam extraneam perveniat. *l. un. C. si liberal. Imp. Socius sine harede decess.* ubi tamen id monendum, a socio tali fiscum non aliter excludi, quam in re donata, siquidem tantum successor partialis est. Peregrin. *de Jure fisci L.* 4. *t.* 3. *n.* 8. Brunnemann. *ad l. un. C. de cad. toll.* Stryk. *d. tr. D.* 5. §. 31. add. Mollenbeccius *in D. de liberalit. Imp. Socio per tot.* Carpzov. *decis. Illustr. P.* 2. *dec.* 134. Tertio fisco præfertur CERTUM COLLEGIUM, in quo defunctus fuit vid. Stryk. §. 32. *seqq.* ubi non modo, quæ in specie collegia Jus Civile præferre voluit fisco, recenset, sed in sequentibus etiam hoc neutiquam ad omnia alia collegia extendi posse docet. 4.) ECCLESIA IN BONIS CLERICI defuncti fiscum antevertit *l. si quis presbyter.* 20. *C. de Episc. & Cler.* Stryk. *d. l.* §. 39. quod ACADEMIAS quidam extendunt in casu, si STUDIOSUS *l.* DOCTOR *l.* PROFESSOR sine alio hærede decedat. Idem *d. l.* Richter *ad Auth. Habita Disp.* 7. *num.* 2. An etiam HOSPITALE suo alumno in casu simili succedat. vid. Fritsch. *de jure hospitalii c.* 7. *in f.* Kress. *in Specim. Jur. for. t.* 20. *in f.* qui hoc *aff.* quia hospitale Jure Ecclesiæ gaudeat. Contrarium statuit Besold. *in delibatis ff. ex lib.* 37. & 38. *qu.* 11. Voet. *tit. ad SCt. Tertull.* §. 15. ob *legem* 10. *Comm. de succ.* Verum alia ratio nutri-

toris in genere talis videtur de quo in *d. l. 10.* alia hoſpitalis cum Eccleſia pari jure gaudentis. Nec m. facultas diſpnendi alia collegia excludit, quia ſucceſſio in iisdem tantum in caſu inteſtati defertur. 5) PAPRONUS IN BONIS LIBERII §. 3. *J. de ſucc. libert.* quæ tamen ſucceſſio hodie parum utilitatis habet Stryk. §. *40.* Non tamen 6) TUTOR IN BONIS PUPILLI, ſine hærede decedentis, fiſco præferendus videtur, per tradita *ejusd.* §. *41.* quem etiam de cæteris circa bona vacantia, obſervandis, quæ non adeò ad noſtram tractationem ſpectant, præ cæteris evolvendum duxerim. Id paucis ſaltim adhuc coronidis loco hic ſubjungam. quod verior mihi videatur eorum ſententia, qui de Juris veritate fiſcum per PRÆSCRIPTIONEM QUADRIENNALEM a bonis vacantibus excludi volunt, ſine diſtinctione, *an nunciata fuerint fiſco nec ne*, tum ob generalitatem Textus *l. 1. C. de quadrienn. præſcript.* tum quod ipſa denunciatio tot annis expiret. *l. 1.* §. *2. ff. de jure fiſci & l. 10.* §. *1. ff. de diverſ. & tempor. præſcript.* Latè Stryk. *d. l.* §. *56. & 57.* quamquam & in hoc multum incommodi fiſcalis ſitum eſſe ſat appareat.

§. XI.

Neque quoad RES PRO DERELICTO HABITAS, quas quidam ſub nomine bonorum vacantium etiam venire putant, quibus reſpondet Peregrin. *L. 4. t. 3.* §. *29.* fiſci commodis magis hodiè quam olim proſpectum eſt. Quicquid enim dicat Perezius *ad tit. cod. de bonis vacantibus*, qui ſcil. tit. pro derelicto moribus ceſſare ex Zypræi *notitia Juris belgici* notat, & Beſoldus, qui omnes hodie res ſive mobiles ſint, ſive immobiles ad fiſcum ſpectare dicit, ſi a nullo poſſidentur *in Diſſ. de Regal. n. 4. ad calcem theſauri practici.* Vid. Stryk. *in U. M. t. pro derelict.* §. *1.* tamen, ſi vel maximè de rebus *immobilibus*, quoad ex. gr. *loca deſerta* & *inculta* id aſſerueris, quo faciunt, quæ præter Peregrin. *c. l.* habet Stryk. *d. l.* ubi integrum *Oetingeri* locum hanc in rem repetit, quoad bona tamen *mobilia* aliter res ſe habet; hæc enim non fiſco, ſed cuilibet occupanti plerisque in locis cedunt, Peregrin. *c. l. n. 29.* quod præjudicio etiam firmat, Carpzov. *P. 3. Conſt. 31. def. 17.* & Philippi *Uſu pract. J. de R. D. eclogâ 20.* Stryk. *d. l.*

§. XII.

Conſtitueram hic etiam quædam addere DE BONIS NAUFRAGORUM, præcipuè ubi Illuſtrem Thomaſ. *in Diſſertat. de Regalib. fiſci c. 2.* §. *8. p. 50.* in eam ire ſententiam vidiſſem, quod bona naufragorum ad Regalia fiſci optimo credat pertinere jure, ſive bona ſpectes, de quorum priſtinis Dominis conſtet, ſive illa, quorum ignorentur. Verum cum contraria ſententia, tanquam jure Gentium etiam fundata, prolixe jam defenſitata fuerit, ut alios omittam, a B. Joh. Schele, Hamb. Viro JCtiſſimo & poſt fata devenerando in Diſſert. Inaug.

aug. Argentorati 1674. habita & *de jure naufragii colligendi* inſcripta, ibique etiam, quomodò hic ex æquitate fiſci ſui commoda Patrii legislatores poſthabuerint, prolixè oſtenderit, limitationibus ſaltim quibusdam additis Vid. §. 11. ad illum ablegare malo Cives maximè noſtros, quam multa pro fiſco hic diſputare, cujus intereſſe quin melius negligatur, quam impiis & irrationalibus conſuetudinibus promoveatur, nemo erit qui dubitaverit, qui IMPER. JUSTINIANI graviſſimam interrogationem haud planè vilipenderit quam *in l. 1. cod. de naufrag.* hiſce verbis profert, *quod Jus habet Fiſcus in aliena calamitate, ut de re tam luctuoſa compendium ſectetur?* quique præter *Auth. Frider. navigia cod. de furtis* & admonitionem *Caroli V. in Ord. Crim. art. 218.* tales conſuetudines irrationabiles pronunciantis & abolendas jubentis Vid. Gail. *L. 1. obſ. 18.* Lauterb. *Diſſ. d. jure fiſci c. 3. §. 19.* Conf. etiam *Statuta Hamb. P. 2. tit. 17. art. 4. & art. 31. Receſſ. Hamburgenſium*, qui inquam præter hæc omnia *mandata ſine clauſula* contra illos, qui iſtiusmodi bona naufragorum inique ſibi vindicant, in *Camera Imperii* decerni ſolita, quale pro SENATU HAMB. contra DUCES HOLSATIÆ impetratum refert. Gail. *d. l.* ſanæ judicii trutinæ ſubjicit. Quamobrem ſpicilegii tantùm loco repetam, quæ in majus naufragia paſſorum ſolatium recenti Conſtitutione ordinarunt, qui gubernacula Reipublicæ Patriæ felicibus nunc auſpiciis tenent. Hæc ſcilicet verba intelligo, quæ leguntur in der Rolle welche von E. E. Rath der Stadt Hamburg dem jetzigen Vogt auff dem neuen Werck (cui id ſcilicet maxime officii demandatum, ut de ſervandis rebus iſtis curam adhibeat) ſtrictè zu obſerviren anbefohlen worden, d. Ao. ſcil. 1719. d. 1. Februari, ubi contra illos, qui res iſtas a ſe ſervatas detinuerint art. 1. rigorosè hunc in modum animadvertitur, ibi: Sollte ſich einer oder der andere gelüſten laſſen, etwas von ſolchen geborgenen Güthern an ſich zu halten, zu verhehlen, oder gar weg zu practiciren, ſoll der jenige, ſo es gethan, für einen Dieb gehalten, und für jedes Stück mit 100. Reichsthaler Straffe, oder, und wo er die nicht hat, mit Waſſer und Brod auf 6. Wochen im Gefängnuß ernähret werden, falls auch ein ſolcher ertappter Böſewicht zum andern mahl über ein ſolches Bubenſtuck betroffen würde, ſoll er 200. Reichsthaler Straffe bezahlen, oder 12. Wochen lang auf Waſſer und Brod gefangen geſeßet, zum dritten mahl aber auf ſummariſche Erkandtnuß, mit Ruthen geſtrichen und des Landes verwieſen, oder gar nach Befinden, gehencket werden. Addatur art 8. ubi de iisdem rebus Domino reſtituendis ita decretum legitur: Denen Eigenthümern oder Gevolmächtigten werden ſolche Güther, auch falls es verlangt wird, das Eyſen, Holtz, Maſten, Tauen, Anckern von den Wracken nechſt erlegtem unten zu berahmenden Bergegelde und ſonſtigen redlichen Köſten, wieder ausgelieffert und da-

zu

zu benöthigten Falls die hülffliche Hand durch den Herrn Ambtmann zu Ritzebüttel gebotten. Qui tamen si intra annum & diem amissas res suas, vel ex consumtibilibus publicè venditis redactum pretium non repetierit, tunc demum fisco adjudicantur *d. art. 8.* ibi *in f.* und das gelösete Geldt Jahr und Tage, falß sich kein eigener meldet, aufheben nach Verfliessung solcher Zeit aber E. E. Rath zum besten der Stadt Cämmerey einsenden. Qui idem terminus in *art. 31.* Recessum præfixus est, ad mores aliorum locorum, qui pariter legibus suis maritimis facultatem Domini in rebus naufragis vindicandis certo tempore circumscripserunt, post quod Dominus res suas dereliquisse videtur, Vid. *alleg. D.* B. Dn. Schele §. 15.

§. XIII.

Superest ut ad titulum DE HIS, QUÆ UT INDIGNIS AUFERUNTUR nunc transgrediar, quo in toto jure nostro nullum magis emolumenti fisco afferre posse arbitror, si singuli, qui ibi enarrari solent, casus, fisco adhuc hodienum hæreditatem vel totam, vel ejus partem, in quantum sc. ad indignum pervenit, vindicarent. Verum, ut illud taceam, quod non desint, qui omne planè commodum ex hoc titulo fisco auferunt, siquidem omnia, quæ de jure nostro Civili inde sibi acquirit, cum abrogato titulo de his, quæ ut indignis, ipsi ablata esse statuant *Christinæus*, *Faber*, alii, qui tamen assertioni suæ fidem propterea conciliare mihi haud potuerunt, quod noviora præjudicia, a Klockio *V. 2. cons. 46. n. 11. 15. V. 4. cons. 53. seqq.* & Mevio *P. 5. decis.* 13. contrarium doceant, indeque de regula Juri Civili standum esse, post alios a se largiter adductos consulant ill. Dn. Bar. a Lyncker *in diss. de bon. ereptitiis* §. 9. Stryk. *U. M. ad tit. de his qu. ut indignis* §. 1. ubi & contra Carpzov. *P. 3. Prax. Crim. qu. 135. num. 27.* qui per *auth. Bona damnat. C. de bon. proscript.* omnem bonorum publicationem extra crimen læsæ Majestatis e foro sublatam contendit, fusè disputant, quibus quoque accedere non dubito, cum supra jam meminerim, neque hanc *Auth.* neque *Ord. Carol. a.* 218. ad ea pertinere, quæ fiscus indignis & similibus aufert, sed de sola successione ad mortem damnatorum disponere; ut inquam de generali, qualem isti fingunt, hujus tituli abrogatione, nihil dicam, maximè ubi eleganter Stryk. *d. l.* moneat, *non inde quod interdum Jura fiscalia negligantur, eorum statim abrogationem inferendam, præsertim, cum hodie in totum neglecta haud sint.* add. Auct. *ibi citt.* & ipse Strykius *de succ. ab intest. diss. 12. c. 1. & seqq.* quin tamen *in tantum*, & certis casibus indignis concessa fiscus non auferat & vel ab hæredibus cœteris interdum antevertatur, id uti longa serie deducit Sixtin. *de regal. l. 2. c. 10. §. 97. seqq.* ita ex illis præstantiora exempla indicis saltem loco nunc depromam.

§. XIV.

§. XIV.

Primum exemplum esto in illo, *qui aliquem testari coegit*, quale *testamentum metu exortum* ipso quidem *jure* valere, sicut regulariter cætera negotia metu inita §. *3. J. de except. l. pen. Cod. de inutil. Stip. l. 85. ff. de acquir. vel omitt. hæred. l. 21. §. fin. ff. quod metus causa* & quæ de hoc argumento uberrimè exponit Magnif. Dn. Præses *in Collat. J. Civil. cum recess. Imp. Sect. 10. th. 1.* putant interpretes. Hincque hæredem ex testamento acquirere hæreditatem, sed eidem tanquam indigno, auferri docent, teste Menoch. *P. 2. arbitr. Jur. quæst. c. 395.* Bachov. ad Wesemb. *tit. ff. qui test. fac. poss.* Peregrin. *de Jure fisci L. 2. t. 6. num. 45.* ast, quod aliter res se habeat, inde liquet, quod testamentum ejusmodi, quod sponte quis non fecit, sed coactus, plane non subsistat, sicque defuncto ab intestato succedatur, judice Carpzov. *P. 3. const. 5. def. 16.* Add. Scharff. *c. 3. §. 7. p. 50.* & Illustr. Baro a Lyncker. *d. D.* §. 30. ubi & ad *obst. l. 1. pr. de Jure Fisci & l. 2. pr. si quis aliquem test. prohib.* respondet Add. Schilterus *exerc. 38. th.* 181. Stryk. *V. M. ad tit. si quis aliq. testar. prohib.* §. 2. Lauterb. *ad eund. tit.* §. 8. qui omnes etiam posteriorem sententiam moribus servari, & non fisco, sed hæredibus ab intest. bona illa adjudicari testantur, quorsum etiam maximè faciunt præjudicia a Carpzov. *c. l.* Brunnemann. *cent. 1. decis. 85.* allata; nisi tamen ipse compellens hæres ab intest. sit, Stryk. *de succ. ab intest. diss. 12. c. 2.* §. 21. Alia verò cum ratio sit *si quis aliquem testari prohibuerit*, quem pro indigno declarat textus *in l. 1. ff. si quis aliq. test. prohib.* idem adhuc hodie juris esse, negari vix poterit, quod olim, ubi a tali indigno hæreditas auferri solebat, quare etiam Schilterus *dicta exerc. 38.* §. 182. regulam & jus pro fisco esse hodieque & exceptionem ab hæredibus esse probandam dicit, add. hic omnino Illustr. Dn. Baro a Lyncker *d. diss.* §. *30.* & *Consulentes* apud Stryk. *V. M. d. l.* §. *1.* & Faust ab Aschaffenb. *cl. 9. cons. 6. p. 371. seqq.*

§. XV.

Deinde *pœnam ablationis bonorum ob inultam necem defuncti*, quæ Jure Rom. fisco applicata fuit *l. 17. de his qu. ut indig. l. 1. l. 6. l. 9. C. eod. l. 9. l. 15. ff. de jur. fisc.* de consuetudine non servari, sed prorsus ab aula recessisse, observat ipse Peregrin. *L. 2. t. 5. in fin.* qui varias etiam limitationes ex ipso Jure Rom. diligenter annotat, quod etiam facit Illustr. Dn. Lyncker *d. Diss.* §. *21.* qui licet pœnam privationis bonorum contra hæredes hodie non plane exulare contentat sequenti §. *12.* nec id tamen diffitetur, confiscationem bonorum ex capite indignitatis cessare favore legitimorum successorum, indequehac nectit conclusionem, quod si ipsi hi essent illi negligentes, uti ut plurimum esse solent, pœna privationis bonorum adhuc locum habeat, quâ in re consentientem

etiam habere videtur Schilterum *exerc. 38. th. 179.* Add. id *exerc. 50. th. 2.* siquidem ille fiscum semper jus suum retinere afferat. Quidquid verò hujus sit raro admodum hodie ex hac privatione fisci commodis studeri inde videtur colligi posse, quod hodie remissa sit ut plurimum privata ista vindicatio & accusatio, sufficiatque, si denuncietur magistratui, eidemque publica necis istius ultio relinquatur Vid. *Ord. Carol. art.* 214. quem ideo hic etiam maxime urget Scharff. *d. diss.* §. *9. p. 53. seqq.* ubi non modo præjudicio LIPSIENSI contra fiscum hic pronunciatum fuisse, ex Carpzovio refert, sed unanimibus fere Dd. interque hos laud. Carpzovii, Schilteri, de quo tamen non ita plane asseri id posse concludet qui allegata modo ejusdem loca conferet, *Hahnii*, *Sandii*, *Julii Clari*, *Nicolai Reusneri*, *Brunnemanni*, *Mevii* (quanquam hic ipse *P. 5. decis. 300.* non omnes advocati fisci partes hic excludat) *Matthæi Huberi* & *Struvii* calculis abrogatam hanc privationem evinci statuit.

§. XVI.

Neque *tertio* quoad illam quæstionem: *An si conjux conjugem occiderit, pro indigno haberi debeat occidens & fisco hæreditas deferatur?* ita planè fisci commodis studetur, uti *Bocerus* & alii putant, qui indistinctè fisci causam agunt, quin imò, quod lucrum ex *pactis dotalibus* competens proximis hæredibus debeatur, fisco excluso, & sic pro incapaci habeatur occidens ex *l. 10. §. 1. ff. sol. matrimon.* satis evinci posse videtur, quare communis ferè etiam hodiè Doctorum hæc est sententia, quod fisco demum lucrum legale s. statutarium tribuatur. Vid. quos præter Strykium *D. 5. c. 7.* §. *27.* ubi prolixe hoc argumentum explicat, in utramque partem hic citavit Scharffius §. *8. p. 52.* & junge iisdem Fauſt ab Aſchaffenb. *cl. 9. conf.* 3. *p. 367. a.)* Lynckerum *d. D.* §. *20.* cui tamen non potest non singulare illud videri, quod in marito uxorem & hac maritum occidente, marito dos, quam de jure lucrari poterat, mortuâ uxore ablata hæredibus mariti competat *d. l. 10. sol. matrim.* Adde denique, quod præter *Mylerum*, *Everhardum*, *Bullæum Heidemannum*, aliosque, quos indistinctè pro hæredibus occisi hic respondentes adducit Scharffius, eodem modo judicatum esse referat Annæus Robertus *rerum Judicatarum L. 3. c. 7.*

§. XVII.

Succedat his IVto illa quæstio, similis certe & affinis modo ventilatæ, *an si filius occidat patrem vel frater fratrem extantibus aliis filiis vel fratribus occisi in bonis patris vel fratris interfecti pro portione ad occidentem spectante admittatur fiscus, an verò excludatur, & portio accrescat aliis filiis vel fratribus existentibus in eodem gradu cum interfectore persona occisa?* Movet hanc Lauterb. in *D. de jure fisci* §. *18.* cui etiam de Juris veritate pro fisco judicanti non video, quid opponi possit ob *l. 7. §. fin. de bon. damnat. l. 1. pr. si quis aliquem test. prob.* id

quod

quod prolixe etiam deduxit nec ab eodem hic omiſſus Heigius *P. 2, qu. 33. num. 3.* ubi in eandem ſententiam deſcendiſſe refert Collegas ſuos WITTEBERGENSES Anno 1594. ita pronunciantes. Nec aliam ſententiam eſſe judicaverim Illuſt. Lynckeri *d. l.* §. *20.* ad eundem ſc. Heigium & Peregrin. *de J. F. l. 2. t. 3, n. 2.* & Menoch. *Arbitr. Jud. Qu. caſu 356. v. ſecundus & caſus*, provocantis, quamquam expreſſe illam non declaret. Quare etiam Mevius *P. 5. Dec. 152. not. 4.* fiſci Advocatos officii ſui hic monet; quin tamen contrarium in certis minimum locis hodie obſervetur & cohæredibus portio interficientis relinquatur, aut ad minimum non eodem ſemper favore fiſci hic ferantur conſulentes, quos ut plurimum brocardicum illud vulgare. *l. 10. de jure fiſci, contra illum in dubiis quæſtionibus pronunciandum eſſe*, inculcare videas, eo minus dubito, quod non modo in præcedenti proxime caſu commoda fiſci admodum limitari oſtenſum ſit, a quo ad præſentem hunc illatio procedere multis videbitur; ſiquidem non tam lucrum legale videatur fraterna vel paterna hæreditas, quam ſanguinis jure eodem cohæredibus, quam interficienti debita, jusque accreſcendi in fiſci ſui detrimentum extendi ſinat ipſe Sacratiſſimus Imp. *in L. un. C. de cad. tollend.* §. *14.* add. ibid. Gothofredi ſed etiam Scabini LIPSIENSES contra fiſcum ita reſponderint apud Carpz. *Pr. Crim. P. 3. qu. 135. num. 4.* Hat M. H. ſeinen leiblichen Vatter ermordet und umgebracht, derowegen ihme auch die Todes-Straff zuerkandt, und an ihm gebührender maſſen exequirt worden. Ob nun wohl gedachter M. H. ſich durch ſeine Verbrechung, innhalts der Sächſiſchen Rechte ſeines Antheils der vätterlichen Erbſchafft, ſich verluſtig gemacht, ſo hat ſich doch dannenhero (weil die confiſcatio bonorum auſſer dem Laſter beleydigter Majeſtät heutigs Tags ferner nicht ſtatt hat. De qua tamen ratione Vide quæ ſupra paſſim memoravi) der Fiſcus ſelbiges Orts, ſich nicht zu erfreuen, ſondern es iſt daſſelbige euch als des Thäters Brüdern und Mit-Erben zugewachſen. V. R. W.

§. XVIII.

Et quamquam generaliter de regula omnis defuncti occiſor indignum ſe reddat, ut eidem ſuccedat, fiſcusque hinc ab eo auferat *L. 7. §. 4. ff. de bon. damnat. l. 14. Cod. de fideicommiſſ.* licet etiam per negligentiam tantum cauſam mortis præbuerit *L. 3. ff. l. 10. Cod. de his qu. ut indignis L. 31. §. 11. de ædil. edict. L. 91. de V. O.* Struv. *exerc. 34. th. 95. n. 1.* ſ. fuerint in culpa *lata* ſive *levi*, Mantica *de conj. ult. vol. 12. tit. 5. n. 10.* vid. omnino Ill. Lyncker *d. diſſ.* §. *19. & 20.* & Fauſt ab Aſchaffenb. *cl. 9 conſ. 3 p. 366. ſeqq.* non modo tamen illa limitatio agnoſcitur utplurimum, quod liberi occiſoris, ſi ſc. ille ante vulneratum talem vita deceſſerit, ſucceſſione fiſcum excludant. Matthæi *de Crim. c. 19.* Vasquez. *de ſucceſſ. reſol. L. 2. § 20. num. 12.* tunc enim, quia nunquam

 quam

quam occisori delata fuit hæreditas, & per consequens nec iterum ab illo auferri potest, liberis ejus tanquam sequentibus propterea aperitur successio, quia tunc lucrum manet apud illos, apud quos mansisset; si indignus ille non fuisset in medio vid. Peregrin. *de Jure fisci l. 2. t. 2. num. 28.* Stryk. *de S. A. I. Diss. 12. §. 11.* sed altera etiam exceptio illa approbatur, si indignus talis incapax simul sit. Tunc enim magis incapacitatis causam tanquam fortiorem attendi, & Fisco excluso ulterioribus locum dari testatur Peregrinus *d. l. n. 27.* propterea, quod qui incapax simul est, fisci intentionem fundare non potest, quia ejusdem ablatio habitum capiendi præsupponit. add. Sixtin. *de regal. l. 2. c. 10. num. 120.* quo pertinet etiam casus, si occisor ex *lege municipali* factus fuerit incapax ex gr. *si testator filium suum hæredem instituat, & prohibeat bona alienari favore nepotum & ulterius ab isto filio descendentium* & contingat filium committere parricidium, quo sc. casu successionem non ad fiscum sed nepotes ex filio devolvi putat Baldus Peregrino *c. l. t. 3. n. 3.* etiam allegatus, qui tamen ipse plenius & maturius hanc decisionem considerandam esse monet, quod forsitan inde stare non possit, quia fiscus excludit vulgariter substitutum arg. eorum, quæ *praced. cap. n. 27.* tradiderat, quæ ejus licet non allegati verba integra repetiit Faust ab Aschaffenb. *d. l. p. 36. b.)* Sicuti verò Peregrinum hic errare inde liquet, quod generaliter instituto non adeunte excluso fisco substitutus admittatur, siquidem ipse Imper. *in l. un. §. 13. Cod. de cad. tollendis* post institutum & ab intestato successores demum ad ærarium suum devolvi velit hæreditatem non agnitam, ita novum hic præter opinionem invenio exemplum, quo fisci interesse negligatur. vid. Lauterb. *in D. de jure fisci d. c. 3. §. 18. in fin.* qui hanc rationem super addit, quod hæreditas in pœnam indigno auferatur, hic vero si admitteretur fiscus, indignus haud puniretur, quippe qui nunquam eam adiit nec adire voluit.

§. XIX.

Addam his denique omnibus, quod licet *uxor intra annum luctus nubens* inter indignas personas etiam recenseri soleat, siquidem illam omnibus a marito relictis exuat textus *in l. 1. & 2. C. de sec. nupt.* ob incertitudinem maximè uteri & sanguinis confusionem, & quia manes prioris mariti mœrore sic viderentur affici. *Nov. 22. & Nov. 39.* nihilominus tamen propterea in locum ejus non succedat fiscus, sed hæredes alii, cujus ipsi Imperatores *in d. l. 1.* hanc reddunt rationem, *ne in his, quibus correctionem morum induxerint, fisci viderentur habere rationem.* Quare tanto minus indè commodi vel proventus aliquid hodienum sperare sibi poterit fiscus, quo proniores præterea indulgentioresque in concedendis dispensationibus talibus viduis esse solent: Conf. omnino Lyncker *d. D. §. 23.* add. Faust. *d. l. cl. 9. conf. 25. p. 407.*

§. XX.

Et ſic tandem non hujus modo argumenti ſed totius etiam diſſertationis filum abrumpo. Suffecerit, hæc pro modulo ingenii in medium adduxiſſe. Addat his, cui volupe eſt, plura huc ſpectantia colligere, ſuppleat, corrigatve, qui de rerum praxi magis inſtructum ſe eſſe ſentiat. Tanto gratius mihi erit præſentis laboris ſpicilegium, quo modeſtius virium tenuitatem, in tam amplo & tam latè ſe exſerente campo emetiendo deficientium, deprecor lubentiſſime. Interim in lineis hiſce ductis, & præviis DEO Immortali pro conceſſis clementer viribus gratiis, uti decentibus, ita devotis, ſpeciminis hujus, inauguralis & ſtudiorum ſimul Academicorum ſit

FINIS.

IX.

DISSERTATIO DE PRÆSCRIPTIONE SUPERIORITATIS TERRITORIALIS ACQUISITIVA,

PRÆSIDE

MICHAELE GRASSO,

J. U. D. Sereniſſimi Würtemb. Ducis Conſiliario, Pand. & Crim. Sanct. Prof. Publ. Ord. p. t. RECTORE MAGNIFICO,

PRO LICENTIA

defenſa à

C. A. MULLERO, Megapolitano.

TUBINGÆ, 1727.

DISSERTATIONIS JURIDICÆ INAUGURALIS De Præſcriptione Superioritatis territorialis acquiſitiva.

CAPUT I.

Exhibens Definitionem tam nominalem, quam realem, ut & Diviſionem.

§. I.

UT in frontiſpicio ſtatim eò dilucidiùs appareat, quò tendat hæc noſtra diſquiſitio, ſatiùs omninò erit, terminorum hîc occurrentium evolutionem, paucis ſaltem, quoad fieri poteſt, in anteceſſum præmittere, aut eo quæ copioſè alias referri poterant, ſolummodo delibare. *Præmittitur terminorum evolutio.*

1. *Vocis* Præscriptionis.

Et 1. quidem quod attinet vocem *Præscriptionis*, patet; eam ortum suum deducere â verbo *præscribere*, quod idem esse ac præfinire, præfigere aut præstituere certum quendam terminum intra quem res est, quæ præ manibus est, expedita esse debet, pluribus jam antè ex *c. 2. x. de concess. præb. & c. in singulis 19. dist. 86.* demonstratum dedit Joh. Franc. Balbus *in tr. de præscript. P. I. qu. 2. pag. 11.* quo remittimus. Variæ ejus acceptiones Varia omninò in usu Juris ejus est significatio, potissimùm verò denotat, 1. *Sumitur vel* generaliter *pro* exceptione *aut* defensione rei 1. Exceptionem & defensionem rei, ut plurimum, *tot. tit. ff. & C. de Except. Præscript. & præjud.* & quidem vel *generaliter* omnem aut quamcunque exceptionem *L. 11. ff. de Except. L. pen. & ult. C. eod. l. 3. §. 1. ff. de Prævar. l. 3. ff. de appellat. l. 2. §. 1. ff. ad L. Jul. d. Adult. l. 2. C. si contr. Jus vel Util. publ. l. 29. pr. ff. de Exc. rei jud. l. 91. ff. de solut.* eamque sive *dilatoriam l. 12. C. d. Except. & Præscript.* veluti præscriptio fori, aut exceptio fori declinatoria *L. fin. C. d. Except. l. 29. C. de pact.* sive etiam *peremptoriam* veluti rei judicatæ *L. pen. circ. fin. ff. de re Jud. l. 29. ff. de exc. rei Jud.* aut similis alia *l. 2. C. de prec. Imp. off. L. 2. C. sentent. resc. non poss. d. l. 91. ff. d. solut.* quamvis videatur dissentire Alciat. *in L. si quis 29. C. de Pact. n. 4. seqq.* vel etiam *specialiter*, solam illam exceptionem, quæ nomen Præscriptionis hoc in articulo sibi proprium fecit, & ex solo temporis lapsu pendere dicitur *tot. tit. ff. de divers. temp. præscript. & tot. tit. C. de præscr. 30. vel 40. annor.*

Sive dilatoria *sive* peremptoria *Vel* specialiter *pro eâ, quæ ex* solo temporis lapsu pendet.

2. Pro modo dominium *aut* aliud quoddam Jus acquirendi. *Quæ* significatio hujus est loci? quæ etiam effectum suum operatur in Superioritate territoriali acquirenda.

II. Designat modum dominium vel aliud aliquod Jus acquirendi per possessionem temporis lege definiti, ita ut hactenus coincidat cum usucapione, *l. 3. ff. de usurp. & usucap. junct. rubr. & pr. J. d. Usuc. & long. temp. præscr. L. un. C. de usuc. transf.* quæ significatio vel maximè hujus loci est Propria, cum hîc demonstrare & constabilire intendimus, superioritatem territorialem etiam per præscriptionem, ut modum acquirendi legitimum, rectè acquiri posse. Id quod etiam ulterius elucescit, ex adjecta insimul voce *acquisitiva*, quâ innuitur præscriptionem hîc considerari eam, quæ acquisitionis effectum parit, in oppositione ad præscriptionem superioritatis territorialis *extinctivam*, quâ qui ista sua territorii Jura negligenter hactenus tractavit, & ab alio ea in contrarium diutina quasi possessione exercere, aliumve se inde eximere passus est, ab ea iterum excluditur, quam tamen hac vice pertractare animus nunc non est.

§. II.

§. II.

Sequitur vox *Superioritatis*. A Superis s. Superioribus i. e. iis qui primas tenent in suo ordine, dubio procul derivata, & ad eam Imperii speciem potestatemque civilem, quæ Superioribus aut regentibus in suis ditionibus competit, accommodata, vid. B. Dn. D. Fromman. *de Condom. territ. c. 1. §. 4.* Knipschild. *d Jur. & Priv. nobil. L. 3. c. 1. n. 22. seq.* Unde etiam porro adjicitur Epitheton territorialis vid. Fromm. *d. l. §. 3.* ad designandum id, quod restricta sit civilis ea potestas ad cujusque Superioris territorium, vid. Lud. Hugo de *Stat. Region. Germ. c. 1. §. 10. seq.* Excell. Dn. D. Schweder *in Introduct. ad Jus Publ. Part. Spec. S. 2. c. 10. §. 2.* ostendentes ad eum modum rectè insigniri territorialem eam Jurisdictionem, quâ, qui in suis territoriis Principes aut Primi existunt, ad regendos suos subditos jure suo utuntur, uti in imperio nostro sunt, qui Status Imperii audiunt, aut saltem immediatâ illa Nobilitate gaudent. Est quidem vox *Superioritatis* minus latina, & usu saltem, non tamen prorsus ineptè inducta, uti eleganter Author meditat: *ad Inst. Pac. Cæs. Suec. quem comm. Dn. Henniges opinantur, in Mantiss. I. ad Spec. 4. §. 1.* quia rem non incongruè repræsentat, variis alias nominibus appellitata, aliis eam vocantibus, venustiorem quidem in modum *Sublime Territorii Jus*, aliis *suprematum*, aliis *omnimodam Jurisdictionem*, aliis *Regalia*, aliis *superius, generale aut eminens dominium*, aliis *potestatem quandam majestaticam*, aliis *Jus Principum*, aliis superadjicientibus *Summum*, aliis *Summo proximum*, *Summo subordinatum*: aliis *Jurisdictionem eam quam Status Imperii*, aut etiam *Nobiles Imperii Immediati in Provinciis, Territoriis, aut Ditionibus suis habent*: aliis aliter adhuc delineantibus: & Germanico quidem idiomate, die Landes-Fürstliche Obrigkeit simpliciter, vel cum adjecto die Landes-Fürstliche Hohe Obrigkeit, die Landes Hohe Obrigkeit, die Landes Hoheit und Obrigkeit, die Landes Ober- und Herrlichkeit, die Ober-Herrlichkeit und Bottmäßigkeit. Speidel. in Spec. voc. Lands-und Fürstliche Obrigkeit. Wehner in Obs. Pract. voc. Lands-Fürstliche Obrigkeit s. Superioritas Territorialis Excell. Dn. D. Schweder *in Introd. d. l. §. 2. in fin. Magnific. Dn.* Præses *in Tract. de Mod. Taxandi Jurisdict. P. 1. §. 2. & in Diss. de Tut. mat. nob. imp immed.* ubi etiam, quod hæc Superioritas Territorialis Immediatis Nobilibus denegari non possit aut debeat, quamvis Statibus tanquam

2. *Vocis* Superioritatis, unde ita dicatur. *Cum Epitheto*, territorialis. Quid hæ voces importent?

& quænam sint synonima,

An & quomodo Nobilibus Immediatis competat remissivè.

quam charactere Statûs insimul, præfulgentibus competat in gradu *excellentiori & eminentiori;* his vero tanquam sola immedietate gaudentibus in gradu hactenus *remissiori*, quod etiam firmant ibidem allegati Dn. Kulpis. *ad Monzamb. c. 2. §. 14. p. 594.* Struv. *de Charact. Stat. Imp. aph. 26.* B. Dn. Maurit. ad Capit. Leopold. §. 3. ad verb. dazu den Ständen samt erstgedachter Reichs-Ritterschafft Dn. Joh. Christ. Donauer. *in Diss. Inaug. Altorff. c. 1. §. 9.* B. Dn. Lauterbach. *in Coll. Theor. Pract. ad Tit. de Jurisdict. §. 44.* B. D. Frommann. *d. Condom. Territ. c. 5. §. 4. & §. 17. 18. & 19.* aliique plures ab eodem adcitati & quos cumulatim adducit Philip. Knipsch. *de Jure Civ. Imp. L. 2. C. 5. n. 13. seqq.* Anton. Wilhelm. Ertel in dem neu-eröffneten Schau-Platz der Lands-Fürstlichen Ober-Bottmäßigkeit §. *32.* & novissime quoque Joh. Laurent. Schmidt in *Diss. Inaug. Altorff. Ann. 1708. habita de Super. Territ. Nob. Imp. Immed. per tot.*

§. III.

Superioritatis territorialis origo quàm sit incerta ostenditur. An novus plane partus sit?

Hoc verò superioritatis territorialis Jus unde, & quando exsurrexerit, & quomodo in eam, in qua nunc est, formam adoleverit, res est plus quam incerta, aliis in aliud tempus id rejicientibus. Sunt qui obtinent, esse partum plane novum, olim prorsus incognitum & forsan duobus saltem seculis retrorsum computatis prognatum quam in rem Author der Kayserheimischen Confutation ita confidenter satis: Die Landes Fürstl. Obrigkeit ist vor Alters im Reich ein gantz unbekandt Ding gewesen, und ist erst ein neuer fœtus nostri seculi, referente ita Kulpisio *d. legat. Stat. Imp. c. 7. §. 3.* & ex Limn. L. B. de Lynker *in Diss. d. superior. territ. in pr. pag. 5.* Ertel *d. l. p. 15.* ibi: *nostri & prioris seculi.* Vitriar. *in Instit. Jur. Publ. l. 3. t. 15. §. 1. in not. lit. B.* Quod quidem pro incongrue

Id quoad vocabula & præsentem formam concedi posse traditur.

dicto eatenus omninò haberi non debet, quatenus respicit *vocabula* illa *superioritatis territorialis*, usu adoptata noviori, eamque, in quam hæc ipsa postea excrevit & invaluit formam atque definitionem. Dn. Rhet. *de Jur. Stat. Imp. circ. Sacr. C. 2. §. 14.* Kulpis. *d. l. p. 137.* de Lynker *d. l. §. 2.* ubi quod hæc vocabula recentioris sint styli; & variantis quidem, neque eodem modo iisdem verbis utentis: tum etiam quatenus respectus habetur ad ea, quæ primis temporibus, sive legibus moribusque Romanorum, sive Jure scripto Germanorum disposita aut inducta legebantur, quippe quibus hæc talia adhucdum erant incognita. Quatenus verò *res ipsa in se* spectatur,

Non. v. quà rem ipsam

ſtatur, ex remotioribus omninò initiis ejus origo repeti ſolet. In quæ tempora verò præcisè hæc inciderit, Scriptores admodum variant. Alii eam altius repetunt à ſtatu regionum veteris Germaniæ, quem *Cluver. Lib. 1. Germ. antiqu. c. 37.* deſcribit, teſte Dn. de Lynker. *d. l. p. 8.* Alii originem ejus ad Caroli M. faſces referre malunt, ſaltem in nonnullis Comitum exemplis, & quoad certum tantummodo auſpiciorum primorum gradum, quo tum temporis iis indulta apparebat ap. Dn. de Lynker *d. l.* & Dn. Hert. *de ſuperior. territ. §. 5.* Alii ad tempora Heinrici, Auceps dicti, Conradi Magnif. S. I. & Ottonis III. Ming. *de ſuper. territ. S. 2. §. 21.* Dn. de Rhet. *in Inſtit. Jur. Publ. 1. t. 17. §. 15.* Dn. Vitriar. *in Inſt. Jur. Publ. L. 3. t. 15. §. 2. in not. lit. B.* Alii ad tempora Magni iſtius Interregni poſt mortem Conradi IV. 1254. orti, Dn. Burc. Gotthelff. Struv. *in Hiſtor. Jur. Rom. c. 10. §. 13.* Alii ad tempora Rudolphi ex Leudero Hert. *d. l. p. 193.* Alii à Corolo IV. ejus initia, primitus quidem in Italia cœpta, aut deinde à Friderico III. inde usque ex Italia in Germaniam provenientis ortum derivare volunt, Dn. Schilter *in Jur. Publ. P. 1. t. 24. §. 6.* ubi ex regeſtis Imperialibus Auguſti Palatini ſe id compertum habere ſcribit, Hert. *d. l. p. 192.* Ertel *d. l. p. 15.* Alii aliis adhucdum indulgent perſcrutationibus partim & oppoſitionibus contra aliorum quorundam adeò ex longinquo Juris hujus natales reducentium adſerta vid. Eyben. *in diſſ. de Origine illius: Tantum poteſt Princeps in ſuo territorio &c. c. 3.* ap. Ahasv. Fritſch *in Exerc. Jur. Publ. P. 2. Ex. 9. p. 411.* Kulpis. *d. l. p. 137.* in quorum omnium & ſingulorum veritatem tamen, aut præſuppoſitorum fundamentorum robur penitiùs hîc inquirere, nobis nunc nec vacat, nec noſtri eſt inſtituti, nec multum ad ſcopum hujus diſſertationis principaliorem juvabit. Sanè in incertis potiſſimam partem conjecturis hæc talia ſe fundant, nec ex certioribus Hiſtoriarum monumentis, quippe quæ hactenus hîc, teſte quoque Dn. Kulpis. *de Legat. Stat. Imp. d. l. p. 137.* deficiunt, definitam hujus certitudinem haurire datur. Poſſumus quidem ex hiſtoricâ eâ recenſione quam hunc in finem concinnum in modum exhibent laud. Dn. Kulpis. *d. l. §. 4. & ſqq.* & laud. Dn. Henniges *ad Spec. 4. medit. ad Inſtr. Pac. C. S. mantiſſ. 1. in tr. d. ſuper. territ. §. 30. & plur. ſeqq.* Excell. Dn. D. Schweder *in Intr. Jur. Publ. Part. Spec. S. 2. §. 6.* occaſionem hujus Juris hinc inde propullulantis, atque per varia ſua interſtitia vires, aliquando etiam iterum depreſſas aut imminutas, ſibi reaſſu-

in ſe, quæ à remotioribus temporibus repetitur. *A quibus verò temporibus*, variant Doctores.

In quorum ſententias penitius inquirere non vacat.

Inſuper quæ potiſſimam partem in conjecturis incertis conſiſtere videntur.

Hoc jus quomodo vires ſibi ſumpſerit

aliquando elatiores, *aliquando* depressiores? Inde certò quid adstruere divinantis magis esse quam determinantis.

mentis addiscere, multumque lucis toti huic materiæ inde fœnerari; Exinde vero originem ejus certam & veram, genuinam faciem, naturam, ætatem virilem, atque plenitudinem in quam vel primitus adsurrexit vel nunc composita extat, metiri, adstruere & certò definire velle, divinantis magis esse credimus quam determinantis. Et ne quidem ipsi hi Jureconsultissimi viri & Jurium Publicorum Callentissimi scriptores seriem historiæ in statu Germaniæ de tempore in tempus delineando, venustè satis repræsentantes, ausi fuerunt hujus ipsius Juris in toto suo complexu spectati natales, ad hæc vel illa tempora hujus vel illius Cæsaris præcisè referre, quod ingenuè & scitè admodum fassus est modo laud. Henniges *d. l.* §. 38. his verbis: *Caterum vero id pracisè enumerare non ausim cum superioritas territorialis sit aggregatum quid ex multis actibus Jurisdictionis & imperii, quo tempore quave occasione unum quodq; peculiare Jus aut datum sit Statibus, aut usurpatum præscriptumve, pleraque enim initio sine scripta lege sine Imperatorum voluntate per turbas & inter motus civiles usu quodam propriâ authoritate inchoato, & mox in imitationem tracto, sensim cœperunt, quorum initium quod natura sua latet, nominare certò non possumus, conjecturari anceps est & errori sæpissime obnoxium, ut adeò omninò silere præstet, quam vana divinatione deridendum se præbere. Non invidebimus hanc aliis gloriam, qui magis propitio Delio natatore utuntur, aut qui in Historia patriæ actorumve reconditorum recessus & sacraria diligentius penetrarunt.*

§. IV.

Cautiùs verò incedere, qui moribus pedetentim per temporum interstitia eam invaluisse, *&* *ad* alios citiùs ad alios seriùs pervenisse, non statim quoque in eam plenitudi-

Ex his facile colligere datur quod cautius agere videantur, qui non diu se torquent istis conjecturis, quibus nativitatem ejus præcisè ad hoc vel illud temporis momentum, aut ad hujus vel illius Imperatoris indultum reducere satagunt, satius vero agant, qui originem ejus fundare malunt in eo quod moribus hinc inde sensim sensimque invaluerit, asserentes per temporum spiramenta, atque per partes, superioritatem hanc territorialem processisse, nec omnes Proceres imperii pari modo parique gradu, sed alios citius, alios serius ad eam pervenisse, eam ipsam quoque non statim sed pedetentim demum in plenitudinem eam, in quâ nunc eminet, abiisse uti fere loquitur Eyben *in d. Diss. c. 4.* Fritsch. *d. l. p. 415. junct. p. 417. in c. 5.* ubi ita: *Certe quæ non transiere illicò, subinde tamen delibata, alluvionis ritu fixis jam firmatisque sensim coaluerunt.* Hert. *d. l.*

d. l. §. 5. circ. fin. ubi addit & firmat citiùs pervenisse ad Principes profanos, serius ad Ecclesiasticos, & complementum deinde variis modis accessisse, ostendens quoque quomodo illud accesserit. Kemmerich *in Introd. ad Jus Publ. l. 7. C. 2. fere per tot.* Cum quibus convenire videntur omnes illi, qui scribunt hanc superioritatem moribus usu & consuetudine fuisse inductam & variè hinc inde usurpatam Limn. *de Jur. Publ. L. 4. t. 8. num. 188.* post Gylman. Meichsn. aliosque Wehner *in Observ. Pract. voc.* Lands Fürstliche Obrigkeit Knipsch. *de nobilit. L. 3. c. 1. n. 21. & de lib. Imp. civit. l. 2. c. 5. n. 57.* Ertel *d. l. p. 15.* ibi: bloß durch den Gebrauch und Observantz eingeführet. Ming. *de super. territ. in proœm. §. 4.* Tandem vero ubi per incerementa sua ad pleniorem eam maturitatem pervenit, Cæsares jam amplius non dubitarunt expresse quoque eandem authoritate Imperiali hinc inde confirmare, quod ante Maximilianum I. Imperatorum neminem fecisse, & hunc primum Principibus & Statibus Imperii eam expresse concessisse advertunt Dn. de Rhet. *in Inst. Jur. Publ. l. 2. t. 1. §. 12.* & Dn. Vitriar. *l. 3. t. 25. §. 1. in not. lit. b.* imo & plane Capitulationibus Cæsareis expressis in toto suo ambitu integram sub nominibus der Hoheit, Macht, Gewalt, Regalien, Obrigkeiten &c. generalioribus & collectivis solenni conventione insertam admittere & plenissime comprobare: quod a tempore Caroli V. usque ad novissima hæc tempora nostra factitatum fuisse certo certiùs reddunt Capitulationes Cæsareæ successivè omnes, quod ipsa inspectio evidenter ob oculos ponit, Imperatoribus nostris sacratissimis expressissime & solennissimè pollicentibus, se debere atque velle hoc Jus cuique salvum atque integrum servare, & in libero ejus exercitio quemlibet manutenere: quam in rem Capitul. Carol. V. *art. 4.* disertissimis ita: Sollen und wollen Wir ꝛc. die Chur-Fürsten, auch andere Fürsten, Graven, Herren und Stände, bey Ihren Hoheiten/ Würden/ Rechten, Gerechtigkeiten/ Macht und Gewalt: jeden nach seinen Stand und Wesen bleiben lassen, ohne unser und männigliche Eintrag und Verhindernuß, und Ihnen dazu Ihre Regalien, Obrigkeiten/ Freyheiten/ Privilegien, Pfandschafften und Gerechtigkeiten/ auch Gebrauch und gute Gewohnheiten/ so sie bißher gehabt haben, oder in Ubung gewesen sind, zu Wasser und Land, in guter beständiger Form, ohne alle Weigerung, confirmiren und bestätigen, sie auch dabey als Römischer König

nem, in qua nunc est, abiisse statuunt. quam in rem adducuntur authoritates.

Tandem Cæsares eam expressè approbasse.

Inprimis per Capitulationes Cæsareas.

Ordine quæ recensentur.

handhaben, schützen und schirmen, doch männiglich an seinen Rechten unschädlich. Quod ferè iisdem repetitur in Capitul. Ferdinandi I. *art. 3.* vid. Lim. *in adnot. ad. d. art. 3.* ubi observat, in quibus lectio differat à præcedenti Capitulatione Carolina. In Capitulatione Maximil. II. quidem hæc talia ita non repetuntur, quamvis quoque contrarii quid ibi non legatur, brevissimis siquidem conceptâ & differente à prioribus non solum quod stylum lectiones articulorum, & collationem materiarum attinet, sed & in substantialibus ipsis, unde & Limnæo suspecta visa, confidenter credenti, copiam hanc cum Originali non convenire. Concordat vero iterum cum Carolina illa Capitul. *Rudolphi II. art. 3.* ut & Matthiæ *art. 3.* item Ferdinandi II. *art. 3.* & Ferdinandi III. *art. 3.* Ferdin. IV. *art. 3.* Leopoldi, Josephi *art. 3.* & Caroli VI. moderni Imperatoris invictissimi *art. 1.* quamvis in posterioribus his Capitulationibus *d. §. 3.* in forma extensiori conceptus sit, vid. B. Dn. Maurit. ad Capitul. Leop. *art. 3.* & Dn. Ahasv. Fritsch. *in adnot. ad Capit. Joseph. art. 3.* ut & *ibid.* Nitsch. in Commentar. *ad art. 3. C. 3. §. 7.* & adnotationum Author ad Capit. Car. mod. *d. art. 1.* & novissime Excellent. Dn. D. Schweder in *Collat. succincta Capit. Cæsar. post Pac. Westphal. ad art. 1. §. 2.* Quibus robur accedit firmissimum ex Instrum. Pac. Westphal. *C. S. art. 8. in §. 1.* quo nominatim Principibus & Statibus Imperii Romani hæc potestas verbis formalibus asseritur. ibi: *libero Juris territorialis tam in Ecclesiasticis quam in Politicis exercitio &c. & art. 5. §. 29.* ibi: *cum Jure territorii & superioritatis ex communi per totum Imperium hactenùs usitata praxi &c.* insuper & ex consueta utplurimum formula in literis investiturarum frequentius obviâ, nempe dem Lands-Herrn verliehen und gegeben werden &c. oberste und niederste Gerichte &c. mit allen und jeglichen Obrigkeiten, Ehren, Würden, Freyheiten, Herrlichkeiten &c. referente ita Dn. a Seckendorff im teutschen Fürsten-Staat *P. 2. c. 1. n. 4.* & Dn. Eyben *in Explicat. Regulæ: Principes tantum posse in suis territ. quantum Imperator in Imperio C. 8. §. 1.*

Per Instrumentum quoque Pacis Westphalicæ.

& formulam in literis investiturarum frequentiorem.

§. V.

Hæc Superioritas territorialis in plenitudine suâ nunc describitur.

Hæc Superioritas territorialis in Imperio R. G. in ista sua amplitudine atque plenitudine, quâ nunc sanctionibus pragmaticis constabilita est, usuque viget per totum ferè Imperium validissimo, designat omninò regnandi potestatem Majestati ferè sic dictæ analogam & immediatè proximam Dominis Imperii R. G. territorialibus

in

in personas & res territoriis immediatè Imperatori & Imperio subjectis appertinentes proprio regulariter, perpetuo & in successores transitorio jure, salvâ tamen Imperatoris & Imperii Majestate, competentem vid. Dn. D. Schweder *d. l.* §. *3.* & Excell. Dn. Præses *in Diss. de Mod. taxandi Jurisdict. th. 2.* Cum qua descriptione in effectu fere coincidit tùm succincta Dn. de Lyncker. definitio, quâ ejus naturam ita delineat, quod sit potestas immediati post Cæsarem regiminis Statibus in personas & res territorii sui competens *in laud. diss. de Super. territ. p. 13. seqq.* ubi etiam penitius eam explicat: tùm & quæ brevioribus adhuc concepta est verbis Dn. Hennig. s. Author. *Meditat. ad Instr. Pac. C. S. in tract. de sup. territ.* ubi ad *Spec. 4. mant. 1. p. 3.* superioritatem territorialem accuratius definiri non posse existimat, quam quod sit Jus Imperii sub summo proximi reale & proprium, ubi etiam nervosè adornatam eam definitionem pluribus eleganter declarare satagit. Diximus quod duæ posteriores allatæ definitiones ferè cum illâ, quæ â nobis priori loco tradita est, conveniant: Siquidem aliquid discriminis intercedit: in Lynkeriana etenim Superioritas territorialis saltem *Statibus* tribuitur, ex illâ qua utitur hypothesi, quod non nisi Statibus, minimè verò Nobilibus Immediatis competat *d. l. p. 16. jung. ejus diss. de Immed. Civ. Imp. R. G.* §. *14.* quos tamen & hoc jure, suo utique gradu gaudere, *supra* §. *2.* jam per plures firmavimus allegationes: quibus robur accedit non tantum ex communiori Dd. calculo & rationibus, quas hanc in rem congessit Knipschild. *in Tr. de Priv. Nob. & Ord. Equ. l. 3. c. 1. n. 2. & plur. seqq.* Sed & *arg. Capit. Cæs. novior.* Leopoldi, Josephi *art. 3.* & Caroli VI. §. *1.* ibi: Sambt der unmittelbahren freyen Reichs-Ritterschafft. Quò vel maximè pertinet Diploma Cæsareum ab Imperatore Leopoldo glorios. memoriæ anno 1698. Nobilitati immediatæ Suevicæ indultum, die Handwercks-Zünffte betreffend: ubi ita: Als verordnen Wir, setzen, statuiren, erkennen und befehlen aus Kayserl. höchst-vollkommener Macht, rechten Wissen, zeitlichen Rath und Gutbefinden, daß ꝛc. der Gewalt Handwercker anzunehmen, aus der Ritterschafft und Dero Mitglieder Immedietät, privativen Erb-Huldigung der Unterthanen und der NB. daraus sich ergebenden Lands-Obrigkeit ꝛc. vid. *infrà pluribus* quæ ratio est, cur potius in genere *Territoriorum Imp. Immediatorum Dominis* adscripserimus. Deinde eam etiam restringit ad territorium cujusque *suum* nos verò indefinitè territoriorum

Alii ferè eodem modo definiunt.

In quibus definitionibus tamen aliquid subesse discriminis ostenditur, & explicatur.

immediatè Imperio ſubjectorum mentionem injecimus. Fieri nâmque poteſt, ut quis Superioritatem territorialem etiam in *alieno* territorio exercendi facultatem ſibi quæſitam habeat, ad inſtar ſervitutis cujusdam in prædiis conſtitutæ, per tradita Magnifici Dn. Præſidis *in Diſſ. de mod. taxandi jurisd. th. 8. p. 29.* ubi & alii adcitantur, quod inſolens videri non debet; vid. Dn. Donauer *in diſſ. de Jurisd. in territ. alien. per tot. inprimis in c. 2. th. 4. ſeqq.* adeo ut & hæc ita quæſita dici poſſit *jure proprio* aut *patrimoniali* quod dicunt, alicui competere: utut diſſentiat Dn. de Lyncker. *d. l. p. 17.* Eâ verò quâ Dn. Hennig. utitur laudem quidem meretur accuratioris cujusdam notæ, quo brevius eſt concepta, ſed ex verbis iſtis adſtrictioribus ſubobſcura aliquantulum reddi videtur, ſaltem ex iis, prout jacent, non ſtatim cuilibet obvium eſt, per eam definitionem intelligi ſuperioritatem territorialem in noſtro quæ viget Imperio. Neque enim Reipublicæ Romano-Germanicæ neque territoriorum ad eam pertinentium ulla, ne quidem per æquipollens, inibi fit mentio: ſiquidem & vocabulum, quod adjicitur, *reale*, uti nec ſuperaddita vox *proprium*, id ſatis evidenter ob oculos ponit, cùm & in alia quadam Respublica forſan & ſimile quoddam ita ſublime jus inveniri poſſet, quod vel ipſius laudatiſſimi Authoris explicatio verborum, *reale* & *proprium*, quorum æquivocationem removere opus fuit, innuere videtur. De cætero in eo ferè omnes conveniunt, quod ſuperioritas territorialis definiri debeat per poteſtatem ſummæ poteſtatis aut majeſtatis æmulam, ei analogam, proximam, ſubordinatam, quæ gradum ordinis ſatis diſcernit ſecus ac putat L. B. de Lynker *d. l. p. 14.* quando ſubordinata dicitur *in Immedietatis Imperii noſtri territoriis*, aut quando ei vox immediatè ſignificantiùs adjungitur, aut poteſtatem Imperii poſt Imperatorem ſummi, vel immediati poſt Cæſarem regiminis, aut Jus Imperii ſummo proximi, quæ omnia & ſingula in idem recidunt, & quænam id generis alia ſunt Epitheta, quibus naturam ejus explicatiorem reddere & ad vivum repræſentare omnimodo allaborant. Definiunt alii nonnulli eandem per poteſtatem *Majeſtaticam* verè & abſolutè talem aut *independentem* Perſonatus ille Joh. W. Relfendſo Heromontanus *in Tr. de Summa Princ. Germ. Pot. c. 3.* Bernh. Köhne *in diſſ. de modern. ſtat. Elect. Sacr. Imp. p. 56. ſeqq.* & noviſſimè adhuc Dn. Joh. Wilh. Gœbel. Prof. Jur. Helmſtad. *de Juribus Procer. Imp. Majeſtaticis c. 2. §. 2.* ubi Proceribus Imperii, non tantum quatenus

In eo ferè omnes convenire, quod ſit poteſtas ſummæ poteſtatis æmula, & analoga & proxima.

An majeſtatica verè & abſolutè talis aut independens dici queat? id nonnulli aſſerunt.

nus cum Imperatore in comitiis sunt congregati, & tanquam coimperantes & Majestatis Cæsareæ participes ad gubernacula Imperii sedent, sed & quatenus ut singuli & tanquam suorum territoriorum domini atque regentes considerantur; Majestatem absolute talem asserere & vindicare audent, idque partim authoritatibus partim & rationibus hanc in rem congestis. Quibus alii se opponunt & nec *illas* sufficientes aut rei ipsi convenientes, nec *has* satis concludentes, nec probantes, quod probare debebant, asserunt, adstruentes insuper ex Authoribus hanc in rem conductis potiores si penitius inspiciantur, vix intelligi posse id seriò verbis asserere voluisse, tantum abesse, ut re ipsa id constabilire intendant e. g. Rhetium *in Inst. Jur. Publ. L. 2. t. 1.* §. 10. primis definitionis suæ verbis, ut & alibi passim eandem quidem appellare potestatem summam, sed posterioribus verbis iterum ita temperare, ut facile inde judicari queat, illum summitatem illam, liceat ita loqui, intelligere saltem in certo statu, certoque gradu talem quæ analogum quid summitati indicat, quia ei proxima aut immediatè subordinata, quippe quæ superiorem alium adhuc agnoscit, quod innuere videntur ista quæ ibi sequuntur verba, *nisi Restrictio vel Lege publica vel pactis cum subditis appareat* junct. §. 8. præc. ubi expresse quod Status Imperii certo modo Imperatorem & Imperium agnoscant superiores. Nec aliud ferunt judicium de Coccejo *in Jurispubl. Prud. c. 2.* §. *7.* scil. illum quidem etiam eandem per summam potestatem definire, sed expresse superadjicere, quod id intelligi debeat, *salvo Jure Imperii,* illudque ipsum ita explicare, quod summa sit *relativè* & eo in sensu, uti alias dicitur jus territorii sublime. Ad Dn. Vitriar. quoque *in Inst. Jur. Publ. l. 3. t. 15. n. 5.* nimis confidenter provocari, cum hic superioritatem territorialem non definiat per potestatem summam, potiùs verò expresse *ibid. Lit. a.* scribat, esse eam Imperatoriæ Majestati subordinatam: Et *in* §. *6. seqq.* ulterius hoc confirmet, & contra eos qui eam simpliciter majestaticam pronunciant, disputet. Nec aliter judicandum esse de pronunciato Mageri *de Adv. arm. c. 6. n. 84.* scribentis, quod Status Imperii respectu subditorum suorum Majestatem habere dicantur, attamen non diffitentis, eos Principem Summum aut Imperatorem pro Superiori recognoscere *in d. c. 6. n. 66. 73. & passim.* Reliquis vero qui seriò ita opinari malunt, vel maximè obstare nexum illum plus quam notorium, qui inter territoriorum immediatorum Dominos ex una, &

Quod alii *&* communiter negant. & contra nitentes *vel* non seriò ita loqui, *&* sibi ipsis in scriptis suis contradicere contendunt.

Vel si qui seriò ita opinari malint,

iis rationes varias in contrarium opponere satagunt, Quæ recensentur.

& inter Imperium & Imperatorem ex altera parte intercedit, ex terrarum suarum ab imperio descendentium eoque casu contingente redeuntium feudali recognitione & Imperiali investitura illos ad fidem & obsequia obstringentem Dn. D. Schwed. *in Introd. Jur. Publ. Part. Spec. S. 2. c. 10. §. 3.* Idque conspicuum reddi vel ex sola Juramenti formula, quam exhibet B. Dn. Sam. Stryk. *in Ex. Jur. Feud. Append. n. 14. seqq.* Ordnung des Land-Friedens zu Wormbs de Anno 1521. Tit. Handhabung des Land-Friedens, 21. §. daraus befehlen wir allen und jeden obbeschriebenen, Euch auch hiemit aus Römischer Kayserlicher Macht bey den Eyden und Pflichten, die Ihr uns von des Reichs wegen insonderheit gethan, und bey den Gehorsam, den Ihr uns als Römischen Kayser, schuldig seyd, auch bey Verlust aller Kayserl. Gnaden, Privilegien und Rechten, so Ihr von Uns und dem Reich oder sonsten habt. Qualia sane scribi nec solere, nec Jure propitio posse ad eos qui Majestate absolutâ pollent, judicat Vitriar. *d. l. §. 6. lit. a.* vid. Joh. Guil. Itter. *d. feud. Imp. c. 9. §. 38.* ubi Juramenti à Ducibus Brunswico-Luneburg. præstare soliti formulam exhibet, cum quibus conveniunt quæ rei huic quoque convenienter scribit Dn. de Seckendorff. im teutschen Fürsten-Staat *p. 2. c. 2. n. 1.* verb. daß dannenhero ein teutscher Fürst 2c. *& n. 2.* verb. daß eine Fürstliche Hoheit nicht gar absolut seyn, sondern auf Kayserl. Majestät und das Heil. Reich Ihren unterthänigsten Respect habe: quem hanc in rem laudant Dn. Vitriar. *d. l.* & Excellent. Dn. D. Schweder *d. l. §. 3.* & *in fin. ibid.* subjiciens, nec facilè ipsos Status id diffiteri, quod & exemplo confirmat Mauritii Landgravii Hassiæ ex vero ita edicentis: *Tria Studia ruinam Imperii procurare: Primum eorum, qui caput imperii nostri absolutum non limitatum exoptant: Secundum eorum, qui libertatem Statuum deprimunt, ut servire quam obedire malint: Tertium eorum, qui dictam Statuum libertatem ita extendunt, ut legibus quibuslibet Imperii soluti quam ligati apparere malint* add. quæ latè deducit Itter. *de feud. Imp. c. 9. §. 42. & plur. seqq.* In vanum hic quoque laborare contendunt, qui hæc talia saltem ad meras titulorum consuetas formulas atque figuras, aut externi honoris ad Stylum Curiæ aptatos apparatus referre audent & amant. Ipsæ namque Provocationes ad summa Imperii tribunalia, inde emanantes causarum decisiones, commissiones, mandata, Privilegiorum de non appellando, & id genus aliorum Impetrationes, con-

conceſſiones, querelas de denegata aut protracta juſtitiâ & ad eas non infrequenter obtentas medelas, & quæ ſunt ſimilia alia, quæ per quotidianam ferè experientiam, ſe dant in conſpectum, inde arguentes, hæc eſſe rerum verè ita ſe habentium prægnantiſſima pondera, non vero mera verborum & titulorum involucra. Nec rationes à Dn. Gœbel. *d. l. p. 45.* adductas, partim à præcedentia Proceribus noſtris præ Rebuspublicis indulta vid. Capit. Cæſ. Leop. Joſephi *art. 5.* & Car. VI. *art. 1.* partim â pari cum Regibus dignitate & quæ ſint ſimilia, petitas pro Majeſtate verè & abſolutè ſic dicta Proceribus Imperii ſecurè aſſerenda, ſatis ſtringere, imprimis quoque nec ex titulo illo: Dei gratia, quem à longis usque temporibus Principes noſtros jure ſuo uſurpaſſe, in propatulo eſt, hoc præcisè ſequi, quod ſupponunt, eſſe eum ſimpliciter notam imperii abſoluti & à nemine niſi à Deo dependentis, vid. hac de re pleniùs Hert. *de ſuper. territ.* §. *86.* poſt plures alios Dn. D. Schweder *d. l.* §. *4. p. 822. ſeqq.* Quæ omnia quam erudite & quam ſpeciosè hinc inde diſputentur, de eo forte data occaſione in conflictu pluribus agendi & diſſerendi copia erit, & relicto cuilibet deſuper judicandi pro eo, quo abundat ingenio, liberiori judicio, & relicta quoque cuilibet ſua, qua delectatur, libertate terminis aut dictionibus utendi aut abutendi, vel in ſenſu ſuo proprio vel improprio aut analogo. Hoc tamen exinde certiſſimum redditur quod ex omnibus iis rectiſſimè evincere detur, Proceres imperii eo ipſo dum dicuntur ſuperioritate territoriali gaudere, præeminere omninò ſublimi tali imperii aut regiminis Jure, quod poteſtatem in regendis territoriis, Provinciis atque ditionibus deſignat ſummæ poteſtati proximam & majeſtatem veræ majeſtatis æmulam atque analogam aut immediate ſubordinatam, quod modo intimavimus, ſalva tamen ſemper Imperatoris & Imperii Majeſtate. Quod & ipſi Principes noſtri hactenus diffiteri noluerunt, nec diffitebuntur in poſterum, quam diu ab **Imperii nexu**, in hunc usque diem iis non ſiniſtro, ſe diſſolvi non **præoptant**: quod an ſatis fauſto ſydere unquam futurum ſit, temporis ſucceſſus demum edocere poterit vid. Dn. de Lynker *de ſuper. territ. p. 83.* Interim ſufficit omninò ex vero ipſis aſſerere regendi Jus prorſus ſublime aut ſupereminens in terris ſuis, quocunque tandem nomine appellitetur vid. quæ ſcribit Dn. Hert. *d. ſuper territ. th. 68.* quamvis diverſitas quædam in eo appareat, quod pro ſuperiorum eminentiori ſtatu, alio atque alio dignitatis aut conditionis

Quæ, quam ſpeciosè diſputentur, de iis in conflictu, relicto cuilibet arbitrio loquendi vel propriè vel impropriè Sufficere verò hic poſſe quando ex vero demonſtretur hanc poteſtatem eſſe ſublime planè *aut* ſupereminens in territoriis regendi jus, utut diverſum pro conditionis gradu diverſo, quod oſten-

gradu

duut diversa quâ distinguuntur epitheta aut prædicata.

gradu aliter atque aliter insigniri debeat atque soleat, maximè Germanico nostro idiomate, quo quæ Electoribus, Ducibus, Principibus &c. competit communiter & recte vocatur die Lands Fürstliche Obrigkeit, die Lands Fürstliche Hohe Obrigkeit, quæ Comitibus die Gräfl. hohe Obrigkeit, quæ civitatibus Imperialibus die Stättlich oder Stättisch Hohe Obrigkeit, Bottmäßigkeit, laud. Dn. D. Schweder *d. l.* §. 5. *p.* 823. Knipschild *de Jur. Civ. Imp. l.* 2. *C.* 5. *n.* 22. *& de Jur. & Priv. Nobil. Immed. L.* 3. *c.* 1. *n.* 10. & quæ Nobilibus Immediatis asseritur, die Adeliche Lands-Obrigkeit Knipschild. *de Jur. Civ. Imp. d. l. n.* 22. aut in genere die Lands Hohe Obrigkeit, Lands-Herrliche Bottmäßigkeit, Ober-Herrlichkeit und Gebieth, Hohe Ober- und Gerechtigkeit, Zwing und Bann rc. vid. Knipschild. *de Nob. Lib. d. l.* §. 9. textus ex Constit. Imp. pro usitatis talibus appellationibus adcitans, quomodo omnibus & singulis, similibusque aliis qui superioritate territoriali præeminent, in generica hac descriptione tribuitur, quæ tamen pro singulorum subjectorum prærogativa & conditione specificum aliud Epitheton proprium sibi suo jure vindicat.

§. VI.

Præscriptio Superioritatis Territorialis acquisitiva definitur.

Naturâ terminorum, rerumque sub illa contentarum ita satis ad oculum repræsentatâ, transire nunc debemus ad ipsam definitionem realem præscriptionis superioritatis territorialis acquisitivæ, quæ omnium optimè ita concipi posse videtur, quod sit modus Superioritatem Territorialem, ejusque Jura, per continuationem quasi possessionis temporis legibus & moribus definiti legitime acquirendi.

§. VII.

Dividitur 1. ratione objecti in eam, quâ acquiritur cum ipso territorio simul & eam, quâ seorsim, territorio apud dominum manente, acquiritur.

Dividi potest hæc Præscriptio variè & 1. Ratione *Objecti* in eam, quâ acquiritur Jus Superioritatis Territorialis *conjunctim cum ipso Castro aut territorio*, quo usucapto & præscripto & qualitas ea huic inhærens in vicem assessorii & pertinentiarum jure veniens insimul præscripta censetur; aut uti alias loquuntur *in Concreto* consideratæ: & in eam quâ Superioritas territorialis *seorsim* & *in se tantum*, & quidem etiam ut qualitas quædam prædii, & jus passivè prædio inhærens spectatur, attamen non aliter ac res quædam *per se subsistens* & *proprio suo Jure* abstrahendo à præscriptione prædii, fortean præscribentis jam antea proprii, aut jure dominii ad alium pertinentis, & penes eum in posterum quoque ita manentis velut

in

in abstracto considerata acquiritur vid. quæ scripta extant apud Magnif. Dn. Præsid. *in Diss. de modo taxandi Jurisd. th. 8. p. 29.* cum Knichen, Mantica, Matth. Stephani, Lud. Hugone & aliis *ibidem* adcitatis.

§. VIII.

2. Ratione causæ constituentis in præscriptionem superioritatis territorialis *titulatam* & *non titulatam*, sive quod hîc nobis idem est, in eam, quæ titulo non ostenso aut non probato non procedit, & eam quæ vel titulum planè non requirit, ut plurimi Doctores loquuntur, vel contenta est titulo saltem præsumpto, quæ, utut de illo titulo nihil constet, tamen ad finem suum decurrit & plenè absolvitur, efficax omninò ad plenissimum suum, qui inde propitio jure sequi potest & debet, effectum: quarum *illa* evenit in Præscriptione Superioritatis territorialis vel in *Concreto* spectatæ, quando ipsum prædium, castrum & territorium præscriptione acquiritur insimul & cum eo ipso superioritas territorialis, quæ *passivè* & *materialiter* territorio, districtui & glebæ inhæret & incubat tanquam nebula supra paludem, aut velut servitus quædam fundo connexa dicitur, post alios Reinking *d. R. S. & E. L. 1. cl. 5. c. 1. n. 7.* Ming. *de Sup. Territ. th. 9. & ibid. cit. add.* Magnifici Dn. Præsidis *supr. cit. Diss. de mod. tax. Jurisd. th. 8. p. 29. in fin.* tanquam pertinens & accessorium quid territorii acquiritur, ut hîc obtineat, quod alias dicitur, cujus est territorium, ejus & regulariter jurisdictio ei incumbens aut adhærens, Meischner. *1. dec. 7. n. 8.* quo in casu præscriptio 10. inter præsentes & 20. annorum inter absentes sufficere tradunt Matth. Steph. *de Jurisd. l. 1. c. 38. n. 33.* B. Dn. Fromman. *de Condom. territ. th. 14.* vel etiam in *abstracto* spectatæ quando jus superioritatis terrirorialis citra prædium, quod domini sui manet, acquiritur, in hujus tanquam alterius territorio exercendum: quo in casu iterum ad instar aliarum rerum incorporalium veluti servitutum, itidem sufficere lapsum temporis vel decennalis vel vicennalis *p. L. fin. in fin. C. d. præscript. long. temp. L. fin. C. de servit.* Dd. statuminant, utique in casu ubi servitutes sint continuæ, secus si sunt discontinuæ, quibus jura territorialia communiter comparantur, indeque & in his præscribendis, ex communi Dd. opinione immemoriale tempus exigunt, vide paulò abhinc & infra adhuc pluribus, idque sive talis præscriptio decurrit adversus Constatus, sive adversus similes alios etiam privatos Thom. Michael. *de Jurisdict. th. 63.*

2. Ratione causæ in titulatam & non titulatam. Titulata quænam dicatur.

Quæ locum invenire potest, & in præscriptione superioritatis in concreto & seorsim facta.

th. 63. lit. f. & g. Dn. L. B. de Lynker. *de Sup. terr. p. 42.* quarum sententia prior quidem analogiæ Juris nostri Romani propius accedere videtur Pauermeister. *de Jurisd. Imp. Rom. L. 1. c. 23. n. 27. seqq.* quamvis secundum communiorem Doctorum sententiam modernis moribus etiam communius receptam tempus immemoriale aut secundum nonnullos alios longissimi temporis 30. vel 40. annorum decursus requiratur. Hîc tamen id sufficere potest, quod in illa longi saltem temporis præscriptione titulo opus sit utroque illo casu, ut & bona fide, eaque probare necesse habeat, qui ejusmodi in Præscriptione suam intentionem fundare discupit, quibus probatis talis præscriptio suum operatur effectum, ita ut etiam superioritas aut jurisdictio illa territorialis possessori vel quasi acquisita sit, utut tempus immemoriale non, sed saltem longum illud tempus effluxerit. Laud. Dn. D. Frommann. *th. 14. in fin.* Contra verò *hæc* quæ non titulata audit sine decursu temporis immemorialis invalida dicitur, eo verò elapso efficax redditur, etiam adversus Imperatorem & Imperium, ita ut per continuationem talis quasi possessionis superioritatis possidenti illi rectè acquisita censeatur, etiam sine titulo, quippe qui in lapsu temporis, cujus nulla in contrarium extat memoria, contineri creditur, cujusque locum implet tanti temporis possessio vel quasi. *c. 4. x. de Præscript.* cum & vim constituti *l. 3. §. 4. ff. de aqu. quot.* consuetudinis & legis *l. 1. in fin. cum l. seq. pr. ff. d. aqu. & aqu. pluv. arc.* privilegii *c. 26. §. præterea x. d. V. S.* expressæ concessionis etiam à Principe factæ Reinking. *de R. S. & E. l. 1. Cl. 5. c. 2. n. 26. seqq.* Ming. *de Super. Territ. §. 26.* B. Dn. Lauterbach. *de variet. temp. art. ult.* & post immensum Doctorum numerum B. Dn. D. Harpprecht. *de Præscript. imm. à collect. §. 30.* ubi quod & se habeat in vicem Privilegii ex certa scientia à Principe indulti, & tantum possit, quantum Princeps supremus cum causa & ex plenitudine potestatis, hancque sententiam quoad Regalia & alia similia eminentiora jura etiam quoad præscribendam superioritatem territorialem contra Imperatorem & Imperium in nostro imperio receptissimam esse testatur Rosenthal. *de Feud. c. 5. concl. 26. n. 1. seq.* Klok. *in relat. camer. 72. n. 73. sq.* communem hanc opinionem asserens. Alii quod jam intimavimus, longissimo tempore 30. l. 40. annorum sufficere putant ad talium jurium præscriptionem *l. fin. C. de Præscr. long. temp. c. ex literis x. de Jur. Patr. c. cum olim x. d. Præscript.* Matth. Steph. *de Jurisd. l. 1. c. 38. n. 33.*

Non titulata verò immemoriale tempus requirit.

Etiam sine titulo.

Rationes cur ita?

n. 33. Gentil. Pistor. & alii apud B. Dn. Maurit. *P. 1. cons. 1. n. 9.* Longoval. apud Pauermeist. *de Jurisdict. Imp. L. 1. c. 23. n. 26. in fin.* Michael. *de Jurisd. concl. 63. lit. b. seq.* Henniges *de Super. terr. p. 14. §. 20.* ubi diversas sententias diversimodè vel longissimum l. plane immemoriale tempus ad præscriptionem superioritatis territorialis requirentium conciliare hoc modo allaborat: ut *cum titulo & bona fide quadraginta* annis hoc jus præscribi possit, immemoriali verò etiam *sine titulo* solâ continuæ possessionis & exercitionis virtute, etsi possidendi habendive principium vitiosum fuerit, veluti violentum. Quæ iterum hîc nobis ostendunt, differentiam inter præscriptionem hujus juris *titulatam* & *titulo carentem*, ita ut *illa* breviori tempore, & vel longo l. longissimo, *hæc* verò non nisi latissimè excurrente veluti immemoriali tempore absolvatur: in quo etiam concordant antea allegati Stephan. & Michael. *dd. ll.* B. Dn. D. Fromm. *de Condom. territ. th. 14. circ. fin.* aliique qui insuper distinguunt, an præscriptio decurrat *contra Imperium & Imperatorem*, quam requirere tempus cujus initii memoria non extat per R. I. Aug. d. Anno 1548. §. wenn auch 56. ibi: wann gegen Ihn nicht dargethan werden könte, daß Er je in Menschen Gedächtnüsse 2c. Et §. Hätte aber 59. §. Wann aber innerhalb Menschen Gedancken 64. an contra *alium*, quam pro diversitate casuum vel longo l. longissimo tempore contentam esse adstruunt Dn. Donauer. *de Jurisdict. in terr. al. c. 2. th. 40.* Knipschild. *de Nob. l. 3. c. 1. n. 57.* & *de Jur. Civ. Imp. l. 2. c. 5. n. 53.* L. B. de Link. *d. l. p. 42.* Quamvis alii simpliciter immemoriale tempus requirant, ubi superioritas sine territorio acquiritur Dn. D. Schweder *d. S. 2. c. 10. §. 9.* Dn. Hert. *de Super. terr. §. 61.* Brunn. *Cons. 167. n. 2.* ibi: Es ist unlaugbahr, daß nach gemeiner Meynung der Gelehrten alle Jura und Regalia, so per Privilegium Summi Principis mögen erhalten, auch durch undencklicher Verjährung, wann sie also beschaffen, daß kein Mensch eines Contrarii Actus sich erinnere, und der Superior, wider welchen die Verjährung läuffet, dessen nicht unwissend, können erworben werden.

§. IX.

3. Dividitur ex *adjuncto temporis* superioritatis territorialis præscriptio in eam, quæ *longo tempore* 10. vel 20. annis perficitur, quando insimul cum territorio præscribitur, & in eam quæ *longissimo* 30. vel 40. annis absolvitur, quæ sine dubio ex ratione juris va- 3. Ab adjuncto temporis in eam, quæ longo, *& qua* longissimo.

 lida,

lida, utique ſuis in caſibus modo indigitatis, judicari debet, ubi de titulo conſtat, res dubia eſt. Et quamvis alias quoque ex ſolo longiſſimi temporis lapſu titulus præſumatur & præſupponatur *l. 8. §. 11. C. de Præſcr. 30. ann.* Dn. Lauterb. *de variet. temp. art. ult. §. 6.* & D. Harp. *de Præſcript. immun. à Collect. th. 30. ſeqq.* ubi imprimis de quadragenaria immunitatis à Collectis præſcriptione id verum eſſe ratione tituli in ea quam maximè præſumti pluribus tum per generalitatem textus *in l. 4. C. de Præſcript. 30. l. 40. ann.* tum per *l. fin. C. de fund. Patrim.* ibid. penitiùs explicatam, tum *per c. 4. x. d. Præſcript.* adſtruit, quæ verior quoque eſt ſententia, quando rationem & analogiam juris ſectamur, & denique in eam quæ tempore immemoriali perficitur & abſolvitur, & uſu ferè communiùs obtinet, quod in ſpecie hoc ſuperioritatis territorialis jus, in ſe & in abſtracto conſideratum, non niſi hac immemoriali præſcriptione ubi de titulo non conſtat, acquiratur B. D. Fromman. *d. l. th. 14. concl. fin.* & moderni Doctores D. Schweder, Lynker. Hert. & alii *ſupra jam citati* quod extra dubium eſt, ubi præſcriptio contra Imperatorem & Imperium decurrit, in quo omnes communiter conſentiunt.

Et denique in eam, quæ immemoriali tempore abſolvitur.

CAPUT II.

De Cauſis hujus Præſcriptionis agit.

§. I.

Fundamentum Cauſamque remotam hujus præſcriptionis ex Jure Naturæ & Gentium repeti poſſe ſtatuitur atque firmatur.

FUndatur hæc ſuperioritatis territorialis perinde ut aliarum rerum aliorumque ſimilium jurium præſcriptio in jure & *naturali gentium & Civili*, eoque quod obtinet tum ex LL. Romanarum tum ex Conſtitutionum Imperii noſtri R. G. principiis. Quod ad *illud* ſpectat rectius ſentimus cum illis qui ſtatuunt, quod uti uſucapio ita & præſcriptio, inprimis quæ eſt ſive longiſſimi ſive plane immemorialis temporis, inter modos dominia aut alia jura acquirendi, omni jure juſtos referri mereatur. Quamvis enim *externâ ſpecie* præſcriptiones aliquid à Jure naturæ alienum continere videantur, imprimis ex hac ratione, quod æquitati naturali omninò adverſetur, id quod meum eſt ſine facto meo in alium transferri *l. 11. ff. de R. I. §. 2. J. d. his qui ſui l. al. jur. l. 2. ff. eod.* & alterum cum damno alterius locupletari *l. 14. ff. d. cond. ind. l. 206. ff. d. R. I.* re verâ tamen, modò ex circumſtantiis ſuis juſtificis prudentiùs perpenſis æſtimentur, nihil ejusmodi in ſe habent, potiùs verò conſentiente,

imo

imo dictante ratione juris naturalis justæ pronunciari debent, dum sequuntur negligentiam dominorum aut possessorum priorum, & quam ista tùm derelictionis præsumtionem inducit, tùm amissionis pœnam meretur, insuper publici boni rationem quam maximè sectantur, quæ in eo consistit, ne dominia aliave jura diutius maneant in incerto, & ex ea incertitudine confusiones oriantur non facile exsuperabiles litesque, quam optimè fieri possit, præcaveantur vel amputentur *L. fin. ff. pro suo.* Egregiè pro more suo hanc in rem Mev. *in Nucl. Jur. N. & G. insp. 6. §. 24. n. 2. & §. 32. n. 4.* Struv. *in S. I. C. Ex. 43. § 2. & ibid.* Müll. *in addit. lit. d.* Harpprecht. *in Comment. ad pr. J. de Usucap. imprimis n. 40. seqq.* ubi ad contraria respondet & nihil alieni ab æquitate naturali subesse statuminat Dn. Coccej. *d. Præscript. imm. c. 4. n. 2.* ubi præcedentibus & hanc jungit rationem cum iis coincidentem ne possessores perpetuò quasi amittendarum rerum metu convellantur *L. 7. pr. C. d. Præscript. 30. ann.* sed finis sit omnis solicitudinis & litium periculi add. Magnif. Dn. Præses Fautor pia mente semper colendus *in Posit. Contr. ad L. 2. J. tit. prior. th. 9.* Et ex hisce rationibus etiam *Gentium consensus* facilius usum præscriptionum recepit, atque induxit Mev. *d. l. §. 24. n. 2.* ita ut etiam obtineat inter gentes quà gentes & non tantum inter eos, qui ejusdem Reipubl. sunt concives, sed etiam inter eos qui eadem Republicâ non comprehenduntur, Jure Naturæ & Gentium saltem gaudentes Grot. *d. J. B. & P. L. 2. C. 4. §. 1.* ubi Vasquium hoc negantem refutat, adstruens quod, si cum eo statueretur, controversias de Regnis Regnorumque finibus nullo unquam tempore extingui, maximum inde secuturum sit incommodum, ex quo non tantùm multorum animi perturbarentur, & bellorum semina copiosè projicerentur, sed & id ageretur, quod communi Gentium sensui repugnaret. Id quod etiam convalidare allaborat & exemplis variarum Gentium hoc præscriptionis Clypeo identidem se defendere assuetarum, inprimis Hebræarum & Græcarum tam ex sacris quam profanis historiarum monumentis maximè exemplo Jephtæ Ammonitarum Regi trecentorum annorum possessionem objicientis ex *Judic. c. 11. v. 26. sq.* vid. tn. B. D. Cancell. D. Osiand. *in not. ad Grot. d. l.* quod & ulterius confirmant Ziegler. *in not. ad Grot. d. l. num. 1.* Conring. *d. finibus Imperii c. 19.* Hahn. ad Wesenbec. *tit. ff. d. Usucap. n. 9.* & in specie quoque de Principum bonis & juribus tempore legitimo præscribendis Marc. Rhod. *d. præsc. bon. Princ. c. 2. n. 26. sq.* B. Dn. Harpprecht. de *præ-*

script.

Pariter & ex Jure nostro Civili.

script. immun. à. collect c.2. §. 1. sq. Quod vero ad jus nostrum *Civile*, quo in Imperio R. G. utimur, attinet, indubium omninò est, quod LL. Romanis præscriptiones tanquam modi dominium aliave jura acquirendi justi, suam acceperint substantiam & efficaciam plenissimam, quippe quæ eas sibi quasi proprias fecerunt, formâ specificâ iis superinditâ, multisque singularibus tùm circa modum tùm circa tempus desuper inductis, quo respectu quoque modi dominium ut & alia jura acquirendi *Civiles* appellantur *pr. J. d. Usucap. L. 3. ff. eod. L. 3. cum sqq. L. 8. §. 1. C. de Præscript. 30. l. 40. ann. L. fin. C. de fund. Patrim. L. 23. cum Avh. sqq. C. d. SS. Eccles. Nov. 121. c. 6.* Cum quibus concordant & Jus Canon. *in C. 1. de præscript. in 6.* in specie quoad præscriptionem immemorialem Constitutiones Imperii, uti constat *ex R. I. Aug. de anno 1548. §. 56. 59. & 64.* non minus & mores moderni etiam in acquirenda per præscriptionem superioritate territoriali, quæ in specie hujus considerationis est objectum, quod patet ex jam supra deductis & infra porro deducendis.

Etiam ex Jure Canonico & Constitutionibus Imperii, & moribus modernis.

§. II.

Secundum harum LL. normam ut tale Jus territoriale acquiri possit pro *Causa efficiente proxima* requiritur 1. possessio vel quasi, quæ ad omnem usucapionem vel præscriptionem, quâ dominium vel simile aliquod jus acquiritur, sive inchoandam sive consummandam præsupponi debet *L. 25. ff. de Usurp. & Usucap.* eaque 2. ratione finis *Civilis*, quæ conjuncta est cum affectu & animo dominium, ubi scil. agitur de re corporali, aut jus illud quod in rebus incorporalibus loco dominii est, & dominum quamvis non *formaliter*, attamen effectivè talem dicit, acquirendi *L. 55. ff. d. O. & A. L. 13, pr. ff. d. Usurp. & Usucap.* Quemadmodum enim in præscriptione servitutum etiam Civilis possessio requiritur, & civiliter ratione finis quasi possidere dicitur, qui re alterius jure servitutis & quidem servitutis sibi constitutæ, quæ quamvis non sit in ejus *dominio strictè* sic dicto, tamen in bonis ejus esse censetur, utitur *L. 10. 11. 18. L. fin. ff. serv. quem amitt.* ita & in præscriptione superioritatis territorialis civilis possessio necessaria esse recte dicitur, quâ quis eam exercet ad eum modum, quo eâ utitur tanquam sibi suo jure quæsitâ aut instar domini. 3. Requiritur etiam *titulus*, qui est justa ad dominium aliàs acquirendum habilis causa, & quidem *verè non putativè* interveniens de regula *L. 27. ff. de usuc.* nisi justa excusabilis erroris causa doceri possit, quo casu titulus etiam putativus per exceptionem à regula justam facit posses-

Ratione, causæ efficientis proximæ requiritur.

1. Possessio *vel* quasi eaque.

2. Civilis conjuncta cum animo *aut* affectu dominium, *vel* aliud aliquod jus acquirendi.

3. Titulus & quidem regulariter verus, *non* putativus.

possessionem per *L. 11. & L. 2. ff. §. 15. pro empt.* & qui tali titulo niti vult, eum probare necesse habeat *L. 2. ff. d. Prob. L. 10. C. d. non num. pec.* cum exceptionem usucapionis & praescriptionis allegans eam probare debeat, cum omnibus suis requisitis, inter quae etiam est titulus Bach. ad *Tr. 2. d. 22. th. 5. lit. H.* add. Magnific. Dn. Praeses *in Collat. Sect. 11. th. 2. p. 22.* quod utique juris est tralatitii & hic quoque applicabilis in *praescript. 10. l. 20. annor.* non tantum, quando superioritas territorialis cum ipso territorio mediante hac praescriptionis specie acquiritur, sed etiam quando sola haec sine territorio tanquam, separatum, & per se subsistens jus longi temporis praescriptione alicui acquisitum dicitur, siquidem & sic titulum in casu, quando e. gr. à non domino quem dominum esse crediderit, hoc jus in complexu suo emtione, donatione aut simili alio titulo sibi comparaverit, accedente usu & patientia, qua fit quasi traditio *L. 11. §. 1. ff. d. Publ. in rem act. L. fin. ff. de Servit.* perinde ac in aliis juribus veluti etiam in servitutibus longi temporis praescriptione quaerendis titulo omnino opus est *L. 24 ff. de R. V. L. 4. L. fin. C. d. long. temp. praescr.* quod latius deductum videre licet apud Magnific. Dn. Praesid. *in Disput. de Jure font. th. 9. p. 37. seq.* ubi insimul ad *text. L. 10. pr. ff. si serv. vind.* quem ut plurimum cum magna fiducia dissentientes objicere solent, respondet. Quando verò pro asserenda sibi superioritate territoriali quis opponit, aut allegat praescriptionem *longissimi* 30. vel 40. annorum, aut planè immemorialis temporis, ei sufficit titulus talis saltem *praesumtus*, quippe qui in decursu tanti temporis, maximè cujus initii memoria non extat, intervenisse supponitur atque praesumitur, ita ut sola tanti temporis quasi possessio, & per eam absolutae praescriptionis legitima demonstratio atque probatio sufficiat *L. 2. C. d. Praescript. 30. l. 40. ann.* quae est communior DD. conclusio in specie quoque quâ superioritatem territorialem ita acquirendam *per supr. all. in C. 1. §. 6. sq.* denique & 4. requiritur etiam *b. fides*, quae de Jur. Canon. & moribus nostris omni omninò tempore adesse debet & in praescriptionibus longissimi *C. fin. x. d. praescript.* aut immemorialis temporis, imo etiam centenaria, cum enim mala fides easdem corruere faciat, & exceptio malae fidei post aliquot annorum myriades adhuc competere & opponi posse quasi communi ore dicatur post alios Fac. Jurid. Tub. apud B. D. Harpprecht. *in Cons. Tubing. 30. n. 29. sq.* quod tamen ita temperandum, ut procedat saltem *ubi de mala fide aperto constat*, vel in casu, quo

Datur exceptio: quem allegans probare tenetur in praescriptione temporis longi, non tantum ubi cum ipso territorio; sed & separatim atque sola eâdem acquisita praetenditur.

Non item in praescriptione temporis longissimi, *aut* immemorialis, in quali etiam praesumptus titulus sufficit.

4
Bona fides, quae de Jure Canonico, moribus etiam in praescriptione longissimi, immemorialis & centenaria requiritur,

eum exceptio m. fidei semper competat, quod limit. procedere saltem, ubi de m. fide, aperto constat, vel adversarius contrarium probare vult.

quo contra hîc militantem b. f. præsumtionem, quam præscriptio longissimi temporis nedum immemorialis juxta canones in se habet, etiamsi nullus possit allegari titulus, adversarius contrarium & possessionem m. fide vel cæptam vel ad finem perductam probare vult, in quo non impediendus, uti id pluribus jam deductum ap. Magnif. Dn. Præs. *in Collat. S. II. d. th. 2. p. 580. sq.* ubi & authoritates & præjudicia inveniuntur quorsum remittimus. Et hæc talia quoque in hac materia superioritatis territorialis præscribendæ observanda venire, constat ex eo, quod nullibi, ne hodie quidem excepta deprehendatur, ut & ex communiori DD. calculo, *de quo jam supra.*

CAPUT III.

De Subjecto s. de iis, qui ad superioritatem territorialem præscribendam habiles sunt, & adversus quos præscriptio talis decurrere potest, agit.

§. I

Subjectum activum constituunt 1. In genere omnes, qui res possessione, *vel* quasi sibi acquirere possunt.

IPsum rubrum hoc indigitat, *subjectum* hujus præscriptionis duplex esse, & *activum*, quod præscribit & *passivum*, quod præscriptionem patitur. Primò nobis agendum de *illo*, deinde de *hoc*. Sub nomine *subjecti activi* veniunt nobis 1. *in genere* omnes illi, qui quacunque usucapionis & præscriptionis specie res quasvis præscriptibiles s. corporales s. incorporales sibi acquirere possunt, quales sunt, qui res tales *civiliter* vel *verè* vel *quasi* possidere valent, animum & affectum dominii aliusve alterius juris acquirendi habentes, quippe sine quo jura talia non acquiruntur *L. 55. ff. d. O. & A.* idque indistinctè s. id agant singuli ut singuli, s. collecti in quandam communitatem aut universitatem, quia & civitates aut universitates civiliter possidere, adeoque usucapere aut præscribere possunt per *L. 7. §. 3. ff. ad exhib. L. 2. ff de A. vel A. P. vid. supr. c. 2. §. 2.* Deinde 2. & in hac hypothesi omnes illi, qui territorium aliquod juraque territorialia civiliter possidere sibique acquirere valent. Territorium enim, quatenus accipitur pro universitate agrorum aut terrarum, jurisdictione munitâ, immediatis Imperii civibus competente, & jus superioritatis die Lands-Obrigkeit, ei quippe hodie annexum, involvente, uti post B. Dn. Stryk. *de Jurisd. circumsept. c. 1. num. 58. recte definit.* B. Dn. Fromm. *de Condom. terr. Cap. 1. §. 3.* subjectum superioritatis territorialis commune, quod *materiale* vocant, constituit, in quo ex Legis providentia s. consuetudine hæret perpetuò, radicesque

2. Hic, qui territorium & jura territorialia civiliter possidere possunt. Territorium quomodo accipiatur, & subjectum

que suas agit & mediante demum agro seu territorio, eoque sive integræ alicujus provinciæ, in qua plura sunt oppida, sive unius urbis agrique adjacentis, terminis finiatur, personæ, quæ possidet, competit. Author *meditat. ad Instrum. Pac. Cæs. Suec. 4. eique adj. Mantis. 1. de super. territ. §. 13.* Ex qua diversa rerum consideratione, diversa illa, quæ apud JCtos & maximè etiam Juris Publici scriptores invenitur vocis territorii acceptio, quâ interdum illud *activè & formaliter* sumunt, pro ipsa superioritate territoriali die Lands Hohe Obrigkeit, interdum *passivè & materialiter*, pro terræ spatio hac jurisdictione munito, post alios From. *d.l. Cap. 6. §. 1. & sqq.* L.B. de Lynker *de super. terr. p. 10.* quæ illi uti etiam DD. loquuntur, incubat aut inhæret tanquam nebula paludi, & ceu umbra corpus sequitur, post alios Thom. Michael. *de Jurisd. concl. 144.* Ming *d. super. terr. §. 9.* B. Dn. Fromm. *d. l.* & 3. omnes illi qui territorium tale possident, quod recipiendo huic juri territoriali aptum est, quale est, quod Imperatori ac imperio immediatè est subjectum, sive, quod post territorialis sui domini potestatem & jurisdictionem nullius superioris agnoscit imperium, quam ipsius solius Imperii. Si enim alius in actibus jurisdictionis concurrere, & contra domini ordinarii mandata decernere, eumque hac ratione in usu juris sui impedire potest, tunc territorium tale sublimis hujus juris propriè sic dicti, capax esse non potest, rectè ita advertente Authore *meditat. ad J. P. d. l. §. 13.* ubi hoc exemplo Principum in Silesia, quorum ditiones agrique, quos ibi possident, non ἀμέσως post dominorum suorum ordinariam jurisdictionem in imperii recidunt potestatem, sed intermedium Regis Bohemiæ in terris illis dominium recognoscunt, pluribus confirmare satagit. add. L. B. de Lynker *de super. terr. p. 64.* Insuper quoque 4. qui ratione personarum suarum atque conditionis suæ superioritatis hujus capaces existunt, quales propriè loquendo non sunt, nisi Cives imperii bonorum talium immediatorum jure territorii præditorum possessores. Si enim immmediati quidem sunt, territorium tamen nullum adhucdum habent, hoc jure actu gaudere non possunt, inter eos verò qui instructi sunt talibus bonis imperio immediatè subjectis, sublimis hujus juris capaces sine dubio omnes, qui sunt *Status* Imperii, strictè & propriè qui dicuntur Stände des Reichs referri debent, quod subjectum superioritatis territorialis *proprium*, quod *formale* etiam appellitant constituere statuminant laud. Author *mediat. d. l. §. 15.* quippe quibus eminenter & per excel-

superioritatis territorialis constituat.

& quomodo active & formaliter pro ipsa superioritate territoriali, & quomodo passivè & materialiter pro ipso terræ spatio cui inhæret accipiatur.

3. Qui possident tale territorium, quod recipiendo huic juri aptum est.

Quod est, quod Imperatori & Imperio immediatè subjectum est.

4. Qui ratione personarum suarum hujus juris sunt capaces, uti sunt cives Imperii bonorum immediatorum possessores.

Quales sunt præ aliis Status Imperii, quibus tale jus competit per excellentiam. Veluti Electores, Duces &c. Civitates quoque Imperii liberæ & immediatæ.

excellentiam tale jus tribuitur. Unde sua sponte, sequitur in Imperio nostro Electores, Duces, Principes, Comites &c. Jus superioritatis territorialis mediante præscriptione quoque sibi acquirere posse, vid. imprimis *Instrum. Pacis Osnabr. Cæs. Svec. art. 8.* §. *1.* & late Ming. *de super. terr. C. 3.* §. *12. sqq.* Non minus & eodem Statuum Jure Civitates quoque Imperii immediatæ atque liberæ, perinde ac illi Imperii Proceres & Potentiores ad hanc præscriptionem admitti debent tanquam superioritatis territorialis quoque capaces *arg. de art. 8.* §. *1.* Quo etiam quam maximè fecit declaratio Cæsar. in Comitiis Augusti. ann. 1582. facta, quam recenset Lehmann. in Chronic. Spirensi *L. 4. C. 4.* & ex hoc Dn. Burk. Gotthelff Struv. *in Diss. de Civit. Imp. territ. Claus.* §. *43 seqq.* & hæc quæ ipsis competit potestas non solum ex Cæsaris peculiari s. privilegiata concessione, aut solo usu immemoriali, sed cum fundamento in re, & quod conditionem status habeant, adeoque propriè & realiter competit, quam & Cives illarum nexu subjectionis omnimodæ agnoscunt, quod ipsi rei veritati & praxi notissimæ omnino est conforme, ut & idem propugnat & ab objectionibus nonnullorum vindicat laud. Dn. de Lynker *d. l. p. 65.* ubi insuper & *plenè* eandem iis competere adstruere non dubitat, & jam ante satis latè textibus & rationibus item authoritatibus adcitatis copiosius deduxerunt Ming. *de super. terr.* §. *19. & sqq.* Knipsch. *de Jur. Civ. Imp. l. 2. c. 4. n. 7. sqq.* & inter noviores quoque B. Dn. Hert. *de super. terr. L. 2. sect. 1.* §. *6. sqq.* Magn. Dn. Schweder *in Introd. in Jus Publ. Part. Spec. s. 2. c. 10.* §. *11. in fin. & in Diss. d. Pari nexu Civ. Imp. cum Imper. c. 2.* §. *7.* Dn. Gottl. Burk. Struv. *in S. J. P. c. 21.* §. *32. & in Diss. de territ. claus. Civit. Imp.* §. *22.* ubi & Dissent. præter Knichen *d. Subl. & Reg. territ. Jur.* §. *1. n. 304. sqq. ut & Velit. Apol n. 25. 120. & 130. sq.* qui præ aliis hac in re occupatus est Tennag. *de proc. decern. cl. 1. c. 10. n. 3.* Gylmann. *Symphor. tom. 3. verb. Civ. Imp.* & Ockel *in Tr. de reg. postar. Jur.* adducit: in specie verò & ex professo Civitatibus Imp. hoc jus territoriale asserit & constabilit Wildvogel *in Diss. de super. territ. Civ. Imp. per tot.* Quæ civitates ergò non sunt immediatæ & liberæ Imp. civitates, sed Municipales aut provinciales saltem, etsi ferè omnia jura actusque potestatis territorialis exerceant, quia tamen territorium in quo Principes sibi arrogant dominium majus, fideque sibi & subjectione tanquam domino territoriali & hereditario obnoxium, tenent aut possident, idcirco Magistratus ejusmodi Civitatum non

Secus si sunt saltem municipales, *aut* provinciales.

jure

jure territorii strictè ita dicti, sed ex speciali privilegio & diuturnæ possessionis jure, ista peragere rectiùs dicuntur Auth. *Med. ad J. P. in d. Mantiss.* § *13. in f.* Anne verò & in genere de Civitatibus, quas vocant *Mixtas*, hac in parte idem statuendum sit, quod modò diximus de civitatibus *Provincialibus* in se merè talibus? Quæstio est valdè anceps. Sunt enim qui negant in Imperio nostro dari Civitates taliter mixtas, quæ partim sunt Imperiales partim Provinciales aut saltem non commodè ita appellari, veluti Referens apud Klock. sub exemplo urbis Brunswicensis, Engelbrecht. Pauermeister. Rhet. quos in campum eduxit Dn. Hert. *de super. territ.* §. *7.* Sunt qui affirmant Schilter *in Inst. J. P. L. 1. c. 23.* §. *4.* ibi: Mixtas Civitates olim datas verius est, & quos adcitavit Knipschild *de Jur. & Priv. Civit. Imp. L. 1. c. 3. n. 8. sqq. plur.* quibus ipse calculum suum adjicit & exemplis Civitatis Hamburgensis, Brunswicensis aliarumque, & copiosè adductis argumentis hanc affirmativam suffulcit & convalidat. Et distinguunt eas tripliciter, in *pactitias*, in *exemtitias*, & in *privilegiarias*, uti has species producit & explicat Hennig. Bruning. *de var. Univ. Specieb.* §. *15.* & post alios pluribus perspicuè Knipschild. *d. l. c. 2. n. 34. in fin. & sqq.* add. Dn. Kemmerich. *in Introd. ad J. P. L. 4. c. 18.* §. *26.* ubi tradit quotupliciter Civitates mixtæ Doctoribus dicantur, & vel ita, ut eo nomine intelligant eas, quæ *immediatæ* quidem sunt, sed suffragio in Comitiis Imp. carent, vel ratione Jurisdictionis Criminalis aliarumve præstationum vicino sunt obnoxiæ, vel ita, ut Statibus quidem subditæ sint, sed eximiis gaudeant privilegiis, & *illas* quidem *Imperialibus*, *has* vero *municipalibus* Civitatibus rectè accenseri statuit, licet utrumque genus *irregulare* quid contineat, & gradu quodam à cæteris differat, uti observat *Id. d. l.* §. *27.* Hert. *d. l.* §. *7. in f.* An verò tales Civitates mixtæ aut irregulares superioritatis territorialis quoque capaces dici queant? & vix est, ut quod potestatis his ipsis quæ in sensu priori ita dicuntur & quatenus Civitatibus Imperialibus aggregatæ reperiuntur, competere dicitur, superioritatis territorialis nomine indignum plane censeatur, utut enim nunc & quamdiu res nondum decisa, in *actu exercito* eam non habeant, non sine ratione tamen eandem iis competere dici potest in actu saltem *signato*. Quemadmodum nonnullæ talium civitatum ad Imperiales relatarum eam experiri debuere sortem, ut illis status quæstio mota fuerit, uti *Brema* à Rege Sueciæ, unde & suffragium ejus aliquantisper suspensum:

Anne & civitates, quas vocant mixtas? quæ partim Imperiales, partim provinciales, Sunt qui tales dari negant. Sunt, qui affirmant. & dividunt in pactitias, in exemptitias & in privilegiarias. Aliique in eas, quæ sunt quidem immediatæ, sed suffragio in comitiis carent, & in eas, quæ ratione jurisdictionis criminalis &c. vicino sunt obnoxiæ, vel Statibus subditæ attamen privilegiis eximiis ornatæ, quarum illas Imperialibus, has verò municipalibus accensent, & illæ supe-

rioritatis capaces videantur, utut non in actu exercito, tn. insignato, dantur exempla. Ha verò non item.

ſum : Hamburgo à Rege Daniæ, Herfordiæ à Regæ Boruſſiæ, & Abbatiſſa, Kemmerich *d. l.* §. *30.* Dn. D. Schweder *in Jur. Publ. d. l.* §. *14. in pr.* Negandum contra de iis eſt, quæ in ſenſu *poſteriori* accipiuntur & mediatæ potius ſunt atque municipalibus aſſociandæ quam immediatis ac imperialibus, quæ talis juris in ſenſu ſuo ſtricto participes non ſunt, ut ut eximiis aliquibus Juribus utantur: per ſupra tradita ex Author *Med. J. P. d. l.* junguntur quæ tradit Knipſch. *d. c. 2. n. 38.* ubi quod nota ſubjectionis eo modo non eluatur: & Dn. de Lynker. *de ſuper. territ. p. 56. in f.* ubi, quod ſi daretur immediata Civitas, ſeſſione & ſuffragio in Comitiis deſtituta, non poſſit dici jus ſuperioritatis territorialis habere, ſed jurisdictionem liberam ei ſimilem, cum non ſtatim qualiscunque rei immediatæ poſſeſſio, quamvis terræ amplæ fuerit, jus territorii conferat. Unde quoque Collegiis quibusdam Canonicorum & Canoniſſarum qui quæve immediatè Cæſari & Imperio in Civilibus parent freye Kayserliche Stiffter, qualia dicuntur eſſe Collegium Canonicorum Bruſellæ in Pruthheim, & Canoniſſarum in Burgscheid, juxta Aquisgranum: Nec non Burggraviis, Ganerbiorum & Commendatoribus Ordinis Teutonici immediate imperio parentibus, quæ recenſet Magn. Dn. D. Schweder *in Jure Publ. p. 831.* hanc poteſtatem negat Dn. de Lynker. *d. l. p. 66.* cum hac tamen ſuperadjecta limitatione, niſi cum illo axiomate in complexu vel univerſitate à Cæſare in Feudum concedatur, aut bonis illis ſuperioritas vel effectus ejus tanquam jus reale jam inhæreant Id. *d. p. 66.* add. ſcripta apud D. Hert. *de Special. R. G. Rebusp. t. 9. & ibid. alleg.* Quod vero attinet *Nobiles Imperii Immediatos,* iis in totum hoc jus denegari ſuo in ſenſu non poſſe, dicere jam antevertimus *ſupr.* §. *2. in fin.* quod & aliquoties jam alibi præeuntibus quoque noſtratibus JCtis beatè jam defunctis indigitavimus locis in *d.* §. *2.* all. utique tamen non aliter, quod & hîc merito repetimus, quàm in ſenſu *demiſſiori,* aut non ita eminentiori, ac eſt penes illos, qui Principum & Statuum Imperii ſtrictè ſic dictorum nomine veniunt, in quibus competens inſimul ſtatus qualitas, qua præfulgent, hoc efficit, ut ſuperioritas territorialis de iis per *excellentiam* prædicetur, & pleniori, perfectiori ac eminentiori jure iis tribui debeat, uti etiam hoc exprimit aliquoties jam laud. Author. *Med. ad J. P. Osnab. Cæſ. Suec. in Mantiſſ. ad Vol. 4. adjectâ prima d. ſuper. terr.* §. *25.* Nobiles quippe Immediati in Franconia, Suevia, & ad tractum Rheni, quicquid poteſtatis in

An & Collegiis quibusdam immediatis Canonicorum & Canoniſſarum ſuperioritas territorialis competat.

Nobilibus Imperii immediatis in totum denegari non poſſe ſtatuitur, quamvis non in ſenſu adeò eminenti ac cernitur in Statibus Imper.

Cum habeant id juris ex ſolo

in territoriis aut ditionibus suis habent id ex solo *immedietatis* charactere, & possessione terrarum immediatarum, hisque connexi & propitiis quoque insequentibus tandem sanctionibus imp. pragmaticis, & Rescriptis Cæsareis inhærentis talis juris, successivè hinc inde fortiùs ad eum modum confirmati, sibi quæsitum habent, quod quidem alii negant, veluti Lampad. Lud. Hugo, Strauch. & Rhetius locis all. apud Hertium *in Diss. de Special. Rom. Germ. Imp. Rebusp. earumque variis nominibus atque figuris* §. 8. quibus addi merentur Author. *Med. J. P.* §. 25. *circa fin.* Dn. Lynker *in Diss. de super. terr. p.* 66. Multo majori verò numero alii hunc juris articulum affirmativè decidunt, teste Dn. Hert. *d. l.* & esse hanc communem Doctorum conclusionem asserit, & cumulatim adducit Knipschild. *d. Jur. Civ. Imp. l.* 2. *c.* 5. §. 5. *n.* 13. *& de Jur. Nob. l.* 3. *c.* 1. §. 1. qui majorem partem cum aliis pro firmanda hac sua conclusione præter varias rationes etiam textus ex ipsis Imperii nostri constitutionibus eum in finem adcitare solent, quos melioris notitiæ causa huc referre non abs re esse duximus. Et adducunt non tantum Recessus Imperii eos, in quibus hæc potestas generaliori etiam Nobilibus immediatis non incongruo nomine exprimitur veluti: R. I. de Anno 1548. §. Und als erstlich ibi: an Jhren Hohen Ort und Gerechtigkeiten. R. I. de Anno 1555. §. Wo auch im Heil. Reich. ibi: oder Herrlichkeiten, oder Gebiethen. & R. I. de Anno 1559. §. Und wiewol ibi: Hohe Ober- und Gerechtigkeiten 2c. Sed & tales Sanctiones, quæ & ratione juris territorialis nobiles immediatos nominatim inserunt & complecti cum aliis volunt: Quo pertinent Capitulationes Cæsareæ noviores, & tum Leopoldina in *art.* 3. ibi: Dazu denen Ständen, sambt erst-gedachter Reichs-Ritterschafft, Jhre Regalien 2c. tum Josephina in *art.* 3. ibi: wie auch andere Fürsten, Prälaten, Grafen, Herren und Stände, sambt der ohnmittelbahren Reichs-Ritterschafft, bey Jhren Hoheiten, Geist- und Weltlichen Würden, Rechten, Gerechtigkeiten, Macht und Gewalt 2c. verbleiben lassen: & ibid. porro: Und keinen Chur-Fürsten, Fürsten und Stand, die ohnmittelbahre Reichs-Ritterschafft mit begriffen, seine Landsassen Jhme mit oder ohne Mittel unterworffene Unterthanen 2c. von Dero Bothmäßigkeit und Jurisdiction &c &c. Et ad eundem quoque modum *in art.* 7. ubi itidem cæteris Imperii Ordinibus Nobiles Immediati conjunguntur, tùm etiam Carolina novissima *in art.* 1. ubi ad eundem ferè modum: Dem-

immedietatis charactere, insequentibus sanctionibus Imperii pragmaticis & rescriptis Cæsareis suffulto quod quidem nonnulli negant. Plerique tamen & multo majori numero adstruunt. *Per* rationes *&* textus. & non tantum per Recessus Imp. generaliori nomine, etiam nobilibus immediatis non incongruo utentes. sed & tales sanctiones, quæ nominatim & hos, quà hoc ipsum jus exprimunt. Videlicet Capitulariones Cæsareas noviores: Leopoldin. Joseph. & novissimam Carolinam.

Demnach die Fürsten, Prälaten, Grafen, Herren und Stände, & in Parenthesi (die ohnmittelbahre freye Reichs-Ritterschafft mit begriffen) bey Ihren Hoheiten, Macht und Gewalt rc. & rursus: Wir sollen und wollen auch Chur-Fürsten, Fürsten und Stände, iterum in Parenthesi (die ohnmittelbahre Freye Reichs-Ritterschafft mit eingeschlossen) Ihre Regalien, Obrigkeiten rc. Et hanc sententiam vi horum textuum & imprimis per *art. 3. in Capit. Leop.* ut & per ipsam experientiam, quâ constat Nobiles Imper. immediatos in territoriis suis non minus ac Status jura territorialia exercere egregiè confirmari adnotat B. Dn. Maurit. quondam heic loci Prof. Jur. Ord. & deinde Assessor Cameræ Imp. *in not. suis ad Capit. Augustiss. Imper. Leop. add. art. 3.* verb. darinn den Ständen, quæ est probatio & à *priori*, & à *posteriori* seu ab effectu petita, cui posteriori probationi quoque hac in re multum tribuunt DD. quod latè quidem patet ex traditis Knipschild. *d. Jur. Nobil. d. l.* aliorumque & brevibus Dn. Hert. *d. l* §. *8. in fin.* scribens, morales res non meliùs, quam ex operationibus cognosci posse, inde & ulterius per Capitulationes illas jura quædam superioritatis territorialis eximia Nobilibus immediatis perinde ac cæteris regionum dominis competentia singulatim confirmata esse ostendit, veluti *per art. 22.* Jus confirmandi *p. art. 39.* Jus legatos mittendi & per Instrumentum Pacis ejusque *art. 5. §. 27.* Jus Sacrorum & quænam sint alia plura jura, quibus æque liberè ac alii, qui charactere Status insuper radiant, fruuntur, de quibus vid. Knipschild. *modo all. loco L. 3. c. 2. §. 3. n. 21. sqq.* pro quibus ulterius constabiliendis inter recentiores supr. §. 2. jam. all. Joh. Laur. Schmidt in Diss. Inaug. Altorf. Anno 1708. *de super. terr. Nob. imp. immed.* habita, uti per tot. ex professo & jura talia iisdem competere adstruit, quæ dissentientes ipsi ad superioritatem territor. referunt *in* §. *8.* ita in specie adhuc prioribus textibus superadjicit rescriptum Cæsar. ab Imperator. Augustiss. Leopoldo Anno 1698. Nobilitati immediatæ Suevicæ impertitum, die Handwercks-Zünffte concernens, in quo tantùm non expresse etiam sub nomine superioritatis territ. oder der Lands-Obrigkeit, id juris de quo certabatur iisdem quoque indultum legitur, ibi: Als verordnen Wir, setzen, statuiren, erkennen und befehlen, aus Kayserl. höchstvollkommener Macht, rechtem Wissen, zeitlichem Rath und Gutbefinden, daß rc. der Gewalt Handwercker aufzurichten, aus der Ritterschafft und dero Mitgliedern Immedietät, privativen

Ut & per experientiam, & Authoritates per probationem & à priori & à posteriori id firmare satagentes.

Erb-

Erb-Huldigung der Unterthanen und daraus sich ergebenden Lands-Obrigkeit fundiret werden soll 2c. Quibus ita comparatis, vix est, ut hac in parte non adducamur in eam sententiam, parum hîc interesse videri tàm ex una quàm ex altera parte, an superioritas territorialis immediatæ isti nobilitati negetur an concedatur, cum Principibus & Statibus eminentius hoc conditionis axioma sartum tectum ubique servetur, Nobilibus Immediatis vero etiam suum in sensu remissiori relinquatur, & cum ferè per omnes partes jura territorialia libere, etiam jure suo exercere propitiis legibus possint, actuque exerceant teste experientia, in iisque turbari non debeant, tota res ferè in logomachiam quandam hoc quidem tempore abire videtur, cum non tàm *de re ipsa*, quam potius *de voce* disputatio vertatur & in effectu in idem ferme recidat, an sub charactere Superioritatis territor. in sensu illo remissiori, an sub charactere Regalium iisdem id potestatis tribuatur, dum & in sanctionibus modò productis, ubi de Superioritate territor. agitur, aliquando etiam in personis Principum cœterorumque Statuum, eadem voce *Regalium* exprimatur, quamvis de cœtero utique magna differentia sit & maneat inter Superioritatem territor. & inter Regalia, vid. præ aliis B. Dn. Fromm. *de condom. territ. c. 3. §. 3.* ubi plures catervatim adducit. Dn. Schwendendorff. *de acquis. Regal. c. 3. per tot.* & Hert. *de super. territ.* §. *8. in fin.* ubi quod laxior utique si vox Regalium quam jurium super. territor. & licet Jura Superioritatis rectè nuncupentur regalia, non tamen retro regalia cuncta sint jura superior. territor. & *in eod.* §. *8. in pr. pag. 195.* ibi quod *superioritas territorialis* considerari possit tanquam totum potestativum seu universale, Regalia vero tanquam partes, quæ toti illi innexæ sint: & quod aliquando regalia alicui competere possint, cui tamen non competit superioritas territorialis post plur. all. Knipschild *de Jur. Civ. Imp. L. 1. c. 13. n. 124.* ubi quod & aliquando mediati Vasalli salva aliorum statuum in illos manente Superioritatem territoriali exercere ea queant Dn. Wildvog. *de super. territ. Civ. Imp.* §. *20.* Dn. de Lynker *de super. territ pag. 73.* & passim. Prædicti ergo Imp. Status & Immediati bonà talia immediata possidentes, cum superioritatis territor. in se capaces sint; ex modò deductis & infra deducendis sua sponte sequi videtur, eos etiam omni dubio procul per præscriptionem sibi eandem acquirere posse, modò adsint requisita ad ejusmodi præscriptionem necessaria, de quibus infra in loco de forma, *c. 5. junct. præc. c. 2.* Quibus contradi-

Ex quibus colligitur parum interesse, an hoc superioritatis territorialis jus Nobilibus immediatis negetur, an concedatur in sensu isto remissiori, cum actu illud exerceant, ut exinde tota illa disputatio fermè in logomachiam abeat, & in idem feré hoc modo recidat, ista jura an exerceant sub idea superioritatis territorialis ejusmodi, an regalium. quamvis alias multum inter se differant superioritas territorialis & Regalia.

Hæc quomodo differant?

De mediatis verò *sive* Nobilibus *sive* alterius conditionis Landsassii qui vocantur, contrà statuitur, eas qua tales in & per se superioritatis territorialis capaces non esse; etsi jurisdictionem mixtum & merum Imperium habeant. Anne verò si in possessionem terrarum immediatarum venerint, præscriptione sibi tale jus acquirere possint? Et distinguunt nonnulli posse qua territorium concedentis, non quâ Imperium Ipsum; nec vi Juris in re s. ut statum; sed ex conventione & privilegio.

tradistinguuntur *Nobiles* vel cujus unque conditionis alii *mediati*, Landsassii aut Landsassen, qui vocari solent, qui ratione suarum personarum, & ratione bonorum suorum domino territorii ejusque superioritati territoriali sunt subjecti vid. Ming. *de super. territ. concl.* 65. *& ibid. alleg.* Pauermeist. *de Jurisd. l. 2. c. 8. n. 111. sq.* Vitriar. *Jur. Publ. Inst. l. 1. tit. 22. per tot.* Knipschild. *de Jur. Nob. l. 3. c. 2.* §. 34. *seqq.* qui quatenus tales sunt, & immediata bona non possident, in & per se superioritatis territorialis capaces non existunt, etsi Jurisdictionem, merum & mixtum imperium habeant, quæ sine superioritate territoriali consistere possunt, & separationem admittunt ab illa, quæ dicitur Lands-Fürstliche oder Hohe Lands-Obrigkeit, Reinking. *de Reg. Sec. & Eccl. L. 1. cl. 5. c. 3. n. 9.* Ming. *d. l. n. 49.* Tales mediati vero quamvis in se & ratione conditionis suæ compotes talis juris territorialis non sint, attamen si forte in possessionem terrarum immediatarum, quibus jus superioritatis territorialis cohæret, venerint, an mediante præscriptione tandem tale jus sibi acquirere possint? discussione non indigna est quæstio, L. B. de Lynker *in Diss. de sup. terr. p. 67.* post Knichen, Rosenthal *c. 8. de Feud. concl. 8.* distinguit, statuminans, mediatum talem possidere & exercere superioritatem posse, quà *territorium concedentis*, non verò quà *imperium ipsum*, adeoque non vi *juris in re*, seu *ut Statum* (nec *jus proprium*, licet *jure proprio*) verum ex conventione & Privilegio: idque confirmare intendit exemplo simili alicujus mediati, vel immediati non Status, qui constatum ejusque jura possidere potest tanquam ein Einhaber der Grafschafft, & imo *Statum* alicubi sustinere in *Circulo*, nec tamen inde superioritatem habet, licet annexa fuerit antea regioni illi dignitas Comitis & *Imperii Status*; Secus in *Comite Statu Imperii*, qui Comitatum suum in Feudum Principi offert, & eundem ab illo recipit, qui superioritate etiam in posterum gaudet, quam antea tenuit, & cujus capax fuerat. Et potest omnino hæc distinctio admitti in superioritate tali, quæ indicium est characteris Status & quando intelligitur in *sensu eminentiori* talis, & ex illa plurium DD. hypothesi, quod qualitas Status, die Reichs-Standschafft sit superioritatis territorialis *conditio sine qua non* Id. Dn. de Lynker *d. l. pag.* 16. cum ex concessione talium terrarum mediato facta ab immediato, concedens quidem sibi, non vero Imperatori aut Imperio cujus est aliquem recipere in numerum Statuum Imp. propriè talium præjudicare possit. Verum cum superioritas territorialis etiam in *immedie-*

mediatatis charactere, gradu quidem aliquo inferiori, ad eum, quo paulo abhinc jam indigitavimus, modum se fundet, abstrahendo à receptione in Statuum Imp. ordinem, non nisi ab Imperatore & Imp. faciendâ, hactenus non subsistimus, & mediato Imp. civi, in talium bonorum immediatorum possessionem modo legitimo qui venit, eamque rite recteque continuavit, id tribuere, ut perinde ac alii superioritatis illius non incapaces, id juris in possessis istis bonis successu temporis mediante præscriptione sibi acquirere valeat, præsuppositis omninò præsupponendis & observatis observandis, dę quibus uti jam supra ita & inferius suo loco pluribus.

Hanc distinctionem admitti posse, quà superioritatem in charactere statuisse fundunt. Non ita quà superioritatem in charactere status se fundantem.

§. II.

Nunc *secundo* loco nobis agendum est de *subjecto passivo*, sive de iis, adversus quos hujusmodi præscriptio locum habere potest. Et sunt 1. *in genere* omnes illi, qui alienandi facultate pollent, cum enim præscriptio species quædam sit alienationis *L. 28. ff. de V. S. L. 20. ff. de Serv. L. 1. §. fin. ff. de aqu. pluv.* recte infertur, quod qui alienare non valent, contra eos quoque regulariter non possit currere aut operari præscriptio. Unde adversus eos qui adhuc in ætate pupillari aut inpuberes existunt, nulla potest durante eâ ætate quoad eorundem res currere præscriptio *L. 48. ff. de A. R. D. L. 2. §. 15. L. 7. §. 1. ff. de Procur. L. 24. ff. d. dol. exc.* adeo ut nec incipere contra illos possit, nec cœpta contra defunctum adversus eosdem continuari Wesenb. *ad tit. de Usurp. & Usuc. n. 14.* Hieronym. Treutl. *P. 2. d. 22. th. 3. lit. g. & ibid.* Bachov. etiamsi præscriptio longi temporis intervenisse dicatur *L. 3. C. Quib. non obj. long. temp. præsc.* vel etiam longissimi planè temporis *L. 3. C. de Præscript. 30. l. 40. ann.* Nec aliud statuendum de iis, qui *minorennes* adhuc sunt, qui pubertatem quidem, sed non majorennitatem complevere, nam nec contra hos præscriptio longi temporis decurrit *per dd. ll.* & quia nec hi sine Curatoribus suis alienare quid possunt. Et quamvis non desint, qui in casu illo, ubi contra defunctum majorem præscriptio inchoata, eam continuari contra minorem, salvo tamen remedio restitutionis in integrum statuant, in quorum numero sunt Treutl. *ad tit. de Usuc. th. 3.* Wesenb. *ibid. n. 14.* Gilken. *de præscr. p. 3. c. 1. n. 63.* Gebhard. *c. 2. §. 2. n. 16.* Brunn. *ad. d. l. 3. C. quib. non obj. long. temp. præscript.* & hanc communem prope esse sententiam testatur Struv. *in S. I. C. ad tit. de Usucap. th. 10.* Mull. *in addit. ibid. lit. k.* Veriorem tamen judicamus sententiam aliorum existimantium, præscriptio-

Subjectum passivum constituunt illi, adversus quos præscriptio locum habet. uti sunt 1. Illi qui alienare possunt. Unde adversus eos, qui alienandi facultate non gaudent, præscriptio non currit e. gr. non adversus pupillos. Nec adversus minorennes.

Adeò ut nec cœpta con-

tra defunctum majorem, contra minorem continuetur.

ſcriptionem illam longi temporis cœptam intra ætatem ſucceſſoris minorennis adhuc minorem non currere *per modo cit. L. 3.* ubi in genere dicitur, id temporis quod in minore ætate transmiſſum eſt non imputari longi temporis præſcriptioni: & quia ratio quæ in temporalibus præſcriptionibus & uſucapionibus, quibus hodie æquiparantur longi temporis præſcriptiones *L. un. C. de uſuc. transf.* obtinet, in eò maximè ſe fundans, quod LL. noſtræ melius eſſe judicaverint, jura illorum intacta ſervare, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere *L. f. C. in quib. cauſ. reſt. in int. non eſt neceſſ.* & hanc ſententiam non tantum propugnat ſed & ſecundum eam in Cam. Imper. aliquoties pronuntiatum eſſe ſe meminiſſe teſtatur B. Dn. Lauterb. *in Colleg. Theor. Pract. ad Tit. de Uſuc. §. 24.*

Nec adverſus furioſos.

Et uti pupillis & minoribus præſcriptio non currit, ita nec furioſis, quippe qui non intelligunt quid agunt *§. 8. I. de Inut. Stip.* cum mente & animo deſtituantur, & velle non poſſint *L. 40. ff. de R. I. L. pen. ff. de Jur. Codic.* nec currit quoque prodigis juridicè talibus, quippe qui pupillis & minoribus & furioſis quoad bonorum ſuorum diſpenſationem & alienationem æquiparantur *d. L. 40. ff. d. R. I.* qui propterea quoque contra præſcriptionem ſpeciali lege muniti ſunt Gilken. *d. l. c. 1.* quo in numero & alii reperiuntur, de quibus vid. Struv. *d. th. 10. & ibid.* Müll. *in add.* Dn. Lauterbach. *d. l. §. 24. & 25.* ad quos remittimus, cum ſufficiat illos exempli loco pro explicando hoc articulo hactenus adduxiſſe.

Nec adverſus prodigos juridice tales.

2. Qui ſunt domini, aut ſimili alio jure poſſeſſores bonorum immediatorum, juriumque territorialium.

2. in ſpecie & ratione hujus præſcriptionis, de qua hîc agimus, omnes illi, qui ſunt domini aut ex alio quodam ſimili jure poſſeſſores immediatorum bonorum aut territoriorum juriumque hiſce inhærentium territorialium, in alterius poſſeſſionem l. quaſi â non domino ex juſto titulo translatorum, veris territoriorum aut jurium ipſorum dominis acquieſcentibus, eaque ibidem excercere patientibus diuturnâ ſcil. ſcientiâ & patientiâ, quod vocant, dem widrigen Theil ſelbſt eine Poſſeſſion & per conſequens acquiſitionem zueignen poſt Brunn. *Conſ. 167. n. 4.* B. Dn. Fromm. *de Condom. terr. §. 14.* qui propterea tales ſunt, adverſus quos cœteris paribus præſcriptio ſuperioritatis territorialis decurrere ſuumque operari poteſt effectum, ſive una cum ipſo territorio & mediante hujus à non Domino facta translatione, legitime in poſſeſſionem venerit, ſive ſeorſim â caſtro ad eum modum quaſi poſſeſſa aut exercita fuerit: de quo mox pluribus.

CAPUT

CAPUT IV.

Tractat de Objecto, sive de iis rebus, quæ per hanc Præscriptionem acquiri possunt.

§. I.

OBjectum hujus Præscriptionis acquisitivæ constituit omninò superioritas territorialis, prout â nobis est descripta supra *in C. 1. §. 2. §. 5. & seqq.* Acquiri vero hæc mediante præscriptione potest dupliciter, & vel *unâ cum ipso castro aut territorio*, cui cohæret, vel prout *seorsim* spectatur *per se* subsistens, & esse suum habens ad instar aliarum rerum incorporalium aut jurium qualiter se habentium, separatim quoque in alium quæ derivari potest, prædio aut territorio ipso penes dominum manente: uti id demonstratum legitur apud Magnific. Dn. Præsid. *in Tr. de mod. & Jur. taxand. Jurisd. p. 1. §. 8. n. 12. sqq.* Et illo quidem modo, quando consideratur *in Concreto* cum ipso territorio, & ad hoc se habet per modum qualitatis alicujus innexæ, accessorii, aut pertinentiarum, acquiritur mediante possessione, ratione *modi* naturali, & ratione *finis* Civili, territorii eâ qualitate eoque jure instructi, à non domino in alium ex justa causa translati, & hactenus per tempus legibus aut moribus definitum continuò possessi: per quam uti ipsum territorium acquiritur, ita & jurisdictio sive superioritas territorialis illi inhabitans atque inhærens insimul acquiritur. Quemadmodum enim in genere territorio *expressa* domini voluntate quocunque legitimo modo alienato, e. g. vendito, vendita quoque aut translata censentur jura, jurisdictionalia aliaque similia illi connexa aut super indita *arg. L. 20. §. 1. ff. Si serv. vind. L. 23. §. 2. & 3. ff. de S. P. R.* post plures adcitatos Mantic. *d. tac. & amb. conv. l. t. 14. n. 8. & seq. plur.* Finkelthus. *d. Jur. Patr. c. 5. n. 11 seq.* post. Rosenthal. *de Feud. c. 1. concl. 6.* Fichard. *L. 2. cons. 20. n. 7.* B. Dn. Mev. *P. 2. d. 314. n. 2.* ubi quod moribus Germaniæ hæc res dubium non habeat B. Dn. Stryk. *in Us. M. ff. de A. E. V. §. 10. circ. fin.* B. Dn. Lauterbach. *in Coll. Theor. Pract. ad d. t. §. 28.* Quemadmodum etiam *in specie* territorio ab Imperatore concesso Imperii Statibus aliisque Immediatis, eo ipso Jurisdictio simul concessa intelligitur per Cap. Leopold. *art. 3.* ibi: Und zum dritten sollen und wollen wir die Teutsche Nation, das Heil. Römische Reich, die Chur-Fürsten ꝛc. wie auch andere Fürsten, Prälaten, Grafen, Herren und Stände, sambt der unmittelbahren freyen Reichs-Rit-

Præscriptionis hujus objectum est superioritas territorialis; præscriptibilis vel cum ipso territorio, *vel*, seorsim spectata & per se considerata ad instar aliorum jurium.

Et illo modo acquiritur, med. territ. possessione *quà* modum naturali, *quà* finem civili.

quo modo una cum territorio acquisito & superioritas tanquam connexa quædam qualitas insimul acquiritur.

Perinde ac in casu territ. expressâ voluntate alienati, territorialia quoque jura

translata dici debent. Aut in casu territorii ab Imperatore concessi & jurisdictio simul concessa intelligitur. Altero verò modo ubi quidem etiam ut qualitas territorio passivè inhærens, attamen & tanquam jus per se subsistens consideratur, uti alteri justo titulo modoque expressè ad instar cujusdam servitutis concedi, ita & præscriptione acquiri potest. Et uti jurisdictiones, sunt præscriptibiles. Ita & jus superioritatis territorialis præscribi posse dubium non est. Quæ est communis Doctorum

Ritterschafft, bey Ihren Hoheiten ꝛc. ohne unsern Eintrag und Hinderung ꝛc. ohne Weigerung bestättigen ꝛc. laud. Lauterbach. *d. l.* ita etiam meritò statuendum territorio tali cum quo cohærent illa jura territorialia per legitimam præscriptionem acquisito, insimul & jurisdictionem superioritatemque territorialem eodem modo acquisitam censeri, quod moribus nostris extra dubium esse asseverat Lauterb. *d. l. ad tit. de Jurisd.* §. 44. *Altero* vero modo ubi superioritas territorialis quidem etiam ut qualitas quædam castri sive territorii, passivè illi inhærens, attamen tanquam *jus per se subsistens proprio suo jure seorsim* consideratur, & quatenus alteri separatim acquiri potest, territorio manente penes dominum, quam in rem videantur tradita Knichen. *de sublim. & reg. terr. jur. c. 4. n. 11. seqq.* Mantic. *d. l. n. 19.* Matth. Stephan. *de Jurisd. l. 2. P. 1. c. 2. n. 196. seq.* Uti alteri justo titulo modoque concedi & acquiri potest, ad instar servitutis cujusdam prædialis in fundo alieno constitutæ, ita ut confessoria actione utili ex mente vindicari possit post Mynsing. Lauterbach. Magn. Dn. Præses Fautor atque Patronus maximopere colendus *in d. Tr. p. 1. §. 8. n. 13. seq.* ita eandem etiam & in hoc sensu præscriptione acquiri posse, non est quod ambigamus. Uti enim alias in genere extra pugnam est, jurisdictiones esse præscriptibiles, quæ communis est Doctorum sententia, teste Schurf. *Cent. 1. Cons. 86. n. 2.* & ex Mynsing. Harpprecht. Fritsch. Everhardo scribit B. Dn. Fromman. *de Condom. territ. C. 4. §. 14.* ita quoque & ipsam jus superioritatis territorialis ex communi sententia præscribi potest, post Car. v. Hagen, Knich. Stephan. Reinking. laud. modò Dn. Frommann. *d. l.* provocans quoque in specie ad Brunnemann. *Cons. 167. n. 2.* graphicè hanc in rem scribentem, cujus verba suprà jam recensuimus. Constabiliunt quoque hoc ipsum omnes illi & ex anterioribus & ex novioribus scriptoribus, qui superioritatem territorialem præscriptione acquiri posse simpliciter & indistincte docent tum *in genere* Principibus & Statibus Imperii post plur. alios Ming. *d. super. territ. cap. 1. §. 26.* & ab hoc citati Ant. Coler. d. *Jur. Imp. Germ. Sect. 3.* Thom. Michael. *de Jurisd. concl. 62. lit f. & g.* Hert. *d. super. territ. §. 59.* Author. *Medit. ad Instr. Pac. Cæs. Suec. 4. in mant. 1. ad spec. 4. §. 29.* B. Dn. de Lynker. *de super. territ. p. 42. seqq.* Magn. Dn. D. Schweder. *in Jur. Publ. Part. Spec. S. 2. §. 9.* D. Kemmerich. *l. 7. c. 14. §. 5.* tum & *in specie* ratione Comitum Imperii

Bœck-

Bœckler. *de super. territ. Comitum Imperii c 3. p. 36. seq.* ratione Civitatum Imperialium Knipschild. *de Jure Civ. Imp. l. 2. c. 5. n. 46. seq. & n. 52.* alios quamplurimos adducens, Dn. Wildvogel. *in Diss. de super. territ. Civ. Imp.* §. *39.* ratione Nobilium Imp. immediatorum Knipschild. *de Jur. Nobil l. 3. c. 1. n. 36. seq.* per plures Authoritates Joh. Laur. Schmidt. *de sup. Territ. Imp. Nob. Immed.* §. *11.* Acquiritur autem per præscriptionem superioritas territorialis *in toto suo complexu* & velut juris quædam universitas aut totum aliquod potestativum, ex partibus suis potentialibus sive juribus eò pertinentibus diversis constans, in concreto cum ipso territorio, cui talis superioritas cohæret, uno quasi actu, præscriptionem utramque qui involvit, præscriptione superioritatis præscriptioni territorii innexâ. Superioritatem hoc modo qui sibi acquisivit, ea ipsâ uti potest liberè & plenè suo jure per partes omnes, ex quibus ea est concreta. Hinc potest omninò à subditis suis homagium exigere, leges, Ordinationes Statuta Provincialia condere, publicare mandata, edicta, rescripta edere, affigere, Privilegia teritorialia confirmare, Conventus & Comitia Provincialia habere, rationes à Civitatibus Universitatibus exigere, Orphanotrophia, Nosocomia &c. instituere, Dicasteria erigere, Archivum habere, Jurisdictionem Civilem & Criminalem exercere, Appellationes recipere, Privilegia singulis concedere, aggratiare, dispensare, relaxare à juramentis, famam restituere, Collegia opificum aliaque confirmare, Jus belli, sequelæ lustrationis, pacis pangendæ fœderum, legationum, fisci & quæ sunt infinita ferè alia jura superioritatis territorialis propria tum eminentia sive majora tum quæ emolumenti esse sive minora dicuntur, exercere, quæ copiosissimè relata extant apud Dn. de Lynker. *in Tr. de super. territ. pag. 25. seq.* & magnam partem penitiùs quoque examinata reperiuntur ap. Hert. *de jur. super. terr.* §. *10 in f.* §. *11. & seq. usque ad 57.* laud. Dn. D. SchWeder. *d. l. c. 11.* B. Dn. D, Fromm. *de Condom. territ. c. 6.* §. *7. usque ad fin.* qui videri possunt, quæ omnia hic repetere & excutere nimis longum foret, in super à scopo nostro nimium quantum abiret. Hoc tamen monendum nobis est, hanc potestatem & superioritatem territorialem, tanquam totum, quod diximus potestativum, non desinere esse tale, etiamsi una fortè vel altera pars desit, per privilegium, per pactum, aut per præscriptionem quasi abscissa, aliaque, exemplo juris conducendi per territoria Moguntî aliorumque Landgravio Hassiæ aliisve alibi competentis, quæsita. Tum n. integritati totius quidem aliquid decedit, complexus

superio-

Marginalia: sententia. Qui id statuunt, tum in genere. Tum in specie. — Acquiritur superioritas territorialis in toto suo complexu, cum ipso territorio uno quasi actu. — Superioritate tali gaudens, quos exercere actus possit. — Superioritas territorialis tanquam totum aliquod potestativum non desinit tale esse, etiamsi una alterave pars desit.

Integritati quidem cum aliquid decedit, complexus tamen inde non deficit.

superioritatis territorialis aliquibus illis potentiis destitutæ propterea tamen nullatenus deficit, sed in reliquis partibus potentialibus perdurat, & universum quid non minùs ac si omnes potentiæ nexu adessent indivulso, repræsentat Schmidt *in d. Diss. d. sup. terr. Nob. Imp. imm.* §. 2. jung. B. Dn. D. Fromm. *d. l. c. 6.* §. 2. Nec interest hæc potestas an passivè inhæreat castro aut territorio *amplo*, an *parvo* & cum hujusmodi territorio transferatur aut alicui acquiratur: post alios laud. From. *d. l. c. 1.* §. 5. *in fin.* Dn. de Lynker *de sup. territ. p. 18.* Eandem n. utrique potestatem, eandem superioritatem per totum illum districtum, perque totum illud territorium quantumcunque etiam sit innexam esse statuendum est. Licet n. Regis alicujus ditio unius saltem scopuli terminis finiatur, uti de Regno Ulyssis refert Horatius, vel nidi instar, uti Cicero, æque tamen summa Majestate & Potestate gaudere potest, qua potentissimus Monarcha, si non *extensivé* tamen *intensivé*, Nolden. *de Statu Nobil. c. 10. n. 54.* Neque enim summa potestas vel Regia Majestas divitiis, nec locorum spatio, neque numerosa Provinciarum multitudine definienda est; Sicuti Elephas non magis animal, quam formica Bodin. *de Republ. l. 1. c. 2. p. 15.* Knipschild. *d. Jur. Civ. Imp. l. 1. c. 2. n. 48.* cum majus & minus non varient speciem, nec speciem constituant diversam, forma siquidem dat esse rei, non quantitas, post plur. all. Knipschild. *d. l. n. 45. seq.* ubi etiam hoc illustrat exemplis Imperialium Civitatum, quarum altera major, amplior, ditior, potentior, altera vero minor pauperior viribusque multo inferior, recteque decidit, inter eas nullam esse qua dignitatem differentiam, cum omnes & singulæ immediatæ subjectionis jure ab Imperatore & Imperio saltem dependente gaudeant, alterius potestati nullatenus obnoxiæ, indeque superioritatis prærogativa in suis territoriis s. amplis s. parvis, sive in subditos suos numerosiores, sive pauciores præditæ & exornatæ reperiantur, id quod egregiè confirmant ea quæ ex Ertel. in seinem neu-eröffneten Schau-Platz der Lands-Fürstl: Oberbottmäßigkeit *p. 7. sq.* in scenam producit Magnif. Dn. Præses *in Tr. de Mod. & Iur. tax. Jurisd. p. 1.* §. *8. n. 2.* his verbis: Es ist absonderlich zu mercken, daß man offtmahls von dem kleinsten Ländlein sagen könne, daß es ein territorium (mithin auch in hoc superioritatem territorialem in complexu suo aut in universum) habe: Sintemahlen eine Stadt oder Reich nicht eben in breiten Gründen oder Böden, noch auch in Persohnen oder Mauren, sondern in Hauffen alle Bürger, die einerley höchsten Gewalt

Nec interest, territor. an cohæreat amplo, an parvo.

Eadem utrique superioritas innexa est.

Quod confirmatur exemplis.

Gewalt unterworffen, bestehe: Gleich wie ein Ameis nicht weniger ein Thier als ein Elephant, genennet werden mag, und mehr oder weniger die Arten der Sachen nicht ändert; also ist Ragusa eine der kleinsten Städte in Europa, und meritirt nichts desto weniger den Nahmen einer Republic, sowohl als eine Türckische oder Tartarische: so findet sich auch in Welschland die Respublica Lucensis und noch mehr andere, welche ob sie wol ihre Bottmäßigkeit auf gar geringen Verzirck erstrecken, nichts desto weniger so wol als die Republic von Holland, Schweitz, und Genua oder Venedig ihren Particular-Staat, Satzungen und eingeschränckten Dominat geniessen; Ebenmäßig wird so wol Ulysses, dessen Reich in einer kleinen Insul bestanden, von Homero ein König als Agamemnon genennet. Plura Exempla & similia Regum & Regulorum quà potestatem in suos subditos æqualem ad invicem pro paribus judicatorum repetere licet ex Knipschild. *d. l. n. 47.*

§. II.

Hactenus de *primo* illo modo, quo super. territ. cum ipso territorio præscribitur & per possessionem hujus actu simultaneo acquiritur. Nunc de *altero* modo, quo super. territ. *per se & separatim* spectata etiam præscribi dicitur. Hoc evenit omninò, quando quis jura territorialia in territorio alterius, domino patiente libere exercet, quod quidem actu tali *simultaneo* aut identifico quo in priori casu, ratione Jurisdictionis istius, quæ universi quid indigitat & quatenus ex tam multis partibus potentialibus composita est, non fit potiùs per partes fit successivè & ita ad effectum eum deduci potest. Veluti si quis in alterius territorio hactenus usus fuerit non nisi certis aliquibus juribus, e. g. Statuta & ordinationes publicandi, Edicta aut Mandata affigendi, Jurisdictionem s. Civilem s. Criminalem exercendi, hic sane nondum potest dici superioritatem in toto suo complexu, sed saltem has ipsas super. partes quas hactenus exercuit, sibi acquisivisse. Hîc non merito hæc regula juris applicari poterit, ut tantum censeatur usucaptum aut præscriptum, quantum possessum *L. 30. §. 2. ff. de A. vel. A. P. l. 1. §. 5. ff. de Itin act. priv.* B. Dn. Lauterb. *in Coll. Theor. Pract. ad tit. d. Usuc.* §. *8. & 19.* quæ regula & de *vera* & de *quasi* possessione suum tuetur officium, ita ut locum quoque habeat in præscriptionibus jurium & servitutum prædiis inhærentium. Berlich. *in concl. pract. l. 2. concl. 49. n. 23. sq.* in specie quoque in jure superioritatis territorialis ejusque partibus, & regalibus majoribus etiam,

Acquiritur etiam præscriptione superioritas separatim spectata.

Actu quidem, non ad illum modum simultaneo, sed potiùs successivo per partes, quarum unâ præscriptâ totum nondum præscriptum dici potest.

Regula quâ traditur, tantum censeri præscriptum, quantum possessum,

valet & de verâ, & de quasi possessione etiam quà jus superioritatis territorialis, in quo ex præscriptione unius partis non licet inferre ad aliam. Limit. nisi sint ejusdem generis. Si a. quis pluribus omninò partibus promiscuè usus fuerit, animo totum illud potestativum sibi appropriandi, tum & in universum eam sibi acquisivisse dici potest. ad eum ferè modum, quo corpora disjuncta, aut per aggregationem talia acquiri possunt uno saltem subjecto apprehenso: vel ad rationem corpo-

etiam, in quorum jurium præscriptione nullatenus quoque extensio aut illatio ab uno ad aliud fieri aut statui debet, quod qui unam vel plures eorundem species præscripsit, etiam alias species præscripsisse dici queat, post alios laud. Hert. *de sup. territ.* §. *62.* quod non admittit natura partium inter se disjunctarum, uni nomini collectivo tamen subjectarum, & in uno quasi corpore collectarum, quæ quatenus possidentur usucapiuntur Lauterb. *d.* §. *19. in fin.* quod rectè limitatur, nisi ejusdem generis sint, puta auri, argenti, ferri fodinæ, quæ omnes sub genere metalli continentur Hert. *d. l.* §. *62.* Quod si autem quis non tantum certis istis aut quibusdam saltem juribus territorialibus simpliciter, sed & toties quoties occasio tulerit & his, & illis, & istis aut aliis quibuscunque promiscuè usus fuerit, & quidem animo totum illud potestativum hoc modo sibi quasi appropriandi, tum licet partes omnes nondum apprehenderit aut exercuerit, superioritatem territorialem tamen in universum quoque sibi acquisivisse non sine ratione propugnare licebit, non dispari planè modo, quo vel in corporibus, quæ vocantur *disjuncta*, disjunctis suis quæ constant partibus, & alias etiam entia per aggregationem dici solent, veluti in legione, in grege, ubi etiam, quando toto grege præsente, unum caput apprehenditur, animo possessionem omnium consequendi, totius gregis possessionem acquisivisse creditur, vel si ad rationem corporum *connexorum* veluti fundi, ædificii rem hanc adaptare velimus aut æquiparare, in hisce quemadmodum qui fundum possidere cupit, eum in finem opus non habet omnes aut singulas circumambulare glebas, ut totum illum fundum sibi apprehendisse dici queat, sed sufficit solam, quam libet ejus partem, introire, modo id ea mente eaque cogitatione fiat ut totum possidere velit *l. 1.* §. *3. ff. d. A. vel. A. P.* cum qui aurem alicujus tangit, totum eum tetigisse videatur *L. 21. pr. ff. de furt.* Lauterbach. *de acq. vel. am poss.* §. *13.* ita & in hac superioritatis territorialis, tanquam totius alicujus potestativi, præscriptione contingere videtur, ut ex partibus istis potentialibus, ex quibus ea composita extat, si potiores forte aut plures quasi apprehenderit, eo animo ut totam exinde sibi possidere velit, per illas & hanc sibi quæsivisse non incongruè dicatur. Quamvis autem hoc modo quæsita aut præscripta territorialia Jura in territorio alieno, superioritatis territorialis nomine dignari nolint scriptores, sed regalia saltem eo modo quæsita esse statuant B. Dn. Fromm. *d. condom. territ. c. 1.* §. *7.* Dn. de Lynker *de*

super-

super. territ. pag. 40. Hert. *d. l.* §. 62. idque in sensu *stricto*, & re *in se* aut *formaliter* considerata facile concedi queat, quin tamen regalibus istis, præsertim majoribus in territorio alieno ita præscriptis *in effectu* superioritas territorialis, ad instar servitutis in alterius fundo constitutæ aut acquisitæ, præscripta intelligi queat, vix est ut dubitemus arg. Rec. Imp. Aug. *de Anno* 1548 §. wann auch 65. §. wo aber 64. Instr. Pac. Osnab. *Art.* 8. §. 4. *art.* 9. §. 2. *art.* 15. §. 2. Capit. Leop. *art.* 3. & Carol. *art.* 1. qui textus indistinctè præscriptionem superioritatis territorialis tanquam legitimum eam acquirendi modum agnoscunt: ad minimum dubitari non potest, quod tales, qui hæc jura in territorio alterius sibi quæsivisse præscriptione dicuntur, jura superioritatis territorialis, actualiter exerceant ad instar dominorum ipsius territorii & nomine quasi aut jure horundem, quippe apud quos ipsa hæc superioritas quasi *in actu primo atque signato* & velut in quiete saltem manet, *actu secundo & exercito* vero ille gaudeat qui ita sibi vel expressè concessam, vel tacitè relictam habet, domino territorii id ita indulgente, annuente aut patiente. Quod evidentius adhucdum apparet, si beneficio *subinfeudationis* alicujus, ubi de bonis immediatis *feudalibus* sermo est, vel *infeudationis* & investituræ primæ ubi de bonis immediatis *allodialibus* agitur, superioritatem territor. sibi concessam, vel ut concessam quasi possidet, istaque jura identidem in isto territorio ad alium pertinente liberè exercet, prout talem infeudationem aut subinfeudationem superioritatis territorialis fieri posse & quomodo tradit B. Dn. de Lynker *d. super. territ. p.* 41. *& ibid. in addit.* Dn. Hert. *d. super. territ.* §. 58. laudat. Fromm. *d. l. c.* 4. §. 7. *& ibid. alleg.* in hisce enim casibus Vasallus s. primus, s. subalternus superioritatem territorialem, ut talem, aut formaliter sic dictam sibi concessam habet etiam in territorio alterius, in ordine nimirum vel ad dominum directum aut primum concedentem & Authorem feudi, cujus istud territorium est proprium, jure quidem dominii directi, vel etiam in ordine ad dominum utilem s. Vasallum subinfeudantem aut secundo loco alii subvasallo feudum iterum nexu quodam feudi subalterni concedentem, cujus etiam est territorium suo modo proprium, jure sc. dominii utilis, quod directo dominio in ordine ad subvasallum quodammodo æquipollet, uti hoc *ex* 2. *Feud.* 55. §. *insuper.* 2. rectè demonstrant Frantzk. *de laudem. c.* 14. *n.* 43. Struv. *in S. J. F. exc.* 12. *th.* 9. *n.* 3. Magnific. Dn. Præses *in Tract. de red. Domin. leg.* §. 41. *n.* 12. *sqq.* Quod ipsum uti juris est in expressa infeudantis vel subinfeudantis voluntate,

rum connexorum, ubi sufficit etiam, unicam saltem partem apprehendisse, animo totum ita possidendi & acquirendi. Quamvis verò ita in territorio alieno præscripta jura territorialia superioritatis nomine dignari nonnulli nolint, sed regalia præscripta dicant, quod in sensu formali concedi potest, in effectu tamen & superiorit. territ. acquisita dici potest, ad instar servitutis in alieno quæsitæ. Ad minimum qui jura ista sibi ita quæsita prætendit, ea exercet actualiter jure dominorum istius territorii, apud quos quasi in actu

primo manet, in actu secundo tamen ad præscribentem pertinet: ita quoque usu venit in ejusdem tacita, quæ subesse intelligitur in feudi vel subfeudi præscriptione Struv. *d. l. c. 15. §. 3. n. 5. seqq.* & communiter Feudistæ.

CAPUT V.

De Forma hujus præscriptionis, aut quomodo perficiatur aut absolvatur, agit.

§. I.

Forma consistit *in* possessionis veræ, *vel* quasi continuatione, per tempus definitum.

FOrma hujus præscriptionis superioritatis territorialis acquisitivæ consistit in possessionis vel *vera* vel *quasi* continuatione per tempus lege aut moribus definitum. Quodnam vero tempus vel legibus vel moribus ad absolvendam hanc præscriptionem sufficiens haberi debeat, id cum supra *in Cap. 1. §. 8.* jam expediverimus, eò remittimus. Hæc possessionis vel quasi continuatio tam de Jure Gentium, quam de Jure Civili requiritur *L. 3. 31. ff. §. 1. de Usurp. & Usucap. L. 2. C. de Præscript. long. temp. L. 3. d. R. I. id 6to.* Mev. *P. 2. d. 102. n. 1.* Lauterbach. *ad d. tit. §. 26.* Continua autem possessio est, quæ ab initio usque ad finem processit sine interruptione vel usurpatione, eaque vel *naturali,* quæ per actualis & veræ possessionis interruptionem variis modis fieri potest vid. Lauterbach. *d. L. §. 33.* vel *Civili*, quæ fit per actum Civilem, nempe per litem possessori de re præscribenda motam *L. 26. C. de R. V. L. 10. C. d. A. & R. P. l. 2. l. 20. C. de Præscr. long. temp.* Quod quomodo fiat patet ex scriptis B. Dn. Lauterb. *d. l. §. 34.* Nec interest sive continuatio hæc fiat *in una eademque persona*, quo casu quidem res est extra dubium & planè manifesta Struv. *in S. J. C. ad tit. de Usuc. th. 18. in pr.* an *in personis diversis*, quando res ab uno ad alium legitime est translata aut devoluta, quo in casu justa antecessoris possessio vel quasi prodest etiam successori *§. 7. & 8. J. de Usuc. L. 14. ff. eod. L. 13. ff. de A. vel A. P. L. 2. §. pen. ff. pro Emt. L. 14. ff. de div. & temp. præscript.* idque benigne & solo æquitatis intuitu ita receptum est, cum veritate inspecta, per rei translationem possessio vel quasi interrumpatur, & ita non *numero*, sed tantum *specie* sint eædem possessiones *L. 23. pr. ff. de A. vel A. P.* B. Dn. Lauterb. *d. l. §. 26.* Struv. *d. l.* modo tamen 1. possessor etiam apprehenderit possessionem vel quasi, per id quod generaliter disponitur in *L. 13. §. pen. ff. de A. vel A. P.* utique de regula: Exceptio enim est in casu jacentis hereditatis, tum enim & possessio vel quasi continuata videtur, & usucapio

Hæc requiritur jure & Gentium & Civili.

Continua possessio est, quæ non interrupta, *nec* naturali, *nec* civili usurpatione.

Continuatio est non tantum in una persona, sed & in diversis personis, unde & in successore.

Modo 1. & hic possessionem apprehenderit.

s. præ-

s. præscriptio pro impleta quoque habetur, quod singulare est per *l. 31. §. fin. L. 40. L. 44. §. 3. d. Usuc.* Utique quando intermedio tempore ab alio non fuerit occupata & sic interrupta *L. 20. ff. eod. junct. L. 13. §. 4. ff. de A. vel A. P. L. 6. §. fin. ff. pro Emt.* & 2. possessio talis vel quasi non sit vitiosa, cujus quippe nulla potest esse accessio, quæ dicitur *L. 13. §. f. ff. de A. vel A. P.* Vitiosa autem est qua quis vi, clam aut precariò possidet B. Dn. Lauterb. *d. l. §. 26. circa fin.* Hæc possessionis accessio autem fit non tantum in successore *Universali*, veluti herede, sed & in successore *singulari* veluti emtore, quamvis diversimodè, quod fusius hîc exponere nimis longum foret, id eoque remittimus ad laudat. Dn. Lauterb. *d. l. §. 27.* Struv. *d. l. th. 18. & ibid.* Müller. *in addit.* B. Dn. D. Mayer. *in Comment. ad Inst. p. 441.* Cum autem hæc possessionis vel quasi continuatio s. in eadem persona s. in successoribus procedere debeat sine interruptione à principio usque ad finem aut ad temporis præfiniti complementum, id prætermittere hîc non debemus, illud tempus quomodo computari in hac præscriptione debeat, an *naturaliter*, quando tempus currit de hora in horam & de momento in momentum per *L. 3. §. 3. ff. de minor.* Govian. *1. Variar. lect. 10. n. 4.* computatis quoque diebus feriatis *L. 26. §. 4. & sqq. ff. quib. ex caus. maj.* an *Civiliter* de die in diem *L. 7. ff. d. Usuc.* ubi dies cœptus habetur pro completo. Et expediti quidem juris esse censemus, uti in nonnullis aliis jurium materiis, veluti in definiendo anniculo *L. 134. ff. de V. S.* in ætate ad testamenta facienda habili *L. 8. ff. qui test. fac. poss.* ita & in usucapionibus aut præscriptionibus diem cœptum habendum esse pro completo *L. 6. ff. de Usucap. l. pen. ff. de div. & temp. præscript.* Struv. *d. l. th. 17.* & Müller. *in addit. ibid.* B. Dn. Lauterbach. *d. l. §. 30.* & Majer. *d. l. p. 443.* Quæ omnia uti in genere in omni Usucapione & præscriptione observanda veniunt, ita & in specie in præscriptione superioritatis territor. tam in eâ, quâ cum ipso territorio eo insimul continuata possessione acquiritur, quam & in eâ, quæ separatim & per partes successivè in territorio alieno acquiritur, ea jura, ex quibus superioritas territorialis concreta est atque composita, unum post aliud liberè exercendo, cum & in hac qui intercedit usus discontinuus, quando non semper occasio præsto est, e. g. Edicta affigendi, Statuta promulgandi, Jurisdictionem tam Criminalem quam Civilem exercendi &c. benè compatibilis sit cum quasi possessione continua, & etiam continuatione temporum in di-

Exceptio *in casu* jacentis hereditatis. Modo interim ab alio non occupata.

2. Possessio non sit vitiosa.

Et procedit hoc non tantum *in* successione universali, *sed & singulari.*

Tempus illud hîc computatur non naturaliter, sed civiliter. Veluti in aliis nonnullis materiis.

Ubi dies cœptus habetur pro completo.

Quæ etiam locum inveniunt in præscriptione superioritatis territorialis, tàm illius quæ in concreto & simul, quam quæ separatim & per partes suc-

cessivè acquiritur. Ad instar servitutum discontinuarum. Cujusmodi servitutes de Juris veritate 10. vel 20. annis, atque ac continuæ præscribuntur. Secus ex communi Doctorum opinione, & praxi etiam in Camera Imp. Quibus affinia sunt jura territorialia in alieno territorio exercita, quæ servitutes Juris publici dicuntur, & præscribi immemoriali tempore, juxta commun.

versis personis antecessorum & successorum, ad eum quo diximus modum combinatâ, non aliter ac juris esse cernimus in servitutibus discontinuis, quæ causam dicuntur habere perpetuam, usu discontinuo licet sint interdistinctæ *L. 28. ff. de S. P. U.* Inspicitur n. hîc facultas utendi, quæ semper præsto est, & continuatâ quasi possessione stabilitur, quamvis ea non semper vim suam exerat, & operetur in actu exercito Dn. Majer. *in Comment. ad Inst. tit. de serv. §. 3. in fin. p. 406.* cujus generis servitutes quidem, id quod suprà jam tradidimus, de *Juris veritate* non alio temporis intervallo, 10. sc. vel 20. annorum spatio præscribuntur, quam quo illæ, quæ sunt continuæ, quod oppidò probatur per text. *in L. f. C. de Prascript. long. temp.* generaliter disponentem nulla adhibita distinctione inter continuas & discontinuas, ut ut ex communi Doctorum sententia invaluit, ut discontinuæ propter interstinctum eum usum non nisi immemoriali tempore præscribantur, quam & tritura fori sibi recepit, & Camera Imperii sequitur testibus Mynsing. *Cent. 4. v. 53.* & ibid. von Gulich. cum plur. adcitatis. Gail. *2. obs. 66.* B. Dn. Lauterb. *ad tit. de Servit. §. 13.* Quibus cum admodum affinia sunt jura superioritatis territorialis aut Regalia in alieno territorio, quæ exercentur, quæ & servitutes Juris publici Doctoribus vocitantur, vid. Dn. Kemmerich in *Jur. Publ. l. 7. c. 10. per tot.* inde quoque hoc intuitu non nisi immemoriali tempore præscribi dicuntur Dn. Hert. *de super. territ. §. 61. & 62.* prout quoque communis habet opinio in Judiciis nostris passim etiam summis recepta, id quod testatur & statuminat Hert. *d. l. §. 62.*

CAPUT VI.

Tractat de Effectu hujus præscriptionis, superioritatis territorialis acquisitiva.

§. I.

Quoad effectum distinguitur inter præscriptionem hujus juris cum ipso territorio, & eam, quæ fit seorsim ad

PErgimus nunc *ad Effectum*, qui mediante hâc præscriptione producitur, qui varius omninò est, pro varietate casuum & circumstantiarum. Et primo omnium quod ex præmissis jam satis superque constat, distinguendum est inter præscriptionem eam, qua superioritas territorialis acquiritur in concreto cum ipso territorio, & mediante territorii ipsius præscriptione; & inter eam, quâ *seorsim* superioritas territorialis, ad instar prædialis alicujus servitutis in alieno fundo, alicui in territorio alieno acquiritur, territorio ipso manente

nente apud dominum: Utroque in casu alius est effectus *primus*, alius est ex *primo ortus*. *Ille* cernitur in jure per hunc acquirendi modum legitimè quæsito, v. gr. dominio, servitute tali, quæ dicitur esse juris publici &c. *Hic* vero est, qui respicit remedia juris, quibus nobis quæsitum defendimus atque vindicamus. Hæc talia Jura itaque in effectibus suis in utroque illo præscriptionis genere considerandâ nobis veniunt, vel in statu suo *tranquillo*, vel in statu *turbato*. Ratione status *tranquilli* quoad *primum* illum casum præscriptæ insimul superioritatis territorialis cum territorio ipso præscripto, res est expedita, quod hæc præscriptio præscribenti tribuat & adjiciat dominium & quidem *verum & plenum*, si territorium illud allodiale fuit, *L. 1. pr. ff. de usurp. & usuc.* Si verò feudale fuerit, & saltem ut tale possideatur, ejusmodi possessio legitimè continuata & inde formata & absoluta præscriptio tribuat dominium *minus plenum* & *utile*, directo dominio manente penes eum, qui hactenus dominus fuit, *2. F. 8. c. un. §.* Rei autem Lud. Hug. *de Stat. Reg. Germ. c. 6. §. 6.* cujus dominii naturalis vis & qualitas quasi innata est facultas territorium illud libere utique si dominio gaudet pleno & libero alienandi libera, & vel proprietate tenus in alium transferendi, vel servitutem in eo constituendi, vel Hypothecæ nexu obligandi, vel heredem in eo instituendi, vel aliter desuper pro lubitu disponendi *L. fin. C. de reb. al. non alien.* & quænam aliæ sint dominii virtutes vid. plur. B. Dn. D. Fromm. *de Dom. acqnis. c. 8. sqq.* quæ facultates quoque competunt domino utili atque Vasallo, quamvis modo quodam restrictiori, cum regulariter citra consensum domini directi rem ipsam alienare non valeat *2. F. 52. & 55.* nec aliud quid ratione feudi in domini directi præjudicium per agere, nisi observatis observandis, de quibus omnibus consuli inprimis potest Struv. *in S. I. F. c. 13. per tot.* Quod vero attinet ad *secundum* illum casum superioritatis territorialis seorsim à territorio præscriptæ, & ad instar cujusdam quasi servitutis in territorio alieno in & per se penes dominum manente, legitimè quæsitæ, is quidem qui ita præscripsit, nullum quidem consequitur dominium, liberè tamen & imperturbatè territorialia ista jura ad instar domini exercere potest, & quæ inde promanare & sperari unquam possunt commoditates ac utilitates omnes sibi capere ipse, *arg. L. 5. C. de mod. mulct. L. 9. §. 1. & §§. sqq. ff. de Usufruct.* vel etiam in alium transferre potest *arg. L. 25. ff. de V. S. §. 1. I. de Us. & hab.* & in hac sua quasi possessione & jure inde quæsito manu-

instar servitutis in territorio alieno. Utroque in casu effectus primus est in acquisitione dominii, servitutis talis &c. Ex primo ortus sunt remedia juris. Et considerantur hæc jura in statu vel tranquillo, vel turbato. In casu primo præscribenti tribuitur dominium, sive verum & plenum. sive minus plenum directum & utile, & liberum quoque. Unde facultas alienandi servitutem constituendi, &c. cujusmodi facultas etiam domino utili competit, modo quidem restrictiori. In casu secundo verò juris quid sit ratione su-

periorieatis seorsim quæsitæ, manuteneri ac defendi debet, perinde ac dominus in suo dominio, adversus quemvis turbantem & infestantem.

§. II.

Hactenus de statu tranquillo. Nunc de statu turbato, ubi de remediis juris paratis adversus turbatores. & an actiones juris privati hujusmodi materiis juris publici sint applicabiles? id quod contra hæsitantes, & diverso-rum statuum diversa jura inter se confundentes adstruitur, certaque fundamenta huic sententiæ substernuntur.

Hæc hactenus de Præscriptionis hujus *effectu primo*, qui se exserit in statu *tranquillo*, in statu v. qui sæpius hinc inde contingit *turbato*, prospicere debemus de remediis juris, quibus superioritatem territorialem duobus istis præscriptionum modis quæsitam, contra adversarios quoscunque sartam tectam conservare defendere atque vindicare possumus. Hîc quidem videmus hæsitare non raro, qui Juris publici DD. vocari præ aliis gestiunt, an actiones jure privato proditæ hujusmodi Juris publici materiis, iisque qui hujusmodi juribus gaudent atque præpollent satis commodè applicari possint vid. *Hert. d. Sup. territ.* §. *76.* laborantes ut plurimum hoc non levi nævo quod simpliciter & indistinctè reputare velint, quasi quibus armorum usus juraque bellorum concessa intelliguntur, legum Civilium actionumque judicialium subsidium eos dedecere vel maximè, ridentes exinde qui ad tales provocant, jura regnorum absolutorum cum juribus Imperii nostri R. G. mirum quantum confundentes; quibus tamen satisfieri potest ex optimè traditis insignis & experientissimi Juris publici scriptoris Lud. Hugonis *de stat. Reg. Germ. c. 6. §. & 1. sqq. plur.* & in specie quoque ratione Jurisdictionis & superioritatis territorialis vindicandæ & defendendæ easdem actiones competere quæ privatis pro jurium similium tutela & conservatione suppetunt, commonstrat *Id. d. l.* §. *36.* ubi plus satis manifestum esse scribit, quantus juris Civilis privati in controversiis, quæ de jure territorii judicio disceptantur, utut materia Juris publici sit, usus & authoritas sit, & quo fundamento Juris Consulti qui se Jus publicum tractare profitentur, subinde Leges Romani Juris, etiam privati, in hac materia in subsidium vocent: quem passu non infelici sequitur quoque B. Dn. Fromman. *in diss. de Condom. territ. C. 9.* §. *1.* scribens, territorialia ea Jura, quamvis materia Juris publici sit, ex Imper. Rom. Germ. Sanctionibus, & usu maximè, qui ei cynosuram præprimis suggerit, eruenda, ex Juris Civilis privati, quod in subsidium vocandum, latifundiis nihilominus examinanda quoque sunt, & quæstiones ex iis decidendæ: idque confirmat præjudicio Inclytæ Facultatis Jurid. in has Eberhardina in casu Condominii territorii, quo unus ex Ganerbiis castri cujusdam partem suam contra conventionem Principi alicui in feudum offerre tentaverat,

& præjudicio Facult. Jurid. Tubingensis, ut & authoritatibus

ad Legum nostrarum normam respondentis ap. Besold. *p. 2. cons. 49. n. 3.* quod & modò Dn. Hert. *d. l.* §. *76. & 77.* proponendo, quæ præsto sunt in hac materia actiones ipse indulget, idque ulterius oppidò constabiliunt innumeræ ferè relationes, decisiones & præjudicia ap. Meichsnerum, Gylmannum, Klokium aliosque, quæ provenerunt in causis Principum & Statuum etiam integras ditiones concernentibus vid. Hert. *d. l.* §. *74.* Suppetunt vero etiam hac in materia varia jurium nostrorum remedia pro varietate casuum. Præscriptione etenim superioritatis territorialis absolutâ, lis deinde movetur vel *de proprietate aut jure ipso*, vel *de possessione aut quasi*, proindeque actiones competunt vel *petitoria* vel *possessoria*. Quod ad *illas* seu petitorias attinet, illarum alia est in casu superioritatis cum ipso præscripto territorio in simul præscriptæ, nunc vero denuò in controversiam vocatæ, quæ est, quæ exinde oritur actio realis illa, quæ in specie rei Vindicatio audit, & quidem *directa* ipsis legum verbis expressis proposita, resultans alias ex dominio rerum corporalium vero, *L. 9. L. 23. pr. ff. de R. V.* §. *1. I. d. act.* eoque sive pleno; sive minus pleno, directo scil. *L. 33. ff. eod.* s. irrevocabili s. saltem revocabili *L. 66. ff. eod.* s. libero s. restricto *L. 24. ff. rer. am.* quæ utique & in hoc rerum articulo, ubi agitur de superioritate territoriali in concreto cum ipso territorio immediato quoad dominium *plenum* si allodiale est, aut si feudale est quoad dominium etiam *minus plenum directum*, quocunque licito modo acquisito, præscripta. Tum enim talis dominus à possessore ejusmodi territorium sibi vindicans, insimul & superioritatem in eo radicatam, tanquam rei princapalis accessorium eo ipso insimul consequitur Besold. *d. super. terr.* §. *28.* Lud. Hug. *d. l.* §. *30.* ubi quod cum ipsis territoriis s. integris s. pro parte & superioritas, jurisdictio, subditi & omnia quæ eo pertinent hac & alterius generis actionibus repetantur *L. 67. ff. d. R. V.* B. Dn. Fromm. *de Condom. terr. C. 9.* §. *29.* Et quamvis superioritas territorialis sit res quædam incorporalis, qualis propriè loquendo nullum est dominium, proinde nec rei vindicatio, attamen hoc saltem rectè dicitur, ubi res incorporalis tanquam principale objectum actionis, non quando ut rei corporalis ad hærens aut accessorium consideratur; ita enim evenit, quod alias non raro fieri solet, ut objecti intuitu aut alias ob causas res incorporales corporalium naturam induant Hert. *d. l.* §. *76.* Aliàs & actionem personalem hîc competere DD. statuunt, & quidem *Conditionem* ex Lege, quoties

convalidantur, provocando quoque ad relationes decisiones & præjudicia Cameræ Imperialis.

Suppetunt autem actiones vel petitoriæ, vel possessoriæ.

Inter petitorias in casu superioritatis præscriptæ cum territorio competit præcipuæ Rei vindicatio, & directa resultans ex dominio vero pleno, minus pleno; sed directo, & revocabili, & irrevocabili, etiam ratione hujus materiæ, ubi territorium sibi vindicans, & superioritatem territorialem tanquam accessorium sibi vindicat.

Dubium ex ratione rei incorporalis

jus tale privilegio concessum asseritur, *Condictionem vero ex moribus*, quando vel præscriptione vel investiturâ quæsitum est Besold. *d. l.* §. *28.* Quod si vero superioritas territorialis una cum dominio saltem *utili* territorii istius immediati, feudi jure præscripta est, expediti jam juris est, *rei vindicationem utilem ex mente* ei qui præscripsit ad eundem modum competere, *arg. 2. F. 8. pr. vs. Rei autem* Besold. *d. l.* Hug. *d. l.* §. *30.* Hert. *d. l.* §. *76.* In casu v. alio, ubi superioritas territorialis in se & seorsim, abstrahendo à præscriptione ipsius territorii mediante præscriptione jam in alterius territorio tanquam species quædam servitutis juris publici quæsita est, suppetit omninò actio confessoria utilis ex mente *arg l. 9.* §. *2. ff. de damn. inf. L. 6. ff. arb. furt. Cæsar.* quæ communis est DD. sententia Besold. *d. l.* Hugo. *d. l.* §. *31.* Pauermeist. *de Jurisd. L. 1. c. 29. n. 9.* Stephani *de Jurisd. L. 1. c. 40.* Schurpf. *Cent. 1. c. 49.* Oldendorp. *cl. 3. art. 4. n. 3.* B. Dn. Fromm. *de Condom. terr. c. 9.* §. *31. in fin.* B. Dn. Lauterb. *ad tit. de Jurisd.* §. *49.* Schüz. *in comp. ibid.* Cui opponitur *utilis negatoria* pro libertate territorii contra injustos talium jurium territorialium usurpatores asserenda atque defendenda Hugo, Lauterb. Fromm. *dd. ll.* Besold. Brunnem. *cons. 57. n. 14.* Hert. *d.* §. *76.* utut subdubitans, quamvis cum aliis nonnullis JCtis Cothmann. *1. Resp. 30. n. 17.* haud satis tutum arbitretur ejusmodi actiones instituere; Ad quod dubium tamen eximendum, satis erit provocare ad relationes & decisiones Camerales, quæ demonstrant in Tribunalibus Imp. summis, præsertim Camerali in judicio hanc sententiam actiones has suggerentem absque omni hæsitatione receptam esse teste Ruland. *d. Commiss. P. 3. L. 3. c. 18. n. 9.* Hugon. *d.* §. *31.* Præter illas actiones *petitorias* præsto sunt & actiones *possessoriæ* quando non de ipso superioritatis territorialis juræ, sed saltem de ejus quasi possessione agitur, quarum quæ huc inprimis pertinent præcipuæ sunt tum *Interdictum retinendæ possessionis utile*, quando quis in illius quasi possessione aut exercitio ab aliquo turbatur *arg. L. 8.* §. *5. ff. si serv. vind. & c. 9. x. de probat.* Et quamvis id operosè neget Bocer. *cl. 4. d. 5. 12. 52. lit. a.* Rationes tamen ejus ad id, quod hodie hac in re obtinet, evertendum parum proficiunt, unde & in contrarium communior Dd. conclusio, ut & Praxis ferè quotidiana, quod & ipse fateri debuit, militat, rectè id commonstrantibus Carpz. *P. 2. c. 7.* §. *11. & 12.* Goswin. ab Esbach. *ibid.* pluribusque ab hoc adcitatis, inprimis & Brunnem. ad *L. 1. ff. de Int. uti poss. n. 2.* in genere attestante, pluries utile

hoc

movetur atque refellitur.

Alii concedunt, & condictionem ex lege & ex moribus.

Si verò superioritas territorialis cum ipso dominio utili præscripta est, competit rei vindicatio utilis ex mente.

In casu verò ubi superioritas territorialis seorsim tanquam servitus quædam juris publici præscripta est, competit actio confessoria utilis ex mente.

Cui opponitur utilis negatoria.

Ad possessorias pertinent interdictum retinendæ possessionis utile.

Ad dubia Boceri hac in re respondetur.

hoc interdictum de juribus pluries in foris nostris audiri, quam directum de corporibus B. Dn. Lauterbach. *d. l.* §. 49. & ibid. Schutz. *in Compend.* Hert. *d. super. territ.* §. 77. ubi & dissentientes alios adducit, tùm & *utile* interdictum *recuperandæ possessionis* seu unde vi, in casu ubi quis de quasi possessione aut exercitio jurisdictionis territorialis dejectus est Besold. *de super. territ.* §. 28. Wesenbec. *ad tit. und. vi n. 9.* Lauterbach. & Schutz. *dd. ll.* tùm & in primis remedium Can. Redintegranda *c. 3. caus. 3. q. 1.* quod omninò utilissimum est in specie quoque in hac materia. Besold. Hert. Lauterbach. *dd. ll.* Unde & raro imo rarissimè interdictum unde vi in judicium deduci, cum spoliato utilius longe sit non tantum in rebus corporalibus, sed & incorporalibus ex Menoch. *de recup. poss. ad hoc remedium* observat Dn. Lauterbach. *d. l. in fin.* maximè cum etiam detur adversus quemcunque etiam b. f. & titulo possidentem vid. noviss. Magnif. Dn. Præses *in Prax. ant. mod. act. For. Disp. XI. S. 1.* §. 12. *& ibid. citt.* De cœtero quænam adhuc alia juris remedia & petitoria & possessoria in genere pro obtinenda & conservanda superioritate territoriali suis in casibus comparata sint, veluti & hereditatis petitio utilis, & Interdictum quorum bonorum, & similia alia videre est apud Dn. Lud. Hug. *d. tr. de Stat. Reg. Germ. c. 6. ferè per tot. & inprimis* §. 29. *seqq.* B. Dn. Frommann. *de Condom. territ. c. 9. per tot.*

Utile interdictum possessionis recuperandæ. Remedium Canonis Redintegranda &c. tanquam utilissimum præ interdicto unde vi. Competens etiam adversus b. f. possessorem. De remediis aliis in genere quoque suppetentibus remissive.

CAPUT VII.

De Contrariis superioritatis territorialis acquisitiva.

§. I.

DE Contrariis nunc quoque breviter. Contrariatur 1. huic præscriptioni saltem inchoatæ, quam maximè Usurpatio s. interruptio, quæ duplex est vel *naturalis*, vel *Civilis*, per ea quæ supra indigitavimus *Cap. 5. Naturalis* fit naturali quodam facto & re ipsa *L. 4.* §. 22. *L. 5. ff. de Usurp. & Usuc.* Veluti dejectione de possessione vel quasi *d. L. 5. L. 15. ff. eod.* quod fieri potest vel actu unico, quod obstaculum aliquod exercere volenti objicitur, quo usus impeditur *L. 4.* §. *si viam ff. eod.* vel facto quoque derelictionis proprio *arg.* §. *pen. J. de rer. divis. Civilis* verò fit aut dicitur potius fieri per actum quendam Civilem, veluti per litis Contestationem *L. 10. C. de A. vel A. P. L. 2. C. de R. V. L. 10. C. de præscr. long. temp. L. 3.*

Ad contraria refertur 1. Usurpatio naturalis & civilis. Quomodo id fiat?

L. 7. C. de præscript. 30. ann. & hodie etiam per solam Citationem ad processum legitime factam, aut per libelli oblationem *L. 2. C. de ann. exc.* Lauterb. *ad tit. de Usurp. & Usuc.* §. *34.* modo tamen actor obtineat *L. 1. ff. pro donat.* Donell. *L. 5. c. 21. in fin.* Excell. Dn. Bœhmer. *in Introd. ad ff. tit. de Usuc.* §. *17.* imò etiam ubi talia haberi nequeunt per extrajudicialem denunciationem testatò factam *d. l. 2. L. 10. §. 3. ff. quæ in fraud. cred. L. 17. C. d. R. V.* Carpz. *P. 2. c. 7. d. 4. seqq.* & ibid. per plures authoritates Goswin. ab Erbach *in addit. ad d. 4. & 5. junct. ad P. 2. c. 3. d. 1. ad verb. non interrumpitur.* & ibid. alleg. Dn. Lauterb. *d.* §. *34.* add. Dn. Böhm. *d. l.* §. *18.*

2. Restitutio in integrum. Hæc an detur ob solam ignorantiam? Remissive ad Authores negantes de Juris veritate. Concedentes verò de praxi. Etiam post annis 100. Limitatur, utut nonnulli autumment, non mereri, ut in praxin recipiatur, & opus esse Imperatoria decisione.

2. Contrariatur huic præscriptioni restitutio in integrum, quæ & præscriptionem perfectam rescindere potens est *L. un. C. si adv. usuc. L. 1. ff. ex quib. caus. maj.* veluti quæ dantur minoribus 25. annis *tot. tit. ff. de minor. 25. ann.* absentibus *rubr. & tot. tit. Quib. ex caus. maj. in int. rest.* An verò etiam alicui ob solam ignorantiam restitutio detur? Pro & contra decertant Doctores. Nobis hac de re placet hac vice remittere ad B. Dn. Lauterbach. *d. l.* §. *35.* ubi de Juris veritate negativam fundatissimam *per L. 12. in fin. de Præscript. long. temp. L. 3. C. de Præscript. 30. vel. 40. ann.* dicit; Contrariam tamen i. affirmativam in judiciis jam radices ita egisse altiores, ut inde vix evelli possit scribit cum Brunn. *in Exerc. Justin. 8. in fin. & ad L. 1. ff. quib. ex caus. maj. n. 3. & ad L. fin. C. de Præscript. 30. vel 40. ann. n. 11. & 12.* & cum Gail. *2. O. 19. n. 18. & 19. & O. 48. n. 19.* & cum Mev. *P. 2. d. 174.* quod ampliat, ita ut etiam post 100. annos detur, cum hoc tamen temperamento, modo ignorantia sit justa vel probabilis, nec cum negligentia quadam conjuncta, post alios *ibid. & ad tit. ff. qui ex caus. maj.* §. *19.* Stryk. *in U. M. ff. ad d. tit. in f.* Böhm. *ad d. t.* §. *7.* Quamvis Hahn. ad Wesembec. *ib. n. 10.* statuat istam in genere spectatam sententiam non mereri, ut recipiatur in praxi, unde decisione Imperatoria eam potius indigere arbitratur Berlich. *in concl. Pract. P. 2. concl. 10. n. 1. seqq.* Possunt etiam ulterius inter contraria hic referri defectus, qui se exserunt ratione vel causæ, vel subjecti, vel objecti, & id genus alii; sed quia de his ex præmissis jam satis constat *vid. supr. c. 2. & seqq.* hîc filum nunc abrumpimus.

S. S. D. G.

X. DIS-

X.

DISSERTATIO
DE
CAUSSA ET ORIGINE UNIONIS
SEU FOEDERIS ELECTORALIS

PRÆSIDE

NICOLAO HIERONYMO GUNDLINGIO, JCt.

Sereniſſimo Boruſſiæ Regi à Conſiliis Intimioribus & Eccleſiaſticis Juris Naturæ ac Gentium itemque Eloquentiæ atque Antiquitatum Profeſſore Ordinario,

defenſa à

CAROLO WILHELMO de STANGEN,

EQUITE THUR.

HALÆ MAGDEBURGICÆ, 1720.

CONSPECTUS DISSERTATIONIS.

§. I. *Quare de electorum origine ac numero eorumque definitione nihil dicatur.* §. II. *Cauſſa fœderis, ſeu unionis electoralis Pontificum Romanorum ferocia eſt.* §. III. *inque primis Joannis XXII. Character & ortus hujus Papæ. Vitia ejusdem: opiniones paradoxa.* §. IV. *Italiæ dominatum affectat; Gibellinos oppugnat, cumque maxime Matthæum Galeatium; quem Ludovicus Bojus defendit.* §. V. *Hinc ira Joannis XXII. qui Ludovicum hæreticum nominat.* §. VI. *Proceſſus in Imperatorem hunc.* §. VII. *Obtentus vanus: jus confirmandi Imperatorem: cui obtentui primus anſam dedit Lotharius Saxo. Petitum Pontificis Paſchalis I. tempore Ludovici Pii, ne ſine ſuo conſenſu Imperatoris dignitatem aliquis acceptaret: a quo tamen ſtatim receſſit.* §. VIII. *Nec auſus eſt quisquam petere amplius tam inſolita. Ottonum I. II. & III. auctoritas.* §. IX. *Leonis VIII. conſtitutio, ſeu pactum cum Ottone M. vulgo circumlatum ſuſpectum, immo falſum. Potius is pepigit cum Joanne XII. de Pontifice ſine ſuo conſenſu non eligendo: hocque pactum renovavit Leo VIII.* §. X. *Ottonis III. cum Gregorio V. pactio non extat. Thuani veriſimilis conjectura, quomodo eligendi jus Imperatorem Romanum Germanis obvenerit. Imperium Romanum quid?* §. XI. *Imperatorum Romanorum & Italiæ Regum jus ex ſucceſſione. An ſucceſſio ad Ottonianum ſtemma reſtricta?* §. XII. *Dubia e Ditmaro Merſeburgenſi & Wippone de Henrico II. &* Con-

Conrado Salico. §. XIII. *Langobardi post Ottonem III. alium Regem circumspiciunt, quam Germanorum. Idem faciunt post Henricum Sanctum.* §. XIV. *Unde conjectura, pactum Ottonis cum Romanis Italisque esse Commentitium. Cui conjecturæ & dubio satisfit.* §. XV. *Ipse Papa Nicolaus II. Regum Germaniæ jus perpetuum agnoscit.* §. XVI. *Quem perperam reprehendit Alexander II. dictus olim Anselmus Lucensis.* §. XVII. *Itali injuste secedere a Germanis conati sunt: quod probatur.* §. XVIII. *Argumentum stringens ab hæreditario Coloniensis Archi-Episcopi jure, ut esset Cancellarius Romanæ sedis. Quæ res originem Archicancellariatui Coloniensi in Italia dedit.* §. XIX. *Gregorii VII. conatus, ne regnum Germaniæ per successionem ullo modo deferretur, sed per liberrimam electionem.* §. XX. *Unde magna in imperio immutatio; impedita paullisper Henrici IV. victoriis.* §. XXI. *tandem vero post victum Henricum V. plene insecuta. Nam Lotharius Saxo primus fuit, Pontifici electionem suam legatis ac litteris significans: quod ostenditur. Quando liber de beneficiis scriptus?* §. XXII. *Propositum pontificis ambitiosum cum stabiliret electionem.* §. XXIII. *etsi id dissimulabat.* §. XXIV. *inprimis cum Arnaldi asseclæ Pontificem redigere ad Apostolicam paupertatem cuperent. Eugenii III. sollicitudo. Conradus III. cur non audiverit Arnaldistas?* §. XXV. *Italorum & Romanorum ferocia castigata a Friderico Barbarossa. Hadriani IV. confessio.* §. XXVI. *Ejusdem imprudentia.* §. XXVII. *Friderici Ahenobarbi ira. Victoris III. & Alexandri III. discors in Pontificatum electio.* §. XXVIII. *Quare Fridericus succubuerit Pontifici?* §. XXIX. *Mora Pontificum in coronando ejus filio Henrico VI. Urbani III. pertinacia.* §. XXX. *Gregorius VIII. Henricum electum Romanorum Imperatorem primus appellat. Germania imperium Romanum dicta.* §. XXXI. *Regis Romanorum elogium: quo primum usus Henricus III.* §. XXXII. *utut rarissime. Henricus V. a patre Henrico IV. hoc titulo insignitus. S. Bernhardus Lotharium ad* PROPRIAM CORONAM *vindicandam stimulat: quæ erat Romana. Elogium Regis Romanorum perpetuum: quamvis Papa sibi jus examinandi reservaret, nec sine rogatione unctionem impertire vellet. Idque probatur.* §. XXXIII. *Innocentius III. successionis jus iterum impugnat: Philippum Suevum repudiat plurium suffragiis electum; variis dialecticis ratiunculis usus.* §. XXXIV. *Quæ refelluntur: A Græcis nihil translatum ad Francos. Beneficium Romanæ sedi a Carolo M. præstitum.* §. XXXV. *Lotharius Innocentium II. confirmavit; neque hujus ille beneficio imperium accepit.* §. XXXVI. *Unde mirum, relictum Pontifici investituræ jus. Laus ab Innocentio III. tributa Lothario Regi Catholifico.* §. XXXVII. *Pontificum ingratus animus in ipsum ac Germaniæ Reges. Nihil ei ob coronationem juris in electione Regis Germaniæ. Illatio absona: Lotharius ejusque successores notam fecere Papæ electionem; ergo jus examinandi regiam personam competit Papæ. Marsilii Patavini observatio.*

§. XXXVIII.

§. XXXVIII. *De consecrationis necessitate disputatio. Primum unctus Pipinus.* §. XXXIX. *Inane effugium, providendum esse Pontifici, ne hæreticum, Saracenum, prædonem eligant Germani.* §. XL. *Papæ audacia in repudiandis Regibus. Mores & axiomata ejusdem.* §. XLI. *Provocatio ad jus divinum. Inepta consecutio ab indigentia advocati ad examen personæ regiæ:* ἀσύςατα *in papæ assertis.* §. XLII. *Innocentius IV. Pontifex pessimus. Imperium externis principibus oblatum. Alexandri IV. prohibitio, ne Conradinus eligeretur.* §. XLIII. *Urbanus IV. de electione Richardi & Alphonsi arbitrium sibi sumit. Odium in Hohenstaufios.* §. XLIV. *Gregorius X. Electoribus minatur, ni Regem eligerent. Jus devolutionis insulsum. Cur Gregorius X. eligi Regem voluerit? Electorum litteræ ad Nicolaum III. itemque Ludovici Palatini. Saxonia Evangelica Hœpfneri commendatur & emendatur.* §. XLV. *Respondetur dubio ab hisce litteris petito. A. Pagius laudatus.* §. XLVI. *Rudolphus Habspurgicus confirmationem a Pontifice petit. Cur?* §. XLVII. *Bonifacii VIII. in Adolphum & Albertum ausus. Alberti Austriaci litteræ nihil præjudicii adferunt Imperatoribus.* §. XLVIII. *Argumentum ei juris in electione competere.* §. XLIX. *Papa* μοναρχόμαχος. §. L. *Henrici VII. fortitudo.* §. LI. *Unde potissimum furor Ioannis XXII. in Ludovicum Bavarum derivatur.* §. LII. *Quæstiones variæ de Jure regni & sedis Romanæ.* §. LIII. *Doctores multi pontificum ausus impugnant.* §. LIV. *Adelzreiterus Ludovicum Bojum præter spem & opinionem reprehendit. Qui defenditur.* §. LV. *Etiam a Benedicto XII.* §. LVI. *Quare interea idem Pontifex in gratiam cum eo non redierit?* §. LVII. *Ludovici Boji conjecturæ eventu comprobatæ. Gallorum machinationes.* §. LVIII. *Electores principes in iram versi. Constitutio imperii Renseensis de Septemvirorum juribus.* §. LIX. *a qua diversum fœdus Electorale, quod latino idiomate adscribitur.* §. LX. *Approbant istud sapientiores in curia Romana. Litteræ Electorum ad Benedictum XII. quæ a falsitatis suspicione liberantur. Tres aliæ dissertationes de hoc Electorum fœdere promittuntur.*

DE CAUSSA ET ORIGINE UNIONIS SEU FOEDERIS ELECTORALIS.

PROOEMIUM.

THema nostrum de Unione Electorali agit, uti vulgo vocatur. Probe enim alioquin tenemus, unionis voculam ad barbaras pertinere eoque, si latinius loquendum, fœderis, vel fraternitatis nomen fore substituendum. Nos de re ipsa solliciti id agemus, ut I. Caussa hujus fœderis. II. Auctores III. progressus IV. usus ejusque efficientia innotescant. Sed cum

in

in tractatum facile excrescere dissertatio posset, si universa atque singula excutere vellemus accurate, idcirco primum duntaxat, nempe caussam & originem hujus fœderis in præsenti ante oculos constituemus: reliqua alii loco & tempori reservaturi.

§. I.

ET plane vero pro supervacaneo habemus, disserere hoc loco de Electorum origine ac numero; cum aliunde constet, Friderici Barbarossæ ætate eos, qui recentiori ævo comparuere, septemviros primariam in electione Imperatoris auctoritatem esse indeptos. Saltem peculiari dissertatione perspicue hoc ostendit Præses in Gundlingianis de Francorum regno partim per electionem, partim successionem delato; quod dubitanter olim Conringius censebat adfirmandum. Quid autem sit Princeps Elector, ponimus, eosque, qui hoc nesciunt, a nostris Musis prorsus abesse jubemus.

§. II.

Caussam vero hujus fœderis Pontificis Romani ferociam dicimus, ejusque injustissimos ausus, Principibus Electoribus ereptum cupientis jus eligendi antiquum, ut suo omnia arbitrio subjicerentur, nemoque esset, qui non precarium imperium haberet, destituique pro lubitu posset ab eo, qui totius orbis dominatum variis artibus ac technis adfectabat.

§. III.

Qui omnium impudentissimæ ad talem tyrannidem adspiraverat, Joannes XXII. fuit, Jacobus de Cadurco nominatus antea, de quo in vulgus invaluit, eum sutoris veteramentarii filium fuisse, aut saltem obscurissime natum. Cui sententiæ etsi calculum non addimus, Alberti Argentinensis fidem secuti, utpote de militari progenie Joannem satum adseverantis; neutiquam tamen arbitramur negandum, eum hominem extitisse obstinatissimi ingenii, ac metaphysicis meditationibus deditum id sæpe egisse, ut nova dogmata (*) procuderet omnesque ἑτεροδοξίας reos pronunciaret, qui fæculentæ mentis commenta non

(*) Franciscani nimirum apertis eum testimoniis convicere, quod veteribus Ecclesiæ placitis contrarias doctrinas induxerit, Nicolai III. Decretalem revocando, *Exiit qui seminat*, novumque ad *Conditorem* substituendo; præcipiens omnibus, ne quis Christum ejusque discipulos omni destitutos proprietate crederet, contra euntibus pessimæ doctrinæ labem affricando: ut taceam, quæ de visione DEI idem disputaverit magno animorum motu, confutatus propterea a Doctoribus Parisiensibus, exacte id ostendentibus *Bulæo* Hist. Academiæ Parisiensis Tom. IV. p. 225. seq. ac *Launoio* Hist. Navarr. Tom. I. p. 61.

non baſiarent illico; pallidus de cetero, ſtatura & voce puſillus, vehementiſſimaque cupidine diſſentientes atque omni acerbitate ad extremum perſequens. Quod ſane diffiteri non potuit doctiſſimus Stephanus Baluzius varia ceteroquin ad Joannis laudem in notis ad vitas Paparum Avenionenſium p. 691. ſeq. colligens, quæ non repetimus.

§. IV.

Hic igitur homo vafer, ſimulatque opinioſus diſſidio Friderici Pulchri Auſtriaci, & Ludovici Boji ſtimulatus, opportunum adeſſe tempus exiſtimabat, quo ſolitariam ſibi auctoritatem in Italiæ regno arrogando, Gibellinorum partes funditus everteret. Hinc inficete admodum finxit, ſe vacante regni ſolio merito exiſtimari vicarium Imperatorem; neminemque pro legitimo habendum domino, cujus electionem non approbaſſet Pontifex. Quod cum graviſſime diſpliceret Matthæo Vicecomiti Mediolanenſi Gibellino isque Ludovici Boji auctoritate vicarium ſeſe in Langobardia gereret, fremuit Joannes atque hæreſeos ei notam impegit, quaſi negaret Matthæus poſt mortem renaſci humanorum corporum cineres favillasque; eo ad extremum deveniens, ut non ſolum a communione eccleſiæ ſepararet Galeatium; verum etiam armis Roberti Siculi ac fœderatorum defuncti filios dejiciendos de patriis poſſeſſionibus ac fortunis ſatageret. Quibus conatibus ſicuti merito obviam ivit Ludovicus Rex atque electus Imperator Mediolanum per ſuos legatos ac Gibellinorum copias ab obſidione liberans; ita fieri aliter vix potuit, quam ut Cadurcenſis iſte denuo excandeſcens de ultione in Cæſarem cum impetu effundenda diligentiſſime cogitaret.

§. V.

Eum in finem non ſolum Auſtriacos Principes in Imperatorem ſollicitavit, verum etiam novis inventis operam dedit: cauſatus inter alia, ſibi indagandi jus eſſe, dignus ne ſit huic honori initiandus, an forte indignus, & ad evertendam rempublicam, eccleſiæque ſalutem convellendam natus potius factusque. Et Bojum vero ejus farinæ Principem videri, non orthodoxum, Matthæo Galeatio hæretico addictum, cui proinde obſtruenda ſit ad imperii dignitatem via: ſuffragia Principum Electorum majora nihil hic ponderis habere: penes ſe eſſe facultatem ungendi ac coronandi: hæretico vero manus imponi à ſummo Pontifice neutiquam poſſe; quamvis electo nullum ſuffragium deſit, isque a primoribus principibus univerſis ac ſingulis Rex Francofurti cooptatus, atque Aquisgranenſi in civitate ſacro unguento ſit illitus.

§. VI.

De facti veritate nemo dubitabit, qui annales ejus temporis diligenti ſtudio evolvet, ac proceſſus Joannis XXII. uti barbare vocabat, in Ludovicum

Imperatorem ab Edmundo Marteneo nuperrime publici juris factos cum cura lectitabit. Tametsi enim Bzovius, Baluzius, Herwartus aliique nonnulla & plurima hac de re sparsim edidere; fecit tamen nunc eruditus Monachus, ut universa conjunctim & majori instructu curiosis harum rerum spectatoribus exhibeantur. Ac patet exinde, aliisque historiarum monumentis, nihil pensi habuisse iratum Pontificem, quidquid etiam a legatis imperatoriis in contrarium differeretur; sed inaudita potius audacia jussisse, ut solio illico decederet Rex improbus ac Romanæ sese sedi divoque Petro modeste submitteret; laturus alioquin ecclesiæ severissimas pœnas, ipsumque excommunicationis fulmen experturus, ni infra statutum tempus, quod trium primo mensium erat, quibus binos ex abundanti sese addidisse Romanus gloriabatur sacerdos, obsequium præstaret, ac resipiscentiæ signa non fucata sibi suisque fratribus Cardinalibus ostenderet.

§. VII.

Sæpe vero mecum reputavi, qua excusatione uti potuerit hic Pontifex superbissime sese gerens & ad omnia leniora consilia aures obturans; donec tandem intelligerem a temporibus Lotharii Saxonis id, quicquid est inficeti, videri arcessendum. Etenim ante illam ætatem non tam Imperatores electionem, aut imperii sui legitimum initium Romano Præsuli significabant, multo minus ejus consensum expetebant; sed Italia potius atque Pontifices diligenter vigilabant & inquirebant, quis a Teutoniæ proceribus in solium esset evectus, ut se suaque iis quantocius commendarent, & de summa imperii dignitate, inter varia cultus atque observantiæ genera, nove electo gratularentur. Etsi namque sub Carolingis jam Paschalis I. flagitabat temere, ut ne sine Episcopi Romani consensu summam imperii acciperet Lotharius, Ludovici Pii filius; cognitum tamen est, eum statim ab hisce ausis abstinuisse, Lothariumque ab Italiæ oris secedere volentem honorificentissimis verbis invitasse, ut ad Romanam civitatem contenderet, a se solenni cerimonia inaugurandus. Saltem id annales ab Odilone Cluniacensi Eginharto adscripti clare produnt ad annum IↃCCCCXXIII. *Lotharius vero cum secundum patris jussionem in Italia justitias faceret, & jam se ad revertendum de Italia properaret, rogante Paschale Papa Romam venit, & honorifice ab illo susceptus, in sancto Paschali die apud sanctum Petrum regni coronam & Imperatoris & Augusti nomen accepit. Inde Papiam regressus, mense Junio ad Imperatorem venit.*

§. VIII.

Ab eo tempore nemo Pontificum ausus est petere tam insolita: quin post varias mutationes Otto Magnus fidelitatis jurandum a Pontifice Joanne XII. accepit, idque violantem de Pontificatu dejecit; prorsus ac fecissent Carolingici Impe-

Imperatores, auctoritatem suam nunquam & nusquam negligentes, si ad similem audaciam processissent Romani sacerdotes: de quibus præclara collegit Stephanus Baluzius in notis ad Agobrandum p. 123. Cumque sub Ottone II. qui ob Francicos & Lotharingicos tumultus non statim Italiam invisebat, cristas adtollerint Romani, in ordinem iterum coacti sunt, multo addictius deinde post Cincii & Crescentii superbiam infractam, ab Ottone III. regnati. Et hic vero optandum utique, ut Ottonis III. cum Pontifice Gregorio V. pactum superesset, cujus ad unum fere omnes mentionem injiciunt, nullus autem vel jureconsultorum vel historicorum in medium adduxit; utut in concilio sacro Romæ a. *996.* congregato tale quid in vulgus manasse scribunt fere universi.

§. IX.

Cujus rei veritate etsi neutiquam indigere Germanos adseverant nonnulli, Leonis VIII. constitutionem & pactum cum Ottone M. crepantes, quo tum huic, tum ejus successoribus in perpetuum permiserit facultatem eligendi Pontificem Romanum, & investituras Episcopis tribuendi; vereor tamen, ne finem obtineant suum ita rationes subducentes. Id quidem indubium est, Theodoricum Niemium & ante eum Gratianum celebris decreti architectum, ac Goldastum in variis voluminibus; & ipsum denique Petrum de Marca in libro de concordia sacerdotii & regni nonnihil auctoritatis Leoninæ constitutioni tribuere; sed vix tamen horum adserta extra dubitationis aleam posita sunt: inprimis postquam Antonius Pagius Rom. IV. Criticæ p. 8. n. 7. tam varia obvertit dictæ chartæ, ut mirum videatur, Viros historiæ & criticæ artis peritos ejus generis næniis fidem potuisse habere. Unde firmiter concludendum, Ottonem M. si quid pepigit, pepigisse sane cum Joanne XII. de Pontifice non eligendo sine Imperatoris consensu. Legitur quippe, Benedictum V. Pontificem Leoni VIII. oppositum, quem Hamburgi obiisse notum est, illam dispositionem abolere sategisse: hancque iterum a Leone VIII. in integrum esse restitutam. Id Baronius & Pagius non negant, sed facile nobis concedunt & largiuntur. Inde vero atque hoc ex fonte haud dubie traditio defluxit, Leonem illius peregrinæ & paradoxæ constitutionis, ab homine otioso & imperito confectæ, auctorem extitisse. Qua fictione opus sane non fuit, cum aliunde innotescat, Ottonem M. non minori auctoritate Romæ polluisse, quam Berengarios, sed qui summum imperium tam in Italia, quam imperio Romano certissime exercuere, latius id probante Muratorio in observationibus suis adversus illustrem Fontaninum.

§. X.

Quare amplius nihil restat, quam ut indagemus, an, quod Ottoni III. & Gregorio V. adscribitur pactum de eligendo a Germanis Imperatore atque Italiæ Rege, sit veritate consonum, αὐτόγραφον licet non extet, neque inveniatur

 usquam?

usquam? Et fateor omnium verisimillime judicasse I. A. Thuanum, quomodo ejus generis fœdus potuerit coalescere. *Translatum autem*, inquit lib. II. historiarum initio, *ad Germanos imperium fuit ab Ottone I. Henrici Aucupis filio mansitque in ejus familia usque ad Ottonem III. Nepotem, qui veritus ne imperium a patre & avo in Germania firmatum, ad Italos, aut etiam Græcos transferretur, legem tulit, qua scitum est, licere solis Germanis Principibus Imperatorem eligere.* Verum tamen ea ratione revera fuisse conventum, nondum est ad liquidum perductum. Unde Muratorius iterum alia argumenta conquirit, unde Ottonis III. summam potestatem in Romano imperio tueatur, quod inprimis exarchatu, & ducatu Romano continebatur, superiore Italiæ parte Longobardici regni titulo superbiente, quod eundem Ottonem III. summa cum auctoritate tenuisse indubium est.

§. XI.

Duntaxat quæritur, an successoribus idem jus, eademve fuerit potestas? Et negare non debet, Imperatores Romanos atque Italiæ Reges hæreditario jure imperasse; idque circo ad posteros similem auctoritatem propagasse. Quod extremum ipsi non diffitentur Pontificis Romani asseclæ; etsi negant REGNO GERMANIAE jus succedendi esse datum æque: quin immo adfirmant vicissim, solam Caroli progeniem, Ottonumque stemma ejusmodi prærogativo honore fuisse ornatum. Ex quo consequi putant, ceteros, qui tali origine essent destituti, nove debuisse eligi, electosque reapse.

§. XII.

Ac putavi aliquando, gratis id dici, nec speciem habere ullam, quam suæ prætexerent Romanenses opinationi. Verum tamen aliter sentire cœpi, cum Chronicon Hildesiense evoluerim, cumque vitam Conradi Salici a Wippone conscriptam perlustrarem. Uterque enim electionis mentionem faciunt, quando de inauguratione Romana Henrici II. & Conradi verba faciunt. Ita enim anonymus Hildesiensis ad a. 1014. de Henrico Sancto: *Natalem Domini Rex Papiæ celebravit. Inde comitatu regali Romam pergens, imperialis coronæ diadema a Sancti Petri vicario Benedicto XVI. Kalendas Martias cum* GENERALI ELECTIONE *suscepit.* Wipponis autem verba hæc sunt notatu digna: *Igitur Rex Chuonradus Romam ingressus, eodem anno ut supra, id est, a nativitate Salvatoris M. XXVII. indictione decima a Papa Ioanne & universis Romanis regio honore mirifice receptus est: & in die sancto Pascha, qui eo anno VII. Kalendas Aprilis terminabatur, a Romanis ad Imperatorem* ELECTUS *imperialem Benedictionem a Papa suscepit.*

§. XIII.

De Longobardis vero constat, eos post Ottonis III. obitum ad Ardoinum Eporediæ

Eporediæ Marchionem deflexisse, ipsi Henrico II. insidias struentes, ac sæpe rebelles. Deinde neminem latet, post Henricum II. eosdem Regem Galliæ Robertum sollicitasse, ut vel ipse, vel, si dubitaret Pater, filius ejus Hugo Italiæ sceptra capesseret; eoque repudiante Guilielmum Aquitaniæ Ducem adiisse, precantes, ut itidem vel ipse imperaret, vel gnatum sibi Regem daret, evehendum forte ad Romani imperii culmen aliquando. Certa hæc sunt, atque illico ex epistolis Fulberti Carnutensis, Giraldo Aurelianesi, Ademaro Cabenensi, & Chronico MS. Petaviano ac Thuaneo comprobatu facilia: utut Wippo in gloriam Conradi II. intentus nihil hac de re memoræ prodit, præterquam quod a Papiensibus, Henrico II. defuncto, palatium regale adfirmet destructum.

§. XIV.

Unde conjicere liceret ferme pactum Ottonis III. commentitiis esse accensendum, ac probabile omnino, Thuanum, aliosque cum eo solum probasse, conflari hujusmodi fœdus potuisse, revera autem conflatum esse, a veritate prorsus abludere. Sed salva res est. Ne enim dicam eligendi vocabulum ambiguæ significationis videri, atque inaugurationem sæpe significare; fatebor sane, affectasse hoc Romanæ civitatis incolas cum Præsule suo; affirmantes non sine colore: fas esse, ut, quod olim Ottonibus eorumque successoribus promissum, solenni modo repeteretur, inprimis cum successio quoque a prima electione dependeat, istaque nihil aliud, quam repetita electio videatur. Quem obtentum utique effecisse existimo, ut Reges Germaniæ permitterent Romanis electionis e primo fœdere oriundæ repetitionem; ut qui nondum eo tempore audebant, repudiare cooptatos a Teutonibus Dominos, sed summa animorum conspiratione & Henricum II. & Conradum Salicum & Henricum III. atque filium ejus Henricum IV. agnoscentes sponte sua post Germanorum electionem ungebant.

§ XV.

In qua sententia Nicolai II. decretum amplius me confirmat, quod de Romani Pontificis electione in vulgus edidit, quo principale judicium ille in Cardinales transscripsit. Meretur res, ut e Chronographo Virdunensi adscribantur tam celebris decreti memorabilia verba: *Eligunt autem* (Cardinales) *de ipsius ecclesiæ gremio, si repertus fuerit idoneus, &, si de ipso non invenitur, ex alia assumatur salvo debito honore & reverentia dilecti filii nostri Henrici, qui inpræsentiarum Rex habetur, & futurus Imperator DEO concedente* SPERATUR, *sicut jam sibi concessimus &* SUCCESSORUM *illius, qui ab hac Apostolica sede* PERSONALITER *hoc jus* IMPETRAVERINT. Unde infero, nihil sic decessisse optimatibus Teutoniæ, utpote quorum principales in electione partes manebant; sicuti Pontificis erat Romanorumque, sequi eorum judicium atque approbare,

 quod

quod fecerunt Germani, non autem improbare, prorsus atque idem voluit Nicolaus II. ut Cardinalibus in Electione *clerus praeberet adsensum, & popularis favor adtolleret applausum*, quemadmodum Petrus Damiani lib. I. ep. XX. rem totam exprimit. Eo pacto, non alia ratione vocabulum impetrandi exponendum est, maxime cum Germanici Reges hæreditarium jus non ex vano jactaverint semper, sicut ipse Paulus Bernriedensis, Pontificiæ alioquin aulæ mancipium, diffiteri neutiquam potuit in vita Gregorii VII. cap. 6. Estque proin Decreti sensus: Papam cum suis approbaturum electionem Teutonicorum, Regibusque Germaniæ non denegaturum unctionem, quamprimum eam petierint.

§. XVI.

Utut vero Anselmus Lucensis, qui postea Alexandri II. nomine inclaruit, Nicolaum II. eam ob caussam reprehendit, quod Teutonibus tantum potestatis indulserit; non sunt tamen hujus hominis querimoniæ tanti faciendæ, ut propterea peccasse censendus sit Nicolaus, tribuendo Germanis, quod diu ad eorum jus potestatemque pertinuerat. Potius patefit, non ex vero eum, sed affectu & ira commotum talia lib. II. contra Wigbertum ejusque sequaces p. 221. literis consignasse, quod Henrici IV. mater Cadaloum Parmensem episcopum ei prætulerit, ejusque consiliarius Wigbertus e Constitutione Nicolai II. imperatorium jus defenderit, videlicet, ut penes Reges atque Imperatores sit, vel admittere a Cardinalibus, clero & populo electum Papam, vel destituere eundem, si quam caussam habeant, suo judicio sat gravem. Saltem ipse Alexander II. demum veri Pontificis nomen tuitus est, cum Teutonici, inque primis Henricus IV. in Osboriensi synodo ejus electionem comprobantes Cadaloum abiecissent, referente hoc Leone Ostiensi, Cassinensis Chronici primario auctore: ut Hildebrandum, seu Gregorium VII. taceam, qui sine consensu ejusdem Regis Pontificis auctoritate uti noluit, perspicue id prodente Lamberto Schaffnaburgensi ad a. 1072.

§. XVII.

Jam cum Romani eorumque Antistes summus necesse habuerint, se suaque submittendi Teutonicorum Regum judicio, quanto magis id erit adfirmandum de Longobardis? Tametsi enim non nego, ad Ardoinum eos summam rerum deferre cogitasse, cum Otto III. excederet e vita, itemque cum Henricus II ad plures abiret, in Gallia eosdem Aquitania Regem quæsivisse: sat tamen scio, Adelboldum *in vita Henrici II.* propterea Italos cæcos ac surdos appellasse, Heribertum Mediolanensem Archimystam vero eosdem datæ fidei, & pacti conventi admonuisse: ac Wilhelmum Aquitanorum Principem illos e contrario doli atque perfidiæ insimulasse, nec Robertum Gallorum Regem oblata sibi filioque Hugoni Magno sceptra acceptare ausum. Prius Arnulphus Mediolanensis probat.

bat, secundum literæ Wilhelmi & Meginfredi, Marchionis Eporediæ, firmant, postremum Fulco Andecavorum Comes *epist. 15.* inter Fulbertinas testatur, quas eruditus Bellius in *historia comitum Pictaviæ & Ducum Aquitaniæ* in probationibus p. m. 352. seq. una cum aliis documentis fideliter in medium tulit. Unde nullo negotio deprehenditur, quare Henricus III. Conradi II. seu Salici filius, ita in Italia exarchatuque & ducatu Romano se gesserit, ut hæreditarium jus allegaret, & antecessorum se vestigiis insistere sine circumitione profideretur. Cujus simulatque Patris diplomata luculenter indicant, Imperatores non tantum ecclesiæ Romanæ advocatos, verum etiam imperii Romani atque Longobardici regni veros possessores ac dominos legitimos fuisse.

§. XVIII.

Accedit aliud singulare, nec omnibus cognitum argumentum, nempe hoc tempore & anno quidem CIↃXLIX. a Leone IX. Pontifice Hermanno COLONIENSIUM summo Antistiti munus Cancellarii Romanæ sedis EIUSQUE SUCCESSORIBUS esse datum. Narrat hoc Wibertus Lib. II. cap. III. in vita Leonis IX. testis αὐτόπτης sequenti ratione: *Dedit ei* (Leo IX.) *officium* CANCELLARII *sanctæ Romanæ sedis* EIUSQUE SUCCESSORIBUS, *tribuens illi ecclesiam S. Ioannis ante portam latinam.* Neutiquam igitur hæc dignitas personalis fuit, sed omnibus Archiepiscopis Coloniensis ecclesiæ communis; eaque confirmata Annoni Hermanni successori. Unde titulo hoc pluribus atque in diversis diplomatibus dicti Archiepiscopi sunt usi. Idque simul indicio est, Romanum imperium ista ætate cum Germanorum regno indivulso nexu jam fuisse copulatum: alioquin enim ratio vix suppeteret, quare omnes Colonienses Præsules esse debuissent Romanæ sedis Cancellarii, nisi aliqua inter Romanum imperium & Rempublicam Germanicam intercessisset conjunctio. Atque inde forte alio loco repetemus *Archi-Cancellariatus* in Italia, qui penes Colonienses est, originem, Friderici Barbarossæ ævo omnibus successoribus peculiari privilegio stabiliti.

§. XIX.

Quæ cum ita sint juvat nunc indagare, quomodo infracta sit quodammodo imperii majestas. Ac notum est, egisse Gregorium VII. omni molimine, ut regnum Germanicum per *solam* electionem deferretur. Etsi namque jam diu receptum erat, ut tam ecclesiastici, quam ceteri Teutoniæ proceres eligerent Regum suorum filios & nepotes, & agnatos sæpe; non cessavit tamen Gregorii VII. *inquietus* animus, donec meræ electionis formam, hoc est, quilibet, præterita familia regnatrice, in solium evehi posset, persuaderet Alemanniæ Principibus, quod Brunonis bellum Saxonicum depingentis verbis exprimemus, ut qui ipse cum Episcopo Constantiensi conventui Forcheimensi intererat:

erat: *Hoc etiam*, inquit, *ibi consensu communi comprobatum*, ROMANI PONTIFICIS AUCTORITATE *est corroboratum*, *ut regia potestas nulli per hæreditatem*, *sicut ante fuit* CONSUETUDO, *cederet*, *sed filius Regis*, *etiamsi valde dignus esset*, *non tam per electionem spontaneam*, *quam per successionis lineam*, *Rex proveniret*: *si vero non esset dignus Regis filius*, *vel si nollet eum populus*, *quem Regem facere vellet*, *haberet in potestate populus*. A quo non solum non dissentit Paulus Bernriedensis; verum etiam de Rudolpho Suevo Anti-Cæsare magis peculiaria adfert in vita Gregorii VII. p. 214. *Eique* (Rudolpho) *se debito fidelitatis sacramento subjecerunt*: *qui ubique regnum non ut proprium*, *sed pro dispositione sibi creditum reputans*, *omne* HAEREDITARIUM IUS *in eo repudiante*, *& vel* FILIUM *suum se adoptaturum fore penitus abnegavit*, *justissime in arbitrio Principum esse decernens*, *ut post mortem ejus*, *libere*, *non magis filium ejus*, *quam alium eligerent*, *nisi quem ad id culminis ætate & morum gravitate dignum invenissent*.

§. XX.

Quo ipso sicuti magna in regno immutatio facta, ita Pontificis auctoritas valde crevit; atque altius sane sublata fuisset, nisi victoriæ Henrici IV. aliquando ejus consilia sufflaminassent. Saltem Conradus & Henricus filii ad morem priorem velut hæreditario jure in solium conscenderunt. Sed hisce vero in Patrem, concitatis, & posteriori, nempe Henrico V. cum Saxonibus colliso, evenit tandem, ut Paschalis & Calixtus II. non solum eum ab ecclesiæ communione removerent; verum enim post prælium ad sylvam Catulanam commissum, extremus ita eum perterrefaceret, ut, investiendi jure amisso, brevi post improlis diem suum obiret, Lothario hosti, qui de nova Reipublicæ forma introducenda consilia cum legatis pontificiis frequenter agitabat, regnum relinquens eligentium numerosis suffragiis delatum.

§. XXI.

Is vero inprimis operam dedit, ut quam maxime placeret Pontifici, cumque hic antea obstrictus esset, ut electionem suam Regi denunciari curaret, ejusque consensum & confirmationem decenti ratione expeteret; tum certe immutata apparebant omnia; nec tam Papa Romanus, quam futurus Imperator hunc illico de suo fastigio ac nova dignitate certiorem reddebat. Vix enim occurrit in vetustis annalibus ante Lotharii ætatem exemplum, unde constet, Reges Teutoniæ præsuli Romano vel suam electionem solenni ratione indicasse, vel ad id fuisse more, aut lege obligatos. Lotharium vero id fecisse, utique Dodechini, qui Abbas erat S. Dysibodi, testimonio liquet: *Legati*, inquit; *pro confirmando Rege Romam mittuntur*, *Gerhardus Cardinalis Cameracensis & Virdunensis Episcopi*. Qui locus Præsidem commovit, ut *librum de beneficiis* ab illustri Tho-

Thomasio vulgatum rarissimum alioquin, paucisque cognitum ad Lotharii ætatem referret. In eo quippe sequentia occurrunt: *Rex, quem eligunt, Teutonici, cum Romam vadit ordinari, secum ibunt de jure sex Principes, qui primi sunt in ejus electione, ut pateat Apostolico* REGIS JUSTA ELECTIO. Existimavit Marquardus Freherus, librum de beneficiis ad Saxonicorum Imperatorum tempora esse referendum in commentario ad constitutionem Conradi Salici, quam is perperam pro fœtu Caroli Crassi habuit, emendatus propterea a *Schiltero* & *I. C. Schurzfleischio* peculiari hac de re dissertatione. In quo sane vix erat Marquardus, si Lotharium Saxonem intelligat. Nam neque sub Ottonibus, neque Henrico S. neque Francicis Regibus de justa Regis electione Apostolicus cognoscebat; sed hi potius de ejus electione dijudicanda arbitrium sibi ex merito sumebant. At cum Lotharins inciperet regnare, Rex catholicus & pontificiæ sedi devotissimus, mos hic invaluit, ut Papæ confirmatio, seu approbatio quæreretur. Prima quidem hujus rei stamina in Rudolphi Reinfeldensis electione inveniuntur: qui a Synodo Romana confirmari petiit, Paulo Bernriedensi id non solum adfirmante, verum etiam ipsis Rudolphi literis comprobantibus, quas cum Gregorianis in collectione conciliorum Labbei & Cossartii esse editas peritioribus constat. Cujus vestigiis quum insisterent Lotharius, Conradus III. & Fridericus Babarossa, viam sibi ad majora aucupanda paratam inveniet astutissimus Petri vicarius.

§. XXII.

Neque enim is negabat, Teutonicis competere jus eligendi Regis & futuri Imperatoris: potius is summopere flagitabat, ut vanesceret successio, & ad electionem liberrimam rediret res tota. Eo quippe pacto non solum interregnis locus erat; verum etiam conjectura capiebatur haud vana, Pontificis aliquando inter dissidentes, ac de imperio certantes Principes fore arbitrium: cum is interea nulli Regum suam electionem, ut olim, significaret amplius, sed vel secure expectaret, donec ab electo Rege emitterentur *legati obedientiæ*, vel etiam liberior sibi ob unctionem expeditam examinandi Regis personam facultas offerretur.

§. XXIII.

Id certum, non illico ungues suos ostentasse Pontifices, quidve inde in præjudicium eligentium Principum consequeretur, enuntiasse: immo dissimulabant isti sedulo, quæ machinabantur, usque dum occasio esset amplificandi auctoritatem suam vimque imperii, ac Præsules tandem dominarentur ambitiosi & dialectici, in quibus principem sibi locum vindicabat laboriosissimus Innocentius III. de quo mox adferentur plura.

§. XXIV.

Neque enim silentio præteriri debet, ipsos Romanos antistiti suo sub Conrado III. multum negotii facessiuisse, affectantes, Arnaldo concitore, veterem rempublicam, consules, senatum: nil relicturi Papæ, nisi oblationes & quæ sacræ functioni sunt annexa. Nec dubito, quin ad finem Arnaldi adseclæ fuissent perventuri, si Rex Conradus eorum petitis velificasset, ad quem litteras dedere Ottoni Frisingensi recitatas. Sed obstitit S. Bernhardi auctoritas, quam posthabere non poterat Conradus ejus commendatione Teutoniæ diadema adeptus; cumque jam Itali eum venerarentur, nec Burgundi ejus imperium respuerent, spes erat, nec Romani aliquando Imperatoris elogium defuturum: quamlibet observaverim; Eugenium III. in Franciam digredi maluisse, cum nulla sibi in urbe securitas constaret, quam confugere ad Germanos, quibus reddere jura sua non solum detrectabat, verum etiam omnem occasionem devitabat, ne vel minima iis de recuperanda investiendi facultate cogitatio injiceretur: Conrado interea in Oriente cum copiis suis tabescente, ac Pontifice in Regis absentia Treviros Metimque excurrente, usque dum Roberti utriusque Siciliæ Regis auxilio Romanos rebelles expugnaret, pacemque cum iis sub finem Pontificatus componeret.

§. XXV.

Ex quo factum, ut, dum Conradus extra Germaniæ fines agens, nec Italiam, nec Romanam civitatem inviseret, utraque gens, Longobardica puta, & Romana cristas tolleret, Friderico Barbarossæ patriorum jurium tenacissimo Principi intempestive repugnando. Notum quippe est, quam is castigaverit Mediolanenses Sicherium legatum suum male habentes; nec latet, quanta libertate Romanos reprehenderit, in eos exprobrando iis summam audaciam, qua infatuati electionis sibi jus adserebant, suo sine consensu neutiquam coronandum somniantes Imperatorem. Nolo ex Ottone Frisingensi & Radevico adscribere, quæ huc pertinent, nimis enim nota sunt, ac vulgaria certe. Hoc afferam, ipsum Hadrianum IV. Friderico insinuasse, futurum, ut magis sit perspicue cogniturus *refractarios Romanorum animos.* In hoc enim Pontifex omnino jam consentiebat Imperatori, populo Romano nullum jus esse suffragii, si ipse approbet electum a Teutonibus in Italiam ductum. Quin timebat Hadrianus, ne iidem cives ad ulteriora conniterentur, & quemadmodum Eugenii III. ætate factum, veteris reipublicæ formam animo complexi turbas darent denuo. Inde usu venit, ut Fridericus I. Imperator & Italis & Germanis contradicendi facultatem negaret, eorumque jus eligendi pro nihilo duceret, Langobardos & Romanos ad victricia Ottonum arma & inita cum Germaniæ Regibus fœdera revocans. Dubitantes hac de veritate Guntheri Ligurinus con-

convincat, ſimulatque Radevicus emphatica Friderici verba referens in viam reducat.

§. XXVI.

Verum tamen, utut Hadrianus, cum inter varia ſolennia ungeret Fridericum Ahenobarbum, infeſtis Romanorum auſibus neutiquam favebat; tamen ex poſt facto apparuit, qualis is eſſet & quantus, quidve conſilii interea intra Romanorum Præſulum pectora latitaſſet. Utique enim hoc recenſendum loco eſt, quas litteras ille ad Imperatorem dederit, cum hic in pejorem partem acciperet pacem cum Wilhelmo Siculo ſe inconſulto initam, eoque prohiberet, ne quis collationem beneficiorum a Pontifice expeteret, aut ulla de cauſſa ad curiam Romanam ſeſe conferret. *Hinc enim debes*, inquit, *glorioſiſſime fili, ante oculos mentis reducere, quam gratanter, & quam jucunde alio anno mater tua ſacroſancta Rom. Eccleſia te* SUSCEPERIT, *quanta cordis affectione tractaverit, quantam* DIGNITATIS PLENITUDINEM *contulerit, & honoris, & qualiter* IMPERIALIS *inſigne* CORONÆ *libentiſſime conferens, benigniſſimo gremio ſuo tuæ ſublimitatis apicem ſtuduerit, confovere nihil prorſus efficiens: quod regiæ voluntati vel in minimo cognoſceret obviare.*

§. XXVII.

Quibus verbis vehementer admodum commotus eſt Imperator, ſimulatque in iram verſi proceres, quod animadverterent, Pontificem exiſtimare, ſibi deberi diadema, ſuumque beneficium eſſe imperii Romani apicem. Et verum eſt, nunquam talia fuiſſe audita palam, nec quemquam anteceſſorum ſimilia jactitare auſum. Non referam, qui in Veſontina civitate propterea coortus ſit tumultus: ſat eſt, Fridericum illico ſuum nomen præpoſuiſſe pontificio, ſimulatque cum proceribus in Italos decreviſſe expeditionem ſolennem ac Raynaldum Colonienſis Eccleſiæ antiſtitem Cancellarium Italiæ conſtituiſſe, negans ac pernegans a Longobardis & Pontifice in Teutoniæ Reges aliquid conferri, præter unctionem, quæ legitime electo abſque mora ſit impertienda. Ne igitur in poſterum amplius ejusmodi illepida effutire auderent ſucceſſores Hadriani, obnixe fecit, ut penes ſe eſſet confirmandi Pontificem jus, non autem penes Papam confirmandi & ungendi pro lubitu Imperatorem. Hinc inter Octavianum & Rolandum, quorum poſterior Alexander III. priorque Victor III. appellabatur, medium ſeſe cum optimatibus interpoſuit, definiturus cum auctoritate, quis pro legitimo Papa ſit habendus? Et fateor paraſtatas Alexandri III. id inprimis non ſine ſpecie urſiſſe, Alexandrum a pluribus cardinalibus eſſe electum Romæ; Victorem a duobus, qui non conficerent eccleſiam Romanam, cujus non eſſet deſitura fides. Unde in propatulo eſt, nauci eos feciſſe imperatorium jus, quod eo ipſo credebant evanuiſſe, cum inveſtiendi facultate ſeſe

abdicaret Henricus V. ad incitas redactus a Calixto II. homine potenti ac vafro: cum interea accreverit sibi jus examinandi electionem regiam, justa ne fuerit illa, & ad amussim exacta?

§. XXVIII.

Etsi igitur Imperator omnem lapidem movit, ut, depresso Alexandro, Pontifices iterum ad pristinum obsequium reducerentur; fecit tamen vigilantia Alexandri, fecit externorum Principum æmulatio, fecit totius Longobardici regni rebellio, fecit denique superstitio, ut is omni spe abjecta Venetiis tandem reconciliaretur Alexandro eumque pro vero Papa, Saxonibus nova iterum molientibus, agnosceret. Inprimis autem externi Reges ac regna ægre ferebant, arbitrio solius Imperatoris vicarium Jesu Christi ac judicem ecclesiæ visibilis deponi & probari, destitui ac confirmari. Qui Sarisberiensis epistolas diligenter leget, id argumenti haud dubie inventurus est, pluraque alia, quibus Teutonum arrogantiam stolidosque, ut loquitur, ausus depingit.

§. XXIX.

Unde non mirum, moram nexuisse Pontifices aliquandiu, antequam Henricum Barbarossæ filium coronandum judicarent in Romanorum Imparatorem. Quin noluit Urbanus III. eum ungi in Longobardorum Dominum; eoque illi valde displicuit, Gothefridum Patriarcham Aquilegiensem dictum Henricum diademate cinxisse eumque a Patre Augusto, Teutonicis atque Italis appellatum Cæsarem. Minimum Radulphus de Diceto Scriptor Anglus rem ita *in imaginum historia* memoriæ prodit: estque id veri perquam simile, inprimis si Chronographus Aquicinctinus cum Radulpho conferatur. Hoc certum, Urbanum III. toto vitæ suæ tempore Henricum pro Rege Italiæ nunquam habuisse, sed omnes, qui inaugurationi intererant, episcopos a divino officio suspendisse: tantum abest, ut Cæsarem appellaverit, ut potius excommunicationem Friderici meditaretur denuo, nisi Teutonicorum episcoporum concordia & literis saniora Pontifici suadentibus a proposito fuisset deterritus: de quo Arnoldus Lubecensis refert præclara.

§. XXX.

At aliam longe viam institit Gregorius VIII. Albertus alioquin Cancellarius dictus, patria Beneventanus. Hic enim teste Hugone Altissiodorensi, auctore hoc tempore florente, Friderico maxime favebat, & ab hoc vicissim multum colebatur, sperante haud temere, *sibi omnibusque benevolum, si diu viveret Pontificem profuturum.* Neque etiam enim fefellit animus; constatque ex epistola, quam doctus Leibnitius in prodromo Codicis juris gentium diplomatici produxit, Henricum VI. ab hoc Gregorio VIII. omnium primum *electum Romanorum Imperatorem* fuisse dictum. Quod indicio est, Papam tandem

tandem simili ratione atque Germanos & Italos pro CÆSARE eum habuisse. Nam quem Radulphus de Diceto Cæsarem appellatum scribit; eum a Pontifice Gregorio VIII. electum Romanorum Imperatorem in laudata insignitum epistola deprehendimus. Accedit, quod hoc tandem magis ac magis invaluit ævo, ut ipsa Germania *Imperium Romanum* vocaretur; quod e Chronographo Reicherspergensi illico est adprobandum. Ex quo liquet, quare Germaniæ Reges sint nominati: de quo elogio alioquin multa juris publici Doctores fabulantur.

§. XXXI.

Primus, qui Regis Romanorum titulo usus est, Henricus III. fuit, cujus sigillum Papebrocius in propyleo ad mensem Aprilis laudat, ac Zillesius vidit describique curavit, a. CIↃ XLIV. confectum, cum ad schisma Romanum tollendum sese accingeret: propere id extincturus, nisi in Hungaros suscepta expeditio remoram fecisset, ut anno demum CIↃ XLV. ad finem labente effectui destinata daret. Post hunc Henricus V. eo nomine cluit: deinde Lotharius, Conradus III, Fridericus Barbarossa, Henricus VI. simili appellatione occurrunt: quam non est ausus Germanis denegare Regibus Innocentius III. quantumvis jus examinandi, Regis coronandi personam sibi magno nisu tribueret.

§. XXXII.

Hoc monitu necessarium, Henricum III. rarissime Regis Romanorum titulo videri ornatum: immo solum sigillum a Nicolao Zillesio adlatum hujusmodi appellationem ostendit. Henrico V. pater Henricus IV. istud δεῖγμα tribuit: Lotharius vero S. Bernhardi litteris ad ejus generis titulum adsumendum excitatus esse videtur. Nam cum Innocentius II. ad tuendam ecclesiam Romanam contra Regem Siculum Anacleti partes foventem Lotharii auxilium anhelaret, Bernhardus ad hunc litteras dedit, ne Innocentium desereret. Hinc in epist. CXXXIX. inter alia legitur: *Non est meum hortari ad pugnam, est tamen advocati ecclesiæ arcere ab ecclesiæ infestatione Schismaticorum rabiem; est* CÆSARIS, PROPRIAM *vindicare* CORONAM *ab usurpatore Siculo.* Quocirca animum prorsus induco, hac ætate demum plene in usum irrepsisse, ut a Teutonibus electi Romanorum Reges appellarentur; maxime cum Pontifices adversus Arnaldistas & hi adversus Pontificem Germanorum opem implorarent, Regibusque tale elogium ipsimet tribuentes, Romanam *coronam* iis *propriam* dicerent: quamvis interea jus examinandi Regis electi personam neutiquam dimitterent. Ea fini Cœlestinus III. consecrationem Henrici VI. distulit, ne tam jure, quam Romanorum precibus motus videretur, ad coronam imperialem ei impertiendam. Arnoldi Lubecensis locus lib. IV. cap. IV. memoratu dignus est: *His autem*, inquit, *dispositis, Rex cum manu valida Italiam intravit cum Philippo Coloniensi & Othone, Duce Bojemiæ, & aliis multis. Cumque*

appropinquaret Romæ ſuſcepturus Apoſtolicam Benedictionem, Dominus Apoſtolicus Clemens mortuus eſt. Pro quo Dominus Cæleſtinus in ſede eſt ſublimatus. Qui videns Regem cum multa jactantia veniſſe, ad protelandam ejus conſecrationem ſuam diſtulit. Sed Romani exeuntes ad Regem, ſic ei locuti ſunt: Fac nobiscum amicitias, & honora nos & urbem jure noſtro, quod exhibuerunt reges, qui ante fuerunt. Inſuper fac nobis juſtitiam de caſtellis tuis, quæ ſunt in Tuſculano: quia ſine intermiſſione nos inquietare non ceſſant: & erimus pro te ad Dominum Papam, ut coronam Imperii ſuper caput tuum ponat. Qui in omnibus ad voluntatem Romanorum ſe promptum exhibuit. Inſuper caſtrum vel civitatem, de qua conqueſti ſunt, dirui præcepit. Romani vero accedentes ad Dominum Papam adhuc latente conſilio dixerunt: Domine, oves tuæ ſumus, tu paſtor ovium & pater filiorum. Ideo rogamus clementiam tuam, ut parcas nobis, qui non parum afflicti ſumus. Tu enim, ut melius noſti, cum magiſtro gentium teneris flere cum flentibus, & gaudere cum gaudentibus. Rex iſte cum infinita multitudine terram occupavit, & devaſtat ſegetes noſtras, vineta & oliveta. Quapropter rogamus, ut in hoc nobis ſubvenias, ne conſecrationem ipſius ulterius differas, ut non conſumatur terra inopia. Ipſe etiam pacificum ſe venire affirmat, & in omnibus urbem noſtram honorare, ſimiliter & paternitati tuæ obedire deſiderat. His precibus ubi conſenſum præbuit Apoſtolicus, cum ſummo tripudio Rex urbem ingreditur. Sicque Dominus Papa in die Paſchæ ſolenniter conſecratur, & proxima ſecunda feria cum ſumma Pacis tranquillitate Dominus Imperator una cum Imperatrice benedicitur & coronatur.

§. XXXIII.

Poſt exceſſum Henrici VI. omnem lapidem movit Innocentius III. ne Henrici proles aut frater Philippus ad imperii Romani apicem exaltaretur, ratus, ſuæ & ſucceſſorum auctoritati deceſſurum haud parum ſi Hohenſtaufius Princeps jure hæreditario regnaret, quod ſtabiliviſſe denuo Henricum ac peculiari pacto, ex Gervaſii Tibarienſis otiis imperialibus aliisque auctoribus perſpicue innoteſcit. Hinc non ſolum electionis jus ab Hildebrando olim Germaniæque proceribus approbatum commendatitiis iterum libellis ut neceſſarium atque utile, inter varias verborum figuras, depingebat; verum etiam aperte Philippum reprobabat, ut hoſtis eccleſiæ fratrem, filium, abnepotem, qui ipſe eſſet a Cœleſtino III. cum Marchionatum Tuſciæ teneret, excommunicatus: quanquam Teutoniæ ſummates plurium ſuffragiorum concentum laudabant, Italos Pontificemque ſtringentem, ne alii, quam qui placuiſſet majori Principum parti, vel Titulum Regis, vel elogium Imperatoris tribuerent. Extant ea de re Germanorum litteræ ad Innocentium III. ſed inveniuntur ſimul reſponſoriæ, quibus commentitia firmare jura ſatagit. Unde operæ pretium, ut tam Principum, quam

quam Innocentii argumenta adscribantur. *Quis enim*, inquiunt, *huic similem audivit audaciam? Ubinam legistis, o summi Pontifices, ubi audivistis sancti Patres, totius ecclesiæ Cardinales antecessores vestros, vel eorum missos Romanorum Reges electionibus se immiscuisse, sic ut vel electorum personam gererent, vel ut* COGNITORES *electionis vices trutinarent? Respondendi instantiam vos non credimus habere.* Nam quamvis Electores inficias ire non possent, ad hanc usque ætatem se electionem Regis sui & Romanorum Pontifici notam fecisse; non credebant tamen illi, aliud competere jus præsuli Romano, quam ut plurium suffragiis, hoc est, JUSTE electum coronaret. Innocentius autem trutinare & ponderare eligentium suffragia Regumque personam cupiebat IN AUDITO prorsus exemplo: dialecticis quibusdam rationibus usus, quemadmodum in causis aliis solebat, maxime cum hujusmodi methodus undique invalesceret, & in scholis regnare occiperet. Est hæc Dupinii observatio, quam in vita Innocentii III. reperias. Unde facili negotio intelliguntur Antistitis hujus responsoriæ variæ, quæ in *Registro* epistolarum Innocentii III. de imperii negotio inveniuntur, hujus cumprimis tenoris: se Principum jus ac potestatem eligendi recognoscere, ad quos de jure ac consuetudine pertineret; sed pervenisse illud interea ab Apostolica sede ad Germanos, quæ Romanum imperium transtulerit a Græcis ad Carolum M. Regem magnificum: Jus vero & auctoritatem examinandi personam electam in REGEM & promovendam in IMPERIUM ad se pertinere, & Pontifices, qui eam inungunt, consecrant & coronant: Esse hoc generatim observatum, ut ad eum examen personæ pertineat, ad quem impositio manus. *Num quid enim*, pergit, *si Princeps non solum in discordia, sed etiam in concordia sacrilegum quemcunque vel excommunicatum in Regem, tyrannum vel fatuum, hæreticum eligerent aut paganum nos inungere ac consecrare ac coronare hominem hujusmodi deberemus? Absit omnino. Objectioni ergo Principum respondentes asserimus, quod legatus noster Episcopus Pranestinus nec electoris gessit personam juxta quod nobis per litteras suas quidam principum opponebant, utpote qui non fecit aliquem eligi, nec elegit, & sic electioni nequaquam se ingessit; nec cognitoris personam exhibuit, cum neutrius Electionem, quoad factum eligentium, confirmandam; & sic jus illud Principum nullatenus usurpavit, aut venit contra illud. Exercuit autem denunciatoris officium, quia personam Ducis ejusdem denunciavit indignum, & personam Regis denunciavit id meam quoad imperium obtinendum, non tam propter studia eligentium, quam propter merita electorum; quamvis plures ex illis, qui eligendi Regem in Imperatorem promovendum de jure ac consuetudine obtinent potestatem, consensisse perhibeantur in ipsum Regem Ottonem, & ex eo, quod fautores Philippi absentibus aliis & contemptis ipsum eligere præsumserunt, pateat eos perperam processisse, cum explorati sit juris, quod electioni plus contemptus unius, quam contradictio multorum*

torum obsistat. Unde quia privilegium meruerunt, amittere, qui permissa sibi abusi sunt potestate, videri non immerito potest, quod injuria non obstante, ceteri uti potuerint jure suo. Et quoniam Dux prædictus nec ubi debuit, nec a quo debuit coronam & unctionem accepit memoratus vero Rex & ubi debuit, scilicet a venerabili fratre nostro Coloniensi Archiepiscopo recepit utrumque, nos utique non Philippum, sed Ottonem reputamus & nominamus Regem justitia exigente. In reprobatione vero præfati Philippi Ducis Sueviæ propter manifesta impedimenta personæ non accusatione, sed condemnatione potius fuit opus, quia non accusatione, sed condemnatione indigent manifesta. Quod autem cum in electione vota Principum dividuntur, post admonitionem & expectationem alteri partium favere possimus, maxime postquam a nobis unctio, consecratio & coronatio postulantur, sicut utraque *pars a nobis multoties postulavit, ex jure patet pariter & exemplo. Numquid enim si Principes admoniti & expectati vel non potuerint, vel potuerint convenire, apostolica sedes advocato & defensore carebit, eorumque culpa ipsi redundabit in pœnam? Sciunt autem Principes, & tua nobilitas non ignorat, quod cum Lotharius* & *Conradus in discordia fuissent electi, Romanus Pontifex Lotharium coronavit, & imperium obtinuit coronatus, eodem Conrado tunc demum ad ejus gratiam redeunte. Nos ergo per nuntios Principum memoratos eos duximus commonendos, ut sicut nos a juris ipsorum cessamus injuria, sic ipsi contra jus nostrum se nequaquam injuriosos ostendant, sed a præfato Duce justo quidem a nobis judicio reprobato recedant, & præfato Regi Ottoni non abnuant adhærere, nisi tunc demum contra personam vel factum legitimum quid ab eis objectum fuerit & ostensum. Sunt enim notoria impedimenta Ducis Sueviæ &c.* Extant hæc verba & argumenta partim in cap. VENERABILEM X. *de electione*, partim aliis in litteris Innocentianis, quæ *de imperii negotio* a Doctissimo Baluzio, quicum communicavit Ferdinandus Furstenbergius Doctissimus Paderbornensium Episcopus, vulgatæ sunt, quasque Lectoribus de meliori nota commendamus.

§. XXXIV.

Ex his igitur oppido liquet, quam paratragœdiet Comes de Segnia, qui est Innocentius III. quibusve sophismatibus decipere imperii summos Principes conetur. Ne enim dicam, a Papa nihil esse a Græcis translatum in Francos; sed potius per Pipinum ab Langobardis vindicatum exarchatum & ducatum Romanum tributum esse tantisper Romanis, non autem soli Pontifici; etiam clarum est, Romanos cum pontifice potius dedidisse se suaque sine ulla exceptione Carolo, ne eos deglutiret Langobardorum gladius, eosque consumeret Arrianorum exercitus victricia undique locorum circumferens arma. Unde in patrimonium Caroli Romana universa concessisse verisimilius multo est, quam solenni cerimonia a Pontifice data omnia atque singula Carolo, eoque amplius infertur,

infertur, quidquid postea accrevit Pontifici, quidquid Romanis, non tam proprio jure iis accessisse, quam DOMINI sui beneficio! ut qui ex caussis arcanis & politicis demum commutavit elogium Patricii cum titulo Imperatoris ad imperium Græcorum & conjugium Irenes spem suam protendens, quemadmodum Pontifex vicissim fiducia erigebatur, se universalis in occidente episcopi per temporum spiramenta hoc modo consecuturum auctoritatem. Eo illa RENOVATIO IMPERII nummis expressa spectabat; neutiquam vero eum inventa, ob finem est, ut Franci a Pontifice & populo Romano sub barbarorum & Arrianorum ditionem haud dubie redigendis, beneficium acciperent: imo quos Byzantini Imperatores a Langobardorum defendere injuriis nequivere, eos Carolus defendit victor, Princeps ultra modum generosus ac beneficus.

§. XXXV.

Deinde non amplius in quæstionem venit, quid Caroli ævo sit factum; sed quibus conditionibus postea Ottonum & Germanicorum Regum ævo paruerint regno. Neque vero Innocentius III. adseverare ausus est, ante Lotharii Saxonis ætatem aliquid sibi juris in electione competiisse, multo minus examen personæ electæ antecessores suos sibi vidicasse. Quin annalibus repugnat vetustis, Lotharium præ Conrado III. & Friderico Coclite a Pontifice Innocentio II. esse in regni solio firmatum; cum potius in propatulo sit, Lotharium Herbipoli Innocentium II. *elegisse & comprobasse*, sicuti Chronicon Magdeburgense adhuc in editum loquitur. Quem in finem etiam Anacletum Petri Leonis filium proscripsit, atque Innocentium in Lateranensem ecclesiam, quæ juris est imperialis, armata manu introduxit, cum antea beati Petri ecclesiam per se tenuisset; prodente hoc Chronographo Maurinacensi, quem Quercetani industria in vulgus emisit primum.

§. XXXVI.

Jam vero cum primum exemplum jactati examinis papalis sit falsitatis convictum, nec tam Lotharius a Pontifice, quam Innocentius II. ab illo tot beneficiis reperiatur ornatus, mirum sane est, Lotharium Pontifici reliquisse jus investituræ, eumque defendisse manu ac copiis suis, ac tandem Apuliæ Ducem simul ac eo permisisse investiri. Quæ res veritatem tandem astuto Innocentio III. expressit, ut in literis ad Alemanniæ Principes præ ceteris laudaret Lotharium, Ottonem IV. hujus pronepotem iisdem commendans Philippoque Suevo multis parasangis præferens. *Cum Otto*, inquit, *& per se devotus existat Ecclesiæ, & ex utraque parte trahat originem ex genere devotorum, ex parte matris de domo Regum Angliæ, ex parte patris de prosapia Ducum Saxoniæ, qui omnes ecclesiæ fuere devoti & specialiter* LOTHARIUS *Imperator proavus ejus, qui bis pro Apostolicæ sedis honore Apuliam est ingressus, & in obsequio Ecclesiæ Romanæ decessit, ei*

 manifeste

manifeſte favendum, & ipſum recipiendum in Regem & præmiſſis omnibus, quæ pro honorificentia eccleſiæ Romanæ debent præmitti, ad coronam imperii evocandum,

§. XXXVII.

Pro quibus beneficiis tamen abeſt, ut grati extiterint præſules Romani in Lotharium ejusque ſucceſſores, ut potius in exemplum eum propoſuerint commentitii examinis; addideritque ſæpe nominatus Innocentius III. novum gloſſema, videlicet, ei denegari non poſſe rigidum perſonæ electæ ſcrutinium, qui ungendi habeat munus & conſecrandi. Quæ conſecutio ſi admittatur, Colonienſis Archiepiſcopus totam ſane ſuo convellere electionem arbitrio poſſet, ſi idem ſibi ſummeret ut conſecrator Romanorum Regis, quod ſibi tribuit ſumitque ſacerdos eccleſiæ Romanæ ut Imperatoris Romani unctor. Et hoc vero abſonum futurum absque omni ratione alienum, nemo eſt paullo humanior, qui non intelligat. Hinc nihil moti Teutoniæ proceres argumentis Innocentii in ſpeciem excogitatis, Philippo adhæſerunt conſtanter: utut omni ſtudio actitavit ac cœlum terramque confudit, quo ſuo potiri deſiderio votoque poſſet: teſtatum faciens hoc ipſo, quam nihil ſit largiendum Papæ dialecticæ ac fallacibus concluſiunculis dedito, ut ſuas opes ſuamque auctoritatem diis hominibusque invitis ſtabiliat. Nam quo exemplo fit, id etiam jure fieri putat & aliquid atque adeo multa addit & affert de ſuo; hincque fit, ut proprio candore & pietate occidant, qui ſua prudentia eſſe potuiſſent ſalvi. Ita non tantum in alia cauſſa rationes ſubducit Cicero; verum etiam Marſilius Patavius hoc in themate argumentatur, quando de Pontificum Romanorum technis, & perſonæ electæ recognitione, quam ſibi tribuunt iidem diſſerit. Inde enim, quod illos de electione ſua certiores reddidere Germaniæ Reges, variarum conſecutionum telam texuere, quam primo non animadvertebant Principes boni, dum & pietatis & humanitatis exiſtimarent, in conſcientiam electionis admitti ſibi aliquando imperii Romani diadema impoſituros. Adducam Marſilli Patavini verba memoratu digna, ſi demas quæ is de Conſtantino Magno adfert hiſtoriarum ſolida cognitione deſtitutus: *Voluerunt*, inquit part. II. defenſor. pac. cap. 26. *Romanorum Principum quidam circa tempora Conſtantini, ex ſuperflua quadam devotione electionem de ſe factam amicabiliter ſignificare Romanis Pontificibus: ut in eorum perſona Chriſto ſingularem reverentiam exhibentes, ab eo per Pontificum interceſſionem ampliorem benedictionem & gratiam ad ſuum gubernandum imperium obtinerent. Eodemque modo propter ſua inthroniſationis ſolennitatem & ſignum, & ampliorem Dei gratiam obtinendam, diadema regium per eos ſibi imponi fecerunt. Ex hac quidem igitur reverentia ſic ſponte per Romanos Principes exhibita, quærentes ſæpius quæ non ſunt, Epiſcopi Romanorum induxerunt conſuetudinem & abuſum verius, propter Principum ſimplicitatem, laudationem electæ perſonæ, ac benedictionem*

dictionem, quam super illam mittebant vocaliter, aut in scriptis vocare confirmationem Electionis prædictæ. Nec attendentibus olim Romanis Principibus, quæ sub hac appellationis figura præjudicialis lateat intentio, sic ipsum successive subinduxerunt latenter, ut nullus quantumcunque convenienter electus Rex vocari debeat, neque Regis auctoritatem habeat, nisi per Romanum Episcopum fuerit approbatus. Quæ siquidem approbatio in ejus solius mera voluntate consistit (ut dicit) neque suorum fratrum quos cardinales appellant consilium in hoc, aut aliis, quamvis eo utatur, imitari tenetur.

§. XXXVIII.

Quoniam vero Pontifex ab unctione indaginem regiæ personæ pendere statuerat, hinc usu venit postea, ut de consecrationis necessitate acerrime disputaretur: quamlibet magis doctorum auctoritate, quam solidis argumentis pugnarent ad unum fere omnes. Jam quippe altas in multorum animis radices egerat præsumta opinio, nempe unctione demum reges auctoritatem consequi, eaque sacerdotibus illos aut superiores, aut pares iisdem effici. Ad ritus enim, qui abesse & adesse possunt, pertinere istam, pauci cognoverant. Adeo spissa in historiis ignorantia opprimebat etiam primarios viros, ut semper obtinuisse eam somniarent: cum tamen nemo e Francorum Regibus sacro unguento sit illinitus, antequam Pipinus Childericum in monasterium daret tondendum. Hic enim cum filiis suis primum in Francia solenni hac cerimonia regio muneri est initiatus.

§. XXXIX.

Ceterum infirmum nimis atque expelvi fulgur est, quando Innocentius intonat: *Quid si hæreticum eligant Germani, si quid prædonem, Saracenum?* Quid enim, regero, si cœlum ruat? quid si Pontificem deligant adulterum, simoniacum & aversæ veneri deditum? an consecrabunt Cardinales? non fiet hoc, inquient, sine dubio. Multo minus eveniet, addo, ut Imperator futurus sit Turca; eoque tam rigidum & a servo servorum tot fucatis rationibus defensum examen merito in inanibus, refertur. Sunt in Germania præsules tam sapientes; immo sapientiores sæpe, quam Romæ; nec Trevirensis Petri successorem se jactat infirmiori jure, quam præsul Romanus. Norunt & illi, quid si hæresis, tenentque memoria, a Papa sæpe hæreticam pravitatem Principibus maxime innoxiis esse impactam; inque primis Henrico IV. ac Friderico II. ut de Ludovico Bavaro nondum dicam. Et jam vero melior universi orbis portio intelligit, injuste tale eos stigma tulisse, totque persecutiones esse perpessos omnes inique.

§. XL.

Quæ etiamsi ad retundendum fictitium regiæ personæ examen sufficiunt, ipseque summus Pontifex vix cogitur, ut manum imponat Imperatori, si qui

illum de falsa ejusdem religione scrupulus urgeat; vix tamen id argumenti obstinatis Romanæ ecclesiæ antistitibus persuadet, scrutinium justæ electionis cum libertate repudiandi omnimoda ab iis fore omittendum. Papa namque solus dijudicat omnes; judicatur a nemine: Papa Reges creat, ac destituit, eos locupletat, & ad stipem redigit; in classem filiorum DEI refert, & ab ea exclusos iterum Satanæ tradit; nec exempla longe essent arcessenda, si per omnes Europæarum gentium ire annales liberet. Qui ambigit, interea Ottonem IV. Fridericum II. ac Conradum IV. contueatur, simulatque sequentia axiomata perpendat: Qui Papæ resistit, DEO resistit, inique hæreticorum numero merito reponitur. Qui dicit, a Papa, aut ejus jussu non consecratum Regem esse verum Imperatorem, is eadem hæreseos labe commaculatus omnibus diris jure devovetur. Cujus execrationis metus effecisse demum videtur, ut nemo Regum auderet Imperatorium sibi tribuere nomen, antequam manu Romani præsulis esset corona cinctus.

§. XLI.

Quod postremum sicuti ferri quodammodo potuisset; ita intolerabile prorsus & acerbum omnibus accidit, repudiari pro lubitu reges, & improbari Teutonicorum procerum electiones sanctitatis eximiæ obtentu, aut confirmationis jus omni machina è jure divino humanoque stabiliri, de quo ante Lotharii Saxonis ævum nemo Pontificum per somnium aliquid cogitaverat. Istud autem prorsus futile est, Papam indigere advocato & tutore; proinde penes eum esse declarare, quis imperatorio fungi munere debeat? aut enim Germani jus eligendi habent, aut non habent. Sin posterius, quare quæso jus eligendi iis tribuit? Sin prius, quare, dum eligunt, stomachatur? Cur alium advocatum postulat? At at hoc illud sophisma est, sub quo latitat anguis. Igitur dicendum, penes Teutones esse potius facultatem eligendi & Regem, & ecclesiæ Romanæ advocatum. Hæc cum Pontifice suo sub clientela imperii agit: eoque pro absurdo utique habendum, ut cliens patronis suis legem præscribat, ipsosque defensores, a quibus salutem sperat, diabolo ejusque ministris excruciandos dedat, nî quidem ipsius desideriis satisfaciant statim, &, quem is regno destinat ambitiose, in solium collocent: inusitato sane exemplo, ut cliens & infirmior potentiores terrefaciat, defendendus defensores conficiat, auxilio indigens auxiliatores opprimat. Sed ita est: Papa omnia pervertit & mutat & miscet quadrata rotundis, rotunda quadratis.

Monsieur le Pape est vrayement
du monde bas l'étonnement.

§. XLII.

Inprimis vero Innocentius IV. ejusque successores post varios ausus rem

ad

ad extrema pepulere, Friderico II. namque de solio Lugdonensis Concilii auctoritate dejecto, id tandem egere, ut vel Principes infirmos ad regiam dignitatem eveherent, vel externis & sui fautoribus diadema ipsimet offerrent: quemadmodum de Regis Galliæ fratre Roberto itemque Hacquino Noruegiæ Rege e Matthæo Parisiensi certissime constat, a dicto Pontifice eos ad Germaniæ regnum capessendum perperam esse sollicitatos, cum fere nemo inveniretur usquam, qui tam periculosum navigare æquor cuperet. Saltem exploratum est, cavisse Alexandrum IV. ne eligeretur Conradinus, simulatque excommunicationis fulmen interminatum Electoribus principibus, si contra facerent. Extant hujusmodi apud Raynaldum & Leibnitium litteræ ambitionis plenæ; mirumque omnino est, potuisse Germaniæ proceres concoquere minas adeo infrunitas.

§. XLIII.

Verum tamen scissa semel in partes Germania atque unoquoque non quæ patriæ, sed quæ sua, respiciente, uno ad Anglos, altero ad Hispanos inclinante, plurimis e confusione emolumentum sperantibus, ecquid tandem aliud potuit evenire, quam ut de Germania triumpharet Papa, atque Urbanus IV. arbitrium sibi tandem sumeret pronuntiandi, Alphonsusne, an Richardus pro legitimo Romanorum Rege ac futuro Imperatore esset habendus? Conradino interea carnificis manu pereunte, cujus genus tanto odio prosequebantur præsules Romani ad unum omnes, ut propterea vel Richardum mallent, quam Alphonsum Castellæ Regem sanguinem ab Hohenstauffia matre ducentem. Elucet id quodammodo e binis epistolis dicti Urbani IV. quas præter eam, quæ apud Raynaldum & Leibnitium invenitur, publico bono nuper vulgavit Edmundus Martené Anecdot. Tom. II. p. 27. & 319. Præterea cognitum est, ejusdem Vrbani successorem Clementem IV. non tam mitiorem, quam duriorem in Suevorum progeniem extitisse invidia & ira ne quidem cum vita deposita.

§. XLIV.

Jam vero cum e consortio mortalium excessisset Conradinus, ac, Richardo ad plures abeunte, Alphonso in Hispaniis agente, sursum deorsum in Germaniæ interregno omnia potentiores principes verterent; Gregorius X. demum Episcopos commovit, ut ad electionem novam cum conlegis animum appellerent, ni quidem a se esset eligendus Imperator. Ac quamlibet hi Rudolphum Habspurgicum Virum sapientem Regem designassent; non ausus est tamen ille sine confirmatione hujus Gregorii acceptare oblatum sibi diadema. Quo ipso bina, eaque admodum utilia acquisivisse sibi jura visus est in fraudem acutus Pontifex. Primum est, Electores suo jussu elegisse; deinde a se esse confirmatum Rudolphum. Nec inficiamur, eundem hic apparere flosculum, quam jam ex Innocentii

 centii

centii III. epiſtolis excerpſimus, nempe, ad Præſulem Romanum devolvi jus eligendi Regem Romanorum, ſi moras nectant Germaniæ Principes: ne ſibi ſuæque eccleſiæ advocatus deſit, & legitimus defenſor. At in eo cum maxime fallitur Pontifex, quando monendi facultatem in juſſum mutat, & ad ſe devolvi jus eligendi clamitat, ſi differant paullulum electionis negotium. Recte enim jam olim monuit doctus Lipſienſium Theologus Henricus Hœpffnerus in *Saxonia Evangelica* p. 219. inficetum valde videri tum Imperatorem, tum Electores pro defenſionis beneficio Pontificis ſubjacere libidini. *Quodſi*, pergit, *maxime ut epiſcopum verum ſe gereret Pontifex, nihil aliud in electione Cæſaris velut perſona eccleſiaſtica præſtare poſſet, quam* CASUISTÆ *fungi officio & munere, ut talis eligatur, qui religioni veræ ſit addictus.* Sed quam multas & alias Pontifices habuerint cauſas cum Gregorio X. ut aliquando regias electiones promoverent, atque interdum impedirent, tum ex annalibus eorum temporum intelligitur, tum Gregorii X. peculiaribus argumentis. Timebat is inprimis, ne laici principes ſacerdotum bonis avidius inhiarent; hinc de qualicunque defenſore ſollicitus minas undique ſpargebat, a ſe iri deſignatum Romanorum Regem, ni feſtinarent, & confuſionis finem facerent. Quod diffiteri neutiquam potuit Nicolaus Schatenius Jeſuita in Annalibus Paderbornenſibus. Sed jus vero devolutionis, quod Innocentius III. & Gregorius X. inprimis urgebant, illepidum plane eſt atque ineptum. Eſtne Germaniæ regnum capitulum, quod Pontificis auctoritatem ſummam & arbitrium agnovit unquam & uſquam? Et neque vero id affirmare audet Innocentius III. ſed meris dialecticis ratiunculis ſtabilire ſatagit ingenii nova commenta: defenſionem eccleſiæ Romanæ obvertens imperitis, quæ tamen adeo ingratam ſimulatque potentem ſeſe oſtendit ſemper, omnes ut defenſores everteret. Sed fecit tamen utilitatis privatæ ratio, ut liræ hujusmodi locum etiam in principum animis invenirent. Eo refero Ludovici Severi Palatini Principis epiſtolam, quam jactant Romanenſes, immo omnium Electorum ad Nicolaum III. datam, in qua profitentur, *Romanam matrem eccleſiam quadam quaſi germana charitate Germaniam illam eo terrenæ dignitatis nomine decoraſſe, plantantem in ea principes tanquam arbores prælectas, & rigantem illas gratia ſingulari dediſſe illis incrementum mirandæ potentiæ, ut ipſius eccleſiæ auctoritate ſuffulti velut germen electum per ipſorum electionem, illum, qui fræna Romani teneret imperii germinaret. Hunc eſſe illud luminare minus in firmamento militantis eccleſiæ per luminare majus Chriſti vicarium illuſtratum.* Publici juris haſce litteras fecit Ordericus Raynaldus Tom. II. p. 303. edit. Colon. ad quas jam ante ipſum provocaverant, Bellarminus & Jeſuita Cutſemius. Nec ambigo, quin laudatiſſimo Hœpfnero iſtæ fuerint cognitæ: quanquam in hoc decipitur, dum à Bellarmino Ludovici Palatini litteras eſſe inter-

polatas

polatas propterea credit, quod omnium Principum nomine hic eas scribat exaratas. Vtrumque verum est: scripsere electores: scripsere itidem Ludovicus Palatinus, ut & Otto Brandenburgicus Marchio: quod bene notat Raynaldus, horumque litteras nuper illustris Fontanini in publicum emisit.

§. XLV.

Et neque vero necesse est, ut aliquis eas falsas & supposititias nominet: facta hæc esse nil impedit. Quæritur, quo jure? hocque aliud. Nequaquam enim, quod ex zelo bono fecere Principes, prælucente scientia & intellectu perpurgato actum est; præsertim cum Doctores & Sacerdotes fuerint, qui epistolis hisce scribendis operam navarunt: ut ne dicam, in facto pontificem ac multo magis Principes, maximam partem militari studio deditos, potuisse errare. At facti quæstio est, an Romana Ecclesia eligendi potestatem iis dederit? Nunc meliora sunt edocti ipsi scriptores pontificii, inque illis cum maxime Antonius Pagius, qui Baronium hac parte mirifice castigat, ut Paulum Windeckium confusæ industriæ hominem silentio prætermittam, qui quod Christophorus Gewoldus, nescio quo fato, pro Papæ commento scripserat, nonnullis argumentis & pro ingenii modulo quadantenus confutavit.

§. XLVI.

Alterum vero, quod Rudolphus Habspurgicus cum Gregorio X. Lausannæ congressus est, absque eo confirmationem regni petiit, & Principibus electoribus præeuntibus eidem Pontifici obedientiam jurejurando promisit, in dubium vocari itidem nequit. Scimus potius, eum metu præteritorum malorum perterritum obnixe omnia fecisse, ne vetus inter ecclesiam & imperium renasceretur discordia retineretque Pontifex Romandiolam & Bononiam, quam vi ex ipsius retrahere manibus non poterat: contentus hac parte, si votum dissolveret suum, ne in Palæstinam ire cogeretur ex promisso. Ipsi Pontificii scriptores hoc diffitentur neutiquam inque iis Floriacensis (*Fleury*) diligens ecclesiasticæ historiæ scriptor qui rem, uti est, sine circumitione refert.

§. XLVII.

Quid ergo peregrini, si sub Adolpho & Alberto eandem luserit fabulam Bonifacius VIII. ex Cajetanorum stemmate oriundus, homo ultra modum superbus, qui se Cæsarem simul nominare & Pontificem sustinuit? Quamdiu etenim inter Albertum & Philippum Galliarum Regem concordia manebat, parricida Albertus erat atque inhabilis prorsus, qui Romanæ ecclesiæ defensionem susciperet. Leguntur ejus adhuc litteræ irarum plenæ, quibus imperialem dignitatem abjudicabat Austriaco, præcipiens cum auctoritate, ne quis ejus electionem canonicam diceret, aut sibi jus examinandi Regis personam negaret. Posteaquam vero Philippus Pulcher superbos Pontificis mores ferre nollet, sed

ei

ei extrema & minitando & agendo decerneret; immutata est scena. Illico enim Albertus filii morigeri nomen tulit, uti qui noluisset contendere judicio, sed mitissimi patris misericordiam implorasset, veniam propterea promeritus & imperialia sceptra, ad quæ porrigenda futurus sit promptissimus, si rogaretur. Unde facile comprehensu, quare idem Albertus fidem suam obstrinxerit Bonifacio summaque gratiarum actione Romani pastoris benignitatem ac amicitiam sit amplexus. Sed gloriantur interea Romanæ aulæ adulatores, fassum esse hunc Imperatorem, *Romanum imperium per sedem Apostolicam de Græcis translatum esse in personam magnifici Caroli, simul atque jus eligendi Romanorum Regem in Imperatorem provehendum certis principibus ecclesiasticis & secularibus ab eadem sede concessum.* Extitisse hujus generis epistolam, nec a Raynaldo primum ad a. 1303. orbi erudito fuisse obtrusam, inde potissimum patefit, quod Leopoldus de Bebenburg cap. XII. *de jure imperii* sua jam ætate ejus meminit: merito insimul negans, nocere vel tantillum ejus farinæ confessionem Alberti successoribus posse, ut qui jure suo aliunde proveniente uterentur, nec tam precaria & a Pontifice emendicanda potestate indigerent. Adjicio argumentum stringens ex ipsius Pontificis confessione ac pharetra depromptum.

§. XLIIX.

Fac enim, a Romanis & Ecclesia Romana defluxisse eligendi jus in imperii summos proceres, quid nunc istud ad ejusdem præsulem? quod Germani acceperunt, ita sane obtinent, ut nunc primi concedentes omni sint facultate & jure, quod abjecere, prorsus exuti. Uno verbo: Principum electorum jura privantia sunt, &, nisi essent talia, ea sane, quæ utcunque fuere cessa & permissa, revocari quandocunque possent: quod quam sit absonum, nemo est paullo argutior, qui non videat.

§. XLIX.

At Papa Μοναρχόμαχος est cum populo suo: tuetur ille differentiam majestatis realis ac personalis. Illa penes ipsum, hæc penes electores atque Imperatores invenitur; quibus ille capita, tanquam infantes pupulis, pro lubitu amputat. Quidquid largitur, cum exceptione largitur. Non esset, credo, magis jucundus, magis utilis, ac magis denique necessarius & fortasse vendibilis libellus, quam talis, qui vel RELIGIO PONTIFICIS vel PAPA Μοναρχόμαχος inscriberetur.

§. L.

Sed ad rem. Ipse Henricus VII. Princeps alioquin egregius atque acer amoliri a se primum necessitatem impetrandi a Clemente VII. consensum & confirmationem dignitatis regiæ non poterat. Produnt hoc Teutoniæ procerum litteræ, indicant ipsius Clementis V. responsoriæ: testatur jusjurandum in confi-

confiniis Italiæ ac Burgundiæ iterato præstitum. Unde novum argumentum Papæ asseclis, qui ab exemplis magis, quam jure, a possessione sæpius, quam lege & more rationi conformi argumenta petunt. Sed postquam is technas Clementis animadvertit, & Roberti Neapolitani Regis insidias, Pontificis artibus clandestinis suffultas proprio experimento intellexit, aliter longe incedendum sibi sapientissime censuit. Longum esset enarrare, quæ is in Italia gesserit, quæ in Robertum Romanæ sedis imaginarium defensorem sit molitus. Sat est commemorare hoc loco, noluisse eum profiteri ultimo, se a Pontifice Romano tenere imperium: de quo gravissime postea conquestus est in Clementinis suis Pontifex; eo demum audaciæ prorumpens, ut jurandum Imperatorem fidelitatis *juramentum præciperet* appellandum. Ego nullus dubito, quin pristina in præcordia rediisset Germanis virtus, si vitam Henrico VII. servasset Deus magno animo imperii jura vindicanti.

§. LI.

Sed inde vero potissimum superbientis Ioannis XXII. fervidissima consilia derivo, reducturi hac ratione Germanos ad officium, ne in posterum in Italia ac Romana Civitate & imperio adfectarent dominatum. Est enim extra dubium constituendum, Ioannem hunc amplissima mente complexum Italiam suo subjicere arbitratui decrevisse. In quo ne suo excideret scopo, Gibellinos primum adortus est, Italiæ venditans sese vicarium, & ne quid injuriæ ac fastui deesset, Arelatensis quoque regni provisorem. Neque enim modica spes eum sustentabat, fore ut dum de Allemannia certarent Fridericus Austriacus & Ludovicus Bojus, victricibus ille armis utrumque interea regnum subigeret. Sed aliter res cecidit: Ludovico enim existente victore, in proclivi erat, dissidentium Principum consequi suffragia ac disipare factiones sibi primum adversas. Unde piaculo datum, non exspectasse Bojum Iacobi de Cadurco confirmantem vocem, nec submisisse eundem totum electionis negotium sacratissimi interregis arbitrio.

§. LII.

Hinc illæ pro jure regni disputationes: an Reges Germaniæ subjecti sint Vicario Christi? An Papæ jus veniat ab unctione, & coronatione? an ab advocatia armata ecclesiæ Romanæ? Inspergebantur quæstiones aliæ partim præjudiciales, partim ad rem nihil admodum facientes: an Electores a Pontifice fuerint instituti? A quo imperium Romanum ad Francos seu Germanos sit translatum? Qualem vim habeat consecratio? An necessaria sit? An ea nondum suscepta Regis elogium electo, aut Imperatoris tribui possit? An Pontifici debeat jurari? An debeat ab eodem Rex Romanorum confirmari? An istud jusiurandum sit fidelitatis juramentum? & an denique ante illam confirmationem Papa sit imperii vicarius?

§. LIII.

Nemo non videt Principes electores eorumque consiliarios has quæstiones omnes negasse rotunde: atque ipsum Ludovicum vero manibus pedibusque obnixe omnia fecisse, ut aliis doctrinis imburetur populus, ne in servitutem tum Rex Germanorum, tum totum cum Electoribus imperium à Romana ecclesia redigerentur. Quocirca defensores & Doctores undique conquisiti, qui strenue impugnarent dictata papalia regio muneri & Teutonice libertati adeo contraria. In his inprimis memorantur Ioannes Fundanus, & Marsilius Patavinus sedi Apostolicæ longæ infensissimi: quorum argumenta multi albæ mentis homines calculo suo merito probarunt: quemadmodum è contrario Ioannes XXII. piorum albo Ludovici Imperatoris nomen tum ob hujusmodi doctrinas, tum refractarium, ut loquebatur, animum repetita vice extinxit.

§. LIV.

Incredibile fere videtur, potuisse Adelzreiterum scriptorem Bojum & Ferdinandi Mariæ Bavariæ Electoris administrum reprehendere hac parte Ludovici imperatoris gesta: idque circo probabile redditur, Wærfugium Jesuitam scribendis ejus annalibus calamum aliquando accommodasse. Quid enim, quæso, faciendum optimo Principi, qui obedientiam ac reverentiam amplissimis verbis Cadurcensi offerebat sæpe sæpius? Morigerum sese filium futurum spondens, si paternum erga se indueret animum? Ecquod igitur crimen est, Pontificem dixisse hæreticum, qui temere eam Ludovico maculam affricuit? Quod scelus, criminis læsæ majestatis reum pronuntiasse, eumque pontificatu dejecisse, de quo certo certius constat, eum subjectum esse Regibus, quam Imperatorem Pontifici & stolidissimo Iacobo de Cadurco? At id eum urebat maxime, Pontificem subjici Imperatori Romano, nihil ei juris in electione ac dignoscenda Regis personа relinqui, unctionem ad solennia referri, nec regiam ac imperatoriam majestatem tali semper pompa indigere statui: penes Germaniæ senatum auctoritatem hac parte residere: servo servorum nihil in terrena imperia ac regna potestatis competere, quid? quod spes amplissimas avido animo conceptas in auras labi. Quæ omnia nunquam interea in contentionem venissent, nisi Cadurcensis aterrima bile laborans Germaniæ Regem cum viris sumatibus universis mittere sub capistrum statuisset: homo licet senex, alterumque pedem in cymba Charontis positum habens: non agenario enim major decessit.

§. LV.

Ac ne quis existimet, eos solum, qui evangelicæ doctrinæ addicti sunt, talia in medium ferre? etiam ex Alberto Argentinensi constat, vix mitiora a Iacobo Furnerio e moletrina ad Cistercienſem ordinem indeque ad purpuram, ac demum ad sedem Pontificiam assumto Benedicti XII. nomine, evecto fuisse prolata.

lata. Immo, inquiebat, ad Philippi Valesii & Apuliæ Regum legatos, *nos contra Ludovicum multa fecimus. Ipse sceptro cum scipione mutato venisset ad nostri Præcessoris pedes, si præcessor admisisset, neque supplicem a suis pedibus amovisset. Ego de Ludovico sperare meliora non desino.* Observet Lector, nos mentem Argentinensis exprimere, nec ipsissima ejusdem verba adscripsisse.

§. LVI.

Et mirum posteritati videri posset, quid igitur in caussa fuerit, quare hic Benedictus XII. neque cum eo redierit in gratiam, neque electorum petitis locum dederit, neque episcoporum, aliorumque sacerdotum argumenta & impensissimas preces admiserit. At qui intelligunt, quali sub jugo hic vixerit Pontifex, quas leges ei præscripserint Philippus Valesius cum Rege Neapolitano, quamque hi Principes perterrefecerint Cardinales reditus istis imminuentes, iis facile subolebit, quamobrem tum Cæsaris, tum Electorum ac totius denique imperii legationes in cassum ceciderint omnes.

§. LVII.

Ipse Ludovicus non adeo simplicis ingenii censendus est, ut non prævideritinutiles conatus. Prope enim tenebat, sæpe a se dictorum ac factorum cantatam palinodiam: quamvis reapse in omnibus nihil fuerit culpæ; addebat, ipsam innocentiam sic ream fore peragendam, summoque cum dedecore honorum atque imperii insignia ad pedes pontificis molitoris, aut pistoris videri projicienda, nullo alio fructu, quam ut sua infelix pietas fiat, suaque modestia haberetur tandem ludibrio. Quo dictum, factum. Vix enim legatorum litteræ lectæ sunt, cum simul sunt rejectæ, sicque infectis rebus recessere profani ac sacri principes totius imperii nomine. CIↃCCCXXXVIII. Avenionem missi: *Lenivere tamen invidiam*, verba nunc resipiscentis quodammodo Adelzreiteri agnosces Part. II. lib. III. n. 37. *lachrymæ, quibus perfusum Pontificis ultum legati viderunt, incertum, Ludovicumne, an se ipsum miserantis. Iam enim non statuendi modo, quæ vellet, sed loquendi etiam libertate exciderat: animi proinde sensu publicare prohibitus, hæc paucula Legatorum adorantium auribus insusurravit: Ægre sibi esse, quod Ludovico bene velle, non item benefacere posset. Constrictum se esse Regis Franciæ minis, atrociora sibi, quam nuper passus sit Bonifacius, interminantis, si cum Cæsare palam in gratiam rediret. Hæc questus, Legatos, ne violarentur, Delphino commendavit, a quo Lausannam usque ducti, suisque redditi, negarunt, æqui quicquam ex Gallia esse exspectandum. Ruberto nihilominus Palatino, qui proxime Cæsaris orator fuerat, rosa aurea Pontificæ benevolentiæ munus missa est, ne Germaniæ almam pacem desideranti nihil datum videretur.*

§. LVIII.

Itaque jam veterno quasi excitati Teutoniæ principes omnes, in que primis

mis Septemviri Rensii conveniunt, ut tandem aliquando Spirensi in conventu seriam operam patriæ promissam reapse præstarent: conquerentes interea patientiam suam contumelia finiri, nec dignitatem modo, sed ipsum etiam imperii nomen periclitari. Indignum videri, pedibus hac ratione conculcari suam auctoritatem; nec dedecus per binorum Pontificum annos, nisi mussitando hactenus lamentatam Germaniam, sero libertatis suæ memorem. Viginti & quinque elapsos jam annos esse, cum Ludovicus more majorum sit electus; & tamen inquiri & dubitari, seque ignave fere ejusmodi dubitationes tolerasse, an is imperio, quod magnifice rexisset interea, sit aptus? Quocirca rumpendum aliquando tam ignobile silentium ac memorabili ad posteritatem monumento esse emendandum, quod verecunda patientia non potuerit corrigi. Atque hos inter justissimos questus præparatis animis ad constantiam magno tandem assensu celebre illud Senatusconsultum conditum est, quod Albericus de Rosate Iureconsultus lib. III. de præscriptione triennali inservit, Hieronymus Balbus de coronat. ad Carolum V. repetiit, Rebdorfiensis Monachus recensuit, Leibnitius aliique nove imprimi curarunt, nonnullis voculis quidem diversum, sed sensu idem: quod jam celeberrimus Pfeffingerus ad Vitriarium monuit. Nos, quia de his rebus ex professo agimus, a scopo non ablusuros vix credimus, si istam imperii constitutionem etiam hoc loco legendam exhibeamus: *Licet jura utriusque testamenti manifeste declarent, Imperialem dignitatem & potestatem immediate in filio DEI ab antiquo processisse, & DEum per imperatorem & Reges mundi jura humano generi aperte tribuisse: & quod Imperator ex sola electione eorum ad quos pertinet, verus efficitur Imperator, nec alicujus alterius eget confirmatione seu approbatione: quoniam in terris quoad temporalia non habet superiorem, sed eidem gentes subsunt & nationes: & ipse Dominus noster Iesus Christus mandavit, quæ sunt Dei Deo, & quæ sunt Cæsaris Cæsari reddenda. Qui tamen nonnulli avaritiæ & ambitionis cæcitate ducti & nullius scripturæ intelligentiam habentes, sed divertentes à tramite recti sensus in quædam iniqua & prava commenta, & in assertiones detestabiles prorumpentes contra potestatem & auctoritatem Imperialem, & jura imperatorum, Electorum & aliorum Principum & imperii fidelium committunt fallaciter asserentes: Quod imperialis dignitas & potestas est a Papa, & quod electus in imperatorem non est verus imperator nec Rex, nisi prius per Papam sive sedem Apostolicam, confirmetur, approbetur, & coronetur: & per hujusmodi pravas assertiones & pestifera dogmata hostis antiquus movet, jurgia suscitat, contentiones parit, & seditiones procurat. Ideo ad tantum malum evitandum de consilio & consensu Electorum & aliorum Principum Imperii declaramus, quod Imperialis dignitas & potestas est immediate a solo DEO; & quod de jure & imperii consuetudine antiquitus approbata, postquam aliquis eligitur in Imperatorem, sive Regem ab Electoribus imperii concorditer, vel majori parte eorundem, statim ex*

sola

sola electione est Rex verus & Imperator. Romanorum censendus & nominandus, & eidem debet ab omnibus imperio subjectis obediri: & administrandi jura imperii, & cetera faciendi, quæ ad Imperatorem verum pertinent plenariam habet potestatem, nec papæ, sive sedis Apostolicæ, aut alicujus alterius approbatione, confirmatione auctoritate indiget vel consensu. Et ea propter hac in perpetuum valitura lege decernimus, ut electus in Imperatorem concorditer, vel a majori parte Electorum ex sola electione censeatur & habeatur ab omnibus pro vero & legitimo Imperatore, & eidem ab omnibus subjectis imperio debeat obediri, & administrationem & jurisdictionem imperialem & imperialis potestatis plenitudinem habeat, & habere ac obtinere ab omnibus censeatur & firmiter asseratur. Quicunque autem contra hæc declarata, decreta, vel definita, aut aliquid eorum asserere, seu dicere, aut asserentibus seu dicentibus consentire, vel eorum mandatis vel literis, vel præceptis obedire præsumserit, eos omnibus feudis, quæ ab imperio detinent, & omnibus gratiis, jurisdictionibus, privilegiis & immunitatibus a nobis, vel prædecessoribus nostris eis concessis ex nunc privamus, & ipso jure & facto decernimus esse privatos. Insuper eos crimen læsæ Majestatis decernimus incurrisse, & pœnis omnibus impositis crimen læsæ Majestatis committentibus subjacere. Datum in oppido nostro Franckenfurt, die 8. mensis Augusti Anno Domini 1338.

§. LIX.

Verum tamen cave putes, hanc esse illam toto orbe & in publicis imperii legibus celebratissimam unionem, seu fraternitatem electoralem. Constat enim, Septemviros peculiariter adhuc coivisse, & ad jura sua tutanda arctissimo fœdere sese obstrinxisse, si quis forte in posterum atque in præsenti ipsorum dignitatem atque eligendi auctoritatem auderet ullo modo despicere, ac convellere. Fœderis tabulæ idiomate primum Germanico expressæ sunt, latentque illæ in Bojorum tabulario, unde eas eruditissimus Herwartus de Hohenburg depromtas in latinum convertit. Credo, hoc Bzovii Poloni aliorumque calumniatorum caussa factum, qui nostræ vernaculæ imperiti censentur. Quas quia alio sermone nusquam inveniemus, idcirco itidem latina cum Lectoribus nostris communicamus: *Nos DEI gratia, Henricus Archi-Episcopus Moguntinensis, Walramus Archi-Episcopus Coloniensis, Balduinus Archi-Episcopus Trevirensis, Rudolphus, Rupertus fratres, Stephanus Rubertus Junior, Comites Palatini Rheni & Duces Bavariæ, Rudolphus Dux Saxoniæ & Ludovicus Marchio-Brandenburgensis. Notum facimus cunctis hominibus, qui has litteras vident, aut legi audiunt, quod simul consideravimus & perspeximus, sacrum Romanum imperium in suis honoribus, juribus & bonis, atque etiam nos in nostris honoribus, juribus, consuetudinibus & privilegiis, quæ a prædicto imperio habemus, vehementer his temporibus, atque etiam antehac impediti, infirmati, & gravati fuimus ac sumus, & propter communem ac manifestam utilitatem totius Christianitatis,*

atque ad prædicti Imperii nostrumque honorem, jura, privilegia & consuetudines tutanda, defendendas & manutenendas, unanimiter convenimus, & nos confœderavimus, quod prædictum Imperium & nostrum principalem honorem, quem ab eo obtinemus, videlicet in electione Imperii in illius ac nostris juribus privilegiis & consuetudinibus, sicut ab antiquo ad nos, & ad Imperii Electores pervenerunt & devoluta sunt, manutenere, tueri, ac defendere volumus pro omnibus nostris viribus ac opibus, sine fraude, contra quoscunque nemine excepto: siquidem hoc nostrum honorem & juramentum attingit; nec volumus id intermittere propter ullum mandatum, a quocunque vel quomodocunque datum, per quod Imperium & nos Electores in præscriptis rebus ullo modo infirmari possemus. Volumus etiam omnes dominos & amicos, qui ad nos pertinent, vel non pertinent, sive sint ecclesiastici, sive seculares, nostros quoque Vasallos, ministeriales, Castellanos, officiales & cives, ad idem faciendum rogare, & inducere, in quantum possumus: & ad hoc efficiendum debet quilibet ex nobis Electoribus alteri auxilium præstare sine fraude; ut illi nobis in his rebus auxilium & opem ferant, idque nullius respectu intermittant, & ob nulla mandata, a quocunque illa dari possent. Quod si contigerit, ullam dissensionem aut dubium super his rebus inter nos Electores oriri: quicquid nos tunc omnes, aut major pars ex nobis, super hoc diffiniemus & statuemus, id debet vim habere atque a nobis observari sine dolo. Omnia hæc præscripta capita, & unum quodlibet horum singulatim spopondimus bona fide, & spondemus hic præsentibus literis per nostrum principalem honorem, nec non juravimus hoc ipsum ad sanctos pro nobis & nostris successoribus perpetuo firmiterque tenere, neque contravenire, nec ab hoc desistere ullo modo, sicut in præmissis continetur & scriptum est. Non debemus, non volumus quoque, nec possumus nos, nec quisquam alius, qui nobiscum in hanc confœderationem veniet (qui jurare quoque hoc ipsum debet, & vovere, sicut in præmissis & sequentibus scriptum est) si ita depravaremur, quod DEUS avertat, ut contra faceremus, aut facere vellemus; non debemus, inquam, nec volumus, nec possumus contra juvari ulla dispensatione, absolutione, relaxatione, abolitione in integrum restitutione, neque ullo beneficio, quocunque nomine illud appellaretur, undecunque, aut quomodocunque fieret, sive per nostras, aut aliorum hominum preces, sive quod latine dicitur, ex officio: neque ulla potestate ejus, qui hæc curare vellet: apud DEum & homines futuri ac dicendi infames, infideles & perjuri, ubicunque vel quocunque modo contra faceremus aut veniremus, quovis pacto, omni fraude ac dolo à præscriptis capitibus & singulis eorum exclusis. Ad notitiam horum damus has litteras obsignatas nostris signis, quæ datæ sunt in Rense, die Jovis post Margaritæ à Nativitate Christi MCCCXXXIIX. *Anno.*

§. LX.

Nemo dubitet, placuisse tum senatusconsultum, tum etiam Septemviro-

rum

rum pro tutela illius legis sese colligantium gloriosissimum propositum perplu-ribus. Albericus de Rosate, qui id temporis in aula Romano agebat, audivisse se testatur, *magnos prælatos & laicos utriusque juris peritos* pro edicto disseruisse certatim. Neque amplius ambigo, quin ejusdem tenoris litteræ ad Pontificem Benedictum XII. sint missæ. Vidisse se illas idem Albericus memoriæ prodit. Et Marquardus Freherus vero ad Rebdorfiensem illas exhibet, in hoc solum suspectas, quod Waldemari Brandenburgici & Rudolphi Palatini nomina refe-rant, de quibus interea constat, fatis ea ætate concessisse utrumque. Quæ res fecit, ut Adelzreiterus fluctuante animo de iis pronuntiet. Sed fieri, meo ju-dicio, facile potuit, ut, dum forte litteris initialibus scripta essent Electorum nomina chronologiæ & hujusmodi notarum imperiti litteras L. & W. commu-taverint, literaque canina R. Rudolphum Palatinum significari existimaverint, cujus filii Rudolphus, & Rupertus ea ætate Palatinatum communi jure tenuere. Marchiam Brandenburgicam vero Ludovicus Imperatoris primum genitus ad-ministrabat; ita ut fere nihil, aut parum dubitationis supersit, & illas quo-que in genuinarum litterarum albo esse relinquendas. Quapropter sine hæsita-tione dictam epistolam adscribimus, *Sanctissimo in Christo Patri ac Domino, Do-mino Benedicto Papæ. Vestri devoti filii, Henricus DEI & Apostolicæ sedis gratia Archi-Episcopus Moguntinus, Electorum Principum Decanus, nec non per Ger-maniam Sacri imperii Archi Cancellarius: Balduinus Archi-Episcopus Trevirensis, Cancellarius Galliæ. Walramus Archi-Episcopus Coloniensis, Cancellarius Italiæ: Waldemarus* (lege Ludovicus Marchio) *Marchio Brandenburgensis, Camerarius: Rudolphus* (lege & Rupertus) *Palatinus Dapifer: Rudolphus Dux Saxoniæ, por-titor ensis, Romanorum Regis, & coronandi Imperatoris legitimi Electores. Gra-vamur non modice, & turbamur ex intimis, cum reverendam Sacrosanctam Ro-manam Ecclesiam, matrem nostram & ipsius summos Pontifices, quibus reverentiam & honorem exhibere volumus promptis & devotis animis omni vice; ac sacrosan-ctum Imperium & Imperatores seu Reges ipsius quorum defensio ad nos & omnes alios Coelectores nostros præ ceteris mundi Principibus specialiter pertinere dinoscitur; sicut temporibus præsentibus, videmus ad invicem discordare. Nam ex hoc non potue-runt sibi & populo Christiano proficere, prodesse, & prout est divinitus institutum sibi mutuo suffragari. Propter quæ in diversis mundi partibus, provinciis & ter-ris, ipsis regendas, gubernandas commissis, innumera execrabilia pericula ani-marum, personarum & rerum & diversa scandala in Dei Ecclesia (quod dolenter referimus) sunt suborta; & majora præsumuntur futuris temporibus, quæ ad ple-num dici nequeunt, vel conscribi, certitudinaliter suboriri. quæ submoveri non possunt, nisi utraque potestas contenta sit suis juribus & consuetudinibus hactenus observatis, & reformentur, quæ una contra aliam attemptavit.*

§. 2.

§. 2. *Sanctitati vestræ cum omni devotione, & in modum, quem possumus, meliorem & humiliorem referimus bono Zelo, quod super præmissis & ad consulendum & providendum Sacrosancto Romano imperio, cujus jura, honores, bona, libertates & consuetudines prostrata jacent, & a diversis personis Ecclesiasticis & secularibus sunt & fuerunt hactenus in grave præjudicium dicti Imperii invasa, occupata, & multa simpliciter conculcata; XV. die mensis Julii anni XXXVIII. in Reinse super alveo Reni (ubi Principes Electores super negotiis imperii tractandis convenire consueverunt ab antiquo) cum aliis Principibus Electoribus Imperii in unum fuimus congregati; & diversis deliberationibus & consiliis præmissis, sicut divinæ gratiæ placuit, omnes unanimes fuimus & nullo penitus discrepante pro defensione & recuperatione jurium, honorum, bonorum; libertatum, consuetudinum sacri Romani Imperii ac totius Christianitatis, ad cujus regimen & defensionem idem imperium principaliter ordinatum dinoscitur; disposuimus & ordinavimus pro nobis & successoribus nostris, & firmavimus jurejurando, per sacramenta corporaliter à nobis & omnibus Coelectoribus nostris præstita; quod jura, honores, bona, libertates & consuetudines dicti imperii & nostra nobis in electione imperii competentia ex consuetudine vel de jure manuteneamus, defendamus & illibata conservemus toto posse, & viribus nostris, contra omnes homines cujuscunque praeminentiæ, dignitatis seu status existant, & quod hoc non obmittamus propter aliqua pericula rerum & personarum, aut præcepta, mandata, aut processus, per quemcunque modum & formam prolati sint, vel in antea proferantur contra imperium & nos, vel Coelectores nostros, per quæ dicto imperio, ac nobis & Coelectoribus nostris, in prædictis juribus, bonis, hominibus, libertatibus & consuetudinibus præjudicatum sit, vel in futurum posset præjudicium generari.*

§. 3. *Et tandem super præmisso lamentabili desiderio, & caussis originalibus, ex quibus ortum dinoscitur, quod inter sanctam Romanam ecclesiam, ac sacrum Romanum Imperium & Dominum nostrum Ludovicum Romanorum Imperatorem, jam longis temporibus diligenti & sollicita deliberatione præhabita, nos & alii Coelectores nostri cognovimus, & nobis constitit evidenter ex processibus quondam Domini Johannis Papæ XXII. prædecessoris vestri, quod ipse primo & postea sententias excommunicationis & interdicti (si sic dici merentur) ac alias diversas sententias & processus de facto contra DEUM & justitiam, & juris ordinem fulminavit, contra prædictum Dominum nostrum Dn. Ludovicum Rom. Imperatorem, ac fautores & adhærentes sibi: qui a majori parte Principum Electorum fuit rite & rationabiliter in Regem Roman. electus, in Imperatorem postea consecrandus: quod se de administratione imperii intromisit non approbata per prædictum prædecessorem vestrum ipsius electione, quam in discordia asseruit celebratam.*

§. 4.

§. 4. Per quas sententias & processus, cum juri & consuetudini Imperii & præfato Domino nostro Ludovico, nobis & aliis Electoribus Imperii permaxime derogetur; cum jure caveatur & consuetudine, cujus contrarium in memoria hominum non existit, sit rationaliter introductum, & sine cujusvis contradictione legitime observatum, sicut etiam in prædicto parlamento per nos & alios Coelectores nostros, præhabita diligenti deliberatione & discussione ac consilio multorum Principum, Comitum, Baronum & nobilium est concorditer declaratum, & sententionaliter definitum: Quod vacante Romano imperio is, qui eligitur concorditer, vel à majori parte Principum Electorum, pro Rege Romanorum ab omnibus est habendus: Et quod nec nominatione, approbatione, confirmatione, consensu, vel auctoritate sedis Apostolicæ super administratione bonorum & jurium imperii indiget, sine titulo Regio assumendo: quodque jura & bona imperii administrare & gubernare poterit, & de jure & consuetudine, nulla sedis Apostolicæ super hoc licentia habita vel obtenta.

§. 5. Quare cum Sanctitas vestra teneatur præ omnibus Regnis mundi defendere jura imperii, quod ad defensionem sedis Apostolicæ & totius fidei Christianæ est cœlitus ordinatum, & sine cujus salubri gubernatione & defensione non potest in opulentia pacis persistere Christianus populus, nec bene colere pacis auctorem; clementiæ Sanctitatis Vestræ supplicamus cum omni humilitate & reverentia, qua possumus & valemus, quatenus sententias & processus prænotatos, & quidquid exinde ob nos secutum est totaliter & penitus revocetis, tanquam in præjudicium imperii & jurium ipsius prolatos. Quæ jura illibata pro posse servare tenemur ratione a nobis præstiti juramenti, ut obinde in omni obedientia & devotione Ecclesiæ Romanæ & Sanctitatis vestræ debeamus devotioribus animis perpetuo permanere. Et ne, si secus fieret, nos & alii Coelectores nostri cum aliis Principibus Ecclesiasticis & secularibus Alemanniæ cogeremur & invenire & quærere contra eosdem processus & sententias, quamvis inviti, remedia opportuna. Super præmissis ad Sanctitatem Vestram tales transmittimus quibus in dicendis & petendis nostro nomine fidem, vestram clementiam petimus adhibere.

§. LXI.

Etsi vero in ipso Electorum sanctissimo fœdere, nonnulla de auctoribus & nominibus eorum inque primis Bohemiæ rege Joanne occurrunt, quæ majori luce sint collustranda, statim tamen initio dissertationis nostræ monitum est, has observationes complexurum caput II. aut novam dissertationem duabus aliis comitandam. Faxit DEUS, ut & vires nobis suppetant, & interea Electorum eminentissimus ordo aliorum imperii Principum consensu & amicitia suffultus felicissime perennet.

FINIS.

ILLUSTRI AC GENEROSISSIMO

RESPONDENTI
PRÆSES
FELICITATEM.

ETsi meo elogio ac commendatione minime eges, propriis utpote virtutibus, industria atque litterarum egregia cognitione exsplendescens; non possum tamen non publice testari, eum TE esse, cujus exemplum imitentur Juvenes alii nobili prosapia oriundi. Neque enim quisquam fere est tui ordinis, qui per quinquennium & quod excedit, in schola commoretur, immo opinantur plurimi, longiorem moram sibi detrimento fore, & solidam cognitionem rerum usui adversari. Quod sicuti à falso proxime abest; ita id inprimis operam dedisti, ut ne præsumtæ huic opinioni locum dares, sed cœpto semel tramite decurrens ipso facto ostenderes, quantum inter umbram eruditionis & doctrinam ipsam differentiæ intercederet. Neque enim vitæ discit, qui aut nihil, aut parum discit. Quin ita potius partienda videntur vitæ nostræ tempora, ut nonnihil speculationibus tribuendum sit, antequam in forum, curiam, aulam cum fructu sese conferat quisquam. Cumque a TE, quæ indicavimus, sollicite sint observata, ut qui tum in Lipsiensi Academia, tum Fridericiana nostra sapientes semper doctores sectatus es, eorum præceptis diligentissime auscultans; idcirco spes est non levis, felicissime versaturum TE aliquando in rerum actibus, quibus TE PRINCEPS tuus virtute ac prudentia vere magnus haud dubie indulgentissime destinabit. Faxit DEUS, ut, quæ PATER tuus, Vir illustris ac primarius, enixe cupit, ac tua virtus meretur, inter plausus atque acclamationes amicorum, faustissime consequaris. Halæ Magdeburgicæ ipsis Kalendis Novembris CIↃ IↃ CCXX.

XI.
DISSERTATIO
DE
CURIIS SUPERIORIBUS IN GERMANIA,
Von
denen Oberhöffen in Teutschland/

PRÆ-

PRÆSIDE

CHRISTOPH. FRIDERICO HARPPRECHTO,

J. U. D. Ser. Ducis Würt. Consil. & Juris Prof. Publ. Ord.

PRO LICENTIA

defensa ab Auctore & Respondente

JOHANNE GEORGIO MüLLERO, Heilbronnensi.

TUBINGÆ, 1731.

J. N. D. N. J. C.

PROOEMIUM.

MAteriam de antiquis in Imperio Romano Germanico olim usitatis, postea vero abolitis Judiciis Germ. Oberhöffen pertractantibus, Præfaminis loco de variis, qui quondam in Germania existere, judicibus aliquid præmittere liceat. Ad tempora recurrentes antiquissima, deprehendimus, Germanis fuisse *Principes*, qui jura per pagos vicosque reddiderunt, Tacit. *de morib. Germ. c. XII.* Cæsar de B. Gall. Lib. VI. c. 23. hos autem fuisse nobili stirpe natos, idem prodit Tacitus Cap. XIII *Insignis*, inquiens, *Nobilitas aut magna patrum merita Principis dignationem etiam adolescentulis assignant.* Verum enim vero penes hos solos juris dicundi potestas haud fuit, sed ex ipsa plebe delecti nonnulli, judicio Assessores dati. Conr. *Diss. de urb. German. Thes.* 47. Nec illis fuit jus aut tributum suis indicendi, nullum item fuit belli ac pacis arbitrium, nisi plebis consensu impetrato. Constituti fuerunt in majoribus totius populi comitiis, uti clare Tacitus *de M. G. Eliguntur*, inquit, *in iisdem Conciliis & Principes.* Adeoque eligendi jus non fuit penes unius alicujus pagi incolas, sed apud optimatum & delectorum ex omni plebe Concilium Conring *cit. Dissert. Thes.* 48. Principes hos, quos appellat Tacitus, ac antiquissimis usque temporibus Germanice Graven dictos fuisse, asserit Conr. *in D. modo alleg. Th.* 49. vocem vero Grav a Grau derivari posse puto, ac Graven ita è canitie fuisse appellatos, testatur Meinders *D. de Jurisdictione Colonaria & Curiis Dominicalibus, & in append. ad ejusdem D. de Origine, officio ac munere Gograviorum* §. 5. Unde post apud Francos nomen Gravionum, quo nomine ipsi Comites suos nuncupabant, permansit, nimirum senes canitie venerabiles ad munus judiciale præcipuè deligebantur, Hert. *Notit. Veteris Germaniæ populorum Cap.* 4. §. 7. hincque vox Gravionis judicem significabat, Meinders *Diss. de Jurisd. Col. & Curiis Dominical. l. c.* Besold. *Thes. Pract. voc.* Grav. Quam significationem & sequior ætas tenuit, *Gloss. Spec. Saxon. Lib. 3. art. 13.* Ein Grav bedeut

nach altem Sächsischen Teutschen einen Richter, darum haben diesen Nahmen viele unterschiedene Richter Knichen *de jure territ. cap. 4. n. 95. seq.* Besold. *Consil. 195. n. 10. seq.* Wehner. *obs. Pr. voc.* Grav, Grafschafft. Schilter *ad Jus F. A. c. 1. §. 13.* Hert. *D. de Orig. & progress. spec. J. R. G. §. 2.* & passim. Assessorum his principibus junctorum jam antiquitus receptum nomen Germanis est Schepen, Schöpffen, Schöppen, qui concurrentem cum principibus habebant Jurisdictionem, Conr. *supra all. Disp. Thes. 49.* Quæ Jurisdictionis autem, eadem & meri mixtique Imperii fuit ratio. Nec enim legas, vel delectos illos Scabinos sine Gravione, vel sine Scabinis Gravionem in quemquam animadvertisse. Ita nec de summa Reip. quicquam constituere vel plebi licuit soli, vel soli Gravioni: Sed ad Concilium, si quid majoris rei esset constituendum, etiam ex plebe delegati una cum principibus convenerunt. His tamen inter se de minoribus rebus consulere & statuere fas erat, etiam inconsulta plebe; de majoribus vero negotiis non nisi eâ adhibita, Conr. *c. D. Th. 50.* & ejusdem *D. de Ducibus & Comitibus Imp. German. Th. VII.* Quod expressis verbis docet Tacitus de M. G. *De Minoribus*, inquiens, *rebus Principes consultant, de majoribus omnes, ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud principes pertractentur.* Ex quo liquet, in omnibus his maximam tamen vim & autoritatem principum fuisse. Conr. *c. l.* Sub Regibus stirpis Merovingicæ judiciaria potestas erat penes *Comitem s. Præfectum Palatii*, qui *Major Domus* dicebatur, & de omnibus secularibus causis curam instanter habebat, ut nec seculares prius Regem absque ejus consultu inquietare necesse haberent, quousque ille prævideret, si necessitas esset, ut caussa ante Regem merito venire deberet. Præterea in hoc maxime ejus solicitudo erat, ut omnes contentiones, propter æquitatis judicium Palatium aggredientes, juste & rationabiliter determinaret, seu perverse judicata ad æquitatis tramitem reduceret, ut & coram Deo propter justitiam, & coram hominibus propter legum observationem cunctis placeret, Lehmann *Chron. Spir. lib. 2. cap. 9.* Id vero notandum, quod Comiti Palatii in causis principum Imperii, non nisi cum speciali Regis mandato, judicis officio fungi licuerit, sed solummodo inferioribus Jus dicendi potestas concessa fuerit; Id quod testantur Cap. Franc. *lib. 3. cap. 77. de Episc. Comitib. & potentioribus, qui causam inter se habuerint.* ubi ita: *Neque ullus Comes Palatii nostri potentiores causas sine nostra jussione finire præsumat, sed tantum ad pauperum & minus potentium justitias faciendas sibi sciat esse vacandum.* Ad hanc Dignitatem illi tantum evehebantur, qui facultatum copia abundabant, ac illustris prosapiæ splendore aliis præfulgebant. Eginhardus *in vita Caroli M.* Ut plurimum unicus tantum Palatii Comes hoc judicis officio perfunctus est; Ast postea Carolus M. hoc mutasse & plures constituisse, atque ita nimiam, quam major Domus intuitu officii sibi arrogabat, potesta-

tem

tem diminuisse videtur, non ignorans, Patrem Pipinum aliosque antecedentes Majores Domus Regibus se æquasse, vices eorum occupasse, iis nihil præter inane Regis vocabulum reliquisse, ac omnem potentiam summamque Imperii ad se traxisse, Eginh. *in vita Caroli M.* ubi ita: *Opes & potentia Regni penes Palatii Præfectos erat, qui Majores Domus dicebantur, & ad quos summum Imperium spectabat: Neque Regi aliud relinquebatur, quam ut regio tantum nomine contentus, crine profuso, barbâ submissâ solio resideret, ac speciem dominantis effingeret, legatos undecunque venientes audiret, iisque abeuntibus responsa ex sua velut potestate redderet.* Atque tales quidem Palatii Comites ex qualibet Imperii natione eligebantur, ut unusquisque subditus in sua lingua audiri, ipsique solatium auxiliumque impertiri potuerit. Lehm. *L. 2. c. 9.* Sub Regimine porro Francorum Ducibus Provinciarum Administratoribus suberant *Comites*, qui in Civitatibus ac pagis jus dicebant, Lehm. *Chr. Sp. Lib. 2. c. 21. 22. 23.* Struv. Einleitung zur Reichs-Historie im dritten Absatz §. 20. Conring. *D. de Duc. & Com. Imper. Germ. Thes. 14.* Etenim, quemadmodum unusquisque Ducatus in certos pagos erat divisus; Ita cuilibet tali pago, Gove dicto, Conr. *D. de Urb. Germ. Thes. 51. & de Judic. Reip. Germ. Th. 83.* Comes præficiebatur, Gogravius inde appellatus, Lehm. *Chr. Spir. Lib. 2. C. 9.* qui justitiam administraret. *l. c. c. 17.* cum delectis è populo aut Scabinis, *c. l. c. 9.* Conr. *l. c.* Struv. *supra all. l.* Ævo Carolingico præ aliis judicibus eminebant *Missi*, quorum officium clare proponitur in Capitulis Caroli & Ludovici *Lib. 2. c. 26.* his verbis: *Ad hoc à nobis missi constituti, ut, si quilibet Episcopus aut Comes ministerium suum propter quodlibet impedimentum implere non possit, ad eos recurrat, & cum eorum adjutorio ministerium suum adimpleat. Et si talis causa fuerit, quæ per eorum admonitionem emendari non possit, per eos ad nostram notitiam deferatur. Et si forte Episcopus aut Comes aliquid negligentius in suo ministerio egerit, per istorum admonitionem corrigatur: Et omnis populus sciat, ad hoc eos esse constitutos, ut, quicunque per negligentiam, aut incuriam vel impossibilitatem Comitis justitiam suam acquirere non poterit, ad eos primum possit querelam suam deferre, & per eorum auxilium justitiam acquirere.* Dicti fuere Missi, eo quod ab Imperatoribus in provincias mittebantur, jus ibi dicendi, & quorumcunque querelas audiendi ac decidendi. Lehm. Chr. Sp. *lib. 2. cap. 10.* At nec hi soli judiciaria gaudebant potestate, verum etiam *Comites*, utpote quibus Leges Francicæ inculcabant, ut pleniter justitiam diligant, & juxta vires eorum expleant, ac quorumcunque querelas plenissima & justissima deliberatione definiant. *l. c. c. 17.* His Comitibus, quia sæpius quà consiliarii ad obeundum suum munus in aula Imperatoris versabantur, vel exercitum in expeditionem educebant, fuerunt adjuncti *Præpositi*, Germ. Statthalter, Vögt, Schultheiß, qui in Comitatu judicium exercuere, vid. Lehm. *l. c. c. 22.* una cum *Scabinis* sive Assessoribus, quorum electio

penes miſſos, vel Comites & populum erat. *L. all.* Quamvis autem jam dixerimus, potiſſimam muneris Comitum partem abſolviſſe juſtitiæ adminiſtrationem; hoc tamen etiam certum eſt, non unam horum eandemque ſemper fuiſſe conditionem, ſed varia eorum genera orta fuiſſe, tum à locorum varietate, quibus ut præeſſent erant conſtituti, tum negotiorum diverſitate, quibus occupabantur, cognominatorum; Vid. Burcard Gotthelff Struv. *in diſſert. de offic. Imp. Saxonicis, ſect. 1. §. 3.* Sic ſub Carolingis fuerunt *Comites Palatii, Comites, & Centenarii*, à Centenis, in quas regiones diſtinctæ erant, dictorum, *capit. lib. 3. c. 10. lib. 4. c. 23. apud Lehm.* Marquardus Freherus *in Orig. Palat. lib. 1. c. 2.* qui in Comitatu juſtitiam adminiſtrabant, tam in Civilibus quam Criminalibus jus dicendo, & delinquentibus pœnas legibus Imperii definitas irrogando, Lehm. C. S. *lib. 2. cap. 17.* A Comitibus Provinciæ ſub Carolo M. diſtinguebantur *Comites Palatini* ſub Imperatoribus Saxonicis, quod illi in univerſa provincia, cui erant præpoſiti, jura reddebant; hi vero terram Palatinatui adjectam ſolum gubernabant, in eaque potiſſimum jurisdictionem exercebant; Struv. *c. l. §. 6.* A quibus differunt *Marggravii*, à voc. *March* limitem vel fines notante, nominati, Lindenbrog *Gloſſar. voc. Marcha.* Marquard. Freher. *in Orig. Palat. all. loc.* qui finibus præfecti incurſionibus hoſtium reſiſtebant: & ſimul ibi jus dicebant, Conr. *Diſſ. de Duc. & Comit. Imp. Germ. Theſ. 17.* Struv. Einleitung zur Reichs-Hiſtorie 5ten Abſatz §. 5. nec non *Burggravii* à *Burgo* ſeu caſtro vocati, Marq. Freh. *l. c.* qui munimentis, quæ arcium nomine veniunt, & locis finitimis regendis atque tuendis præſtituti erant, Struv. *D. de voto Burggraviatus Strombergenſis §. 2.* Conr. *l. c.* ac ſimul jus dicebant, ſecundum Speculum Saxonicum *Part. 3. art. 52.* apud Struv. *l. c.* A variis his judicibus jurisdictio non niſi nomine Cæſaris exercebatur, Kemmerich *Introd. ad Jus P. lib. 7. cap. 5. §. 16.* Conr. *D. de Jud. Reip. Germ. Theſ. 36. usque 39.* cuique vero recurſus ad Judicium Regium patebat; Conr. *c. D. Th. 36. 38. 63. & paſſim.* At ob Imperii Germanici amplitudinem hoc non ſufficiebat, ſed hinc inde judices provinciales conſtituebantur; id quod patet ex Suevico Jure Feud. Ao. 1452. Norimbergæ collecto apud Schilter. *Cod. Jur. Alemann. Feud.* Die Mann ſullent komen für den Landrichter in des Gerichte ꝛc. Et cum turbulentis Interregni magni temporibus diffidationes orirentur, ac ubique judicia exularent; *Arbitraria Judicia*, quæ ſemi Germanica voce *Auſtregæ* appellantur, conſtitui cœperunt, Conr. *c. D. Th. 53. 54. & ſeqq.* B. G. Struv. Einleitung zur Reichs-Hiſtorie im 8ten Abſatz §. *13. & Synt. Jur. Publ. c. 24. §. 35. ſeqq.* cum quibus quandam habent affinitatem ea judicia, quæ Germanice Oberhöffe nominantur, & de quibus aliquid pertractare certum eſt. Cum autem hæcce materia, (uti Kreſſius *in Comment. ad conſt. Cr. Car. not. ad art. 219.* fatetur) à Commentato-

ribus

ribus ſicco ſocco hucusque fuerit prætерita, ſpes me fovet pulcherrima, fore, ut Tu, B. L. mihi, cui non Commentarium, ſed ſaltem Diſſertationem ſcribendi animus eſt, ſi quæ melius exhauriri potuiſſent, ignoſcas, eaque, quæ ex Archivis publicis depromere potui, æqui bonique conſulas. Deus interim T. O. M. hunc laborem exoptato auſpicio ac ſucceſſu ſecundet.

Theſis I.

Germanis veteribus ſimplici ratione fuiſſe proceſſum, neminem Hiſtoriæ rerum Germanicarum peritum fugiet. Quamvis enim jure, utut non ſcripto, haud carerent, ac circa juſtitiæ adminiſtrationem plurimum eſſent ſolliciti, modus tamen procedendi brevis erat, Struv. *Hiſt. Jur. cap. 6. §. 1.* Simplicibus tum populi non aſtuti non callidi Tacit. *de M. G. c. 22. §. 5.* moribus conveniens, legum multitudini, Advocatorum malitiæ, lucri cupidini lites protelanti adverſantibus. Hinc factum, ut ipſæ etiam graviſſimæ inimicitiæ tam cito fuerint compoſitæ, id quod diſerte teſtatur Tacitus *de M. G. c. 21. Suſcipere tam inimicitias ſeu patris ſeu propinqui quam amicitias neceſſe eſt. Nec implacabiles durant. Luitur enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitque ſatisfactionem univerſa Domus &c.* Talem proceſſum ſimplicem, facilem, ac brevi tempore circumſcriptum & multis inſequentibus temporibus obtinuiſſe, nec controverſias obortas in longum protelatas, ſed ex receptis moribus ex æquo ac bono ſententias pronunciatas fuiſſe, nos docent Conr. *Tr. de Orig. Jur. German. cap. 25. & diſſert. de Judic. Reip. German. Theſ. 52.* Struv. *Hiſtor. Jur. §. 14.* Lehmannus *in Chronicis Spirenſibus lib. 4. c. 21.*

Theſ. II.

Hæc juris morumque ratio apad Germanos ſenſim fuit continuata. Namque licet Seculo XIII. Jus Civile æque ac Jus Canonicum pedetentim fuiſſet in Germaniam introductum, Hert. *D. de conſult. legib. in Special. Germ. Rebusp. §. 15.* id quod ex eo patet, quod in Jus Saxonicum, cujus natales plerique DD. ad confinia Seculi XII. & Seculi XIII. & quidem ad tempora Friderici II. Imperatoris referunt, Conr. *de Orig. Jur. Germ. cap. 30.* multa ex Jure Civili Juſtinianeo fuerint inſerta, Struv. *Hiſtor. Jur. cap. 6. §. 39.* Stryk. *Diſſ. prælim. ad Uſ. Mod. ff. §. 10.* Speculum Saxonicum *art. 56. lib. 2.* & à Seculo XIV. magis invaluiſſet in Germania Jus Juſtinianeum, teſte Srruvio latius hoc deducente *in Hiſtoria Jur. cap. 6. §. 30.* dum erectis Academiis juris Civilis Profeſſores conſtituebantur, exinde etiam in Aulas Imperatorum accerſebantur homines in utroque jure edocti, de quo quidem contrariam fovet ſententiam Conringius *de Orig. Jur. Germ. §. 32.* demonſtrare contendens, nonniſi Seculo Decimo Quinto in Scholas atque fora Germaniæ introductum fuiſſe Jus Civile, & quæ ante hæc tempora fuerint initia, admodum tenuia: Tantum tamen abfuit, ut tales

erectæ

erectæ Academiæ & hinc inde exſiſtentes Jureconſulti ob tantam Imperii Romano-Germanici Amplitudinem juri dicundo ac cauſis decidendis ſufficerent, ut potius nimius controverſiarum cumulus grandem eorum copiam deſideraret. Quoniam vero Juris Civilis difficultas tantum Jurisperitorum defectum progeneraverat, ut pauci tum exiſterent, qui ad ductum & normam Juris Civilis judicare & ſententias concipere poterant; Judices quippe erant homines æqui quidem, quos ſenilis prudentia commendabat, & experta juſtitia ac pietas, ſed illiterati, qui ſecundum leges provinciales ubique uſitatas & conſuetudines pronunciabant, teſtibus Struvio *in Hiſt. jur. cap. 6. §. 28.* & Conringio *in Orig. J. Germ. cap. 25. & 28.* Hinc Legum peritiâ ad paucos redactâ, uſu veniebat, ut, cum judices ſolius æqui gnari Legibus diſſolvere lites nequirent, ſæpius judiciorum vicinorum Jureperitis haud dubie inſtructorum, quo ipſo multa illis præ omnibus aliis conciliata fuit autoritas, operam requirerent, ad eaque controverſias deferrent: Cui accedebat exigua à principibus in turbulento rerum ſtatu judiciorum habita cura, utpote qui in cauſis dubiis non modo ſubditis ſuis, ſed & judiciis ipſis ad Magiſtratus oppidanos ac vicina judicia appellare vel conſultum ire permiſerunt.

Theſ. III.

Atque talia judicia, quorum dijudicationi res controverſæ ab illis voluntarie relinquebantur, Germanice Oberhöffe vocantur, Conſt. Crim. Car. *art. 219.* nec res niſi per paraphraſin latine reddi poteſt. Verbum Oberhoff compoſitum eſt ex Ober & Hoff; vox vero Hoff, Lat. curia ſignificat judicium, quo ſenſu Curias Provinciales Hoffgericht, Landgericht dicimus. Si vocatur der höchſte Dingſtuhl und Oberhoff ſupremum judicium, Beſold. *Theſ. Pract.* voc. Dinghoff *in Addit.* Verbum autem Ober denotat ſecundam quaſi Inſtantiam in ſenſu improprio & arbitrarie electam. Appellat Curias Superiores Kreſſius *in Comment. ad conſt. Cr. C. not. ad art. 5. §. 2.* Oberhovia, quæ hoc modo deſcribenda cenſeo: Quod fuerint *Judicia arbitrario electa, in civitatibus ut plurimum conſtituta, a quibus tanquam in jure peritioribus, velut Provinciarum Oraculis, Judices in oppidis minoribus & communitatibus vicinis, jurium & rerum ad judicia eorumque exercitationem pertinentium minime experti, in cauſis tam civilibus quam criminalibus decidendis dubii hærentes, ad ſcrupulum illum diſſolvendum, ex inveterata conſuetudine, ſumtibus partium conſilia ac ſententias expetebant.*

Theſ. IV.

Etymologiam atque Deſcriptionem excipit *Synonymia* Oberhöffe dicuntur quoque Obergerichte, uti docet Lehmannus *in Chr. Sp. lib. 4. cap. 11.* ubi ita: Die Richter haben nicht allein, was der Stadt Nothdurfft und Wohlſtandt erfordert, beneben dem Graffen und ſeinen Stadthaltern verwaltet, ſondern auch

auch alle Bürgerliche Irrungen, Frevel und Malefiz-Sachen verhört, erkenndt, gericht und bestrafft; So sich in des Speyrgaus Flecken und Dorffschafften dergleichen Sachen zugetragen, haben dießelbe vors Obergericht zu Speyer zu Entscheid, Erkandtnuß und Erledigung gezogen werden müssen. Atque Judices in Curiis Superioribus splendidis nominibus der Ober-Richter fuisse insignitos, Acta Wimpinensia docent. Vocantur etiam *Consultations-*Höffe, quod in causis dubiis Consilia ab ipsis expetuntur, prout majoris securitatis gratia consultari solent Academiæ. Nec non *Appellations-*Höffe, eo quod & Appellationes illuc devolvebantur, quæ tamen propriè Appellationes haud erant, uti infra dicemus.

Thes. V.

Hujusmodi Curiæ Superiores passim olim erant constitutæ. Sic talem quondam in perantiquâ Civitate Imperiali Wimpinensi exstitisse, testantur Acta Wimpinensia, è quibus sequentia excerpere liceat: Uff Clag Antwort Redt Widerredt Angehörter Zeugen Sag, vnd entlichem gethanem Rechtbeschliessen hintersetzen, Auch allem erwegen, dieweil aber die Sache sich etwas disputierlich vnd weitleuffig ansehen laßt, Als acht sich der Richter solche zu enden vnd darjnnen zu erkennen noch zur Zeit zu gering verstendig, haben derowegen altem Herkomen nach dieselben an die Ernveste Fursichtige Ersame vnd weise Herrn Schulthais Burgermaister vnd Richtere des Hayligen Römischen Reichstadt Wimpffen als Iren Oberhoff darinnen Vrtel zu fellen vnd die Sachen zu erwegen gewisen &c. Tanta hoc judicium in circumjacentibus regionibus pollebat Auctoritate, ut à variis Civitatibus ac pagis alterius jurisdictioni subjectis de casibus dubiis quam sæpissime consuleretur, id quod patet aus dem Wimpfemer Oberhoff-Urthels Buch de Anno 1474. biß 1608. ubi ita: Diß Stett und Dorffer alter Fryhaitt nach pflegen jr Urtel by Uns zu holen als vor dem Obernhouff. Stett. Mergetheim, Bonigken, Weibstatt, Bischoffsheim. Dörffer. Rorbach, Heinßheim, Kochendorff, Stockach, Gümpper, Garttach, Obern Ißeßheim, Hüffelhart, Helmstalt, Bargen, Wollenberg, Bieberach, Erstatt, Duttenbürg, Richen, Bonfelt, Obern-Grießheim, Baptstat, Offenen, Wassenbach, Hochüsenn, Hagenbach, Biberach, Bachenheim, Rappenau, Jseßheim, item Groß und Klein Jseßheim, Untergrießheim, Jagstfeldt, Gartach, Großgartach, die gantze so genannte teutsche Ebne, und andere Chur-Pfältzisch-Teutschordisch-Württembergisch- und Ritterschafftliche Dörffer mehr. Nec non Spiræ ejusmodi judicium fuisse, videre est ex Lehmanni *Chron. Spirens. Lib. 4. cap. 13.* ubi ita inquit: Die Stätte, Flecken und Dorffschafften des Speyergaues und Bistumbs, unangesehen daß sie gewisse Regenten und Herren gehabt, welche

die Könige und Keyßer an Ihre Statt zu Verwaltung des Speyrgaues eingesetzet; So haben sie doch das Gericht und E. Rath zu Speyer jederzeit nach alter Gewohnheit vor ihren Oberhoff erkennet, und daselbst in schwehren Irrungen Weißungen geholet. So befindet sich aus einem Vertrags-Brieff zwischen Bischoph Friederich und der Stadt Speyer Ao. 1294. auffgericht, daß die Gemeynden von Berghaußen, Harthaussen, Heinhoffen, Dudenhoffen und Waltzen alle ihre Klagen und Irrungen vorm Stadt-Gericht zu Speyer anbracht und ausgetragen.

Thes. VI.

Consultabantur hæ Curiæ superiores, quotiescunque in causis dubii quid occurrebat, Const. C. C. *art. ult.* ac judices notitia ferendi congruam sententiam destituti erant; ceu apparet ex Actis Wimpinensibus: Gönstige Hern. Dieweill Wir die Richter alhie zue Weybstatt, vnß in dieser Sachen nach gehabtem Bedacht daruff zu einem Vrthell nit khinnen entschliessen, so haben wir solche Handtlung vmb Rath vnndt Vrtheils Weyß für vnndt an Ewer Ersame Weyßheit gewisen ꝛc. Und aus der Vorrede des Wimpfemer Ober-Hofs-Buchs, ubi extat: Nachdem und von alter her und fast viel länger denn in Menschlicher Gedächtnüsse gesin kan, von ettlichen Stätten und Dörffern hienach benant, die der Urtel sich nit versteen können, bey uns von Schulthüssen und Richteren Unsers Statt-Gerichts Urtel gehohlt haben, und hinfür hohlen und suchen &c. Ex hoc etiam elucet, quod jam tum inveterata fuerit consuetudo fora Curiarum Superiorum adeundi, quod & sequens ex Actis Wimpinensibus excerpta sententia comprobat. In Sachen zwischen Philips Creyßwart, vnndt Wendel Pfoen, Weylandt Philips Romigen Seelig hinterlassener Kinder Vormunder zu Daspach, Als Cleger an einem, vnndt dan Hanssen Schreyber vndt Sontag Brunnen beide Burger und Meurer alhie zu Weybstatt als beclagte ander theils. Also nach Clag vnndt Antwortt, Redt vnndt Wiederredt, auch Zeugen Sag, vnndt allem schriefftlichen vndt mündtlichen Fürpringen, vnd daruff geuolgtem endtlichen Rechtsatz, weißt der Richter dieße Handlungen Urtheils Weyße an daß Stattgericht ghen Wimpffen, Als Ihren ordenlichen Oberhoff, Altem Gebrauch nach &c. Atque rationabilis hæc fuit consuetudo; Omne enim videtur rationabile, quod cum rectæ rationis dictamine convenit. Assumamus de Consultationibus Curiarum Majorum. Et certo non adversabitur rectæ rationi, litigantium jura per prudentissimos examinare. Judices sæpe ignorantia laborant juris, cum & imperiti judicis officio fungi non prohibeantur. Sunt interdum pluribus impediti negotiis. Et aliæ intercedere possunt causæ, quæ negotii accuratiorem deliberationem atque disquisitionem impediunt, unde facile præjudicium partibus

esset

esset metuendum. Suppleri igitur per Collegia ejusmodi omni potest, quod in ipso desideratur judice. Imo judici quoque id ipsum expedit, qui omnem hac ratione corruptionis evitabit suspicionem facile. Coram Deo suam allegaret frustra ignorantiam, cum culpa non careat, qui non consulit, cum poterat, prudentiores vid. Const. Cr. Carol. *art. ult.*

Thes. VII.

Semper vero Acta transmittendi causa tres judices coram his judiciis comparuisse, satis luculenter probat Præfatio des Wimpfemer Oberhof-Urthels-Buchs: Und sollen allwegen drey Richttere von dem Gericht der Statt und Dorffes für das benannt unser Stattgericht komen rc. ac inter sexcentas alias in Actis Wimpinensibus exstantes sententias hæc, quam hic ponere placet. Zu wüssen vff des Schulthüssen Fragen hatt das Gericht zu Kochendorff durch Ir mitgesellen Wittmann Peter Diether Hanß Utz vnd Jorg Grieß Jn Urtels Wiße für vns das Stadt Gericht zu Wimpffen bracht, Also nach herkommen vnd altem Bruch der von Kochendorff Erkennen Wir Einmütiglichen zu recht, Peter Wittmann gegen der Herrschafft ein zimlichen Abtrage thon sol. Zu Urkund dato sub Sigillo ao. rl. lxxij. 1474. Ast Spiræ, ubi tale judicium florebat, hæc fuit recepta consuetudo, ut duo saltem judices Consules & Senatum Spirensem adirent, hucque Acta transmitterent, quod Actis mihi ex Archivo Spirensi communicatis demonstro, hâc sententiâ: Wir die Burgermeister und der Rath der Statt Speyer entbieten den Erbaren Schultheiß und Gerichts Schöffen zu Lauterburg Unsern freundlichen Gruß zuvor. Liebe und gute Freund! Von zweyen Euren Gerichts-Männern ist üns als Eürem Oberhoff verschiedener Zeiten ein Gerichts-Handel zwischen rc. rc. umb Weißung der Urtheil für und anbracht worden rc. Datum den 28. Dec. an. 1574.

Thes. VIII.

Processus coram Curiis Superioribus *sumtibus partium* fuisse expeditos, testis est Lehmannus *in Chron. Spir. Lib. 4. cap. 3.* Sie haben Jhren bestimbten Tax gehabt, was sie vor jede Weißung bezahlt; Nemlich Keyßerslautern 1. halben fl. Brusel 1. halben fl. Anweyler einen Ortsgulden, Lauterburg ein Orth, Waltzen 2. Schilling Pfenning, Gelingen vier Schilling. Sic quoque res sese habebat, cum Curia Superiori Wimpinensi, vid. Præfationem des Oberhof-Urthels-Buchs von Wimpffen, ubi ita: Und von solichem Brieff der Urtel sollen die Partheyen, so die Urtel bekommen, vnserm Schreiber ein Pfunt geben alter Wärung, das ist, dreisigk gütter Pfennig. Variabant autem Sportulæ, prout apparet aus der Stadt Wimpffen Reformation und Ordnung alten Herkommens und Rechtens, Klag und Urtel Geld betreffend.

In mündlichen Relationen, so von der Landschafft gen Wimpffen an das Stadt-Gericht giengen, gebührten dreyßig Pfennig dem Stat-Gericht für Urtel Geld, wie von Alter hero, dergleichen dreyßig Pfennig dem Schultheissen, Stat-Schreiber, und Gerichts-Knechten zu vertheilen. In Schrifftlichen Consultationen, item so Acta fürkommen von zwaintzig Blettern oder darunter, sol dem Stat-Gericht ein Gülden davon zu Urtel-Gelt gegeben werden. Wo aber die Acta über die zwaintzig Bletter hielten, so mannig Blat das were, so viel halber Batzen zu dem Gülden für Urtel-Geld erlegt werden soll. Und von solchem Urtel-Geld sollen auch Schultis, Statschreiber und die Gerichts-Knecht umb jr Gebür belonet werden. Equidem Imperator Carolus V. *in sua Constitutione Criminali art. 204. & 219.* mandat serio, ut judices in causis dubiis sine partium expensis ad Curias Majores, ad Collegia JCtorum & Dicasteria confugiant, indeque consilium petant. Quando enim judex munere suo fungitur, hoc ipsum proprio sumtu & expensis facere tenetur, nec habet impensarum repetitionem, *arg. l. 18 ff. de Oper. Libert.* Sed videmus tamen, consuetudine aliud in his Curiis Superioribus esse introductum & receptum, ex supra all.

Thes. IX.

Nec longis ambagibus controversias in his judiciis protelatas, sed celerrime fuisse terminatas, conspicere licet ex Lehm. *Chr. Spir. Lib. 4. cap. 21.* ubi ita ait: Was den Process in Rechts-Sachen anlanget, wiewohl man vor Gericht und Recht, in Recht-Sachen gar langsam den Brauch der Protocollen angefangen, so ist aus denselben fast vor 200. Jahren beschrieben, zu vermercken, daß vor Alters ein kurtzer Process in allen bürgerlichen Irrungen gehalten, und schwehre Sachen in zweyen oder dreyen Gerichts-Tagen aufs längste erlediget worden. Es befindet sich aus einem Protocoll, darinnen mehr als tausend Urtheil eines Raths, sambt der Partheyen Klagen und allen Handlungen, so vor Gericht und Rath fürkommen, nicht allein in Sachen der Bürgerschafft zu Speyer, sondern auch vieler Adelichen Personen aufm Lande, der benachbarten Stätt, Flecken und Dorffschafften, so Endscheid und Urtheil vom Rath zu Speyer vielfältig gesucht, daß die Partheyen mehr mündlich, und gar nicht in Schrifften Ihre Sachen entweder selbst, oder durch eines Raths verordnete und beeydigte Fürsprechen, nach gestalt der Sachen entweder vor Gericht, so sie dahin gehörig, oder vor dem Rath fürgetragen, der Kläger seine Klage kurtz ohne Weitläufftigkeit, doch zur Nothdurfft anbracht, der Beklagte darauff seine Einrede fürgewendet, der Kläger hinwieder repliciret, und der Beklagte dupliciret, darneben ieder Theil sein Beweißthum mit lebendiger Kundschafft oder in Schrifften dargethan.

Thes. X.

Thes. X.

Decidebantur in Curiis Superioribus Causæ *Civiles*, prout docent Acta Wimpinensia, à quibus hanc unam tantum sententiam brevitatis amore adjiciamus: Binnigkhen. Nach Vollstreckung vorgesprochener Urtheyl Erkent ein Gericht ferner zu recht, daß Jeory Kantengiesser Antwurter Junckhern Hanßen Lemlin Clägern umb sein Forderung und Zuspruch nichts schuldig ist, den Gerichts-Kosten zu baiden Theylen dieser Rechtfertigung uffgeloffen uß bewegender Ursach mit verglichen, also das iglicher Theyl sein Costen für sich selbs tragen sol, Act. Frytags nach Valentini anno octavo 1508. Judices. Claus Opp. Hans Hutzel, Michel Stor. Partes. Juncker Hans Lemlin Bawmeister vor alle Ganerben Actor, Jeory Kantengießer von Helprun Antw. Pariter quoque in Curia Superiori Spirensi tales causas civiles tractatas fuisse, testantur tot inde latæ sententiæ, quarum unam tantum probationis causa Dissertationi inserere haud inconveniens foret: In Sachen begehrter Losung sich vor Schultheisen und Gerichts Schöffen zu Lauterburg zwischen Niclaus Chun, und Adam Albrechten von Eßingen, Klägern an einem, und Michel Beckern, Burger und Gerichts-Schöffen zu Lauterburg, Beklagten andern Theils erhaltende: Erkennen wir, wo diese Handtlung für Uns Rechthängig uf Klag Antwortt überschickte Ordnung über wieder Kauff und Losung verkauffter Güther allem Fürbringen nach und gethanem Rechtsatz zu Recht, daß Beklagter obgenent von gethaner Klag zu absolviren und erledigen auch die beederseits ufgewendte Gerichts-Costen gegeneinander uffzuheben, und zu vergleichen seyn sollen.

Thes. XI.

In causis etiam *Criminalibus* Oberhovia (ut cum Kressio ad C. C. C. loquar) sententias pronunciasse, documenta hujus dant Acta Wimpinensia, ex quibus sequentem apponere liceat sententiam: Zw wüssen In der Sach Claus Hassers Cleger zů dem Knecht den er zu Gefengknüs bracht hatt, hatt das Gericht zů Mergentheim důrch Jr erber Bottschaffts Ambtmann Mathes von Sale Hans Stachel und Petern von Swaigern Irem altem loblichen herkomen vnd Fryhaitten nach Clag Rede und Widerrede In Urtels wise für vns des Heiligl. Rö. Richs Stattgericht zu Wympffen bracht, Also nach Clag und Antwort vnd der von Mergentheim, müntlich und schrifftlich Fürbringen, diewile Claus Hasser als ein vertailter vndaylicher Man, den armen Anbligk, Anschyn vnd Ander Ameler, darzů dienende, vom Leben zum tode, wie er hoffet, mit recht zů bringen, nicht fürbracht hatt, vnd darzů den Armen Lips vnd Lebens nach Innhalt der Kůntschafft vertrost, Erkennen Wir Eynmütigklichen zů recht, daß der Arme also von Hassers Clage, vnd

nach des Armen Antwort, nit vom Leben zům tod gebraůcht, Sonder von des Hassers Clage, vnd Gefengknůß ledig gelassen werden soll, mit Behältnůs des Armen Clage zů Hassern. Zů Vrkůnd datum Sb. Sigillo Peter Werrich Schulteti uff Mittwoch vor Nativitl. Marl. Anno LXXXto. 1475.

Thes. XII.

Appellationes etiam ad Curias Superiores fuisse devolutas, argumento est inter alias, sententia, quam ex Actis Wimpinensibus excerptam hic adjicere placet. Mergetheim. Nach Clag Antwurt Red Widerrede Irem schrifftlichem Fürbringen der Zůgen Sag laut vor gesprochener Vrtheyl vnd Rechtsatz Erkennen Wir zů recht das dem Kindt Anna Mendlin sein voruß inhalt vorgesprochener Vrtheil und der Frauen Ire zůbracht gůt werden solle, vnd fůrter das vberig verlassen Gůt in zwey gleich Theil getheilt da yglichen das ein volgen und werden soll. Verum enim vero hæ Appellationes proprie tales haud erant; Ea enim est Appellationum proprie sic dictarum natura, ut ab inferiori judice non nisi ad superiorem dirigantur, per *Nov. 23. c. 4. c. 3. in 6to de Appell.* Hinc à majori ad minorem, vel à pari ad parem, vel ab uno & eodem ad eundem Appellationes referre non licet; *l. 4. ff. de recept. qui arbitr. l. 13. §. 4. ff. ad SCtum Trebell.* Ayrer *in processu Civili p. 1. cap. 4. obs. 4. n. 14. usque ad n. 19.* in tantum, ut si de consuetudine ad parem rite appelletur, hoc ipso is, ad quem ita provocatur, illo à quo appellatur, major fiat, *arg. l. 14. ff. de Jurisd.* Sed ejusmodi Appellationes *improprie* tales vocantur, si quidem ex Actis constat, eas à judicibus urbicis & paganis devolutas esse ad alterius civitatis judices, qui superiores haud erant, sed quos ad sententiam ferendam *arbitrariè* solummodo eligebant, sicque eorum jurisdictionem *voluntarie* prorogabant. Ex quo inferendum, quod hujusmodi provocatio genus quoddam prorogationis fuerit, ac *merus actus voluntatis liberæ*, non necessitatis, Stryk. *Us. Mod. ff. Lib. 49. tit. 3. §. fin.* juris enim est, ex consensu litigatorum mutuo, eum, qui judex competens non est, aliàs tamen judicandi potestatem habet, vel ut dicitur *in l. 3. C. de Jurisd. omn. jud. & de Foro Compet.* judicio alicui præest, competentem fieri posse, per *l. 1. ff. de jud.* Hoc autem cum fit, Jurisdictio judicis incompetentis prorogari dicitur, unde & Jurisdictio prorogata nomen habet apud Pragmaticos: apud Pragmaticos, inquam, quia etsi de re ipsa textus sint in *l. 1. C. de Jurisd. l. 15. 18. ff. de Jurisd. l. 1. & 2. & l. 74. §. 1. ff. de judiciis*, appellatio tamen illa Jure Civili prodita non est, quo verbum prorogare soli tempori videtur accommodatum, ut *in l. 24. ff. Locat. Cond. l. 19. l. 30. §. 1. ff. de Legat. 1. l. 2. ff. de re judic.* A tempore vero non incommode hæc Appellatio ad jurisdictionem translata est, ut, sicut, cum tempus definitum, ultra quam tum est, extenditur, prorogari dicitur, ita & jurisdictio Magistratus,

tus, cum extra terminos ſive limites, intra quos eſt coercita, extenditur, prorogari dicatur. Prorogare igitur eſt extendere, proferre, diffundera, laxius reddere, protrahere ultra terminos ſibi conſtitutos ad cauſas & perſonas ſibi non ſubjectas, Lauterb. *Exerc. 5. concl. For. 5.* quod ipſum præſupponit aliquid, quod prorogetur, quod ſi intra terminos ſuos coerceatur, prorogatione opus non habeat, extra terminos autem & limites ſuos non operetur quidquam, niſi prorogatum ſit legitime, & quod per ſe non competebat, id competat ob prorogationem lege approbatam, aut certe lege non repugnante. Hinc prorogare jurisdictionem, eſt jurisdictionem extra ſuos limites, intra quos eſt coercita, ad negotium aliquod controverſum ad jurisdictionem illam non pertinens, extendere, vel ut brevius dicam jurisdictionem non competentem, competentem facere. Quod ut fiat, requiritur 1.) ut talis adeatur judex, qui judicandi poteſtatem habet. *l. 3. C. de Jurisd. l. 1. ff. de Jud.* 2.) ut cauſa, de qua agitur, ejusdem ſi qualitatis, cujus qualitatis ſunt cauſæ ad jurisdictionem illam, quæ prorogatur, pertinentes, ita ut qui magiſtratus illius ſunt ſubditi, in ejusmodi cauſis jurisdictioni ipſius ſubjiciantur etiam nolentes. Nam ſi de cauſis illis ne ſuis quidem ſubditis Magiſtratus jus dicere queat, profecto multo minus dicet extraneis, ut qui jurisdictionem non habeat in cauſis ejusmodi ne inter ſuos quidem ſubditos, atque adeo jurisdictio, utpote quæ non eſt, prorogari non poſſet, & 3.) ut litigatores in eum ſcientes, ſe judicem alienum adire, conſenſerint; Nam ſi judicem competentem eſſe putent, per hoc jurisdictionem ejus non prorogant, quia errantis voluntas nulla eſt, & quæ ex aditione præſumebatur, per erroris probationem excluditur. *L. 2. pr. ff. de judic. l. 15. ff. de Jurisd.* Ex quibus patet, quod quis jurisdictioni alterius judicis ſubjici poſſit volens, lege permittente, ſicque jurisdictio, ſicut & Magiſtratus ſive judex, qui competens non eſt, nec exſiſtit jure; facto hominis à lege approbato in hypotheſi reddatur competens.

Theſ. XIII.

Ne tamen ſuperioritate territoriali gaudentes exiſtiment, fora iſtiusmodi prorogata ſuperioritati ſuæ aliquid detrahere, eoque ſeſe extendere, ut tales judices, quorum jurisdictio prorogata fuit, cauſâ jam deciſâ, adhuc jurisdictionem quandam ſibi arrogare queant in eos, qui ſuæ ſe jurisdictioni ſponte ſubjecerunt, arbitrarie ipſos eligendo; cauſa equidem adhuc pendente, jus illis dicendi facultate gaudent, eâ vero definita, ne minima quidem jurisdictionis particula illis relinquitur. Neque enim per talem prorogationem ordinaria prorogantium jurisdictio extinguitur, ſed ſaltem quoad hanc cauſam ſuſpenditur. Nam ſicuti electo arbitro partes poſſunt ordinarium judicem præterire, ſine noxia ordinariæ jurisdictionis; quidni liceret etiam alienam jurisdictionem proro-

prorogare, ac alius judicis judicio causam subjicere. Neque exinde metuenda Jurisdictionum confusio, cum exercitium illius prorogatæ jurisdictionis sit instar precarii & meræ facultatis, atque arbitrio partium relictum, quod proinde nec possessionem aliquam nec præscriptionem contra judicem ordinarium facere potest. Nec tantum privatus, sed etiam Magistratus Majores alius Magistratus æqualis vel etiam inferioris jurisdictioni se possunt submittere, *l. 14. ff. de Jurisd.* Et ita principes quandoque coram proprio judicio provinciali aut aulico conveniri possunt, ut exemplum est in Rege Sueciæ, qui coram Tribunali Wismariensi stare solet; In Rege Bohemiæ, qui judicium Vratislaviense ratione Silesiæ subit, & non paucis aliis. Sic quoque Reges Galliæ coram Parlamento, uti vocant, quod supremum est Lutetiæ Judicium, jus sibi dici patiebantur, qui tamen non aliter ibi conveniebantur, quam per Procuratorem, idque ideo, ne Regium Nomen ac splendor Magistratuum oculos perstringeret, vel Majestas ulla sui parte minueretur. Nec dispar est ratio Imperatoris nostri, qui, si conveniendus sit, non in propria persona, sed per Fiscalem comparet, prout testatur Magificus D. D. Schweder *Introd. Jur. P. P. spec. Sect. 2. cap. 5. n. 18.*

Thes. XIV.

Parem cum his habent rationem Arbitria Compromissoria, quæ sunt judicia, quorum judices, qui ex pœnali Compromisso litigatorum sumti, ultro ea receperunt, de controversia ipsorum libere cognoscunt, & sententiam dicunt. Quemadmodum enim tantum abest, ut talia judicia, quæ principi sunt subjecta, & quibus tamen princeps se sponte subjicit, sibi aliquam in ipsum Jurisdictionem vindicare possint, ut potius superioritatem ejus territorialem porro venerari teneantur, ipsique subjecta maneant; Ita absonum quoque foret, statuere velle, quod judices Compromissarii ex mero saltem arbitrio electi sibi quandam queant attribuere jurisdictionem in eos, qui sponte se ipsis subjiciunt ad sententiam accipiendam. Argumentabor à majori ad minus: Cum pedanei judicis nulla sit Jurisdictio, *l. 5. in pr. ff. de re judic. l. ult. C. ubi & apud quem cognit. in integr. restit. agitanda sit.* Cur arbitro ullam Jurisdictionem competere diceremus? Quippe cum judicis pedanei opinio judicialis proprie sententia sit, arbitri vero non æque, *l. 13. §. 5. ff. de his, qui not. infam.* Ex sententia judicis pedanei actio & exceptio rei judicatæ nascatur, non vero ex sententia arbitri, *l. 1. C. de recept. Arbitr.* Accedit huc quod omnis Jurisdictio vel propria est, vel est aliena, puta ab alio mandata, *l. 3. l. 4. ff. de Offic. ejus, cui mand. est Jurisd. & l. 5. ff. de Jurisdict.* Propriam autem jurisdictionem arbiter non habet, ut quæ vel jure Magistratus competit, vel speciali aliqua ex Lege, *l. 1. in princ. ff. de Offic. ejus, cui mand est Jurisdict.* Neque habet mandatam Jurisdictionem, ut arguit *l. 3. §. 1. ff. de recept. qui arbitr. receper.* Cum itaque in

jure

jure Arbitris Compromissariis Jurisdictio in strictiori sensu, quatenus denotat potestatem jus dicendi, denegetur, certo certius est, illam, quatenus late sumitur, ac in nostro Imperio Superioritas Territorialis appellatur, Lauterbach *in Colleg. Theor. Pract. Tit. de Jurisd. n. 2.* multo minus illis competere in eos, qui voluntarie ipsos ad laudum ferendum eligunt.

Thes. XV.

Austregarum quoque hic est injicienda mentio, utpote qui etiam quandam cum Oberhoviis (ut iterum cum Kressio loquar) habent affinitatem, ac probe ad naturam Compromissariorum judicum accedunt. Qualem naturam & ante Maximiliani I. tempora habuerunt; Cum enim perturbatus per bella Civilia & diffidationes Germaniæ status judiciorum circulos adeo turbasset, ut quilibet contra alterum pro lubitu in bellum & arma rueret, rei plerumque, ut imminens à se bellum averterent, in designatos à se sub Compromissi formulâ judices ita consenserunt, ut horum sententiæ, sive æqua sive iniqua esset, parere & stare vellent. Et cum Aulicum Imperii Tribunal tot litigantibus haud sufficeret; huc tandem in Germania deventum est, ut vel status ipsi Austregales quosdam judices, queis controversias suas spontanea voluntatum submissione subjicerent, ne ad bellum & arma cessantibus judiciis deveniretur, constituerent, vel Austregalia quædam judicia per modum Confœderationis alicujus inter complures socios, uno eodemque fœdere conjunctos, instituerentur, ita ut socii etiam, qui præ aliis domesticarum virium robore pollebant, causas suas cognitioni judiciali vel omnium sociorum, vel eorum arbitrio, qui judices fœderis erant, submitterent. Cave vero putes, talia Austregalia judicia, pacto perpetuo jam in antecessum constituta, hic cum Curiis Superioribus comparari, vel Austregas legales, qui deficientibus conventionalibus ex generali dispositione legum Imperii dependent: Eos saltem innuo, qui, ortâ controversiâ, pro lubitu litigantium eliguntur. Differunt autem & Austregæ à Curiis Superioribus, quod in causis Criminalibus illorum Jurisdictio non sit fundata; At hæ illarum decisionem non respuant: Quod illi causarum matrimonialium dijudicationem sibi vindicare nequeant; hæ vero illas admittant: Quod illi munus delatum suscipere teneantur; hæ non item: sed potius constat, quod precibus ad sententias ferendas fuerint quam sæpissime permotæ, uti docent Acta Spirensia ita: Wan Wier nuhn uß bewegenden Ursachen unns semlicher Urtheill einhelliglich nit entschliessen können; So haben Wier hierauff ein solches umb mehrer Unterrichts unnd ercleurung willen, auch damit baiden Partheyen was billich unnd recht wiederfahren möge, an Ew. Fürsicht. Weyl. als unsern ordentlichen Overhoff wie von altem herkomen, gewiesen und verschoben, unnd thun denselben alle gerichttige Acta unnd beylagen hiebey verwarð über-

 senden,

senden, freundlich pittende, unns hierunder euweren Rath unnd guts bedüncken zu ehester Gelegenheytt wie hiebevor zue mehrmahls beschehen, neben Wiedersendung, den Actis zu kommen zu lassen, das wollen zu E. Fürsichtl. Weyl. Wir unns also zu geschehen getrösten, unnd denen in andere Weeg zu dienen unnd freundlichen Willen zu erweissen geneygt, datum Lauterburg Montags den 14. Junii Anno lxxmj. 1574. Inscriptio. Den Ehren-Vesten, Fürsichtigen unnd Weißen Burgermaistern unnd Rath der Statt Speyer ꝛc. Unsern gönstigen lieben Herrn unnd guten Freunden. Subscriptio. Schultheiß und Gericht-Schöffen zu Lauterburg.

Thes. XVI.

Cum itaque Curiæ Superiores fuerint Judicia arbitraria, quæ alterius Jurisdictioni subjecti sæpenumero in causis dubiis ad sententiam dicendam voluntarie eligebant, quid? quod precibus illa ad id permovere studebant, certum atque evictum est, & luce meridiana clarius, quod nulla plane gavisæ fuerint jurisdictione in eos, qui tali modo ipsas consultarunt, sententiasque ab ipsis expetierunt. Etenim licet se hisce Curiis ad judicium accipiendum subjecerint; spontanea tamen erat subjectio, ac voluntaria jurisdictionis prorogatio, nec sese ad quasvis alias obvenientes causas futuras extendebat, verum in libero eorum arbitrio positum erat, eas adeundi ac declinandi; quod vero de iis haud intelligendum est, qui talibus curiis sunt subjecti, sed saltem de iis, qui alienam agnoscunt jurisdictionem; quod Besold. *in Discurs. Jur. Polit. de Appellat. cap. IV. n. 4.* bene exprimit, his verbis: *Ita sæpe possunt partes se mutuo convenire coram judice aliquo, qui tamen illorum Dominus non est: prout rustici quibusdam in locis habent* ein Oberhoff, *ubi illorum causa etiam in alieno territorio agitantur.* Ast non tantum alterius status subditi, sed & Nobiles Imperii Immediati hasce Curias Majores sæpius consultabant. Vid: Lehman. *Chr. Spir. Lib. IV. cap. 21.* ubi meminit: Daß ein Rath frembden und einheimischen auch vielen adelichen Personen aufm Lande der benachbarten Städte, Flecken und Dorffschafften in Rechtsachen gesprochen. Sic Nobilis Immediatus Knebel de Kazenelenbogen, quondam Possessor pagi Gundelsheimensis, Curiam Superiorem Brettensem ad Electorem Palatinum spectantem adiit, ut de veneficâ quadam sententiam ferret, suppliciumque sumeret: Ex eo autem haud inferendum, quod Electori Palatino exinde competere cœperit Jurisdictio in hujus prædium liberum & immediatum, hujusque insequentes Possessores Nobiles Immediatos; id enim si esset, competiisset quoque Curiæ Spirensi Jurisdictio in Civitates ac pagos ad Palatinatum pertinentes, qui olim controversias suas illuc detulerunt, ex. gr. Billighum, vel, ut hodie appellatur, Billigheim, Godramstein, Schwechenheim, Heuchelheim vel Heuchlen, Danstatt, Mutterstat, Wachen-

chenheim, Mudach, sive Maudach, Waltzen und Wintzingen, aliique complures in Actis Spirensibus inveniuntur. Accedit quod Knebel de Kazenelenbogen Curiam Superiorem Brettensem rogaverit, ut sententiam ferret; jam vero certum est, inferiorem judicem haud requirere superiorem, sed factâ ipsi rei mentione expectare ejus mandatum, nec quod alicui ad ejus instantiam concedatur, illi coactive injungi; Si enim Curia Brettensis jus habuisset proprium in hac causâ pronunciandi, non opus fuisset, ut hic Nobilis Immediatus illam rogasset, quo hujus causæ dijudicationem in se susciperet; id quod Beatus meus Parens Lustricus, quem Pietatis causa appello, D. Faber, Immediati Equestris Ordinis Creichgoviensis quondam Syndicus in factâ hac in causa Deductione satis luculenter demonstravit, his verbis: Daß es NB. keines Ersuchens, Erlangens, Vergünstigens von Knebel von Katzenelenbogen gebraucht hätte, wann der ob vicinitatem erwehlte Oberhoff zu Bretten Jurisdictionem gehabt hätte. Adde quod adversatur Argumentum, de notoria liberorum Imperii Nobilium Immedietate, à Magnifico D. D. Schwedero *Introd. in Jus P. Part. s. sect. 2. cap. 18. n. 10.* expressum hisce verbis: *Specialium ad immediatos inprimis spectantium primum est, quod à Principum territoriali Jurisdictione sint liberi, Imperio & Imperatori immediato subjecti* Nulla ergo quondam Curiis Majoribus competiit Jurisdictio, multo minus hodie illis adhuc competit, qui tales Curias Superiores olim in suo territorio habuerunt, nec jam, postquam in usu esse desierunt, amplius habent. Patet ex Actis Wimpinensibus, quod pagus Riechen dictus olim multoties Curiam Majorem Wimpinensem consultaverit, ad cujus probationem ex multis aliis sententiis illi ab hac Curia latis hanc excerpere placet. Rychen. Nach Klag, Antwurt, Irem Fürbringen vnd Inhaltt der Kauffzedel Erkennen Wir zu recht; Wyll Elizabeth Klenßlin Contzen Witwe den Verkauff für ein Verkauff haben, had Bernhart Metzler Mög und Macht den Kouff an sich zu lassen, Thet sie aber solchs nit, soll die Frow die gutter Wyder zu Iren handen nemen vnd soll jeder teyll sin Kosten für sich selbs dragen. Judices. Bernhart Marschall, Peter Dür, Hanns Wilhelm. Partes. Bernhart Metzler, Actor. Hanns Hoffmann Reus. Jam hic pagus cum ad Palatinatum pertineat, Elector Palatinus sane haud concedet, ut Civitas Wimpinensis, cujus Curia superiori olim hic pagus fuit usus, jam sibi in huncce locum jurisdictionem arroget.

Thes. XVII.

Verum enim vero non modo Nobiles immediati, sed etiam status Imperii Curias Superiores olim sæpius consultarunt. Cum enim maximam sibi conciliaverunt autoritatem, eo quod in neutram partem inclinantes, nullo habito personarum respectu, judicabant, & juris, observantiæ, ac conscientiæ ratio-

nem habebant, usu veniebat, ut sæpissime Electores, Principes, ac Comites causas controversas haud exigui momenti illarum dijudicationi committerent, quin etiam futuras reservarent, Fuchs *in Addit. ad Lehm. Chr. Sp. L. IV. C. XXI.* Imo & Acta Wimpinensia docent, quod quidam Magister Ordinis Teutonici Curiam Superiorem Wimpinensem olim rogaverit, ut controversiæ Mergethemii tum existentis decisionem in se susciperet. Ita enim ad illam scribebat: **Ulrich von Lenntersheim Meister deuttschen Ordens zu deuttschen und wellschen Landen. Unsern früntlichen Gruß zuvor. Ersame Wise gütt Fründ. Als Unsere lieben getreve burgermaister vndt ratt zu Mergetheim Irer Fryheit vnd altem herkommen nach Ir Urtel von vch pflegen zu holen, haben dieselbigen von Mergetheim Itzündt sachen under handen, darum sie ürer erkanntnüs vnd leütterung notdörfftigk sin, Als vch diß gewärtig bewißere, deßhalb zu vch gesant, ferner underrichten werden, bitten Wir vch mit sondern Vlais gütlich Sie darjnn zum besten zu fürdern, vnd vch umb vnsern willen gütwilligk vnd früntlich gegen Jnen zu erzaigen, daran tütt Jr vns nicht mynder zu gefallen, dann ob es Unser selbs sache were Wir wollen es auch vmb vch gernverschulden. Datum am Sontag nach Assumptio. Mar. Anno xl.** lxxquinto. 1475. Inscriptio. **Den Ersamen Wisen Unsern gutten Fründ Burgermienstern vnd Ratt zu Wimpffen.**

Thes. XVIII.

Ex hisce ergo quam luculentissime colligi potest, Curias Superiores nullam involvere jurisdictionem in voluntarie illas eligentes. Quid enim quæso! clarius est, quam quod id, quod precibus ab aliquo expetitur, fiat sine obligatione sive subjectione? alioquin modo dicti Ordinis Teutonici Magistri Judicium Mergethemiense agnoscere teneretur Jurisdictionem Curiæ Wimpinensis, quod absurdissimum: In propatulo enim est, quod par in parem non habeat Imperium, *l. 3. in fin. l. 4. ff. de recept. qui arbitr. recept. l. 58. ff. de Judic. l. 13. §. 4. ff. ad SCtum Trebell. Nov. 23. cap. 4.* multo minus inferior in superiorem ullam sibi arrogare aut exercere possit potestatem & jurisdictionem; id quod tamen fieret, si Curiæ Majores aliquam involverent Jurisdictionem; si quidem ex supra dictis elucet, quod potentissimi etiam principes illas consultaverint. Similem rationem habere videntur Magdeburgi & Hallarum Saxonicarum amplissima quondam instituta tribunalia, ad quæ olim Polonicæ, Bohemicæ, Marchiæ Misnensis urbes complures provocarunt, Conring. *D. de judic. Reip. Germ. Thes. 94. sub fin. & Tr. de Orig. Jur. Germ. cap. 32.* Stryk. *Us. Mod. ff. Lib. 49. Tit. 3. §. f.* Sicut Rostochium, Stralsundium, aliæque nonnullæ urbes in litibus dirimendis Lubecam solent provocare, Conr. *de Orig. Jur. Germ. cap. 28. & Mev. ad Jus Lubecense quæst. prælim. 2. n. 18.* Cothmann *Vol. 1. cons. 3. n. 2.*

n. 2. Sic quoque hodie Civitates plures inter se invicem controversias suas dirimere solent. Ita Norimberga judices agnoscit Windesheimum & Weissenburgum oppida. Schwinfurtum suum Advocatum Regium, sed qui adjungere sibi debet aliquot Scabinos Norimbergenses & Rotenburgenses: Dinckespila Ammanum Urbis & Scabinos petitos Nordlinga, Rotenburgo ad Tubram. Secutæ autem harum exemplum sunt & aliæ urbes. Namque & Argentina in causis civitatis judices agnoscit Basileam, Wormatiam & Ulmam. Ratisbona Augustam Vindelicorum, Norimbergam & Ulmam. Eslinga in causis civitatis Consules & Senatum Civitatum Ulmæ, Heilbronnæ, & Reutlingæ, Reutlinga vero Consules & Senatum Ulmæ, Eslingæ & Gamundæ Suevicæ. Licet itaque hæ Civitates sibi invicem jus dicant, & una alterius decisione lites suas committere teneatur, in quo à Curiis Majoribus differunt; in eo tamen cum illis conveniunt, quod eo ipso una alterius Jurisdictioni haud fiat obnoxia.

Thes. XIX.

Sic quoque res sese habet cum iis Civitatibus, quæ per statutum vel consuetudinem usurpant das Zugrecht, i. e. quando una Civitas apud aliam Consilium quærit & consulit, als Uberlingen gen Rothweil, von Stockach gen Zell, von Nimwegen gen Aach, von Bern gen Freyburg im Brißgaw. Sumitur autem vocabulum Zug hic pro appellationis quodam genere sive pro consultatione. Quando igitur tales Civitates apud alias Civitates pares de sententia, quam tulerunt, cognosci patiuntur, eo ipso una alterius Jurisdictioni minime subjicitur, sed id fit magis in vim consultationis & arbitrariæ prorogationis, Mev. *ad Jus Lub. qu. pr. 2. n. 17. & seqq.* Struv. *D. de Jurisd. prorog. cap. 3. Th. 4.* quam appellationis, cum hæc ad superiorem & non parem dirigi soleat: Hinc illæ appellationem talem recipientes nec compulsoriales nec Inhibitiones decernere, nec exequi possunt, cum par in parem non habeat Imperium, *l. 4. ff. de recept. qui arbitr. recept.* sed quæcunque ejus generis requiruntur, in Camera Imperiali impetrari debent. Thomas Michael *D. de Jurisd. Th. 36.* Sic olim & Græci ad peregrina subsellia ob diffidentiam mutuam provocarunt, Besold. *Discurs. Juridic. Polit. de Appellationibus cap. IV. n. 2.* Nec non Helvetii in controversiis publicis componendis eandem usurpant judiciorum rationem, Josias Simlerus *2. de Rep. Helvet. fol. 141. b. apud dict. Besold. Loc. cit.* Sed absonum foret, talibus, ad quæ instituitur provocatio, subselliis attribuere jurisdictionem in hosce populos. Ita & Civitas Helmstadiensis Anno 1364. à Senatu Magdeburgico rogata fuit, ut de damno 4658. marcarum à Brunsvicensibus sibi dato, cognosceret ac judicaret. Ejusdem Civitatis judicium non multo post ab Ernesto Halberstadensi Episcopo, Schöningenses de damno 300. marcarum sibi illato accusante, requisitum fuit. Henr. Meibom. *Orat. de Orig.*

 Helm-

Helmstad. Opusc. p. 549. apud Kemmerich *D. de prorogatione Jurisd. not. ad §. 18. lit. e.* Quoties porro Consilia ab Academiis expetuntur? Num exinde Jurisdictionem sortiuntur in eos, qui se consulunt. Senatus Civitatis Imperialis Giengensis in causis dubiis solet consultare Magistratum Ulmensem; Sed num ille ideo hujus Jurisdictionem agnoscere tenetur? Ad exemplum Universitatum Scabini, qui judiciis assident, nec tamen judices sunt, sed consulendo solum lucem ingenii porrigunt judicibus vel litigatoribus, Brummer *de Scab. C. 9 §. 4.* sæpius consultantur: quorum auctoritas tanta est, ut, quod de jure respondent, velut oraculum celebretur. Hinc eorum pronunciationes s. responsa, quæ Weißthumb dicuntur, adhuc hodie magni æstimantur. At nec hi ulla gaudent jurisdictione, teste Brummero *l. c.* sed ejusdem fere sunt auctoritatis, cujus veteres JCti. qui judicibus de jure solummodo principis auctoritate respondebant. Cum itaque jam satis demonstratum sit, quod Curiis Superioribus, quippe quæ ex mero saltem arbitrio ad sententias ferendas eligebantur, ac Scabinorum & Academiarum instar consultabantur, nulla plane competierit jurisdictio in eos, à quibus fuerunt consultæ; hinc subsisto, Coronidemque Dissertationi impono. Tu vero, Benevole Lector, si quæ judicio Tuo minus congrua viderentur, pro Tua animi æquitate emendabis, idque, quod melius explanari potuisset, supplebis. DEO interim Ter Optimo Maximo sit laus, honor & gloria in sempiterna Secula.

NOBILISSIMO DOMINO RESPONDENTI SUO,

AUTORI DISSERTATIONIS,

S. P. D.

PRÆSES.

S*Ic redit ad* TE, *quod ante* TUUM *fuit, publicâ etiam hâc epistola: Sic* TUA, *quam interpolare nulla ratione, cujus nec lineolam varias ob causas mutare volui*, TIBI *hoc ipso redditur dissertatio. Unam personam quoad cardinem rei defendendæ tantisper TEcum sustinere fas erit; nec ergo laudari istam à me, nec desiderari in eâ aliqua pro præsenti circumstantiarum situ conveniet. Dedisti specimine hoc ex chartis publicis rarioribus momenta rerum quædam non unicuique obvia, verùm talia, quæ gustum juris Germanorum proprii, à Germanorum plerisque adeò neglecti, produnt, quæ intelligentibus amplam meditandi causam suggerunt, quin imo quæ quoque pendentibus ipso facto summi momenti litibus, quod ad decisionem earum adtinet, pondus addunt insigne. In argumentis ergo talibus, per Doctores non adeo tritis, vel voluisse, ne dicam fontes decidendi minimè postremos adiisse, sat erit. Quæ bene, apteque posita & conquisita proinde hîc sunt; ista*

ista TUÆ *diligentia*, TUI *ingenii fructus amplectetur Lector. Sin autem nonnulla adjecta forent, quæ ad palatum uniuscujusque non adaptata, quæ longius temporis spatium ad elaborandum forte requisivissent, quæ ipse ego alio hinc inde ordine, qui arbitrarius est, tractavissem, si quædam, aliis visa omnino ad rem facientia non ita plene tacta; Ipse* TU *partim optimè aliâ, quod novi, occasione supplebis emendabisque, (dignum enim est argumentum disquisitione exacta) partim & in rerum præsentia mascule, ut spem concepi, defendes. Nec hæc mea me spes fallet; à primis enim nostræ jurisprudentiæ fundamentis per* TE *jactis assiduum* TE, *alacrem, conjungentem jucundum (i. e. humaniores literas) cum utili ac necessario, & in ordinem ea, quæ percepisti, digerentem subinde deprehendi. Age ergo: Institue certamen hoc literarium. Fiet deinde, quod speras; atque in peculiare Prænobilissimi Domini Parentis solatium & decus ejusmodi etiam præmia* TE *excipient, quæ unà cum studiis prudenter directis bene compositi merentur mores. Vale. Dab.* XVII. *M. Septembris*, MDCCXXXII.

XII.

DISSERTATIO
DE
JURISPRUDENTIA PRINCIPUM, ORDINUMQUE S. ROM. IMP. GERM. PRIVATA.

Pro loco à

JO. JACOBO HELFFERICH, J. U. D.
Ejusdemque modo Prof. Publ. Ordinario Seren. Wurtemb. Ducis Consiliario, supremique Provocation. Tribunalis Assessore,

defensa, Respondente

JO. FRID. HIEMERO,
Supremi Dicasterii Würtemb. Advocato.

TUBINGÆ, 1730.

§. 1.

HAbet & hoc GERMANIA, Patria dulcissima, præ omnibus pene aliis Europæ Regnis & Imperiis præcipuum, nec immerito in peculiari sua felicitate refert, quod, quemadmodum Jura, Regimen Ipsius publicum spectan-

ſpectantia, in univerſum, ſic cumprimis quicquid Libertatis, Poteſtatis, & Præeminentiarum publicarum PRINCIPIBUS ejus PROCERIBUSQUE competit, publice profiteri, liberiorique ſubinde animo ſcribere ac docere, liceat omne *a.)* Modo debitæ intra Moderationis terminos hoc fiat, AUGUSTISSIMO-

a.) Ut mirum hoc videatur quibusdam, Exteris præſertim, rerumque noſtrarum parum gnaris; Alii tamen, his ſagaciores, idem *peculiares rationes ſingularemque Imperii Romano-German. formam* facere, mox ſubodorantur. Et enim vero in tam vaſto, quod Germania refert, Imperii Corpore, cùm *non unius* pro arbitrio res omnes geri ſpectentur, nonnullisque negotiis anima ſolus quidem *Imperator*, aliis ſimul & *Electores*, maximisque junctim omnes, & *iſti*, & *reliqui Status*, *Principes*, *Comites*, &c. exiſtant, obſerventurque; tùm denique *poſterioribus* hiſce, præter hanc, quam habent, Reip. partem, domi ſublimia ſua Territorii Jura adhuc ſalva ſint, maneantque; Ecquis non multum *irregularitatis*, ſive, (ut in gratiam eorum, quibus locutio hæc forſan nimis dura, ſuſpecta, monſtrique plane aliquid alere videtur, mollius dicamus) *ſingularia* & *extraordinaria* benè multa deprehenderit? *conf.* quæ ſcripſimus in *Diſput. de Fictit. Diſtinct. Terrar. Germ. in mediat. & Immed. cap. I. §. 1. lit. a. & c. It. §. 6. lit. i.* Jam autem, recte obſervante JAC. BRUNNEMANNO in *Exam. Jur. Publ. Lib. I. cap. 1. qu. 6.* quo laxior eſt imperandi vis inter illum, qui Caput agit in Republ. ejusdemque Membra & Ordines; hoc amplior ſubinde materia ſuppetit, ad diverſa utriusque Partis Jura, tum & ad *mutuam* quaſi *neceſſariamque renitentiam* delineandum. Quid? quod ipſam hanc Germanici Regiminis *ſingularitatem*, LLbus & Obſervantiâ ſatis declaratam, quâ nimirum Principes ejus Statusque in Societatem concurrunt univerſi, verique *Co-imperantes* ſunt, ac idcirco etiam notabili elogiô: Eingeleibte Glieder der Majeſtät, cluent, non facere hoc & admittere ſolùm, ſed ſuadere plane, poſcere ac præcipere putemus; quò ſolicitius ſc. omnia ſeparentur, tùm & ſuum unicuique eo certiùs conſtet. Atque hæc demum vera cauſa *liberioris hujus Studii* longe nobiliſſimi *in Germania cultura*. Quam tantum abeſt, ut ullius hactenus Principis verecundia vel interceſſio retardârit, ut potius Scriptores illius identidem incitati fuerint, indiesque magis animentur, ad omnia quæcunque, alibi inter Imperii arcana referri ſolita, aperto velo publicanda, quàmque fieri poteſt, ſolidius ſemper diducenda. Quô & illud tandem effectum, ut *Doctrina Juris Publ.* ex omnibus recentioris ævi Imperiis ſolos apud Germanos in *peculiarem Diſciplinam* ac magnam modo artem evaſerit, interque inanes atque tantum

tantum non absonas quæstiones merito nunc & illa referatur, quam quidem multa olim severitate legimus agitatam, cordatiores vero subinde riserunt: *Utrum* sc. *in Academiis docere liceat Jus Publicum?* Quemadmodum quoque, sicubi Publici alicujus Juris mentio occurrit, *Germanicum* κατ' ἐξοχὴν intelligi suevit. Præsertim cûm alibi Gentium nil hujusmodi reperiatur. Non equidem defuerunt unquam, magnoque etiamnunc numerô circumferuntur *Rerumpp.* & aliarum *Descriptiones.* Verùm, si ea forsan exceperis, quæ de Anglicis, Polonicis item atque Suecicis modo (post denuo mutatam hujus Regni Formulam) rebus, (utpote in quibus pariter aliquale Ordinum *consortium*, (sive, quod aliis magis placet, quidam in *Majestatis Exercitium Influxus*) idem licet illud ubique a Germanico nostro toto, quod ajunt, cœlo diversissimum, conspicitur, *conf.* omnino *Commentat.* egregia *Halæ Saxon.* nuper recusa *Ill.* BERNH. L. B. de PLESSEN de *Libert. Germanica vulgò* von der alten Teutschen Freyheit *cap. III. §. 6.*) tradi possunt, omnes fere plerique hujus generis libelli aut ita comparati deprehenduntur, ut secure in omnibus fidem illis adhibere haut liceat, aut nimis jejuni sunt, ac maximam partem præter *Historiam*, *Genealogiam* item atque *Geographiam* &c. perpauca ad *Notitiam Status Publici* facientia; tum & illa non nisi per indicem quasi, pandunt, & vel eapropter nec nomen alicujus Juris Publici, *strictè sic dicti*, merentur. Quantumvis *indistinctim* titulum hunc nec istis invidendum censuerint ex ipsis Nostratibus quidam, paulo liberaliores, integros ideo Catalogos Scriptorum Jurium Publicorum *Hispanici*, *Lusitanici*, *Gallici*, *Anglici*, *Danici*, *Helvetici*, *Belgici* &c. texere conati. vid. præ aliis *Illustre olim hujus Eberhardinæ Decus* B. ERYC. MAURITIUS in *Diss. de Principiis Juris Publ. Germ. cap. 2. §. 2. sqq.* PHIL. item REINH. VITRIARIUS in *Instit. Jur. Publ. Procœm. §. 1 sqq.* ibique in *Additionib. suis* luculentissimis *Vir quovis dudum elogiò major*, JO. FRID. PFEFFINGERUS, nec non *Cel.* D. BURC. GOTTH. STRUVIUS in *Biblioth. Jur. sel. cap. 15. per tot.* Neque vero hæc dum monemus, ea illud fini fieri quis autumaverit, ac si Exteris eo nomine imperitiæ quicquam vel oscitantiæ affricare exprobrareve velimus; Absit id quidem abs nobis longissimè! Absit omnino, solos ut Germanos nostros duos oculos habere, reliquos coclites arbitremur, fastu quodam plus quam Sinicô! Alit quævis alia terra Viros multæ eruditionis, ingenii ac industriæ laude clarissimos, danturque & alibi locorum, qui, uti omnium Rempubl. regendi vel administrandi artium callentissimi atque πολιτικώτατοι; sic, quâ opus est scriptione, præsertim publicâ, ita graviter, ita juste, eaque cum ἀκριβείᾳ munere suò defunguntur, ut non Populares tantum suos, sed & alios, ejusmodi deliciarum arbitros, Lectores, haud

raro in admirationem rapiant. Exempla, fidem rei facientia, permulta in promtu ſunt, quorum vel ex noviſſimis unum ſaltem alterumve & nos impavidi hîc in medium proferremus, niſi à ſcopo nimis aberrare, & extra oleas quaſi vagari videremur. Plane aliam igitur *retardatæ* hujus ſeu *impeditæ apud exteros tractationis* rationem cogitare oportet. Et hæc autem confeſtim ſeſe exſerit, neque fugere poteſt illum, qui Statum Germaniæ, uti eum modo adumbravimus, cum cæteris Europæ Regnis & Imperiis paulo penitius contulerit. Jam etenim ubi vis Imperii viciſſim penes *unum in individuo* eſt, aut *penes Collegium ſive* Optimatium in Ariſtocratia, *ſive* Populi in Democratia, ſola atque tota ſedet, verbo: ubi Ordines vel plane à Regimine *excluſi* ſunt, *vel ſaltem pro talibus reputantur*; ibi ſane multum de Jure quodam Publico loqui velle aut ſcribere, idem foret, ac vel operam conterere fruſtrà, vel & ea forſan tangere, quorum cognitio exactior aut divulgatio intempeſtiva res delicata, facileque ſuſpicaces Imperantium animos offendere poteſt. Adeo ægre cætera extra Germaniam Regna, Provinciæ ac Regiones *Statuum* ſuorum *Notitiam*, *Publicam* vero *Doctrinam* nullatenus admittunt. Atque ſic, ut ad vicinam modo *Galliam* reſpiciamus, quos primum Regiæ poteſtatis limites *LUDOVICUS* XI. eo provexit usque, ut de Ipſo poſtea dicterium natum fuerit: *qu'il avoit le premier mit les Roys hors de page*; (de quo vid. magnum illud Gentis ſuæ Ordinisque ſidus *P. GABR. DANIEL dans ſon Hiſtorie de France Tom. IV. Edit. Amſtel. p. 412.*) Succeſſores ejus ſenſim, artibus comprimis *RICHELII* atque *MAZARINI*, Cardinalium, Miniſtriſſimorum, eam demum ad ἀκμὴν perduxerunt, ut, ſuppreſsâ & tantum non ad privatorum cauſas reſtrictâ Parlamentorum auctoritate, præter Deum & Enſem, nullos Rex hodie, niſi *Simulatos Regni Pares*, agnoſcat, Comitiali quidem Jure multisque olim Prærogativis inſtructiſſimos; juxta ea, quæ ex Libro pereleganti atque erudito ANT. DAD. ALTESERRÆ *de Ducib. & Comit. Provincial. Galliæ, eorumque Orig. Increm. & Regal. uſurp.* addiſcere licet, quæve ejusmodi omnino fuere, ut perſimile quondam hac in parte Imperio noſtro German. Galliæ Regnum ſtatuere nullus dubitaverit B. Vir NIC. HERTIUS *de Special. Germ. Rebuspubl. Sect. I. §. 1. in f.* Ibi igitur, cùm dudum omnis regnandi ratio ſolenni illâ quinque vocabulorum formulà: *CAR TEL EST NOTRE PLAISIR*; prodita ſit, quid opus multis? Quis vero & citra crimen vetera Procerum Jura, tanta oblivione ſepulta, ex tenebris excitaverit? Idem cenſendum de Regnis *Hiſpaniæ*, *Portugalliæ*, aliis. Quin eâdem ex ratione *Batavi*, qui ſubinde *eſſe* malunt potentes, quam videri, liberiori quidem Doctrinæ Juris *noſtri Germanici* Publici in Scholis ſuis indulgent, in iis autem, *quæ ad ſtatum proprium*

SIMOQUE ante omnia CÆSARI, quæ Cæſaris ſunt, tribuantur unà, vindicentur, reliquanturve. *b.*)

§. II.

priumfaciunt, providi, manus ligant, retinentque operas eorum, quibus intimior Regiminis ſui reſidet notitia. Sed & eodem fere inſtituto quasdam Italiæ Reſpp. ac ex iis *Venetam* præprimis, Status ſui leges, ne aliis innoteſcant, populumque forſan moveant, pro myſteriis venditare ſueviſſe, ſubinde obſervarunt curioſi. Et quàm denique periculorum plena res nunquam non fuerit omnis ejusmodi ſcriptio incauta, fatis ſuis abunde experti leguntur, innocentibus licet librorum titulis incedentes, ex Gallis FRANC. HOTTOMANNUS, JCtus ille cetera egregius, apud Anglos ſuccumbente Rege, CLAUD. SALMASIUS, eodemque reſtituto Jo. MILTONUS, apud Luſitanos ANT. de SOUSA, apud *S*cotos GE. BUCHANANUS, ex Bohemis PAUL. STRANSKIUS, ex Belgis magnus ipſe HUGO GROTIUS, ANR. HOUTOVINVS, alii; apud Danos Legatus Britannicus MOLESWORTHIUS, & in Suecia præter ARN. & JO. MESSENIOS, famoſus cumprimis MICH. WEXIONIUS, *Gullenſtolpe* deinceps, poſt acceptos Nobilitatis honores, dictus, cujus libellorum, inventu hactenus difficilium, uni, cui titulus eſt: *Epitome deſcriptionis Sueciæ, Gothiæ* &c. nuper raritatis pretium detractum, ex quo inter *Collectionem* ſuam *Monumentor. veter. & recent.* eundem recudi curavit *Cel.* Vir Hiſtoricus, *νῦν ἐν ἁγίοις*, D. SIM. FRID. HAHNIUS *Tom. II. n. 2.* Exempla ſatis Illuſtria! Quibus facile Catalogum *Commentationis ſuæ* nuperæ *de Libris Authoribus ſuis fatalibus*, adaugere potuiſſet *Clariſſ.* M. JO. CHR. KLOZIUS.

b.) HUIC etenim licet non omnis ſit poteſtas, maxima tamen ubique auctoritas eſt, ſive quædam Majeſtatis Jura *ſolum* exercentem reſpiciamus, ſive ad ea quoque intueamur negotia, quæ *Eidem* non niſi *Comitiali*, eoque *communi Statuum conſenſu*, perficienda; Ubi ſane quantum conferat in deliberando decernendoque, uſus ſatis docet ac experientia. Atque licet *Idem* pro *abſolutò Monarchâ* haberi *neque* poſſit, propter Leges Imperii, quas vocant, fundamentales Publicas, neque Ipſemet velit (iuſto nimium quippe adulandi ſtudium Aulæ ipſi Imperatoriæ nunquam non exoſum fuiſſe conſtat) *Caput* tamen eſt, idemque Superioris neſcium ac independens, idemque verum non ſolùm, ſed principalius plane Majeſtatis Subjectum, quod & ideo Status ceu Membra omni obſequiorum, officiorum & devenerationis genere proſequi decet. Quantò itaque gravior fuerit temeritas atque injuria, cum famoſo illo obtrectatore, ANDIO SINE BONO ſ. JOANNE BODINO,

§. II.

Labor etiam is fuit communis omnium, quotquot à lapsô inde fere ſeculô in illuſtranda Parte hac Jurisprudentiæ Nobiliſſimâ deſudarunt, atque vel juſtos plane Commentarios ac Syſtemata, vel & Introductiones ſaltim & Compendia dederunt. *a.*)

§. III.

lapideo item illo HIPPOLYTHO à LAPIDE, aliisque ejus generis Scriptoribus virulentis, AUGUSTISSIMUM CÆSAREM noſtrum nomen rebus inane tantùm, ſimulacrum duntaxat, Umbram ſaltem, nudum magiſtratum, Senatusque Imperii Præſidem ac Directorem, quo, ceu inſtrumento, Principes & Status ſub Splendore quodam & compendiò, Reipubl. negotia expediant, quive nil niſi Regis pompam exprimat &c. vel fingere ſaltem, nedum ſerio ſtatuere! Quantò vero etiam juſtiores ſemper quærele fuerunt de Libertatis iſtius in Germania nimietate, qua hoſtes & amici, peregrini & Cives, eruditi ac rerum prorſus ignari, peſſimas quasque opiniones de Publicis Patriæ Juribus proferre nulli verentur. *Adſit* potius, ut verbis utamur *laud.* VITRIARII *in Proœm.* §. *18. modeſtia, ac reverens & de Imperatore & de Statibus Sermo; Effrenis quippe cujusvis dicendi licentia Reip. ſemper exitioſiſſima extitit.*

ad §. *2.*

a.) De quorum paucitate ac penuria tantum abeſt, ut conquerendi locus ſit, ut potius nulla ferè Legitimæ Scientiæ pars majori Scriptorum mole laboret, atque illa, quæ *Jus* noſtrum *Publicum* ſpectat. Quemadmodum quoque iſto cumprimis nomine inſatiabile ſcribendi cacoëthes Germanis ſuis falſiſſime exprobravit *perſonatus* quidem ille, ſed nemini modo ignotus SEVER. de MONZAMBANO *in Epiſt. ad* LÆLIUM TREZOLANUM, *fratrem*, præmiſſ. *Tr. de Statu Imp. Germ. p. m. 12. edit. Thomas. novior.* Recenſuit Authorum eo pertinentium præcipuorum operas, ingenuèque judicium de ſingulis ſuum expoſuit, qui mutatis literis SULPICIUM ſeſe ſcripſit, ILL. olim JOH. GE. CULPISIUS, edita peculiari *Diſſert. de Studio Jur. Publ. recte inſtit. & de Scriptor. eò pertin. 1688. 8.* dignâ ſane, quam suppleret & ad noſtra uſque tempora perduceret aliquis, argumento huic par & ſufficiens, præſertim, ſi, quam & ſibi *idem laudatiſſ. Vir pag. 14.* præſcriptam voluit normam, cum libertate quadam hoc fieret, ſed innoxiâ eâ, & ab omni verborum atrocitate re motâ? Ruſticitatem enim in judicando ſcribendoque, quibusdam modo ſolennem, quâ non mortuis ſolum, ſed & vivis adhuc Leonibus inſultare geſtiunt, quis probaverit ſanior, quis bonus non execretur?

Legi

§. III.

Sed & hos inter bene multos laudare liceret, qui Juribus istis Principum ex instituto, quod ajunt, exponendis declarandisque multam eandemque insignem omnino operam collocarunt. *a.)*

§. IV.

Atqui hæc licet undique satis edissertata sint, non tamen eâdem adhuc ratione comparatum cum *Jurisprudentia* Eorundem *privatâ*, quippe quæ omnium maxime hactenus jacuit inculta, *a.)* nec nisi paucos, eosdemque *Singularium* saltem

Legi interim merentur, quæ desuper prodidere *Duum Viri* Celebb. D. BURC. GOTTH. STRUVE *in Biblioth. Jur. selecta cap. 14. per tot.* atque D. JAC. CAR. SPENERUS in dem Teutschen *Jure Publ. L. I. Cap. XIII. per. tot.*

ad §. III.

a.) Primum in iis locum olim tulit B. nostri NIC. MYLERI ab EHRENBACH libellus de *Principibus & Statibus Imp. Rom. Germ.* tantæ quippe commendationis authoritatisque, ut non alius magis aptus, in Aulis etiam Magnatum, erudiendis ac ad publicum aliquando Regimen formandis Principibus Juventutis, haberetur. Quem secutus deinceps JO. WOLFFG. TEXTOR in spissiori Volumine: *De Jur. Publ. Stat. Imp.* Longius tamen progressi, altiusque ascendere visi J. W. RELFENDSO HEROMONTANUS, s. quod verum ejus nomen est, JO. WOLFFG. ROSENFELD ab HELDENBURG in Tr. *de Summa Princip. Germ. Potestate 1669. in 12.mo.* nec non famigeratissimus Author, qui sub ficto CÆSARINI FURSTENERII nomine latere voluit, Tr. de *Jure Suprematus Princip. Germ. 1678. in 8.* uterque licet diversum sibi præfixerint scopum, diversamque eapropter etiam viam uterque iniverint. Ex recentioribus multorum attentionem excitarunt *B. V. Ill.* CHR. THOMASIUS ob editam Disquisit. peculiarem *de Injusta Opposit. Jur. Majest. Superiorit. Territor. & Reservat. Imperat.* nec non Celeb. D. JO. GUIL. GOEBELIUS propter Disp. *de Jur. Procer. Imp. Majest.* Plures alios cui nosse est volupe, recenset STRUVE *d. l.* §. *19. seq.*

ad §. IV.

a.) Commonuit id ipsum jam ante nos, observavitque ILL. modo *Lipsiensium Antecessor primarius* Dn. MICH. HENR. GRIBNERUS in Diss. *de Præjudiciis Princip. Imp. ex Abusu Juris Justin. Cap. II. §. 1. lit. b.* ubi *nobilissimam hanc Disciplinam* adhuc idoneum Interpretem expectare, neminemque hactenus fuisse scribit, qui ambitum ejus omnem complexus sit, atque capita, eo pertinentia, distinxerit accurate à Jure reliquo *publico* & *privato*, nisi

nisi quod *Generos.* quidam Dn. JO. GEORG. de PONIKAU vestigia Praeceptoris sui B. GOTTL. GERH. TITII (videlicet in *Specim. Jur. Publ. lib. I. C. I. §. 42. seqq. & lib. IV. c. 9.*) secutus primas duxerit lineas, in Diss. (Lipsiae habita) *de Conditione Statuum Imp. privata;* Quae nobis quidem, dum haec scribimus, nondum visa; interim tamen minime praetereundus, qui & isto affectus desiderio, manum rei aliquatenus admovit, aliorumque ipso hoc industriam provocavit, CEL. DN. DIET. HERM. KEMMERICHIUS in plena bonae frugis *Introd. ad Jus Publ. Imp. Germ.* cujus *Lib. fin. VIII.* cum maxime huc spectat. Caeterum quando *laud.* DN. GRIBNERUS *ibid. §. 2.* causam ejus, quod minus *de hac*, quam de reliquis Jurisprudentiae Illustris partibus, exornanda laboraverint JCti, praecipuam in inani illa multorum persuasione positam arbitratur, ac si *Principes inter se utantur Jure Privatorum* i. e. (uti Ipsemet interpretatur) Justinianeo, atque adeo praeter LLum Roman. peritiam, nulla alia Disciplina haec requirat praesidia; In eo Idem *indistinctim* locutus, nobis, quod pace Ipsius dixerimus, nimius esse videtur. Tametsi enim, quod nemo Historiae Juris Literariae vel parum gnarus, negaverit, reviviscenti illi in Italia primum, ac in Germaniam demum propagato *Romanorum Juri Civili* singularis haec obtigerit felicitas, ut brevi fere communis uni eaque norma ac Regula evaderet, qua Cultores Illius meriti, quicquid unquam de Jure vel disputabatur vel quaerebatur; Atque licet ejus dehinc eò creverit usque amor & authoritas, ut non solis amplius Privatorum causis dirimendis adhiberetur, sed & Ipsos plane PRINCIPES tangentium Controversiarum, qua *publicarum*, qua *privatarum*, decisiones *unicè* ex illo quasi fonte haurirentur. *conf. infra scripta.* Hoc tamen de primis solummodo temporibus intelligendum, istique demum aevo tribuendum, quo cultus nominis Romani parùm a superstitione adhuc remotus fuit, eodemque, uti omne, quod absolutum, quòd incomparabile dici potest, contineri; sic quoque Justinianeum Juris Corpus, ceu *rationem naturalem, omnibus in Orbe hominibus imperare*, cum BALDO & JASONE, GLOSSATORUM PRINCIPIBUS, credebatur, quove quam maxime regnabat *authoritatis Praejudicium*, & quo, ut liberè dicamus, revera alia praesidia adhuc ignorabantur, deque alio fundamento, quàm *Jure Rom. & Canonicô*, ne fando cognitum erat quicquam. Ut autem primùm benigniora illuxere sidera, atque, semel invalescente cumprimis solidiori *rerum Moralium cognitione*, ipsa rationis, quae sanior eadem dictitat, praecepta, curatius investigari & attendi, quid? quod praeeuntibus liberalioribus quibusdam Ingeniis, sic tandem excoli coeperunt, ut ad exornandam novam Disciplinam (*Jus naturae & Gentium* indigitamus) eandemque indies politiorem & ad Civilem usum accom-

accommodatiorem reddendam, undique, ſigno quaſi dato, Viri concurrerent præſtantiſſimi; *Porro* ubi aliam omnino faciem induit *Civilis* quoque *Prudentia* ſ. *Politica*, perſterilis antea ac tantum non otioſa, mereque Ariſtotelica, jam vero nobilior illa, veram ſcil. *Rerumpp.*, *humanæ* item *Naturæ*, *affectuumque* & *negotiorum humanorum* indolem exhibens; Denique ubi ipſa hæc Romana Jurisprudentia eos non ſolum tùm Alumnos, tùm Interpretes, nacta fuit, qui elegantiori literatura excellentes, ex *Antiquitatibus* potiſſimùm & *Hiſtoria*, ſuppetias inſignes tulerunt, contemtim ea propter quidem ab aliis, ſed epitheto in ſe ſatis honorifico, HUMANISTÆ vocati, (qua de re legi meretur *Præfatio* plane egregia, quam CEL. VIR, *JCtus & ipſe humaniſſimus*, Dn. JO. GOTTL. HEINECCIUS, comtiſſimo ſuo, tertium modo recuſo, Libro de *Antiquit. Rom. ſecundum Ord. Inſtit. digeſtis* præmiſit.) *Sed &* his tandem ſupervenere, qui, moderatâ paulisper veteri illà erga peregrinam LLationem reverentiâ, juſtum non minus & *Patriis* noſtris *domeſticisque LLbus & conſuetudinibus* pretium ſtatuere didicerant; Abinde ſanè, quemadmodum omnia melius ſeſe habere; ſic quoque *illam Jurisprudentiæ partem*, quæ *de negotiis Principum privatis* agit, mitiora mox fata expertam eſſe, minime inficias ire licebit. Et in hoc namque feliciori *totius legitimæ Scientiæ* ſtatu nunquam JCti defuere cordatiores, qui inſtituti illius prioris, quo nimirum lites olim omnes indiſcriminatim, ſive *ruſticos* inter ſive *Principes* quoque controverterentur, ex *ſolis* Juſtinianeo & Canonico Juribus decidere ſuetum fuit, inconcinnitate perſpectâ oſtensâque, ad aliam plane viam ineundam, aliaque omnino, *ante* ac *præter* eadem fundamenta diſpicienda, uti ipſimet ſerio ſeſe accinxerunt, ita & reliquis facem prætulerunt. Quin & ipſos illos, quos ex recentioribus adhuc in contrarium allegat GRIBNERUS *ibid lit. a.* SCHOEPFFERUM ſcil. STRYCKIUM, LYNKERUM, ENGELBRECHTUM, VITRIARIUM &c. quando *locc. citt.* Status Imp. in univerſum omnes etiamnum LLbus Roman. Civil. adſtrictos ſtatuunt, hoc aſſertum ſuum nequaquam ita crude, ac cum excluſione aliorum, decidendi ordine præcedentium, ſubſidiorum (de quibus *infra*) intellectum voluiſſe, hoc lubentius nobis perſuademus, ſiquidem ea, quæ alibi iidem ſcripſerunt, contulerimus. Saltem quod ab iſtâ renatarum meliorum literarum periodo nemo extiterit, qui de compoſito datâque, ut ajunt, operâ rem aggreſſus ſit, vel ordine quodam Syſtematico *illuſtrem* & *hanc Jurisprudantiæ ſpeciem*, a reliquis ſeparatam, exhibuerit, ejus rei ratio nobis in hoc potius latere videtur, quod peritiorum plerique non minus & in iſto, quo *Principes* utuntur, *Jure Privato*, ſi non ubique, tamen in potioribus ejus argumentis & capitibus, *eximiam* quandam *libertatem ſeſe* exſerere,

ſaltem *materarium*, Commentatores numerare poteſt. *b.*)

§. V.

ſerere, totque ſubinde *reſpectus* etiam *publicos*, intervenire animadverterunt. Unde communiter fere deinceps plurima *ad illud* propriè ſpectantia, inter reliquas Juris Publ. materias & Doctrinas pertractare maluerunt. Ad quod quidem illi præ cæteris commodiſſimam ſibi occaſionem adepti videbantur, qui libros ſuos de Jure Publ. juxta ſeriem illam, qua JUSTINIANUS IMPERATOR privati olim Juris Elementa componi curavit, adornarunt, veluti VITRIARIUS, RHETIUS, STRAUCHIUS & cumprimis SCHILTERUS, qui in tantum quoque ſibi ea propter placuit ipſe, ut omnes alios Scriptores quotquot neglectâ hâc methodo Tribonianea, nil quicquam de negotiis iſtis Principum privatis, utpote de Nuptiis eorum, Patria poteſtate, Teſtamenti factione, ſucceſſione &c. tradiderint, *minus plene* Jus Publ. expoſuiſſe pronunciarit in *Inſtit. Jur. Publ. lib. I. Tit. 2.* §. *15.* Sed conf. tamen GRIBNER *d. l.* §. *1. lit. c.* ubi ingenue, quid in univerſum deſideret & doleat, profitetur.

b.) Sic quidem ex Juribus hiſce Principum, aliorumque S. Rom. Imp. Germ. Illuſtrium, illa de *Matrimoniis* Ipſorum, *Tutelis*, *Pactis*, *Teſtamentis* & *Succeſſionibus* potiſſimùm, abs Viris longe doctiſſimis ſolerter ſatis ac erudite excuſſa novimus. Quorum ut ſingulorum merita agnoſcere fas eſt, ita & nobis eadem ſuis aliquando locis condigne dilaudanda erunt. Quamvis ſi hos inter primas rurſus Noſtrati B. MYLERO ab EHRENB. deferamus, a vero forſan haud aberraverimus. Ad minimum is *Ille* fuit, qui cùm *Tract.* ſupr. laud. de *Princip. & Statib. Imp.* tùm aliis Commentationibus ſuis, veluti *Nomologia*, ſ. de *Princip. Germ. obligat. Legal. Tubing. 1663. 4. Gamologia* item ſ. *de Nuptiis Illuſtr. Stuttgard. 1664.* 4. Nec non *Hyparchologia* ſ. de *Offic. Magiſtr. & Adminiſtr. ibid. 1678.* 4. (quibus addere licet & *Appanagiologiam* Ejus in Mſto adhuc latentem) ſi non primus fores aperuit, tamen aliis ad ulterius progrediendum calcar addidit. Atque licet non omnia hujus Viri ad Seculi præſentis palatum ſcripta ſint, nonnullaque jure forſan in illis deſiderentur; Juvat tamen audiviſſe, Judicium de Eo perbenignum CULPISII c. l. p. 29. ubi: *Conſiliariis certè*, inquit, *ac omnibus aliis*, *in publica negotiorum adminiſtratione conſtitutis*, *præſidium utile Auctor hicce præbere poteſt*, *dum caſus quotidie occurrentes rationibus ſuis evolvit*, *facili & publicè recepto Stylo exponit*, *auctoritatibusque Dd. amplius confirmat*, *nec*, *qui in adverſam partem pugnare ſolent*, *nominare deſinit.* Et quid vetat, quominus iſto quoque nomine huc commendemus Diſp. quandam notabilem, quam *Præſide*, VENERANDO totius Eberhardinæ noſtræ SENIORE, *JCto celeberrimo*,

Dn.

§. V.

Quemadmodum vero nobis quidem argumentum hoc ſemper ex illuſtriſſimis, graviſſimis atque maxime neceſſariis unum viſum fuit *a.*) Ita ipſosmet nonnihil aliquando circa illud pertentandi cupido inceſſit. Et cum ergo inter aditionem novi muneris *Profeſſoris in Inclyta Facult. Jurid. Ordinarii*, Deo T. O. M. ita dirigente, annuenteque ac confirmante SERENISS. ATQUE POTENTISSIMO WURTEMB. DUCE, PRINCIPE, PATRIÆ PATRE, DOMINO AC NUTRITIO NOSTRO CLEMENTISS. nuper in nos collati, tùm ex *Senatus Ampliſſ. Decreto*, tum vero ex ipſo quoque *Statutorum Acad.* præſcripto, de Themate quodam, publicæ diſquiſitioni ſubjiciendo, cogitandum fuerat, nullumque ferè aliud iſto dignius ſuccurrebat; Tandem periculum rei facere, atque nunc quidem, Procemii quaſi loco, quædam de *vero Conceptu*, *Indole ac Natura*; *Cautelis* item & limitibus; *nec non de ſubſidiis* atque *genuinis decidendi fontibus* Diſciplinæ, Germanis omnibus merito inter delicatiores nobilioresque habendæ, commentari conſtituimus; ſpe haud vana freti, ut nobis præſidia forſan viresque, tanto utique inſtituto pares, deeſſe deprehendantur, voluntatem tamen atque ardorem, publice & in hoc bene

Dn. D. GABR. SCHWEDERO, *Patrono atque Præceptore noſtrô, omni honoris cultu proſequendô*, jam ante hos 43. annos hic reſpondit CHR. DIETER. BOSE, EQU. MISN. *de Privileg. & Jur. Singul. Perſon. Illuſtr.* quippe cujus *Sect. II.* jam tùm præcipua quædam Juris hujus Illuſtrium Privati Capita attigit; Quâ cum & alia EJUSD. *Viri Excellent.* Diſp. *de Foro Illuſtr. Imp. Rom. Germ. immediate Subject.* jungi meretur.

ad §. V.

a.) Enimvero præter id, quod maximi omninò referat, juſtos ſic tandem limites Juri, tàm *Publico*, quàm *Privato* conſtituiſſe, eôque evitaſſe Errores multos, tantò pernicioſiores, quò gravius ſæpe damnum eſt ac præjudicium, quod in ipſam quoque Rempubl. inde redundat; His demum probe intellectis, ſolidum de *Jurisdictione in Imperio Summa*, quam & *Principes* noſtri in ſe agnoſcere tenentur, ferre licebit. Eæ quippe *Juris* Ipſorum *privati* cauſæ (ſi quasdam, veluti *matrimoniales*, *Eccleſiaſticas* &c. excipias) propriè ſunt, propter quas, *obſervatis prius Auſtregarum Inſtantiis*, vel in Judicio Imp. Aulico, vel in Camera, duobus iſtis Excelſiſſimis, iisdemque Supremis Imp. Tribunalibus, & ipſi invicem ſeſe convenire, & ab aliis conveniri poſſunt. Ut nil dicamus, ipſo hoc quæſtionem, tantopere noſtri etiamnum ævi JCtis diſputatam: *De Uſu LLum privatarum Civil. in ipſis Princip. Controvers.* diſtinctius modo reſponderi poſſe dijudicarique.

merendi, abs nemine bono improbatum iri. Sicuti quoque dum ipſum hoc agimus, *largiſſimam ex altis benedictionem & opitulatum, quàm fieri decet & fas eſt, deprecamur devotiſſime!*

§. VI.

Jam quod ad PRIMUM modò Tractationis præſentis membrum, genuinum videlicet CONCEPTUM AC VERAM INDOLEM Partis illius Jurisprudentiæ Illuſtrioris attinet, omnis ferè eò res redit, *duplex* ut *Perſona*, cum maximè in Principibus noſtris conſpicua, *Publica* nimirum & *Privata*, probe ante omnia ſoliciteque ſecernatur. *a.*)

§. VII.

Enimverò uti *priorem illam* in genere ac potiſſimùm ex Imperio ac Regimine publico æſtimare oportet: Sic & Noſtrates IMPERII PRINCIPES eandem oſtentant, quandoquidem *tùm* in Territoriis ſuis maxima cum poteſtate imperare, *tùm* cum Statibus reliquis ad communem Germaniæ Salutem concurrere, deliberare & decidere, *tùm* & eminentiora quædam Reip. munera gerere, *tùm* denique cum Exteris quoque, Provinciarum ſuarum Civitatumque nomine, agere cernuntur.

§. VIII.

Poſteriorem autem, *privatam* ſcil. Perſonam, exhibere cenſentur prodereque in actionibus ſuis atque negotiis, communibus ipſis cum aliis privatæ ſortis hominibus, *directoque rationes imperandi* haud concernentibus, veluti quando ut *Mariti*, ut *Patres*, ut *Filii*, *Naſcituri* & *Naſcentes*, *Infantes*, *Minores*

ad §. VI.

a.) Equidem ut unum Corpus hominis naturale cum Capite non uno, aut Caput unum Corporum plurium, *phyſice* monſtrum foret. Secus tamen res ſeſe habet cum conſideratione ejus *morali.* Etenim *quemadmodum*, rectè docente SAM. PUFENDORFIO *de Jur. Nat. & Gent. lib. I. c. 1. §. 14. unus idemque homo in diverſis Statibus, ſibi invicem non repugnantibus, eſſe poteſt: Ita unus idemque ſimul plures veluti perſonas gerere poteſt, modo munia, quæ Perſonas illas comitantur, ab eodem ſimul obiri queant.* Quorſum & pertinent JCtorum brocardica illa: *Perſonam eandem diverſis qualitatibus præditam pro diverſis haberi*, Item: *Quoties plura Jura in una eàdemque perſona concurrant, tum illam diverſis reſpectibus plurium perſonarum vicem gerere poſſe* &c. ap. AUGUSTIN. BARBOSAM in *Theſaur. Locuplet. voc. perſona. axiom. 2.* conf. omnino, qui Thema hoc ex inſtituto diduxit, idemque multis tùm Regulis, tum Exemplis illuſtravit B. NIC. HERTIUS in pecul. *Diſſert.* de *Uno homine plures ſuſtinente perſonas*, ubi comprimis *Sect. III. §. 5.* ad noſtrum quoque caſum prolabitur.

nores & *Majores*; ut *Pupilli* & *Tutores*, ut *Domini rerum ſuarum*, ut *Teſtatores*, *Hæredes* & *Succeſſores*, ut *Contrahentes* denique, *Delinquentes* & *in Judicio litigantes* &c. conſiderantur. *a)*

§. IX.

Atque *priori* quidem illo *reſpectu* ac nomine, quicquid negotiorum ſuſcipiunt, vel & auctoritatis poteſtatisque exercent *Iidem*, ad JUS PUBLICUM pertinet; *Poſteriori* vero, quicquid Ipſis rerum eſt ac litium, omne ſibi vindicat JURISPRUDENTIA noſtra illuſtrior PRIVATA. Cumque eâtenus ergo & Principes in *privatorum* numero habeantur, haud adeo malè Iidem *jure* quoque *privatorum* uti dicuntur.

§. X.

Aſt dum hæc citra ullius, quod ſperamus, offenſam docimus ſtatuimusque, cave omnino, illam ut ipſorum conditionem *adeo privatam* mente tibi concipias, ut in pari propterea Claſſe cum quolibet alio ſubdito, Cive, Ruſtico, vel ex infima plebe homine, collocandos, tùm & eadem illis Jura ſemper & ubique cum hiſce applicanda putes.

§. XI.

Quantumvis enim in omnibus iſtis, quos dixemus, actibus & negotiis privatis, *privatam* quodammodo quoque *perſonam* referant; Non tamen eò minùs adhuc ut PRINCIPES, COMITES &c. eosdem ſuſcipere oportet, quos ſimul Dignitas illuſtrior, quos eximia quædam Libertas civilis, quos denique Jura plane peculiaria, ubique comitantur quaſi ac circumſtant; Immo quibus adeo adhærent & propria ſunt illa, ut abs Eorundem Perſonis ſeparari queant vel minime; Quæ & ideo privata Principum nuncupari, ac permultas ſubinde à Regula Exceptiones vel invitis quoque extorquere ſueverunt.

§. XII.

Ut taceamus, plerasque hujus generis Cauſas & Controverſias, etiam *privatas*, ita comparatas eſſe, ut haut raro ipſas plane *rationes publicas* attingant, & vel ipſum *Imperium* implicent, vel certe *Territorium* ejusdemque *Jura*, reſpiciant unâ. *b.)*

§. XIII.

Atqui hæ modo conſiderationes illud cum aliis præprimis efficiunt operantur-

a.) Sequi hic tantiſper atque premere liceat veſtigia TITII & KEMMERICHII *locis ſupr. jam alleg.*

b.) Cogita caſus, ubi quæſtio eſt vel litigium, ſuper *Tutelis* Principum, ſuper *modis* item *acquirendi vel amittendi territorium atque Regalia*, ſuper *Teſtamentis*, *Succeſſionibus*, *Contractibus* &c. Eorundem.

tanturque, minime ut *Iidem* vel pro *meris nudisque ſubditis* haberi, *a.)* vel ad reli-

a.) Et quis autem, Principiis doctrinæ Civilis, tum & Juris Publici Univerſalis, vel leviter ſaltem tinctus, non ſtatim per ſe comprehenderit agnoveritque, *conditionem* illam Principum adeo *ſublimem*, inque tam illuſtri loco poſitam, eamque inſeparabilem, & per totum omnino hominem ſeſe diffundentem, atque *qualitatem ſubjectionis plenariæ* adeò ſibi contrarias eſſe, ut eodem reſpectu uni ſubjecto tribui haud poſſint, & quod, ubi *hac* inciperet, *illam* neceſſariò ceſſare oporteret. Sed nec illud forſan implicet, quod & hos tamen dicto intuitu quoque privatos agere doceamus ipſi. Quandoquidem non omnis privatus ſimul quoque ſubditus eſſe debet, idemque *quà talis* etiam ſine ſubjectionis vinculo non concipi modo, ſed revera exiſtere poteſt. Arduam equidem hic tangimus Controverſiam, ſatis ſerio nunquam non, & jam inde præſertim à temporibus *Caroli V. Imp.* magnoque argumentorum apparatu, nec tamen ſemper citra partium ſtudium, agitatam pertractatamque! cui tamen nos jam haut admodum immiſcebimus. Adcitavimus ex recentioribus quosdam præcipuos, ac libere ſententiam noſtram, cujus necdum pœnitet, diximus in *Diſſert. de Fictit. Diſtinct. Terr. Germ. in mediat. & Immed. c. I. §. 1. lit. b.* Nunc unicum illud, quod & omnium maxime urgere videmus LEIBNITIUM *de Jure Suprematus cap. XXVII. ſeq.* quodque omni attentione dignum arbitramur, addimus. Scilicet vix ullum aliud in Orbe univerſo datur Imperium, quod ILLUSTRIORA MEMBRA, tot tantosque Principes ac Status, & potentiâ, & ſplendore, & dignitate maximâ conſpicuos, oſtentare poteſt ac *Germania.* Atque in His quidem non illos ſolum numerat illa, quibus Patria eſt ipſa, quosque ex proprio gremio ſuo producit, ſed & tales modo refert, qui una & in plerisque aliis Europæ Terris ſummæ rerum præſunt; veluti MAGNÆ BRITANNIÆ, SUECIÆ, POLONIÆ, DANIÆ, BORUSSIÆ & SARDINIÆ *Reges.* Plane ut propterea, quam REGNUM PRINCIPUM ſuo jam ævo dixit *Maximilianus I. Imperator glorioſiſſimus*, hanc noſtra tempeſtate REGNUM REGUM non injuria compellandam putemus. Jam vero ſi in *iſtis* quidem indigenis Principibus *vera* quædam ac *propria ſic dicta*, eaque *abſoluta perſonarum ſubjectio* obtineret, neceſſe omnino foret: & hos *Exteros* Imperio, *perſonarum ſuarum intuitu* in omnibus *Subditos* ſtatuere. Neque enim uſpiam Lege cautum eſt, meliore ut *Iidem* præ aliis in Germania Principibus conditione fruantur; Quid? quod eandem plane Sacramenti formulam Eos cum His, Imperatori & imperio jurare, conſtat. Aſt quid iſto quidem aſſerto *indoli* Reip. noſtræ

reliquorum Jurium, privatis scriptorum, rigorem tractari *b*) nedum ut indistinctim

nostræ Germanicæ magis *contrarium* esse possit, vix videmus. Et ne verò cuiquam hic externa solennia, interque hæc cumprimis omnibus imperii Ordinibus recepta illa *Cæsarem* compellandi Formula, qua Eundem *Dominum suum Clementissimum* nuncupant, tùm & quando in subscriptionibus literarum alibique: Unterthänigste & Allerunterthänigste sese profitentur, facile imponant, satis jam in omnibus fere Juris Publici Compendiis scriptores præcaverunt. vid. si placet, quæ & nos desuper monuimus in *Differt. de Literis Status Thes. XI.* atque conf. Viri *eleganter docti* DN. GUIL. FRID. PISTORII Anmerckungen über allerhand den Ursprung, Vor-Rechte ꝛc. derer des Heil. Röm. Reichs-Graven betreffende Materien, *Part. III. p. 355. sqq.*

ad §. XIII.

b.) Omne fere, quod declarationis ergo hic adscribere volebamus, cum jam dixerit integerrimus Vir, *JCtus in maximis sui ævi habitus*, ac etiamnum *post fata Illustris Vice-Cancellarius* quondam *Brunsvico-Luneburgicus* DN. LUDOLPH. HUGO in egregio suo *de Stat. Religion. Germ.* Libro *C. VI*, *§. 37.* Hunc quoque præ nobis audivisse placebit. Atqui is *ibidem* candide satis: *Quanquam*, inquit, *in Controversiis Principum ac Ordinum Imperii, sive de ipso jure Territorii, sive de re quâpiam aliâ exortis, dijudicandis leges PRIVATI JURIS adhibeamus, atque sic causas Magnatum & Privatorum magnam partem eodem jure metiamur;* NON POTEST TAMEN PRINCIPIBUS EODEM SEMPER RIGORE, AC PRIVATIS JUS DICI. *Sæpe enim, ut nostra quidem Reip. status se habet, vulnus majus est, quam ut ordinariam medicinam patiatur. Itaque cùm Controversia adeò latè patet, ut quietem publicam turbare possit, sæpe* TEMPERAMENTO ALIQUO JURISDICTIO MITIGANDA EST. Pergit Ille deinceps, atque post allegatum casum satis Illustrem, in ejusmodi utique litibus componendis non *prudentiam* tantum *Judiciariam*, sed etiam *Politicam* occupari, peropportunè monet. Denique cum REINKINGIO hanc præcipue causam existimat, quare Eminentiss. Consilium Imp. Aulicum quandoque sententiam in causis gravioribus, ubi politicæ concurrant considerationes, non pronunciet, sed causam prius *cum Voto*, mit einem Gutachten, referat ad ipsum *Imperatorem Augustissimum;* Quo facto, addit, Cæsaream Majestatem causam in *Consilio Secreto*, im Geheimen Rath, proponere, in quo non tam *Justitiæ*, & *Juris*, quam *Status* ratio consideretur, utpote an tali vel alio rerum statu commodum sit ita pronunciare? multoque magis an sine *magno Imperii motu* & *scandalo* ejus-

ſtinctim omnes Roman. LLum apices, ſolam parendi rationem prodentes, ipſis adaptari queant. *c.*)

§. XIV.

modi ſententia jam concepta *executioni* mandari poſſit; Quod ſi enim difficilis illa fuerit, vel *alia incommoda* timeantur, non raro pronunciationem aliquantiſper ſuſpendi, donec commodior exſequendi occaſio eveniat. Hactenus HUGO. Cui tamen quoad *ultimum* jungimus *laudatiſſ.* Dn. D. SCHWEDERUM in *Jur. Publ. P. Gen. Cap. I. §. 5.* & *Part. Spec. S. I. C. 12. §. 12.* ubi an. 1637. Electores quidem, ne id in poſterum amplius fieret, ſedulo monuiſſe rogaſſeque, atque tum quidem repulſam tuliſſe, tandem vero illud obtinuiſſe docet, quod *Imp. glorioſiſs.* FERDINANDUS III. LEOPOLDUS atque JOSEPHUS in Capitulatt. ſuis promiſerint: Wie ſie nicht geſtatten ꝛc. wollten, daß Dero Geheimen Raths-Collegium, ſamtlich oder ſonderlich, derer Reichs-Sachen, welche vor den Reichs-Hof-Rath gehören, ſich anmaſſe, darinn ſich einmiſche, oder auf einigerley weiſe dem Reichs-Hof-Rath eingreiffe. Aſt cum nec hæc ſufficere videbantur, ulterius cautum in *Capitul. Noviſſ. Auguſtiſſimi* CAROLI VI. *Art. XVI.* ibi: Wo auch im Reichs-Hof-Rath in wichtigen Juſtiz-Sachen ein Votum oder Gutachten abgefaſſet, und uns referirt werden ſollte, wollen wir uns ſolches in Anweſen des Reichs-Hof-Raths-Præſidenten und Reichs-Vice-Cantzlers, mit Zuziehung der Re- und Conferenten, und anderer Reichs-Hof-Räthe, beyder Religionen ꝛc. vortragen laſſen, mit denenſelben darüber berathſchlagen, und in keinem andern Rath reſolviren. Quid? quod eâdem ex ratione, atque quoniam illam dignitatem conditionemque Illuſtriſſimam Principes noſtri ubique ſibi adhærere ſentiunt, ſæpius contigiſſe novimus, ut & in cauſis iſtiusmodi privatis ſuis, gravioribus præſertim, ſi qua forſan ſententia juſtò nimium gravatos ſeſe putarunt, *recurſum ad univerſalia Imperii Comitia*, ceu ultimum remedium, prenſarint.

ad §. XIII.

c.) Sunt equidem, qui idcirco quoad negotia atque cauſas ejusmodi Principum privatas ad ſumma Imperii Judicia delatas, in genere magis ad ea, quæ ad *Subſtantiam actus* pertinent, quam ad *Externa* duntaxat ejus *ſolennia* attendendum eſſe opinantur. vid. præ ceteris Dn. KEMMERICHIUS *de Lib. VIII. c. 1. §. 8. & ſqq.* qui & ipſe id eô æquius cenſet, quod *hæc* plerumque tantum inventa ſint, ut ne ſubditi actiones ſuas, prout velint, inſtituant, nec quidquam majoris momenti propria authoritate perficiant; Quæ tamen ratio in iis, qui ipſi ſunt Perſonæ publicæ & Imperantes, ceſſet. Verum quam

male

§. XIV.

Quandoquidem tamen ipsi illi tam frequenter intercedentes *respectus* quoque *publici*, non olim solùm quosdam ex iis, qui jam aliquid pervidêre, in transversum egerunt, ut pleraque capita, *hûc potius spectantia*, reliquo Juri Publ. vindicârint; *a.*) Sed & ipsos, quod miramur, Duum Viros laudatos, qui tamen majorem deinceps lucem affuderunt, *TITIUM* sc. atque *KEMMERICHIUM*, adhuc dubios & suspensos tenuerunt; *b.*) Nos quidem nullatenùs reformidamus, omnia & ista intra Disciplinæ nostræ ambitum & pomœria quasi revocare, eandemque adeò intergerii, instar, Jurisprudentiam inter *publicam* atque *mere privatam* (seu subditos proprie, Cives & rusticos in Territorio concernentem) constituere *mediam*.

§. XV.

Indicatis sic autem, vel potius digito saltim monstratis iis, quæ ad cognoscendum *indolem* ejus, *Cautelas* atque *limites*, necessaria sunt; nunc ad JURIS ipsius, decidendis quidem istis privatis Principum causis præcipue adhibendi, FONTES SUBSIDIA atque FUNDAMENTA progredimur. Neque enim tam absonum quemquam fore speramus, qui & hoc potissimum intuitu Eosdem vel plane nullis, *a.*) vel arbitrariis saltem *b.*) LLbus uti præsumserit; Pariter

male sic ut plurimùm Magnatibus consulatur, quamque parum & nobis hæc arrideat sententia, pluribus aliquando ostendere licebit, ubi Ordo tractationis nos ad *Testamentarias*, *Pactorum* atque *Contractuum* materias perduxerit.

ad §. XIV.

a.) Conf. jam dicta *supra §. IV. n. a. circa fin.*

b.) *Illum* quidem *Libr. 1. C. 1. § 51. Hunc* vero *d. libr. VIII. c. 1. §. 5.*

ad §. XV.

a.) Et quis ullus hominum in hoc, quo positos nos videmus indistinctim omnes, statu misero satis, corrupto imperfectoque, vitam absque ulla plane norma degeret securus & ipse? Pertinent huc, quæ Juris Naturæ DD. communiter, interque hos tamen recentiores longe solidius distinctiusque, ac veteres, de norma actionum humanarum in genere, ante omnia fere alia inculcare solent.

b.) Peregregie ILL. ac Elegantissimus *Batavorum JCtus Cornelius van* BYNCKERSHOECK in *Præf. Observationum Jur. Civ.* inter multa alia cordate scripta, observat, nunquam magis periclitari opes hominum, (adde & Rempubl. in universum) quam si Jurisprudentia cerebrina occupaverit judicia, si non ex jure, sed ex *arbitrio*, lubrico illo & incerto, manus conseratur.

riter atque nec illos rationes ſuas recte ſubducere arbitramur, qui ea duntaxat ad Jura, quæ non niſi Independentibus, præterque DEUM neminem alium ſuperiorem reſpicientibus, Principibus adaptari ſueverunt, ipſos adſtringere volunt. *c.*)

§. XVI.

Non ignoramus equidem ac legimus paſſim, ut ſolicite hic jam ab aliis, recentioribus præſertim, caſus quidam ab invicem ſeparentur, diſtincteque reſpondeantur. *a.*) Verùm cùm omnia pleraque illorum ad *Jus* tantummodo *Romanum Civile* directa ſint, eoque tendant unice, ut, quisnam *hujus* demum uſus in determinandis quoque Ordinum Imp. cauſis & controverſiis in genere ſuperſit? declarent; Hæc utique minime ſufficere videntur. Quare altius modo adſcendere, ac, quid Jura, tam DIVINA, quam HUMANA, in univerſum huc conferant, paucis diſpicere, vel & per tranſennam ſaltem oſtendere, præſtabit & juvet.

§. XVII.

tur. Cujus & vid. *Dedicat. ibid. præmiſſam*, ubi poſterius hoc dominans *belluam* plane *multorum Capitum* vocat. conf. omnino, qui incommoda plura, ex Jure ejusmodi arbitrario profluentia, graphice deſcribit MELCHIOR von OSSE *in Teſtamento ſuo edit. Thomas. p. 47. ſeq.*

ad §. XV.

c.) Id quod illorum quosdam non intendere tantum, ſed & aperte agere videmus, qui Proceribus Germaniæ *veram proprieque ſic dictam Majeſtatem* ſerio vindicare allaborant cum B. Dn. THOMASIO & GOEBELIO *locc. ſupr. alleg.* TITIO item *Libr. VII. c. 8. §. 14.* BRUNNEMANNO in *Jur. Publ. prudentia Diſſ. V. §. 2.* nec non B. ILL. GUNDLINGIO in *Singularibus ad L. Majeſt. C. II. §. 40.* aliisque. Tametſi, quod & ad *poſteriores hoſce* attinet, præ iis omninò, qui, retento veteri Epitheto, Majeſtatem *analogam & reſpectivam*, ſ. poteſtatem *Majeſtatis æmulam*, *ſummæque proximam*, Ipſis adhuc tribuere malunt, hoc tutiores nobis ambulare videntur, cùm vel ex potentiſſimis quisque hactenus illâ *Majeſtatis* appellatione abſtinuerit, nec revera propter hoc *Superioritati* Eorum *Territoriali*, ac liberiori omnium quorumcunque, ad civitatis moderamen neceſſariorum, Jurium uſui, vel in Eccleſiaſticis, vel in Secularibus, deceſſerit quicquam.

ad §. XVI.

a.) Scilicet ante omnia diſpiciendum monent: Utrum *inter imperantem & ſubditum*, an *inter duos territoriorum Dominos ac Con-Status*, vel & *e. g. Principem inter atque quemlibet alium extraneum* negotium geratur? Et

primò

§. XVII.

Ac ILLA quidem cùm communiter aliâs in CONNATA & REVELATA ſoleant diſpeſci; hæcque rurſus ſubdiſtingui in *Ceremonialia*, *Forenſia* & *Moralia*, ſive, quam deinceps appellationem tulerunt, *poſitiva univerſalia*; Poſteriorum jam *prima dua ſpecies* nos haut morentur; *a.)* quoad *ultimam* vero, perinde nobis, minimùm ad noſtrum jam ſcopum, erit, ſive cum Viris quibusdam Doctiſſimis adhuc eam tueri quis voluerit, ſive in ejus locum cum *beate nuper fatis functô* CHRIST. THOMASIO, *Honeſti & Decori regulas* ſubſtituere. *b.)* cum

primô quidem in caſu rurſus: Num *actus hujusmodi in ſe ſpectatus indifferens, h. e. conditioni neque imperandi neque parendi proprius ſit?* an vero *ſubjectionem quandam involvat ſimul?* vid. cumprimis D. CHR. JO. CONR. ENGELBRECHT in Libro ceterà eleganti atque erudito de *Servitutib. Jur. Publ. Proleg.* §. *I.*

ad §. *XVII.*

a.) Utpote quæ Judæis duntaxat in *Vet. Teſt.* abs Deo latæ, eosdemque etiam *ſolos* tenuerunt. Et ad *priores* quidem illas, *Ceremoniales* videlicet *Leges*, quod attinet, quia ſolummodo de ritibus circa cultum divinum, populo huic olim obſervandis, diſponunt, meritò poſt adventum Chriſti Salvatoris Opt. Max. *mortua*, atque per ſe quaſi ipſos quoque *apud Judæos* evanuiſſe cenſentur; quemadmodum egregiè docuit *Magnus Favitor noſter*, MAGNIF. atque REVERENDISS. Dn. CANCELLARIUS D. PFAFFIUS in pecul. Diſſ. de *Leg. Cerimon. etiam quoad Judæos abrog.* conf. omnino THOM. GOODWINI *Moſes & Aaron*, itemque JO. SPENCERUS de *LL. Hebræor. Ritualib.* (de quo tamen notabile proſtat judicium in *Act. Erudit. Lipſ. German.* Part. 135. p. 153. ſqq.) nec non PUFENDORF in præclaro de *Habit. Religion. ad Stat. Civil.* libello. Quamvis utique & illarum cognitio exactior quantum ad meliorem Juris etiam novioris Eccleſiaſtici intellectum conferat, ipſo exemplo ſuo ſatis docuerit *Idem laudatiſſ. Vir.* D. PFAFFIUS in *Originib. Jur. Eccleſ.* Alterum vero, *Forenſe* ſc. Jus hoc ipſo, quod rem Judæorum Judiciariam ſpectabat, ac de negotiis ipſorum Civilibus Controverſiisque privatorum inter ſe, nec non de Criminibus, eorumque pœnis agebat, Reique ipſorum Publicæ ſpecialiter accommodatum erat, ſublatâ hac, ſublatum quoque eſt, neque Chriſtianis jam ullibi attenditur. Quod quidem ultimum *an recte?* non levis inter Theologos atque JCtos controverſia eſt; Cui tamen nos modò haut ingerimus. vid. *Celeb.* D. AUGUSTIN. LEYSER in *Meditatt. ad Pandect. Vol. I. Spec. VII. n. 7.*

 b.) Opus

b.) Cùm non minus & ad harum ſervationem religioſam omnes omnino homines indiſtinctim, atque adeo & Principes, ſeſe adſtrictos putent. c.)

§. XVIII.

b.) Opus ante omnia hic eſt genuinâ Hiſtoria literariâ de *Jure* iſto *divino poſitivo Univerſali*; quam cum omnium accuratiſſime dederit *Celeb.* olim *Gieſſenſium Cancellarius*, B. JAC. FRID. LUDOVICI in *Delineat. Hiſt. Jur. Nat. p. m. 172. ſeq.* ad illum remiſiſſe ſat erit. Et ex hac verò illud potiſſimum patebit, ipſi THOMASIO hunc præ aliis honorem deberi, quod *primus* novam Juris ſpeciem, *nomine* quidem *anteà jam cognitam*, ſed parum adhuc excultam, in ordinem redegerit. Præſtitit enim hoc, atque primas lineas duxit in Diſp. de *Crimine Bigamiæ*, quæ inter Lipſienſes ejus eſt *ſeptima*, & quidem à §. *8. uſque ad 20.* Plenius tandem inſtitutum exſequutus in *Inſtit. Jurisprud. Divin.* Sed & idem cum poſteà in reliquis Diſpp. & Tractatibus ſequutis ageret, complures mox habuit, tàm ex JCtorum, quàm ex ipſorum quoque Theologorum Ordine, qui ſententiæ huic ipſius ſubſcribere dubitarunt nulli. Quemadmodum etiam abinde nullum fere nomen magis increbuit, magisque frequentari cœpit inter Juris Nat. Scriptores, ac illud *Juris poſitivi univerſalis*, ceu reverà exiſtentis, & abs Naturæ jure oppido diſtincti. Haut tamen eò minùs, atque licet THOMASIUS fuerit primus, qui exiſtentiam peculiaris ejusmodi Juris Divini ſpeciei ſtabiliverat, *primus* quoque fuit, qui eam iterum deſtruxit, etiamſi, quod & ipſe in propriâ *plen. Hiſtor. Jur. Nat. p. 15. §. 12.* fatetur, *non ſimul & uno momento*, ſed *paulatim pedetentimque* ad id pervenerit. Quo minus itaque hoc facilitati ſuæ levitatique tribui, vel &, quaſi eo (quæ male ipſi cupientium conjectura fuit) aſſeclis ſuis ſolummodo illuſerit, haberi voluit. Ad minimum ſatis ſpecioſæ videntur cauſæ & occaſiones, quibus ſe ad Syſtema prius mutandum permotum ſcribit, quasque latius exponit Ipſe tùm in *dict.* ſuâ *plen. Hiſtor. Jur. Nat. p. 15. ſeq.* tum in *Fundament. Jur. Nat. & Gent. cap. procem. §. 8. ſeq.* Ultimò itaque ſic diſtinxit: Leges vel ſunt *Humanæ*, vel *Divinæ*; Divinæ ſunt vel *Univerſales*, regulas videlicet *juſti*, *honeſti* & *decori* ſimul pandentes, vel *particulares* & *poſitive* diſponentes de Judæorum *Religione* atque *Politiâ*. Primùm verò mentem ſuam deſuper aperuit an. 1702. in pecul. *Commentat. Obſervat. Halens. Tom. VI. n. 27.* inſerta, cujus §, 43. cum. *ſeqq.* præcipue huc ſpectat; usque dum totam rem connexit in modò *allegg. Fundament. Jur. Nat. & Gent.*

c.) Eadem quippe & iſtius, quod tantopere plerisque defenſitatum hactenus fuit, ac usque dum defenditur multis, *poſitivi Juris Univerſalis*, & *decori*

§. XVIII.

Quemadmodum quoque, quæ divinis hiſce Juribus poſitivis contradiſtinguere ſuevimus, CONNATA, dum nihil ſunt aliud, ac ipſiſſima rectæ rationis, circa actiones hominum morales, dictamina, proprie & in *ſenſu ſtrictiori*, non niſi præcepta *juſti*, in *latiori* vero & ipſas, quas diximus, *honeſti* & *decori* regulas, complectentia, vulgò NATURÆ & GENTIUM Jura vocata; Hæc quidem Diſciplinæ, quam modo majorem in lucem conſtituere ſatagimus, noſtræ ita cenſemus propria, ut ſi non ſola eadem ſemper & ubique regnare, tamen maximum ſubinde præſidium præbere videantur. *a.)* Tantum abeſt, ut ultimo demum loco, atque poſt exhauſtos omnis reliquæ Jurisprudentiæ fontes ac loculos, quin & poſt excuſſas DDrum ſententias, ad illa confugere, eorundemque deciſa tum primùm diſpicere liceat, conveniatque. *b.)*

§. XIX.

cori atque *honeſti regularum* eſt obligatio, neque differunt aliter, niſi *modo* *Viâque cognoſcendi. Utrisque* Deus eſt author ſanctiſſimus, idemque nulli omninò mutationi obnoxius. Et quid denique *æquius*, quid *juſtius*, quid *magis pium*, imò quid *magis Chriſtianum* eſt, ac quando omnia illa officia, quæ quilibet homo, nulla plane dignitatis ordinisque ratione habitâ, *tùm aliis*, *tùm* & *ſibi* quoque debet, *tribus* hiſce *præceptis*, admodum momentoſis, ipſiusque Salvatoris Chriſti ore pro parte confirmatis, explicantur: *Quod Tibi non vis fieri, alteri non feceris: Quod Tibi vis fieri, & alteri feceris; & Quod vis, alii ut faciant ſibi, tu te quoque Tibi facies ipſi;* primum *juſti*, alterum *decori*, tertium denique *honeſti* regulas exhaurit. Atque ipſe THOMASIUS *in Obſervat. Halens. d. l.* §. 59. graviter ſatis: *Decet*, inquit, *viros prudentes & ſapientes, non ſolum obſervare præcepta juſti, ſed & honeſti & decori.* Quo minus verò & cauſarum erit, ad timendum, ne plus æquo ſic Magnatibus Principibusque frena laxentur.

ad §. *XVIII.*

a.) Valde huc commendari meretur *Præfat.* CASP. ZIEGLERI *in not.* ad Grotium de Jur. B. & P.

b.) Idque eò magis, cum & aliâs prima quorumvis aliorum jurium fundamenta ex illis haurienda ſint, quorum & omnium idcircò baſes & normæ recte vocantur. Ubi quidem nil obſtat, aut dubium moveat, quod in tanto Eruditorum conflictu, ſuper ponendis acceptandisque principiis certis & immotis, ipſa quoque jura hæc ſubinde incerta ſint, ſemperque ſic res ad promiſcuum judicandi arbitrium redeat. Ut namque illud fieri haut negemus, tamen principia juris Nat. divini, cordibusque hominum inſcripti, in ſe ſa-

§. XIX.

Neque verò duo hæc Jura dum nominamus, autumet quisquam, ac si distinctas duas species illa & nos habeamus, reque verà separatum quoddam *Gentium* Jus ab illo *Naturæ* statuere velimus. *a.)*

§. XX.

Jam quod ad HUMANA, Principum quoque nostrorum causis dijudicandis accommoda, attinet Jura, hæc melioris ordinis gratia in *Domestica* & *peregrina* seu *exotica* dispescere licebit; tùm & *illa* vero rursus subdistinguere in *Scripta* & *non Scripta s. Consuetudinaria.*

§. XXI.

Et inter istas quidem *domesticas scriptas* leges quo minus primum statim locum adscribamus *Privilegiis* Eorundem, quæ magno ubique numero commonstrare

tis clara, simplicia statimque obvia sunt, nisi quis vim rationi inferre, aut meris saltem cavillationibus in re luce meridiana clariori, uti velit. Neque diversa, quæ pro diversitate ingeniorum Dd. construunt principia, immutabilia ipsius Naturæ decreta vel turbant vel evertunt. conf. omnino IMM. WEBER *de Oscul. mutuis int. Nat. & Civit. Jur. p. m. 4.* ubi certitudini huic diversas DD. opiniones æque minùs detrahere posse scribit, ac in ipsa Theologia multorum dissensus circa principium fidei veritati Sacrarum Literarum quicquam derogare queat.

ad §. XIX.

a.) Enimverò quemadmodum Lex Naturæ est norma quædam universalis, ita quoque non singulos tantum homines, sed & Gentes obligat universas. Jam igitur ubi integris illa Gentibus earundemque actionibus applicatur, *Gentium* quoque *Juris* nomen fert. Præter quem utique respectum nullum aliud Gentium jus, idque sive *voluntarium* sive *positivum*, quod legis propriè sic dictæ naturam habeat, atque causam belli producere apta sit, agnoscimus; hoc minus, cum Gentes *inter se* invicem *consideratæ* communem aliquem Superiorem, præter Deum, haut venerentur. Sed nec, quod ipsæmet inter se aliquando de ejusmodi Lege convenerint, doceri queat quicquam. Ipsos vero Gentium mores, circa decorum præsertim, obtinentes, ubi pro tali habere quis voluerit, per nos quidem poterit: sed tùm quidem nihil aderit, quod legis naturam exprimat, nihil, quod, siquidem de violatione quærelæ existunt, justam ad educendum gladium causam subministret. Id quod abunde jam ac dilucide satis commonstrarunt PUFENDORF *de J. N. & G. L. II. cap. 3. §. 23.* THOMASIUS in *Jurisprud. divin. L. I. c. 2. §. 103. seqq.* tùm & præprimis in *Fundam. J. N. & G. L. I. C. V. §. 65. sqq.* aliique.

ſtrare valent, ampliſſimis, ſimul & antiquiſſimis, iisque, ſive integro aliquando Statuum Ordini, ſive Huic modò, alterive, ab Impp. *expreſſe* datis & conceſſis, nil omnino vetare videtur. *a.)*

§. XXII.

Dehinc alii forſan eò retulerint quoque non ſolùm vetuſtiſſimas illas tàm *Viſi*-quàm *Oſtro-Gothorum*, *Burgundionum*, *Francorum*, *Alemannorum*, *Bajuvariorum*, *Ripuariorum*, *Saxonum*, *Angliorum & Werinorum*, *Friſionum*, *Longobardorum* &c. Leges, *a.*) ſed & famoſa illa *Capitularia*, *b.*) quin & quascunque alias Regum & Imperatorum Francicorum, Saxonicorum, aliorumque ſubſequentium usque inde ad Carolum IV. *Conſtitutiones*, *c.*) Verum cùm, quod attinet,

ad §. XXI.

a.) Quo itaque magis neceſſarium eſt, ut diplomata monumentaque ejusmodi publica ſedulò conquirantur, ſerventur, tandemque, *ubi ex re videtur*, publicæ quoque luci exponantur! Quove major nunquam non gratia illorum Collectoribus Editoribusque habenda! Specimen ejus rei novum idemque perinſigne inter Nos quoque nuper datum fuiſſe, cùm *Vir Conſultiſſ.* atque *Excell.* D. HENR. MART. BURCKHARDUS *Sereniſſ. Wurt. Ducis Conſiliarius Regiminis*, *Supremique Dicaſt. Aſſeſſor meritiſſimus*, præclarum illum Librum, cui tit. Würtembergiſches Kleeblatt dreyer *privilegiorum*, *Exemt. Fori*, *Auſtregar. & de non appellando*, ederet, merito lætamur.

ad §. XXII.

a.) Eas ſcil. quas, poſt BASILIUM HEROLDUM, SICHARDUM, TILIUM, GOLDASTUM &c. in unum collectas, ſub tit. *Codicis Legum Antiquarum* FRIDER. LINDENBROGIUS publicavit, & ad quarum notitiam exactiorem oppidò faciunt ea, quæ ſcripſit in eleg. *Specim. Conjecturar. De Orig. & Natur. Legum Germanicar.* ILL. *Francofurtenſium Anteceſſor*, D. CHRIST. GODOFRED. HOFFMANNUS.

b.) De quibus tantopere meritus eſt Eruditiſſimus ille Gallorum STEPHANUS BALUZIUS.

c.) Quibus quidem undique corradendis compilandisque primus fere operam, eamque ſatis præclaram atque laudabilem, impendit MELCHIOR GOLDASTUS in *Tomis Conſtitt. Imperial.* tum *Latinis*, tum *Germanicis*. Aſt, quam parum ſæpenumero avthentiæ illarum tribuendum ſit, dudum perviderunt eviceruntque harum rerum gnari, artisque præſertim Criticæ & diplomaticæ callentiores. Quos inter feliciſſimum illum ſolidioris juris publici prudentiæ inſtauratorem, H. CONRINGIUM, præcipuè commendaſſe

attinet ad *priores*, non nisi particulares illæ fuerint, nullamque adeo universalem obligationem producere potuerint, uni quippe nationi vel populo tantum sancitæ usurpatæque; Tum & ex *posterioribus* complures forsitan pro temporum istorum ratione, *vel* in ipsis quoque Comitiis scripto haud adeo diligenter consignatæ, *vel* scriptæ quidem, sed ob nondum inventam typographiæ artem, ad paucorum notitiam pervenerint, *vel* & propter notabiles illas, quæ tum maxime in Imperio gliscebant observabanturque, confusiones & conversiones, parum roboris sive acquisiverint, sive (mutatâ cumprimis deinceps cum status Imp. formulâ, jurium quoque Germanis antea usitatorum, ratione) retinuerint. *d.)* Nec *illis* nec *hisce* quidem adeo multum hic semper immorandum, vel & plus æquo tribuendum, arbitramur ipsi; *e.*) Quantumvis utique de cætero

dasse juvat in doctiss. de *Orig. Jur. Germ.* Libro, ubi à *Cap, 17.* per *multa seq.* servato Impp. ordine, perpetuum fere *Goldasti* censorem agit. Cui omnino jungi meretur, *raræ olim eruditionis Vir*, B. JO. WERLHOFIUS in *Specim. I. Juris Germ. patr. p. m. 88. seqq.* ubi plures adhuc alias ejusmodi Constitutiones Impp. antiquas recenset, quas & *vastissimæ illi Collectioni* LUNIGIANÆ, quæ titulum *Archivi Imperialis* gerit, maximam partem insertas videmus.

d.) Sunt ultima hæc jam observata quoque CONRINGIO *d. l. cap. 27. p. 160. & 164. sqq.* ubi ipso hoc & illud tandem evenisse docet, quod præter Auream Bullam, (quippe quæ propter usum insignem in magna subinde veneratione extiterit) reliquarum omnium ad Maximiliani I. usque tempora promulgatarum Constitutionum Imperii publicarum memoria penè extincta fuerit. Cui quidem asserto nec nos refragabimur, modo ad istum usque ævum restringatur, quo feliciora demum fata affulgere, ruptisque præsertim archivorum repagulis, tùm & cœnobiorum claustris reseratis, juxta cum tot desideratissimis rerum Germanic. Scriptoribus, complura tandem & ejusmodi tàm Imperatorum quàm Comitiorum Decreta, jam cum blattis & tineis certantia, sensim abs Eruditis protrahi lucique dari cœperunt. Sed ob easdem, quas scripsimus, causas, minime cum *laud.* WERLHOFIO mirandum putemus, quod & vulgati illi Recessuum Imp. Codices, a temporibus demum Maximiliani I. atque Ordinatione Camerali de A. 1495. auspicentur, præterque A. B. &, quæ longo post intervallo A. 1442. publicata, Reformationem Friderici III. Francofurtensem, nullam aliam antiquiorem hujusmodi sanctionem exhibeant.

e.) Secus ac olim visum ILL. KULPISIO in pecul. libello, quem sub ficto CON-

tero nec ignoremus, nec inficias eamus unquam, haut eò minus in ipsis his insignem antiquitatum Jurisprudentiæ nostræ Germanicæ Thesaurum delitescere, unde in controversiis tam *publicis*, quam *privatis*, præsertimque *ubi de probandis consuetudinibus agitur*, multum sæpe luminis & illustramenti, siquidem recte aliquis uti sciverit, fœnerari liceat. *f.*) De *Suevico* & *Saxonico* Juribus,

CONRADI SINCERI nomine edidit, atque THOMASIUS deinceps notis illustratum *Commentario* suo *ad Instit. & Pandect.* adjecit, *de Germanicar. Leg. veter. ac Rom. Jur. in Rep. nostra orig. & auctor. præsent.* ubi totus in eo est, ut & antiquissimis istis LLbus Constitutionibusque patriis in omnibus pene Controversiarum generibus decidendis primas vel ex hac potissimum ratione vindicet, quod eædem nec per Maximilianum I. nec ullâ aliâ Lege Imp. publicâ abrogatæ, sed nec per se cessasse evanuisseque dici possint. Verùm quod jam tùm aliorum præclara in refutandis potioribus ipsius argumentis, multum omnino speciei præ se ferentibus, existat opera, consultò nos ulterioribus hic abstinemus. vid. præ cæteris *Celeberrimum nostr.* B. DATTIUM de *P. P. Lib. IV. cap. I. n. 117. 130. seqq.* itemque ex recentioribus AUTH. *Diatrib. Historico-Jurid. de Recept. Jur. Rom. ejusdemque & LL. Germ. veter. in for. us. & auctor. præsent. Kulpisio opposit. 1713. 8.* necnon ILL. LUDEWIGIUM in *Different. Jur. Rom. & Germ. Diss. I. Thes. 14.* quibus additum velimus judicium egregium WERLHOFII. *d. l. p. 104.* ubi se quidem non simpliciter impugnare scribit, quo minus Legibus ejusmodi ideò, quod in Archivis & Tabulariis reperiantur, justa sua tribuatur authoritas; Ast in eâ tamen, quam antea dixerat, rei Jurisque German. commutatione, & vel nullâ, vel instabili, LLum Sanctionumque observantiâ, *pro vetustiorum illarum Constitutionum usu tantopere niti*, solido, quantum ipse quidem opinetur, fundamento, *sine multâ utique cautione* non licere.

f.) Id quod & Viri rerum Germanic. peritissimi dudum non agnoverunt modò, sed & præclaris rerum documentis luculenter satis ostenderunt; Quin in ipsis plane *Deductionibus*, quas vocant, Illustrioribus publicis, tantum abest, ut vel & antiquissima hæc sperni soleant prætermittique, ut potius cum aliis strenue & eadem hodienum præsertim deducere & urgere videamus. Atque sic ergo cum est quæstio v. g. de *successionibus*, *similibusve* Principum ac Statuum causis: *Utrum* sc. *illæ statim ex LLbus Imperii communibus* decidi, an vero ante omnia quoque ad *Jura institutaque* huic olim alterive nationi vel Provinciæ Germanicæ *propria*, subindeque *peculiaria*, v. g. in Saxonicâ ejusmodi Controversiâ ad *Saxonicum*, in Burgundica ad *Burgundicum* &c.

Jus

Jus vetus attendi debeat? valde operosus est JO. SCHILTERUS in *Inst. Jur. Publ. L. I. tit. 2. §. 17.* ut posterius statuminet; Ac licet non omnia ipsius argumenta satisfacere videantur; Idem tamen in effectu tùm olim semper in Germania propugnatum fuisse observatumque, tùm & hodienum observari, infinitis plane exemplis, ex omni historia petitis, demonstrare perfacile foret. Sed vel unicum jam casum satis Illustrem, eundemque Nobis domesticum, *Successionis* scil. *Würtembergicæ* in Comitatum ditionesque Montispelicardicas, ex mero utique *more Jureque Burgundico* olim Celsissimæ huic Domui per gloriosissimam illam Heroinam HENRIETTAM acquisitæ, cogitare liceat commemorareve. Eoque cumprimis etiam pertinent, quæ in causa Novocastrensi pro Hero suo, *Porussiæ Rege potentissimo*, scripserunt, *Duum-Viri* ILL. LUDEWIGIUS & GUNDLINGIUS; qui & posterior deinceps de *Successione Fœminarum in Gallia Belgica* commentari aggressus est in *Gundlingian. Part. XL. n. 4. & 5.* itemque quæ de veteri *Francico Jure successorio* peculiari, post SCHILTERUM aliosque egregie disseruerunt *Auth.* ANONYMUS *Geldriæ & Zutphanii S. R. M. Poruss. vindicat. p. 12. sq.* ac novissime *Celeb. Vir.* D. JO. GEORGIUS ESTOR in *Analect. Fuldensib. Sect. I. §. 9. lit. a.* Sicque porro innumera alia Jurisprudentiæ domesticæ argumenta, ex solâ quidem consuetudine alias derivari solita, sed in ipsis istis antiquissimis LLbus clare satis fundata, allegare possemus; Ex quibus ut rursus unicum illud, causam quoque cumprimis nostram oppido instruens, exemplum attingamus; tritissimam illam Practicorum doctrinam de insigni pactorum nudorum, (de re modò certa, animo sese obligandi, abs scientibus volentibusque initorum) efficaciâ in foris Germaniæ, tum Inferioribus tum & Supremis, minime ex Romani, sed Patrii cum maxime Juris antiquissimi principiis, deducendam esse, dudum evicerunt JCti undique Præstantissimi; vid. præ cæteris *laud.* SCHILTERUS de *prax. Jur. Rom. in For. Germ. Exerc. VIII. §. 2 seqq.* itemque B. HERTIUS, ex instituto ad vetus istud proverbium: Ein Wort, ein Wort, ein Mann, ein Mann, commentans *parœmiar. suar. Lib. I. parœm. 8. §. 5.* Quibus & jungere licebit *Præceptorem atque Patronum, in maximis subinde nobis habitum, porroque ad cineres devenerandum, Celeberrimum nostrum* Dn. D. MICH. GRASSUM in *Diss. de pact. futur. contract. præparator.* ubi postquam *Thes. 12.* non minus & Principes, sive cum æqualis sibi sortis Principibus, sive & cum subditis, tali modo paciscantur, firmiter obstrictos docuit, tandem & ipse in *Thes. 29.* genuinam hujus rei causam reddit, quod scil. Germani, quibus *antiquâ fide* verba dare ignotum, dum per modum spotaneæ receptionis Juri Rom. se submiserint, in usum & fori sui observantiam id Juris emergere siverint nunquam, ut

ribus, notissimis istis duabus Compilationibus comprehensis, (neque huc tamen, ubi de LLbus Germaniæ scriptis nobis sermo est, propriè spectantibus,) quæ nobis sedeat sententia, alibi distinctius expromere constituimus. *g.*)

§. XXIII.

Et cum his autem vetustioribus quomodocunque comparatum sit; Majora tamen sine dubio subsidia Jurisprudentiæ nostræ Principum privatæ præstabunt, longeque uberiores simul & luculentiores decisionum Fontes recludent Leges illæ *recentiori ævo* publice per *Germaniam lata scriptæve.* Quo quidem sub nomine nos jam cum maxime intellectos commendatosque velimus, post *A. Bullam Caroli IV. a.*) vulgatô alias vocabulô appellatos *Recessus Imp.* tam ea, quæ in *Comitiis Germania Universalibus* subinde decreta, quàm, quæ in *Deputatorum, Visitationum, Circulorumque omnium Conventibus*, conclusa fuerunt, exhibentes; *b.*) Hæcque inter cumprimis saluberrimas illas *Constitutiones Instru-*

ut pacta civiliter essent sterilia & ad pariendam obligationem Civilem actionemque inefficacia. Quod vel tum præcipue obtinere commonstrat IDEM *Vir Excellentiss.* in alia *Disp. de Promiss. sub amiss. Honor. & Existimat. cap. II.* §. *11.* & passim, ubi simplici promissioni ab antiquo usitatæ illæ clausulæ: Bey Fürstl. bey Gräfl. ꝛc. wahren Worten und Ehren ꝛc. accesserint.

g.) Interim memoratu dignissimum est præjudicium *Excelsiss. Tribunalis Imp. Aulici*, haut ita diu in controversiâ longe famosissima super Comitatu Rittbergensi proditum; Quod & Celeb. D. STEPH. CHRISTOPH. HARPPRECHTUM ad conscribendum peculiarem illum *Tract. de Non usu modern. Specul. Suevic. in For. Vicariat. Palatin.* potissimum permovisse constat.

ad §. XXIII.

a.) Et hujus namque multa capita, eaque præsertim, quæ Electoribus non quâ talibus, ac *citra intuitum Archiofficiorum*, quædam plane peculiaria concedunt, propriè ad Jurisprudentiam nostram privatam pertinent. Cogita jus istud comparandi terras cum Regalibus sine consensu Imp. Privilegia item de non appellando evocandoque, singulariaque illa quoad tutelam, successionem, individuitatem, inalienabilitatem Principatuum &c.

b.) Equidem cùm non unius ejusdemque generis, materiæ vel objecta sint, circa quæ Recessus hi disponunt, *moxque* in illis agatur de rebus, Statum publicum ac ejus administrationem immediate concernentibus, *mox* de negotiis saltem transitoriis, à Cæsare & Statibus expediendis v. g. de certo militum numero conscribendo, de bello Turcico &c. *mox* denique de Legibus causisque privatis v. g. de Contractibus, usuris, Judæis, tutelis, testamentis, commer-

ſtrumentaque Pacis, *publicæ* ſ. *profanæ*, *Religioſæ*, atque *Weſtphalicæ*, fulcrorum iſtorum libertatis tranquillatisque publicæ, juxta cum iis, quæ pro *Executione* earundem, *quà ſacra*, *quà Civilià*, ſalutariter hinc inde diſpoſita leguntur; Nec

commerciis, remediisque ad abbreviandum proceſſum ſalutaribus &c. Quilibet ſtatim videbit agnoveritque, non omnia iſta Eorundem capita, ſed poſteriora tantum huc facere, vel abs nobis in argumentum trahi poſſe. Et quamvis ſint bene multi, (quibus & ILL. GRIBNERUS in *ſupr. cit. Diſp. de Præjudic. Princip. Imp. ex abus. Jur. Juſtin. cap. II.* §. *4. not. d.* calculum ſuum adjecit) qui tùm quidem Receſſus Imp. quando ſcil. rebus cauſisque Juris privati normam præſcribunt, non ipſos quoque Principes ac Status, ſed ſubditos duntaxat eorum obſtringere putant; Sufficere tamen poſſunt, quæ in genere de Illorum in univerſum omnes in Imperio degentes, ipſumque etiam Imperatorem, obligandi vi & efficacia, diſſeruerunt, poſt B. MAURITIUM de *Receſſ. Imp. th. 30.* laudatiſs. Dn. D. SCHWEDERUS tum *in Jur. Publ. Part. Gen. cap. 3.* §. *7.* tum in *Diſs. de Privileg. & Jurib. ſingular. Perſonar. Ill. Sect. II. cap. 2.* §. *12.* itemque Dn. D. GRASS in *Collat. Jur. Civ. Rom. cum Receſſib. Imp. I.* §. *5. p. 18. ſq.* ubi cum maximè ſolennes illas paſſim, & in omnibus fere Receſſibus obvias, formulas obligatorias urgent; Quas & inter uti extantior eſt ea, quæ habetur in *R. J. noviſs. de an. 1654.* §. *199.* ibi: **Und wir die Chur-Fürſten und Stände, und der abweſenden verordnete Räthe, Bottſchaffter und Geſandten ꝛc. gereden und verſprechen, in guten wahren Treuen, alle und jede obbeſchriebene Puncten und Articul, als wie obſteht, ſo viel die einen jeden, oder den, von dem er geſchickt, oder Gewalt habender iſt, betrifft oder betreffen mag, wahr, ſtät, feſt, aufrichtig und ohnverbrochen zu halten und zu vollenziehen, und dem nach allem Vermögen nachzukommen.** ita quoque haud malè omnium loco allegatur. Ac, ut vel plane hic ſileamus uſum & experientiam, in contrarium militantem, quotidianam, quis eſt vel hoſpes ſaltem in Jure publico, qui ignoret, ſummis non ſolum iſtis Tribunalibus, Cameræ ſcil. ac Judicio Imp. Aulico, quam primùm Receſſus ejusmodi publicatus eſt, exempla ad originalia deſcripta, (& *illi* quidem per Moguntinum A Epiſcopum) eum in finem, ut religiosè, quæ ſic noviter ſtatuta, obſervent, transmitti; vid. MAURIT. *l. c. th. 27.* ſed & ipſos Eorum Judices & Aſſeſſores inter alia jurare debere, velle ſe in poſterum penes ipſos litigantibus juxta illa quoque jus reddere. vid. *Ordin. Cam. p. 1. tit. 57.* & *Judic. Aulic. tit. 7. circ. fin.* Jam verò non meræ privatorum, civiumque mediatorum, ſed imo maximam plane partem Principum

Nec non *Ordinationes Cameræ* (quibus & *suo modo*, *c.*) illas *Judicii Imp. Aulici* addere licebit) *Regimenti*, *Politiæ*, *Monetales* ac similes; *d.)* Tum verò *Capitulationes* quoque *Cæsareas*, itemque quæ in causis, ad Circulos pertinentibus, ab unoquovis eorum statuta sunt ordinataque, Crayß-Verordnungen, Abschiede, Edicten, ꝛc. *e.)* Quin & ipsas quodammodo pacificationum *Noviomagensis*,

Principum Statuumque ipsorum causæ (privatæ scil.) sunt, quæ in illis ventilantur definiunturque. *conf. supr.* §. *V. not. a.* Id quod & bene vidit ac concessit B. THOMASIUS *ad Monzamb. cap. V.* §. *13. not. l.* ubi, quando quidem communi totius Imperii consensu LLes hujusmodi ferantur, id eâ intentione fieri docet, ut valerent illæ propriè in terris Judiciisque Imperii.

c.) Scil. digitum hic potissimum intendimus ad novissimam illam, quæ auspiciis FERDINANDI III. Imp. durantibus Comitiis Ratisbonensibus an. 1654. conscripta fuit publicataque. Et hanc vero, licet Electores, (juxta nonnullos) per Capitulationes postmodum conceptas firmaverint, reliqui tamen Ordines, Principes ac Status, cum maxime Comitialem eamque communem suffragationem urgentes, haud approbarunt. Quorsum & spectant, quæ habet TOB. PFANNER in *Histor. Comitior. 1654. Lib. VI. c. 65. & lib. VII. cap. 1. 2. 5. 6. 7.* AUTH. der Grund-Veste *P. III. c. 5.* §. Es hat zwar ꝛc. UFFENBACH *de Judic. Aulic. cap. II.* §. *6.* MAURITIUS *de Judicio Cæs. Aulic.* §. *19.* Equidem cùm noviter AUGUSTISS. IMP. CAROLUS VI. *Capitulat. sua Artic. XVI. circa fin.* promisisset: Gleich nach angetrettener Regierung per Decretum von dem Reich ein Gutachten, wegen zu verbessernder Dero Reichs-Hof-Raths-Ordnung, zu erfordern, und so weiters sothane Verbesserung möglichster Dinge zu befördern ꝛc. Mox seq. A. 1715. sub D. 14. Jan. oppidò notabilis illa Sanctio prodiit, quæ titulum: verbesserte Reichs-Hof-Raths-Ordnung ꝛc. in fronte gerit, & exhibetur in der Europ. Staats-Cantzley *p. XXIV. p. 781. sqq.*

d.) De quibus omnibus ac singulis cum distinctius datâque operâ egerit *Supr. laud.* WERLHOFIUS *in Speciminib. Jur. Germ. patr.* ad illum jam remisisse, satis forsan fuerit.

e.) Et hæc enim Circulorum illorum, a quibus condita sunt, Ordines omnes, eorumque subditos, quin & alios quoscunque in illis degentes, obstringere, certum est. vid. præprimis *Ordinat. Polit. de a. 1577. Tit. 22.* §. *2.* ibi: demnach setzen und wollen wir, daß unser und des H. Reichs-Creyß, jeder vor sich ꝛc. & porro. Dasselbe sollen nicht allein die Creyß-Stände und ihre Unterthanen, sondern auch alle andere in den Creysen, ob sie

 gleich

genſis, Riſvicenſis, Badenſis &c. formulas. *f.*)

§. XXIV.

Num Principes noſtri propriis quoque LLbus, quas ſubditis ſuis, vi ſuperioritatis Territorialis, ſtatuunt, Poſitivis ac Civilibus, vivere, juxtaque eas actiones ſuas privatas metiri teneantur? Quæſtio forſan abſona videatur Domitianæque ſimilis. *a.*) Et tamen nec novum quid nec inſolens eſt, Eosdem etiam cum

gleich nicht Creyß-Stände seynd, zu halten und, solchen nach zu setzen, schuldig seyn. Quod utique, ſalvo ſemper reliquo Jure Imp. publico, intelligendum.

f.) Ubi videlicet non ſolùm ipſas Germaniæ Leges publicas, veluti Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ, pro baſi ac fundamento habent, ſed & hunc vel illum Imperii ſtatum in ſpecie concernunt.

ad §. XXIV.

a.) Etenim ipſo eo, dum *ex ſublimi ſuo Territorii Jure* imperantes, tum LLatores agunt, LLbus iſtis ſibi quidem ſubditos reddunt obnoxios, non verò ſemet ipſos quoque obſtrictos volunt. Ac cùm legis virtus *juxta l.* 7. *ff. de LL.* conſiſtat in imperando, vetando, cogendo, puniendoque; Quis ſubjectorum Principi imperabit, quis coget, quis puniet? Ad minimum, bene notante H. GROTIO de *J. B. & P. L. II. cap. 14. n. 2. §. 2. Punitio & coactio non poſſunt procedere, niſi à voluntatibus diverſis: itaque cogens & coactum requirunt diſtinctas perſonas, neque ſufficiunt reſpectus diſtincti.* Denique, parem in parem non habere imperium, nedum inferiorem in ſuperiorem, veritas eſt per ſe patens, & ad cujus probationem ne quidem opus fuerit allegatione *l. 4. ff. de Recept.* Plane, uti quoque alia plura ad firmandam theſin hanc cumulari aliàs ſolita, ſtudio prætermittimus; Ne curantes quidem, ex diſtinctionibus bene multis hic olim adhibitis, (de quibus vid. *ab* ANDLER in *Juriſprud. publ. & privat. L. I. T. 3. p. 2. n. 9. ſqq.*) famoſiorem illam, communiorique DDrum calculo probatam, inter *vim coactivam*, atque *directivam*; utpote cui & ipſi quàm parum tribuendum ſit, jam ex aliis docuit Dn. D. GRASS *in cit. Collat. I. § 5. p. 17. ſq.* Neque enim, quando vel ipſi *Impp.* THEODOS. & VALENT. in *l. 4. C. de LL.* dignam Majeſtate regnantis vocem arbitrantur, LLbus alligatum ſeſe Principem profiteri, alibique, (ſcil. in *l. ult. Cod. Theodos. de Appell.*) bonum Principem non dedignari dicitur, ſibi, ſalvâ Majeſtatis ſuæ reverentiâ, jus cum privatis eſſe commune; vel & ulterius urgetur, ultroneâ imperantis LLum ejusmodi privatarum obſervantiâ ſanctiores illas apud ſubditos reddi, Principisque ad exemplum eo facilius

cum ſubditis litigantes, in cauſis, Ipſorum intereſſe attingentibus, præſertim *patrimonialibus*, immo & *fiſcalibus*, ubi *Dominii* potius, quam *imperii* quæſtio vertitur, *b.*) ſponte ſua non illorum tantùm Tribunalium atque Judiciorum ordini ſemet per Procuratorem ſubmittere, in quibus ſubditis alias jus dici conſuevit, ſed & eodem plane cum illis jure ſeſe judicare pati *c.*) Quod vel tum nullum amplius dubium habet, ubi valida Ipſos inter, ſubditosque ac ſtatus provinciales *pacta* deſuper inita, in medio ſunt. *d.)*

§. XXV.

Hæc de domeſticis Juribus ſcriptis. Sub *non Scriptis* vero indigitamus famoſum illud nomen, *Obſervantiam* atque *Conſuetudines Immemoriales*. Atqui non has minus in Jurisprudentia noſtra Illuſtriori regnare, omnemque aliquando fere paginam facere, quis rerum in Germania agitari ſolitarum vel parum intelligens non ſtatim comprehenderit? Eæ quippe, per tantum temporis decurſum ſervatæ, maximam tandem partem Jurium illorum atque Privilegiorum, Principibus plane peculiarium, procreatrices feliciſſimæ fuerunt. *a.)*

Nnn 3 §. XXVI.

facilius Civium actiones componi &c. omnia hæc ullam in eodem obſervandæ Legis neceſſitatem important.

b) Quorſum legi merentur, egregiè tradita ſcriptaque *Magni* olim *JCti*, B. D. FERD. CHRISTOPH. HARPPRECHTI *Conſil. L. IV. n. 131. ſqq.*

c.) Quod, quemadmodum communi fere Germaniæ uſu undique, & comprimis *de Saxonia* conſtat; Sic & SERENISS. WURTEMBERGIÆ DUCES idem hactenus exemplo ſuo laudatiſſimo egregie comprobarunt, dum eas nunquam non cauſas, quibus *Camera* Ipſorum implicitæ fuerunt, plerumque per *Remiſſionis*, quam vocamus, viam ad Supremum, quod hic floret, Provocationum Tribunal deferri, ubique juxta propriarum LLum normam, Conſiliariis Aſſeſſoribusque præſcriptam, decidi curarunt.

d.) Et hæc vero, licet omne robur ſuum jam ex ipſo divino Naturæ Jure fœnerentur habeantque; Tamen admodum ſollicitos eapropter fuiſſe ſummos Pacificatores olim Weſtphalicos, patet ex *Inſtr. Pac. Oſnabrug. Artic. V.* §. 33. ibi: *Pacta autem, Transactiones, Conceſſiones, quæ inter tales Immediatos Imperii Status provinciales & ſubditos - nec ab iisdem, niſi mutuo conſenſu recedere liceat.* Itemque ex *Artic. VII.* §. *1.* ibi: *Salvis tamen ſemper Statuum cum ſubditis ſuis conventis, pactis, privilegiis, reverſalibus* &c.

ad §. *XXV.*

a.) Tenaciores utique, quam quosquam Germanos ſubinde fuiſſe morum ſuorum ac uſuum, abs Majoribus ad ipſos transmiſſorum, *tum* in his quoque, quæ

§. XXVI.

Reſtat, ut paucis adhuc de PEREGRINIS & EXOTICIS, huc præcipuè quoque facientibus, JURIBUS diſpiciamus. Ubi quidem nos, quo minus Juri Civili Romano aliquis, idemque ſat amplus tribui queat locus, dubitamus nulli. Quemadmodum etiam, quotiescunque vel adhucdum ſuper præjudiciali illa Quæſtione: *Utrum ſcil. revera illud in Germania receptum fuerit unquam?* controvertitur, affirmativam nos indubitati, ullaque ſine hæſitatione ſubinde reſponde-

quæ definiendis Privatorum cauſis inſerviunt, pro certo habendum. Idque ipſum & eſt, quod temporis ſucceſſu das Reichs-Herkommen appellari cœpit, de quo peculiarem illam Commentationem habemus CULPISII; Cui tamen jungi meretur B. THOMASIUS, tum in *Diſſ. de Jur. Conſuetud. & Obſervant.* tum in aliâ *de Mor. cum Jur. ſcript. content.* Et juxta haſce quoque Conſuetudines judicari oportere, expeditum eſt. vid. cumprimis cit. *Inſtr. Pac. Oſnabrug. Artic. VIII.* §. 4. ibi: *De cætero* omnes laudabiles Conſuetudines, & *S. Rom. Imp. Conſtitutiones & Leges fundamentales, in poſterum religioſe ſerventur.* Et *Capitulat. noviſſ. Artic. I.* ibi: Gerechtigkeiten, Gebräuch und gute Gewohnheiten, ſo ſie bißhero gehabt oder in Ubung geweſen ꝛc. ſie auch dabey als Römiſcher König handhaben und ſchützen. Saltem cum facta præſupponant eædem, quæ probari debent, ipſaque hæc probatio ſæpenumero difficilis ſit; Hanc quidem ii præſertim, qui res in ſupremis Imp. Tribunalibus judicatas, referunt, veluti GAILIUS, MYNSINGERUS, MEICHSNERUS, KLOCKIUS, GYLMANNUS &c. inſigniter juvare poterunt; Aſt longe majora præſtabit *Hiſtoria Germaniæ*, tam antiquior, quam recentior, eaque pragmatica & genuina, juſtisque monumentis ſuis, Diplomatibus, Actis, Scriptoribus &c. inſtructa; Ut vel exinde etiam in noſtra Jurisprudentiæ parte magna ejus & utilitas, & neceſſitas appareat. Exemplo nobis jam inter infinita alia, ſit celebratiſſimum illud, idemque antiquiſſimum *Principum judicium*, das teutſche Fürſten-Recht, cujus exiſtentiam nonnulli quidem ſunt, qui in dubium vocare audent, nos verò cum Dn. D. SCHWEDERO in *Jur. publ. Part. Spec. c. 8. §. 12. ſqq. Excell.* D. JEREM. EBERH. LYNCKIO in *pecul. Diſp. de Jur. Principum*, ac noviſſime in *Staminib. Jur. Publ. Tab. 114. Doctiſſ.* D. JO. AD. KOPPIO in *Tr. de Different. inter S. R. I. Comit. & Nobil. Immed. Sect. II. §. 3. p. 168. ſqq.* & *Sect. III. §. 9. p. 252. ſq.* aliisque, intrepide illud non ſolum aſſerimus vindicamusque, ſed multo latius, ac explicari hactenus ſuevit, ſeſe extendere, præterque cauſas criminales ac feudales, & in aliis Civilibus majoris momenti, inque

spondemus; Satis quippe hoc edocentibus, & *Historia a.)* & *Legibus Imp. ipsis, b.)* &

inque genere, in Sachen, die der Fürsten Land, Leuthe, Fürstenthum und Lehenschafften, auch Leib und Ehre betreffen, obtinere statuimus. Quorsum & haut obscure collimare videtur dispositio *Instrum. Pac. Osnabr. Art. V. §. 55. in fin.*

ad §. XXVI.

a.) Quam tamen, ut plenius hic excutiamus, nec locus, nec tempus quoque, nec scopus permittunt. *vid.* interim quæ post CONRINGIUM de *Orig. Jur. Germ* prolixius tradidere, HERTIUS de *Consultat. LL. & Judic. Germ. §. 14. sq.* THOMASIUS item, BEJERUS, HOFFMANNUS, BRUNQUELLIUS, alii.

b.) Utpote quæ non solum Juris Rom. ceu *communis cujusdam Juris*, mentionem faciunt frequentem, sed & illud, tanquam perpetuo valiturum, passim præcipiunt, observandum. Sic, ut ex multis aliis vel hæc tantum adnotemus, cum MAXIMILIANUS I. IMP. Cameræ Imperialis Judicium A. 1495. fundasset, in Assessoribus hoc præcipuè quoque requisivit, ut essent *jurium periti & promoti*, der Rechten gelehrt und gewürdiget; Jam verò non est dubium, Imperatorem voluisse, ut & eô quoque jure uterentur, in quô honoris gradum meruerant. Porro in §. item alsgleich. 20. *de Ordinat. Cam.* ut in appellationibus à Sententiâ interlocutoriâ idem obtineat, was in den Kayserl. Rechten geordnet, cautum; sed & idem Imp. deinceps in *Ordin. Cam. de A. 1500. §.* die Succession &c. provocat auf gemeine geschriebene Kayserl. Rechte; ac in *Ordinat. Notarior. de A. 1512.* demselben nach &c. Notariis injungit, ut officio suo fungantur nach Innhalt gemeiner Rechten und Gesetzen, ubi simul integer titulus de Testamentis ex Jure Justinianeo petitur, subjunctâ pœnali comminatione, daß alle Notarien diese aus Kayserl. Recht gegebene Form der Testamenten fleißig halten sollen. Et quæ plura alia ex Recessibus Comitiorum, inde sub CAROLO V. habitorum, de A. 1521. & 1529. nec non ex *Ordinat. Ejus Crimin. art. 107. 108. 121. & 135.* argumento diduci solent. Quibus addere omnino oportet, quæ pro asserenda Juris Civilis auctoritate expresse sancita reperiuntur in *Ordin. Cam.* FERDINANDI I. *P. I. tit. 13. §. 1.* ibi: Die Beysitzer sollen nicht nach eigenem Gutbedüncken, sondern auf des Reichs gemeine Rechte Urtheil fassen. *conf. ibid. P. I. tit. 57.* ubi solenni juramento Judex & Assessores constringuntur, ut sententias ferant: Nach des Reichs gemeinen Rechten. Quin & idem in judicio Imp. Aulico observari, patet ex ipsius *Ordinat. de A.* 1654.

& *Praxi* Summorum quoque Tribunalium quotidianâ. *c.)*

§. XXVII.

Sed nec, quando ulterius disquiritur: *Utrum receptio ista ipsas quoque Principum causas & negotia spectet?* ab affirmantium partibus stare facile abnuerimus. *a.)*

§. XXVIII.

1654. tit. 7. ubi pariter non modo Consiliarii Aulici jurare tenentur, auf des Reichs Constitutionen, und die gemeine beschriebene Rechten, sed & *circa fin.* præcipitur, daß das Corpus juris Civilis & Canonici allezeit auff der Reichs-Hof-Raths-Tafel seyn solle, damit man sich derselben gebrauchen könne. Atque sub hisce quidem formulis & dispositionibus ipsissimum jus Justinianeum latere, nec olim dubitarit quisquam, nec hodie fere dubitat sanior ullus. Haut eo minus & hoc dogma sibi aliquando oppugnandum sumsit KULPISIUS in *supr. cit. Diss. de Germanic. LL. authorit.* §. *79. seqq.* Cujus quoque tûm cœpti ipsum nec postea pœnituisse, docuit in *Comment. ad Monzamb. cap. V.* §. *13.* Verum quod solide satis eruditeque incessit B. noster JO. PHIL. DATTIUS de *Pac. publ. L. IV. c. 1. n. 133. sqq.* atque ad locutiones: Gemeine Recht, Kayserliche Rechte, gemeine Reichs-Rechte, aliquot observationes hermenevticas addidit, quas & ipsis aliis textibus egregie roboravit, nihil hic addimus.

c.) Neque verò sufficit amplius ad subruendam hanc, dixisse obvertisseque, non quid fiat, sed quid fieri debeat, attendi opportere; Cum quicquid hic clament privatorum unus alterve, minime hactenus dimovere valuerit vel unicum Collegium inferius, nedum ipsa Superiora summaque plane Tribunalia in Imperio.

ad §. XXVII.

a.) Equidem haut est, ut ad præsumtiones hic confugiamus, nobisque persuadeamus, quemadmodum nemo sibi præjudicare censetur; Sic nec Principes per liberam eamque tacitam admissionem Juris istius Civilis conditionem suam tàm insigniter deteriorem reddere voluisse; Cum contrarium res ipsa loquatur. Jam enim ex Historia, Diplomatibus, aliisque optime fidei monumentis, facile foret demonstrandum, citius istud in ipsorum Principum, quam privatorum, causis & negotiis, auctoritatem locumque obtinuisse, sic quidem, ut jam modò Seculis XIV. & XV. plenissimè loquantur Magnatum Chartæ formulis istis, quibus *beneficiis Juris tam Civilis quam Canonici*, renunciari suevit. vid. omnino plures eorum allegans HERTIUS *d. l.* §. *14.* Imo vero oppido notabilia sunt, atque magnifica, quæ *Magnus* olim

§. XXVIII.

Saltem cum deinceps quærendo pergitur: *Quousque auctoritatem ejus & in se patere voluerint Principes?* non æquius modo, sed & usui Imperii magis consentaneum arbitramur, ut otiosum idem sit, nec antea applicetur, quam ubi I.) nativæ patriæque LLes ac Consuetudines plane deficiunt, II.) iniqui, ipsum dignitatique ac fastigio Nostrorum adversum, nil habet, III.) valde ab antiqua Romanorum Republ. discrepans Germanici Imperii habitus, mores, rerumque & circumstantiarum diversitas non repugnant. Quibus utique limitationibus servatis, receptio hæc Libertati Germanicæ nil plane officere dici potest.

§. XXIX.

Succedit JUS CANONICUM. De cujus auctoritate non una est omnium sententia. Interim tamen non exinde solùm, quod usus ipsius ante Jus Rom. in Germania invaluit, sed & ex primâ eâque majori erga Conditores reverentiâ hoc habet, quod in Processus materiis aliisque pluribus Juris articulis, etiam quoad Principum causas ubique fere prædominetur.

§. XXX.

Quod deniqne ultimo, inter Jura aliunde adscita loco adhiberi suevit, *Jus Feudale Longobardicum*, non minus & suum usum post deficientes Investiturarum literas, pactaque familiæ & Gentilitias, Constitutiones item atque Consuetudines, præstare, negari haud potest.

olim LEIBNITIUS in *Præfat.* sua pereruditа & perquam curiosâ *Codicis Jur. Gent. Diplomatici* de hoc Jure, usuque ejus in Gentium plane Foro docuit, in §. *Habent autem Christiani* &c. ibi: *Itaque ob illam quoque connexionem Gentium Christianarum, quæ ex veteri Romanorum potentia superfuerat, factum esse videtur, ut LL. Romanæ prope instar Juris Gentium communis haberentur &c. Unde & Principes liberos in contractibus & fœderibus, in testamentis, aliisque Juris Gentium vel publici artibus, easdem observare solitos, ex hoc ipso Codice nostro passim apparet. Ita video, obligasse sese Imperatores & Reges sub hypotheca omnium suorum bonorum & regnorum &c.* Sed & tantum abesse videtur quibusdam, ut Jus hoc in Principes nostros vim suam non exserat, ut nullibi fere magis, quam in ipsis, vigere censeatur; Subditi enim, *inquiunt*, mediati plerumque statuta regionum particularia habent, quibus reguntur; Immediati vero, cum ipsimet Jus hoc per conventionem receperunt, stare ei tenentur, ut extra casus, in Constitutionibus Imperii expressos, ab eo recedere non possint,

TANTUM!

XIII.
DISSERTATIO
DE
JURE OPPIGNORATIONUM ANTICHRETICARUM EARUMQUE RELUITIONE
IN
REBUS TUM IMPERII AC PRINCIPUM TUM PRIVATORUM

PRÆSIDE

FRANCISCO CHRISTIANO HENNEMANN,
J. U. Doctore, & Professore Publico & Ordinario.

PRO LICENTIA
defensa à

JACOBO JOSEPHO STEFNE ex Rafhay Leod.

HEIDELBERGÆ, 1726.

Thesis. I.

Αντίχρησις ab ἀντὶ, contra, vicissim, & χράομαι utor dicta, latinè *usus mutuus*, significat contractum pignoratitium, *quo Creditori jus re pignoratâ utendi fruendi in vicem usurarum, vel pro usura æris alieni conceditur à debitore L. 8. in quib. caus. pign. tacit. contrah. L. 11. §. 1. ff. d. pignor. & hypoth. l. 14. l. 17. cod. d. usur.* Churpf. Landr. *part. 2. tit. 16. §. 9. in fin.* Sine quo pacto Creditor fructus ex pignore perceptos vel tenetur restituere debitori, vel imputare in sortem deductis tamen prius sumptibus, cum fructus non intelligantur, nisi deductis impensis. *l. 7. ff. solut. matrim. l. 51. ff. fam. Ercisc.* Tum, quod quælibet res fructificet suo Domino, Dominus autem pignoris sit maneatque debitor, tum etiam, quod pignus à debitore tradatur Creditori non ad utendum, aut fruendum, sed solummodo in Crediti securitatem, consequenter creditor ultra finem, & naturam pignoris, ac intentionem contrahentium fructus lucrari nequit. *d. d. L. L.* Widmont. *ff. d. usur. & fruct.* Carpzov. *p. 2. c. 30. definit. 40.*

Thes. II.

Quamvis autem hæc nomina: Pfandt-Schilling, Pfandtschafft, Verpfändung,

pfändung, & similia ad Juris Intellectum, & proprium significatum redacta pignus insinuent; per ea, quæ passim Interpp. tradunt *ad tit. de pignor. & hypoth.* Müller *ad struv. Exerc. ad ff. 26. th. 2.* Besold. *in thesaur. Pract. vocab.* Pfandt-Schilling, Pfandtschafft. Arumæus *part. 2. Decis. 5. n. 74. in fin.* tamen juxta communem Germaniæ consuetudinem, imo etiam alibi per hæc eadem vocabula contractum Emptionis Venditionis, cum pacto de retrovendendo celebratum, & ipsum prædium, seu rem hoc pacto venditam vulgari modo, seu communissimè, & frequentissimè significari, tum ipsa viva rerum experientia, tum & viri in foro versatissimi nos edocent. Prout ex Zas. *lib. 1. Consil. 12. n. 11.* refert Richterus *in consil. vol. 2. consil. 107. n. 12.* ibi: Sintemahl das Wort Pfandtschafft unter dem gemeinen Mann (Cui secundum Wesenbecium etiam docti nonnunquam sese accommodant:) offt mißbraucht wird, als der nicht eigentlich Unterscheidt hält inter contractum emptionis & venditionis cum pacto de retrovendendo, & contractum pigneratitium. Addat. Arumæus *dict. decis. 5. n. 74. & seq.* Wesenbec. *lib. 1. consil. 2. n. 91.* Binsfeld. *cap. 1. de usur. q. 3. concl. 1.* Fridericus Martini *de censib. cap. 1. pag. 49. num. 166. & pag. 51. n. 183.* Besold. *dict. l.* qui omnes in primis de nostræ Germaniæ consuetudine testantur, quod nomen hoc Pfandschafft frequentissime denotet talem venditionem cum pacto de retrovendendo conjunctam.

Thes. III.

Quæ adeo procedunt, ut licet in instrumento expressa fiat mentio: Eines Widerkauff-Schillings nihilominus subesse possit contractus pigneratitius, quia in Germania frequens quod vocabulum: Ein Widerkauff, pro oppignoratione, ein Pfand-Schilling accipiatur, & per mores Germaniæ die Worte Widerkauff, und Pfandt-Schilling, ejusdem sint naturæ, & virtutis. Gylmann. *Tom. III. in præjudiciis vocab. reluitio p. 299.* Lyncker *consil. 148. n. 5.* Sonderlich in Verpfändtungen, da gantze Schlösser, Aembter, Dörffer, Land, und Unterthanen mit allen Nutzungen, und Herrlichkeiten versetzet werden. Add. Gylmann. *Tom. IV. p. 1. vol. 41. n. 14. ut &* Coler. *Decis. 9.* Unde etiam Camera Imperialis, quod Creditor per consuetudines German. castris, oppidisque oppignoratis fructus lucretur, gleich als ob ein Widerkauff getroffen wäre (cum alias fructus ex pigneratitio contractu in sortem imputentur *dd. LL.*) pronuntiare solet juxta Gylmann. *Tom. ult. p. 2. tit. XI. vol. 5. n. 3. & p. 3. vol. 10.* Besold. *Th. Pr. voc.* widerlösen *it. voc.* Pfandt-Schilling. Unde Juris Consulti Helmstadienses anno 1659. sequentem in modum responderunt: Daß mann vor Alters in Teutschland die beyde Contractus *pignoris & venditionis cum pacto de retrovendendo* wenig unterschieden, sondern fast eines vor das andere gebraucht worden.

Quam ſententiam quoque approbârunt Juris Conſulti Gryphiswaldenſes *in reſponſo ſuo ſuper cauſa Saxo Leoburgica contra Civitatem Lubecenſem in puncto reluitionis Civitatis Möllen concepto die 31. Jan. 1687. quæſt. 6.* ut refert Stryk. *in Uſ. mod. Pandect. de pignerat. act.* §. 7. De qua materia pluribus videatur Strauch. *de oppignorat. rer. Imper. th. 33. & ſeqq.* Thomaſius *in diſput. de uſu pract. diſtinct. inter Emptionem cum pacto de retrovendendo, & contractum pigneratitium c. 3. §. 5. & ſeqq.*

Theſ. IV.

De Jure Civili extra Controverſiam eſt, quod oppignoratio Antichretica, ſeu Antichreſis ſit licita *l. 1. §. 3. ff. de pignor. l. 11. §. 1. ff. eod. l. 33. l. 39. ff. de pignorat. act. l. 14. 17. cod. de uſur.* & paſſim DD. ratio ponitur in incertitudine fructuum & compenſatione legitimarum uſurarum *d. l. 11. §. 1. ff. de pign. & hypoth.* quæ ait: *Si antichreſis facta ſit, & in fundum, aut in ædes aliquis inducatur, eousque retinet poſſeſſionem pignoris loco, donec illi pecunia ſolvatur, cum in uſuras fructus percipiat.* De Jure vero Canonico pactum hoc Antichreſeos uſurarium & illicitum eſt, prout patet *ex cap. 1. 2. & 8. X. de uſur.* Ratio in promptu eſt, quia tunc ſubeſt uſura, quando mutuans accipit ultra ſortem, quam credidit, ſed ſi fructus non teneretur imputare in ſortem Creditor, lucrum perciperet ex mutuo ultra ſortem, ergo uſurarium & illicitum eſt pactum, adeo, ut ſi fructus à creditore percepti adæquent ſortem in mutuum conceſſam is teneatur pignus nulla ulteriori expectata ſolutione reſtituere debitori; imo à tertio quoque poſſeſſore res pignorata repeti poſſit per condictionem *ex cap. 6. X. de pign.* Engel *in Colleg. Jur. Can. de pignor. in fin.* Mev. *p. 5. Deciſ. 342.* Stryk. *in uſu Mod. pandect. de pignor. §. XI.*

Theſ. V.

Tres caſus à prædicta Juris Canonici prohibitione excipiuntur in quibus pactum Antichreſeos eſt extra vitium uſuræ. *1mus* Si quis duxiſſet uxorem, cui ſocer, vel quivis alius extraneus certam pecuniæ ſummam pro dote conſtituit, quam, quia non ſtatim perſolvere poteſt, interim genero ſuo quandam Vineam, vel aliud prædium frugiferum dat pignori, ut ex eo fructus percipere poſſit. Ad quam facti ſpeciem Pontifex Innocentius III. *In Capit. ſalubriter 16. X. de uſur.* reſpondet: *Generum ad fructus poſſeſſionum, quæ ſibi à ſocero ſunt pro numerata dote pignori obligatæ computandos in ſortem non eſſe compellendum, cum frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonii ſupportanda.* Cum ratione exceſsûs pactum liberare præſumatur. Chriſtophor. Schambogen *§. fin. inſtit. de pignor.* *2dus caſus:* Si Dominus directus Vaſallo ſuo pecunias credidiſſet, is autem directo Domino prædium feudale oppignoraſſet, quo caſu directus Dominus fructus interim, quamdiu mutuum non perſolvitur, lucratur,

& in

& in sortem imputare non tenetur. Per text. *in Cap. 1. X. de feud.* Ratio in feudi natura ac conditione ponitur: quæ est, ut sicut Vasallus fructus illos, licet servitia excedant, ex voluntate directi Domini recte percipit, ita & econtra, si Vasallus sit immunis à servitiis, eos directus Dominus recte percipere possit. Schambog. *dict. loc.* modo tamen feudum non sit emptum, aut multum à Vasallo melioratum, nam si pro concessione intervenerit pecunia, aut Vasallus notabiles fecerit in feudo meliorationes, tunc Dominus directus absque fructuum imputatione in sortem non erit ab usurarum vitio immunis. Widmont. *in Colleg. Pandect. tit. de usur. n. 91.* *3tius casus est in cap. 1. X. de usur. in fin.* ubi habetur: *nisi forte Ecclesiæ beneficium fuerit, quod redimendum ei de manu Laici hoc modo videatur.*

Thes. VI.

Posito hoc quoad pactum Antichreseos inter Jus Canonicum, & Civile discrimine hoc in quæstionem venit: utrum his nostris temporibus, quibus usuræ quincunces, & semisses permittuntur, ac tolerantur dispositio JurisCanonici observari, an vero secundum provisionem Juris Civilis pronuntiari debeat, quod ejusmodi pacta Antichreseos valeant & subsistant? quod adhuc hodie dispositio Juris Canonici sit servanda, & pactum Antichreseos non valeat tradit Modestin. Pistor. *Consil. 13. incip.* nun ist dann *n. 20.* vers. dieweil aber dannoch & seq. *Vol. 1.* Joh. Köppen *Decis. 22. n. 4.* Sed contrarium passim statuitur postque complures citatos Berlich. *part. 2. decis. 170. n. 16. & seqq.* fusè deducit, quod tamen non obtinet, si fructus essent certi, ut usuras legitimas ex generali consuetudine Germaniæ concessas excederent quotannis. Köppen. *Dict. decis. 22.* Berlich. *d. loc.*

Thes. VII.

Plerumque in *expressam*, & *tacitam* dividitur Antichresis; *tacita* dicitur, si debitor Creditori in securitatem Crediti gratuiti rem frugiferam pignori dederit absque fructuum reservatione, quo ipso tacite hoc actum videtur, ut Creditor interim re illa fruatur, donec creditum restitutum, ita tamen, ut fruitio illa legitimum usurarum modum non excedat. *l. 8. ff. in quib. caus. pign. tacit. contrah.* cujus legis dubia verba: *gratuita pecunia* contra varias Interpp. dissensiones, de quibus Godofred. *ad d. l. 8.* ita cum Stryk. *in usu mod. Pandect. de pignorat. act. §. 4.* commodissimè declarari putamus, si pecuniam illam dicamus gratuitam, quæ sine usurarum stipulatione credita est, in cujus compensationem fruitionem rei oppignoratæ concessisse præsumitur creditori. *Expressa* vero Antichresis est, cum res frugifera nominatim eâ lege traditur creditori, ut in vicem usurarum ex eâdem fructus percipere possit, quæ à *tacita* Antichresi eatenus differt, quod in illa creditoris potestas percipiendorum fructuum limi-

tata sit, ac ad legitimam usurarum quantitatem restricta *d. l. 8.* econtra in hac, scil. expressa refert, utrum fructus ex re oppignoratâ perceptibiles certi sint, an incerti? si prius, puta, quia fructus uniformem, ac immutabilem æstimationem habent, tum creditoris potestas in illis percipiendis rursus ad legitimum usurarum modum restringenda est, ne alias fraudibus aperiatur fenestra, ac fœneratoribus optima præbeatur occasio, saluberrimas leges, certum usuris modum præscribentes eludendi. Si posterius, eoquod proventus ac æstimatio fructuum tempore mutari soleat, tunc creditori liber rei Antichreticæ usus permittitur, ita, ut omnes fructus, licet quantitatem legibus definitam excedant, percipere possit, quia facile dari potest casus, quo fructus ex re oppignorata perceptibiles nequidem adæquent legitimas usuras, quod proinde damni periculum spe majoris lucri compensandum videbatur. *l. 17. Cod. de usur.* Frantz. *in Instit. de pignor. §. 7.* Faber *in cod. lib. 4. tit. 43. definit. 40. n. 10.* Carpzov. *p. 2. constit. 30. definit. 40. n. 10. & seqq.*

Thes. VIII.

Antichresin in re sua constituere potest quilibet Dominus habens liberam rerum suarum administrationem per *l. 21. cod. mand.* juxta formam tamen à Jure communi, aut statutario præscriptam vid. Churpf. Landr. *p. 2. tit. 16. §. 2.* vers. Doch so jemand. speciali ratione id prohibetur, si res nobis sit cum agricolis, cum his enim fundorum, pecorum, vel mancipiorum rusticorum *ἀντίχρησιν* facere non licet. *Nov. 32. & seqq.* Rauchb. *p. 1. quæst. 20. n. 15.* ibi: *cum agricolis part. 5.* Carolus Molin. *Tract. de usur. quæst. 35. n. 261.* quo tamen loco *vers. secus si agricola multos habeat* limitare videtur hanc Juris communis dispositionem, illamque tunc locum habere putat, si agricola unicum tantum fundum habeat, secus si habeat plures, & unum, quo carere potest, daret in Antichresin. Molin. *d. l.* Berlich. *part. 2. decis. 170. n. 3. & 4.* pari modo, quo & instrumenta rustica, personæ, & res ad agriculturam pertinentes oppignorari cum effectu, aut capi non possunt. *l. 7. & l. 8. & auth. agricultores cod. quæ res pign. oblig. poss.* Ita ut nec valeat, si agricolæ sponte dent talia instrumenta. Post plures citatos Brunnem. ad. *dd. LL.* putans hanc sententiam esse receptiorem, & magis favere agriculturæ, quod præsertim nostris moribus servit, quibus agricola fundum privare instrumentis rusticis nequit in præjudicium superioris. Er muß die Hoffgewehr bey dem Guth lassen. Brunnem. *d. l.*

Thes. IX.

Constituta itaque Antichresi creditor amplissimam habet potestatem ex fundo oppignorato fructus percipiendi, atque omnes obventiones, ita ut quemadmodum usufructuario, cui usufructus prædii jure emphyteuticario ad tertium spectantis usufructus inter vivos, vel mortis causa constitutus est, ipsa

etiam

etiam laudemia per tempora durantis seu constantis ususfructus obvenientia tribuuntur. Post plurimos ita statuente Corasio *ad l. 4. in verbis: nisi quinquagesimam partem. n. 24. Cod. de Jur. emphyt.* inquiens: de Laudemio contendunt Dominus soli, & fructuarius, receptum est, Laudemium ad fructuarium pertinere, utpote cujus sunt omnes in universum fructus, & quæcunque obventiones. Harpprecht. *cons. 35. n. 155. & seqq.* sic etiam & potiori jure creditori antichretico laudemium ab Interppr. adjudicetur, eoquod & ipse in casu liberæ, & indeterminatæ fruitionis prædii antichretici omnes fructus ad exemplum usufructuarii percipiendo suos faciat. Per *l. 17. in verb. ut fructus consequeretur Cod. de usur. l. 11. §. 1.* ibi: *ut fructus percipiat ff. de pignor.* Christoph. ab Hagen. *de usu usur. cap. 11. n. 222.* Lauterbach. *id disput. de Jure ἀντιχρήσεως. Thes. 42.*

Thes. X.

Supra jam *Thesi VII.* insinuatum est, qualis sit differentia quoad perceptionem, ac imputationem fructuum inter antichresin *expressam*, & *tacitam*. Quæ res cum sit majoris considerationis placet formare quæstionem: *an in antichresi expressa excessus in fructibus sorti quoque imputetur, & Creditor hic etiam de perceptis, & percipiendis rationes reddere teneatur?* v. g. in casu sequenti: Vor die mir geliehene tausend Reichsthaler thue ich meinem Glaubiger mein Guth Tusculanum dergestalt Pfandts-weiß übergeben, daß er an statt der Zinsen solches nach eigenem Gutbefinden nutzen, und geniessen möge, num, si fructus percepti excedant usuras 1000. imperialium, Creditor ad rationes teneatur, ac superfluum reddere, vel in sortem imputare debeat? Stryk. *in usu Mod. Pandect. tit. de pignorat. act. §. 5.* cum Tabore *de altero tanto p. 3. art. 12. th. 7.* Rauchb. *p. 1. qu. 20. n. 25.* Lauterbach. diss. de antichresi th. 53. Cujac. *ad l. 17. Cod. de usur.* Anton. Fabr. *in error. pragmat. err. 5.* Negativam tuetur ex ratione: quod quilibet debitor minori mercede prædium suum locare possit, quam fructus inde redigi queant, modo locator non sit læsus ultra dimidium, ac proinde nihil obstet, quo minus prædium pro usuris Creditori locetur, ut plus inde capiat, quam quidem ordinaria usurarum quantitas admittit, L. *si ea pactione 14. Cod. de usur.* Jam verò antichresis nihil aliud sit, quam locatio fundi, ita ut usuræ alias præstandæ cum locario compensentur; sicut itaque conductor locatori non tenetur ad rationes reddendas, ita nec talis creditor antichreticus in hoc casu; ut merito *L. 3. Cod. h. t.* De fructibus percipiendis restringenda sit ad antichresin tacitam, quia ibi fructuum perceptio Creditori expresse non est indulta; in quam sententiam facultatem quoque Juridicam Hallensem *Mens. Febr. 1707.* ivisse, atque ita pronunciasse testatur laudatus Stryk. *dict. loc. §. 6.* in verbis: Daß aus denen Actis so viel zu befinden, daß

Suppli-

Supplicant von der geforderter Rechnung über die Intraden des Antichreticè eingehabten Guths, biß zu der Zeit der erhobenen Klag zu verschonen, und es bey dem Contractu antichretico allenthalben zu lassen seye. Rationes decidendi adducit sequentes: quod, licet *l. 3. Cod. de pignerat. act.* Creditores antichreticos ad rationes reddendas, ac superfluum sorti imputandum adstringat, hæc tamen dispositio *d. l. 3.* tunc locum habeat, ubi expressum pactum de compensandis usuris cum fructibus pignoris non oppositum, sed res frugifera simpliciter oppignorata est; aliud dicendum esse de contractu antichretico expresso, in quo à parte rei subest contractus locati conducti, in quo loco mercedis pro usu alicujus prædii debitori usuræ ab ipso alias solvendæ relinquuntur, quo casu nemini prohibitum est prædium suum minoris, quam fructus percipi possint, elocare *d. l. 14. Cod. de usur.* præterea ajunt, Creditorem hic esse Dominum fructuum, cujus lucro ac detrimento cedunt, qui proinde ad rationes reddendas de illis fructibus, & reditibus, qui ipsi Jure dominii cum periculo, & commodo competunt, non sit adstringendus, ut graviter errare illos, qui Creditorem antichreticum ad rationes reddendas vocat, asserat Mev. *in discuss. levam. inop. debitoris c. 4. n. 23.* Rauchb. *p. 1. q. 20. n. 25. & seqq.*

Thes. XI.

Econtra cum distinctione Respondent Frantz. *Instit. §. 7. de pignorat. act.* Widmont. *Colleg. Pandect. tit. de usur. §. 96.* nosque cum illis sequentem in modum: vel fundi oppignorati conditio ita constituta est, ut etiam contraria tempestate, vel incidente notabili sterilitate tamen plures fructus deductis etiam sumptibus, quam est usurarum quantitas, singulis annis percipere possim v. g. ex vineâ mihi mutuanti pro ducentis mutuo datis oppignorata cum pacto antichreseos singulis, & non adeo fertilibus annis fructus ad 20. florenos percipio, & hoc casu singulis annis decem floreni erunt in sortem imputandi, vel debitori restituendi per *l. 17. Cod. de usur.* vel conditio rei pignori datæ non consistit in certis, sed potius in proventibus valde incertis, ut facile contingere possit, ac subinde soleat, quod fructus mensuram usurarum interdum non adæquent, interdum excedant, licet computatis pluribus annis Excessus aliquis, non tamen adeo notabilis reperiatur, talis fructuum excessus nec erit in sortem imputandus, nec restituendus, tum quod fertilitas unius anni compensetur cum alio minus fertili, tum etiam, quod omnia dependeant à futuris, & incertis contingentibus, quæ incertitudo causa est, quod *in d. l. 17. Cod. de usur.* Antichresis sustineatur, dum denique si fructus percepti quantitatem usurarum non attingerent, debitor usurarum defectum non suppleret, ergo si subinde plus fructuum nanciscatur Creditor, nec debitori aliquid restituendum est. Arg. *l. 25. §. 6. ff. locat. conduct.*

Thes. XII.

Cæterum ſicut in materia poſſeſſionis multum intereſt, utrum quis rem animo, ſeu opinione Domini, ut interpretatur Paulus in *l. 22. ff. de noxal. act.* an vero ſimpliciter ſibi quocunque modo habendi teneat; Ita etiam creditores antichretici, qui pignori quidem incumbunt, extra tamen animum Dominii, quia ſibi poſſident propter Jus, quod in re conſtitutum habent, non niſi naturalem dicuntur habere poſſeſſionem. *l. 13. §. 1. ff. de Public. in rem act. l. 3. §. fin. ff. ad exhib. l. 35. in fin. l. 37. l. 40. ff. de pignorat. act. l. 37. ff. de acq. rer. Dom.* atque ita, quia non eo animo nanciſcuntur poſſeſſionem, ut credant ſe eſſe Dominos ideo de fructibus rationes reddere tenentur, exemplo omnium eorum, qui in re alterius verſantur, & adminiſtrant. Gabriel *in Commun. opin. lib. 6. vol. 2. n. 50.* ut hic præcipuus effectus ſit pignoris antichreticè poſſeſſi, quod creditor poſſidens fructus ſuos faciat, ex quo principio defenditur tacita antichreſis, quæ contrahi intelligitur juxta *ſuperius dicta*, ubi pecunia mutuo data eſt gratuito, & res, quæ fructus fert, pignori data eſt, quia hoc ipſum conventum cenſetur, ut fructus loco uſurarum retinere liceat, de qua ſpecie loquitur *l. 8. ff. in quib. cauſ. pig. tacite contrah.* ubi Godofred Chriſtoph. ab Hagen *de uſuuſur. & ann. redit. c. 11. n. 13. ſeq.* Anton. Perez. *Cod. de pact. pign.* At vero quia ideo creditor fructus percipit, ut ſibi ſatisfaciat, utique ut conſtet, num ſatisfactum ſit, rationes reddere tenetur, cum poſt ſolutionem pignus ſit reſtituendum. *l. 1. Cod. de pignor. act.* ibique DD. ita ut etiam juramentum ipſi quandoque injungi poſſit, Dan. Moller *lib. 4. ſemeſt. cap. 19. n. 3.* ut quantitatem fructuum perceptorum ſignificet Berlich. *deciſ. 88. n. 28.* quamvis enim hoc caſu videatur dicendum, quod debitor affirmans ſatisfactum eſſe ex fructibus, illud ceu ſolutionem allegatam probare teneatur, ut judicavit facultas Juridica Hallenſis *in ration. dubit. apud* Stryk. *in uſu Mod. Pandect. tit. de pignorat. act. §. 6. allegatis.* Difficile tamen, vel potius impoſſibile foret debitori, cum ipſemet bona non poſſederit ſed creditor, cumque fructus non omnibus annis ſint æquales. Hahn *ad Weſemb. tit. de pignor.* Ziegler *Deciſ. 12.* ex quo porro conſequitur, quod Creditores ampliſſimas poſſidentes hypothecas & credito ſuo, & hypotheca ſimul excidant, & ipſi Creditores debitores fiant, ſi nimirum fructus, qui ſingulis annis percipi potuerunt, primum in uſuras imputentur, & quod ſupereſt, ſorti detrahatur, quo caſu ſors non tantum, ſed & uſuræ ſingulis annis minores fient, & tandem penitus abſorbentur. Berlich. *p. 2. concluſ. 1.* Köppen *dec. 22. n. 4. ſeqq.* Neguzant. *de pignor. p. 5. membr. ult. n. 1.* Stryk. *de caut. contract, ſect. 2. cap. 4. §. 22.*

Thes. XIII.

Illud jam in quæstionem venit, quomodo rationes ineundæ sint, utrum sufficiat de perceptis tantum fructibus eas conficere, an vero de percipiendis etiam teneatur Creditor? dubium videri poterat ex eo, quod bonæ fidei possessor, qualis est Creditor causam habens à Domino, de fructibus percipiendis non teneatur, sed hæc malæ fidei possessoris pæna sit, qui nullum jus in solo habet, ita æquum est, ut non de perceptis tantum, verum de iis quoque, qui non percepti, honestè tamen percipi potuerunt, respondeat *l. 33. l. 62. §. 1. ff. de rei Vind. l. 5. Cod. eod. §. 2. Instit. de offic. jud. l. 4. Cod. unde vi. l. 25. §. 4. de hæred. petit. l. 1. Cod. eod.* Hartm. Pistor. *p. 4. q. 28.* Sed non videtur hic locum habere hæc ratio, eo quod distinctio possessionis, quæ ex bona & mala fide desumitur, ad eos propriè pertineat possessores, qui animo, vel opinione Domini possident, & hinc igitur Creditor neque malæ fidei est, dum causam habet à Debitore Domino, nec bonæ fidei, quoniam abest opinio Dominii, Bachov. *ad Treutl. Disp. 21. th. 1. lit. F. vol. 2.* nec igitur quæ de perceptione, & restitutione fructuum bonæ, & malæ fidei possessoribus attribuuntur, ad Creditores extendere licet. Pro affirmativa autem, quod Creditor fructus etiam percipiendos imputare teneatur clarissimus habetur textus *in l. 3. cod. de pignor. act.* ibi: *Creditor, qui prædium pignori nexum detinuit, fructus, quos percepit, vel percipere debuit, in rationem exonerandi debiti computare necesse habet.* Cum quo consentit *l. 2. Cod. de pact. pign.* ibique Brunnem. *n. 2. & seqq.* & ratio est, tum quia debitoris interest, rem suam pignoris nexu citius liberari, tum quia Creditor in bonis debitoris versari debet, ut bonus Paterfamilias arg. *l. 8. §. 1. ff. de reb. auth. jud. possid.* vid. Panormit. *in cap. 1. n. 5. X. de usur.* Unde si agrum deteriorem constituit, eo quoque nomine pignoratitia actione obligatur *l. 3. Cod. de pignorat. act.*

Thes. XIV.

Hoc tamen singulariter addendum est, Creditorem à Prætore immissum de Jure Civili non videri ad tantam necessitatem adstringi, ut de fructibus etiam percipiendis teneatur, cum nec si quid perditum, aut amissum de pignore fuerit, dum tamen dolus abfuerit, resarcire id obligatur, & ideo restringenda ea esse, quæ hactenus diximus, ad Creditorem tantum eum, qui ex conventione pignori incumbit. Ita enim diserte Ulpian. *in l. 9. §. 5. ff. de reb. auth. jud. poss. Est præterea quæsitum, si deteriora prædia facta sint sine dolo malo creditoris, vel jura eorum amissa, vel ædificia diruta, vel exusta, item familiæ, pecorumque*

cura

cura acta non sit, aut possessio alii tradita, sine dolo tamen malo, aut teneatur? & apparet eum non teneri, quia dolo malo caret, eritque melior ejus conditio, quam in pignore creditoris, qui non tantum dolum malum, verum culpam quoque debet. Si ergo de dolo tantum teneatur taliter immissus, frustra ab eo exigentur fructus percipiendi. Brunneman. *ad l. 2. Cod. de pact. pign.* Neguz. *de pignor. memb. 2. n. 34.* Contrarium videtur statuere Mev. *part. 9. decis. 81.* in summario: *Creditor immissus imputat in creditum fructus non tantum perceptos, sed etiam percipiendos.* Aitque porro: existit verò frequens inter Creditorem, & Debitorem controversia cum rationes redduntur, ut ad istas teneatur Creditor de quantitate fructuum, hoc plerumque quo eo citius liberetur, ac rebus suis repotiatur, majores perceptos obtendente. Atque ita ex Jure sentimus, Creditorem teneri credito imputare fructus non tantum perceptos, sed etiam percipiendos. Hactenus Mev. *d. loc.*

Thes. XV.

Alterum hic, & non inelegans subnascitur dubium, utrum ratio fructuum, qui percipi potuerunt, conficienda sit ex persona debitoris, id est, ut tantum cogatur Creditor deducere de sorte, quantum debitor potuisset habere ex re oppignorata, an vero ex persona Creditoris. Sichardus *in d. l. 3. Cod. de pignor. act.* cum Baldo pro Creditore respondet, quod ratio ineunda sit ex persona ipsius potius, quam Debitoris, quod à Debitore Domino causam habeat, quæ tamen ratio non usque adeo firmiter concludit. Dominicus solo Debitoris personam considerat, & vult fructus pignoris, quos Debitor non perciperet, nec percipere cogitaret, non debere Creditori in sortem imputari. *l. 6. de Just. & Jur. q. 1. n. 2.* sed hoc refutat Navarrus in manuali *cap. 17. n. 216.* tum quod fructus proveniant ex bonis alienis, tum, quod industria Creditoris facile possit superare quantitatem totius debiti, & facere, ut fructus eam multis modis excedant. Brunnem. *ad l. 2. Cod. de pact. pign.* ait: *ex hac l.* apertè demonstrari, non tantum à Creditore præstandos esse fructus, quos percepit Creditor, sed & quos percipere potuit ipse, habito respectu non ad alterius, sed ad Creditoris personam, quia Creditor non est malæ fidei possessor, sed habet causam possidendi à Domino, ergo si per culpam levem (nam hæc sola à Creditore in hoc contractu præstanda, non vero levissima) aliquos fructus, vel operas non percepisset, quos tamen ipse percipere potuisset, hos fructus, vel operas præstare teneatur. Neguz. *de pignor. m. 5. p. 5. n. 1.* Covarruv. *in cap. quamvis. p. 1. §. 4. n. 14. lib. 6. de pact.* Molina *Tr. 2. disp. 535. n. 3.* ex eadem *l. 2. de pact. pign.* colligitur veritas sententiæ, ait Brunnem. *ad d. l. 2.* quod Creditor

 etiam

etiam eos fructus computare debeat, quos ipſe percipere potuit, licet Debitor non potuerit percipere. Fagundez. *de J. & J. lib. 7. cap. 7. n. 6.* Carolus Molin. *de uſur. n. 264.* Creditorem, ait de fructibus percipiendis teneri, ſi quos non percepit culpa lata, aut levi, non vero teneri, ſi quos non percepit culpa leviſſima; quæ ſententia eo nititur fundamento, quod Creditor non teneatur ad culpam leviſſimam, ſed tantum ad levem *per l. 5. §. 6. ff. commod. §. fin. Inſtit. quib. mod. re contrah. obligat. l. 14. l. 30. ff. de pignor.* & hoc eſt, quod ante diximus Creditorem diligentis patrisfam. officium ſuſtinere debere Ziegler. *deciſ. 12.*

Theſ. XVI.

Sejus à Sticho mille imperiales mutuos accepit ad 20. annos, eique non ſolum prædium ſuum Tuſculanum pro ſecuritate Crediti oppignoravit, ſed & in eo Antichreſin conſtituit ad prædictum tempus, cum autem ex poſt graviſſima clades bellica Provinciam invaſiſſet, remque cum jure Antichreſeos datam ita devaſtaſſet, ut niſi facta prius reparatione, inſumptisque magnis impendiis, nihil, vel parum fructuum exinde ſperari potuiſſet, Creditor contractum nondum elapſo tempore reſignavit, ac pecuniam creditam repetiit, cumque non ſolveretur, prædium æſtimari & diſtrahi petiit. Quæſtio orta eſt, an duret contractus licet per bellorum calamitates eo vaſtitatis fundus deductus ſit, ut parum fructuum inde ſperari poſſit; reſpondemus cum Mev. *part. 6. deciſ. 266.* affirmativè, eo quod duplex ſubſit contractus, alter principalis *Crediti*, & alter acceſſorius *pignoris* pro illius ſecuritate. Etſi vero interitus rei oppignoratæ pignus perimat, ideoque etiam hic contractus iſta perempta deſinat, *l. 5. Cod. de pignor. act.* attamen creditum ipſum, ſeu principalis obligatio minime extinguitur *d. l. 5.* ut vero Debitor non attenta pignoris clade nihilominus Credito obnoxius eſt, ita viciſſim Creditor legem Crediti ſervare tenetur, ideoque cum pecuniam ad vicennium credidit, etſi interea pignus interiit, vel inutile redditum ſit, tamen mutuo ſtare debet, nec enim pignoris interitus eſt modus tollendi principalem Crediti obligationem, nec defectus fructuum pignoris conventionem ſuper mutuo mutat, niſi expreſſim illa conditio adjecta fuerit, ut dum non ultra, quam is habetur, duraret. *d. l. 5. & 6. Cod. de pignorat. act.* Mev. *d. l.*

Theſ. XVII.

Majoris autem difficultatis res eſſe videtur, quando ſine pignore Antichreſis, ut unus idemque contractus initur, & mutuum contrarium contrahitur.

An

An & tunc mutuum duret ex parte mutuarii ? ex ſimilitudine rationis Mev. *d. part. 6. deciſ. 266.* idem tenet, quod *praced. quaſt.* Nam licet pacti Antichretici utilitas caſu imminuatur, tamen Crediti ratio non mutatur, cum ut de eo repetendo poſt caſum nihilominus actio Creditori manet, ita Debitori donec tempus præſcriptum non tranſiit, retinendi ratio ſubſiſtit, deinde periculum eſt Creditoris quoad utilitatem Antichreticam, ſicut eſt Debitoris quoad acceptam pecuniam, quando itaque caſus pecuniæ quoad hunc non extinguit mutuum, nec caſus prædii Antichretici quoad illum nocere debet. Et ubi cauſa, pro qua datum aliquid, non culpa alicujus, ſed caſu fortuito non eſt ſecuta, minime locus eſt repetitioni. *l. pen. Cod. de condict. ob cauſ. dat.* ibique Brunnem. vid. Carpz. *p. 2. conſtit. 35. definit. 24.*

Theſ. XVIII.

Si itaque ob ſupervenientem calamitatem, quæ prædium antichreticum devaſtavit, non deſinat contractus, nec exiſtat Creditum reſignandi & repetendi facultas, ſupereſt dubitatio, an non Debitor Creditori ad uſuras deinde obligetur, donec pecunia ſolvatur. Et reſpondet Mev. *d. part. 6. deciſ. 268.* etſi Antichreſis vice uſuræ ſit, & in ejus locum conventa, ideo tamen, quod iſtius utilitas per caſum belli impediatur, non ſuccedit onus uſurarum de quibus deficit ſtipulatio, nec exurgit alia cauſa, vel culpa, ob quam à debitore præſtari debeant. Nihil hic ultra debet, quam ut præſtet, quantum in ſe eſt fruendi facultatem; eoque minus tenetur, quod periculo Creditoris ſit fructuum perceptio, quod circa etiam ejus id damnum; nam quomodo ſi fructus excederent uſuræ licitæ quantitatem nihil inde Debitoris commodo cedit, ſed lucrum eſt Creditoris, ſic ubi multum infra illam ſunt, etiam hoc Debitori imputari non debet. Quam quidem ſententiam eatenus admittimus, ſi ſuo lucro, & periculo Creditor accepit Antichreſin, cujus jus, & æquitas eſt ex incerto fructuum *l. 17. Cod. de uſur.* ideo, uti lætatur Creditor ex fructuum abundantia, ita etiam æquiſſimè ſolus luget ex iſtorum damno Mev. *d. loc. n. 5.*

Aliud putamus, ſi mutuum, & Anrichreſis ſit ſimpliciter contracta, intuitu fructuum ex prædio percipiendorum in vicem uſurarum v. g. Gegen ein Darlehn von 1000. Rthlr. baar Geld jährlich ad 5. pro cento intereſſe gibt Stichus dem Sejo ſein Guth loco uſurarum zu benutzen, und zu genieſſen, quo caſu ſi ob calamitates bellicas, aliamque cauſam perpetuam Sejus ex prædio Antichretico nullos omnino percipit fructus, Stichus uſuras licitas ſupplere tenetur. *arg. eorum quæ trad. DDres ad tit. Cod. de condict. ob cauſ. dat.* probaturque

que arg. *a pari ex L. curabit 5. Cod. de act. empt. & vend.* ubi Impp. Dioclet. & & Maximin. rescripserunt, quod compellendus sit emptor, qui nactus possessionem *fructus percepit*, partem pretii, quam penes se habet, cum usuris restituere, ex quo à contrario infertur, secus dicendum esse, cum fructus percipere non potuit. *Ergo* etiam si Creditor fructus ex fundo Antichretico percipere non potuit, ex parte Debitoris consurgit obligatio usuras licitas præstandi. Secundum arg. deducitur *ex L. Julianus 13. §. veniunt 20. ff. de act. empt. & vend.* ubi dicitur, quod debeantur usuræ pretii post diem traditionis, additurque ratio: *cum re emptor fruatur, æquissimum est, eum usuras pretii pendere.* Cum itaque Juris-Consultus rationem usurarum ponat *in fruitione seu perceptione* fructuum, exinde sequitur, si frui non liceat, vel fructus percipere, usuras non deberi. Ergo etiam si Creditor frui non possit fundo antichretico in vicem usurarum oppignorato, usuras petendi à Debitore jus consequitur. Tertio magis, & clarius probatur ex *l. liberalitatis 16. §. 1. ff. de usur.* ubi Paulus Juris-Consultus respondet: *Iniquum esse usuras ab eo exigi, qui fructus non percepisset.* Nam ut Godofred. *ad L. Julianus 13. §. veniunt 20. ff. de act. empt. & vend.* notat: fructuum & usurarum æqua vicissitudo est, qui fructus rei venditæ percipit, usuras pretii nondum soluti præstat venditori, nec enim sufficit rem habere, sed illud spectare debemus, an facultatem habeat fructus percipiendi. *d. l. 13. §. possessionem 21.* Fachin. *Lib. 2. controv. cap. 31. §. unde cum seqq.* unde Fridericus Martini *tract. de eo quod interest cap. 5. n. 17.* ita discurrit: emptor ad usuras ratione fructuum perceptorum est obligatus *d. l.* curabit *5. Cod. de act. empt. L. Julianus §. veniunt ff. eod.* ergo à contrario sensu, si emptor nullos ex re percepisset, vel percipere potuisset fructus, vel propter rei sterilitatem, vel propter calamitatem, vel propter nimium æstum, vel propter bellum, ad usuras fructuum non est obstrictus. Ex quo pro nostra assertione argumentum à contrario tale formatur: si iniquum est usuras ab eo exigi, qui fructus non percepisset, *ergo* etiam iniquum est usuras ex suo capitali non accipere illum, qui fructus ex fundo in vicem usurarum antichreticé oppignorato percipere debuit, & tamen nullos percepit. Martini *d. loc.* Manz. *decis. Palat. quæst. 6. n. 14.*

Thesis XIX.

Pluribus hucusque monstratum est, quod Creditor ex pignore antichretico fructus perceptos, ac etiam percipiendos imputare debeat, ac primo quidem in usuras, & deinde quod superest in sortem. *l. 1. Cod. de solut.* ibique Brunnemann, & quod pignore id suum proprium commodum inscio, & invito Domino

mino uti non possit. *L. qui jumenta ff. de furt. §. furtum autem instit. de obligat. quæ ex delict. nasc. l. 56. in pr. & §. 1. ff. de furt.* fallit tamen hæc assertio in pignore se movente, sive nutritio in essenden Pfandt, idest, in animalibus, rationabiliter enim concessum esse videtur possessori pignoratitio, ut eo tempore, quo illa sub manibus, & in sua potestate habet, ex beneficio legis *per textum in l. 2. §. 5. in fin. ff. de aqua & aq. pluv. arc.* usurpare possit, sicut propria sua animalia. Diximus, *possit*, quia hoc Creditoris voluntati, & arbitrio permittitur, ita tamen, ut si iis uti velit, pro pastu & nutritione à Debitore, tanquam Domino nihil petere possit, si autem uti nolit, obligatus sit Debitor nutritionem die Aetzung, pretio condigno solvere, eoquod alimentatio spectet ad animalium Dominum. Diximus ulterius, quod uti possit pignoratis animalibus, sicut propriis, ratio est, quia contractus pignoratitius est bonæ fidei, requiritur igitur officium boni viri, ut nimirum pignoratis animalibus non plus oneris imponat, quam propriis; nam si contra fecerit, actione pignoratitia tenetur Debitori ad omne damnum; quare autem usus cum nutritione compensetur, tametsi quis cum animalibus pignoratis plus mercedis lucrari potuerit, quam in alimenta eorum insumptum sit, prout quotidie in stabulariis experimur, qui sua animalia pro certa mercede in singulos dies locant, ut tamen conductor præter mercedem etiam jumentis necessariam pabulationem subministrare debeat; ratio alia non videtur esse, quam, ut litigia evitentur, cum modicum Prætor non curet, raro autem animalia plus in die mereri possint, quam sumptus eorum requirat. Atque ita sentimus cum illustr. D. Baron. Schmitt *ad Jus Bavar. tit. 15. art. 16.* in quo habetur: Wären es aber essende Pfandt, so mag der Glaubiger die ziemlich, und solcher massen, als sein eigen Viehe für die ätzung wohl brauchen, da er aber die nicht braucht, so soll der das Pfand versetzet hat, die ätzung zu bezahlen schuldig seyn.

Thes. XX.

Interim hæc inter usum, & fructuum perceptionem differentia est, quod Debitor Domino inscio, & invito re oppignorata omnino uti non possit, attamen illo ignorante, & renuente fructus rei oppignoratæ percipere, eoquod pignori cedant, ut sunt partus ancillarum, fætus animalium &c. quæ, si servando servari non possint, à Creditore vendi, & pretium eorum in diminutionem debiti computari debet, ut in effectu aliud sit de usu pignoris, & de fructibus pignoris invito Domino disponere, cum illud sit extra Creditoris potestatem, hoc autem in ejus arbitrio, quia eadem facilitate conceditur illi distractio fructuum, quam ipsius pignoris, utpote tanquam accessorium rei princi-

principalis, eodem nexu cum pignore obligatum, pretium tamen non ſuo, ſed Debitoris lucro accipit, & à ſorte detrahit. Molin. *de J. & J. diſp. 535. de contract. n. 2.* Eodem modo uſus rei pignoratæ à ſorte deducendus eſt, ita tamen, ut non detrahatur pretium pignoris accepti, ſed quantum æſtimabitur uſus illius, pro tempore, quo Creditor illum inſcio, & invito Domino ſibi attribuit; ut eſt textus *in l. qui jumenta ff. de furt. L. ſi pignore in pr. & §. 1. ff. eod. §. furtum autem inſtit. de obligat. quæ ex delict.* ubi Creditor pignore utens dicitur furtum committere, non ut in actionem veniat ipſa rès pignorata, vel ejus æſtimatio, ſed ſola æſtimatio uſus, quæ & proinde à ſorte deducitur. Arg. *eorum quæ ſupra dicta ſunt.*

Theſ. XXI.

Ex hactenus dictis patet, quam dura, & periculoſa ſit conditio Creditoris ratione fructuum ex pignore redundantium, dum non tantum rationes reddere de fructibus perceptis, ſed & percipiendis tenetur *L. 3. Cod. de pignor. act. Bachov. de pign. lib. 5. cap. 22. Vultej. vol. 3. conſ. Marpurg. 18. n. 67. & ſeqq.* quos ſcilicet ipſe Creditor percipere potuiſſet; ne etenim is penitus malæ fidei poſſeſſori comparetur, ita temperatum eſt, ut reſtituat fructus non quos Dominus, ſeu Debitor, ſed quos ipſe Creditor pro conditione ſua percipere potuiſſet, malæ fidei poſſeſſor illos, quos Dominus percipere potuiſſet, ut ut ipſe pro ſua conditione tantos percipere non valuiſſet, reſtituere tenetur. *L. 62. §. 1. ff. de Rei Vind.* Stryk. *de act. for. Inveſtig. ſect. 1. memb. 5. §. 30. in fin.* ob quam cauſam ſæpius contingit, ut Creditores ampliſſimas poſſidentes hypothecas, & Credito ſuo, & hypotheca ſimul excidant, & ipſi Creditores Debitores fiant, quod ſequenti modo evenire poteſt, dum fructus, qui ſingulis annis percipi potuerunt, primum in uſuras imputentur, & quod ſupereſt, ſorti detrahatur, quo caſu ſors non tantum, ſed & uſuræ ſingulis annis minores fiunt, & tandem penitus abſorbentur. Berlich. *p. 2. Concl. 1.* Köppen *deciſ. 22. n. 4. ſeqq.* Neguzant. *de pignor. part. 5. memb. ult. n. 1. ſeq.* exemplum, & calculum exhibet Stryk. *in uſu mod. ff. ad tit. de pigner. act. circa fin.* hinc DD. varias excogitarunt cautelas, quibus ſe ab hoc onere liberare poſſint Creditores, quarum aliquas hic afferemus.

Theſ. XXII.

Ac primam quidem cautelam ſuggerit Stryk. *de caut. contract. ſect. 2. cap. 4. §. 23.* ut ſcilicet Debitores obligationi reddendarum rationum renuntient.

tient. v. g. Allermassen ich vor die mir geliehene zehen tausend Reichsthaler meinem Glaubiger das Lehen-Gut Tusculanum dergestalt Pfandts-weiß übergebe, daß er es nach eigenem Belieben an statt der Zinsen Nutzen, und gebrauchen möge, ohne Ablegung einiger Rechnung, massen ihme, dieselbe hiemit per expressum soll erlassen seyn. Sed num hæc cautela, & renuntiatio subsistat? si spectemus regulam, quod quilibet juri pro se introducto renuntiare possit *L. pen. Cod. de pact.* videretur, quod sic: attamen, quia subesse posset usuraria pravitas, quam leges damnant, contra legem vero nulla renunciatio subsistat, non putat Stryk. *d. loc.* hanc cautelam validam esse in casu, si reditus ex pignore percipiendi certi sint, vel in fructibus incertis evidens excessus quotannis appareat, ita enim in effectu idem esset, ac si usurariæ pravitati renuntiatum fuisset, possetque excessus non obstante renuntiatione nihilominus exigi, & repeti per text. singular. *in L. Aurelius 28. §. 4. ff. de liberat. leg.* ubi habetur: *Mævia testamento suo alterum ex hæredibus suis actione tutelæ voluit liberare his verbis: rationem tutelæ, quam egit Julianus Paulus cum Antistio Cicerone, posci ab eo nolo, eoque nomine causa omni liberatum esse volo.* Quæro, an, si qua pecunia ex tutela apud eum remansit, peti ab eo possit? respondit, *nihil proponi, cur pecunia, quæ pupillæ est, & apud tutorem posita maneret, legata videretur.* Atque ideo propter suspicionem usurariæ pravitatis pacto caveri non potest, ne fructus ex pignore percepti in sortem imputentur. *C. 1. X. de usur. Cap. illo vos. cap. cum cortra X. de pignor. l. 1. Cod. de distract. pignor. l. 5. Cod. de pigner. act.* Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib. 11. tit. 8. n. 1.* Vultej. *Consil. Marpurg. Vol. 3. cons. 18. n. 70.* quia per obliquum admitti non debet, quod prohibitum est per directum, prohibitum autem est de Jure Canonico ex pecunia credita accipere usuras, *ergo* etiam prohibitum esse debet, loco usurarum accipere fructus pignoris. *cap. consuluit, & tot. tit. X. de usur.* quod tamen intelligendum est, si versemur in tali per constitutionem pignorum roborato, qui præstationem usurarum excludit, ut diximus de mutuo, in quo usuræ Jure divino, & humano prohibitæ sunt, aliud dicendum est de casibus & contractibus, in quibus usuræ permissæ sunt, ut in contractibus bonæ fidei, ubi usuræ quincunces, idest quinque per centum ex lege vel consuetudine debentur loco interesse, moræ, vel etiam in iis contractibus, ubi debentur ex pacto, & stipulatione propter lucrum cessans vel damnum emergens; nam in talibus casibus fructus percepti non tantum imputanrur in sortem, sed etiam in usuras legitimas. Mant. *loc. cit. n. 18.* unde & rectè Carpzov. *p. 1. const. 32. definit. 29.* hanc cautelam rejicit, qua Debitor promittit, se ratione perceptorum fructuum stare velle

ſimplici aſſertioni Creditoris, daretur enim ita delinquendi anſa, & Creditor hoc pacto illicitas uſuras callidè tegeret.

Theſ. XXIII.

Ex qua eadem ratione, cum adminiſtratores pro reddenda ratione conventi nonnunquam à redditione rationum ſe excuſare nitantur ſub prætextu, quod teſtator, vel Dominus neceſſitatem reddendæ rationis eis remiſerit, dubium, & quæſtio ſatis difficilis eſſe ſolet: *an per talem remiſſionem à reddenda ratione, ſeu reliquorum ſolutione liberentur?* & videri poſſet, quod ab utroque liberati cenſeantur, cum in re ſua quilibet ſit moderator & arbiter. *L. in re mandata 21. Cod. mand.* etiam abutendo. *L, ſed ſi §. conſuluit ff. de hæredit. petit.* & quod neceſſitas reddendæ rationis remitti poſſit probat text. *in L. cum Neceſſitas Cod. de fideicom.* ubi neceſſitas rationum reddendarum poteſt remitti in teſtamento text. etiam *in L. quidam decedens ff. de adminiſt. tut.* ubi Pater, qui filiis teſtamento tutorem dedit, poteſt illis redditionem rationum remittere; ſed his non obſtantibus contrariam ſententiam amplectimur, quod neceſſitas reddendi rationem adminiſtratori minimè remitti poſſit; & remiſſione non attenta ad redditionem rationum, & reliquorum reſtitutionem adminiſtrator teneatur. Ruin. *Conſil. 54. n. 12.* Covarruv. *Lib. 2. variar. reſolut. cap. 14.* Eſcobar. *de ratiocin. cap. 5. n. 1. & ſeqq.* hoc autem operabitur ejusmodi remiſſio, ut licet ab actione in rem, & reliquorum reſtitutione dolo, vel lata culpa tutor, vel alius adminiſtrator non liberetur, ſi quid tamen negligenter geſſit, ſcrupuloſa, nimisque curioſa inquiſitio non fiat, ut declaravit Marcianus Juris Conſult. *in L. ſi ſervus vetitus ff. de legat. 1.* ubi, *ſi ſervus*, inquit, *vetitus eſt à teſtatore rationes reddere, non hoc conſequitur, ut quod apud ipſum eſt reliquum, omnino non reddat, ſibique lucri faciat, ſed tantum hoc conſequitur, ut ſcrupuloſa nimis, & curioſa inquiſitio non fiat, hoc eſt, ut culpæ levis, vel leviſſimæ ſive negligentiæ ratio non habeatur.* atque ita conſuluit ſcilicet *in d. l. cum Neceſſitatem. Cod. de fideicom.* Decius *conſil. 192. verſ. ſecundo principaliter.* Eſcobar. *d. loc. n. 5.* multo ergo minus poterit in contractu antichretico, ubi inſuper de evitanda labe uſuraria agitur, Creditor liberari à redditione fructuum perceptorum, & à reſtitutione eorum, qui legitimas uſuras excedunt, per *ea, quæ ſupra deduximus.*

Theſ. XXIV.

Thes. XXIV.

Hæc tamen cautela securior videtur, dum contractum pignoratitium ineuntes renuntiant in specie dispositioni *L. 3. Cod. de pignerat. act.* v. g. und soll mein Glaubiger nicht schuldig seyn de fructibus percipiendis einige Erstattung zu thuen, oder ihme dieselbe in Rechnung bringen zu lassen, sondern er soll nur bloß von demjenigen gehalten seyn, so er aus meinen Güthern würcklich genossen, zu welchem End ich hiermit dem Beneficio *l. 3. Cod. de pignerat. act.* per expressum renuntiire, eoquod hic revera nullum lucrum transeat in Creditorem, dum fructus percipiendi, sive, quos non percepit, ipsi tantum remittuntur. Stryk. *de caut. contract. sect. 2. cap. 4. §. 24.* hoc tamen temperamento & restrictione addita; Jedoch daß der Creditor nicht vorsätzlich in Einhebung der Nutzungen etwas versaume, alias enim ad delinquendum, seu negligenter tractandas res Debitoris invitari posset. Stryk. *d. loco.*

Thes. XXV.

Securissimum proinde est, ut loco contractus pignoratitii ineatur contractus retrovenditionis, in quo longe melior est conditio Creditoris, quam in contractu pignoratitio, Creditor enim hic fit emptor, & per consequens Dominus rei, nam Dominii translationem pactum de retrovendendo non impedit. Quapropter omnes fructus lucratur, nec illos in sortem imputare tenetur, etiamsi legitimum usurarum modum longissimè excedant, imo etiamsi pretium longè minus sit æstimatione prædii ita venditi, nam usque ad dimidium læsio in emptione toleratur, ut notum est ex *l. 2. Cod. de rescind. vendit.* multo minus ad rationes obligatur Creditor, aut ad computationem fructuum percipiendorum, cum jure Domini utatur, fruatur prædio intra tempus præfinitum, ut hinc commodum, & incommodum ipsius sit. Carpzov. *p. 2. c. 1. definit. 1.* modo tamen contractus cum pacto retrovenditionis occasione mutui initus non fiat simulatus, & usurarius. Carpzov. *d. loc. def. 2.* vid. Berlich. *2. concl. 1. n. 6. seq.* Myns. *cent. 6. obs. 70.* Lyncker *in analect. ad Struv. Syntagm. lib. 13. tit. 7. th. 52.*

Thes. XXVI.

Quæ hactenus in præcedentibus *Thes.* deduximus, concernunt oppignorationes, & antichreses in rebus privatorum, de iis, quæ in rebus tum imperii

perii, tum Principum locum habent, nunc agendum erit. Duplices autem ſunt oppignorationes Imperiales, Reichs-Pfandtſchafften, vel enim bona oppignorata ſpectabant ad Imperium, & ſtatibus imperii nomine erant obligata, vel ſpectabant ad ſingulos ſtatus, & ab iis iterum aliis ſtatibus erant oppignorata. Obrecht. *ad Inſtrum. pac. art. 5. §. omnia quoque 26. in verb. oppignorationes imperial.* oppignorandi, ſicut & alienandi res imperii poteſtatem ante ætatem Caroli V. penes ſolum Imperatorem fuiſſe, ex factis alienationibus illo tempore probat Strauch. *Diſſertat. de oppignorat. rerum imperii thes. 25. ſeqq.* Exempla diverſa allegat Schweder. *introduct. in jus publ. part. ſpec. ſect. 1. cap. 23. n. 1.* in quibus omnibus alienationum exemplis ne verbum quidem de adhibito ordinum conſenſu apud ullum occurrere ex Strauch. *th. 22. 27. 28.* ait Schwed. *dict. loc.* certo indicio Impp. tum de bonis, & provinciis Imperii libere diſponere, easque ſuo pro arbitrio alienare, & oppignorare potuiſſe; nam ſi conſenſus ſtatuum quorundam neceſſario interponi debuiſſet, unus, vel alter ſcriptorum monuiſſet, eum contra leges, & conſuetudinem fuiſſe neglectum. Ac proinde cum Carolo V. primum Jure Capitulationis, Electorum conſenſum requiri cæptum eſſe putat Strauch. *dict. loc.* Carpzov. *ad L. reg. Germanor. cap. 7. ſect. 1. n. 1.* alii referunt reſtrictionem poteſtatis Imperatorum alienandi, vel oppignorandi res Imperii ad Friderici II. ævum. Limnæus *ad Capitulat. Caroli V. art. 9. verb.* verſchreiben, verſetzen, verpfänden, *p. 163. n. 5. ſeqq.* ut ſaltem nihil rite ſine Electorum conſenſu ad minimum Impp. alienare potuerint. Schwed. *d. loc.* ut ut ſit, hoc certum eſt, ab ævo Caroli V. usque ad noſtra tempora jus alienandi bona Imperii magna ex parte penes Electores fuiſſe, ut patet ex verbis Capitulationis illius: Wir ſollen, und wollen dem Heil. Römiſchen Reich, und deſſelben Zugehörungen ohne wiſſen, willen, und zulaſſen gemelter Churfürſten ſambtlich nichts hingeben, verſchreiben, verpfänden, verſetzen, noch in andere Wege vereuſſeren, oder beſchwören. Quæ deinde repetita in reliquis Capitulationibus Cæſareis. Vid. Capitulat. Ferd. I. *art. 8.* Maximil. II. *art. 6.* Rudolphi II. Matth. Ferdinandi II. *art. 8.* Ferdinandi III. IV. *art. 9.* Leopold. Joſeph. *art. 12.* Caroli VI. *art. 10.* Cujus tamen glorioſiſſimi Imperatoris Capitulatio *dict. art. 10.* à formalibus ſupra allegatis Capitulat. præcedentium in eo differt, quod in illis non niſi conſenſus Electorum, in hac autem non ſolum Electorum, ſed & Principum, & reliquorum ſtatuum, deren Churfürſten, Fürſten, und Ständen Einwilligung requiratur. Vid. *dict. Capitulat. art. 10.* quod & probari videtur ex inſtrumento *pacis Cæſar. Gall.* §. *79.* & *80.* in verb. *à Cæſare, & Imperii ſtatibus*, item: *ex communi ordinum*

ordinum sententia. unde Limn. *Tom. 5. 1. P. p. m. 245. & ad A. B. c. 5. 1. 1. observ. 28.* reliquis Imperii statibus in ejusmodi alienationibus partes quoque suas asserit. Schweder. *dict. loc. n. 4.*

Thes. XXVII.

Quæstionem hic ex Limn. ad Capitulat. Caroli V. *art. 9.* verb. sämbtlich affert Schweder. *d. l. num, collegialiter, ut majoris Collegii Electoralis partis consensus sufficiat, an vero separatim, & sic omnium, ac singulorum, quot quot eorum sunt, Electorum unanimis consensus requiratur?* Unanimem omninm consensum requirit Limn. *d. l.* propter vocabulum: sämbtlich: cum Sprengero *lib. 1. c. 6. p. m. 32.* & Schwed. *d. l.* majoris collegii partis assensum sufficere putamus; cum regulare sit, secundum majoritatem votorum concludi. *L. 19. ff. ad municip. L. 45. Cod. de decuriin. cap. 57. X. de Elect.* propter imbecillitatem tam intellectus, quam voluntatis humanæ, quæ tanta est, ut nulla consors decisio in collegio aliquo unquam sperari possit, nisi parte majore minor vincatur. *L. 17. §. 6. ff. de recept qui arbit. recep.* Hugo Grot. *de Jure B. & P. l. 2. c. 5. n. 17.* qua de causa in comitiis Imperii expressis legibus fuit cautum, ut discrepantibus in uno, vel altero puncto votis, ad pluralitatem respectus habeatur R. A. zu Trier, und Cölln *de anno* 1512. §. es sollen auch die Churfürsten 7. R. A. zu Wormbs *de anno* 1521. §. würden sich. Coring. *dissert. de Comit. Imp. thes. 55.* etsi unanimis omnium Electorum consensus individualiter requisitus fuisset, dubium non est, quin hoc expressum esset specifice; *ut in instrum. pac. art. V. §. 19.* ac singulariter *in capitulat.* Augustissimi Imperatoris Caroli VI. *art. 7.* in verbis: Es seye dann nicht allein mit aller, und jeder Churfürsten Wissen und Willen, zu lassen, und Collegial-Rath durch einhelligen Schluß also in diesem Stuck: (*scilicet concessione novi telonii, vel veteris augmentatione,*) verfahren, daß keines Churfürsten Wiederrede, oder Dissens dargegen, und dergestalt alle und jede in dero Collegial-Stimmen einmüthig seyen, masen dießfalls die Majora nicht zu attendiren, und ohne die unanimia nichts zum Stand zu bringen.

Thes. XXVIII.

Licet itaque Imperatores juxta dicta sine consensu omnium Imp. Statuum, aut saltem majoris partis res, & bona Imperii alienare, aut oppigno-

rare non possint, promittunt tamen iidem noviter electi, se res ante prohibitionem oppignoratas creditoribus relicturos, eosque in quieta earum possessione defensuros, ita enim Carolus V. *in Capitulat. art. 4.* Wir sollen, und wollen denen Ständten sambt der Reichs-Ritterschafft ihre Regalia, und Obrigkeiten, Freyheiten, Privilegien, Pfandtschafft auf gebührendes Ansuchen ohne einige Weigerung und Auffenthalt, in guter beständiger Form confirmiren, und bestättigen, sie auch dabey als erwählter Römischer König handhaben, schützen, und schirmen vid. *Capitulat.* Ferdinandi I. Rudolphi II. Maximiliani II. *art. 4.* Matth. Ferdinand. II. III. IV. Leopoldi & Josephi *art. 3.* Caroli VI. *art. 1.* in verb. Reichs-Pfandtschafften *secundum instrumentum pacis.* in quo id ipsum *art. 5. §. 26.* sequenti modo confirmatum reperitur: *quod ad oppignorationes imperiales attinet, cum in Capitulatione Cæsarea dispositum reperiatur, quod electus Romanorum Imperator Electoribus, Principibus, cæterisque Statibus immediatis Imperii ejusmodi oppignorationes confirmare, atque illos in earundem tranquilla & quieta possessione defendere, ac manutenere debeat, conventum est, hanc dispositionem, donec consensu Electorum, Principum, & statuum aliter statutum fuerit, observandam, atque propterea Civitati Lindau nec non* Weissenburg *in Noricis reddita sorte oppignorationes imperiales ipsis ademptas illico, & plenarie restituendas.* Ex quo sequitur, quod non solum res, quæ ex conventione reluitionem non admittunt, ohnablößliche Pfandtschafften, sed & illæ, quæ sui natura reluitioni sunt obnoxiæ, & juri reluendi subjectæ, vi confirmationis imperatoriæ lui non possint. Strauch. *dissert. exoter. 4. Thes. 15.* Schweder. *introduct. in jus publ. part. spec. sect. 1. cap. 23. n. 5.* quamvis non desint, qui putent, quod reluitio huic confirmationi Cæsareæ non sit contraria, sed ea intelligenda sit de modis illegitimis, quibus alias pignora extorqueri solent, quod etiam probat Limn. *ad Capitulat. Caroli V. art. 4. p. 151. seq.* cujus sententiam, si decisio *instrum. pac. d. art.* seponatur, verissimam esse putat Obrecht. *ad dict. instrum. pac. art. 5. §. 26. in verb. oppignorat. imperial.* sicut enim, quando v. g. Imperator alicui regalia, velle Privilegia confirmat, non censendus est hoc ipso modos, quibus privilegia de jure amittuntur, vel abrogare, sed tantum illis medetur, quibus contra jura quis in usu regalium & privilegiorum turbari posset, ita idem etiam quo ad Confirmationem oppignorationum dicendum videtur, cum reluitio certe legitimus modus amittendi pignus sit. add. Strauch. *d. exercit. 4. Th. 15.* Fritsch. *Exercit. var. jur. publ. vol. 1. exercit. 2. de oppignorat. rer. Imp. Th. 38. per tot.*

Thes. XXIX.

Thesis XXIX.

Verum quidem est, quod Impp. in Capitulat. suis, & post illos singulariter augustissimus & invictissimus Carolus VI. *in Capitulat. sua art. 10.* promiserit: daß er sich auf das höchste bearbeiten, und allen möglichen Fleiß, und Ernst fürwenden solle, und wolle, das jenige, so von dem Reich abkommen, als verpfändete und verfallene Fürstenthum, Herrschafften, und Landen zum forderlichsten wiederum darzu zu bringen, ac proinde prædicta confirmatio der Reichs-Pfandtschafften subsistere non possit, sed potius omnia illa vindicare, ac repetere debeat; sed sane non illa, quæ status justo titulo ab Imperatore possident, hæc enim in fine *dicti §. 26. instrum. pac. art. 5.* ac Capitulat. Impp. diserte excepta intelliguntur per verba: doch männiglich in seinen gegebenen Privilegien, Rechten, und Gerechtigkeiten ohnschädlich; nec tam extra Imperium sunt, quam intra Imperium ab ordinibus imperii justè possidentur. Sed ea, quæ Imperio subducta, so vom Reich abkommen, verfallene Fürstenthum, Herrschafften, & hujus generis alia, siquidem alicujus pretii, & in manibus exterorum injustè detinentur, ac de his intelligendum putat D. Strauch. *dict. dissert. de oppignorat. rerum Imp. th. 42.* Privilegium Serenissimis Comitibus Palatinis datum, & à longo tempore quæsitum, aque Cæsaribus confirmatum, ut loca, & Dominia Imperii à Cæsaribus extra Imperium alienata, & oppignorata ipsis eodem pretio, iisdem conditionibus redimere liceat. Teste Frechero *orig. Palat. cap. 16.* Schwed. *dict. loc. n. 6. in fine.* Vietor *de exempt. concl. 35.* Textor *in jur. publ. statuum Imp. tit. 8. n. 446.* Limn. *tom. 1. cap. 9. n. 82.* ubi quidem Textoris *d. loc.* interpretationem dicti Privilegii nimis angustam putamus; dum illud ad partes Palatino Vicariatui subjectas restringit, quasi illa potestas in interregno reluendi bona imperii oppignorata pars sit commissæ potestatis generalis in his, quæ Reipublicæ emolumentum evidenter inferunt, nec Vicariis sunt specialiter exempta, secundum ea, quæ tradit Laud. Textor *in Jur. publ. Cæsar. tit. de Vicar.* in quibus non ademptis, & Imperio proficuis numeranda etiam reluitio videtur bonorum imperii oppignoratorum, utique si ad priorem statum redeant, quanquam Serenissimo Electori, si suis pecuniis reluat, ex æquitate tantisper, dum illæ restituantur facultas retinendi haud sit deneganda. *arg. art. 5. §. 26. in fin. instrum. pac.* Obrecht. ibidem *in fin.* Vero simile autem apparet, pergit *d. loc. n. 448.* Textor, hoc jus, quod specie distincti Privilegii ponitur, hanc ipsam facultatem dare reluenti, & dum ritè reluerit, succedat in jus pignoris, vel hypothecæ prioris, cum alias facta solutione pignus,

nus, vel hypotheca non transferatur in solventem. *L. 1. Cod. de his, qui in prior. Credit. loc. succed.* ibique Brunnem. Angusta nimis, ut supra diximus, hæc interpretatio privilegii Palat. videtur, quia nihil speciale tribueret, in quo tamen natura & substantia illius consistit. §. *6. inst. de J. N. G. & Civ. l. 2. & l. 3. ff. de Constit. Princip.*

Thes. XXX.

Non itaque hoc ipso, quod in Capitulat. Caroli V. & subsequentium Imperatorum, oppignorationes statuum essent confirmatæ, reluitioni pignorum imperial. derogatum est, præsertim quo ad Civitatem Lindaviensem, & Weissenburg am Nortgau. Author *actor. Lindaviens.* Knipschild *de Civit. Imp. l. 3. cap. 31. Instrum. pac. art. 5.* §. *26. in fin.* Multo minus prædicta Confirmatio imperatoria ad reliquas, inter Principes imperii oppignoratas terras extendi poterit, Confirmatio enim deren Pfandtschafften, quæ in *capitulat. Cæsar.* hucusque repetita, possessores quidem securos reddit, ne illis quæstio moveri possit, oppignorationes istas sine consensu Cæsaris, vel Electorum, aut statuum, vel ob aliquod obstaculum, illegitimè factas esse, von vero prioribus Dominis jus reluendi ademit; nec obstat *instrum. pac. art. 5.* §. *26. circa fin.* ubi dispositum reperitur, quod cum in Capitulatione sua Imperator promiserit, se Electoribus, Principibus, cæterisque statibus immediatis imperii ejusmodi oppignorationes confirmare, atque illos in earundem tranquilla, & quieta possessione defendere, & manutenere velle, & hanc dispositionem tam diu observandam esse, donec consensu Electorum, & statuum aliter statuum fuerit, quia, ut docet contextus, locus hic non generaliter capiendus, sed tantum, quoad *oppignorationes imperiales* olim ab ipsis Imperatoribus factas, securitas promittitur, ne Imperatoris arbitrio revocari, aut redimi posint, donec aliter cum statibus imperii desuper conventum. Quod vero attinet oppignorationes statuum inter se, reluitioni expressè locus conceditur *d. art. 5.* §. *27. instrum. pac.* ubi sic habetur: *Quæ vero Bona Status Imperii sibi invicem pignoris Jure ante hominis memoriam obligaverunt, in iis reluitioni aliter locus non detur, nisi possessorum exceptiones, & merita causarum sufficienter examinentur. d. art. 5.* §. *27.* Stryk. *in us. mod. ff. de pignerat. act.* §. *14. ubi exemplum. & præjudicium allegat inter Ducem Saxo-Leoburgicum, & Civitatem Lubecensem, ratione Civitatis Mollen, & Bergedorff cum pertinentiis.*

Thes. XXXI.

Thes. XXXI.

An in antichresi locum habere possit pactum *irreluibilitatis?* v. g. Gegen taussend Reichsthaler Darlehn versetze ich dir dieses mein Guth solcher gestalt, daß du dasselbe an statt der jährlichen Zinsen, nutzen, und geniesen möges / ich aber nicht befugt seyn solle solche tausend Thaler wieder zu zahlen, noch du schuldig seyn sollest solche anzunehmen, und das verpfante Guth wieder zu geben. Resp. Negative, quia idem esset, ac si Dominium pignoris plene translatum esset, quo ipso desineret esse pignus, vel sub hac oppignoratione vera latitaret alienatio, jam vero pignus in perpetuum constitui nequit. Cothman. *vol. 2. resp. 57. n. 104. & seq.* Leges imperii novissimæ, scilicet *ordinat. politica de anno 1548. tit.* von wucherlichen Contracten *17. §. 8. reformat. polit. de anno 1577. tit. 17. §. 9.* propter similes fere rationes, & abusus in emptione annuorum redituum der jährlichen Gülten formam præscripserunt; ut scil. Creditor, seu emptor annuorum redituum der jährlichen Gülten, non habeat facultatem repetendi sortem, bene tamen venditor, qui in effectu Debitor est, eandem restituendi. Valet tamen pactum, ut Creditor, seu Emptor sortem repetere, & ita per consequens pignus vendere, vel executionem in hypothecam urgere possit, *si scil. usuræ stato tempore non solvantur.* sicut expresse provisum est in R. J. *de anno 1600. §. 35.* ubi ita disponitur; Ferner ist biß anhero im Heil Reich nicht austrücklich versehen gewesen, da, der Schultner sich selbsten obligirt, und verbundten, da er in Zahlung der jährlichen Gülten sich saumig erzeigen würde, alsdann dem Glaubiger also bald, die Haupt-Summam neben die Gülten wieder zu geben, ob solcher Contract im Heil. Reich zu gelassen. *& in eod. §.* contractus hic tanquam in imperio usitatus, & frequentatus expresse approbatur, & via executionis succurritur Creditori contra Debitorem *dict. recess. §. 35. in fin.* Carpz. *p. 3. c. 24. def. 18.* nec per leges imperii permissum est hoc pactum mutuum, daß das Capital unablåßlich, und also die Pfandtverschreibung in perpetuum auch ratione Debitoris beståndig seyn soll. Arg. *ordinat. polit. de anno 1577. tit. 17. §. 9.* quia *LL.* imperii voluerunt consulere Debitori, ne sub perpetuo onere æris alieni, & obligationis bonorum hæreret, non sine sui damno, Creditor vero continuum speraret Lucrum. Unde etiamsi partes utrinque retuntiarent *LL.* imperii seu *dict. ordinat. polit.* hoc tamen invalidum esset Arg. *L. non dubium 5. Cod. d. LL.* Carpzov. *p. 3. c. 24. def. 17. n. 7.* Hartman. Pistor. *obs. 63.* Stryk. *in us. mod. ff. de pignerat. act. §. 16.*

Thes. XXXII.

Inter magnos Principes & Status Imperii ſuprematum habentes non infrequens, ſed ſæpius uſitatus eſt contractus pignoratitius, ubi urbes, caſtra, integros pagos, dynaſtias, & oppida, imo ſubinde integra territoria cum Jura ſuperioritatis, pro certa pecuniæ ſumma in antichreſin, & contra fruitionem concedunt, donec pecunia reſtituatur, quæ res calamitoſis noſtris temporibus maxime circa exercitium religionis maximas turbas concivit, ut ait illuſtr. D. Baro Schmitt *ad Jus Bavar. tit. 15. art. 16. n. 15. in fin.* quæritur itaque: *An Creditor Antichreticus*, ein Pfandts-Inhaber einer Herrſchafft, eines Ambts, *habeat, & exercere poſſit jus reformandi?* Dicimus autem *jus reformandi eſſe jus in territorio, vel ditione, aboletis ſacris prioribus introducendi ſuam religionem, vel ſaltem ejus exercitium, atque adeo faciendi ea omnia, quæ dicto fini obtinendo deſerviunt, qualia ſunt miniſtros, ſcholas, conſiſtoria ſuæ religionis inſtituere, eorum ſuſtentationi reditus, bona, Eccleſias attribuere.* hoc jus reformandi ex Jure territoriali profluit, & ejus pars principalis eſt; oder wie Linckerus *Reſp. 58. n. 1.* ſaget, ein jedweder Stand des Reichs hat vi ſuperioritatis territorialis das Jus reformandi religionem, worunter nicht nur die immutatio ſacrorum, ſondern auch die introductio cultus alieni, ſaltem in imperio probati begriffen wird. Klock. *conſ. 9. n. 10.* Mingius *cap. 5. de ſuperiorit. territ. th. 61.* th. Michael *de jurisd. th. 49. Litt. C.* de hoc jure reformandi fervente pacis Oſnabrugo-Monaſterienſis negotio acris erat diſceptatio ex utraque parte, cujus argumenta pro, & contra Author. *Hiſtoria pac. lib. 5. §. 42. & 43. pag. 599. & ſeqq.* refert, tandem pro affirmativa, ſcil. pro jure reformandi deciſum eſt, ut videre licet *in inſtrum. pacis art. 5. §. 30. quantum deinde.* Ubi in terminis aſſeritur: *ſtatibus immediatis cum jure territorii, & ſuperioritatis ex communi per totum imperium hactenus uſitata praxi etiam jus reformandi exercitium religionis competere.* Lyncker. *dict. reſp. 58. n. 1.* Obrecht *ad inſtrum. pac. art. 5. §. 3. verb. nullique ſtatui immediato.* Hertius *de ſuperiorit. territor. Th. XI. XII. XIII.* Jam ad quæſtionem ſupra poſitam Reſp. *Negative*, quod ſcil. Creditor Antichreticus jus reformandi non habet, quia hoc jus nempe reformandi exercitium religionis dependet à Jure Territorii, & ſuperioritatis. *dict. art. 5. §. quantum deinde 30.* adeoque competit Domino territoriali, Creditor autem, qui in poſſeſſione pignoris eſt, non eſt Dominus territorii, ſed tantum poſſeſſor, ein bloſſer Pfandts-Inhaber, atque ideo etiam *in §. quæ vero bona 27. circa fin. art. 5.* tantum *prior poſſeſſor* voca-

vocatur, *ergo* facit, quod & *in dict. art. 5. §. sola criminalis 44.* Jus retentionis, quod cum jure pignoris secundum quid comparatur, jus reformandi non tribuat. Præterquam quod ex Jure communi notum sit, Creditorem non habere facultatem quidquam immutandi in re sibi oppignorata, maxime in præjudicium Domini proprietatis, eoque dissentiente quidquod si Creditor re sibi oppignorata aliter utatur, atque conventum est, usus furtum committat. §. *furtum 6. instit. de oblig. quæ ex del. nasc. ibique DD.*

Thes. XXXIII.

Ex quo fluit, quod proprietarius, sive Dominus territorii, qui bona à se oppignorata reluit, in terras ad se reversas suæ religionis exercitium, licet in anno 1624. itidem in usu non, sed aliud à Creditore Antichretico statutum fuerit, publice introducere possit. *art. 5. §. quæ vero bona 27. circa fin.* add. *art. 4. §. Augustanæ Confessionis 19.* in eodem præfato §. *quæ vero 27.* specialiter quo ad terras, & bona oppignorata hoc quoque continetur, quod verus territorii Dominus, qui terras à se oppignoratas reluit, exercitium religionis, quod interim à Creditore, ceu possessore Antichretico, dem Pfandts-Inhaber introductum est, pleneque in usu fuerit anno 1624. tolerare non teneatur, sed illud abrogare possit. Exemplum datur in præfecturis stradæ Montanæ antiquitus ad Electorem Moguntinum pertinentibus, *art. 4. §. cum autem 7. instrum. pac.* quæ cum à modo dicto Electore restituta pecuniæ summa, pro qua impignoratæ erant, recuperatæ essent, exercitium tamen religionis, quod ibidem in anno 1624. in usu fuit non est introductum, sed subditi beneficio, & dispositione §. *quæ vero 27.* contenti esse debebant; *quod scilicet non debeant cogi ad migrandum, neque ad desererendam religionem, quam sub priore possessore Electore scil. Palatino amplexi fuerant.*

Thes. XXXIV.

Sæpius disputatur in imperio Romano Germanico: *an is, qui Dynastiam imperio immediate subjectam jure antichreseos* (mit Pfandt-Schillings-Recht) *possidet imperiales collectas interim eo nomine solvere teneatur.* Respondet Müllerus *de Princip. & statib. imper. part. 3. cap. 97. n. 19.* & juri, & æquitati consentaneum esse, quod proprietatis Dominus, & non possessor hoc onus sustinere debeat, cum solutio collectarum, & rei tributariæ adscriptio, pertineat ad Dominum prædii, sintque effectus Dominii. Bubrigar. *in L. cum notissimi*

Cod. de præscript. 30. annor. ac quantum ad jus Dominii, & illius effectus debitor intelligitur per Creditorem civiliter, & naturaliter possidere per *L. pignoris ff. de usucap. d. L. cum notissimi §. sed cum illud Cod. de præscript. 30. ann. L. sciendum §. Creditor ff. qui satisd. cog.* atque ita decisum fuisse in supremo parlamento aquisgranensi multis rationibus corroborat Francisc. de Clapperiis. *caus. 98. decis. 2. per tot.* Müllerus *d. loc.* Lyncker *in analect. ad Schvveder. jus publ. part. spec. cap. 26. §. 13.* verb. *usufructuario pag. 582.* ubi rectissime addit: diversam longe conditionem esse *usufructuarii ac mariti, quam Creditoris pignoratitii*, cum hic teneat rem cum onere pro sorte debitori credita, atque ideo, ut collectas solvat, & imminutionem usurarum, vel sortis patiatur, æquitati repugnet. add. *l. 7. ff. de public. & vectig. l. 5. §. ult. ff. de cens.* contrarium sentit Jtter. *de Feud. imper. cap. 21. §. 25.* Klock. *de contribut. cap. 11. n. 209.* Schwed. *ad jus publ. part. spec. sect. 1. cap. 26. n. 13.* & longe verius existimat, possessorem antichreticum, den Pfandts-Innhaber sustinere debere onus collectarum *per l. 42. l. 52. §. 2. ff. de pact. l. 7. ff. de publ. & vectigal.* & argumento eorum, quæ de usufructuario, ac marito, ratione rei usufructuariæ, & dotalis quoad collectarum solutionem tradit Carpzov. *p. 3. const. 16. def. ult. & lib. 1. tit. 10. resp. 105.* Besold. *voce* Steur Lauterb. *de Jure antichreseos th. 55.* modo illæ perceptos fructus ac reditus non absorbeant, imo excedant, tum enim pro modo redituum saltem tenetur, & illas, quæ fructus superant, Jure à Debitore repetit, sicut & usufructuarius *dd. auth.* idque eo expeditius procedere putat Itterus *dict. loc.* si verum est, quod passim inculcare videas magni etiam Nominis Juris Consultos, Pfandtung proprie in Germania esse venditionem cum pacto de retrovendendo. Besold. *thes. pract. voc.* Pfandt-Schilling, *ibique citati*: quamvis hodie vocabulo Wiederkauff pactum retrovenditionis, voce autem Pfandt-Schilling pignus merum absque Dominii translatione denotetur. Schilter *P. III. prax. art. analyt. de Jure retrovend. cap. 1. n. 14. seqq.* Itter. *dict. loc. n. 25. in fin.* optime videtur distinguere Mev. *p. 7. dec. 111.* in verb. *Creditores in bona debitorum immissi non sunt omnes ejusdem conditionis, immituntur alii saltem securitatis, seu crediti sui gratia, ideo bona tenent, ut merum pignus, alii pro capienda re in solutum tanquam solutionis medium, quibus præter Crediti securitatem seu pignoris jus ex immissione nihil contingit, illi sunt instar nudorum Creditorum pignoratitiorum, qui non percipiunt fructus ut suos, sed saltem Jure pignoris, ideo tenentur de iis ad rationes, & perceptos in Creditum imputant. Quod si ulterius progrediatur Jus immissionis, & non relinquat rem intra terminos pignoris, sed simul tribuat facultatem ex fundis tanquam solutionis medio Creditum*

tum redigendi, fructus sine rationibus percipiendi, ex eo suum redigendi, isti consequens est, onera ab immissis esse sustinenda, & non repetenda, non secus atque de iis qui Jure antichretico pignora tenent, sentimus, quod ut fructuum Dominii sine rationibus collectis sint obnoxii. Mev. *dict. loc.* Bocer. *de Collect. cap. 10. n. 38. & seqq.* vid. Klock. *de contrib. cap. 11. n. 219. seqq.*

Thes. XXXV.

Luitio pignoris, vid. *tit. Cod. de luit. pign.* consistit in oblatione pecuniæ creditæ, & repetitione rei pignoratæ soluto Debito, vel alio modo extincto. *l. 3. C. de luit. pign. C. 6. X. de pign.* qua de causa nec juri offerendi debiti, nec juri luendi pignoris præscribi posse, verius est, quia ex communi DD. sententia, & tam Cameræ Imperialis, quam aliorum Dicasteriorum, & variarum facultatum præjudiciis stabilita receptum est, quod etiam in actionibus personalibus per præscriptionem extinguendis bona fides requiratur. Ludovic. Molina *de J. & J. disp. 66. vers. secunda conclusio.* Gail. *lib. 2. obs. 18. n. 10.* Myns. *cent. 4. obs. 6. n. 3. per C. 5. & fin. X. de præscript. l. 13. pr. ff. de usurp. & usucap.* sed Creditor possidens pignus habet scientiam rei alienæ, ergo præscriptio propter malam fidem sibi locum vindicare nequit. Widmont. *de pignorat. act. n. 219.* Carpzov. *p. 2. c. 1. def. 3.* dissentit quidem Vinn. *lib. 2. select. quæst. cap. 6.* Lyncker *in analect. ad struv. Syntagma lib. 20. tit. 60. pag. 247. in fin.* sed verius contrarium de moribus, & Jure hodierno. Gail. *lib. 2. obs. 18. n. 4.* ubi testatur Cameram Imperialem hanc tanquam veriorem, & æquiorem sententiam esse secutam. Græv. *lib. 2. concl. 18. n. 1. & 2.* Mynſ. *cent. 1. obs. 16.* Goedd. *vol. 1. consil. Marpurg. 28. n. 247.* Vultej. *vol. 3. cons. 24. n. 258.* Carpz. *p. 2. const. 1. def. 3.* hæcque sententia approbatur *in instrum. pac. Osnabrug. Cas. Suecico art. 5. §. 9. vers. quæ vero,* ita tamen, *ut si oppignoratio hominis memoriam excedat, possessor rem oppignoratam restituere non teneatur, nisi possessoris exceptiones, & merita causæ sufficienter examinentur. d. vers.* præjudicia quotidie sunt obvia, vid. Brunnem. *consil. 130.* ibique exemplum famosæ reluitionis post annos 400. institutæ.

Thesis ultima.

De impensis in rem oppignoratam factis, dum pignus soluto pretio reluitur, acris plerumque solet esse disceptatio, num tales impensæ sint restituendæ, præsertim si res oppignoratæ per longum tempus in possessione Credi-

torum fuerint, qua de re elegans extat decisio *in l. 25. ff. de pignerat. act.* quod attendi non debeant expensæ, licet utiles sint, si debitorem nimis gravent; merito enim tales impensæ faciendæ sunt pro conditione, & facultatibus Debitoris, quas probabiliter ipse Creditor faceret, & facere posset vid. *l. 25. ff. de neg. gest. l. 38. ff. de rei vind. l. 8. ff. de impens. in res dotal. fact.* multum hic arbitrio Judicis relictum, qui ex circumstantiis ita statuet, ut *nec audiat delicatum nimis debitorem*, qui scilicet plane quascunque expensas ferre recusat, *nec etiam onerosum Creditorem d. l. 25.* qui scil. nimis gravare vult Debitorem, & impensis majoribus hoc agit, ut luitionem debitori faciat difficilem, quia non dicuntur utiles impensæ, quæ factæ sunt, ut Dominus cogatur habere rem pro derelicta *d. l. 25. ff. de pignerat. act.* Frantz. *in comment. h. t. n. 33.* vid. Gail. *lib. 2. obs. 12. in fin.* ubi dicit: *hoc notandum contra potentes hypothecarios, qui Dominia possident sub pacto de reluendo* Pfandts-Inhaber, & rem hypothecatam novis, & pretiosis ædificiis, seu meliorationibus ita exornant, & augent, ut sumptuum magnitudine Dominum reluitione excludere, sibique proprietatem Dominii retinere satagant. Græv. *lib. 2. concl. 2. coroll. 2.* Gars. *tract. de Expensis cap. 1. n. 31.* confer. Mev. *p. 7. dec. 6.* quod si itaque impensæ immodicæ factæ, creditor contentus esse debet, si illas, in quantum salvo pignore potest, tollere liceat *l. 38. ff. de rei vind.* quo casu tamen debitor potestatem habebit, tantum offerendi, quantum res destructa valeret. Sed & re adhuc integra ad instantiam debitoris per mandata inhibitorialia creditor impediri potest, ne pro lubitu in re oppignorata ædificet. Mev. *p. 3. dec. 281.* Stryck. *in usu mod. ff. de pignerat. act.* §. 17. Menoch. *de recup. possess. remed. 15. n. 553.* Naurath. *ad Zoes. ff. de usufructu ad n. 25. in additam.* atque ita finem imponimus Disputationi inaugurali, initiumque facimus, Deo omnium bonorum largitori gratias agendi publicas & maximas pro viribus, ac sanitate hucusque clementer concessis, quibus usi has in illius solius honorem & gloriam, de hac materia celebri positiones congessimus, lectorem benevolum enixe rogantes, ut eas ea mente benevole accipiat, qua nos proponimus, tum ut satisfaciamus legibus, & moribus majorum, tum ut exiguum nostrum studium academicum optatus coronet

FINIS.

COROL-

COROLLARIA.

I.

Juxta normam *instrum. pac. Westphalicæ art. 5. §. Jus Diæcesanum 48.* Dominis territorialibus catholicis in subditos Protestantes competit quoque Jurisdictio Ecclesiastica.

II.

IMpetrata revisione non excluditur remedium restitutionis in integrum, si novæ probationes in cursu revisorii fuerint inventæ.

XIV.

DISSERTATIO DE ANACEPHALÆOSIS EXEGETICA PRINCIPIORUM JURIS PUBLICI ROMANO-GERMANICI IN HENRICI de COCCEII JURIS PUBLICI PRUDENTIA EXHIBITORUM,

PRÆSIDE

JOANNE FRIDERICO HERTLING,
JCto, Serenissimi ac Potentissimi Electoris Palatini Regiminis & Collegii Revisorii Consiliario, nec non Pandect. Professore Ordin. Facultatisque Juridicæ p. t. Decano,

PRO LICENTIA
defensa à

JOH. WILH. FRID. JOSEPH. de WILDERER,
DÜSSELDORPIO - MONTANO.

HEIDELBERGÆ, 1724.

REX

REX

THeodoricus Re & Nomine Primus Oſtro - Gothorum ſive Gothorum Orientalium in Conſtitutionibus ſuis Cap. VII. non minùs Gloriosè, quàm Religiosè :

Quanquam Poteſtati Noſtræ, DEO FAVENTE, ſubjaceat omne, quod volumus, Voluntatem tamen Noſtram RATIONE metimur, ut illud magis æſtimemur elegiſſe, quod Cunctos dignum eſt approbare.

Theſis I.

JUS publicum ROMANO - GERMANICUM ad differentiam Juris publici UNIVERSALIS, quod ex rectæ rationis dictamine, principiisque naturalibus, H. Grot. *de Jure B. & P. Libr. I. Cap. III. IV. & V.* Puffendorff. *Aliisque Naturaliſtis* hauſtum & depromptum fertur, ad Statum & Formam Rei Romano - Germanicæ pertinet, quâ Jura Officiaque cùm Regis, tùm Procerum & Subditorum Germaniæ, ceu Clar. Author. Noſter *Cap. VII.* §. *4. & 5.* plusculisque locis latiùs declarat, diductiusque exequitur, continentur, æquè, ac cujusque Regni & Reipublicæ, Hiſpaniæ, putà, Galliæ, Britanniæ, Daniæ &c. proprius eſt ſtatus, exindéque PARTICULARE Jus Publicum, ſalutem iſtius directò & principaliter intendens actionésque publicas eò dirigens enaſcitur & deducitur; Quot enim legitima Imperia, tot etiam jura publica. Rectè id ſpecies audit & pars Jurisprudentiæ, cùm vim coactivam refractarios compellendi habeat, Non Politices, quæ ad ſingula ſe non dimittit, ſed in communi de illis ſaltem & generatim tractat, quid decernendum: quid obſervandum: quid immutandum etiam in Republica ſit: differentis præterea ab illa quatuor modis formâ, ſcilicet, medio, fine atque effectu.

Theſ. II.

Tractandum quidem iſtud, judice Cl. Authore, in Academiis eſſe, at non controverſandum de eo, quod publicâ lege deciſum, Tabulæ Pacis Osnabrug *Art. V.* §. *50. dictitant*; Arguendum hinc id vel taxandum vetat *l. 3. C. de Crimin. Sacrileg.* Non revelanda aut producenda quoque Imperii Arcana, vel Rationes Statûs eſſe evulgandas, ſapienter monet Becker. *Synopſ. Jur.*

Jur. Publ. in Proœm. §. *1.* Vel quid in ejus præjudicium Exteris, putà, Populis in Germaniam iniquè concedendum; Aut huic jura verè competentia disputando perfractè præposterèque reddenda dubia; At *Capitulo 36. X. de Sentent. Excommunicat.* à Cl. Authore allegato, vel nudo verborum cortice ostendente, ne hili quid horsum faciente; cùm hoc de Excommunicato, qui in Clericum etiam volentem manus injecerit violentas, etiamsi hoc in satisfactionem acceperit injuriæ, loquatur; Cujus hæc quoque est ratio, quoniam hujusmodi manûs injectio etsi non violenta, tamen injuriosa videtur, cùm Canoniste non tam in Clerici patientis ordinati, quàm Ordinis ipsius Clericalis potiùs favorem promulgatus sit,

Thes. III.

JUS nostrum publicum æquè, ac privatum in SCRIPTUM & NON-SCRIPTUM rectè dividitur? ILLUD Legibus Sanctionibusque Pragmaticis Imperii, quas Cl. Author hoc *Cap.* I. enumeratas habet; Exceptis quibusdam Imperii Recessuum Capitibus, quæ singulorum, Procerum etiam, non Universi Imperii causas respiciunt, quorum, inter alia illustre in jure repræsentationis Fratrum liberis concedendo exemplum Constit. Carol. V. *de anno 1521. & 1531.* præbet, Complusculaq; Alia istiusmodi generis Instrumentum Pacis Westval. suppeditat. Ad HOC referenda Consuetudo, Usus, Praxis, & Stylus. Quo de inter cætera Cl. Noster *Cap. XXIII.* §. *15.* videndus; cui Illustr. Dn. de Ludolff *Tr. Suo Absolutissimo Commentat. Systematic.* de Jure Camerali, &c. meritò jungendus.

Thes. IV.

Fundamentali autem Lege Imperii mutatâ non Imperii Forma, nedum Imperium ipsum, illicò tollitur. At Illa, ad variam Reipublicæ Formam, vel, A SUMMA POTESTATE validè constituitur, ubi scilicet pleno Proprietatis seu Ditionis & Imperii Jure, Rex Imperium v. gr. justo bello quæsitum habet; aut in Cujus, Quorúmve Ditionem populus aliquis, majoris mali vitandi causâ, ita se dedit, ut nihil exciperetur; Consequenter istud pleno modo, Grotio ita exprimente, possidet, adeò, ut, in Imperio isto, ne quidem discernatur SEXUS, quemadmodun in Ægypto olim & Britanniâ factum videmus,

Nullo discrimine SEXUS
Reginam scit ferre Pharos.

Ait Lucanus: de Britannis Tacitus, *Neque enim* SEXUM *in Imperio discernunt*; quod & Historicis haud ignotum; Nec ADOPTIO, naturam & in hoc imitans, defectúmque naturalis sobolis supplens, obstet: Sic Johanna I. Regina Neapolitana primò Alfonsum, deinde Ludovicum. Margaritha Daniæ Sueciæque Regina Ericum Pomeraniæ Ducem. Augustus Tiberium, Tiberius Germanicum, &c. in Regna adoptavêre. Et quis nescit, Ferdinandum II. à Mathia Augusto adoptatum fuisse? Vel Partûs Nothi ILLEGITIMITAS impedimento sit, prout Exempla Successionis Illegitimorum identidem extant varia: sic Alphonsus Arragoniæ Rex in Filium Nothum Regnum Neapolitanum, quod armis sibi acquisiverat, transtulit, test. H. Grot. *de J. B. & P. Lib. I. Cap. III.* §. *XI.* nec non *Libr. II. Cap. VII.* §. *XII.* ibique Gronov. & Tesmar. Alia utriusque Exempla præclara affatim allegantib. Sed & CONVENTIONE PRINCIPEM INTER ET POPULUM PER CAPITULATIONIS VEL PACTI RATIONEM INTERCEDENTE id fieri, docet Puffend. *de J. N. & G. Lib. VII. Cap. VI. N. 10.* quod laudatus Grot. *d. l.* de certo Imperium habendi modo etiam intelligit: *Hæc*, ait, *Alii habent jure pleno proprietatis; Alii jure usufructuario; Alii jure temporario. Quamvis enim à Deo conferantur imperia, nihil tamen est impedimento, quo minùs certam Regiminis formam sibi constituat populus, approbante Deo qualecunque Regimen, quod naturæ & rationi non repugnat.* allegat. antea Puffend. *de I. N. &* G. *Lib. VII. Cap. VI. N. 9.* Vel INITO ETIAM CUM EXTRANEIS FOEDERE; Ita, ut neutra pars absque alterius consensu quicquam, Verbi causâ: Bellum suscipere, aut Pacem cum Hoste inire, & id genus alia intendere, celebraréque queat; quod Exemplis horsum maximè quadrantibus illustrat Ruland. *de Commiss. P. IV. Libr. II. Cap. III.* nec non Knipschild. *Tr. de Jurib. & Privileg. Civit. Imperial. Libr. II. Cap. V. N. 184.*

Thesis V.

Territorium non tantùm ipsum sed quicquid & Rerum & Jurium eo continetur, MATERIAM Juris Nostri Romano-Germanici Publici OBJECTIVAM, tradente Cl. Authore *Cap. IX.* §. *14. & seqq.* constituit, adeò, ut istud duplex sit: Territorium Romanum ac Germanicum (utpote ab illo nunquam subactum, sed planè diversum.) Romanum autem, ab Ortonum ævo (Ottone I. Scil. ad comprimendam Regum Italiæ Tumultuariorum Tyrannidem à Summo Pontifice Populóque Romano per Legatos in auxilium vocato,

vocato, illisq; æquè, ac ante à Carolo M. Longobardis gloriosissimè devictis, Utroq; exSummi Pontificis PopuliqueRomani voluntate, interveniènteq; pacto Romæ Imperatore renuntiato & inaugurato, cujus rei Historia loquitur apud Lehman. Chronic. Spirens. *Lib. II. cap. XI. & Libr. III. cap. XXIV.* vers. Vom Käyser Ottone dem Ersten wird geschriben unterm Jahr 952. &c. Nec non *Libr. V. Cap. X.* vers. Anno 962. Als Käyser Otto in Italien gereiset, &c.) Germaniæ perpetuâ Lege innexum, & Territorii Populus.

Thes. VI.

Territorium istud vel ut PRINCIPALE Ipsa scilicet Germania, vel tanquam ACCESSORIUM respicitur, quod, tùm Provincias Regno incorporatas Jurium Suffragiorúmque Imperii participes, veluti *hodie* omnes Provincias Slavicas Orientales æquè ac Boreales Marchiam, puta Brandenburgensem, Ducatum Pomeraniæ, Mecklenburgi; item Marchionatum Misniæ, Silesiæ, Lusatiæ & Regnum Bohemiæ, tùm eas, quæ Imperio tantùm Jure fœderis inæqualis seu subjectione impropriâ cohærent, ut olim Hungaria, Gallia, Italia, Arelatenses sive Burgundicæ Terræ, quæ & illo, & hoc ævo proprias tamen separatásque à Germaniâ Regiminis rationes habuêre, complectitur; unde Cl. Authoris sententiam, quam *Cap. VII.* §. 7, denudat, nimirum: *Aliquos intra fines quidem Germaniæ in Status Imperii, vel in Jus Nationis receptos non esse veluti Bohemiam*, &c. subsistere haud posse, cuivis paulò pensiculatiùs rem consideranti facilè patebit.

Thes. VII.

AD hæc, Provinciæ Regni Germanici Quædam IMMEDIATÆ, ut Franconia & Terra Rhenensis (quæ duæ Regnum Franciæ immediatè constituerunt) Suevia item atq; Westvalia; Quædam MEDIATÆ sunt, ut Bavaria, Saxonia, Marchia, Omnésque Terræ Vandalicæ & Moravicæ; Hæcq; divisio majorem uberioremque usum, *hodie*, quàm *olim* ante Interregnum scil., præbet, ubi Omnes Im- & Mediatos Comitiis interfuisse Cl. Auth. *Cap. XX.* §. *13. 14. & 15.* luculenter ostendit & probat. Porrò istæ in superiores & inferiores, die Ober- und Unter-Lande, GENERATIM non incommodè dividuntur; ut Idem Cl. Noster *Cap. IX.* §. *7. & 10.* egregiè docet, Effectum istius divisionis simul peraccuratè ostendens. Sub illis, denen Ober-Landen, Terræ, Francici seu Suevici Juris comprehendun-

tur. Hisce, verò, denen Unter-Landen, eæ innectuntur, quæ (ut Celebrat. Noster loquitur) ad Jus Provinciæ Saxonicæ pertinent; vel rectiùs, quæ, secundùm sententiam Sprengeri & Limnæi, quos Cl. Auth. in contrarium *Cap. XVI.* § *9.* allegat, *Saxonico Jure* utuntur. Quod & Sanctioni A. B. *Tit. V.* verbis *In his locis*, *ubi Saxonica Jura vigent.* prorsus conveniens, magis arridet. Facit præterea Speculum Suevicum *Libr. II. Cap. VIII.* §. *3. pag. 118.* mentionem quoque der Oster-Landen verbis: Alle die oberhalb des Oster-Lands von dem Reich belehnt, oder des Reichs Dienst-Mann seynd, die sollen dienen zue Winden, zue Bohlen, zue Behem. Istæ, Oster-Landen, autem, trans Salam pars Germaniæ Superioris & *singulariter* Thuringiæ, quà hæ ad Orientem vergunt, Ost-Thüringen sunt, conferatur desuper Schilt. *ad Jus Feudal. Alemanic. Cap. VII.* §. *6.* Bimembrem hanc Provinciarum Germaniæ divisionem Cl. Noster deinde ad partem ejus immediatam SPECIATIM *Cap. dict. IX.* §. *8.* applicat; Illæ, die Ober-Lande, ait; continent Sueviam & Franciam: Hæ, die Unter-Lande, Terram Rhenensem cum Westvalia, & Wetteravia; singularèmque ejus effectum cùm maximè in Comitiis vigentem servarique solitum *seq.* §. *9.* distinctè accuratèque subjungit.

Thes. VIII.

FORMAM Imperii Romano-Germanici, autem, quod concernit (de quâ per transennam supra tantùm visum) ex triplici Populari, Optimatum & Regio Statu mixtam vel temperatam toto *Cap. VII.* infra peraccuratè evolvit, & considerat Cl. Noster, ibìque §. *11.* notanter addit. *Status non recipiunt à Rege leges, sed communi consensu statuunt ex Formulâ :* haben Sie sich mit Uns, und Wir Uns mit Ihnen verglichen; & quidem Contracts-Weise, Erklärung des Lands-Friedens zu Augspurg, *de Anno 1500. in fine. Princ.* Etiamsi Major Pars tantùm consenserit, Minor, autem, dissenserit, prout Cl. Auth. *Cap. XX.* §. *38.* ad dubium istud moveri solitum: Quomodo Pars Collegii Minor cum Majore non consentiens contraxisse dici possit? appositè respondet: *in publicis*, ajens, *Major pars obtinet; utì in omnibus Curiis*, *&* *Collegiis Publicis consensu majoris partis deciditur*: Quam mixturam tamen ad negotia Comitialia, de quibus Status Universi cum Imperatore deliberant, & Jure suffragandi utuntur, adeóque ut Universi in Corpore considerantur; quorum summam Idem *Cap. XX.* §. *29. 30. 31. 32. &. 33.* copiosè exhibet, remur, potissimùm esse restringendam.

dam. In cæteris, verò, Regiam vel Imperatoriam Poteſtatem illâ, quæ Statuum eſt, potiorem majorémque eſſe, cùm ibi ut ſinguli veniant, Cl. Noſter *Cap. XXI.* §. 7. aliisque locis egregiè oſtendit, unde illa Publiciſtarum parœmia: *Univerſos cum Cæſare imperare, Singulos autem parere.*

Theſ. IX.

CL. Author, præterea, EFFECTUM Juris Publici in Poteſtate legitimâ Obligationeque illi parentium reſpondente ponit; Utramque vel Imperantes inter & Parentes, nec non Rempublicam, vel Extraneos intercedere, ait; verùm, re accuratiùs perpensâ, exiſtimamus, Tria illa præcipuè Jura Regalia Belli & Pacis, ſeu Legationum & Fœderum non ad Jura (ut vocant) TRANSEUNTIA: ſed ad Regalia Jura, quæ dicuntur IMMANENTIA, longè certiori Calculo referri; eáque inter Imperantes ſolùm & Parentes ejusdem Statûs ſeu Reipublicæ vigere & obtinere; Non verò Reges vel Populos liberos extraneos vel pares ſive ſimiles reſpicere.

Theſ. X.

FINIS Juris publici in Imperio Romano-Geramnico conſtituti proximus ac proprius JUSTITIA eſt, quæ, non niſi Jurium Imperii bene cognitorum ad negotia obvenientia, Statum & gubernationem Ejusdem concernentia ingenuâ commodáque applicatione obtinetur, ad quæ Jura tanquam ad Helicen & Cynoſuram actiones judiciales probè dirigi debere, præter innumera alia loca, *Artic. XVII.* §. 2. J. P. W. verba inſtar omnium manifeſtè innuunt, ſanciúntque: *pro Majori etiam horum omnium & ſingulorum pactorum firmitudine & ſecuritate ſit hæc Transactio Perpetua Lex & Pragmatica Imperii Sanctio*, &c.&c. Obligans non minùs abſentes, quàm præſentes, Eccleſiaſticos æquè ac Politicos, ſive Status Imperii, ſive non, ſint, (ut Imperii Nobilitas Immediata, Communitates Immediatæ, cæteríq; privati) Eaque tam Cæſaris, procerúmque Conſilariis & Officialibus, quàm Tribunalium omnium Judicibus & Aſſeſſoribus, tanquam Regula, quam perpetuò ſequantur, præſcripta, adeò, ut hinc FINIS Ultimus Reipublicæ, putà, Salus, Pax, atque Publica Securitas & Tranquillitas longo cum effectu ſuccedat perduretque.

Thes. XI.

Quantùm ad JUS ALBINAGII, quod *quasi alibi Natorum*, Galicè LE DROIT D' AUBAINE dictum, cujus Cl. Author *hic & seqq. Cap. VII.* §. *7.*, nec non *Cap. XXXI.* §. *27.* ulteriùs mentionem injicit, in Jure Privato f. Communi adeò non obtinere Text. *L. 17. ff. de. Stat. Hom.* ibique Brunnem. quâcum notissima illa *Novell. LXXVIII.* ejusque *Cap. V.* prorsus convenit, satis supérque evincit; Verùm in publicis Juribus, ejúsque Officiis, Dignitatibus & Comitiis nec non Jure Provinciali & Municipali S. Scripto, f. non-scripto, ubi nimirùm Civitates Quædam & provinciæ diverso utuntur Jure, hoc ab altera adversùs partem alteram, argum. *Tot. Tit ff. Quod quisq; Jur.* &c. *Talionis Jure* mutuò retorqueri, religiosè semper cultum observatúmque fuisse, asserit Cl. Author, plurifariisque exemplis id Schilt. de *Jure Peregrin.* §. *19. & seqq.* nec non Müller in Struv. *Ex IV. Th 84. lit. a.* egregiè illustrant & confirmant. Quibus meritò ea, quæ subsequenti *Capit. XIII.* §. *53.* de Censu Emigrationis & Detractionis accommodè tradita, junguntur; *Exigi tamen*, ait Cl. Noster, *ibi potest ab iis quoque, qui jus non habent, Jure Retorsionis. Et contra ne ab iis quidem peti potest, quorum jus est, ex privilegio novi domicilii*, wan der Orth frey-zügig ist; De quo pactionibus mutuis communiter hodie inter conterminos vicinósque Imp. Status, & alios Immediatos vitandi majoris incommodi gratiâ (etenim, Juvenali *Satyrâ XV.* taxante:

Inter finit imos vetus atque antiqua simultas,
Immortale odium, & nunquam sanabile vulnus.)

Caveri solet. Ejusdem ferèest sortis, cujus intuitu Recess. Imp. *de Anno 1594.* §. *82.* ut motibus intestinis, quibus per istiusmodi Arresta perfacilè datur ansa, eò meliùs obviaretur, publicæ securitatis causâ, sequentibus disertè disponit: Und so viel die ungleiche Meynungen und Verstand des Worts Arrest, &c. Vers: Und ad licita de Jure permissa Arresta, welche ratione Contractûs confessati, rei judicatæ, pacti, transactionis, consuetudinis, privilegii, auch NB. gewöhnlicher herbrachter Nachsteuer, Abzug, recht-mäßig erlangten und gewöhnlichen Zolls halben sich zutragen möchten, nicht zu extendiren seyen, &c. &c. Nec aliorsum vergit, abindéque alienum haud vide-

videtur, quod abundantioris cautelæ ergò ad majorem tranquillitatem etiam Inſtr. P. W. *Art. V.* §. *37.* ſancitum, ut & inhibitum eſt, Vers: *Neque ſive voluntariè ſive coactè emigrantibus nativitatis, ingenuitatis, manumiſſionis, noti opificii, honeſtæ vitæ teſtimonia denegentur, aut iidem reverſalibus inuſitatis vel decimationibus ſubſtantiæ ſecum exportatæ* NB. *plus æquo extenſis prægraventur*, &c.

Theſ. XII.

Jus Civitatis Germanicæ, autem, vel PROVINCIÆ vel PERSONÆ competere, exemplo à Bohemiâ Ejúsque Rege deſumpto probare intendit Cl. Author; Verùm, cum Theſ. præced. VI. jam allegatum, Regnum Bohemiæ Provinciam quidem Slavicam, at non minùs Jurium Imperii participem eſſe, prout Duces, poſtmodumque Reges Bohemiæ: enarrante Cl. *Cap. III. Sect. IV.* §. *55.* verſ. *Quin (3)*, ait, *quod ſummum Imperii eſt, Reges à Germanis accepêre. Ita Bohemis Uratislaum Henricus IV. in Concilio Principum Regem conſtituit; &c. Uladislaum Fridericus I.*, pridem Ante A. B. à Sæculo duodecimo, Anno, putà, 1290. *6.* Kalend. Octobris Archi-Pincernatum, & Electoratum adminiſtrâſſe, proximúmque Illis ab Electoribus Eccleſiaſticis locum conceſſum fuiſſe, Eósque Conventibus Regni Teutonici interfuiſſe, A. B. *Cap. IV. & Ult.* dubitare non ſinunt; Quibus loca omninò congrua ſingulariaque apud Cl. Auth. *Cap. III.* §. *56. 64.* nec non *Cap. IX.* §. *12. & Cap. XII.* §. *8. 14. 15. 16. 17.* extantia multum luminis affundunt. Haud officiente, quòd dictum Regnum Bohemiæ per aliquot temporum intervalla Jure ſuo, ob valde moleſtam tunc temporis Comitiorum frequentationem, uti deſierit; Quamobrem Bohemiæ Regem ab Imperatore Friderico II. peculiari privilegio: Ne Hic Comitiis Regni Germanici niſi Norimbergæ, Merſeburgi, aut Bambergæ habendis interreſſe obſtrictus ſit, beatum fuiſſe, tenent, tradente Hertio *Vol. II. Opuſcul. Tom. I. de Renovat. Romano-Germanici Imperii & Regni Bohem. Sect. II.* §. *6.* Aut varias politicas ob cauſas iſtud Regnum impeditum fuerit; Juri, quippe, ſuo Comitiorum priſtino Anno 1708. 30. Jun. poſtliminiò reſtitutum, inque Collegium Electorale reintroductum; Et quidem eâ lege & pacto: Ne aliis ejus privilegiis, libertati, prærogativæ antehac gaviſis fraudi aut damno ſit; Bohemiæ proinde Rex tot onera ferat, quot alius Elector, ac præterea ad Suſtentationem Judicii Cameralis 300. flor. annuatim exſolvat. Concluſum commune Beyder Höcherer Reichs-Collegiorum abundè teſtatur Verb: So iſt ferners beſchloſſen

schlossen worden, daß ihrer Kayserl. Majest. zu allergnädigstem Belieben frey zustellen seye, wie und wann Sie, vermög Dero habenden undisputirlichen Rechts und Befugnuß, Ihren Böhmischen Sitz und Stimm durch eine eygene genugsamb bevollmächtigte Gesandschafft begleiten, und in allen deliberationibus im Churfürstl. Collegio bey ordinari und Extraordinari Zusammenkünfften, Reichs-Deputationen, Collegial-und anderen Tägen verführen; hingegen aber auch zu allen Reichs- und Krays-Oneribus & præstationibus publicis, auch anderen Anlagen, für nun wenigst ein Churfürstl. Anschlag, und 300. Cammer-Gülten zum Cammer-Gericht, Ihren Privilegiis fori: Ne sc. subditis Regni Bohemiæ ad summa Imperii Tribunalia, vel, ob protractam aut denegatam Justitiam etiam vigore Tit. VIII. A. B. provocare, fas sit: Conferat. Blum. *Tit. XLVII. de Privilegiis D. D. Electorum, Aliorumque Imperii Statuum &c. Tabul. I.* Jedoch ohnnachtheilig, übernehmen, und in allen Anlagen bezahlen zu lassen; Atque hanc Conclusionem introductio Legatorum Regis Bohemiæ secuta, prout Scripta Junctâ relatione istiusmodi Actus solennis in vulgus edita probatum testatumque reddunt, in hæc verba; Gegen sechs Uhr Abends wurde dem Herren Böhmischen Gesandten zu Rath angesagt, welcher dann auch unter Bedienung des Herrn Cardinals Livrée und Kutsche mit 6. Pferden bespannet, erschienen, und weil es nur nur eine refrequentatio Collegii gewesen, gienge er gleich anderen Churfürstl. Gesandten in die Raths-Stuben, und wurde nur ein paar Schritt weit derselbe vom Herrn Chur-Mayntzischen in der Raths-Stuben empfangen, und Ihme Seine Stelle à Latere dextro zwischen Chur-Maynz und Chur-Pfaltz angewiesen, und also in Sessione Solenni über die Introduction Chur-Braunschweig votiret; Nach Endigung dieser Deliberation wurde durch das Marschall-Ambt Chur-Braunschweig ebenfals zu Rath angesagt, welcher darauff gegen 8. Uhr in einer mit 6. Pferden bespanten Kutschen und zierlichen Auffzug erschienen. Der Herr Chur-Mayntzische empfienge denselben etliche Schritt ausser dem Vor-Zimmer, und begleitete Ihn also in die Raths-Stuben, woselbst Er Ihme die letztere sonst von Chur-Pfaltz innen gehabte Stelle à latere sinistro angewiesen.

Thes. XIII.

Quantum ad PERSONAM REGIS ulteriùs dubitat & notat Cl. Author Electum in Germanorum Regem, discrimine nullo peregrinæ Patriæ (uti tempo-

tempore Interregni Magni diverſis vicibus contigit) ſervato; Non verò Germanum Principem in Regem Bohemiæ creatum Jus Civitatis Teutonicæ conſecuturum; Verùm ſuprà jam adductum abundèque evictum, non tam PERSONÆ, quàm PROVINCIÆ, quæ Germanico Jure gaudet, rationem haberi; Quare Specula illa duo Suev. & Sax. quæ Cl. Auth. *Cap. XI.* §. 12. verbis: **Denn die 4. Layen-Fürſten ſollen Teutſche Mann von Vatter und Mutter ꝛc.**; nec non *Cap. XII.* §. 15. **der Künig in Böhem, weil Er nicht Teutſch iſt.** Item: **weil Er nicht Ein Teutſcher Mann iſt.** In ſuî ſententiam allegat, eò minùs (præſertim hodie, vel etiam à Seculo duodecimo, quo Rex Bohemiæ Archi-Pincerna & Elector Imperii à Principibus Germaniæ renunciatus, ipsóque ità facto peregrinatas remiſſa) quid negotii faceſſere, quò certius, Iſta à privatis, iisque incertis Authoribus compoſita conſignataque eſſe; Conſequenter illa Juris Authoritate carere; ſed & fidem Hiſtoricam, evincente Theſ. Præced. XII. potiore probandi vi pollere, Schilter. *ad Jus Allemann. Cap. X. &. CV.* Aliiíque Celeberrimi Nominis DD. extra omnem dubii aleam ponunt.

COROLLARIA.

I.

DUbia: Anne Imperium Regalibus annumerandum ſit? Et eo contineatur Superioritas Territorii? ſub diſtinctionis fœdere dirimenda, remur.

II.

Numne, uno Remedio v. gr. in integrum Reſtitutionis electo, ad Appellationem detur & ſuperſit regreſſus: Vel Reviſione inſtitutâ, Beneficia juxta Mevium *P. V. dec. X.* Statuto, Conſtitutione aut Conſuetudine introducta Reſtitutionis in integrum, alicubi Repoſitionis nominatum, Nullitatis vel Syndicatûs, & id genus alia excluſa ſint? Varia quidem DD. eſt opinio. At re penſiculatiùs conſideratâ, prius affirmandum: poſterius verò negandum, exiſtimamus; Prout in Notis ſuis ad Cl. GAILII Libr. I. obſervat. CLIII. proximè tertiùm prodituris prolixiùs deduxit Nob. Clariſſ. & Conſultiſs. D. THYLLIUS. &c.

III.

ANnon, deficientibus omnibus Remediis Provocatoriis, ab Imperatore *malè* informato ad Imperatorem *meliùs* informandum appellare conceſſum? Quod citra Juris rationem, ſæpiùs quidem tentatum, ſed à Conſilio Imperiali

Aulico denegatum, atque Anno 1628. ità Decretum: Daß Ihro Kayserl. Maj. die Appellation à Cæsare *malè* informato ad *meliùs* informandum, als nichtiglich und straffwürdiger weise eingewand, die auch an sich selbst null und nichtig, von Kayserlicher Majestät Macht hiermit cassiren und auffheben. Quam Communem in Imperio & Praxi receptam Sententiam laudat Dn. ab Uffenbach Tr. *de Excelsissimo Cæsareo-Imperiali Aulico. Cap. XXIII. Sect. IV.*

IV.

EAdem ratione nec ab Imperatore ad Imperii Status, vel ad Imperatorem & Status simul appellare licet.

V.

SUpplicationem Supplicationis sive Revisionem Revisionis, vel, ut vocant, Super-Supplicationem, s. Super-Revisionem ne quidem eo casu dari: ubi Revisus, sive is, pro quo sententia lata, in revisione verò reformata, fuit, Revisionem quærit, cùm Juxta *L. 5. C. de Precib. Imperat. offer.* post Supplicationem alia Supplicatio non admittenda, litiúmque finis promovendus sit, certiore tenemus calculo.

VI.

REgnum Germaniæ verè est, & dicitur Aristocratico-Democratico-Monarchicum.

VII.

PRincipibus Novemviris Minoribus (excepto tamen secundùm quosdam Rege Bohemiæ) Singularis tutela constituta est, ad administrandum, non Principatum, sed Jus Eligendi Imperatorem, & omnia inde pendentia.

VIII.

LIcèt de Jure communi Feudali Dos non sit onus Feudi, moribus tamen Germaniæ illa, ut & Alimenta in Familiis Illustribus è Territorio, adeóque à quovis Successore debentur, & recipiuntur.

XV. DIS-

XV.

DISSERTATIO
DE
CAUSIS UBI MEDIATUS IN PRIMA INSTANTIA CORAM SUMMIS IMPERII TRIBUNALIBUS CONVENIRI POTEST,

PRÆSIDE

JOANNE FRIDERICO HERTLING,
JCto, Serenissimi ac Potentissimi Electoris Palatini Regiminis & Collegii Revisionis Consiliario, nec non Pandect. Professore Ordin.

PRO LICENTIA

defensa ab Auctore

JOANN. CHRISTOPH. RINGER,
SUEVOFURTHO-FRANCO.

HEIDELBERGÆ, 1725.

SYNOPSIS.

§. I *Agit de Jurisdictione omnimoda in Subditos tanquam effectu Superioritatis Statuum territorialis.*

§. II. *Dicitur de Privilegio primæ Instantiæ, quo Subditi Statuum se tuentur contra evocationem Supremorum Imperii Tribunalium.*

§ III. *Fit Transitio ad Casus exceptos.*

§. IV. *Describitur Mediatus & injicitur mentio de Nobilitate & Pagis immediatis.*

§. V. *Quid per primam Instantiam intelligatur, indicat.*

§. VI. *De Summis Imperii Tribunalibus eorumque potestate judiciaria, positivè & negativè.*

§. VII. *Exhibet Casum primum Tractationis, violatæ scilicet Pacis Religiosæ.*

§. VIII. *Differit de ejus Praxi.*

§. IX. *Proponit Casum secundum, violatæ Pacis profanæ.*
§. X. *De Causis Fiscalibus.*
§. XI. *De processu in causis Fiscalibus contra Mediatos S. Rom. Imperii Cives.*
§. XII. *De casu violati Privilegii Cæsarei.*
§. XIII. *De Difficultate hujus Actionis.*
§. XIV. *De Casu Possessionis litigiosæ.*
§. XV. *De Constitutione ex L. Diffamari.*
§. XVI. *De Praxi hujus Constitutionis & Differentia Actionis, quæ fundatur in L. Diffam. C. d. in gen, & manumiss. ex Jure Communi.*
§. XVII. *De Causis protractæ vel denegatæ Justitiæ.*
§. XVIII. *De Casu, ubi Dominus Subditum suum in Summis Imperii Tribunalibus convenire vult.*
§. XIX. *De Casu, ubi quis Privilegio primæ Instantiæ renunciavit.*
§. XX. *De eo, qui contra sententiam in Consilio Aulico aut Camera Imperiali latam turbatur.*
§. XXI. *Recensentur tres Casus, 1.) de eo qui Judæos recipit, 2.) Cancellariæ Imper. Jura debet aut 3.) in Commissariorum Salario exsolvendo morosus est.*
§. XXII. *De Continentia Causæ.*
§. XXIII. *Epilogus.*

D. M. J.!

§. I.

INter Jura illa eximia, quæ cum superioritate territoriali acqusivére Status Imperii, præ ceteris eminere mihi videtur *Jurisdictio omnimoda in subditos.* (1) Vi enim hujus Privilegii Juris dicendi potestas, quæ antiquis temporibus privativè & solitariè ad Imperatores spectabat, (2) cum Statibus Imperii Romano-Germanici ita est communicata, ut eam hodie non amplius mandatario & administratorio sed proprio nomine exerceant. (3) Hinc non tantùm varias condunt leges atque statuta, Land- und Stadt-Rechte, Policey-Ordnungen ꝛc. sed & instituunt in provinciis suis Tribunalia atque Collegia, quæ jus atque justitiam suorum nomine & auctoritate inter cives administrant. In his subditi ipsorum, ceu prima sua Instantia, regulariter in omnibus causis conveniri, atque de actionibus suis respondere debent, nec ad fora extranea. invitô Dominô, trahi queunt. Si autem de facto ab aliquo id attentetur, rectè prohibent subditos, ne compareant, revocant

vocant eos Mandatis pœnalibus (4), vel, ſi res ſit cum potentiore, petunt contra gravantem Mandata Cæſarea, de non turbando in poſſeſſione l. qs. jurisdictionis territorialis, neque trahendo ſubditos extra territorium, ſed remittendo cauſas ad forum competens S. C.

(1) Rchweder. *Introduct. ad jus Publ. Part. ſpec. Sect. 2. c. 13. §. 12. ſq.* Reincking. *d. Reg. eccl & ſec. l. 1. cl. 5. c. 4. n. 104. ſeqq.*

(2) Struv. *Syntagm. Jur. Publ. cap. 26.* §. *15.* add. Hert. *Comment. d. Conſultat. Legib. & judic. in ſpecial. Rom. Germ. Imp. Rebusp*: §. *19. pr.*

(3) Secundum tritum illud: *Qui habet territorium, habet etiam pro ſe titulum præſumtum cujuslibet jurisdictionis in territorio* per l. *nec quicquam 9. ff. d. Offic. Proc.* Text. *J, P. Stat. Imp. Tit. 4. n. 94. ſeqq.*

(4) Paurmeiſt. *d. Jurisd. l. 1. c. 25. n.* 41. Carpz. *d. Proc. tit. 2. art 1. n. 18.* Lauterb. *Colleg. Theoret. Pract. l. 2. t. 1,* §. *35.*

§. II.

Quid? quod ne Cæſarea quidem Majeſtas, quæ tamen aliàs fons omnis jurisdictionis dicitur, (1) Statibus hac in parte præjudicat, aut privilegium hoc primæ Inſtantiæ per Proceſſus inhibitorios, caſſatorios infringit. (2) Multo minus ſummis Imperii Tribunalibus licitum eſt, (3) ſubditos Statuum, neglecto forô inferiori, immediatè evocare, vel Mandata contra eos emittere. Hæc enim contra Immediatos regulariter tantùm locum habent, (4) neque cauſæ mediatorum aliter, quàm interpoſita appellatione aut alio remedio devolutivo ad ſumma Imperii Dicaſteria dovolvuntur. (5)

(1) Conf. *Quinquert. Cameral. quæſt. 1.* §. *19. ſeq. & quæſt. 2.* §. *15.*

(2) Vid. *Cap. Leopold.* §. *3.* Lauterb. *Tr. inaug. de Condom. territor. cum ſup. conj. c. 6. th. 3. & 4. ibique Dd. citt.*

(3) Rec. *Deput. d. anno. 1600.* §. Es wird nicht weniger *29. ibi:* daß deßfalls denen Magiſtratibus proximè immediatis in dem nicht vorzugreiffen Jung. *C. O. C. P. II. Tit. 25.* §. *4.*

(4) *C. O. C. P. II. tit.* Es ſoll auch erſtlich 1.

(5) Facit huc diſtinctio Cameraliſtarum inter cauſas S. Q. & Appellationis, quam tamen, ceu minus accuratam, rejicit Ludolf. *Comment. Syſt. Jur. Cam. Sect. 1.* §. *2. n. 1, & 2. pag. 22.*

§. III.

Sunt tamen nonnulli caſus excepti, ubi ceſſante hôc fori Privilegio, Mediatus Imperii civis ſupremornm Tribunalium jurisdictionem omninò agnoſcere, neque exceptione primæ Inſtantiæ ſe contra illorum Mandata aut

 Citati-

Citationes tueri valet. Limitatur hoc ipsô regula supra à me proposita, animum igitur induxi meum, pauca quædam pro tenuitate mea de iis proferre, & fundamentum, quod habent in Constitutionibus Imperii, investigare. Faxit Deus T. O. M. ut omnia cedant feliciter!

§. IV.

Ad rem verò ipsam antequam me accingam, haud incongruum esse videtur, quædam de terminis in rubro positis præmittere atque vel duobus verbis eorum explicare significationem. Dicitur itaque mihi (1) heîc *Mediatus*, qui immediatis Imperii civibus, quoad personam subjectionis nexu, homagium & alia (2) subjectionis onera exhibendo devinctus est. Ex quibus manifestum est, quòd excludam ab hac tractatione liberam Imperii Nobilitatem, (3) die Reichs-Freye-Ritterschafft, atque pagos immediatos, (4) die Reichs-Dörffer. Quanquam enim negandum non est, eos ratione certorum Jurium & Bonorum Feudalium etiam aliis Principibus parere, hoc tamen non obstat immedietati ipsorum, per varia Privilegia Cæsarea atque Sanctiones Imperii pragmaticas firmissimè stabilitæ.

(1) Schweder. *Introd. in Jus Pub. Part spec. sect. 2. c. 19. in princ.*

(2) Quod enim ex sola homagii omissione ad subjectionis negationem non firma semper fieri possit argumentatio, docetur in dissert. Höfflichii sub præsid. Struviano Jenæ nuper habita, *de Dominio directo in alieno territorio §. 8.*

(3) Quantis animorum motibus nostra ætate de Nobilium horum immedietate personali, præcipuè si in alieno territorio habitant, disputatum sit, docent scripta *Burgermeisteri* aliorumque hac de re edita, inprimis verò Collectio anonymi, sub titulo: *Nobilis territorio subjectus.*

(4) Inter quos notissimi sunt: Gochsheim und Sennfeld, patriæ meæ quàm proximè adjacentes. Episcopus Herbipol. tanquam Protector eorum, als ihr angenommener Schutz-und Schirm-HErr, varia in eos exercet & prætendit jura, ob quæ gravissimæ in Consilio Imperii Aulico & Camera Imperiali enatæ sunt lites, quæ quidem partim decisæ partim verò in judicio adhuc ventilantur. Sunt etiam nonnulla puncta, quæ ob paritatem votorum â Camera ad Comitia Ratisbonensia sunt remissa, dequibus conferri potest eorum unterthänigstes Memoriale an die allgemeine Reichs-Versammlung, &c. cum adjunct. ubi plura invenies. add. Lünigs Reichs-*Archiv Part. spec. contin. 4. Tom. 2.* Fortsetzung *pag. 803.* Ludolf. *Comment. System. Sect. 1. §. 2. n. 8. in not.* ubi disqui-

disquirit: *An de Communitatibus hisce prædicari possit Jus territoriale*, ob diese Reichs-Gemeinden auch Territorial-Herren seyen?

§. V.

Vocis, *Instantia*, variæ sunt significationes, variæque distinctiones apud Doctores; (1) sed missis hisce, indicâsse mihi sufficiat, quod *prima Instantia* mihi sit illud judicium, ubi adversarium meum, contra quem Actio mihi competit, primò convenire debeo, da ich meinen Gegentheil zuerst belangen muß. Differt (2) ab hac *Instantia superior*, ubi nullitates & iniquitates Judicii inferioris, interpositâ provocatione, corriguntur. (3)

(1) Vid. Blum. *Proc. Cameral. Tit. XXV. n. 68. seq.* Berger *Oeconom. Jur. lib. 4. tit. 1.* §. *2. not. 2.*

(2) Vid. tn. Lynck. *d. Gravam. extraj. pag. 14. n. 8.* ubi docet, quòd Instantia appellationis ratione provocantis nonnunquam possit esse prima.

(3) Add. Uffenbach. *d. Consil. Imp. Aul. Cap. 16. subject. 4.*

§. VI.

Quid per *Summa Imperii Tribunalia* in rubrica indicare velim, quilibet, vel me tacente, intelligit. Sermo mihi nimirum est de excelsissimo Consilio Aulico & Camera Imperiali. Illud Viennæ, hæc Welzlariæ floret. Ambo in justitia administranda concurrunt (1) cùm inter Mediatos Imperii cives, ita, ut ab eorum decretis & judicatis non detur provocatio (2) nec regulariter Recursus ad Comitia. (3) Rectè tamen eorum potestas restricta est ad LL. Imperii fundamentales, imprimis quod ad causas Ecclesiasticas, (4) Criminales, (5) & Politicas (6) Policey-Sachen, quippe quæ certis (7) tantùm casibus ad summa hæc Dicasteria deferri possunt. Quos verò hâc vice penitius investigare, meum non est. Consuli possunt Doctores Juris Publici, (8) vel quod tutius, ipsæ Imperii Leges & Ordinationes.

(1) *Ordin. Jud. Aul. Ferdin. III. Tit. 2.* §. So wollen wir auch 7. Maurit. *Disp. d. Jud. Aul.* §. *12. seqq.* Casus verò, in quibus Cam. Imp. non concurrentem habeat jurisdictionem, recenset Jo. à Schultz in *Diss. pecul. Francof. hab. 1706. it.* Uffenb. *de Consil. Aul.*

(2) Competunt tamen alia remedia legitima, v. g. Supplicationis Revisionis, Restitutionis in integrum &c. de quibus vid. D. Crameri, Consiliarii Patriæ meritiss. *Manual. Proc. Imp. Aul.* Uffenb. *c. l. Cap. 23.* add. *Diss.* Schwederi elaboratiss. *de Concursu & electione utiliori remediorum contra sententias in summis Imp. Tribunalibus latas.* per tot.

(3) In quibus verò casibus Recursus hic de Jure locum habeat, exponit Happel.

Happel. in *diss. de Recursu ad Cæsaream Majestatem vel Comitia universalia*, nec non Ludolf. in *Animadversionibus* ei subject. item *in Comment. Syst. Sect. 1. §. 1. pag. 19. in not.* add. Kurtze und gründliche Bewährung, daß der Recursus ad Comitia in der Bußeckerthaler Sache dem Hochfürstl. Hauß Hessen-Darmstadt nicht præcludiret werden könne, ubi complura hujus Recursus exempla exhibentur.

(4) Plenius de his tractant *Acta in Causa Magistratus & Minist. Eccl. Wetzlar. contra Parochum* Hellmund, quæ extant in der Staats-Cantzley *Part. 26.* Jung. *D. Crameri diss. inaug. d. Causis Consistorialibus ad Judicium Aulicum pertinentibus.*

(5) Lauterb. *Coll. Theor. Pract. L. 49. t. 5. §. 4.* Hugo *d. Stat. Reg. Germ. cap. 3. §. 41.*

(6) Vid. omninò *Rec. Imp. noviss. §. 106.* Mev. *Part. III. dec. 154.*

(7) Si nempe Nullitas insanabilis in judicio inferiori sit commissa, eaque manifestè possit doceri, Uffenb. *d. consil. Aul. cap. 10. subsect. 2. n. 2.* Remittuntur tamen plerumque causæ ad judicem competentem, correctâ nullitate & præscriptâ viâ, quomodo imposterum contra Inquisitos sit procedendum. Text. *ad R. I. N. disp. XI. n. 88. in fin.* Notabile haud ita pridem legi Conclusum Judicii Aulici in Sachen Gebrüdere. G. contra von N. ubi judici inferiore injungebatur, ut præviâ legali inrotulatione, Acta Inquisit. ad impartialem Facultatem Juridicam transmittat, Responsumque, quod inde venit, statim sic clausum Consilio Imp. Aulico ad publicandum exhibeat.

(8) Præcipui ex his uno velut intuitu videri possunt apud Ludolf. *Comment. System. Sect. 1. §. 14. n. 31. p. 216. seqq.*

§. VII.

His itaque præmissis rem ipsam aggredior, & primò quidem casum *Violatæ Pacis religiosæ*, (1) qui ob præstantiam objecti sui reliquos omnes antecellit. Cui enim salus sua, illi etiam religio, curæ cordique est, & inter bona præcipua numeratur. Quocirca nemo in ejus exercitio (2) libero turbari aut offendi debet. Vetant id leges cùm divinæ (3) tum humanæ, adstipulante & suadente æquitate naturali. Nam ubi Religio non arta atque tecta manet, ibi nec in Politicis magna speranda est securitas, (4) sed metuendæ dissidiæ, rixæ & tandem bellum intestinum, quod omnium rerum censetur miserrimum. Experti id sunt Majores Germaniæ nostræ maximo suo damno, ideoque saluberrimas circa hanc rem condiderunt

leges.

leges. Iniverunt Pacta, Transactiones, Recessus (5) &c. gravissimasque contra transgressores statuerunt pœnas, ita ut nec Mediatos ab iis eximerent. Concedunt enim, si mentem legis rectè inspicias, etiam contra Mediatum Citationem super fracta pace religiosa, nec non Mandata (6) ad consequendum id quod mihi debetur, & ad pœnam Fisco Cæsareo inferendam, quandoque etiam ad Bannum.

(1) Cur Religiosa dicatur, vid. ap. Schilter. *d. Pac. publ. c. 1. §. 1.* Summam verò hujus pacis exhibet Blum. *Tit. XXVIII. à num. 12. usque 63.* add. Deckherr *Consult. For. c. 8. seqq.* Text. *J. F. Stat. Imp. Tit. III. n. 200. seqq.* junct. *n. 309. seqq.* ubi disquirit, an & quatenus ii qui à *pietatis* studio nomen accepere, patrocinio pacis hujus gaudeant. Legi etiam hac de re merentur ea, quæ differit Ludolf. *Comment. System. Sect. 1. §. 6. n. 16.*

(2) Aut Jurium inde dependentium, v. c. perceptione Decimarum, aliorumque redituum huc spectantium. *Inst. Pac. Art. V. §. 45.*

(3) Facit huc præceptum illud Servatoris nostri universale, *Matth. VII, 12.* quod si observaretur ubique, multæ cessarent lites.

(4) Quia religio maximum influxum in statum regionis externum habet, prout ex quotidiana experientia & antiquis rerum gestarum monumentis satis abunde constat, vid. elegantiss. Pufendorffii *Tractat. de Habitu Religionis Christ. ad Statum Civil.* per tot.

(5) Præ reliquis nominanda est Transactio Passaviensis & Pax August. d. Anno 1555. nec non Osnabrugens. quæ cunctis pacificationibus insequentibus basin & fundamentum præbuerunt.

(6) Hæc tamen si petantur super hac Constitutione, nunquam S. sed semper C. C. decernuntur, *C. O. C. P. 2. t. 25. §. 11. & 12.* Blum. *Tit. XXIX. n. 200. seqq.* ubi rationes adducit. Consultius igitur est, qualificare petitum suum super quatuor Casus seu *O. C. Tit. 23.* præsertim si agatur contra Immediatum.

§. VIII.

Quodsi verò de praxi heic quæras, negari quidem non potest, rarissimum esse casum, ubi Mediatus ob crimen fr. pac. relig. solitariè (nam aliud est, si cum Domino suo territoriali simul convenitur) à Consilio Imper. Aulico aut Camera citatus, multò minus condemnatus sit. Ast exinde non sequitur, quòd lex prorsus sit abrogata, quia si ita argumentari velis, multa in Jure nostro temerè pro abrogatis pronunciare deberes. Textus (1) & Rationes

tiones, (2) quibus veritas thesis nostræ nititur, tam evidentes sunt, ut neque dissentientium Doctorum (3) auctoritas, neque usus rarus eam destruere valeat. (4) Quilibet Actor eligit remedium, quod sibi tutissimum & commodissimum videtur, dispiciendum igitur, an consultum sit, Dominum territorialem ob conniventiam simul convenire, an verò, omissô illô, Actionem contra solum subditum dirigere.

(1) Continetur in *C. O. C. P. II. tit. 10. in rubr.* von Personen und Sachen ꝛc. ibi Ohngeachtet, ob sie mit oder ohne Mittel dem Reich unterworffen. Quæ verba ob paritatem rationis rectè etiam huc applicantur, Ludolf. *Comment. Syst. Sect. 1. §. 4 n. 4.*

(2) Has vid. ap. Blum. *tit.* XXVIII. *n. 73.* it: *Tit.* XXVIIII. *n. 290.*

(3) Inter hos agmen veluti ducit Deckh. *ad. Blum. t. 29. n. 62.*

(4) Conf. Lynck. *d. Grav. extraj. Cap. 9. P. 2.* §. *49. n. 7.* ibique cit. Springer. add. *Auct. Breviculi Proc. Imp. Aul. Tit.* XXIX. §. *1.*

§. IX.

Eadem, quæ hactenus de Pace religiosa dicta sunt, suo modo possunt appplicari ad *Pacem profanam* 1), quippe quæ etiam forum Summorum Imperii Tribunalium per se fundat, nullô habitô personæ respectu, sive sit Mediata, (2) sive Immediata. Casus hic iterum rarus est, imò hodie vix dabilis, quoniam vis atrox & alia hujus Actionis requisita difficulter in Immediatum, nedum Mediatum Imperii civem cadunt. Hodiernis temporibus omnes diffidationes & violentiæ in Germania cessant, ubique ferè locorum in promtu sunt Judicia optimè ordinata, quæ sine ulla mora auctoritatem suam interponunt, auxiliumque oppressis præstare solent. Vis non amplius est Jus, nec vindicta privata inter cives toleratur, sed gravissimis coërcetur pœnis. Et hæc est ratio infrequentiæ hujus Actionis, cui diutius immorari supervacaneum duco. (3)

(1) Historiam Pacis profanæ seu publicæ suppeditat Schuz. *J. Publ. Vol. 2. Ex. 4. th. 2.* ibique Scharschmidt.

(2) Text. *ad R. J. N. Disp. II.* §. *45.* Gail. de *P. P.* Lib. I. c. 7. n. 25.

(3) Ludolf. *c. l.* §. *5. n. 7.*

§. X.

Pergo ad casus in praxi frequentiores, *Causas* nimirum *Fiscales*, quæ in constitutionibus imperii publicis passim recensentur. (1) Plurimæ quidem inter eas tantummodò ad Status imperii quadrant, adeoque ad nostram tractationem

tionem propriè non pertinent; Sunt tamen aliæ, quæ omninò etiam in Mediato locum habent. Sic v. g. huc spectat, quando Privatus dogmata perniciosa in scriptis publicis disseminare audeat, (2) aut summis imperii Dicasteriis, eorûmque Decretis, Mandatis, Rescriptis &c. debitam reverentiam non exhibeat, vel Notarios Cæsareos publicos & Nuncios Camerales, Processus insinuantes, malè tractet. (3) Porrò eò referri potest, si quis Nobilem, Baronem, Comitémve imperii se mentitur, aut insignia cum Galea aperta, offene Schild und Helm, gerit (4), nec tamen Privilegium habet. (5)

(1) Comp. Blum. *Pr. Cam. Tit. XXX. n. 8. seqq.* Text. *ad R. J. N. Disp. X. §. 16. usque 50.*

(2) Ludolf. *comment. System. sect. 1. §. 6. n. 16. p. m. 58. sq.* ubi præjud.

(3) Id. *c. l. n. 24.*

(4) Vid. *Reform. Polit. August. d. anno 1530. tit. 15. & de anno 1548. tit. 12.*

(5.) *Brevic. prax. Imp. Aul. Tit. XXVIII. §. 27.* add. omninò *Rescriptum Cæsareum de anno 1682.* quod exhibet Uffenb. *de consil. Aul. cap. 7. sect. 1.*

§. XI.

Omnibus hisce & similibus casibus Procurator Fisci Cæsarei immediaté procedit contra Delinquentes, licèt in territoriis Statuum domicilium habeant. Non juvat eos Exceptio Fori aut Jus de non evocando, cùm casus hos leges & constitutiones imperii expresse exceperint & jurisdictioni Cæsareæ immediatæ quasi reservârint. (1) Ne verò Advocatus Fisci Status Imperii eorumque subditos sine sufficienti ratione Processibus oneret, saluberrimè provisum est, ut in utroque Archi-Dicasterio certi deputentur Consiliarii & Assessores, quorum consensu & præscitu in instituendis Actionibus suis utatur. (2) Probè hi perpendunt, an causa ad suprema hæc Tribunalia spectet: an verò rectius ad Fora Principum, quippe qui aliàs etiam Jure Fisci in territoriis suis gaudent, sit remittenda? (3)

(1) *C. O. C. P. 2. t. 21. pr. & §. ult.* Lynck. *de Grav. extraj. cap. 9. part. 2. §. 49.*

(2) R. H. O. *Tit. 6.* §. Damit auch 5. R. I. *Novissi.* §. berührtem 93.

(3) Vid. Text. J. P. *Stat. Tit. 4. §. 272. seqq.*

§. XII.

Post Causas Fiscales referunt huc communiter Doctores *Casum violati Privilegii Cæsarei.* (1) Sunt equidem nonnulli, qui hac in re dissentiunt (2), & Reum Mediatum non coram Summis Imperii Tribunalibus sed foro Domini territorialis sui conveniendum esse statuunt. Ast, rationes eorum tam validæ non videntur, ut nos à doctrina communi dimoveant. Majestati enim, quâ Augustissimus pollere debet, omninò consentaneum est, ut ipse solus de Privilegiis, quæ vi Reservatorum concedit, cognoscat (3), eaque propriâ auctoritate contra violatores quoscunque tueatur. Qui Privilegia Imperialia temerè lædit, ipsam Cæsaream Majestatem, ejusdemque Jura læsisse censetur, adeoque rectè hujus vindictam sentit. Quocirca etiam hodie plerumque Fiscalis Generalis simul cum Parte procedit contra Delinquentem & ad pœnas Privilegio insertas agit, sicut id varia præjudicia passim obvia testantur.

(1) Blum. *Tit. XXXVIIII. n. 2.* Lynck. *c. l.* Uffenbach. *d. Consil. Imp. Aul. cap. X. Sect. 2. n. 23.*

(2) Deckh. *Proc. Inform. p. 25. & ad Uffenb. c. 10. t. 2. n. 27.* add. Mev. *P. 2. dec. 94.*

(3) Gail. *l. 1. O. 1. n. 7.*

§. XIII.

Ut autem Actio cum effectu possit institui, requiritur ex parte Rei non solùm sufficiens Privilegii ejusque contentorum notitia (1), sed etiam violatio dolosa. Quæ omnia, cùm luculenter debeant probari, Actionem satis reddunt difficilem. (2)

(1) Uffenb. *de consil. Aul. c. l.*

(2) Ludolf. *sect. 1. §. 11. n. 6. p. 157.*

§. XIV.

Occurrit jam *casus de possessione litigiosa*, quæ materia pristinis temporibus verè litigiosa fuit, hodiéque multis difficultatibus (1) obnoxia est, præsertim in applicatione ad factum. Sed meum nunc non est, evolvere controversias interpretum; sufficiat mihi demonstrâsse, quòd Mediatus heic iterum primam instantiam in Summis Imperii Tribunalibus sortiatur. (2) Contingit illud,

illud, ubi duo pluresve Mediati de possessione rei immobilis vel jurium litigant, & Jurisdictio inter plures Magistratus vel Dominos est controversa. (3) Ratio hujus constitutionis est, ne Partes litigantes, dum de Foro competenti incertæ sunt, ad viam facti transeant, & sic imbecillis à potentiore injustè opprimatur aut jure suo excludatur. Ex quibus constat, Spolia, Turbationes (4) &c. ad hanc constitutionem propriè non pertinere, sed requiri possessionem verè litigiosam & dubiam. In illis casibus alia quærenda sunt remedia, v. g. Mandata restitutoria, inhibitoria, conservatoria, & quæ ex Jure Communi ad retinendam vel recuperandam possessionem peti possunt, nisi Advocatus clienti suo præjudicare, aut solenne illud: **Wie gebetten, abgeschlagen,** loco Decreti reportare velit.

(1) Conf. omninò Ludolf. *comment. Syst. sect. 1. §. 7. n. 2. p. 65. seqq.* ubi causas harum difficultatum indicat, easque una cum quæstionibus principalioribus solidè resolvit.

(2) *C. O. C. P. II. t. 22. §. 1.* ibi: **Partheyen, die mit Mittel dem Reich unterworffen.**

(3) Text. *ad R. J. N. Disp. II. §. 45.*

(4) De his vid. Lynck, *d. Grav. extraj. cap. 5. sect. 1. §. 13. n. 6.* Mev. *P. 1. Dec. 139.*

§. XV.

Attingenda jam paucis est *constitutio ex L. Diffamari*, quæ sextum nobis præbet casum. (1) Tenetur juxta mentem hujus constitutionis Mediatus, qui Statum Imperii aut alium immediatum de fracta pace publica aut aliis causis (2) ad Cameram & Judicium Aulicum per se spectantibus diffamavit, in summis hisce Imperii Tribunalibus comparere, ibique in termino præfixo sub pœna perpetui silentii actionem suam proponere & causas traductionis legitime probare. Ratio hujus constitutionis desumpta est à notissimo illo pragmaticorum axiomate, quod Actor sequi debeat forum Rei. Diffamatus enim in causa principali pro Reo est habendus, quamvis in puncto diffamationis Actoris vices sustineat. (3) Priusquam citationem super hac constitutione obtinere queat, ante omnia diffamationem summariè docere debet, idque Documentis (4) vel alio modo in Legibus præscripto. (5) In quo differt hic Processus ab aliis citationibus, ubi tam accurata causæ cognitio præcedere non solet. (6) Deinde etiam requiritur, ut causa, de qua diffamatio facta,

 Juris-

Jurisdictioni Supremorum Imperii Tribunalium per se non eximatur, uti sunt causæ Matrimoniales, criminales &c. In his frustranea est provocatio, & Diffamatus jus suum prosequi debet in foro Diffamantis ordinario, quò tales causæ pertinent. (7)

(1) Continetur in *C. O. C. P. II. t. 27.* add. Lynck. *de Grav. extraj. cap. 9. p. 2. §. 49. n. 8.* Text. *ad R. J. N. Disp. 2. §. 46.*

(2) *C. O. C. c. l.* pr. ibi: in Friedbrüchigen, Schmach und andern dergleichen Sachen. Quid autem intelligatur sub ultimis verbis: und andern rc. exponit Blum. *Tit. XXXVI. n. 14.* comp. Text. *c. l. Disp. 5. §. 15. seqq.* qui hanc constitutionem distinctè explicat.

(3) Gail. *lib. 1. Obs. 10. n. 1.*

(4) Non admittitur cum sola juramenti oblatione, Mev. *part. 3. Dec. 393.* & P. *9. d. 102. 103.*

(5) *Recess. Imp. Noviss. §. 83. C. O. C. c. l.* ibi: Glaubliche Urkund.

(6) Gail. *c. l. n. 7.* vid. tamen *Rec. Imp. d. anno 1654. §. 79.*

(7) Blum. *c. l. n. 10.*

§. XVI.

Quod ad Praxin hujus constitutionis attinet, inficias ire non possum, eam nostrâ ætate non adeo magnam esse quam olim, tempore conditæ Ordinationis Cameralis. (1) Crimen fractæ Pacis publicæ & aliæ causæ, de quibus in textu nostro sermo est, raro hodie audiuntur, ergò etiam Diffamationes de iis non frequentes esse solent. Magis autem in usu est Actio ex famosa illa L. *Diffamari C. d. ingenuis & manumiss.*, quippe quæ latius se extendit, & toties potest institui, quoties existimatio (2) alicujus apud alios per verba & facta, v. g. Diffamationem de debito prætenso, Arrestationem Bonorum (3) &c, iniquè minuitur. Ad hanc dirigunt plerumque Advocati Supplicationes suas, cùm in Excelsissimo Judicio Aulico aut Camera Imperiali aliquem provocare volunt. Tenetur tunc etiam Diffamans comparere & de diffamatione respondere; Causa tamen principalis, nisi per se & suâ naturâ ad suprema hæc Dicasteria spectet, aut Prorogatio sit facta, remittitur ad Forum Austregarum aut aliud competens, additô terminô peremtoriô, intra quem ibidem legitimè proponi debet. (3) Quomodo autem ulterius in utroque Judicio contra Diffamantem, præsertim si contumax sit, procedatur, &

& quales in fine ferri soleant Sententiæ, longius hoc loco enarrare non attinet, disci id potest ex Commentariis Juris & Processus communis, cumprimis Gailii, qui fusius hac de re egit in suis Observationibus. (5)

(1) Ludolf. *sect. 1. §. 11. n. 2. p. 155.*

(2) Gail. *lib. I. obs. 9. n. 2.*

(3) Mev. *p. 5. Dec. 111. 124.*

(4) Blum. *c. l. n. 21.* qui allegat præjud. in Causa Hohenlohe contra Hohenlohe, ubi tres mens. ad Actionem in Austregarum Judicio instituendam præfixi sunt.

(5) Vid. *Obs. 11. & 12.*

§. XVII.

Venio nnnc ad materiam cunctis quidem Judiciis inferioribus exosam; multis tamen admodum familiarem; *de Justitia* scilicet *protracta vel denegata.* Ubique enim ferè locorum inveniuntur homines, qui de diuturnitate Processuum, de denegatioue vel saltim protractione Justitiæ querelas effundunt acerbissimas. Culpa non semper est in Judice, sed sæpius in Litigantibus ipsis vel avaris eorum Advocatis. Opponunt hi plerumque, si Rei (1) partes tueantur, Exceptiones innumeras à re principali prorsus alienas. Miscent Possessorium cum Petitorio, Reconventionem cum Conventione. Producunt scripta, quantitate molis laborantia, ut Referenti in perlegendo nausea creetur. Petunt ob levissimam sæpe causam Prorogationes & Dilationes æternas, quandoque verò in termino prorsus emanent (2), ut ansam nanciscantur de contumacia disputandi. Et si tandem post tot anfractus post tot discrimina rerum sententia definitiva sequatur, confugiunt ad remedia suspensiva, devoluriva &c. & abutuntur beneficio Restitutionis, Revisionis, Leuterationis Declarationis, Appellationis &c. Percurrunt omnes Instantias & executioni manibus pedibusque resistunt. Interim aliquid fit, & Actor vel ad inopiam redigitur causamque deserit, vel sequitur vulgatum illud: ein magerer Vergleich ist besser als ein fett Urthel; (3) & acceptà dimidiâ vel minori petitionis suæ Summâ, liti lubens renunciat. (4) His igitur consideratis mirandum non est, si Judex superior Paribus de justitia protracta apud se conquerentibus non statim annuit, sed vel denegatis Processibus, eas ad Judicem competentem remittit, vel prius Excitatoria, Monitoria, Promotoriales aut Mandata de administranda justitia intra certum terminum decernit, antequam causam

ad

ad se vocet. Et talis etiam Praxis servatur adhuc hodie in Summis Imperii Tribunalibus. Ibi enim Partes non prius citantur, quam cùm Judex his Processibus non obtemperat, & justitiam notoriè protrahit vel denegat, idque implorans per documenta aut alio legitimo modo (5) satis probare potest. Tunc demum enascitur casus, de quo heic loquimur, quòd nimirum Mediatus, spreto foro ordinario, ad excelsa hæc Dicasteria immediatè possit evocari. (6)

(1) Reorum enim proprium quasi est, fugere.

(2) Huc referri potest abusus Proclamatum in Camera Imperial, de quo vid. *Schlendrian. Aph. 7. p. m. 23. seqq.*

(3) Comp. Hert. *in Parœm. Jur. German. Lib. I. Parœm. 11.*

(4) Hæ sunt artes Rabularum quotidianæ; rariores & plures enarrantur in *Dissert. Inaug.* Jenæ sub Præsid. Bruckneri habit. *de Stratagematibus Advocatorum*, vulgo: von Advocaten-Streichen. Jung. Doct. ibid. citt. præcipuè verò *Brederod.*

(5) Qu. An admittatur Juramentum Perhorrescentiæ? Resp. affirmando per ea, quæ tradit Blum. *Proc. Cam. Tit. 37. n. 19. sq.* Hert. *d. Superiorit. territor.* §. *30.* Beliz. *Proc. Civ. qu. 3. p. 36.* Lauterb. *Colleg. Theoret. Pract. Lib. 12. Tit. 2.* §. *42.* Judicis tamen prudentis arbitrium non excluditur, cum constitutiones Imperii expresse nihil determinent. Deckh. ad Magenh. *P. II. t. 26. pag. 193. seqq.*

(6) Speyerischer Deputations-Abschied *d. Anno 1600.* §. Ob auch 27. Roding. *Pand. Cam. l. 1. t. 25. n. 13. 25. seqq.* Text. *ad R. J. N. Disp. 2.* §. *46.*

§. XVIII.

Sine dubio ad nostram Tractationem etiam pertinet ille Casus, *ubi Princeps vel Dominus aliquis Subditos suos* coram Summis Imperii Tribunalibus *convenire vult.* (1) Hoc enim ipsi licere nemo ambiget; an verò casus hic in praxi frequenter sit sperandus, (2) longè alia est quæstio, quam tuto asserere non ausim. Comperunt hodie Principibus Germaniæ remedia multò promtiora ad compescendos subditos suos, quàm imploratio Judicis superioris. Quodsi via facti procedere nolunt, adsunt Judicia in Provinciis suis constituta, ubi subditi stare tenentur, (3) vel ordinant nonnunquam certos Commissarios ex suis & extraneis Ministris, qui, Partibus auditis, in causa pronunciant,

vel

vel sententiam à Facultate aliqua Juridica petunt, eâque rem decidunt. Et hæc via omnium brevissima est & commodissima, modò turpe prosopolepsiæ vitium exulet, quod tamen sola remissione juramenti, quo alias Domino suo obstricti sunt Ministri; non semper evitatur.

(1) Roding. *Pand. Jur. Cam. l. 1. t. 4. n. 61.* Text. *ad R. J. N. Disput. 2. §. 48.*
(2) Ludolf. *Comment. System. sect. 1. §. 10. n. 48. p. 130.*
(3) Gail. *l. 1. O. 1. n. 18.*

§. XIX.

Porrò nec quisquam de eo dubitabit, quód primæ Instantiæ exceptionem opponere nequeat, *si ei* expresse vel tacitè *renunciaverit*, (1) seque jurisdictioni Supremorum Imperii Tribunalium sponte subjecerit. Præsupponendum tamen heic est, ut privilegium fori, cui renunciatur, principaliter & unicè in favorem Renunciantis sit introductum. (2) Nam, quando tertii jus & favor simul sub eo versaretur, renunciatio ejusmodi absque alterius consensu facta non subsisteret, sed declaranda esset pro nulla. Quilibet juri tantùm suo renunciare, neutiquam verò alteri iniquam conditionem inferri potest. Multò minus igitur inferiori licebit, in præjudicium Superioris sui aliquid admittere, aut jus ejus quæsitum & privilegia fori per Transactiones, Renunciationes aut alia pacta per indirectum evertere. Quodsi id fieret, sine dubio Domino suppeterent media, attendata & temeritatem ejuscemodi civium pro merito puniendi, & cives suos à foris extraneis revocandi. Jus Publicum pactis privatorum mutari aut tolli non debet, (3) & hinc facilè potest colligi, in quantum Mediatis aut Subditis Statuum hodiernis temporibus permissum sit, jurisdictioni Dominorum suorum patrimoniali renunciare, seque sine eorum consensu & licentia in alterius foro, etiam superiori, sistere. (4)

(1) Gail. *l. 1. O. 1. n. 29.* Roding. *Pand. Cam. l. 1. T. 4. n. 67.* Blum. *tit. 26. n. 30.*
(2) Gail. *lib. 1. O. 40. n. 2.*
(3) Per *l. 38. ff. d. pact.*
(4) Comp. omninò Lauterb. *Colleg. Theoret. Pract. l. 2. t. 1. §. 55.*

§. XX.

Novus emergit casus fundati Fori Cameralis, & rectè Mandata etiam contra Mediatum emanant, *quando is aliquem contra sententiam in Summis Imperii*

Tribunalibus latam turbare præsumat. (1) Judex enim, qui sententiam pronunciat, omninò eam manutenere & contra ausus temerariorum intactam & inviolabilem conservare debet, multò magis igitur hæc potestas Cameræ Imperiali & Consilio Aulico tanquam Judiciis supereminentibus tribuitur. Necesse tamen est, ut Actor turbationem sufficienter possit docere.

(1) Blum. *Proc. Cam. Tit. XXXIV. n. 129.* Lynck. *de Gravam. Extraj. Cap. 9. p. 2. §. 49.*

§. XXI.

Restant casus adhuc plures, quos recensere possemus, (1) sed quoniam partim in praxi rarò accidunt, partim verò ad Causas Fiscales, de quibus supra in §. X. & seq. satis pro instituti ratione egimus, referri queunt, non opus esse existimo, multa de iis dicere. Sic v. g. Casus, quem DD. etiam huc referunt, hodie vix est dabilis, ut nempe aliquis Judæos in Imperio Romano-Germanico foveat, (2) qui tamen privilegium non habet. Jus recipiendi Judæos competit hodie omnibus Principibus & Statibus Imperii vi Superioritatis territorialis, & hinc satis hi prospicient absque imploratione Judicis superioris, ne Vasalli & Subditi ipsorum Jura hujusmodi sublimia in Territoriis & Provinciis suis sibi arrogent. Prætereà nec illud facilè continget, ut Mediatus à Camera aut Judicio Aulico ob debita Cancellariæ Imperial. conveniatur, (3) quia hæc Litigantibus nihil expedire solet, nisi paratam habeant pecuniam. Illud verò quod in Causis Pauperum & pro completione Protocolli (4) debetur, tanti non est, ut ideò Procurator Fisci Processus moveat. Immò, etiam ratione hujus Cancellaria sibi in tempore prospicit, cùm remedia ipsi nunquam deficiant contra Debitores morosos. Et quod tandem ad Commissarios Cæsareos attinet, (5) illi pariter vix indigent auxilio judiciali in eximgendis Salariis suis, cùm extrahens Commissionem, aut utraque Pars, plerumque sumtus Commissionis anticipando solvat. Interim tamen negandum non est, quòd omnibus hisce casibus, si quidem illi sese hodie exsererent. Mediatus à Summis Imperii Dicasteriis immediatè evocari & ad præstandum id, quod debet, adigi queat.

(1) Conf. Blum. *Proc. Cam. Tit. XXVI. n. 18. 21. 25. 37. sq.*

(2) Id. *tit. 34. n. 128.* Lynck. *d. Grav. Extraj. cap. 9. p. 2. §. 49.*

(3) Blum. *Tit. 26. n. 38.*

(4) Quid in Camera Imperial. dicatur Completio Protocolli, explicat *Schlendr. p. m. 59.*

(5) Blum. *Tit. 26. n. 20.*

§. XXII.

Coronidis loco unicum addo Casum, eumque in praxi quotidie ferè obvium, quando nimirum Mediatum unà cum Immediato accessoriè convenio. (1) Fieri id potest *ob Continentiam Causæ.* Tunc enim nullum fori privilegium, (2) nulla personæ qualitas attenditur, sed Mediatus indistinctè forum superius sequi, (3) ibidemque respondere debet. Videmus id tota die in Pignorationum, Arrestorum & aliis ejusmodi causis, ubi Ministri & Officiales unà cum Dominis suis, quorum jussu & ratihabitione (4) talia facta perpetrârunt, à Summis Imperii Tribunalibus citantur. Introductum id est in favorem Actoris, ne in una eademque causa ad diversa fora distrahatur. Quæ autem requirantur ad Actionem hanc cum effectu instituendam, & quotuplici modo continentia causæ oriatur, (5) fusius docere possunt Commentarii Doctorum, (6) quos hoc loco repetere & exscribere supersedeo.

(1) Text. *ad R. J. N. Disp. 2. §. 49. C. O. C. P. II. tit. 9.*

(2) Et hinc nec Austregæ, vid. *Rec. Deput. Spir. d. anno 1600.* §. Gleicher-massen 24.

(3) Carpz. *l. 2. Resp. 16. n. 19.*

(4) Quomodo ratihabitio probari possit, optimè docet *C. O. C. P. II. Tit. 23. §. ult.*

(5) Duodecim casus ex Mindano exhibet Blum. *Tit. 40. n. 30. sqq.*

(6) Præ reliquis verò Lauterb. *in Colleg. Theoret. Pract. l. 11. t. 2. §. 2.* ubi præjudicia habet, Jung. Struv. *Syntagm. Jur. Civ. Tit. Quib. reb. ad eund. Jud. eat.* ibique Petr. Müller.

§. XXIII.

Hæc itaque sunt, Lector benevole, quæ loco Speciminis inauguralis more consueto proponere debui. Thema hoc tam latè patet, ut, si pro dignitate id elaborare voluissem, longiori temporis spatio & pluribus subsidiis opus mihi fuisset. His verò cùm in præsenti sim destitutus, ignosces mihi, si in quibusdam nimium brevis fui aut prorsus erravi. Homo sum, humani à me nihil alienum puto. Tibi verò, ô Æternum Nomen! sit Laus & Gloria pro gratia tua indigno mihi hactenus præstita. Fac, ut viæ & actiones meæ directioni tuæ divinæ imposterum quoque maneant commendatæ!

F I N I S.

XVI.

DISSERTATIO DE CONSERVATIONE FERARUM NOCIVA

Von Schädlicher Hegung des Wilds/

PRÆSIDE
HENRICO HILDEBRAND,
D. Liberæ Reip. Norib. Consiliario, ac Pand. Prof Publ.
defensa ab Auctore & Respondente
VITO ANDREA HARTMANN, Noribergensi.

ALTDORFI, 1709.

I. N. J.

§. I.

Venatis olim omnibus permissa.

QUemlibet olim potuisse volucres & feras sylvis oberrantes, tam in publico, quam in privato fundo, eoque proprio æque ac alieno venari, notissimum quidem putamus; Sed facultatem hanc non ipso jure naturæ constitutam. Feris etenim ante occupationem in nullius dominio existentibus, nec ulla prohibitione intercedente, cuilibet Gentium jus easdem occupandi libertatem præstitit. §. *12. I. de R. D. L. 1.* §. *1. & L. 14. ff. de A. R. D.*

Hod. refertur inter regalia.

Veruntamen isthanc licentiam capiendi feras, moribus potissimum nostris restrictam plane, ac regaliarum numero adscriptam novimus. *2. F. 27.* §. *5. vers. nemo retia. & 2. F. 56. sub tit. Quæ sint Regalia* Magnif. hujus Univers. Pro Cancellarius, DN. Christoph. PELLER. in observ. & addit. ad Klock. *de Ærar. lib. 2. cap. 5. n. 30.* Dubium proinde residet nullum, Principibus ac aliis Dominis Territorialibus, Principum locum in suis ditionibus tenentibus duntaxat, competere istud jus in feras. Nemo hinc privatorum quicquam sibi circa illas juris tribuere valet, nisi aut investiturâ, quod sæpissimè accidit, feudali, aut speciali privilegio, vel præscriptione immemoriali id ipsi

fuerit

fuerit ritè quæsitum. Posse enim hisce modis libertatem venandi quibusvis obvenire personis, tantominus scrupuli habet, quantomagis quotidiana observantia evincit, jus istud venandi, **oder der Wildban**, exerceri à Regalibus aliàs non gaudentibus, hisce sub titulis, legitimam translationem istius juris satis arguentibus. Faciunt huc Illustr. DN. Viti Ludov. de Seckendorff, **in Teutschen Fürsten-Staat.** *p. 3. c. 3. Regal. 5. §. 1. & 4.* verba id ipsum satis probantia: **Sondern solches allein den Hohen Obrigkeiten der Länder und Städte und denen jenigen, welchen es von deroselben entweder ausdrücklich erlaubt und verliehen, oder durch lange Nachsehung zugewachsen.** Sixtin. *de Regalib. lib. 2. c. 18. n. 30. & sqq* Besold. *Thesaur. Pract. voc.* **Jagen** 2c. Isti juri ita apud nos recepto, adeo exteri morem gerere teneri rationis est, quia, ut ait Grotius *de J. B. & P. lib. 2. c. 2. n. 5.* ad gubernationem populi moraliter necessarium est, ut isti, qui huic vel ad tempus se admiscent, quod fit intrando territorium, conformes sese reddant ejusdem institutis.

§. II.

Sed quo juris fundamento Principes illo Regali fuerint potiti jure, heîc disquirere nobis liceat. Sane eis adstipulandum vel minimè autumamus, qui istud ad evitandas majores lites ex ejusdem exercitio inter subditos subinde nascituras, Rerumpublicarum Rectoribus statuunt relictum; pariter nec illis, qui ob agriculturæ aliorumque laborum ad subditos singulariter spectantium curam, venandi studio perituram, id in Principes collocatum existimant. Multominus calculum nostro judicio merentur contendentes, promiscuam ferarum persecutionem, ex qua Reipublicæ gravissima incommoda, interneciones & latrocinia accidere possent, translationis hujus causam esse. Petr. Müller ad Struv. *tit. de A. R. D. th. 10. in not. lit. a)* Klock. *de Ærar. lib. 2. cap. 5. n. 25. ibique* DN. PELLER. *in obs.* Dantur & alii, hoc venandi jus, Principibus & Magistratibus præscriptione immemoriali acquisitum suspicantes; Sed nec hi genuinam rationem adducunt. Illi tamen magis rem acu tetigisse nobis videntur, qui translatione omnis potestatis, à populo in Principes ac Rectores Provinciarum factâ, hanc facultatem simul in eosdem transiisse adserunt, ut potuerint circa feras, ceu res nullius libertatem naturalem, de qua Gajus *L. 5. ff. de A. R. D.* disserit, circumscribere, & quod naturaliter licuerat, ubive nulla lex civilis prohibitiva intercesserat, vetare atque ipsum dominium naturaliter acquirendum vi sua antevertere.

Quo juris fundamento id Principes sibi acquisiverint.

tere. Grot. *de J. B. & P. dict. l. 2. cap. 2. n. 5.* Illustr. DN. de Seckendorff. in Teutschen Fürsten-Staat. *p. 3. c. 3. Regal 5. §. 5.* nec non laudatus DN. PELLER. ad Klock. *de Ærar. lib. 2. cap. 5. n. 22. & 25.* Quod ad Germanos eorumve mores attinet, rem egregiè illustrant, illa quæ de hac philosophando proposuit Schilter. *Exerc. Theoret. pract. 45. th. 3. & 4.* Hæ circumscriptiones tamen pristinæ libertatis naturalis, potissimum in Germania, primum in certis districtibus duntaxat invaluêre, ceu constat ex Conradi Salici Imperatoris Constitutione de Banno forestorum, à laudato Schiltero *cit. loc.* hanc in rem allegata, necnon adducto ibidem jure Alemannico *cap. CCXXXVII.* in verbis: Da GOtt den Menschen beschuff, do gab er jm Gewalt über Visch und über Vögel, und über alle wilde Thier. Davon habent die König gesetzt, daß niemand sein Leib noch seinen Gesunt verwürcken mag mit diesen Dingen. Doch habent die Herren Panforst, wer jn darinn icht thut, da habent sie Puß darüber gesetzt. Allen Thieren ist Fried gesetzt, ane Wolffen und Pern, an den pricht nyemand kain Fried. Wer in einem Panforst Wild wundet, vellet, oder jaget, der sol dem Herrn das er da ist drey Pfund (al. Sechtzig Schilling) der Lautpfenning geben. Deinde verò temporibus Friderici omnimoda venationis restrictio est subsecuta, illam nemini nisi juribus Regalibus præfulgenti concedens. *2. F. 27, §. 5. vers. nemo retia. & 2. F. 56. quæ sint Regalia.*

§. III.

Plerumque Regalibus adhæret, non tamen semper sub nomine eorum exercetur.

Hoc jus venandi, utut plerumque Regalibus accenseatur prærogativis, non tamen semper harum nomine exercetur, sed alterius sub cujusdam juris figura maximè ab eis, qui Regalibus juribus aliàs non fruuntur. Nempe ut jus distinctum & separatum, als eine Gerechtigkeit, fundo adhærens, cujusdam servitutis quasi jure, potissimum si in alieno constitutum exercetur. DN. Lauterbach. Cam. Imperial. Illustris Assessor *de Condomin. Territ. cap. 1. §. 7.* DN. PELLER. ad Klock *de Ærar. lib 2. cap. 5. n. 30.* Utut ita ab ipsis servitutibus omnino discrepet. Vultej. *lib. 1. de Feud. c. 5. n. 1.* Harpprecht. *ad §. 12. 1. de R. D. n. 133.* Quicquid alii in contrarium ogganniant. Gail. *2. obs. 66. n. 1.* ac Mev. *p. 3. decis. 95.* Non enim servitutis personalis indolem habet, licet de Jure civili jus venandi ad fructuarium & non ad proprietarium spectet. *L. 9. §. 5. ff. de usufr.* Cum in heredes transitorium sit, nec prædia sed feras ibidem circumvagantes respiciat. Nec reali convenit, utputa ad alterius prædii immediatam

tam utilitatem, & in ipsis prædiis constitutæ. Id quod ubique secus se habet in jure in feras concesso. Schwendendorff. ad Eckolt. *tit. de S. P. R.* §. 2. Censetur proinde venandi jus tantummodo jure quasi servitutis, licet non sit servitus, quod ad actionem ideo competentem, utilem confessoriam vel negatoriam attinet, quippe qua non minus aliæ res incorporales ac jura asseruntur vel negantur. DN. Lauterb. *cit. loc.* §. 7. *in fin.* Tametsi & in hac actione à servitutum natura in hoc abeat, quod actorem sibi id juris asserentem & Regalibus non gaudentem juribus, quasi possessio à probatione tituli non relevet contra ista jura aliàs exercentem, cum in eo pristinam Regalium naturam adhuc sapere videatur. Ant. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 3. def. 3. num. 5.* Brunnem. *Cent. 4. decis. 24. n. 4.* Mev. *p. 4. decis. 357. n. 6.*

§. IV.

Jus Venandi Superioritatem non importat.

Venandi jus, utut inter Regalia jura, quemmadmodum diximus, si tali competit, qui illorum non est expers, plerumque referatur, Superioritatem tamen Territorialem vel minimè importat, licet hæc, ut ens quoddam ex multifariis Regalibus aggregatum prærogativis, Bannum ferinum ambitu suo comprehendat. Mingius *de superior. territor. cap. 6. n. 78.* Nam Regale in feras jus separatim sæpissime alteri constitutum deprehendimus etsi alter Superioritate, Territoriali emineat. Unus enim summum Imperium aut Superioritatem habere valet Territorialem. die Hohe Landes-Obrigkeit. Alter jus conducendi die Hoheit zu glaiten. Tertius die Wildban. Quartus die Förstliche Obrigkeit. Quintus die Hohe Fraisch und Zent. Sextus die Vogtey-und Erb-Gericht. Justus Sinold. cognom. Schüz. *de Statu Rei Roman. Ex. 6. th. 6. lit. c. Vol. 1.* Id quod in Germania hinc inde usu venit. Lauterb. *de condomin. territor. cap. 1. th. 7.* Sic Domini Burggravii Norimbergenses, vi primævæ Cæsareæ Rudolphi I. de A. 1273. Investituræ, etiam ab Alberto Ann. 1300. repetitæ, tertiam tantummodo feram, tertiam arborem de foresto & omnia ligna jacentia, die Windfälle, nec non Officium de foresto ab una parte pontis, cum quibusdam villis in Districtu Sylvarum Noribergensium olim habuerunt. Nec hodienum Serenissimi eorundem Dn. Successores, venditione jurium per dictam Burggravialem investituram obtentorum à Serenissimo Electore & tunc temporis Burggravio, Domino Friderico, gloriosæ memoriæ A. 1427. Norimbergensibus facta, ratione istius primæ Infeudationis, præter Titulum & Dignitatem Burggravialem, ac in Judicio Provinciali Cæ-

sareo Præsidum & nonnulla Feuda, aliud quicquam, quam feram duntaxat tertiam jure prætendunt, omnem autem quoad feram sive totum venandi nec non conducendi jus, mero exercitio nitentes. Cum tamen Reipublicæ Noribergensi omnis Superioritas Territorialis & cætera sub eadem comprehensa jura, aliis speciatim non concessa competant, ceu laudatissima hæcce Respublica affatim suo loco & tempore demonstravit, ac scriptis subinde in lucem emissis manifestavit. Confer. Nürnbergische Anmerckungen ad Compendiosam Repræsentationem justitiæ S. D. B. die Zoll-Sache betreffend, ad verb. Sondern in Brandenburgischen Territorio *fol. 33. & 47.* Proinde satis dispalescit hæcce jura in alieno Territorio admodum servitutum alii quæsita, Regalium licet jure ac titulo exerceantur, Jure tamen Territoriali, quippe quod Territorii Dominium non uno vel altero ejusmodi jure constituendum supponit, minime gentium possideri, sed duntaxat servitutis quasi jure in alieno constitutæ. Siquidem frequentissimè fit, ut Imperatores alteri concesserint Territorium cum superioritate, sed reservatis nonnullis aliàs Superioritati adhærentibus juribus, quæ ceu Regalia alteri ac territorii non Domino permiserunt. Faciunt huc quæ ex Besold. *de success. num. 33.* DN. Lauterbach. *de Condom. territorial. c. l. §. 7.* adducit: Posse quendam habere aliquid von der Landes-Hoheit, nonnulla puta Regalia jura, quamvis non sit Dominus Territorialis der Landes-Herr. Hinc palam est, jus venandi Superioritatem Territorialem plane non involvere, nisi à particulari ad universale, contra omnes bonæ argumentationis regulas, quispiam inductiones formare affectet Just. Simold. genant Schüz. *de Statu Rei Roman. Ex. 6. th. 6. lit. e.* & post Meichsner. *part. 2. decis. 4. n. 7. fol. 201.* Wehner. *Observat. Pract. voce* Forst-Recht, Forst, Wildban, *fol. m. 113.*

Dominus Venationis licite se tuetur in jure suo atque prohibet, ne alii eo jure utantur.

§. V.

Quacunque autem ratione cuipiam competat jus venandi, concessum tamen eidem est, id omni licito modo tueri. Hinc si venationis Dominus, der Jagt-Herr, aliàs Regalium prærogativarum est compos, istud variis mandatis pœnalibus etiam mortis supplicium minitantibus munire valet. Quicquid etiam contra hunc posteriorem coërcendi modum disputent Jurium Prudentes ap. Arnold. de Reyg. *in. Th. sub voc. Venatio.* allegati. Confer. Illustr. DN. de Seckendorff. in Teutschen Fürsten-Staat. *p. 3. c. 3. Reg. 5. §. 6.* Schwend. ad Eckolt. *tit. de A. R. D. §. 15. &* speciatim Hopp. *in*

Comm.

Comm. ad l. §. 12. de R. D. ſcrupulum hac in re moventibus ſatisfaciens. Humanius tamen mortis pœnâ abſtinendum ſuadet cum aliis DN. PELLER, *in obſ. ad Klock. de Ærar. lib. 2. c. 5. n. 42.* Pariter juberi & præcipi ab eo poteſt, ut Ruſtici canes ſuperfluos haud alant, & quos aluerint, baculo ad collum appenſo domi continere debeant. Daß die Bauren auf dem Land ihren Hunden Prügel anlegen sollen. DN. PELLER *cit. loc. n. 24.* Wehner *in Obſerv. Pract. voc.* Forſt-Recht, Forſt, Wildban *fol. m. 117.* ibi: Bengel-anhängung, Hunds-Bengelung, oder das Geboth die Hunde zu brügeln. Porro heic venit diſquirendum. Num Dominus Venationis habeat etiam jus cingendi, ſapiendi aut concludendi ſylvas, die Gerechtigkeit des Hagens, oder einen Hag in das Holtz zu schlagen, quæ Haga â Hain nominata cenſetur. Schilter. *Ex Theoret. pract. 45. th. 8.* Rectius tamen hoc negandum ducimus, cum Wehnero *in Obſ. Pract. voc.* Forſt-Recht, Forſt, Wildban. Cum, Jagen, non inferat, hagen, illudve mit Hetzen und Garn expediri poſſit. Confer. Gylmann. *tom. 5. Symph. ſupplic. 28. Relat. 34. n. 18.* Joh. Bidenbach. *Quæſtion. Nobil. 17. n. 4. hendecad. II.* Utriusque porro juris cauſa ſeparata & diſtincta eſt, jure venandi diſcontinuam, cingendi autem jure continuam cauſam habente. Hinc a diverſis male infertur, cum diverſa ſint, Jagen und Hagen. Bidenbach. *cit. loc.* Quare venandi jus habens & ſylvas cingendi poteſtatem prætendens, hanc probare tenetur. Imo ſi eam probaverit adeo, ita hoc jure utendum eſt, ut ſuis lignis id faciat, quia Hagen eſt inſtar retium & caſſium, & qui vult uti venatione, ipſe tenetur ſuis retibus & canibus iſthanc exercere. Gylmann. *cit. tom. 5. Symphorem. ſuppl. Relation. 34. n. 22. fol. 237.* Schilter. *Exercit. Theor. Pract. 45. th. 8.* Nimirum ſine præjudicio Domini Foreſti aut Sylvæ, des Waldherrns, ne venandi jus in alieno ſervitutis quaſi jure exercendum, ultra ſuam indolem extendatur. *arg. l. 13. ff. de S. P. R.* Beſold. *Theſaur. Pract. voc.* Jagen. Arnold. de Reyger. *voc. Venatio. n. 38.*

An ille, qui jus Venandi habet, etiam habeat jus cingendi?

§. VI.

Non minus vi Banni venatorii Domini venationis die Jagdhabere, ad conſervationem ſuorum ferarum ſæpe quidem contendunt, ne Dominus ſylvæ, immodicé & citrà neceſſitatem, arbores cædendo totam ſylvam devaſtari & eradicari permittat, daß man ſich des gäntzlichen Ausſtöckens oder Ausreutens enthalte, ne hæc cæſura venationi obſit. *l. 15. §. 6. & l. 19. §. 1. ff. de uſufr. l. 1. §. Labeo putat.*

Non Dominus Venationis prohibere poſſit, ne Dominus ſylvæ immodicè arbores cædat?

 27. ff.

27. *ff. de aqua cottid. & æstiv.* Besold. *p.1. consf.16. per tot.* Veruntamen Dominus Foresti nullatenus ita jure coarctatur, quo minus eidem liceat sua sylva libere uti, etiam cum incommodo alterius. *arg. l. 6. C. de serv.* ibique Brunnem. ne alias proprietas sua eidem inutilis reddatur. Noë Meur. in Jagd und Forst Recht. *p. 7. fol. m.130. & seq.* Sane jus, quod venationis Exercitori concessum ad feras tuendas & conservandas, eidem non solum in suo districtu venatorio competit, sed porrigendum adeo ad feras vulneratas, welche schweissen, fugientes extra hunc, absque tamen flatu cornu venatorii atque canibus persequendas, nachzufolgen, nachzueilen oder nachzusetzen. Thom. Merckelbach. ap. Klock. *tom. 1. consil. 29. n. 545. & 564.* Dietherr. *in addit. ad Besold. voc.* Jagen. Eousque tamen hæc sequela est permissa, quousque spatium XXIV. horarum durat. Dietherr. *cit. loc.* Huc faciunt egregiè quæ ex Jure Alemannico cap. CCXXXVII. §. *7. & 9.* hanc in rem allegat Schilter. *Exerc. Theoret. Pract. 45. th. 11.* de fera delassata. Ist das ein Mann ein Wild jaget, und kůmpt es von jm unversehrt, und ist es so mued, daß es nyder vellet und nicht fůrpas mag. Und kůmpt es aus seinen Augen, daß er sein nicht mehr siht. Und wer es darnach vindet oder sehet, des ist es mit recht, doch also, ob er sich des Souches hat geleubet i. e. abgethan. Aber dieweil er es suchet, so ist es sein: Nec non de vulnerata, aut mortua ex vulnere: Ist das ein Mann ein Thier wundet in seinen Wildpan, und das flewet von Im, das es kůmpt aus seinen Augen, und es kůmpt in ainen andern Wildpan, und vellet dannyder. Wes das Wild zu recht sey, das sůllen wir euch sagen. Und stirbt es darinn, er das es (er) darůber kůmpt der es gejaget hat des ist es zu recht. Ad id proinde ut in alieno persequens feras, jus has sibi vindicandi habeat, exigitur primo actualis sequela istarum, sed non ultra XXIV. horas extendenda. Secundo, ut fuerint in hac persecutione deprehensæ mortuæ, vel ex vulnere vel plane delassatæ. Deindeque ut earundem sequela non sit intermissa. Hac enim neglecta, aut vulneratione ista intercedente, ut vulnerantis oculos effugerit, fera est ejus, in cujus venatorio districtu existit. vid. Jus Alemannic. ap. Schilter. *cit. loc.* Und vind er es lebendig, er soll es sten lassen. Wann es zu recht des ist, des da der Wildpan ist, ain jeglich Wild ist eines Mannes mit Recht, dieweil es in sein Gewalt ist, kůmpt es aber aus seinem Wildpan, so ist es nicht sein. DN. de Seckendorff. *p. 3. §. 3. Regal. 5. §. 6.*

Conservatio feræ vulneratæ per sequelam.

§. VII.

§. VII.

Verum enim vero ſicuti Dominus Venationis der Jagd-Herr oder Jagdhaber, ſibi, uti recenſuimus proſpicit omni de evitando nocumento in venatione ſua, ita nec ipſe in alendis & tuendis feris aliis damnum inferendum admittat. arg. *l. 24. ff. de S. P. V. l. 47. ff. ſolut. matrim. quemadm. dos pet. & l. 2. §. item Varus 5. ff. de aqu. & aqu. pluv. arc.* Sebaſtian. Medic. *Tract. de Venat. q. 19. part. prim.* Nulla potiſſimum alia conjectura exiſtente, quam quod hoc jus in feras ei, qui easdem capiendi libertatem olim habuerunt, translatum voluerunt, in ſibi Præfectos ſine omni damnum hinc ſentiendi ratione: Juſtiſſime ergo Illuſtr. DN. de Seckendorff. *p. 3. c. 3. Reg. 5. §. 1.* hanc in rem ſcripſit; Nur das hingegen die Obrigkeiten und Jagtbefugte denen ſchädlichen Raub-Thieren auch abhelffen, und im Nothfall ſich und die Seinigen dafür zu ſchützen, niemand wehren, und ander Wildpräth nicht in ſolcher Menge hegen, daß dadurch der Feld-Bau verderbet werde, maſſen ſie auch, nach Billichkeit ſolchen veranlaſten Schaden zu erſetzen, gehalten ſeyn. Unde Moraliſtæ adeo Venationum Dominos mortaliter & ita peccare cenſent, ut prius abſolvi nequeant, niſi de damno provideant reſarciendo, & averruncando eo, quod feræ aliorum prædiis ac fructibus inferunt. Ludov. Molin. *tom. 1. de Juſt. & Jur. Diſput. 47.* Wehner. *in Obſervat. Pract. voc.* Forſt-Recht, Forſt, Wildpan. Nam etiamſi agrorum poſſeſſores continua ſua & ſuorum vigilia noctu atque interdiu, in abigendis feris à prædiis ſuis damnum adeo ipſimet evitarint, valor vigiliæ & laboris ipſis nihiloſecius ſatis damni quod paſſi, erit. Molin. *cit. loc.* Quam ob rem non poteſt non damni per feras actu dati reſarcitio juſtiſſima eſſe, ceu eleganter ex Covarruv. *in cap. peccatum. part. 2. §. 8. n. 11.* adducit Thom. Merckelbach. ap. Klock *tom. I. conſil. p. 1. conſil. 30. n. 21.* in verbis: *Prohibentes Venationem vel in locis publicis, vel in privatis etiam propriis, tenentur ad reſtitutionem damni vicinis illati ex multitudine animalium, in loco prohibito, ob interdictam venationem enutritorum exterius erumpentium & meſſibus & ſegetibus per devaſtationem damnum inferentium.* Cauſam etenim ſua prohibitione venationis, ferarum multitudini dant, unde quoque vicinis data & exinde oborta damna æquiſſimè ferunt, ob rationem *l. 30. §. 3. in verb. nam & qui occaſionem præſtat, damnum feciſſe videtur. ff. ad l. Aquil.* Schilter. *Exerc. Theoret. Pract. 19. th. 1. & 2.* & Gail. *lib. 2. obſ. 68. n. 10.* Permittant igitur Domini venationum

Dominus Venationis aliis in alendis atque tuendis feris damnum inferre non debet.

communi jure Gentium olim omnibus concessam venandi libertatem, aut noxam à feris datam læsis restituant, & provideant de damno in futurum avertendo, ne veræ servatæ nimium cedant in agrorum alienorum populationem, & fructuum nocivam consumtionem. Sixtin. *de Regal. l. 2. c. 18. n. 76.* Arnold. de Reyger *in Thesaur. Jur. voc. venatio. in addit. poster. n. 8.* Nicol. Everhard. jun. *vol. 1. consil. 10. n. 56.* Wehner. *in Observ. Pract. voc.* Forst-Recht, Forst, Wildban.

§. VIII.

Quonam ex nexu Principes & Domini Venationis feras ita solicite alentes teneantur ad damna illa resarcienda.

Dubitari equidem potest, de nexu hoc, quo Domini Venationum, ad damna per ferarum multitudinem aliis illata, teneri perhibentur, cum vagabundarum ferarum nondum domini esse dicantur, licet ipsis jus venandi feras sit quæsitum. *arg. l. 3. §. 14. ff. de A. vel A. P.* Conferantur Vinn. *ad §. 12. I. de R. D. n. 3.* & DN. Pufendorf. *de Jur. Nat. Gent. l. 4. c. 6. n. 1.* adserentes, sola prohibitione feras dominio prohibentis non subjici. Verum enim vero si hic cum Paulo in *cit. l. 3. §. 14. de possessione* sensissent, & nos adstipulatores habuissent. Grot. *de Jur. Bell. & Pac. l. 2. c. 8. n. 5.* Esse etenim hodie feras nondum occupatas licet, sed in districtu venatorio circumvagantes in dominio Venandi jus habentium, id certò adserere rationibus haud destituimur. Non quidem nitimur sola ratione Grotiana, sed hac; dominium ferarum moribus nostris jure accessionis & fructuum quasi ad eum pertinere, ad quem jus venandi spectat: hoc enim apprehensio feræ corporalis non facit, sed solum aut districtus, qui illam continet, & in quo jus habemus eam apprehendendi. Sic feræ in banno ferino nostro morantes, nostræ sunt, & earundem dominium mediante solo & districtu venatorio tanquam continente nobis quæsitum putatur. Id quod haud obscure etiam comprobatum clare extat jure Alemannico *c. 237. §. 7. & 8.* à Schiltero *in Ex. Theor. Pract. 45. §. 10.* adducto, hisce in verbis: Wann es zu Recht des ist, des da der Wiltpan ist. Ain jeglich Wild ist aines Mannes mit Recht, dieweil es in seiner Gewalt ist, kumpt es aber aus seinen Wiltpan, so ist es nicht sein. Non opus proinde est ut cum Huber. *in prælect. ad Dig. de A. R. D. th. 7.* fingamus, quod jus venandi habentes, quodam ministerio intercedente capientium demum ferarum domini fiant. Existentibus enim feris circumcursitantibus, mediante banno ferino in dominio, utique istarum Dominus de damno ab eisdem dato resarciendo, & futuro amoliendo, etiam ante earundem adprehensionem tenebitur. Nec exceptione quadam ac-

quisiti

quiſiti nondum in feras dominii ſeſe tueri quisquam valebit. *arg. l. 1. §. 10. & 12. ff. ſi quadr. pauper. feciſſ. dic.* Cum omnino feræ ſecundum hodiernos mores ſint in dominio ac poteſtate venandi jus habentis, atque hinc is dictante ratione naturali, ſecundum præcipientem ſocialitatis humanæ legem, ita æqualitatem conſervare debet, ut & damnum per feras datum reſarciat & præcaveat futurum. Schilter. *Ex. Theor. Pract. 19. th. 1. & 2.*

§. IX.

Licet cuilibet occidendi venia fuerit præſtita, Domini tamen venationis ad damni reſtitut. tenentur.

Memoratam ſupra reſarcitionem damni per feras ita multiplicatas dati, eo quoque caſu non iniquam exiſtimavimus cum Thom. Merckelbach. apud Klock. *tom. I. Conſil. cit. 30. n. 21. & n. 23.* utut ſolicite ita alentes feras expreſſe permiſerint earundem, ſi in vicinorum agros diverterint, occiſionem. Wehner. *in Obſerv. Pract. voc.* Forſtrecht, Forſt, Wildpan. Occidendi licet venia præſtita, Domini tamen ab obligatione ſua non liberantur, ſed ob concurrentem culpam ſuam, ad indemniſationem læſis faciendam nihiloſecius obſtricti manent. Neque eſt ut conquerantur, quaſi ſic absque ſuo facto teneantur. Nam hoc utique intercedit, dum iſtas feras in ſocietate hominum ita ſtudioſe conſervant, ut harum multiplicatione aliorum agris & fructibus damnum inferatur, alioquin non exoriturum, nullave diligentis patrisfamilias cura præcavendum. Non enim ſunt vacui culpa, qui compertis læſorum querelis, ferarum ſuarum copiam damnum inferre, adhuc tamen iſthanc multiplicatam aſſervare conantur, manente ubique per feras facta devaſtatione & læſione. Cavere autem id poſſent, ſi feras non ita adaugeri curaſſent, quo humanæ ſocietatis officio neglecto, vinculi ad reſarciendum damnum nexus in propatulo omninò exiſtit, nulla trucidandi venia læſis allegata evitandus. Schilter. *Exerc. Theor. Pract. 19. th. 2.* Wehner *in Obſerv. Pract. c. l.*

§. X.

Hac damni reſtitutio locum invenit, alia licet ferarum ab actione conceſſa.

Nec porro opinandum, agrorum poſſeſſores ſaltem in eo damnum ſua culpa ſentire dum non vigilant latrantibus canibus ac moloſſis, aut ſepimentis feras beſtias à ſuis agris, & fructibus adhuc pendentibus abigere ſatagunt, hac ſepiendi & ſibi præcavendi facultate potiſſimum à Domino venationis non interdicta. *arg. l. 27. §. 9. l. 31. ff. ad L. Aquil. & l. 203. ff. de R. J.* Gail. *lib. 2. obſ. 68. n. 11.* Aſt cum demonſtrari non poſſit, ſubditos prædiis pollentes unquam ad talem laborem de jure obſtrictos eſſe, *arg. l. 15. §. 1. ff. de ſervit.* vix eſt, ut

ipsis hujus vigilantiæ omissio imputetur in culpam, si enim Leges eum, qui suo in fundo in alterius utilitatem jus venandi pati tenetur, nolunt cogi ad faciendum quicquam, plane acquiescentes, dummodo æqua patientia istius accommodetur, *arg. l. 6. §. 2. & l. 8. pr. ff. si serv. vind.* Besold. *in Thesaur. Pract. voc.* Jagen. Multominus eædem illum ad tale factum obstringere voluisse præsumuntur, qui regulariter istius in suo fundo juris exercitium ad vicini commoditatem sufferre haud est devinctus. *arg. l. 10. ff. de S. P. U. & l. 24. §. 12. ff. de damn. infect.* Libertatis enim suæ jure utens, nemini ad hujus restrictionem & diminutionem tale subire cogitur factum, quod continuas vigilias, nec non perpetuam in abigendis feris a fundis solicitudinem damni evitandi, aliumque laborem exposcit: Hoc enim quempiam onerare utique iniquum foret. Ludovic. Molina *Disp. de Just. & jur. 47. fol. 227. tom. 1. verb. si quis.*

§. XI.

Venandi habens jus debet resarcire damnum, a feris sive suis, sive alienis subditis datum.

Id quod de emendatione damni asseruimus, non tantum de eo, quod vicinis, sed & de illo, quod propriis subditis per ferarum enutritarum multitudinem datum, intelligendum esse putamus. Quilibet enim Dominus & Superior ita in juris sui exercitio sese gerere debet, ut munus & officium boni Principis & Domini exigit, hoc est, tueri subditos eorumque bona; non autem concedere vel ansam porrigere, ut ullum eisdem inferatur sine justa causa damnum. 3. *Regum cap. 10. v. 9. & L. 4. C. de emancip. L. 2. §. merito. 10. §. si quis a Principe. 16. ff. ne quid in loco publico.* Mev. *p. 1. decis. 141. n. 3.* & Petr. Anton. de Petra *integr. tract. de jure quæsito per Principem non tollendo.* Utut enim Dominus in subditorum bona vi Supereminentis Dominii, pro lubitu suo ac arbitrio statuere valeat, & hi etiam hanc facultatem in eundem suo modo contulisse censeantur. Pufendorf. *de J. N. & G. lib. 8. c. 5.* Grot. *cit. lib. 2. c. 15. §. 9.* Et quamvis porro quilibet Dominus Regalia ac jura sua libere contra subditos exercere, hæcce adeo propria auctoritate in minus, obsequentes defensitare possit per verba Capit. Joseph. §. 7. Massen dann auch Churfürsten, Fürsten und Ständen zugelassen und erlaubt seyn solle, sich nach Verordnung derer Reichs-Constitutionen bey ihren hergebrachten und habenden, Fürstlichen Juribus selbsten, und mit assistenz der benachbarten Stände wider ihre Unterthanen zu manuteniren, und sie zum Gehorsam zu bringen. Omnis tamen ista Domino competens potestas eo restringenda venit, si vel extrema necessitas ist-

hanc

hanc liberam dispositionem in bona & res subditorum efflagitat. Pufendorf. cit. loc. vel inobedientia parentium sese exserens, illam via facti procedendi rationem exigit: alias enim via juris utendum. arg. Capit. Leopoldin. *art. 15.* Ad extremam autem talem necessitatem à subditis subeundam, damnum per ferarum multitudinem datum neutiquam pertinet, nec postulatio Domini ad tuitionem Regalis sui juris istam patientiam prætendens. Unde tali in casu de damno per feras sic dato, Subditis negotio cum Domino suo intercedente, utique ipsis judicia ordinata censemus. Ord. Cam. *p. 2. tit. 4. &* Rec. Imp. Novissim. *de Anno 1654.* §. *105.* Domini enim subditis suis per feras nocentes omninò ad emendationem tenentur, nisi malint in tergiversatione mortale incurrere peccatum Thom. Merckelbach. ap. Klock. *cit. consil. 30. n. 21. 22. & 23.* Nam his competere censetur in subditos potestas, non ut eosdem ac eorundem res lædant, sed conservent, & tueantur. Ertel. *Prax. Aur. de Jurisd. Infer. Civ. lib. 2. c. 7. obs. 6.*

§. XII.

Actiones de damno dato restituendo, ac futuro avertendo competentes.

Sicuti autem damnum istud per feras vel jam tum datum, vel futurum, & a ferarum multitudine majus metuendum est, ita quoq; duplex pro isto avertendo consideratio extat. Altera damni actu dati. Altera vero damni adhuc insignioris imposterum exspectandi. Ad prius quod attinet, competere læsis ad ejusdem restitutionem actiones contra ipsos Dominos, venationis exercitium habentes, jure optimo maximo radicatas, ex infra adducendis harum figuris, plus satis manifestabitur. Sed ratione posterioris damni, nempe futuri præcavendi, altioris videtur esse indaginis: Num heic remedia sicuti circa damnum datum sese exserunt, pariter ratione futuri supersint. Ob damna enim futura evitanda, nulla quidem alias datur actio, sed duntaxat postulatio cautionis damni infecti, à rebus inanimatis ruinosis metuendi. *L. 6. & L. 7. §. ff. de damno infecto.* Hæc cautio ad res animatas & feras speciatim, vix videtur extendenda. res inter animatas & in animatas hujus in cautionis exactione discrimine singulari intercedente, ceu ex Ulpiani *L. 7. §. 1.* verbis constat: *cum res quidem animatas, quæ damnum dederunt, ipse extent: ædes autem, si ruina sua damnum dederunt, desierint extare.* Verum enim vero nec hoc in casu damni per feras exspectandi, remediis juris analogiæ convenientibus destituimur, & judicialibus & extrajudicialibus infra exponendis. Ipsa enim naturalis ratio suggerit, ut illi qui conservatione

servarione ferarum atque bestiarum damna aliis inferunt, de hoc id juste metuentes securos reddant. Schilter. *Exerc. cit. Theor. Pract. 19. th. 1.* Nec discrepantia ab Ulpiano *in L. 7. §. 1. ff. de damno infect.* adducta, ubique obstat omnis cautionis exactioni, utut non secundum Legislatoris verba, bene tamen ejusdem mentem, cum feræ circumvagantes non sint ita in possessione ipsius domini, ceu cætera animalia, ut possint inservire damni dati satisfactioni. Nihil proinde impediet, Ulpiani rationem *in L. 7. §. 1. de damn. infect.* reliquis inanimatis accomodatam, etiam ad feras extendere, his potissimum nondum adprehensis, & sæpissime in Domini venationis possessionem nunquam venientibus, quo & suo modo respexisse videtur Thomas Merckelbach. ap. Klock. *consil. 30. n. 24. vol. 1.*

§. XIII.

Nunc sequuntur Remedia ad damni dati reparationem competentia.

Ad damni dati reparationem consequendam hæc competere censentur Remedia: Nempe de pastu, vel utilis L. Aquiliæ, vel in factum actio. *L. 14. §. fin. ff. de P. V. & L. fin. C. de L. Aquil.* Gail. *lib. 2. obs. 68. n. 8.* Georg Mohr. *de Venat. p. 1. c. 4. n. 21. fol. 35.* Thom. Merckelbach. ap. Klock. *cit. consil. 30. num. 24.* in verbis: Nicht weniger weis man sich aus denen Rechten zu erinnern, daß dißfals der Wildbans-Herr, da er das Dominium über das Wild, wegen erlittenen Schadens, und zu dessen *æstimation* entweder *utili L. Aquiliæ*, oder *de pastu pecoris actione* oder auch *ex Edicto ff. si quadr. paup. fecisse dic.* mit Recht vorgenommen und eingefasset werden kan. Eousque tamen modo laudato Merckelbachii asserto actionis ex Edicto *ff. si. quadr. paup. feciss. dic.* movendæ solummodo adstipulamur, quatenus id intuitu utilis non directæ actionis quadrupedariæ intellectum esse voluerit. Cum ad id, ut actio directa quadrupedaria locum habeat, non sufficiat quod fera bestia nocens in alicujus dominio sit, sed requiritur etiam, ut non secundum naturam sui generis, sed contra eandem vel mansuetudinem hucusque consecutam, damnum dederit. *L. 1. §. 7. & 10. ff. si. quadr. paup. fec. dic.* per ea, quæ hanc in rem habet Lauterb. *in Colleg. Theoret. pract. d. tit. §. 7. in fin. Conf.* Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 18. n. 76.* Illustris Dn. de Seckendorff. *p. 3. c. 3 Regal. 5. §. 1.* ibi: sie auch nach Billigkeit, solchen veranlasten Schaden zu ersetzen, gehalten seyn.

§. XIV.

§. XIV.

Hæ actiones prouti in Dominum venationis vel mediatum vel immediatum Imperii membrum existens competunt, ita quoque fori electionem, in quo instituendæ, cuique easdem moturo suppeditant. Quamobrem actor restitutionem damni accepti intendens, hoc forum rei solitum absque Processus nullitate præterire haud valebit. Unde si membrum Imperii immediatum est conveniendum, ipsum adeo Austregarum forum eidem erit adeundum; dummodo requisita hocce judicium fundantia extant, vel immedietas, tam ex Actoris, quam Rei conveniendi parte huc necessaria. Ord. Cam. *p. 2. tit. 2. 3. & seqq.* vel istud forum singulariter concedens Constitutio, seu nonnullis Civitatibus Imperialibus id privilegii indultum. Limn. *de Jur. Publ. lib. 9. c. 5. n. 16.* Schweder. *in introd. in Jus Publ. part. special. sect. II. cap. 17. n. 6.* Utut Principes ac eis Principali dignitate pares, etiam Austregarum hocce forum sortiantur, licet contra eosdem agentes nulla ubique immedietate gaudeant. Schweder. *cit. loc. n. 9.* Hinc mediati Imperii, sive subditi, sive subditi non sint, isthac Principali dignitate præfulgentes omnino conveniunt illac in Austregali instantia. per verb. Ord. Cam. *p. 2. tit. 4. in fin.* **Und sollen solche Austrăge auch mit den Bürgern, Bauern und andern Unterthanen, gegen den Fürsten und Fürstenmăßigen statt haben.** Qui sane contextus Ordinationis Cameralis nullo alio sensu accipi potest, quam subditos adeo Principem suum coram Austregis etiam in hujusmodi præsenti damni per feras illati causa, convenire debere. Blum. *Process. Cam. tit. 27. n. 62.* Gail. *lib. I. obs. 1. n. 62.* Mynf. *cent. 5. obs. 1. n. 2.*

Enumerata actiones cessante foro Austregali, in Judiciis Imperii sunt movenda.

§. XV.

Pro damno futuro evitando, præter extrajudicialia, de quibus mox infra agendum, suppetunt talia remedia judicialia. Nimirum cautio sententiæ de damno dato latæ inserenda, pro multitudine ferarum hucusque enutritarum diminuenda. Curare enim debet actor, ut illa per ipsum Judicem adjiciatur. Nec hæc adeo analogiæ juris inconveniens esse videtur, potissimum cum & alias vindicaturus rudera operis, quod damnum dedit, tam de præterito, quam de futuro cavere teneatur damno. *L. 7. §. 1. ff. de damn. infect.* nec non illum, qui alterum in suis rebus inquietat & turbat, opor-

Remedia ad futurum damnum evitandum, recensentur, ut cautio.

teat eundem securum reddere cautione interposita de non amplius turbando. *L. 12. ff. si serv. vindic. L. 7. ff. de aqu. cottid. & astiv.* Huc similiter respexisse Thomam Merckelbachium, arguunt hæcce verba ejusdem. Dieweilen aber erst angedeutete actiones nur allein auf den bereits erlittenen Schaden und dessen Erstattung, aber nicht auf künfftige damna gerichtet, es sey dann, daß man vermittelst der caution in puncto executionis künfftig die Urtheil dahin extendiren wolte. ap. Klock. *p. 1. Consil. 30. n. 24. in med.*

§. XVI.

Mandata sine Clausula.

Quod si ejusmodi cautio sententiæ adjecta non invenitur, Mandata sine Clausula porro veniunt extrahenda, vel de non vastandis agris illorumque fructibus, per feras nimium admodum, ac in multitudine usque huc conservatas, vel de præcavendo dano, imposterum hinc inferendo, & de non turbando in defensione contra feras licite suscipienda. Pro his Mandatis secundum Ord. Cam. *p. 2. tit. 23.* fundatis tenendum: Utique primo omni juri & æquitati contrariari, ita a Domino venationis, multiplicatæ bestiæ in grande nocumentum aliorum ut alantur. Deinde publicæ adeo utilitati haud convenit, ut pro voluptate ea, quam quispiam ex multitudine ferarum capit, vastetur agricultura alias egregie privilegiata, & consumantur fructus, tam ad pauperes agricolas eorumque familiam exhibendam facientes, quam ad sublevamen publicorum onerum & tributorum pertinentes. Hic præsentissimum moræ periculum eminet, huic damno accrescenti quantocyus etiam per præcepta sine Clausula occurrendi, potissimum, si Dominus venationis sæpius de medela damni istius facienda fuerit rogatus & admonitus, & eidem mandandi, ut & damna data resarciat, & ferarum copiam in posterum diminuat, omnemque nocendi ansam præscindat. Quare ad supplicationes Dicasteriis Imperii exhibitas, similia mandata emanasse refert ex Gylmann. *Symphoremat. supplicat. Cameral.* Thomas Merckelbach. ap. Klock. *p. 1. cit. Consil. 30. n. 26. usque ad 29.* Caute tamen in decernendis Mandatis ad instantiam Subditorum contra Dominos proprios proceditur, dum non statim nudis horum narratis credi solet, sed Constitutionibus Imperii provisum extat, ut literæ informatoriæ primum exigantur ab illorum Dominis, contra quos querelam putarunt

runt movendam. Rec. Imp. Nov. *d. A. 1654. §. 105. ibi*: denen Unterthanen und Bürgern wider ihre Obrigkeit die Processe nicht leichtlich erkennen, sondern vorhero umb Bericht schreiben. Idem in Capit. Cæsar. Leopold. *art. 18.* & Joseph. *art. 17.* ordinatum legitur.

§. XVII.

Propositis usque huc remediis judicialibus agros & fructus suos contra feras tuendi, nunc succedunt extrajudicialia. Hæc inter primo loco venit consideranda tuitio agrorum & fructuum, tam molossis ac latrantibus canibus, quam aliis structuris quibus feræ fugari & arceri possunt, omnino concessa. Illustris Dominus de Seckendorf. im Teutschen Fürsten-Staat. *p. 3. cap. 3. §. 2.* vers. Zu Behauptung. ibi: oder mit dergleichen Knitteln verwahren, oder so kleine Hunde haben sollen, daß sie zwar das Wild vom Schaden an ihren Früchten abschrecken können. *Ertel. de Jurisd. Inf. lib. 2. c. 7. O. 6.* Hæc custodia ut defensionis species nulla prohibitione Venationum Domini impedire valent. Bocer. *d Regal. cap. 1. n. 70.* Unde Mandatum pœnale de relaxando captivo, ad instantiam Illustris cujusdam contra M. B. Decretum fuisse referunt: daß S. F. G. einen Schaf-Knecht, wegen der so wohl zu Beschützung der Schafe wider die Wilden Thiere, als Feld-Gewächs und Früchte wider das Rothe und schwartze Wildpreth, ungebrügelte Hunde gehalten, beyfangen lassen, welcher Supplication auch dieses einverleibet gewesen, wie die Kaiserl. Majestät ernstlichen Befehl-Schreiben an S. F. G. abgehen lassen, dero Wildführen und Wildbans-Hegung anders nicht, dann den gemeinen Rechten gemäß, allein auf ihren Eigenthum, Grund und Boden, und also ohne Männliches Schaden anzustellen, daß auch niemand verwehret seyn soll, sein Grund und Güter mit Zaunen, Hunden und anderer Befriedigung von Wildbräth, so gut als er könte zu verwahren, zumahl daß niemand schuldig, auf den seinigen und mit seinen Nachtheil einen andern sein Wildbräth zu unterhalten. Confer. Thom. Merckelbach. ap. Klock. *p. 1. consil. 30. n. 28.* & Gylman. *in Symphoremat. Supplicat. Cameral. tom. 5. supplicat. 62. fol. 284.*

Extrajudicialis defensio.

§. XVIII.

Possunt permissu scil. superioris feræ agros depopulantes, quandoque licite occidi.

Denique nec hæc species propriæ defensionis est deneganda a ferarum multitudine damna metuentibus, ut in casu efflagitatæ medelæ planæ non secuturæ, nocivas sibi bestias agros depopulantes & in hac vastatione deprehensas, occidere, atque sic fundos & fructus suos defendere valeant. Quod si enim cuilibet pro defensione rerum suarum licitum est, lædentes & vastantes homines repellere & quandoque adeo interficere. *L. 3. §. 9. L. 17. ff. de vi & vi armat. L. 4. ff. de L. Aquil. L. 1. C. quando lic. unic. sine judic. se vindic.* Quidni etiam liceat multo magis bruta ac nociva animalia fructus a supremo Numine datos corrumpentia & vastantia enecare, cum rerum suarum tuitio contra has non minus quam contra homines permissa esse debeat, ex regula, ut, cui plus licet, id quod minus est, eidem haud debeat esse interdictum. *L. 21. ff. de R. I. c. 53. de R. I. in 6to.* Hoc argumentum a majori ad minus affirmative procedit, etiam in materia odiosa. Gravet. *Consil. 457. n. 18.* & frequens esse solet a persona ad res. Nicol. Everhard. *in Topic. in loco, a persona ad res.* Tametsi per hanc defensionem alienis rebus nempe ferias simul damnum detur. *L. 3. §. quod ait Prætor. 7. ff. de incend. ruin. naufrag. L. si quis fumo. 49. §. quod dicit. 1. ff. ad L. Aquil.* Unde post Didac. Covarruv. *in relect. c. peccatum. p. 2. §. 3. versic. illud profecto.* Nicol. Everhard. Jun. *consil. 10. n. 57. vol. 1.* Isthoc cumprimis juris naturalis defensionem dictantis fundamento nixus scribit: *subditos ab omni pœna immunes esse dimittendos, qui feras, hoc modo suis segetibus & pratis nocentes occidunt, quando Principes Venationem prohibentes tantam multitudinem ferarum enutriunt, ut illæ extra sylvas erumpant, & messibus ac segetibus damna inferant, quæ ipsi Principes nunquam restituunt.* Hancce defendendi rationem ex eodem æquitatis naturalis principio justissimam pariter reputans Thomas Merckelbach. ap Klock. *p. 1. cit. consil. 30. n. 9.* ita consuluit: So ergiebt sich doch dieser Schluß, daß Hoch-wohl- und Wohl-Gebohrne Herren Consulenten, oder dero Unterthanen mit gutem Fug Rechtens das schädliche Wildbräth, so ihren Aeckern und Wiesen dermassen depopulando zusetzet, impune zu fällen, und zu erschiessen zugelassen. Cui pariter non omnino abludunt ea, quæ habet Grot. *de. I. B. & P. lib. 2. cap. 1. §. 13.*

n. 1.

n. 1. in fin. Sicuti alioquin necessitas extrema præstat jus in res alienas, potissimum eas, quæ olim communes fuere existimatæ, ita non minus necessitas defensionis, facultatem in feras istas nocentes pristinam, quasi postliminio restituere videtur eis, qui exinde damna patiuntur, obnixe efflagitata potissimum earundem diminutione, sed a venationis Domino usque huc plane non obtenta.

§. XIX.

Propria hæc tuitio adhibenda tunc demum, si nulla medela sequitur.

Caute tamen isthoc remedio occisionis utendum, nullo scil. fere alio superstite. Omni enim modo primum tentandum, an non alia ratione hæcce necessitas evadi possit, puta adeundo Dominum venationis & enitendo, num precibus diminutio ferarum usque huc enutritarum, obtineri valeat, id quod in alio necessitatis casu pariter supponit Grotius *d. l.* §. 7. Isthanc demonstrationem, annexa petitione instanti factam, sæpius iterandam, prudenter satis suadet Merckelbach. apud Klock. *p 1. consil. 30. n. 15. in verbis:* Nichts destoweniger aber könte mit dem Wild zu fällen, gefragter massen gleichwohl also verfahren werden, daß umb mehrern Glimpfs willen, Fürstenberg noch zwey oder drey mahl mit der angehefften Commination ersuchet werde, daß in wiedrigen Fall die Herren Consulenten den Ihrigen zu Abwendung dero eusersten Verderbens, die Anzahl Wilds etwas zu ringern, unumbgänglich verhengen, auch wider unbillige Gewalt nach Vermögen handhaben müsten. Non tamen necessum ducimus, ut hæc defensio privata differatur, donec omnia cessent judicialia remedia, vel restitutio damni jamjam illati haud fiat, ceu existimat Nicol. Everhard. *vol. 1. Consil. 10. num. 57.* Nam his licet adhuc pendentibus, occisio depopulantium ferarum in agris deprehensarum non extat prohibita, cum pendente adeo lite, cuivis licentia suppetat, pro conservanda sua possessione vel qu si libertatis, suos fructus & fundos eo modo contra nocivam devastationem jure tuendi. Gail. *lib. 1. obs. 145.* Merckelb. ap. Klock. *cit. loc. n. 18. & 20.*

§. XX.

Hæc occisio Ferarum

Hac in occisione porro exigimus, ut sub permissu & auctoritate ejus fiat, cujus Superioritati damnum patientes & feras trucidaturi

non nisi Superiorum præscitu permissa.

turi subsunt. Ne ipsi citra ejus voluntatem ex factis subditorum tædiosum defensionis negotium fortean enascatur, rursum prudentissime innuente Merckelbach. ap. Klock. *cit. loc. n. 11. 12. & 15.* Conf. Ertel. *Pr. Aur. de Jurisd. infer. Civil. lib. 2. cap. 25. obs. 1.* Sed hanc viam facti Domini Venationis propriis subditis in occidendis feris, eorundem agros & fructus devastantibus, non æque competere arbitramur, satius ac tutius putantes, hos judicialibus duntaxat remediis contentos esse oportere, ne ipsis nimium admodum vinculum obligationis in eum laxetur, cui homagio addicti, & ne pietatem eidem debitam, privato molimine transiliendi eis ansa detur. Quam ob rem adeo nec remedia judicialia eisdem facile concedenda putamus, concernentia potissimum jurium Regalium exercitium. Capit. Leopold. *art. 3.* ibi: **Nicht leichtlich gehöret, sondern** a limine judicii **ab- und zu schuldiger** parition **an seinen Landes-Fürsten und Herrn gewiesen werde.** *R. I. Nov. de A. 1654. §. 105.* ibi: **denen Unterthanen und Burgern wider ihre Obrigkeit die** Processe **nicht leichtlichen erkennen.**

§. XXI.

Feræ occisæ sunt Domino venationis relinquendæ vel restituendæ.

Sed feræ depopulantes enectæ ad quem pertineant, & num capienti, an Domino venationis sint relinquendæ, denique discutiendum restat. Covarruvias quidem *in Relect. c. peccatum. p. 2. §. 8. n. 2.* existimat, feras captas, licet contra interdictum venandi, acquiri capienti, cum fera in naturali libertate constituta, nullius adhuc esse dicatur, & lex prohibitiva censeatur tantum afficere actum venationis, non vero acquisitionem ex venatione, potissimum etiam heic ipsa fera in resarcitionem damni occisori dati cedente, prout arguendum ex eis, que tradit Nicol. Everhard. Jun. *consil. 10. n. 57. vol. 1.* Verum enim vero tutius feras ita occisas venationis Domino relinquendas & restituendas judicamus, occidendi isthâc licentia potissimum in diminutionem ferarum concessa, pro conservanda magis possessione vel quasi libertatis quam damno actu dato recuperando. Hæc permissio enim ultra intentionem juris concedentis non videtur esse porrigenda. Unde olim illam feras ita depopulantes perimendi facultatem Constitutione Caroli VI. Galliarum Regis, ea solummodo præstitam tradunt conditione, ut feræ damnum inferentes occisæ,

domino

domino jus venandi habenti restituerentur. Confer post Guil. Benedict. *in Repetit. c. Raynutius. in verbis: & uxorem nomine Adelasiam. n. 355. cit.* Nicol. Everhard. Jun. *laudat. consil. 10. n. 57. vol. 1.* Nec quicquam juvat id, quod supra ex Covarruvia in contrarium propositum; siquidem istud, ut merum Juris Civilis constitutum, ad statum hodiernum germanicum, quo feræ in dominio Domini venationis esse censentur, amplicandum quam minime. Schilt. *Exerc. Theor. Pract. 45. th. 10. & 11.*

§. XXII.

Quæstio huc faciens resoluta.

Eodem ex fundamento & rationibus id suadentibus, ad requisitionem cujusdam Status Imperialis tertii Ordinis, Collegium hujus Lycei Juridicum, non dubitavit Responsum suum affirmative suggerere ad Quæstionem ipsi propositam hujus tenoris: Was man endlich bey unterlassender Remedur, und differirenden Abschaffung dergleichen schädlichen Gewilds, zu Abwendung grössern Schadens und anderer obgedachter-massen, von dem ungedultigen Landmann besorgenden Ungelegenheit, Obrigkeitlichen Amtswegen, vor Mittel und Weeg zu ergreiffen, damit solchem Unheil gesteuret werde? Und ob man nicht befugt, und mit Recht verantwortlich, weiln sich das Gewild weder mit kleinen Hunden noch andern verjagen und scheu machen oder abtreiben läßet, dasselbe nieder zu schießen und liegen zu lassen? oder so gut der Unterthan immer kan, solches zu vertreiben, mithin den Seegen, so ihm GOtt durch seine Mühe und Fleiß auff dem Felde alljährlich zeiget und bescheret, möglicher massen zu conserviren? Secuti Responsi summa hisce concepta fuit verbis: Daß vor allen die Nothdurfft erfordere, noch ein und anderes mahl denen benachbarten Herrschafften, so das Gewild zu diſſeitiger Unterthanen Schaden, dermassen angelegentlich hegen, freund- und nachbarliche nachdrucksame Vorstellung, zu der hierunter zu besorgenden nöthigen Remedirung zu thun, und zwar mit dem endlichen Anfügen, daß bey deren ferneren Unterbleibung, man so gar die verwandte und zugethane arme Unterthanen und Leute, umb nur von ferneren Ruin und Verderbung des ihrigen in Zeiten zu gesichern, und zwar in keiner andern Absicht, als nur zu lediglicher, auch in Natürlichen

türlichen Rechten und sonsten bekändtlicher erlaubter Defendirung, des ihnen von GOtt beschehrten Seegens auf ihren Feldern und Wiesen, denn aber auch einfolglicher Abwendung des weniger nicht dem publico hierunter mit anheimwachsenden Abgangs an Herrschafftlichen Præstationen, gar nicht zu verdencken haben, oder ihnen zu verwehren gemeint sein würde, das ihnen also schädliche häuffige Wild, wann es dero Felder, Wiesen und Früchte ferner, als geschehen, betretten, und gleichsam depopulando verwüsten solte, gleichwohlen, da es sich zumahlen nicht abschrecken, noch darunter andere Hülffe zugestanden werden wolte, durch niederschiessen und fällen, abzutreiben, und darmit so gut sie können sich selbsten zu Beybehaltung des ihrigen zu rathen, die man dann auch in solcher also von jenseit selbsten veranlasten eussersten Begebenheit, vermittelst, bey denen höchsten Reichs-Dicasteriis, verhoffentlich leicht zu erhaltenden Verordnung, pro defensione des ihrigen, auch Rechtlichen zu vertretten, keines Weeges entstehen dürffte. Rationes ita respondendi, cum antecedentibus ex Thesibus satis innotescant, heîc adjicere duximus superfluum quidem necessarium tamen, ut hujus pertractionis filum abrumpentes, B. L. affectum benignum nobis expeteremus.

G. T. D.

XVII. DIS-

XVII.
DISSERTATIO
DE
LIBERARUM S. R. G. I. CIVITATUM
JUDICIO AMICABILI,

PRO LOCO DEFENSA A

CHRISTIANO HENRICO Hiller / D.
Et in Eberhard. Professore Juris Extraordinario,

RESPONDENTE

JOHANNE DAVIDE SEIFERHELDO,
Hallano ex Suevis.

TUBINGÆ, 1719.

PRÆFATIO.
B. L. S.

Biennium est, & quod excurrit, LECTOR BENEVOLE, quod hanc ipsam, quam hodiè, Cathedram conscenderimus disputatoriam; Exinde, in publicum prodire nec libuit, nec licuit. Cum autem insignis SERENISSIMI PRINCIPIS ac DOMINI NOSTRI Clementia Professorio nosmet haud ita pridem admoverit muneri; EJUSDEM non modo Clementissimum Mandatum, sed & recepta hactenus Academiæ hujus observantia, ut pro Loco hoc Professorio legitimè obtinendo, Specimen quoddam publicum in lucem ederemus, demandarunt. Nostri quod erat hoc modo officii, quam lubentissimè fecissemus non citius modo, nisi tale nobis placuisset Thema, cujus delineandi gratia, impertitam ante publicorum actorum communicationem, pennam arripere minus videbatur consultum; sed & in forma aliquanto pleniori, nisi Nobilissimi Dn. Candidati Respondentis petitum Meditationes nostras angustioribus includere jussisset cancellis. Quapropter etiam, quod, inopinatò succrescente paginarum numero, nimis ut videbitur festinanter filum abruperimus, multaque omiserimus scitu in hac ipsa materia oppido quam necessaria, veniam dabis, eò, ut speramus majorem, quò eadem in Tractatu peculiari, quem typis mandabimus, omnium quàm fieri poterit proximè, supplere B. C. D. constitutum est Nobis. Tanto pariter vitio haud vertes, quod præsens præ aliis selegerimus Thema, perpendendo, quod, utut Ducalem scandamus cathedram, adeoque nostri potius videri posset officii, Jura defen-

dere SERENISS. PRINCIPIS NOSTRI, si non peculiaria, EIDEM cum aliis saltem Principibus Imperii communia; Illa tamen adeò jam à clarissimis deducta sint Viris, ut iisdem addere quid ausuri nimis haberi possemus præsumtuosi: Civitatum è contra Imperialium Juribus, pro derelicto propemodum habitis; Quibus tamen cum non Præses tantum, sed & vel maxime Præclarissimus Dominus Candidatus Respondens, tanquam Civis ex Prænobili Imperii Civitate, plurimis obstricti sint modis; præterque ea, in integra hac Dissertatione, SERENISSIMI PRINCIPIS ac DOMINI NOSTRI Juribus aut Privilegiis, ne in minimo quidem quid contineatur contrarium, ampliorem instituti nostri rationem reddere supersedentes, ut valeas semper, Nobisque unà nostris cum conatibus faveas, precamur.

B. C. D.

DISSERTAT. INAUG. DE LIBERARUM S.R.G.I. CIVITATUM JUDICIO AMICABILI.

§. I.

QUemadmodum M. TULLIO CICERONE (*a*) teste, belli fortuna anceps semper est, & dubia; Ita quoque, in militia, (ut ita loquamur, cum IMPP. LEONE, & ANTHEMIO, (*b*) atque DIONYSIO GOTHOFREDO,) (*c*) togata, sive in Judiciis, litis eventum vel maximè incertum esse, rectissimè, suo jam tempore, observavit JC. CLARISS. SCÆVOLA. (*d*)

II. Quæ ipsa observatio, cùm eò majorem hodienum sibimet vindicet locum, quò omnes fermè lites in judicium deductæ, proh dolor! factæ nunc videntur arbitrariæ, (*e*) proinde cautè omninò agunt, viâque incedunt optimâ, qui in litibus, si quas habent, non convolant statim ad judicia, sed, si unquam possibile, ad alia potius litium sopiendarum remedia confugere malunt.

III. Ejus-

(*a*) *Lib. 1. de Offic. cap. 23.*

(*b*) *In L. 14. C. d. advocat. divers. Judic.*

(*c*) *In not. ad h. l. lit. r.* ubi dicit: *Nihil tam simile est bello, quàm lis & judicium.*

(*d*) *In L. 51. ff. d. peculio.*

(*e*) Vid. JUSTI NOMICI, [sub quo nomine PHILLIPPUM BURCHARDUM latere, *ex Discursu* patet ab hoc edito, *de hodiernæ Jurisprudentiæ nævis & remediis, anno 1682. edito*] *Consilium novissimum & omnium hactenus evulgatorum facillimum, de Incertitudine & ambiguitate Juris tollenda; Jureve controverso decidendo; seu de novo Codice faciendo, ao. 1676. editum.*

III. Ejusmodi Remedia, à Doctoribus passim recensentur varia, (*f*) inter illa verò, commendatione omnium dignissima videtur Compositio amicabilis, seu dubiæ rei tractatio amica; maximè omnium, si quidem lis est inter Magistratum & Cives, aut Subditos. (*g*)

IV. Quod cùm & inter alia, propè considerassent S. R. G. I. *CIVITATES LIBERÆ*, olim, in plerisque non tantum, illisque potissimum controversiis, & litibus, quæ inter Magistratus oriebantur & cives, arbitrarios sibimet quæsierunt judices; Verum etiam, posteriorum intuitu, expresse tandem, vicibusque iteratis, in Conventibus suis Civitatensibus universalibus, (auff ihren gemeinsamen Stätt-Tagen) de eo convenerunt inter se: ut, si quando Seditio nasceretur in Civitate aliqua, proximè statim ex gremio, ad eandem amicabiliter compescendam, aliquos Eòdem ex suis mittere teneantur Senatoribus; Hancque conventionem, Recessibus circa discessum suum confectis nominatim aliquoties insertam temporibus demum recentioribus, & ad contentiones quoque, inter semetipsas oborturas, verbis extenderunt disertis.

V. Nos, effectum consideraturi per hanc ipsam conventionem productum, uti quoad ejusdem appellationem, lubenter retinémus, quò â B. DN. JOH. CHRISTOPH. AB UFFENBACH, (*h*) qui Doctorum, quantùm novimus, omnium primus, & hactenùs quoque unicus, negotii hujus aliquam injecit mentionem, insignitus est, *JUDICII AMICABILIS* nomen; Ita hoc solummodò addimus unicum: Judicii vocem non in stricto hîc accipi, proprio, aut aliàs consueto, sed in latiori aliquantulum, atque impropriori significatu.

VI. Ut autem eò clariùs intelligatur, de quònam propriè hoc acturi simus loco, Ciceroniani (*i*) haud immemores moniti, ante omnia, Tractationis nostræ objecti præmittendam arbitramur Definitionem, quæ ex mente nostra, ita se habet,

(*f*) Vid. inter alios, SAM. STRYCKIUS, *in Introduct. ad Prax. Forens. caute instituend. cap. 2. per. tot.* & VENTURA DE VALENTIIS, [sive potius, juxta FLACCIUM, *d. Pseudonom. num 851.* & DECKH. *d. Adesp. p. 216.* GEORG. VALENT. WINTHERUS] *in Parthenio Litigioso. L. 2. c. 3. & seqq.*

(*g*) Vid. B. DAV. MEVIUS, *p. 6. Dec. 70. & dec. 222.* & SAM. STRYCK. *in Diss. de Jure Persuasionis, cap. 2. n 99. p. 39. in Vol. 3. Disp. 18.* CASP. ZIEGLERIUS, *in Dicastic. s. Tr. de Judic. officio & delict. concl. 22. §. 4. p. 411.*

(*h*) In absoluto suo, *d. Consil. Imper. Cæsar. Aul. Tractatu, cap. 12. Sect. 1. Subsect. 7. p. 157. b. in fin.*

(*i*) Quod *in Lib. 1. d. officiis* habetur, *cap. 1. num. 2.*

bet: Quod Judicium hoc amicabile Civitatum Imperialium, nihil ſit aliud, quàm *litium, inter Magiſtratum maxime, Civesque Imperialium Civitatum, quin & has ipſas invicem, exortarum amica Tractatio, in loco inquietato, à Deputatis proximè vicinarum Civitatum Imperialium eòdem miſſis, eum inſtituta in finem, quò ipſorum ope, lites ha modo finiantur amicabili.*

VII. Deſcriptio hæc, cùm & in ſe perſpicua, peculiaris interpretationis, aut commentationis haudquaquam indigere videatur, &, quoad illa, quæ dubia forſan haberi poſſent, vel obſcura, in inferioribus, abundantem conſecutura ſit illuſtrationem; Nihil nunc magis incumbere Nobis exiſtimamus, quàm, ut de hujus Judicii amicabilis *ORIGINE*, noſtram in medium proferamus ſententiam.

VIII. Equidem, quoad hanc, ad inveteratam provocavit conſuetudinem, nec non ſpecialem, Ao. 1591. ab univerſo Collegio Civitatenſi conditum Receſſum, B. DN. AB UFFENBACH. (*k*) Verùm enim verò, cùm non ſolum, à quonam probabiliter tempore, inveterata hæc conſuetudo petenda ſit? indicare omiſerit; Sed & ad manus Nobis ſint Receſſus Civitatenſes, citatô illo, d. ao. 1591. longè antiquiores; in ſola hacce B. Viri aſſertione tutô ſubſiſtere nequimus, ſed potius primordium hujus rei altiùs paulò repetere cogimur, ac inveſtigare accuratiùs.

IX. Interim tamen, ut ad Caroli jam M. (utpote cujus modò feliciſſimis auſpiciis, Germania noſtra in unum coaluit corpus) ætatem uſque, eidemve aſcendamus proximam, exacturum à Nobis opinamur neminem, cui modo temporum illorum ſtatus, vel modicè tantum, eô cum eſt cognitus, quod omnium omninò Civitatum Imperialium, (quotquot hodienum adhuc exiſtunt, *cum* ex vetuſtiſſimis illis, omniumque, in Germania noſtra, primis, quas, in Germania Cis-Rhenana, Cisque Danubiana, (*l*) & à Germanicis populis ipſis, & à Romanis, Galliâ omni, à Julio Cæſare, in provinciam redactâ, (*m*) conditas, (*n*) Jure Succeſſionis,

(*k*) *In loc antecit.*

(*l*) Romanis, & quidem primùm à populis Germanicis, Gallicanam regionem, quæ ad Rhenum erat, occupantibus, uti vid. eſt ap. CÆSAREM, *L. 4. & 5. Comment. d. Bello Gall.* DIONEM *Lib. 53.* & AMMIAN. MARCELLIN. *Lib. 15. Hiſt. circa fin.* hoc modo: Nobis verò Trans-Rhenana dictâ, Transque Danubiana.

(*m*) Quamvis factum hoc eſſe, neget, bellaque Civilia, ne in provinciæ formam Gallia ordinaretur ſubacta, obſtitiſſe, diſertè annotaverit DIO. *Lib. 53.*

(*n*) Quarum nonnullæ atque potiores recenſentur ab HERM. CONRINGIO,

ſionis, (*o*) Carolus M. accepit: *tùm* ex illis quoque, quæ & in Germania Magna Romanis(*p*) ſeu Trans Rhenana, Transque Danubiana dicta, abhinc ſeculo poſt Christum natum, Vto. (*q*)Epiſcoporum maximè. (*r*) Monaſteriorum: Regiorum

GIO, *in Diſſ. d. Urb. Germ.* §. *32.* & *33.* AMM. MARCELL. *in Hiſt.* ANTONINO IMP. *in Itinerario:* PTOLOMÆO, *in Geogr.* BEATO RHENANO, *Lib 1. Inſtit. Rer. Germ. inter Sectiones alias, ſub. Rubr. Provincia Romana, veteri Germaniæ utrinque, cùm à Rheni, tùm à Danubii ripis attingentes.* ULR. OBRECHTO, in ſuo, præter abſolutionem, nihili indigo opere, quod *Prodromum* inſcripſit *Alſaticar. Rerum, cap. 5. p. 37. ſeqq.* CHRISTOPH. LEHMANNO *in Chron. Spir. L. 1. cap. 9. p. 20. b. Edit. noviſſ.* & B. JOH. NIC. HERTIO, *in Notitia Veteris Germaniæ populor. p. 1. c. 1.* §. *5.* & *cap. 3.* §. *10. in Vol. 2. Opuſc. Tom. 1. p. 18. 19. 52.* & *53.*

(*o*) Ab Anteceſſoris ſuis, qui easdem, per varias, partim à Romanis ipſis, partim ab Alemannorum gente, Hunnorumque Rege Attila, reportatas victorias, in ſuam redegerunt poteſtatem.

(*p*) Et quidem, illuſtri primùm, ſub Marco Antonino Imp. Geographo, PTOLOMÆO, *Lib. 3. Geogr. cap. 11.*

(*q*) Germaniam etenim magnam, ſeu Trans-Rhenanam, ante Vtum Seculum, nullas planè urbes habuiſſe, neque easdem ferre potuiſſe Germanos veteres, ex AMM. MARCELL. *Lib. 16. Hiſt.* pluribus contendit HERM. CONR. *in dict. diſ.* §. *23.* & *24.* quamvis illud ipſum quodammodo dubium reddere, ac, jam Auguſti tempore, & Trans-Rhenanorum quosdam apertis deſiiſſe vagisque habitare ſedibus, evincere videantur, quæ ap. ANN. FLORUM leguntur, *in Epit. Livii, Lib. 137. verbis: Civitates Germaniæ cis Rhenum & trans Rhenum poſitæ oppugnantur à Druſo.*

(*r*) Hi en. in vicis villisque; degere prohibiti: [Vid. ACTA CONCILII SARDICENSIS, *ao. 350. hab. in verb. Non licet ſimpliciter Epiſcopum conſtituere in aliquo pago, vel parva urbe, cui vel unus Presbyter ſufficit: Non neceſſe eſt enim illis Epiſcopum conſtitui, NE EPISCOPI NOMEN & AUTHORITAS VILESCAT.* SYNODI VERNENS. *ſub Pipino, Ao. 755. congregatæ, can. 1. ibi: Ut Epiſcopi debeant eſſe per ſingulas Civitates.* & EPISTOLA ZACHARIÆ PONTIFIC. AD BONIFAC. *d. ao. 742.* ibi: *Meminiſſe debes, Chariſſime, quod in ſacris Canonibus præcipimur obſervare, ut minimè per villulas, vel modicas Civitates Epiſcopos ordinemus, ne vileſcat nomen Epiſcopi*] apud Reges, atque imperatores, ſummâ nitebantur ope, ut non

que Palatiorum (*s*) occaſione, aut aliter etiam, conſtructæ) ſub Carolo M. ejusdemque, ex maſculina ſtirpe, Succeſſoribus, conditio fuerit municipalium urbium haud longe diſſimilis: omnibus omnino proventibus, reditibus, atque utilitatibus, (*ſſ*) penes Fiſcum regium, ejusdemque ut plurimum Procuratores, aut Exactores, Cameræque nuncios; Juris verò dictione, merô, mixtoque Imperio, (*t*) nec non integra propemodum, Rempublicam, & quoad minoris quoque momenti negotia, (*u*) vicario Imperatorum nomine, gubernandi poteſtate, (*w*) perin-

ſolum liceret ipſis in nobiliores concedere urbes, verum etiam, ut, antiquioribus illis, numeroſo Epiſcoporum cœtui, in dies, magis magisque excreto haud quaquam ſufficientibus, novæ fierent hinc inde: Voti quoque ſui, exſtructis paſſim Monaſteriorum clauſtris, compotes facti: Ingenti non tantum Libertorum hominum, Clericorum ope manumiſſorum, numero ad loca illa, quibus vel templi, vel cœnobii magnifica ſtructura, vel virorum ſacrorum inſignis authoritas atque fama celebritatem induxerat, confluente, ædificiaque ibidem, eum conſtruente in finem, ut opificia exercerent, atque mercaturam, ea cumprimis venalia habendo, Illisque, qui Religionis cauſa, ad ſacra hæc loca commigrabant, vendendo aut permutando, quæ ad vitæ commodioris uſum, neceſſitatemve pertinere videbantur: ſed & impetratis poſtmodum à Regibus ac imperatoribus, pro ejusmodi locis, Civitatum Urbiumve juribus, Vid. hîc omnino STEPHAN. BALUZIUS, *in Præfat. ad Capitularia Reg. Francor.* & JOH. MABILLONIUS, *d. Stud. Monaſt.*

(*s*) De Francicorum Regum Palatiis, diligentiſſimè egerunt HADRIANUS VALESIUS, *in Notitia Galliar.* & JOH. MABILLON. *Lib. 4. d. Re diplom. per tot.* De Saxonicorum, & qui poſt eos, Imperium habuerunt, BENJAM. LEUBERUS, in ſeiner Magdeburgiſchen Stappel-Unfueg *n. 767. ſeqq.* & AHASV. FRITSCHIUS, *d. Palat. & dom. dominic, cap. 5.*

(*ſſ*) De quibus plura vid. ap. CHRISTOPH. LEHMANNUM, *in Chron. Spir. Lib. 2. cap. 44. per tot.*

(*t*) Vid, ANSEGISI *Collect. Capit. Reg. Franc. Lib. 3. c. 48. & 50.*

(*u*) Conf. ILLUSTR. HALLENS. PROF. DN. CHRIST. THOMASIUS *in diſſ. d. Jurisdict. & Magiſtratuum differentia ſec. mores Germanor. §. 82.*

(*w*) Vid. CONRING. *in cit. Diſſ. §. 73.* non obſtante, quod illud ipſum, tam *in Tract.* quem vocat Hiſtoriſchen Bericht von denen alten Reichs-Vogteyen / *p. 1. & 2. ſ. in Apolog. & in Act. Lindav. paſſim* negaverit DAN. HEI-

perinde ac sub prioribus Francorum Regibus, (*x*) apud Comites (*y*) constituta, urbibus, hisce districtuique utplurimum eisdem proximè vicino, (*z*) ab imperatoribus

HEIDERUS; cùm sermo illi sit de recentioribus demum temporibus, à quibus tamen, ad antiquiora, consequentia in universum non procedit.

(*x*) d. quibus, id ipsum GREGORIUS TURONENSIS attestatur, *Lib. 6. Hist. Franc.*

(*y*) Ob similitudinem aliquam dignitatis Comitivæ, in Romano Imperio usitatæ, latinè loquentibus ita, vel, ut ex RIPUARIORUM LL. *tit. 53.* patet, Graviones: In vernacula autem **Graven/** seu potius **Grauen:** Aldermanni: ab ætate haud dubie, atque canitie, (quia nim. Comitum munus, in Judiciaria potestate consistens, non nisi senectute alios ex nobilitate antecedentibus demandabatur) quasi seniores, (prout etiam hoc ipso nomine expresse insigniuntur ab HINCMARO, Rhemensi quondam Archi-Episcopo, *Epist. 3. c. 29. & 35.*) vocatos: non obstantibus illis, quæ traduntur à DN. THOMAS. *dict. Disp. §. 66.* ubi nim. derivationi huic, quod *in* SPEC. SAXON. *L. 1. art. 2.* ejusmodi Judex **Greffe** dicatur, & **Greve/** obsistere, propterque ea, nomen hoc putat esse originarium: cùm non solùm in noviss. Edit. Spec. hujus Saxon. in HONORATISSIMI DNI. AFFINIS, D. JOH. STEPH. BURGERMEISTERI *Corp. Jur. publ. & Priv. Germ in loc. all.* nihil ejusmodi legatur: sed &, siquidem in aliis Edit. talia deprehenderentur, post tantum temporis spatium, ætate recentiori apud Saxones præprimis, ob reputatam sermonis stylive elegantiam majorem, ad antiquiorum vocabulorum immutationes aliis procliviores, â primitiva hujus vocis originatione, facillimè omnium discessus institutus esse possit.

(*z*) Quamvis en. Urbibus primariò, ubi quæ fuerunt, præfecti sint Comites: Indeque etiam, perinde ac alii, e. gr. Marchiones, s. Marcæ Comites, **die Marck-Graven:** à marca, s. limite: Provinciales verò, **die Land-Graven/** à pagis atque provinciis urbibus destitutis, (Neque enim Comitum simpliciter dictorum dignitate aut potestate major quondam erat Landgraviorum; hisce, illorum intuitu, ut species tantummodo ad genus, semet habentibus; Neque ullum penes me residet dubium, quin quam plures hodienum Comites dicerentur Landgravii, nisi generum suum, Ludovicum, Lotharius Saxo Imp. Thuringiæ Landgravium creasset, Ducibus non multò inferiorem, constitutis sub imperium ipsius, perinde ac

ribus atque Regibus præfectos, (*a*) nec non Scabinos, (*b*) Comitibus, à Missis Regiis

ac sub Ducis, 12. Comitibus) tanquam à locis, in quibus jura dicebant, Comites Civitatis: Vid. CAR. DU FRESNE *in Glossario ad Scriptores mediæ & infimæ Latinitatis, lit. C. voce Comites Civitatis: p.* m. *1187.* ubi plura hanc in rem adducit exempla: **Burg-Graven/ Burg-Richter:** vid. DN. THOMAS. *dict. Diss.* §. *98, & 99.* vel etiam simpliciter, ac per excellentiam, Comites, nuncupati fuerint: CAR. DUFRESNE, *d. l. voce Comes. p. 1184.* Nihilo tamen minus & circum jacentem Pagum, utpote à Civitate nomen quoque adeptum, Jura ab eisdem accepisse, testis est egregius ante laud. DU FRESNE, Comitem in genere definiens: *Judicem Civitatis ac pagi circum iacentis:* cui addesis DAN. HEIDERUM, *in Actis Lindav. p. 49. & 573* ubi & de recentioribus temporibus, quibus tamen, quàm olim, multo magis imminuta erat, Comitum atque Præfectorum in Civitatibus potestas, sequentem scribit in modum: **Etliche wenige Reichs-Vogteyen und Pflegen haben auch ausser den Städten / einen gewissen** *District*, **oder benannte Reichs- ald Königliche Dörffer mitgebracht:** *& in loc. ult.* **Wie nicht weniger diese (die Reichs-Vögte) gantzen Städten / sampt deren** *Comitatu* **zugleich/** &c. **fürgesetzet.** & CHRIST. LEHM. *L. 4. Chr. Spir. c. 2. p. 231. & c. 11. p. 261.*

(*a*) Munere hoc defunctos vel in propria regulariter persona, vel etiam, casu, quo impediti, quoad causas minores, tam Civiles, quam Criminales, (quænam verò minores fuerint causæ, quænam majores? Videri potest in JUR. PROVINC. SAXON. *L. 1. art. 59. & L. 3. art. 52,* JUR. PROV. SUEV. *c. 85. n. 1.* & ap. ILL. DN. THOMASIUM, *in antec. Diss.* §. *71. & 75.*) per vicarios suos, **ihre Stab- ald Statthalter:** Juniores quandoque, vid. JOH. MELCH. FUCHS, *in suis Addit. ad Chr. Lehm. Chron. Spir. L. 2. c. 22. p. 87. b.* nec non minores, vid. HINCKMARUS, *in Epist. ad an. 788.* vocatos: Sculteros nim. Shultesios, Shuldesios, **Schulten / Schultzen / Schuldheissen /** in Civitatibus: Centenarios verò Comites, & Judices, **die Zent-Graven /** in vicis.

(*b*) **Denen Scheppen / Schöppen / oder Schöpffen:** ab antiquo, hodieque antiquato propemodum Germanico vocabulo, **Schaffen/Schopffen/** i. e. eligere, creare, constituere, (quia nim. ut in textu dicimus, speciatim eligebantur) ita fortè, sec. H. GROTIUM, *in append. Epist. 737.* aliàs verò etiam, in Legibus maximè Repuariorum, atque Salicis, Rachim-

giis, (c) prævià electione, ex ingenua, meliori, atque potissima plebe, instituta, (d) populo consentiente, (e) adjunctos. Datâ tamen, non solùm Sacrum Episcopale judicium, lite etiam penes Comites jamjam pendente, adeundi. (f) Sed & ulteriori, ad missos regios, (g) quin & hisce justitias facere negligentibus, causamve

Bbb b authoe-

chimburgios, Razburgios, Ratzenburger/ vid. CHR. LEHM. *d.l.* à vocabulo Germanico, Rath/ vel recht/ ex mente B. JOH. NIC. HERTII *in Not. Veteris Germ. populor. p. 1. c. 4. §. 7. in Vol. 2. Opusc. Tom. 1. p. 65. & 66.* & Argentorati, sec. ULR. OBRECHTUM, *in Prodr. Alsat. Rer. cap. 9. p. 181.* quin & alibi, Constapfolarios, (nomine, adhuc hodie, Germanis præsertim Rhenum accolentibus, Judiciique, Assessores, die Constoffler nuncupantibus, usitato, suamque originem, à publico Judicii loco, Stapholæ, mallique nomine insigniri solito, trahente: B. HERTIUS. *in Diss. de Consultationibus, Legib. & Judiciis, in specialib. Rom. Germ. Imp. Rebuspubl. §. 16. in Vol. 1, Opusc. T. 2. p. 434.* & *435.*) nuncupatos: De quibus plura videri possunt *in elect. Diss.* FRID. BRUMMERI, *de Scabinis antiquis; medii ævi, & recentiorib.* & adhuc plura videri possent, siquidem antelaudati Ulr. Obrechti Prod. Volumen *II.* prodiisset in publicum.

(c) Seu Legatis atque Commissariis, è Palatio regio, in Civitates & provincias, extra ordinem, cum amplissima potestate, annuatim missis: vid. CAR. DU FRESNE, *in Gloss. ad Script. med. & inf. Latin. lit. M. h. voce. p. m. 653. in fin. & 654.* Dominicorum quoque, & Regalium missorum nomine, nec non Legatorum à Latere Regis, insignitis: vid. B. HERTIUS. *in Notitia Regni Franc. Veter. cap. 5. §. 27. in Vol. 2. Opusc. T. 2. p. 406. seqq.*

(d) Vid. ANSEGISI *Collectio Capitul. Reg. Franc. L. 3. c. 33. & 56. & cap. addit. L. 5. c. 73. 74. & 75.* Add. CHRIST. LEHM. *L. 4. Chron. Spir. cap. 11. p. 261. a.*

(e) Numero interdum 7. vid. *dict. Cap. L. 3. c. 40.* & CHRIST. LEHM. *dict. loc.* ubi Civitatis Spirensis exemplum: & *L. 2. c. 22. p. 87. b.* non nunquam verò plures: vid. *capit. Ludov. Pii, d. ao. 819.* ap. STEPH. BALUZ. *Tom. 1. Capit.*

(f) Vid. locus, quem *ex L. 6. Bened. Levitæ Capit. Franc. cap. 281.* HERM. CONR. exhibet, *§. 34. d. Jud. Reipubl. Germ.* ubi simul notat: Judicium hoc longè præstitisse cùm multitudine negotiorum, tùm authoritate & dignitate, Comitum judicio.

(g) Commissa etenim Missis erat regiis potestas inquirendi in mores eorum, qui populi constituti erant Rectores: quomodo justitias facerent? perscrutandi: Populique oppressiones relevandi, unà cum facultate, siquidem è re id ipsum videretur, malos injustosque Scabinos ejiciendi, & in locum ipsorum, meliores

authoritate sua componere non valentibus, ad ipsum Palatium regium, (*h*) provocandi facultate.

X. Et cùm post Carolingos quoque, sub Conrado I. eundemque insecutis Regibus atque Imperatoribus Romano-Germanicis, cùm in antedictis, tùm in illis quoque, quæ sub Henrico postmodum Aucupe, (*i*) & hunc excipientibus, eisdem accesserunt, Imperialibus urbibus, pristina duraverit Reipbl. forma, (*k*) in eô tantummodo non nihil alterata, quod non solùm, cessantibus

liores eligendi. Vid. *cit. Coll.* ANSEGISI *L. 2. c. 12. 26. 28. L. 4. c. 66. & L. 5. c. 183.* & omnino CAR. DU FRESNE, *d. l. p. 654.* HERM. CONRING. *dict. Diss. d. Judiciis Reip. Germ.* §. *36.* CHR. LEHM. *in Chr. Spir. L. 2. cap. 10. per tot.* nec non JOH. NIC. HERTIUS *d. l. & in Diss. d. Origine & Progr. special. Rom. Germ. Imp. Rerumpbl.* §. *5. in Vol. 2. Opusc. T. 2. p. 14. & 16.*

(*h*) Ubi deinceps, de causis eò legitimè delatis, cognoscebat Comes interdum Palatii, nonnunquam verò Rex aut Imperator ipse. Vid. CONR. *d. diss.* §. *38. & 39.* Hicque, in Comitiis sæpius universorum regni Senatorum, uti patet ex locis adductis à CHR. LEHM. *d. L. 2. c. 39. p. 134. b.*

(*i*) Hunc enim, post pacem ab Ungaris, ad novennium obtentam, perplurium, non in Saxonia tantùm, sed & aliarum quoque in Germania Urbium Authorem atque conditorem, eaque propter, ab HERM. CONRINGIO, *in Diss. de Urbib. Germ.* §. *82.* utut, ex sententia JOH. HENR. MEIBOMII, *in Introduct. ad Hist. Infer. Saxon. p. 32.* minus adæquatè, verum Theseum Germanicum constat esse vocatum.

(*k*) Assertio enim illa, Carolingica gente extinctâ, omnes omnino Civitates factas fuisse mediatas, atque provinciales, quam, inter alios, magni cœteroquin nominis JCtus DN. JOH. PETR. LUDEWIG, *in Diss. d. Civitatum dispari nexu cum S. R. Imperio, cap. 3. per tot.* defendere satagit, oppidò quam falsa, ex nunquam Nobis probato, ab EODEM verò, *in Diss. de Conrado I. Orient. Francor. Rege, integro cap. 4. in Germania Principe, sub eod. & in Comment. ad A. B. Tit. 2. §. 8.* latius defensitato profluit principio, quod post Carolingicæ stirpis interitum, sub Conrado I. eundemque excipientibus Impp. plena jam, in omnibus Ducatuum partibus, acceperint Superioritatis Jura, Duces, Provinciarumque Rectores: Quemadmodum verò errorem hunc, jam diu, non sine summa ratione, notavit, atque, pro more, omnium destruxit solidissime, ILLUSTRIS, POR. REG. CONSIL. INTIMUS, & HALENS. PROF. FAMIGERATISS. DN. NIC. HIER. GUNDLINGIUS, *Patronus ac Praeceptor*

tibus nunc Regiis Missis, & Scabinorum electio, Missorum loco, à Comitibus atque Scabinis, populi consensu accedente, peracta jam sit, & egregia quoque petierit instantia, populo, ad Missos hosce antehac concessa; (*l*) Verum etiam,

ceptor quondam noster, sine ingenti veneratione non nominandus, in scita sua, *de Statu Reipubl. German. sub Conrado I. Franciæ Orient. Rege, Dissert.* §. 7. *in not. lit. a. b. sqq. p. 34. sqq.* Ita argumentis ab EODEM *ibid.* adlatis, in specie, rat. Civitatum Imperialium, vel hoc addimus unicum: quod, siquidem eo jam tempore, Civitates in universum omnes, ex immediatis evasissent mediatæ, Ducumque propriæ, non solùm, inter Civitates Præfectorias, atque Regales frustra distinxissent Imperatores, Otto II. *in charta d. ao. 974.* ap. NIC. ZYLLESIUM, *in Defens. Abbat. S. Maximini, p. 27.* Otto III. *in charta d. ao. 990.* & Henricus II. *in ch. d. ao. 1005. ap. eund.* Sed & in Duces vel maximè fuissent injusti, per plures Civitates Episcopis concedendo, Abbatibus, atque Comitibus; è contrariò autem ejusmodi facta à nullo unquam coævo Scriptore, tanquam injusta, reperiamus notata: Et quamvis ad hæc, quod per Civitates hasce regales, non nisi in Germania Rheno vicina sitæ intelligi debeant, quas tamen, etiam post Carolingos, immediatas mansisse, ante laud. DN. **Ludewig** fateretur ipsemet, *in dict. de Civit. disp. nexu, Disp. cap. 5.* §. 3. & 4. regeri posse videatur: Attamen, præter manifestam, quam in duobus hisce inter se collatis locis, deprehendimus contradictionem, Exceptionem hanc, vel unicum Ratisbonæ refellit exemplum, quam, Regiam Ottonis I. ætate nuncupat Urbem WITTECHINDUS: Adhæc, pluribus præterea aliis, suam omni tempore illibatam mansisse immedietatem, Vir testatur harum rerum peritissimus, HERM. CONRING. *in Diss. d. Urbib. Germ.* §. 119. quas omnes & singulas Rheno vicinas esse, hactenus nunquam meminimus.

(*l*) Extremâ tamen, à Comitibus, ad Imperatores, provocatione omninò salva manente. De hisce etenim, ex Germaniæ nostræ Historia, constat abunde, quod non solum Subditorum, contra Officiales suos, querimonias benignè auscultaverint, verum etiam, eum potissimum in finem, ut nim. conditionem percontarentur singularum provinciarum, &, quomodo officio ipsis concredito defungerentur in illis, Duces atque Comites? comperirent, ac, ne quis ullibi tumultus oriretur, aut seditio, prohiberent: neque uni Provinciæ nimis existerent molesti, ad Ludovicum Bavarum usque, Monachii perpetuo fere residentem, nullam sibimet fixam constituerint sedem: Vid. B. HERTIUS, *in Disp. d. Fid. Diplom.*

quod ſub Ottonum maxime, nec non Henrici Bavari (*m*) Imperio, ad judiciarium in Civitatibus Imperialibus munus, antea, ut dictum, Laicis ſolummodo concreditum, (*n*) ex profuſa in Clericorum ordinem liberalitate, (*o*) & Epiſcopi quoque, in plerisque illarum, quas à Carolo M. inde, inhabitarunt, urbium,

plom. Germ. Imperat. & Reg. Sect. 1. §. 16. in Vol. 1. Opuſc. T. 2. p. 620. ſed potius, antiquo Carolingorum more, ſub principium maximè Regiminis ſui, uti omnes Germaniæ provincias, ita quoque Civitates imprimis Imperiales, peragraverint, ibidemque, ex Jure ſibimet competente, [de quo SPECULUM vide SAXON. das Sächſiſche Land-Recht / *Lib. 3. art. 60. & L. 1. art. 58.* nec non JUS PROV. SUEV. *cap. 34.*] judicia egerint publica; quemadmodum id ipſum vel ex exemplis pateſcit *HENRICI II.* qui Argentorati publicum tenuit judicium, ingenti hominum multitudine concomitatum: d. q. DITMARUS MERSEB. *ſub S. hoc Henr.* *CONRADI SALICI*, qui, peragratâ non minus univerſâ Germaniâ, teſte WIPPONE, *in Vita ipſius*, Aquisgrani, Ordinationes reliquit admodum egregias: *FRIDERICI I.* ſimiliter omnes propemodum Germaniæ provincias, tempore ſuo perluſtrantis: *RUDOLPHI HABSPURGICI*, qui in plerisque: nec non *HENRICI VII.* qui, ſalutatis quoque plurimis Imperii Civitatibus, Coloniæ: pro Tribunali conſidere non dubitarunt, aliorumque Imperatorum paſſim.

(*m*) Propter ſolennem, in Sanctorum numerum, relationem, à Pontifice Eugenio III. [procul dubio, intuitu immenſæ ipſius, Germaniæ tamen noſtræ vel maximè exitioſæ, adeoque à NIC. SCHATHENIO, *in Annal. Paderborn.* fruſtra defenſitatæ, Clericam in gentem, benignitatis] Actis Canonizationis, ap. LAUR. CHERUBINUM, *in Bullario M. ſub. Eugenio III. Tom. 1. p. 61.* teſtantibus, factam, Sancti aliàs vocati, eaque propter etiam à JAC. GRETSERO, *in Tr. d. divis Bamberg.* reliquis Bambergenſibus Divis adnumerati.

(*n*) Quin & quorundam nonnunquam Fiſcalium Jurium emolumentum.

(*o*) Quam promovit inſigniter falſa non modo perſuaſio, in omnibus Ottonum Impp. Diplomatibus, Clericorum privilegia continentibus, conſpicua: nim. cùm ad præſentis vitæ felicitatem, tùm ad æternæ beatitudinis præmia capeſſenda ipſis vel maximè profuturum, ſi Sacerdotum ſemet accommodarent petitionibus; verum etiam ratio quædam politica, in eo potiſſimum fundata, quod urbes ejusmodi, pagos, & vicos, præ Laicis, officia ipſis ab Impp. concredita, jam tum hereditaria reddere meditantibus,

urbium, admissi fuerint. (*p*) Dijudicatu itidem facillimum est, neque ab hisce temporibus, amicabilis hujus Judicii Originem repetendam, aut ullâ unquam ratione probabile esse, tantam jam illá, multoque minus Carolingorum ætate, Civitatibus Imperialibus competiisse libertatem, ut præter illos, quos ab Imperatoribus acceperunt atque Regibus, alios seligere potuerint arbitrarios Judices.

XI. Quemadmodum verò ingruentibus turbulentis temporibus illis, quibus tantum intercedebat in Germania nostra, Imperium inter ac Sacerdotium, schisma, tantæque inter Imperatores ac Principes Imperii, dissensiones, ut à Romanis Præsulibus continuo excommunicationis fulmine prosecuti: omni, Ecclesiasticorum æque (*q*) ac Secularium Principum auxilio destituti: & ob damnatas Aulæ Romanæ machinationes, nec à propria progenie tuti existerent Imperii nostri Moderatores summi, priori, Germaniæ Urbes fortuna

 respexit

tibus, beneficiaque in Authorum sæpius exitium vertentibus, Episcopis concredere, vel ideò videretur satius, quoniam ejusmodi quid ab hisce metuendum non erat; Eorundem constitutione, atque abdicatione, indubitatò adhucdum illo tempore, ac sine omni prorsus controversia, in nostrorum Imperatorum manibus constituta: quin, horum potius ope Imperatores contra Seculares Proceres uti poterant. Vid. NIC. BURGUNDUS, *Lib. 1. Hist. Bavar.* verbis: *Antea, si incivilius se Duces gererent, adhuc in obsequio Episcopi erant, qui potentia sua terrorem contumacibus objiciebant.*

(*p*) Vid. HERM. CONRING. *Diss. d. Urbib. Germ.* §. *107. seqq.* & *in Diss. d. Ducib. & Comitib. Imperii Germanici*, §. *25.* DAN. HEIDERUS in seines gründlichen Historischen Berichts/ von den alten Reichs- und Kasten-Vogtheyen anderm Theil/ *f. in Apol. Mon. Prælim. 4. p. m. 30.* CHR. LEHM. *in Chr. Spir. L. 4. c. 3.* Ipsorum deinceps nomine, Jurisdictionem exercentibus, judiciisque præsidentibus Advocatis, seu Vicedominis, ab ipsis nunc ut plurimum Episcopis, ex Laicorum gente desumptis: Denen Thum-Vögten/ Casten-Vögten/ CONR. *d. Urb. Germ.* §. *116.* eorundemque vicariis.

(*q*) Hi enim, per antecedentium Imperatorum inofficiosas donationes fiscô regio eum exhausto in modum, ut nihil propemodum Successorum reliquum manserit liberalitati, pristinæ statim erga Imperatores fidei nuncium mittentes, cum Pontifice, Principibusque Secularibus quàm pluribus, communem adversus Imperatores causam agere non dubitarunt.

respexit multo melior: (*r*) Imperatoribus quippè, unicô propemodum Imperii Civitatum, illo jam tempore admodum opulentium, (*s*) præsidio tectis, ad firmandam magis dignitatem potestatemque regiam, ac imminuendam nonnullorum Imperii Procerum potestatem, quàm Regno expediebat, altius excretam, de eximendis non tantum potentioribus, & Episcoporum non minus, (*t*) quàm Ducum, Comitumque, in quas, indeliberato Antecessorum animo pervenerant, manibus; (*u*) Sed & de iisdem non minus, ac quæ jam antehac immediate

(*r*) Vid. NIC. BURGUND. *L. 1. Hist. Bavar.* in verbis: *Urbes denique Imperiales, inter Pontificum Imperatorumque dissidia, & fœdam tempestatem illorum temporum, erigentes supercilium &c.*

(*s*) Uti vel ex OTTONIS FRISINGENSIS *Lib. 1. cap. 12.* ubi, describendo res, circa ann. 1114. à Friderico Sueviæ Duce, in gratiam Henrici V. Imp. gestas, *Fridericus*, inquit, *de Alemannia, in Galliam, transmisso Rheno, se recipiens, totam provinciam, à Basilea, usque Moguntiam, ubi maxima vis regni esse noscitur, ad suam inclinavit voluntatem:* aliisque apparet locis, ab HERM. CONRING. adlatis, *in Diss. de Urbib. Germ.* §. *92. seq.*

(*t*) Nam & horum potentia regno jam videbatur vel maxime exitiosa; ob eam non modò, quam paulo ante, *sub. lit. s.* adduximus, causam, sed & ob plures adhuc alias à CHRIST. LEHMANNO propositas, *in L. 4. Chron. Spir. cap. 3.* pleniusque illustratas à DAN. HEIDERO, **in seines gründlichen Historischen Berichts von den alten Reichs- und Kasten-Vogteyen anderm Theil** / *s. in Apolog. cap. 2. p. 100. sqq.* quarum non erat minima, sed omnium penè præcipua, facta ab Henrico V. Imp. in Comtiis Wormatiensib. ao. 1122. Episcoporum atque Abbatum Confirmationis, perque baculum & annulum Investituræ renunciatio, d. qua videri merentur: JURETUS *in Not. ad Ivon. Carnot. Ep. 236.* HESSO SCHOLASTICUS, *in Tract. Pacis inter Calixtum II. & Henr. V.* H. CONRINGIUS, *in Exerc. d. Constit. Episcop. Germ.* §. *55. sqq. junct.* §§. *hosce anteced.* P. MAIMBURG, *dans son Histoire de la decadence de l' Empire.* HUGO FLORIACENSIS, *Tr. de regia potestate & Sacerdotali dignitate, p. 54. sq.* ap. STEPH. BALUZ. *Tom. 4. Miscell.* P. DE MARCA. *in Tr. d. Concordia Sacerdotii & Imperii Lib. 8. cap. 20 & 21.* JOH. SCHILTERUS, *d. Libertate Eccles. Germ.* & CASP. ZIEGLERUS, *d. Episcopis.*

(*u*) Quod Episcoporum potestati plures subductæ fuerint Civitates, CHRIST. LEHMANNUS testatur, *Lib. 4. Chron. Spir. cap. 5. p. m. 240. b.* Idem Ducum

immediate suberant ipsis, Civitatibus, per varia, pro pretio: pro insignibus interdum meritis: aut munere etiam merè gratuito, concessa haud parvi momenti privilegia, in fide sibi, contra reliquos Imperii Proceres, retinendis, vel maximè solicitis; (*vv*) Ita, Imperii Civitatibus, hac ratione, in dies magis magisque, &, per nefandam imprimis Conradini decollationem, nec non Zaringensium obitum, aliorumque Ducum, Comitumque impotentiam, (*x*) numerô crescentibus: &, per commerciorum augmenta, potentiâ; &, per Impera-

cum intuitu, fecisse Imperatores, vel unicum Friderici Barbarossæ evincit exemplum, proscriptô Henricô Leone, duas statim haud parvi momenti Civitates nostro restituentis Imperio: Lubeccam nempe, Vid. ARN. LUBECCENS. *in Contin. Helm.* ALB. CRANZ. *in Vand. L. 6. c. 15.* & Ratisbonam: AVENT. *Lib. 6. Annal. Bojor. in fin.* non verò, ut B. HENR. COCCEJUS putat, *in Juris publ. prudentia, cap. 3. Sect. 1. §. 12.* & DN. LUDEWIG, *in Diss. d. Civitatum dispari nexu cum S. R. Imperio, cap. 5. §. 10.* Ægram quoque, utpote quam â Conjugis potius Adelheidis patre, Theobaldo, Marchione de Vohburg & Cambe, in dotem acceptam, Eundem Fridericum Imperio donasse constat.

(*vv*) Vid. omnino LEHM. *d. l. p. 241. a* in verbis: **Als die hochschädliche Spaltungen und Krieg im Reich / zwischen Kayser Heinrich dem IV. an einem / und denen Bischöffen und Hertzogen in Sachsen / Bayern / Schwaben / am andern Theil / angezündet / und daraus langwürige grosse Krieg entstanden / zeugen die** Historici, Alb. Stad. Helm. Chron. Slav. l. 1. c. 28. **daß die Städt am Rheinstrom / sich insonder gegen dem belästigten Kayser getreu und behülfflich verhalten / da hingegen die weltliche Fürsten den freyen eigenen Fürstlichen Gewalt / den sie von seinen Vorfahren am Kayserthum empfangen / desgleichen die Bischöff ihre Macht wider den Kayser und andere verwendt und mißbraucht haben: Solche aufrechte und unterthänigste Hülffe / Huld / Treu und Beystand der Städte haben die König und Kayser behertziget / und dem Reich und ihren Nachfolgern an demselben / insonders fürträglich / nutz / gedeylich / und zu Erhaltung ihrer Kayserlichen Hochheit gemäß erachtet / so sie die Städt gleicher Gestalt / als die Fürsten aller Freyheit der Regierung theilhafftig machten.**

(*x*) Variis ex causis, quas refert HERM. CONRING. *p. 3. ad Lampad. d. Republ. Rom. Germ. c. 5. §. 26. p. 192. in Diss. d. Urbib. Germ. §. 126. & in Diss.*

Imperatorum, priorumque Dominorum munificentias, libertate: Deficientibus è regione Missis ut dictum veteribus regiis: Deficientibus, sub justo longioribus nonnunquam interregnis, &, quoad potestatem pristinam, in universum decrescentibus, inque quam plurimis Imperii Civitatibus, maximè recentioribus, (*y*) [aliorum munerum constitutione, Henrico jam V. authore, (*z*) libero oppidanorum arbitrio relictâ,] rerum tantummodò Criminalium præturam habentibus: quin & hincinde (*a*) jamjam redemptis, aliove modo remotis Imperialibus Præfectis,

Diss. de Ducibus & Comit. Imp. Germ. §. *28. sqq.* & JOH. NIC. HERTIUS, *d. Orig. & Progr. Spec. Rom. Germ. Imp. Rerumpubl.* §. *18. Vol. 2. Opusc. Tom. 2. p. 38. seq.* progenitam.

(*y*) CONRING. *dict. Diss. d. Urb. Germ.* §. *125.*

(*z*) CHR. LEHM. *L. 4. Chron. Spir. cap. 11. p. 261.* Ubi de Civitate Spir. ita loquitur: **Demnach Kayser Heinrich der fünffte / diese Stadt vor andern zu erhöhen fürgenommen / vermög des Eingangs hernach gesetzten** Privilegii, **hat er eine solche Form des Regiments eingeführet / dergleichen zuvor in Teutschland niemals herkommen / noch einige des Teutschen Reichs Statt solcher gestalt jemahls regiret worden. Aber von derselben Zeit / allenthalben auch in Landesfürstlichen eigenen Stätten in Brauch erwachsen / daß ist also / das Burgermeister und Rath / so aus der Burgerschafft erwehlet / im Nahmen Kayserl. Majestät und des Heil. Reichs / das Regiment der Stadt / zu dero Ehren / Wohlfahrt und Besten / zu tragen:** &c.

(*a*) Jam Fridericum II. Imp. Francofurti Advocatum Imperii abolevisse, fructibus Advocatiæ Sculteti officio assignatis, charta testatur, Rechardi Regis, d. ao. 1257. in Privilegiis Francofurt. *p. 1. pr. 8.* & ap. CELEB. DN. JOH. CHRISTIAN. LUNIGIUM, *Patronum nostrum uti certissimum, ita Colendissimum*, **in des Teutschen Reichs-** *Archivs, Part. spec. 4.* **und letzten** *Contin.* **1. Theil / 14. Absatz / von Franckfurt am Mayn /** *num. 8. p. 559. seqq.* Idem, de Argentorato testatur JAC. TWINGERUS, à patria sua, KOENIGSHOVEN alias, it. REGIOVILLANUS dictus, **in seiner Elsaßischen und Straßburgischen Chronick.** Similia fecisse Friderici II. Successores, non solum, quod in omnibus propemodum Imperii Civitatibus, bannum regium, **den Blut-Bann / Königs-Bann /** vel ipse exerceat Magistratus, vel electus ab Eodem, è Patriciorum, Civiumve suorum numero, Prætor, s. Ammannus, aut Sculterus, **der Stadt-Ammann / Stadt-Schultheiß /** Senatui, in casu, quô sententia ferenda

fectis, (*b*) non ex Comitum nunc semper, sed Nobilium plerumque, quin & propriorum Patriciorum ordine desumptis: (*c*) Deficientibus denique publicis

da super Crimine, capitali pœna mulctando, [**bey Schöpffung der Blut-Urtheil.**] præsidens: vota exquirens: baculum judiciale frangens: atque executioni ad extremum usque instans: cœteroquin, cum Scabinis, s. Assessoribus suis, & controversias dijudicans, debita, atque negotia civilia minoris momenti respicientes: Vid. omninò DAN. HEIDERUS, *in Act. Lindav. p. 48. in med. & in adject. docum.* **denen Beylagen**/ *sub. lit. pp. 1. p. 580. in fin. & 581.* ubi hæc ipsa, Civitatum, Ulmæ, Nordlingæ, Mimmingæ, Lindaviæ, Dinckelspülæ, Biberaci, Campiduni, Kauffbeuræ, Wangenæ, Leutkirchæ, Isnæque, illustrat exemplis; Verum etiam, varia satis evincunt subsequentium Imperatorum, hanc in rem extantia privilegia, egregio rei literariæ bono, publici nunc juris facta ab antelaud. DN. LUNIGIO, *cit. Cont. 4. p. 1. & 2.* & quidem in specie, quoad Ludovicum Bavarum, privilegium Civitatis Norimbergensis, d. ao. 1323. *in Cont. IV. p. 2. 35.* **Absf.** *n. 4. p. 87. & 88.* Carolum IV. Hailbronnæ, d. ao. 1364. **im 21. Absf.** *n. 24. p. 894.* Wenceslaum: Uberlingæ. d. ao. 1384. **im 45. Absf.** *n. 1. p. 541.* Ravenspurgi, d. ao 1396. **im 38. Absf.** *n. 10. p. 219.* Eslingæ, d. an. 1391. ap. *Egregium Würtemb. Literar. Decus*, CONSULT. DN. DATTIUM, in suo nunquam satis laudato Opere, *d. Pac. Publ. L. 1. c. 1. n. 93.* & d. ao. 1398. ap. eund. *d. l. n. 95.* & LUNIG. **im** *13.* **Absf.** *n. 13. p. 503.* Wilæ, Bopfingæ, d. eod. a 1398. **im 48. Absf. von Weyl**/ *n. 10. p. 591.* & **im 5. Absf. von Bopffingen**/ *n. 2. & 4. p. 209. seqq.* & Lindaviæ, d. ao. 1400. **im 29. Absf.** *n. 11. p. 1305.* A Ruperto Palatino Imp. ao. 1401. Ulmam, Civitatem patriam Biberacum, Leutkircham, Bopffingam, [quam tamen jam citius liberatam esse, paulo indigitavimus ante] Nordlingam, Alam, Dünckelspülam, Civitatem S. Galli, Constantiam, Buchhorniam, Wangenam, aliasque: Ao. 1403. Memmingam: Ao. 1408. vero Capidunum: libertatem, banum exercendi regium adeptas esse, testis est omni propemodum exceptione major, B. JOH. SCHILTERUS, *in Comm. ad Jus Feud. Alamann. ad c. 42. §. 20. p. 263. in fin. & 264.* Idemque loquuntur Documenta publica, à DN. LUNIGIO, aliis harum Civitatum privilegiis, in specie, quoad Campidunum, [utpote cujus nullam injecit mentionem antecit. SCHILTERUS] *p. 1. in addend. num. 9. p. 1510.* Sigismundus Imperator Banno hoc regio donavit, Ao. 1418. Kauffbeuram: Vid. ID. LUNIG. *Cont. IV. p. 1.* **im 25. Absf.** *n. 12. p. 1256.* A. 1422. Rothenburgum ad Tubarim: *vid. p. 2.* **im 41. Absf.** *n. 10. p. 1341.* Ao. 1429. Halam

Imperii judiciis, & ut plurimum regni quoque Comitiis ipsis, ac plerisque controversiis, ab Henrici IV. tempore, (*d*) armis magis agitatis, atque bellis, quàm Judiciis, illo tempore despicatui habitis: Cæsarumque cùm potestate, tùm authoritate, incredibilem in modum imminutâ, Ea nunc incidisse videntur tempora, â quibus, amicabilis hujus Judicii fundamenta repeti posse, firmiter omninò credimus, rationibus ad hoc adducti, haud forsan inidoneis.

XII. Eos etenim, qui vel limina modo patriæ adierunt Historiæ, latere non potest, abhinc jam decimo tertio Seculo, Civitates Imperii, pro derelictis sæpenumero habitas, ac tantum non prorsus destitutas, & pro defensione sua, & ad firmandam Pacem publicam, (*e*) inaudito hactenus in Germania, sed utili admodum exemplo

Suevorum, *p. 1.* im 22. Abs. *n. 6. p. 903.* Ao. 1431. Weissenburgum in Nordgovia, *p. 2.* im 49. Abs. *n. 15. p. 618.* Ao. 1433. Gemundam & Alam, *p. 1.* im 17. Abs. von Schw. Gem. *n. 2. p. 822.* & im 2. Abs. *n. 8. p. 83.* A. 1434. Donawertham, im 10. Abs. *n. 24. p. 418.* Fridericus III. ao. 1443. Schwinfurtum, *p. 2.* im 43. Abs. *n. 36. p. 420.* Ao. 1464. Winshemium, *p. 2.* im 53. Abs. *n. 15. p. 672.* & Ao. 1481. Giengam, *juxta vidimus* des Landgericht-Verwesers/ *d. eod. ao.* im 19. Abs. *n. 13. p. 837.* Maximilianus verò I. ao. 1495. Reutlingam, *p. 2.* im 40. Abs. *n. 7. p. 311.*

(*b*) Denen Reichs-Vögten/ oder Reichs-Schulheissen/ Quamvis enim antiquiori ævo, Sculterus cum Præfecto idem non fuerit, sed hujus potius substitutus Vicarius: Imò, quamvis adhuc hodiè, Differentia hæc in quibusdam deprehendatur Civitatibus, quorsum pertinent, quæ habet CELEB. DN. BURCKH. GOTH. STRUVIUS, *in Synt. Jur. Publ. Diss. 21.* §. *23.* & *24. p. 449.* & *450.* Attamen, sequioribus temporibus, [quibus nim. judiciarium illud in Civitatibus munus, & aliis demandatum est, Comitum dignitate inferioribus, qui Civitates ut plurimum ipsimet inhabitantes, partes suas perraro commiserunt aliis] & vel à Rudolphi I. ætate, hoc ipsum discrimen plerisque in locis desiisse videtur: Conf. DAN. HEIDER. *in Act. Lindav. p. 577. sqq.* ubi plura exhibet loca, in quibus Præfectorum & Sculterorum, nec non Ammannorum nomina Synonymicè accepta fuerunt.

(*c*) Vid. DAN. HEID. in seinem gründl. Histoirs. Bericht von denen alten Reichs-Vogdteyen. *p. 1. p. 12. post. med.* in den Beylagen: *sub lit. ooo.* & *ppp. p. 89. seq.* & *in Act. Lindav. p. 48.* nec non NIC. MYLERUS AB Ehrenbach/ *in Archologia Ordinum Imperii, cap. 21.* §. *11. seqq.*

(*d*) Vid. DN. DATTIUS, *d. Tr. d. Pac. Publ. l. 1. c. 3. n. 24. seqq.*

(*e*) Quamvis enim variæ hinc inde ab Imperatoribus, publicatæ fuerint de pace

exemplo, variis sibimet prospexisse fæderibus, universalibus modò, à plurimis, si non omnibus, (f) modò particularibus, à paucioribus, eum proximè vicinis ut plurimum, (g) contractis. Cum autem in hisce dfœderibus, nunquam non fuerit cautum, ut, si quando uni alterive ex confœetatis, Civitati, vis

pace publica Constitutiones, uti videre est, ap. sæpe dict. DN. DATTIUM, *cit. c. 3. & seqq.* & in compendio, ap. DN. CRISTIAN. GODOFR. HOFFMANNUM, *Fautorem ac Patronum nostrum maximopere suspiciendum, in specim. conjectur. Politic. d. Orig. & Nat. Leg. Germ. privat. antiquar. &c. Per. V. §. 3. in not. lit. b. p. 96.* adeó tamen levis earundem erat affectus, ut peculiaribus potiús fœderibus, Imperatorum plerumque jussu, vel consensu initis, per duo fermè secula, prospicere sibi coacti fuerint Status Imperii.

(f) Ad hanc classem, primum pertinet Imperii Civitatum Fœdus, Rhenanum vulgò nuncupatum, ao. 1254. sine publicis ab initio auspiciis, à quibusdam tantummodo Rheno vicinis, postmodum autem à 60. & amplius Civitatibus, nonnullisque Imperii Principibus ac Dominis initum, atque à Wilhelmo Rege, publica constitutione, (quam exhibet DN. DATTIUS, *d. Tr. L. 1, c. 4. n. 20.*) confirmatum: d. quo Vid. omnino laud. DATTIUM, *d. l. n. 31. seqq. p. 23. seqq.* 2.) Fœdus Hanseaticum, sub Interregni temporibus, commerciorum principaliter causa pactum, indeque etiam, **Hanse-Bund / i. e. Handels-Bund** / dictum: d. quo plura habent CHRIST. WILH. WERDERHAGEN, *in pec. Tr. d. Rebuspbl. Hanseat.* LAMBECCIUS, *in Originib. Hamburg.* & JOH. ISAC. PONTANUS, *d. Reb. Geldr.* 3.) Civitatum in Superiori & Inferiori Suevia, cum nonnullis Rheno vicinis, de Ao. 1381. ap. DN. LUNIG, *d. P. Sp. Cont. 4. p. 1.* **in der achten Abtheilung / von den Reichs-Stätten insgemein**: *p. 34. n. 30.* & Dn. DATTIUM, *L. 1. d. P. P. c. 8. n. 12. p. 54.* 4.) Civitatum Rhenensium, in Alsatia & Wetteravia: nec non Superiori & inferiori Suevia, Franconia, Bavaria, d. ao. 1384. ap. DATT. *d. c. 8. n. 22. p. 55. seqq.* & LUN. *d. l. n. 35. p. 35.* 5.) Confœderatio 55. Imperii Civitatum, ao. 1385. Constantiæ inita; ap. EUND. *n. 32. p. 39.* &c.

(g) Hujus sunt generis e. gr. Fœdera Civitatum Rheno atque Mœno vicinarum, cum nonnullis Comitibus ac Dominis vicinis, d. ao. 1278. ap. DN. LUN. *d. l. n. 4. p. 5.* Civitatum: Moguntiæ: Argentorati: Wormatiæ: Spiræ: & Oppenhemii: de ao. 1325. ap. EUND. *d. l. n. 7. p. 6.* Moguntiæ, Wormatiæ, Lindaviæ, Uberlingæ, cum Comite de Kyburg: d. ao.

quædam quocunque inferretur modo, aut ab ulla unquam persona, proximè potissimum vicinis, eidem in afflictionibus succurrere incumberet, litisque compositionem amicabilem primo experiri omnium, hac verò frustra tentata, & armis venire auxilio; Nullum prorsus est dubium, quin & tumultus atque seditiones, à civibus contra Magistratum suum concitatæ, harum confœderationum virtute, eô sedatæ fuerint modo; maximè, cum & sine ejusmodi fœderis nexu, quoad controversias uti plerasque, ita etiam has in specie, ne in bellum exardescerent, aliarum, inquietatæ imprimis præ aliis, propinquarum Civitatum rogatum fuerit judicium; quemadmodum hoc HERM. CONRINGII, (*h*) DANIELISque HEIDERI (*i*) assertione, illud pluribus exemplis: utrumque autem, argumento, ab ejusmodi arbitrariorum judiciorum confirmationibus, à Carolo IV. Imp. ejusdemque Successoribus, Civitatibus Imperialibus factis, (*ii*) desumpto, probare possumus, reddereque planum.

XIII. Exem-

d. ao. 1327. ap. EUND. *n.8. p.8.* Civitatum Suevicarum, Esslingæ: Reutlingæ: Rothwilæ: Heilbronnæ: Halæ: Gemundæ: Wilæ: & Weinspersperg̃æ, d. ao. 1331. ap. laud. LUNIG. *d.l. n. 10. p. 11.* & DN. DATTIUM. *d. P.P. c. 5. n. 31. p. 30. seq.* Aliarum Suevicarum Civitatum, d. ao. 1356. ap. EUND. *d.l. n. 38. p. 31.* innumeraque alia; quæ ap. laud. DN. DATTIUM leguntur, *d. L. 1. c. 6. seqq.* LUNIGIUM, *cit. p. Sp. Cont. 4. p. 1.* **in der 8. Abtheilung von den Reichs-Städten insgemein / &** *in addend.* **von den Reichs-Städten ins gemein /** *à p. 1434. usque 1441.* & CHR. LEHM. *in Chron. Spir. passim.*

(*h*) *In diss. d. Judiciis Reipubl. Germ.* §. *93. Non dubitandum, vero est*, scribentis, *Missorum illorum veterum regiorum simulque & ordinarii Ducis defectum effecisse tandem à Sec. XIII. in illis terris, quæ olim Sueviæ Ducum Imperio paruerunt, uti Urbes complures compromiserint in judicia quadam, quemadmodum à Principibus quoque factum esse, n. 53. docuimus. Neque enim fuit ad manum, qui controversias Senatus populique Urbium, aut Primorum in Urbibus decideret, quod nihil etiam in Cæsaribus tum præsidii esset. Quapropter, ne in bellum lites exardescerent, opus fuit novis Judiciis compromissariis.*

(*i*) **In seinem gründlich-Historischen Bericht von denen alten Reichs-Vogteyen /** in *Fundament. sub. Lit. zzz. p. Edit. d. ao. 1555. 100.* Ita differentis hanc in rem: *Tum quia per hos trecentos annos*, (nim. usque ad ann. 1639. quo Tractatus hic primùm prodiit in publicum) *non paucæ in Civitatibus Imperialibus seditiones obortæ, quæ tamen vel à reliquis Urbibus vicinis, vel à Commissariis Cæsareis iterum sopitæ sunt.*

XIII. Exempla, ad quæ paulo provocavimus ante, quod attinet, egregium hanc in rem d. Ao. jam 1330. ap. CHRISTOPH. LEHMANNUM (*k*) deprehendimus, ubi ingentem dissensionem, inter Magistratum Spirensem veterem, illosque, qui **die Müntzer** dicebantur, & **Haußgenossen** / (*l*) ex una, nec non noviorem Magistratum, Civesque communiter ferme omnes, ex altera parte, obortam, à vicinarum confœderatarum Civitatum, Argentorati, Moguntiæ, Wormatiæ, Francofurti, & Oppenhemii Deputatis, legimus esse sopitam: Aliud Idem retulit LEHMANNUS, (*m*) tumultum, Wormatiæ, ao. 1334. commotum, à Civitatis Moguntinensis, atque Spirensis ablegatis sedatum esse, testificans: Similiter, Ao. 1375. à Moguntiæ & Wormatiæ Deputatis, controversias, Spiræ, inter Magistratum intercedentes, nonnullosque Cives immorigeros, amicabiliter decisas esse, EUNDEM habemus testem. (*n*) Porro ao. 1396. Seditionem Lindaviæ concitatam, à Civitatibus amicis: Constantia, Uberlinga, S. Galli, Ravenspurgo, Wangena, & Buchhornia, pacatam fuisse, ex Recessu cernimus, eod. Ao. à prædictis Civitatibus confecto. (*o*) Denique, ao. 1416. dissensionem, Lubeccæ, inter Senatum veterem ac noviorem, per Civitatum Hamburgi, Rostochii, Stralsundi, Luneburgi, Wismariæ, Stetini, & Gripswaldiæ Senatores eòdem missos, sublatam esse, Recessus evincit illo conditus tempore. (*p*)

XIV. Plura hactenus, adductisque recentiora reperire non licuit Exempla; Interim tamen, & sequentibus quoque, ad Maximilianum usque, temporibus, in casibus obvenientibus, similia observata esse, dubitare nos non sinunt, & temporis intervallum breve, & rerum facies, in Germania nostra, priori proh dolor! non multo melior.

XV. Quemadmodum autem à Maximiliano I. Imperatore publicâ Imperii pace, non temporaria amplius, ut eò usq; sed æterna potius, semperque valitura lege, ao. 1495. in perpetuum sancitâ, ad eandemque, eò firmius stabiliendam, non solum uno eodemque tempore, Camerâ: verum etiam, ut ejus-

 dem

(*ii*) d. quibus *in infer.* plura.

(*k*) *L. 6. Chron. Spir. c. 6. p. 602. seqq.*

(*l*) Revera autem alii non erant, quàm Nobiles, aut Patricii: uti hoc ID. explicat LEHM. *L. 4. c. 14. p. 278. b. & 279. a.*

(*m*) *Dict. L. 6. c. 3. p. 592. a.*

(*n*) *Lib. 7. Chr. Spir. c. 56. p. 726. a. in fin. & seq.*

(*o*) Ap. DN. LUNIGIUM, **in des teutschen Reichs** Archivs **4ter** *Continuation*: **ersten Theil.** *29.* **abs.** *n. 10. p. 1303.*

(*p*) Ap. EUND. Lun. *d. l.* **im** *30.* **abs.** *n. 11. p. 1337.*

dem pacis publicæ rationem haberet, sententiasque in Camerali Judicio latas, adversus publicæ pacis turbatores, executioni mandaret, Ao. 1500. Regimento: (q) &c, ut quibus ac quomodo executio hæc mandanda? esset in certo, divisione Imperii, in 6. ab initio Circulos, mox decem, institutis, partim, cum necessitate per fœdera pacem quærendi publicam, & ipsa confœderationum, particularium cumprimis frequentia, pristinaque unà ad succurrendum sibimet invicem, in necessitatibus, uti quibuscunque, ita domesticis quoque, obligatio cœpit evanescere: partim, Imperii, Civitatibus, reliquis Imperii ordinibus immediatis, eatenus, quod nulla illarum, in Maximiliani, sequentiumque Imperatorum Cameræ ordinationibus, quoad forum Austregale, immediatis aliis ibidem concessum, facta sit mentio, deteriori in loco, positæ, arbitrariis judiciis suis, utut ab antecedentibus Imperatoribus, quoad controversias cum aliis Imperii ordinibus, per privilegia expressa confirmatis, in abolitorum censu habitis, indistinctim, in prima statim instantia, coram Camerali atq; Aulico conventæ sunt Judicio; (r) Ita, cum ut Fora hæc, & in Civium semper cum Senatu adirentur litibus, ipsis, pluribus ex causis, adeò non videretur consultum, optimo prorsus consilio, amicabilem ejusmodi motus sopiendi viam, dudum jam singulis, absque generali quidem ac expressa conventione placitam, reassumendam arbitratæ, eandem generaliter in posterum, istiusmodi in controversiis adhibituras, sibimet promiserunt invicem.

XVI. Idque primò, quantum novimus, & (s) credimus, omnium, in Conventu Civitatensi universali, (t) Ao. 1524. Spiræ habito: utpote in quo, id

(q) Vid. omnino DN. DATTIUS, *L. 3. d. P. P. cap. 11. & 12.* ubi de Regimento hoc, ejusdemque fine, omnium differit egregiè.

(r) Prout non solum ex querela patet à Norimbergensi Civitate Carolo V. propositâ, in privilegio conspicua, d. ao. 1540. ap. DN. LUNIGIUM, **in des Teutschen Reichs-** *Archivs/ P. Sp. 4. Continuation, p. 2.* **im** *35.* **Abs.** *n. 78. p. 163.* sed & ex Actis Conventus deputatarum Civitatum, ao. 1597. Heilbronnæ habiti, utpote ex quibus, universum Collegium Civitatense illo tempore semet apud Imperatorem eapropter conquestum esse, apparet.

(s) Vel propterea, quod nec ipsi Recessus Civitatenses sequioris ævi, ad antiquiorem hac in re provocant conventionem.

(t) Omnium & singularum Civitatum, ex omnibus Imperii nostri Circulis; à cujusmodi conventibus diversi sunt: Circulares, ubi unius tantum alicujus Circuli: Deputatarum, quando ex reliquis omnibus Imperii Civitatibus

id legimus esse constitutum, ut, siquidem vim pateretur Civitas aliqua, modo quocunque, è reliquarum convocationi destinatis (*u*) proxima, ad illius petitionem, universum convocare deberet Civitatense Collegium, de afflictæ Civitatis negotiis deliberaturum, & cum ejusdem turbatoribus amicam tractationem tentaturum: 2.) In Conventu, Ao. 1528. Eslingæ instituto, ubi (*vv*) priora, eô cum additamento, repetita, ut, causâ remotam non permittente, omniumve Civitatum expectationem, quatuor conscribentes, universarum nomine ac impensis, (*x*) Deputatos quosdam, in inquietatam ablegare, nihiloque tamen

vitatibus specialiter ad hoc deputatæ: & Convocantium, s. conscribentium, ubi tantummodo conscribentes congrediuntur Civitates, earundemve potiùs Legati: Vid. PHIL. KNIPSCHILDUS, *in Tr. d. Jurib. & Privileg. Civitatum Imperialium, L. 2. c. 11. n. 11. & seqq.* Quænam verò sint Civitates illæ deputatæ, & conscribentes? apparebit ex mox dicendis. Quemadmodum a. hactenus recensiti conventus omnes & singuli, ad convocationem Civitatum conscribentium instituuntur, eaq; propter etiam simpliciter **Stätt-Täge** appellantur; Ita ab hisce suo modo distinguendi sunt Conventus Civitatum ad Imperatoris convocationem frequentandi, qui dicuntur in specie, **Kayserl. Stätt-Täge**: cujusmodi e. gr. ao. 1584. Dünckelspühlæ habitus, ubi Imperator per Commissarios suos eodem ablegatos, integram collectarum imperialium (**der Römer-Monath**) exsolutionem urgebat in Comitiis Augustanis, antehac ab Imperii Statibus promissarum.

(*u*) **Von denen Ausschreibenden Stätten**: Harum autem constitutæ fuerunt quatuor: Argentoratum nempe: Norimberga: Francofurtum: & Ulma: KNIPSCH. *d. l. n. 9. 10. & 15.*

(*vv*) Secundum Recessum illo tempore confectum ejusdemque § **und dieweil auch hievor** *&c.*

(*x*) Ipsis, ex communi Civitatum ærario, (**aus gemeinsamer Städt-Cassa**) in duabus, quas inter semet habebant, Civitatibus solutionis, (**denen Legstätten**) Francofurto nim. & Ulma, (quando enim in R. J. Aug. d. ao. 1566. **wiewohl nun Churfürsten** 56. & R. I. d. ao. 1582. §. **Wann dann dem heiligen Reich.** 6. Solutionis Civitatum quinque numerantur: Francofurtum: Norimberga, Ratisbona, Augusta, aut Lipsia, sermo ibid. est de Civitatibus solutionis universi Imperii, s. de illis, in quibus Imperii contributiones ab omnibus omnino Statibus Imperii exsolvendæ: à quibus autem diversæ sunt utiq; Civitatum quà separati Collegii, solutioni destinatæ Civitates) asservato, suppeditandis, vel resarciendis.

tamen minus universalem postmodum conscribere tenerentur conventum: 3.) In Congregatione, Ao. 1535. Wormatiæ facta, utpote cujus vi Recessus, (y) casu, quo in Civitate aliqua exoriretur seditio, eidem proximè vicinam, id ipsum comperientem, illius omni meliori modo sopiendæ gratia, sine omni cunctatione, Senatorum aliquos turbatum in locum deputare, &c, quando ab hisce amicabilis compositio effectui dari non potest, reliquas in vicinia eandem tentare oportet: 4.) In conventu communi, Ao. 1582. *Spiræ* habito: quando nim. cautum ibidem, (z) quod, si novi Calendarii occasione, (a) aut aliam quamcunque ob causam, controversiæ nascerentur Cives inter ac Magistratum, cujuscunque regionis convocans Civitas, etiamsi desuper haud rogata, adoptatis una pluribusve è proximioribus, quam citissimè eum in locum, ubi illæ concitatæ sunt turbæ, semet conferre deberet, amicâ ut sedentur ratione, operam navatura quamvis possibilem. 5.) In congregatione universali, Ao. 1591. ad diem Bartholomæi, (b) Ulmæ instituta, utpote cujus Recessui (c) præter similia prioribus, id reperimus ulteriùs insertum, quod anterecensito in casu, non convocans simpliciter Civitas, sed ex quibuscunque proximè vicinis, duæ vel tres de turbis enatis certiores redditæ, ad easdem comprimendas, quosdam Senatorum suorum eòdem mittere, &c, si per illos, res decidi nequeat, sine omni mora 12. Deputatæ Civitates (d) conscribi, ad easdemque, inquietatæ

(y) Et quidem in specie. §. wo sich aber darüber &c.

(z) Juxta tenorem §. und ist anbey bedacht *&c. Rec. d. eod. ao.*

(a) Quantos enim Calendarium novum, quod Pontifex Gregorius XIII. per solemnem Bullam, ao. 1581. promulgatam, uti universo orbi Christiano, ita etiam omnibus Imperii nostri obtrudere voluit Ordinibus, non in animis modò Protestantium Principum, sed & in Civitatibus Imperialibus, maxime Religionis intuitu mixtis, excitaverit quondam motus? constat, atque in specie, rat. Augustæ Vindelicorum, (cujus etiam occasione, Calendarii hujus, in præsenti Recessu, mentio facta videtur) testantur abunde, illo tempore quæ prodierunt publica scripta: quorsum etiam pertinet Tr. ao. 1586. ib. edit. sub tit. Augspurgische Händel / so sich daselbsten / wegen der Religion, und sonderlich / jüngst vor 2. Jahren / im währenden Calender-Stritt / mit Georg Müller / D. Pfarrer und Superintendenten daselbst zugetragen.

(b) Qui terminus erat ordinarius, quô singulis annis, Civitates Imperiales suos instituerunt conventus, certo in loco, omnium, vel duodecim Deputatarum convenientibus Legatis: Vid. PHIL. KNIPSCH. *d. l. n. 10.*

(c) §. und als man demnach &c. v. daß die E. Stätt einander. &c.

tatæ Senatus & ſeditioſorum delectus vocari debeant. 6. In congreſſu 12. Deputatarum, Ao. 1591. Spiræ, & univerſarum Civitatum, Ao. 1593. facto, ubi priores Receſſus, hunc quoad paſſum, expreſsè ſunt confirmati; (*e*) Et, poſtquam in conventibus: Deputatarum, ſequenti Anno 1595. Spiræ: Univerſali, Ao. 1596. Ulmæ: Deputatarum, Ao. 1597. Heilbronnæ, & 1598. Wormatiæ: Extraordinariis univerſalibus (*f*) Ao. 1600. Wormatiæ, & 1601. Ulmæ habitis, nihil in ſpecie amplius hac de re, ſed in genere tantum, de firmiter tenenda concordia, [von Beybehaltung der vertraulichen Correſpondenz, uti loquuntur Receſſus] fuerat actum, ulterius adhuc & 7.) in Conventu univerſali, Ao. 1606. Wormatiæ inſtituto, utpote in quo, non ſolum antecedentium Receſſuum reiterata confirmatio, ſed & extenſio facta ad diſſenſiones inter Civitates ipſas invicem oborturas: (*g*) Denique 8.) in Congreſſu univerſali, quem Ulmæ tenuerunt, Ao. 1614. nam & ibidem, perinde ac in priori, conventionem hanc, à Collegio Civitatenſi initam, totque vicibus repetitam, iterum ſerio admodum corroboratam eſſe, Receſſus teſtatur eod. Ao. conditus. (*h*)

XVII. Antedictorum Receſſuum, Nobisque ex nonnullarum illuſtrium Imperii Civitatum Archivis, gratiosè benevoleque communicatorum verba, ut quoad paſſum concernentem, hîc inſereremus, noſtrarum equidem videri poſſet partium; Verum, cùm non ſolum loci anguſtia id ipſum prohibeat, ſed & adeò certi non ſimus, numne deficiat Nobis unus aut alter, illuſtrationi atque probationi, ac priores, æque inſerviens? productionem illorum alium commodiorem

(*d*) Duodecim Civitates Imperiales deputatæ ordinariæ, (der Ausſchuß) ex utroque Scamno, Rhenano æque ac Suevico, ſex ſunt priores: Ex illo nim. Colonia: Aquisgranum: Argentoratum: Lubecca: Wormatia, & Spira: Ex hoc autem: Ratisbona: Auguſta Vindelicorum: Norimberga: Ulma: Eslinga: & Reutlinga: KNIPSCH. *d. l. n. 14.*

(*e*) Juxta llorum annorum Receſſus, & quidem, prioris §. ferner haben der Erb. von Speyer *&c. & ſeq.* wiewohl auch das obgemelte Schreiben: poſterioris verò §. was zum dritten die in ao. 1591. erneuert/ *&c. 3.*

(*f*) Extraordinarii dicebantur conventus, non ad terminum ordinarium, Bartholomæi diem, ſed quem neceſſitas poſcebat, aut utilitas, alium, inſtituti.

(*g*) Argumento Receſsûs de eod, ao. §. und nachdem man bey dieſen Puncten/ *&c.*

(*h*) §. und weilen in vielen Reichs-Stätten/ *&c. lectu oppidoquam digniſſimò.*

diorem in locum ac tempus reservantes, ad exempla potius pedem promovemus, Recessus hosce insecuta.

XVIII. Quoad hæc, negare quidem haud possumus, lites atque controversias, tam inter Civitates ipsas, quam inter Magistratum ac Cives obortas, frequentius mediantibus Commissionibus Cæsareis: (*i*) quandoque Imperialis, Aulici, atq; Cameralis Judicii Decretis: (*ii*) nonnunquam & ab aliis, quam Civitatibus, arbitris compromissariis: (*k*) quin etiam ab ipso interdum Magistratu atque Civibus, sine alterius decisas fuisse interventione; (*l*) Interim tamen non desunt nobis Exempla, quibus prædictæ Civitatum Imperialium conven-

(*i*) Prout factum e. gr. Ao. 1584. Augustæ Vindelicorum, Commissarii Cæsarei vices sustinente Wilhelmo, Comite Palatino Rheni: Vid. DN. LUNIG. **in des Teutschen Reichs**-*Archivs 4.* **und letzter** *Cont. p. 1.* **im** *3.* **abs.** *n. 56. p. 137.* Ao. circiter, 1610. & 1611. Aquisgrani, ubi Cæsaris Commissarius erat Ernestus, Archi-Episcopus Coloniensis: prout ex Mandato patet Rudolphi II. d. ao. 1611. ap. LUNIG. **im ersten abs.** *n. 12. p. 69. & in addend.* **von den Reichs-Stätten insgemein:** *S. 2. n. 30. p. 1470. seqq.* Ao. 1612. Francofurti, ubi Commissarii munus Joh. Schweickhardo demandatum, Archi-Episcopo Moguntino, & Ludovico, Hassiæ Landgravio: Vid. ID. **im** *14.* **abs.** *n. 162. seq. p. 682. seqq.* Ao. 1614. Wezlariæ, hoc ipsum munus obeunte eodem Ludovico Hassiæ Landgravio: juxta ea, quæ habet laud. LUNIG. **im** *51.* **abs.** *n. 20. part. 2. p. 635.* Ao. 1650. Hailbronnæ, ubi tanquam Commissarii Cæsarei, lites inter Magistratum atque Cives obortas deciderunt Carolus Ludovicus, Elector Palat. & Eberhardus, Würtembergiæ Dux, uti de hoc testatur Decretum Cæsareum, d. ao. 1654. ap. EUND. **im** *21.* **abs.** *n. 28. p. 898. seq.* Ao. 1669. Lubecæ, quo in loco idem perfecit Fridericus Wilhelmus, Elector Brandenb. Vid. LUN. **im** *30.* **abs.** *n. 38, p. 1404. seqq.* Ao. 1686. Coloniæ: vid. ID. **im 9. Abs.** *n. 38. seqq. p. 396. seqq.* Ao. 1710. Hamburgi: LUN. **im** *23.* **abs.** *n. 112. p. 1177. & 1245.* vicibusque adhuc pluribus, aliis passim in locis, quæ allegare hîc omnia supersedemus sponte.

(*ii*) Veluti, ao. 1710. Rothwilæ: vid. LUN. *d. l.* **im 42. Abs.** *n. 26. p. 384.*

(*k*) e. gr. Ao. 1613. Francofurti. Vid. LUNIG. **im 14. Abs.** *n. 163.. p. 693. seqq.* & Ao. 1691. Goslariæ. vid. EUND. **im 20. Abs.** *n. 17. p. 881.*

(*l*) v. c. Lubecæ. ao. 1534. LUN. *d. l.* **im 30. Abs.** *n. 22. p. 1356.* ao. 1605. ID. *d. l. n. 28. p. 1379.* nec non ao. 1665. ID. *n. 35. p. 1401.* omniumque sæpissime Hamburgi, prout Recessus testantur Magistratum inter ac Cives,

conventiones ad effectum deductæ, litesque secundum illas, per vicinas, amicabili modo diremptæ.

XIX. Ita enim, *quoad casum priorem*, notatu dignum se nobis offert Exemplum, quod Francofurti contigit Ao. 1612. ubi Civitates vicinas: Argentoratum, Wormatiam, & Spiram, tumultûs ibidem exorti compressionem via hac tentasse amicabili, non solummodo testem habemus B. DN. AB UFFENBACH; *(m)* sed & certiores adhuc redditi sumus, ex Actis Conventus Civitatensis, eod. & seq. Ao. 1614. habiti. Alterum diligentissimæ DN. LUNIGII collectioni ferimus acceptum, Transactionem exhibentis. *(n)* Ao. 1615. inter Magistratum Civesque Alenses, mediantibus Civitatibus vicinis, Ulma, Nordlinga, Hala Suevorum, & Bopfingâ, harum conventionum intuitu, semet eòdem conferentibus, initam. Tertium ex iis observare licuit, quæ in conventu Civitatum universali, ao. 1614. Ulmæ habito, pertractata; Ex iis etenim, atque Recessu crevimus eod. ao. confecto, quod & turbæ, tempore illo, Wezlariæ, inter Magistratum & Cives obmotæ, à Civitatibus vicinis, Wormatia & Spirâ, amicabiliter fuerint decisæ. *Quoad secundum:* in Conventu universali, an. 1601. Ulmæ instituto, ut controversiis inter Argentoratum & Spiram intercedentibus finem imponerent, tres conscribentes reliquas, unà cum Wormatia, rogatas fuisse, hocque ipsum, priorum Recessuum extensioni, ao. 1606. in Conventu Wormatiensi factæ ansam præbuisse, ex Recessibus didicimus, iisdem Annis confectis. Neque dubitamus, quin multò plura hanc in rem allegare possemus Exempla, nisi S. R. G. I. Civitatibus liberis, invisam pristinarum seditionum, atque controversiarum memoriam, per publicationem ejusmodi Recessuum ac Transactionum, refricare merito suo minus videretur consultum.

XX. Sed de nostri Amicabilis Judicii Origine satis abundanter. *CAUSA EFFICENS*, seu, ut genio nosmet accommodemus Seculi moderni, Authores ipsius alii non sunt, quàm Civitates Imperiales ipsæ, quas & liberas nunc indistinctim omnes, neque nobis contradicentibus, vocare poteris, neque aliis; *(o)* Utut prædicatum hoc omnibus olim ac singulis competiisse, negemus. *(p)*

ves, admodum frequenter initi, atque à DN. LUNIGIO, *in P. Sp. Cont. 4. p. 2. 23.* Abs. fidelissime exhibiti.

(m) *in tr. d. Consilio Cæs. Imp. Aul. cap. 12. Sect. 1. Subs. 7. p. 158. sqq.*

(n) In des Teutschen Reichs-*Archivs Part. Spec. 4.* und letzter *Contin. part. 1. in addend.* von Reichs-Städten insgemein. *Sect. 3. num. 1. p. 1474. sqq.*

XXI. Causæ impulsivæ, vel si mavis, rationes amicabilis hujus Judicii introductionem Civitatibus Imperialibus suadentes, præter generales, hoc ipsum litium

(o) Videsis si placet, VENER. DN. SOCERI NOSTRI, D. SCHWEDERI *Introd. in Jus Publ. J. R. G. p. Spec. S. 2. cap. 9.* §. *1.* B. HENR. COCCEJI *Jur. Publ. prud. cap. 17.* §. *8. in fin.* & JOH. HENR. FELZII *Diss. d. Jure Legislat. Territ. Civitatum Imp.* §. *1. in fin. p. 2.*

(p) Quamvis enim eorum non sint pauci, qui nullo unquam tempore, differentiam subfuisse putant inter Civitates Imperiales tantum, **denen Reichs-Stätten:** & Civitates Imperiales liberas, **denen freyen Reichs-Stätten :** Eosdem tamen satis, ut credimus, refellunt 1.) Literæ Burcardi. Burggravii Magdeburg : quibus Sanctionem A. B. de Pfalburgeris latam, Senatui Argentoratensi intimabat, d. ao. 1356. ap. JAC. WENCKERUM, *in Collectan. Jur. Publ. Disquis. d. Usburgeris,* §. *14. p. 67.* 2.) Tabulæ fœderis Civitatum Constantiensis, d. Ao. 1385. ap. CHRIST. LEHN. *L. 7. Chron. Spir. cap. 67. p. 748. b. in fin. & seqq.* & DN. JOH. CHR. LUNIGIUM, **und des Teutschen Reichs-** *Archivs 4.* **und letzter** *Continuation*, **von denen Reichs-Stätten insgemein :** *n. 32. p. 39. seqq.* 3.) Diploma Wenceslai, in quo Civitatibus, in Suevia tunc fœdere junctis peculiarem promisit tutelam : d. ad. 1387. ap. DN. JOH. PHIL. DATTIUM, *Lib. 1. d. Pace Publ. cap. 9. n. 13. p. 59.* & LUNIG. *d. l. n. 34. p. 45.* 4.) Reversales Civitatum in Suevico fœdere comprehensarum, d. anno eod. ap. laud. LUNIG. *d. l. n. 35. p. 45. & 46.* 5.) Confirmatio Pacis Publicæ à Wenceslao facta an. 1398. ap. GOLDASTUM, *Tom. 1.* **der Reichs-Satzungen.** 6.) Subscriptio Recessus Civitatensis, d. ao. 1486. ap. CHR. LEHMAN. *L. 4. Chr. Spir. c. 4. p. 249. b.* 7.) Responsio Civitatis Coloniensis, in controversia ipsi à Civitate Aquisgranensi, ao. 1495. super præcedentiæ jure, obmota, ap. EUND. *d. l.* 8.) Ordinatio Regimenti d. ad. 1500. *tit. 4. vers.* **Item so sollen auch alle Viertel Jahr :** 9.) Excerpta Recessus Civitatensis, d. ao. 1541. ap. DN. DATTIUM, *L. 3. d. P. P. c. 12. n. 65. p. 609.* 10.) R. J. d. ao. 1555. §. **nachdem aber in vielen Frey-und Reichs-Städten** / 27. & §. **und wir die Verordnete** / 30. aliaque loca atque documenta publica, ita, ut factum, & quod fuerit quondam discrimen aliquod, extra omnem situm videatur dubitationis aleam, majori è contrario, quoad genuinam differentiæ rationem, existente dubio, ubi tamen, spretis, quas vulgò afferre solent, rationibus, talo nixis admodum

litium ſopiendarum remedium in univerſum vel maximè commendantes, (*q*) eisdem peculiares, aliæ ſine dubio temporibus exſtiterunt jactorum per particularia imprimis harundem Civitatum fœdera fundamentorum; aliæ autem Ejusdem, per conventiones expreſſas, univerſum Collegium Civitatenſe obligantes, ſpecificæ atque formalis conſtitutionis. *Quoad illa*, quantum divinare licet, in cauſa fuerunt 1.) perplures ſeditiones, abhinc Ludovici Bavari Imp. plebejis Civibus contra Patricios, (*r*) vel maximè faventis, &c, ut in quam plurimis Civitatibus, ex forma regiminis ariſtocratica, (*s*) vel plane Democratica

modum infirmo, à veritatis, veroque ſimilitudinis via Nos haud longe aberraturos credimus, ſi cum B. HERTIO, *in Diſſert. d. Special Rom. German. Imp. Rebuspubl. S.1. §.7. in Vol. I. Opuſc. T.2. p.93. & 94.* aſſeramus, Ottonum jamjam & ſeqq. Impp. temporibus, illas Civitates dictas fuiſſe liberas, in quibus, Comitum, Præfectorumque regiorum munus Epiſcopis demandatum fuit, poſteaque, cum tam ingentes inter Civitates, illarumque Epiſcopos, ſuper libertate & ſubjectione, exortæ fuerint controverſiæ, Ipſas hunc ipſum titulum, eò magis, ad indicandam libertatem ſuam ab Epiſcoporum in temporalibus ſubjectione, retinuiſſe, atque conſtanter plerumque uſurpaſſe; Quemadmodum hanc ipſam opinionem, niſi loci prohiberet anguſtia, quoad omnes & ſingulas Civitates, liberas olim dictas, facillimo demonſtrare poſſemus negotio.

(*q*) Cujusmodi, præter ſupra recenſitum dubium litis eventum, adhuc ſunt ulterius, non ſolummodo Mandatum Divinum; ſed & ſumptuum, quos lites judiciales requirunt, immenſorum: temporis jacturæ: laborum, moleſtiæ, & curarum multitudinis: nunquam non ex litibus orientium inimicitiarum: atque Juramentorum ſæpiſſime in judiciis præſtandorum evitatio: De quibus omnibus & ſingulis videri merentur BERNH. SCHULTZ. & FRID. SCHRAGIUS, *in Diſſ. d. Compoſitione amicabili, integris cap. 3.*

(*r*) Ex ratione quadam politica, in eo impr. fundata, univerſos Cives Patriciis facilius in fide ſibi contra Anti-Cæſares, Fridericum Auſtriacum & Carolum, Johannis, Bohemiæ Regis filium, præſtanda, retineri, ab eademque difficilius per Romanorum Pontificum excommunicationes abalienari poſſe.

(*s*) Quæ, uſque ad illa tempora, in omnibus propemodum floruit Imperii Civitatibus: vid. HERM. CONRING, *Diſſ. d. Urbibus German. §. 129.* & cum

mocratica evaserit, vel ex duabus hisce participans, causam præbentis, (t) temporibus, omnes propemodum Imperii Civitates, haud secus ac serpens quidam ignis invadentes: (u) 2.) insignia damna atque incommoda, ex ejusmodi seditionibus, in Civitates redundantia: (vv) 3.) Defectus, in quibus lites hæ dirimi potuissent, Imperii judiciorum, eorundemve admodum minuta authoritas: 4.) reliquorum, tum temporis, controversias litesque decidendi usitatorum

& cum eo, DN. GUNDLING. *in Diss. de Henrico Aucupe, Franciæ Orient. Saxonumque Rege*, §. *20. lit. n. p. 127.*

(t) Conf. CONRING. & DN. GUNDLING. *dict. ll.*

(u) Prout hanc in rem, non Norimberga tantùm, tumultusque ibidem, temporibus, quibus de Imperio contendebant, Guntherus Schvvarzenburgicus, & Carolus IV. ao. nim. 1349. exortus, d. q. JOH. CHRISTOPH. WAGENSEIL. *in memorab. Civit. Norimb.* sed & adhucdum plures aliæ exemplo esse possunt Imperii Civitates, uti ap. CHR. LEHM. videre est, *L. 6. Chr. Spir. cap. 3. per tot.*

(vv) Vid. hîc omnino LEHM. *d. L. 6. c. 6. p. 602. b.* ubi, occasione tumultus, ao. 1330. Spiræ Nemetum exorti, extractum exhibendo literarum, á vicinis atque confœderatis Civitatibus, Argentorato, Moguntia, Wormatia, Francofurto, & Oppenhemio, ad Magistratum Civesque Spirenses datarum, ita loquitur: **Daß sie die Stätt mit gantzem Ernst / und mit gutem Fleiß bedacht und betrachtet hätten / was massen Krieg / Uberläuff und Mißhelligkeit / sonderlich die sich innerlich in den Stätten erheben / grossen Haß und Zorn bringen / und sehr schädlich und schwer wären den umbliegenden Land und benachbarten / deßgleichen allen Burgern und Inwohnern insgemein / däzu Wege und Ursachen öffneten zu vielen anderm Unheil und bösen Handlungen / dardurch man Seelen / Ehr / Leib und Gut verliehren könte / wie sie es dann aus der Erfahrung vernommen / und solches augenscheinlich jetzo befunden hätten / und noch befinden an dem Zustand der Statt und Burgerschafft Speyr; derhalben fernerm und grösserm Schaden fürzukommen / wären sie urbiethig / Versöhnung und Frieden zu machen / zwischen dem alten und neuen Rath / den Haußgenossen und Burgerschafft / daß dergleichen Feinschafft und Auffstand durch GOttes Hülff nimmer in der Stadt entstehen solte / mit freundlichem Begehren / daß ein Rath und Burgerschafft ihnen solche gütliche Handlung nicht wolte zuwider seyn lassen /** &c.

usitatorum modorum, dissensionibus hisce Civilibus, mansuetudine potius tollendis, quàm severitate, haud quaquam suadenda applicatio. *Quoad vero hæc*, 1.) quod post institutum Cameræ Imperialis judicium, prioribus arbitrariis judiciis, sive Austregarum instantiâ, non gavisæ fuerint amplius, neque hodienum gaudeant omnes omnino Civitates, sed certæ tantummodo specialiter desuper privilegiatæ: *(x)* 2.) quod nec quoad illas, quæ expressis hancin rem munitæ

(x) Quales, præter illas, quas recensuit VENER DN. SOCER, D. SHWEDERUS, *in Introd. in Jus Publ. Imp. Germ. P. Sp. Sect. 2. c. 17. §. 6. NORIMBERGAM* nim. (utpote quam, in prima instantia, coram Consulibus Senatuque Civitatum Windshemii & Weissenburgi in Nordgovia, conveniendam esse, privilegium testatur Caroli V. Imp. d. ao. 1540. confirmatorium privilegii, ipsi à Carolo IV. ao. 1373. concessi: ap. DN. JOH. CHR. LUNIG. **in des Teutschen Reichs***Archivs part. spec. 4.* **und letzter** *Cont. p. 2. 35.* **Abs.** *n. 78. p. 163.*) *RATISBONAM*, (hanc enim utut nullum hanc in rem, ap. DN. LUN. privilegium extet expressum, non minus Austregarum jure gaudere, atque in prima instantia, Judices habere, Civitates Augustam, Nôrimbergam, & Ulmam, vel, siquidem actori id ipsum lubeat, 7. aut 5. ex Senatu Ratisbonensi, non LIMNÆUS modo testatur, *in L. 9. J. P. cap. 5. n. 16.* sed & Acta quoque Conventûs Civitatensis, ao. 1600. Wormatiæ habiti, utpote ex quibus apparet, exhibitam tunc fuisse ib. à Civitate Ratisbonensi copiam, quo gaudet, privilegii expressi) *ESLINGAM*, (utpote quam, primùm coram Civitatum Ulmæ, Reutlingæ, & Heilbronnæ conveniendam esse Senatu, ex privilegio patet Caroli V. d. ao. 1541. ap. LUN. *d. l. p. 2.* **im 13. Abs.** *n. 34. p. 514.*) *DUNCKELSPUHLAM*, (hujus in prima instantia, judices esse, Prætorem, [**der Statt-Ammann**] & 4. Senatores, ex 4. Civitatibus: Nordlinga, Rothenburgo ad Tubarim, Hala Suevorum, & Donawertha, privilegium evincit Sigismundi, d. ao. 1435. Maximiliani I. d. ao. 1510. ap. EUND. **im 12. Abs.** *n. 26. & 34. p. 471. & 481. seqq.*) *SCHWINFURTUM*, (hanc enim ab initio in jus vocandam esse, coram Præfecto suo, [**ihrem Reichs-Vogt oder Ammann**] & 2. 4. vel. 6. Senatoribus duarum Imperii Civitatum, Norimbergæ & Rothenburgi ad Turbarim, Diploma ostendit Rudolphi II. Imp. d. ao. 1577. ap. LUNIG, *d. l. p. 2.* **im 43. Abs.** *n. 57. p. 446. seqq. FRIDBERGAM*, (utpote quæ, sec. LIMNÆUM *d. l.* & AUTHOREM **des gründlichen Berichts der fr. Reichs-Stadt Friedberg** *Regali*en **betr.** *art. 4. n. 88. fol. 72.* coram suo convenienda est Burggravio, de cujus tamen assertionis veri-

munitæ fuerant privilegi s, horum Judicum privilegiatorum in Camera Imperiali, Judicioque Aulico, habita fuerit ratio: (y) 3.) quod privilegia ejusmodi judi-

veritate, cùm non solum nullum desuper ap. DN. LUNIGIUM, reperire queamus Documentum publicum, sed potius, in privilegio Caroli V. Imp. d. ao. 1533. quod exhibet im 15. Abs. *n. 59. p. 760. sq.* caveatur expresse, quod immediate statim coram Imperatore convenienda sit, vel Judicio Camerali, verum etiam pactum & conventio specialis, ad quam provocant dicti AUTHORES, Cives solummodo respiciat, merito adhuc dubitare debemus) *REUTLINGAM*, (cui, ut in prima instantia, coram Consulibus atque Senatu Civitatum Ulmæ, Esslingæ, & Gemundæ, conveniri debeat, Maximilianus I. concessit, ao. 1516. ap. LUN. im 40. abs. *n. 13. p. 2. p. 320. seq.*) *WORMATIAM*, (hanc enim, coram novem Commissariis, ab ipso Magistratu Wormat. ex Senatoribus suis constitutis, atque Juramenti vinculo, quô alias tenentur Magistratui, Civitatique communi, liberatis, in judicium vocandam esse, sub primordium litis. Idem Maximilianus statuit, in Privil. eidem ao. 1514. concesso, ap. LUN. *d. l.* im 54. abs. *n. 15. p. 691.*) *ULMAM*, (cujus judicem in prima instantia, Ammannum loci esse debere, privilegia volunt Caroli IV. d. ao. 1359. & Wencestai, d. ao. 1397. ap. EUND. im *46.* abs. *n. 2. & 3. seq. p. 562.*) *HALLAM SUEVORUM*, (de qua, quod ab initio coram Præfecto suo convenienda sit, & 5. vel 7. Senatoribus ex tribus proxime vicinis Imperii Civitatibus quibuscunque, ex privilegio constat Maximiliani I. eidem ao. 1495. dato ap. LUN. *p. 1.* im *22.* abs. *n. 10. p. 905.*) & *MEMMINGAM:* (hujus enim privilegiarios Judices esse Civitates Augustam Vindelicorum: Ulmam: Ravenspurgum: Biberacum: aut Campidunum, Diploma evincit Friderici III. Imp. d. ao. 1471. ap. laud, LUN. *d. l.* im *31.* abs. *n. 9. p. 1420. seq.*) adhucdum quam plures esse, privilegia docent ap. DN. LUN. in *P. Sp. Cont. 4. p. 1. & 2.* hinc inde extantia. Sic enim, de *BOPFINGA*, Friderici III. prostat Diploma, d. ao. 1468. ap. EUNDEM *p. 1.* im 5. abs. *n. 7. p. 213.* vi cujus, judex eidem, in prima assignatus est instantia, loci Ammannus, unà cum 4. Senatoribus, ex proxime vicinis Civitatibus desumendis; de *CAMPIDUNO*, Maximiliani I. d. ao. 1499. in den *addend.* von den Reichs-Städten insgemein; *Sect. 11. n. 20. p. 1518. & 1519.* cujus juxta tenorem, Consules atque Senatus Civitatum Ulmæ: Memmingæ: & Ravenspurgi, Judices eidem sunt privilegiarii: unde etiam, in Conventu Civitatensi, ao. 1614. Ulmæ habito, cùm instantiæ hujus ratio habita non fuerit,

judiciorum concessiva ad lites se non extenderint inter Magistratum & Cives invicem exoriundas, sed ad illas tandummodo pertinuerint, quæ hisce conjunctim
Eee e con-

rit, statimque Cæsarea Commissio decreta, reliquæ Civitates Authores ipsi extiterunt atque suasores, de comparendo quidem coram Commissariis Cæsareis, sed exceptionem opponendo privilegii primæ instantiæ, deque appellando ad Cameram, siquidem Exceptionis hujus à Commissariis nulla haberetur ratio. De *DONAWERTHA*, Frid. III. d. ao. 1465. in quo, Magistratum hujus loci, universamque Civitatem convenire volentes id ipsum perficere jubentur apud unum ex trium Imperii Civitatum, Augustæ: Norimbergæ, & Ulmæ Magistratibus: im *10.* abs. *n. 27. p. 421. seq.* De *GIENGA*: laudati Imperatoris, d. ao. 1481. secundum quod, judicem habet Austregalem, ex trium Imperii Urbium, Ulmæ: Nordlingæ: & Gemundæ Magistratibus unum: im *19.* abs. *n. 13. p. 837. seq.* *HAMBURGUM*, virtute privilegii, eidem à Sigismundo Imp. ao. 1421. concessi, penes Holstenii conveniri debet Comites: ap. LUN. im *23.* abs. *n. 40. p. 947. seq.* *KAUFBEURA*: coram Ammanno suo, sec. privilegia Coroli IV. d. Ao. 1373. Wenceslai: d. ao. 1398. Ruperti, 1401. aliorumque Impp. insequentium: im 25. abs. *n. 9. 10. 11. seq. p. 1254. seqq.* *LINDAVIA*: apud Consules Senatumque unius ex 4. Civitatum: Constantiæ: Uberlingæ: Ravenspurgi: & S. Galli: juxta tenorem privilegii, ipsi à Frid. III. concessi, ao. 1442. & 1452. im *29.* abs. *n. 15. & 81. p. 1309. seq. & 1312.* *NORDHUSA*: vel coram judicio suo Urbico, vor dem Stadt-Gericht: sec. privilegia Wenceslai, d. Ao. 1391. & Maximiliani I. d. ao. 1497. im *34.* abs. *n. 9. & 12. p. 71. & 74.* Vel coram Senatus Consulibusque Mulhusæ Civitatis, aut Goslariæ: sec. Diploma Max. I. d. ao. 1498. *d. l. n. 13. p. 75.* *NORDLINGA*: apud Ammannum suum, quatuorque aut sex Senatores Civitatum Gemündæ: Dünckelspühlæ: Donawerthæ: Giengæ: aut Bopfingæ: virtute privilegii, à Frid. III. ipsi impertiti, ao. 1463. im *33.* abs. *n. 35. p. 28. seq.* atque Documenti insinuationis in Camera Imp. factæ d. ao. 1605. *ibid. n. 63. p. 60.* *RAVENSPURGUM* actionibus adversus semet intentandis, in prima instantia, coram tribus respondet, aut septem Senatoribus juratis, ex iis quæ libent, circumjacentibus Civitatibus, à Ravenspurgo ad semet rogatis, necnon Ammanno suo; per privilegium expressum Sigismundi, d. Ao. 1434. im *38.* abs. *n. 25. p. 222. seq.* Idem omnino etiam obtinet quoad *ROTHENBURGUM ad TUBARIM*, per simile Imp. Sigismundi privilegium, d. Ao. 1422. im *41.* abs. *n. 10. p. 341. & 342.* nec non confirmationem Maxim.

II. ad

consideratis, cum aliis intercederent Imperii Ordinibus; (z) 4.) Judiciorum Imperi longinquitas, è contra verò negotii natura præsens exposcens remedium: 5.) Processuum in summis Imperii nostri Tribunalibus, variis ex causis promanans diuturnitas, (a) in ejusmodi litibus omnium maximè periculosa: (b) 6.) Commissariorum Cæsareorum minus accepta qualitas. 7.) Eorundem sæpissimi

II. ad. 1576. *ibid. n. 18. p. 353. seq.* *UBERLINGA* tanquam forum immediatum, præter Imperatorem, atque Advocatum Sueviæ, tres agnoscit Civitates: Constantiam, Lindaviam, aut Ravenspurgum: vigore privilegii, à Sigismundo impetrati, Ao. 1433. im 45. abs. *n. 4. p. 542. & 543.* *WIMPFA*, Scultetum suum, & 5. vel 7. Senatores, ex III. Imperii Civitatibus, Spira: Halla Suevorum: & Heilbronna: prout de hoc testatur Privil. Car. V. Imp. d. ao. 1545. ap. LUN. im 52. abs. *n. 15. p. 649. seq.* *WINDSHEMIUM*, suum similiter Scultetum, nec non Consules atque Senatum Civitatum Norimbergæ: Rotenburgi ad Tubarim: & Dünckelspühlæ: juxta Caroli V. Diploma, d. ao. 1545. im 53. abs. *n. 17. p. 674. seq.* Ultra has omnes & singulas hactenus recensitas, & OFFENBURGUM: GENGENBACUM: atque ZELL. am Hammersbach / tanquam Austregales Judices agnovisse Argentoratum, & Schlettstättam, ex Actis informati sumus Conventûs Civitatensis, Ao. 1614. Ulmæ habiti, hisce ipsis Civitatibus, ab universo Collegio commendatitias ad Imperatorem, pro clementissime confirmandis illarum, uti omnibus, ita in specie primæ instantiæ, Juribus, privilegiisque ibidem productis, datas fuisse literas, testantibus.

(y) Prout hoc *supr.* à nobis ostensum *ad* §. *15. in not. lit. r. p. 25.*

(z) Prout hoc ipsum non solum ex clausulis patet, in plerisque privilegiis conspicuis: **Was jemand zu der gemeinen Stadt und Commune:** It. **als die Obrigkeit in Sachen das** *Commun* **und gemeine Stadt belangend** / *&c.* Verum etiam exindè, quod nec Comites atque Nobiles Austregarum gaudeant foro quoad controversias, ipsis cum subditis suis intercedentes: nec ipsi quondam Principes eôdem gavisi fuerint, ejusmodi litium intuitu, ante O. C. d. ao. 1555. *p. 2. tit. 4.* § **und sollen solche Austräg** / 18. Conf. HENRIC. COCCEJUS, *in Diss. d. Austregis* §. *23. p. 11.*

(a) Vid. quæ habet BERNH. **Schultz** / *in Diss. d. amicabili Compositione, cap. 3.* §. *6. per tot.*

(b) Cùm exinde intestina plerumque oriatur commotio: publici boni neglectus:

ſæpiſſimi exceſſus, litiumque procraſtinationes: (*c*) 8.) immenſi ut plurimum utroque in caſu, impendendi ſumptus: (*d*) 9.) Concordiæ inter ſemeteò magis hoc modo conciliandum ſtabilimentum: 10.) quod, ſiquidem cauſa controverſa ita comparata eſſet, ut inquietata Civitas conditionem ſuam Cæſareæ Majeſtati adaperire non auderet, illud, amicabilibus remediis fruſtra tentatis, ab interponentibus, majori probabiliter cum fructu, fieri poſſet, quàm ab illâ: (*e*) &c, ſi quæ forſan fuerunt aliæ. Eee e 2 XXII.

glectus: inque tumultus tandem, bellaque civilia erumpens malum, everſioni facillimè, deſtructionique integræ Civitatis, anſam præbere valens.

(*c*) Quemadmodum de hoc, præter quotidianam propemodum experientiam, Literæ teſtantur abundè, à Civitatibus Imperialibus, ao. 1597. in Comitiis Deputatarum Civitatum, omnium nomine, ad Imperatorem ſcriptæ: quarum (uti ex Actis illorum apparet temporum) Commiſſariorum Cæſareorum intuitu, ſequens erat tenor: daß ſie in Reichs-Städten die Bürger mit beſonderen Eyden beladen / und *examini*ren: und ihnen bey hohen Straffen / *ſilentium impon*iren thäten: die *Magiſtrats*-Perſohnen entſetzen: und in die Wahl Sachen ſich *immiſci*ren: ſich *perpetu*irten / und als *Inſpectores* ſetzten / &c.

(*d*) Conf. den *Transactions-Receſs* zwiſchen dem Rath der Stadt Goßlar / und denen acht ehrlichen Gilden daſelbſt / unterſchiedener *Controverſi*en halber / *d. ao. 1691. ap. DN. LUNIG.* in des Teutſchen Reichs-*Archivs, P. Sp. 4.* und letzter *Cont. p. 1* im *20.* abſ. *n. 18. p. 881.* verbis: und aber beyde Theile für die geſamte Stadt-Ruh und dienlich befunden / zu *Evit*irung aller fernern *Inconvenienti*en und koſtbarer ſchwerlicher *Commiſſio*nen / oder in *eventum* beſorglicher Gerichtlichen *Proceſſe*, die *differential*en *Puncte* durch eine *amicable* mündliche *Communication*, und verlangte *Transaction* wo möglich zu erledigen / &c.

(*e*) Ita enim hac de re Receſſus loquitur Conventus Civit. Ao. 1614. Ulmæ habiti: und den *interponi*renden Erb- Frey- und Reichs-Städt noch ferner aufgetragen worden / da ſie verſtehen wurden / daß die Obrigkeit ſo von ihrer *rebelli*renden Burgerſchafft angefochten / ihr Noth und Anliegen / aus Furcht der obſchwebenden Gefahr / der Römiſ. Kayſerl. Majeſtät nicht klagen dörffte / daß an ihrer Stadt / die *interponi*rende Städt ſolches verrichten: die befundene Beſchaffenheit der R. K. M. Unſerm allergnädigſten Herrn alsdann / wann andere eingewandte gütliche Mittel ohnverfänglich / abgeloffen ſeye / entdecken / und umb dero gerechtes Kayſerliches Einſehen anlangen ſollen.

XXII. Ad Juris nunc quæstionem deduceret nos ordo: An nim. licitè etiam inire potuerint ejusmodi conventionem Civitates Imperiales? nec non ad Subjecti, cujus in favorem Judicium hoc amicabile introductum: Objecti: Finis: Effectus: atque Affinium considerationem; Verum enim verò in hactenus adductis subsistere, velq; nolentes volentes contrahere, non una cogimur ex causa. Cum autem in Tractatu peculiari plenius paulo eadem delineare B. C. D. constitutum sit nobis, ut laborem hunc eò majori cum successu queamus suscipere, omnes & singulos Liberatum Imperii Civitatum Proceres, & quibuscunque Earundem emolumenta curæ sunt cordique, eâ qua par est, animi precamur submissione, atq; observantia, quæ in hac ipsa materia, vel ex publicis Civitatum actis, vel alia quacunq; ratione adhucdum deesse deprehendent, ea propensè nobis communicare, suorumque Archivorum claustra eatenus reserare, eoq; ipso, nos, defendendorum Jurium Civitatensium, non minus ac discendi, admodum cupidos, sicubi aliquo erravimus in loco, melius instruere ne dedignentur. Erunt illa insigni omnino nobis incitamento, ut Illarum in gratiam, de Homagio à Civitatibus Imp. S. C. Majestati: nec non: de homagio, Civitatibus Imp. à Civibus suis quotannis præstando: ut & de singularibus quibusdam Civitatum Imperii, Religionis intuitu mixtarum Juribus, jammodo bonam partem congesta, publici Juris facere, in longum dilaturi non simus.

TANTUM.

XVIII.

THESES

DE

FORO COMPETENTE NOBILIUM IMPERII IMMEDIATORUM ET EORUM PROROGATIONE JURISDICTIONIS ALTERIUS

PRO LICENTIA defensa à

GEORGIO LUDOVICO HOFMANNO Norimbergensi.

ALTORFFII, 1723.

PRO-

PROOEMIUM.

SI qua est causa in judicium deducenda, ante omnia is, qui eam movere vult, exploratum habeat, quisnam sit judex competens, coram quo lis pertractari debeat, ne si minus caute in ea re procedat, præscriptione fori ab altera parte opposita, inanem se operam navasse experiatur. Commodum hoc mihi in mentem venit, cum dissertationem inauguralem cogitarem, atque non plane inutilem laborem me suscepturum speravi, si thesibus quibusdam exponerem, ubi Nobiles Imperii immediati forum sortiantur; cui tractationi quadam de prorogatione jurisdictionis alterius Nobilium subjungere volui: quamvis enim jure Romano expeditum sit, ut si quis major vel æqualis subjiciat se jurisdictioni alterius, possit ei, & adversus eum jus dici; tamen cum status Germaniæ atque modus rempublicam nostram administrandi, multis parasangis distent ab institutis Romanorum, maximi nominis Jureconsulti, non sine ratione promiscuum prorogationis usum in Germania in dubium vocarunt. Ceterum hoc qualecunque institutum meum in meliorem partem, ut B. L. interpretari velit, enixe rogo.

SECTIO. I.

De foro competente Nobilium Imperii Immediatorum.

I.

FOrum unde dicatur, non una omnium eademque est sententia. Isidorus *in c. 10. X. de V. S. a fando*, Stephani *in tr. de jurisdictione L. 1. c. 27. n. 6.* a *ferendo* deducit; alii vero aliam hujus vocis derivationem sibi fingunt, quas tamen omnes recensere, aut, quæ probabilior sit, e tenebris eruere, supersedeo, cum exinde nullam orationi meæ lucem fœnerari possem. Pari modo hujus loci non est expedire, an secundum purioris latinitatis regulas, *forum* aut *forus* dicendum sit: sufficit enim, utrumque juris nostri interpretibus in usu esse. Varias hujus vocis significationes qui nosse velit, adeat Festum *de V. S.* ubi sex refert, ex quibus ea hujus loci est, quæ denotat locum expediendarum litium, juxta *c. 10. X. de V. S.* Diversa hujusmodi loca in republica, quo expedita sit justitiæ administratio, constituuntur, atque singulis horum suæ personæ suæque subjiciuntur causæ, quæ si confundantur, forum incompetens, e contra si congruus judex vel locus, in quo litis tractatio peragenda est, eligitur, competens dicitur, quo sensu vox competens ab Ulpiano *L. p. de jusisdict. L. 35. §. 2. de procur.* ab Heraclio *in rubr. T. III. C. I.* & a Pontifice *in rubr. tit. II. L. II. Decret.* a Justin. *in rubr. tit. 13. L. 3. C.* usurpatur. Ex hactenus adductis facile forum competens definiri potest, *quod sit locus congruus, exercendis litibus a jure destinatus.* Ceterum, cum plura & subordinata reus fora obtinere possit, de iis quoad Nobiles Imperii immediatos in hac Sectione ero sollicitus,

 II. Varios

II. Varios quorundam lusus circa derivationem *nobilis* collegit Nolden. *de statu Nobilitatis civ. c. 1. concl. 1.* & Limn. *in J. P. L. 6. c. 6.* proprie *nobile* eximium quid atque præstans significat, quæ præstantia in rebuspubl. pro diversitate earum diversimode accipi solet. In præsenti, cum de Nobilitate Germanica sermo sit, ea ex moribus Germanorum omnino etiam æstimari debet. Collocabant autem isti ex genio suo præcipue in bellicæ virtutis usu & gloria præstantiam atque nobilitatem, quam divitiæ ut præmium fortitudinis sequebantur; quum etiam magis magnorum ingeniorum studium præclari facinoris famam quærendi accenditur, si ad Posteros fructus laborum suorum redundare solet; ita & hac spe animi laudis avidi apud Germanos confirmabantur. Testem hujus rei citabo luculentum, Gregorium nempe, Episcopum Turonensem, qui *in L. 8. c. 29. historiæ suæ* Fredegunden reginam, duos clericos, quos ad internecionem Childeberti emerat, sic alloquentem inducit: *Considerate sæpius fortes viros in bello corruere: unde nunc parentes eorum nobiles effecti, opibus immensis cunctis supereminent, cunctosque præcellunt.* Recte itaque eruditissimus Hertius nobilem Germanum definit *in diss. de F. nobili sect. 3. §. 8. cui præcellentia ab Imperatore, bonis olim, ob præclara in bellis facinora, plerumque assignatis, est tributa, quam in sobolem transfundere s. propagare possit.* Ceterum sub voce *nobilium* superioribus temporibus etiam Duces & Comites intelligebantur; ii vero, qui hodie simpliciter hoc nomine veniunt, olim ingenui, quandoque liberi homines, milites absolute, & si se principi vel monasterio ad ministeria nobiliora obeunda addixerunt, ministeriales audiebant, Germanico vero idiomate **Edelknecht / Adelschalck / Dienstmanner** dicebantur, de quibus titulis plura singularia congesserunt Car. Cangius *in Glossario*, Schilt. *in comm. ad J. F. A. c. 1.* Hert. *de F. N. & de hom. propr.* Besold. *in thes. pr. voc.* **Adel.**

III. Generaliter in Imperio Romano-Germanico nobiles dividuntur in mediatos & immediatos: illi sunt, qui Imperio mediante principe aut alio statu, cujus subditi sunt, parent, vocantur **Landsassen /** & in Saxonia subdividuntur in Schrifftsassios, **Schrifft- oder Cantzley-sassen /** & Amtsassios, **Amtsassen**; hi vero Imperatori & Imperio ita sunt subjecti, ut alium statum pro Domino aut Magistratu non agnoscant, **die ohne Mittel dem Reich / und keinem andern Fürsten oder Herrn unterworffen /** ut in R. I. Spir. *de A. 1542.* vocantur. conf. etiam R. I. *de A. 1555.* §. **Und in solchen Frieden 2c.** & in Franconia, Suevia & ad Rhenum deprehenduntur, a quibus terris sæpius in LL. Imperii denominantur, v. g. in R. I. *de A.* 1500. **was man mit den Ritterschafften zu Francken / Schwaben und Rheinlanden handeln soll.** & in I. P. W. *art. 14. §. 17.* Rationem, cur in his partibus tantum

tum floreat nobilitas immediata, quidam ab interitu Augustæ familiæ Hohenstauffticæ, cujus progenies in Conradino A. 1268. d 29. Octobr. Neapoli decollato desierat, ducunt: alii altius adscendentes leges subjectionis respiciunt, quæ singulis Germaniæ populis, primum cum regno Franciæ orientalis adderentur, fuerunt latæ, & exinde profluxisse conjiciunt, in dictis terris tantum nobiles immediatos inveniri, quia in iis officia ita & ministeria immediate regno & regio fisco fuere adscripta, in reliquis vero provinciis mediatos, quia sub formula, *ut mediate pareant*, Francorum agnoverunt imperium. Supersedeo in præsenti hasce ad obrussam examinare sententias, ne ea res longius me ab incepto trahat; interim, quantum conjiciendo assequi possum, ab initio omnes nobiles sexti clypei videntur fuisse immediati, quum subordinatio clypeorum sive ordinum nullam inter ipsos potestatem subordinatam importet, sed dignitatis gradus salva immedietate discriminet. Postea vero sensim alia rerum facies inducta est: Duces enim, quibus jam præclara in bello facinora magnam apud suos autoritatem conciliaverant, propriam adaugere potestatem omni vi enitebantur, unde libertatem nobilium in quibusdam provinciis damnum cepisse negari nequit; in Alemannia tamen, quod Burgermeisterus magna industria evincit, vestigia nobilitatis immediatæ semper etiam sub ducibus remanserunt. Tandem, Conradino funesta morte peremto, ministeriales Sueviæ donationibus Phil. Suevi & Ottonis IV. insigniter locupletatos, atque principe tunc destitutos, magna adeptæ libertatis tuendæ cupido incesserat, unde ceteris nobilibus juncti alium Ducem respuerunt, & occasionem in liberum ac pulcherrimum corpus, quod nunc florere cernimus, coalescendi nacti sunt. Prolixius rem non deduco, cum Casp. a Lerch *de Ord. equ.* Braun. **im Adel.** *Europa*, Burgem. *in discursu* **von der freyen Reichs-Ritterschafft Stand ꝛc.** aliique, materiam hanc soliciciori jam explicatione in scriptis suis illustrarunt.

IV. In Thesi præcedente dictum est, olim (sub Francorum Imperio) omnes nobiles sexti clypei fuisse immediatos, hinc non prorsus alienum quidem esset a proposito: ubi de foro competente nobilium immediatorum ago, rem a suis initiis, & quæ per temporum intervalla obvenerint vicissitudines, evolvere; attamen cum mihi sedeat, quantum fieri potest, breviter omnia proponere, prolixitati materiæ non obsequor, ea tantum notaturus, quæ ad status hodierni illustrationem inprimis facere possunt. Duæ itaque periodi constituendæ sunt, quarum altera forum & rationem expediendarum litium a Nobilibus ab interregno usque ad Cameræ erectionem, frequentatam, altera vero ab erecto hoc tribunali exhibebit. Quod ad periodum primam attinet, ejus initium in ea tempora incidit, ubi intestinis motibus, respublica nostra

atrocissime

atrocissime agitabatur, æstuabant ferocitate animi plerorumque, & cum deficeret Imperator, qui eos in officio continere posset, vi & armis disceptabant controversias, quæ LL. terminari & jure debebant, ut scriptores eorum temporum, & ex illis Lehmannus in *Chr. Spirensi L. V. c. 95.* satis superque testantur. In tali rerum statu, cum boni, quos fortuna reliquos fecerat, salutem suam in discrimine versari viderent, nisi malo huic obex poneretur, pactis ad mutuam defensionem initis, ne aliorum injuria opprimerentur, sibi cavebant; quo etiam omnia dissidia inter se orta quantum fieri posset commodissime tollerent, conventionalem sopiendarum litium modum eligebant. Non sine ratione itaque originem austregarum huc refert Conringius *in diss. de judiciis th. 53.* inprimis vero ganerbiatus, & in iis LL. judicialium constitutio, quæ in antiquissimis monumentis **die Burg-Ganerben-oder Adeliche Stamm-Austräge** vocari deprehendit Datt. *de P. P. L. I. c. 27. n. 85.* tunc temporis inter nobiles frequentes erant.

V. Solutum quidem interregnum, & Rudolphus I. Imperator electus est; nec tamen is, aut proxime subsequentes Impp. languentem restaurare rempublicam, aut armorum strepitus & turbas compescere potuerunt, diffidationes enim, quæ tunc temporis si modo solenniter indicerentur, erant permissæ, & campiones in judiciis, præcipue provincialibus, quæ nobiles sæpius adire solebant, frequentatæ non minimum reducendæ tranquillitatis publicæ impedimentum præbuerunt, ut Lehm. *L. VII. c. 89.* & laudatus Dattius *cit. L. I. c. 15.* late deducunt. Interim quo securitas in Germania magis magisque reduceretur, Imperatores in publicæ pacis præsidium, vel cum statibus, vel consentientibus iis hi inter se fœdera inierunt. Orta inde sunt præcipue inter nobiles fœdera Stelligerorum, Cornutorum, Leonum, Fustigerorum, **der Sterner / Hörner / Löwen und Bengler Bund /** v. Hert. *de Spec. Rom. Germ. Imp. rebuspbl. &c. Sect. II. th. 30.* & cum a Sigismundo mandata ad nobiles, quibus ad uniones faciendas exhortarentur, emanarent, nata est societas magna clypei S. Georgii, v. Datt. *L. II. c. 3.* ut taceam alias particulares confœderationes nobilium, quarum instrumenta videri possunt apud Lunig. **im T. R.** *A.* & in specie quæ ad Franconiam pertinent, *p. Spec. Cont. III.* 2. **Abs.** Hæ uniones, ut ad defensionem ab omni vi injusta, & justitiæ cursum promovendum directæ erant, ita ad eundem finem melius obtinendum circuli s. pagi constituti, iis Capitanei s. Duces præpositi, hisque Consiliarii adjuncti sunt, & ad dirimendas sociorum controversias modus quidam austregarum præscriptus est, ut ex instrumentis unionum apud Lunigium patet.

VI. Tandem misere hactenus laceratæ Germaniæ restituta quies est; Max. I. enim clavum Imperii tenente A. 1495. in Comitiis Wormatiæ habitis, pax

pax Imperii publica æterna, & ſemper valitura Lege conſtituebatur, & cum optime ponderaret Imperator, quod videre eſt in præf. O. C. *de A. 1495.* eam nec firmam, nec diuturnam fore, niſi erectione ſummi alicujus dicaſterii occaſio turbarum præcideretur, judicium camerale ordinatum, atque, quo ejus ſuſtentatio, & ſententiarum in illo latarum executio promtior eſſe poſſit, in circulos diviſum Imperium fuit. Ad hæc tempora initium ſecundæ periodi tractationis noſtræ ſupra poſitum eſt; ſeries itaque ſequentium temporum evolvenda, videndumque, quodnam forum in prima & ſecunda inſtantia hodie nobiles Imperii immediati ſequantur.

VII. Conſtituta Camera, forum in prima inſtantia etiam ibi ſortitos fuiſſe nobiles in dubium vocari nequit, v. §. 12. *O. c. de A. 1495.* poſtea v. a Carolo V. in O. C. *de An. 1521.* ſpeciales conſtitutæ ſunt auſtregæ, eaque conſtitutio deinde in O. C. *de A. 1555.* qua hodie utimur, repetita. Quum vero eo tempore fœdus Suevicum, cujus magnam partem nobiles conſtituerunt, adhuc perduraret, atque ab Imperatore, qui magnum tuendæ pacis publicæ momentum in ejus conſervatione poneret, prorogatio urgeretur, nobiles, qui ſocietatis hujus membra fuerunt, coram judicio fœderis conveniri potuerunt. „Denique collapſo hoc fœdere: quæque pars nobilitatis ordinem ſuum (ni„mirum juſtitiam adminiſtrandi, de quo in th. 5. actum eſt) ſervavit, & quos„dam ſibi elegerunt præſides, zu einem Außſchuß/ ut memorat Cruſius *in „actis anni 1534. L. XI. p. 111. c. IX.* & ab hoc tempore rem ſeparatam habere nobiles Suev. Franc. & Rhen. cœperunt, quod eo magis tunc ſe exeruit, cum LL. & ordinationes inter ſe conſtituerunt. Suevica enim nobilitas A. 1560. LL. ſpeciales condidit, quæ a Ferd. I. confirmatæ ſunt, ad ejus exemplum ſe etiam Franconica componens A. 1590. novam ordinationem confecit, quæ per Rud. II. & ſeqq. Impp. confirmationes robur accepit. De Rhen. & Wetterav. nobilitate extat, die Rhein-und Wetterauiſche Ritter-Raths-Ordnung/ quam A. 1662. approbavit Imp. Leop. Præterea quidam pagi, per quos res judiciaria expeditur, de quorum origine mentio in th. 5. facta eſt, ſpeciales ordinationes judiciales, ſive auſtregales, ut vocant, conficiebant, & earum confirmationem cum conceſſione privilegii primæ inſtantiæ, ab Imp. petebant.

VIII. Res ipſa admonet, ut quæſtionem hic attingam, an ſinguli pagi per ſpecialem conceſſionem Imperatoriam privilegium primæ inſtantiæ, & ordinationem auſtregalem conficiendi facultatem impetrare debeant? aut, an vi generalis ordinationis Equeſtris hoc jure jam gaudeant? in dubio rem relinquit diligens rerum Germanicarum collector Lunig. im T. R. A. *p. Spec. Cont. III.* ſi in nota ad ordinationem auſtregalem pagi Baunach dicit: Der

„Canton Baunach hat kein besonders privilegium primæ instantiæ, und „ob zwar einige der Meinung sind/ daß derjenige Ort/ so dasselbe „nicht hat/ auch keine Gerichts-Ordnung machen könne; so behaup„ten doch andere im Gegentheil/ daß die Freyheit/ eine Gerichts„Ordnung zu machen/ schon in der allgemeinen Ritter-Ordnung „sattsam fundiret. Si dicendum quod res est, sine dubio posterior sententia, nimirum in generali O. Equ. jus singulorum circulorum jam esse fundatum, pro veriore habenda est; etenim in O. E. Franc. *p. 1. tit. 13.* dicitur expresse: Die Adeliche Mitglieder sollen sich deren in des H. R. R. A. und Ordnungen versehener Wege Rechtens gebrauchen/ oder auch ihre jedesmahlige Angelegenheiten bey eines jeden Orts Hauptmann und Räthen anbringen. Si E. cujusvis pagi capitaneus & consiliarii de controversiis Membrorum judicare tenentur, sine dubio media ad hunc finem obtinendum necessaria ipsis etiam concessa intelliguntur. Interim id certum, quosdam pagos jure suo non uti, forte, quia invidiosum esse judicant, si par in parem jurisdictionem exercere velit.

IX. Ex hactenus dictis apparet O. C. & ordinat. Equ. fundamenti loco in tractatione de foro competente nobilium esse ponendas. Exinde elicio, nobilibus loco primæ instantiæ esse austregas. Sunt hæ vel Legales s. ordinationis vel conventionales, illæ ex O. C. sunt judicandæ, & præcipue 3. casus distinguendi veniunt. Nobiles enim vel conveniuntur ab actore primi Ordinis, & tunc secundum tit. III. p. II. O. C. duplex via attendenda est; 1.) ut actor sui Ordinis commissarium, qui ultra 12. milliaria non a reo absit, impetret, 2.) ut actor a reo sibi 3. Electores vel principes impartiales, & ultra 12. milliaria non distantes, nominandos postulet, ex quibus deinde ipse unum eligat, coram quo ad ductum ordinationis causa pertractanda; vel II. a prælatis Comitibus & aliis Nobilibus imperii immediatis actione pulsantur, & similiter modus duplex, ut in casu præced. in tit 5. p. II. O. C. præscriptus invenitur. III. casus est, si a civitatibus immediatis, vel aliis subditis mediatis, qui austregis non gaudent, conveniuntur. O. C. de hoc casu nihil disponit, consentiens tamen Dd. vox est, austregas cessare, & Cameram statim in prima instantia adiri posse. Stryckio quidem *in diss. de foro austregarum n. 29.* rationes, quæ pro hac sententia allegari solent, non sufficere videntur, in fine tamen ipse fatetur, eam in praxi esse receptam, ac in Camera præjudiciis probatam, teste Mynsing. *Cent. 1. O.* 89. & Gail. *L. 1. O. 1. n. 17--46.* aliisque.

X. Quod ad conventionales austregas attinet, præter conventiones particulares familiarum etiam conferendæ sunt ordinationes Equestres ab Imperatoribus confirmatæ & confirmandæ per Cap. Leop. *art. 3.* Ios. *art. 3.* & Car. VI. *art. 18.*

art. 18. Disponit hac de re Ord. Equestris Franc. quam in specie semper præ oculis habeo, cum de nobilitate Franc. inprimis mihi disserendi animus sit, *p. I. tit 13.* hunc in modum: **so sollen die Adeliche Mitglieder = = ihre jedesmahlige Angelegenheiten bey eines jeden Orts Hauptmann und Räthen anbringen / und nach der / bey denen Ritter-Cantonen hergebrachten ersten** instanz, **auch beliebt- und** publicirten **güt- und rechtl. Austräg / Ordnungen / und andern** Statuten / active & passive **von Einheimischen oder Auswärtigen ohne Unterschied allda recht nehmen und geben / oder wann es der Sachen Beschaffenheit nach Ausweiß dieser Ordnung erforderte /** (vid. *p. I. tit. 10. & 12. & p. II. tit. 5.*) **vor dem gesamten Ritter-Rath / oder einsweilen den jedesmahligen** directorio **klagend vorbringen.** Ceterum notandum, regulam, quæ *in* §. *I. T. II. p. II.* O. C. traditur, *austregas Legales cessare, quando adsunt conventionales*, hic locum non habere, cum in cit. *tit. 13. O. E. Fr.* verb. seq. **sondern sich deren in des Heil. R. Reichs Abschieden und Ordnungen versehener Weg Rechtens gebrauchen / oder auch ihre jedesmahlige Angelegenheiten / bey eines jeden Orts Hauptmann und Räthen anbringen ꝛc.** partium arbitrio relinquatur, quam viam eligere velint. In iis vero locis s. pagis, qui jus primæ instantiæ non exercent, per austregas ordinationis causæ deciduntur, atque inprimis frequentes sunt commissiones austregales, de quibus Uffenb. *de jud. aul. C. 15. Sect. III. subs. I.*

XI. Pertractantur causæ pro diversitate austregarum, vel secundum modum in O. C. præscriptum, de quo etiam agit Strykius *in speciali diss. de processu austregarum*, vel secundum speciales ordinationes austregales a pagis sive circulis equestribus confectas. Sententiæ latæ ab austregis executioni mandantur, v. O. C. *P. II, tit. 4,* **zum achten /** & O. E. F. P. I. *tit. 13. f. p. 39. & 185. & 195.* nisi intra decendium, si summa appellabilis sit, appellatum fuerit, tunc enim suspenditur, & causa ad secundam instantiam defertur, quam Camera & ob concurrentem jurisdictionem, (quod contra negantes late defendit Uffenb. *C. 10.*) judicium aulicum constituunt, v. O. C. *P. 2. tit. 6.* & O. E. Fr. *cit. tit. 13.* ulterior appellatio locum non habet, sed si partes sententia in hisce summis tribunalibus fuerint gravatæ, in Camera remedium revisionis, in judicio aulico vero supplicationis conceditur, in casibus tamen in Art. V. §. 56. I. P. W. expressis, ab utroque judicio datur recursus ad comitia, quod jus etiam nobilibus Imperii immediatis in cit. §. expresse est assertum. Non indistincte tamen ea, quæ de foro nobilium in prima & secunda Instantia proposui, procedunt, nonnullæ itaque limitationes adjiciendæ, 1.) videndum, an non causa, quæ in judicium deducenda, una ex iis sit, quæ tantum in judicio Imperiali aulico

immediate & in nullo alio foro tractari possunt, de quibus agit Uffenb. *de jud. aul. c. 10.* & in his beneficia primæ instantiæ supra recensita non attenduntur. 2.) Quia Cameræ jurisdictio non tantum in causis appellationis, sed etiam simplicis querelæ, (quæ nimirum hactenus in tractatæ primum, sive in prima instantia in judicium deducuntur, & quæ in nullo alio judicio, aulico excepto, ventilari debent) fundatur, omnino etiam harum ratio habenda est.

XII. Supra sub finem th. 5. in recensione fori, quod nobiles immediati ante Cameræ erectionem ut plurimum adire solebant, mentionem feci judiciorum provincialium. Erat eo tempore magna adhuc horum judiciorum autoritas, postea vero in I. P. W. *art. V.* §. 56. & A. 1658. in monitis ad Capit. Leopoldi *art. 15.* de plenaria eorum, & judicii Rhotwilensis abrogatione fuit cogitatum, quæ tamen consilia ad effectum deducta non sunt, quum status, qui ea ex concessione feudali Imperatorum tenebant, mascule obloquerentur. v. Pfanner *in histor. pacis Westph.* & Limn. in *I. P. T. V. add. ad L. IX. C. 3.* interim cum perscrutarer, quibus ex causis horum judiciorum autoritas ita fuerit imminuta, sequentes Schilterus in speciali scripto **von dem Kayserlichen Land-Gericht in Schwaben**/ quod Struvius *in p. IV.* **des neu-eröffneten historischen und politischen** *Archivs* &c. exhibet, suppeditavit. 1.) Quod ea, quæ in his judiciis fuerunt conclusa, a judicio Imperiali aulico potuerint rescindi, 2.) quod statibus plerumque in F. data, aut iis oppignorata fuerint, & denique 3.) quod concurrentem cum statuum jurisdictione habuerint jurisdictionem. In specie si nobiles specto, erecta Camera Imperiali, horum judiciorum jurisdictionem declinare cœperunt, semper tamen ii, qui feudi jure ea tenebant, contradixerunt, autoritatemque suam quovis modo tuiti sunt, unde deinde gravamina orta, quæ profert Goldastus in **politischen Reichs-Händeln** p. XXV. quo vero nobiles sibi prospicerent, in Ordinationibus Equestribus ab Imperatoribus confirmatis, prohibuerunt, ne membra ordinis alieni judicii jurisdictionem agnoscant, & speciatim mentio judiciorum provincialium in Ord. Suev. *de A. 1653. art. 17.* & Ord. Rhen. *tit. 12.* facta est, in Ordinatione Franc. v. *Part. I. tit. 13.* generaliter tantum ponitur: **so sollen die Adelichen Mitglieder einander vor Chur-Fürstlichen oder andern Gerichten nicht fürnehmen oder beklagen**/ quam generalem loquendi rationem judicia provincialia etiam continere, sequentia hujus tituli verba indicant. Præterea haud paucæ familiæ nobiles specialia privilegia exemtionis ab Imperatoribus imperrarunt, sed cautionibus hisce non obstantibus, deficiente decisione publica, judicia provincialia, eadem sibi jura, quæ olim habuerunt, data occasione vindicare, exempla nostri temporis testantur: quod quo jure fiat, meum in præsenti non est expendere.

XIII.

XIII. Ostensum hactenus est, quodnam sit forum liberorum Imperii nobilium ordinarium, nunc evolvendi casus sunt, in quibus cesset. Decantata juris regula est, *actorem sequi forum rei*, hinc sua sponte venit, quoties nobiles actoris vices sustinent, v. gr. mediatum quendam civem vel subditum lite pulsando, causam in foro mediato esse pertractandam. Pertinet huc etiam casus, si nobilis à mediato ex *lege diffamari* provocatur, quum provocans in principali negotio reus est, & provocatus actoris vices subit. Mæv. *p. III. decis. 213.* nisi causa ad cameram spectet. v. O. C. *p. II. tit. 25.* & Blum. *proc. Cam. tit. 36.* §. *9.* Secundam exceptionem præbent causæ Feudales, si lis vel inter dominum directum & vasallum, vel inter convasallos de re aut facto feudali versetur, v. invictissimi Imperatoris Caroli VI. mandatum pœnale de non recurrendo ad curias feudales, in causis mere civilibus, quod insertum est Ordin. Equestr. Franc. p. 279. & 281. edit. nov. 3.) Si alia prædia v. gr. rustica possident, coram judice rei sitæ actionibus realibus conveniri possunt. *L. f. C. ubi in rem &c.* 4.) In casu *L. 49. pr. de judiciis*, si lis iis in alio foro denunciatur, rem ad suum judicem revocare nequeunt, cum assistendo status causæ non mutatur, adeoque privilegium fori non attenditur. v. Carpz. *p. I. c. 3. def. 28.* 5.) Si mediato cuidam in lite succedunt. 6.) Si milites aut ministri principum fiunt, in causis ad militiam & officium spectantibus, quoad nimirum ex consensu suo & juramento præstito obligantur, coram judicio militari, aut principis forum sortiuntur. v. Besoldum *v.* Schutz. Denique, an prorogatione facta judicis alias incompetentis jurisdictionem agnoscere teneantur, in sequ. Sect. disquiram.

SECTIO II.

De prorogatione jurisdictionis alterius Nobilium Imperii immediatorum.

I.

QUoniam prorogatæ jurisdictionis Origo Romanis LL. sine dubio adscribenda est, res ipsa hortari videtur, pauca, quæ ad illustrandam hanc materiam facere possunt, ex eo jure repetere. Equidem si nomen specto, nuspiam illius apud veteres jureconsultos mentio occurrit, & magis proprie terminos jurisdictionis proferri aut propagari, quam prorogari dici debere, ex Perizonio Noodius *de Jurisd. L. II. c. 12.* docet: interim, cum denominationem hanc, quam recentiores imposuerunt, communis interpretum loquendi usus approbaverit, eam in præsenti retinere non dubitavi.

II. Si L. 1. & 2. ff. de judiciis inspicio, prorogatio jurisdictionis definiri posse mihi videtur, *quod sit actus, quo jurisdictio Magistratus litigantium consensu extra fines suos producitur.* Lege Julia hæcce privatis concessa erat potestas,

v. L. 2. §. 1. c. tit. ne ab eorum arbitrio, jus publicum immutandi facultas dependeret. Differt hæc jurisdictionis species a mandata, quæ ab eo, qui suo jure jurisdictionem habet, transfertur, *L. 5. de jurisdict.* illa vero consensu partium, ut in definitione dictum, tribuitur. Imprimis autem hic notandum, quod alii minus curate observarunt, non pro prorogatione habendum esse, si quis in alio loco contrahat aut delinquat; nam ad prorogationem præcise requiritur, ut ex judice incompetente fiat competens, quod de his casibus dici nequit, quia forum contractus & delicti, ex ipsa Lege citra ullum factum prorogationis pro competente haberi debet. *L. 21. de O. & A. L. 3. §. 4. de judiciis L. 11. ff. de custod. reorum*, conf. Strauchius *ad L. p. C. de pactis c. 4. n. 13.* & Leiserus *in diss. de prorog. Jurisd. aphor. 6.*

III. Modos prorogandi Dd. commenti sunt 4. 1.) de loco ad locum, 2.) de tempore ad tempus, 3.) de persona ad personam, 4.) de causa ad causam: de quibus quid tenendum sit, docet Mauritius *de potestate principis Lege Regia & jurisdictione th. 31.* Ut ex definitione supra tradita patet, prorogatio constituitur consensu, qui cum vel verbis vel factis exprimitur, dividi potest in expressam & tacitam. Ad priorem litigantium conventio sufficit, quæ ex L. Julia judiciorum validum obligandi jus accepit. Ad tacitam factum aliquod concludens, a sciente perpetratum requiritur, quale se exerit in reconventione, cum qui in agendo judicis alicujus observat arbitrium, eum & contra se habere non dedignetur, si reconvenitur *L. 14. C. de sent. & interlocut.* v. Hahn. ad Wesenb. *ad tit. de jurisdict. th. 10.* tale factum etiam est, si judicium fuerit susceptum, hoc est, lis contestata, tunc enim per quasi contractum jus alteri quæsitum auferri nequit, judiciumque, ubi semel acceptum est, finem accipere debet. *L. 30. de judiciis*, atque præterea per litis contestationem fori declinatoria exceptio excluditur. *L. ult. C. de except.* Non vero prorogatio facta præsumi potest, si quis in jus vocationi paruerit, arg. *L. 5. de judiciis*, aut si quis tantum edi sibi genus actionis postulaverit, non enim videtur in judicem consensisse, qui genere actionis nondum cognito scire nequit, cedere an contendere malit. *L. 33. de judiciis.* Huber *in prælect. ad ff. ad tit. de jurisd. §. 12. ff.*

IV. Quidquid porro impedit consensum, obstat etiam prorogationi; sic si quis dolo inductus pactum prorogativum inierit, aut errore lapsius illud negotium susceperit, vel viribus præturæ compulsus incompetentem judicem adierit, conventioni stare nullo jure tenebitur. *v. L. 2. pr. ff. de judiciis.* Insimul requiritur, ut partes consentire possint, & quia hic jus de lite cognoscendi transfertur, facultatem alienandi, & legitimam standi in judicio personam habeant. Præterea etiamsi ejusmodi personæ sint, quæ speciali foro ex privilegio

vilegio gaudent, quibusve jura ignorare licitum eſt, de jure ſuo certiorandæ erunt. v. Strauch. *ad L. p. C. de pactis.* Requiſitis hiſce obſervatis pactio hujusmodi unius pœnitentia irrita reddi nequit, quia enim utriusque conſenſu fit, naturale eſt, ut eo modo etiam diſſolvatur. *L. 35. de R. J.* Judicis conſenſus neceſſarius non eſt, *L. 2. §. 1. de judiciis*, jurisdictione tamen jam præditus ſit, quippe quæ a partibus ipſi conferri nequit. *L. 3. C. de jurisdict.*

V. De uſu hodierno prorogationis diverſiſſime ſentiunt Dd. pars affirmativam, alii negativam tuentur ſententiam, utriusque opinionis ſectatores magno numero allegat Berlichius, *p. I. concl. 5. n. 31. ſqq.* mediam viam incedit Schilterus *in exercit. ad ff ex. 6. §. 23.* poſtquam enim *in exercit. 1. §. 12.* omnem juris Juſtinianei in Germania autoritatem in obſervabilitate collocaſſet, quia ſcilicet ex illa ipſa intentione jus civ. admittentis Imperatoris & ſtatuum Germaniæ appareat, voluiſſe hos, ut omnia ea ex jure Romano obſerventur, quæ pro diverſitate formæ reipublicæ commode obſervari poſſunt; formæ reipublicæ omnino repugnare deprehendit, ut ipſorum ſtatuum ac dominorum jurisdictionalium jurisdictio prorogari poſſe dicatur, quod vero ad meros ſtatuum Magiſtratus attinet, nec legem in contrarium latam obſtare, nec ſtatum reipublicæ reſpuere, quo minus admitti poſſit. Equidem non mea facio, quæ de autoritate juris Romani profert Schilterus, ſed quod ad prorogationis uſum attinet, facile in ejus ſententiam diſceſſionem facio. Nam jus civile de proroganda Magiſtatuum jurisdictione diſponit, quæ adminiſtratoria tantum, & magis in favorem & utilitatem ſubditorum introducta erat, atque ideo privatis hæc ratio expediendi juris facile concedi potuit, ſtatus vero & domini jurisdictionales ſubditos homagio obſtrictos habent, & dominii non Magiſtratus jure jurisdictionem exercent, quæ neque ſuum ac ſubditorum favorem concernit, hinc facile patet, juris Romani diſpoſitionem plane huc applicari non poſſe. Prorogatio itaque absque conſenſu ſuperioris facta, tanquam in ejus præjudicium tendens, locum non habet, præcipue, ut Schilterus loquitur, „cum nec de principum ac dominorum territorialium jurisdictione prorogan„da Imperator, neque de vaſallorum & ſtatuum provincialium ac Landſaſſio„rum Domini territoriales tale quid ſancire poſſint, quia alteri ſine facto ipſius, id quod ſemel jure dominii quæſitum habebat, non citra injuriam auferrent. conf. etiam Andlerus *in jurisprudentia &c. L. I. T. 10. n. 13.*

VI. Videndum nunc, quid de nobilibus immediatis dicendum ſit, nimirum an ab eorum arbitrio alienam ſ. incompetentem jurisdictionem prorogandi facultas dependeat? Equidem ſi hiſtoriam ſuperiorum temporum reſpicio, extra omne dubium res poſita videtur, cum ſæpius in controverſiis, quæ ipſis vel cum membris ſui ordinis, vicinorum imploraſſe auxilium leguntur,

ut

ut causæ cognitionem in se susciperent, cognitamque sententia terminarent; hinc non dubito fore plerosque, qui omnem, quam hac de re suscipio, inquisitionem inanem judicent, aut ad minimum onus mutationem probandi injungant, cum quod olim licuit, & hodie permissum præsumi non sine ratione mihi objiciunt. Sed si penitius rem inspicio, nescio primo an hujusmodi submissiones a nobilibus in causis controversis iis temporibus factæ, recte Romano nomine prorogationis efferantur, malo conventiones austregales vocare, quas tunc maxime in usu fuisse ejus ætatis monumenta testantur, has autem propius ad arbitrorum constitutionem accedere quam prorogationem quis est qui ignoret! deinde sit, fuisse prorogationes, tamen a statu reipublicæ turbido, sub quo factæ sunt, ad pacatum, minime validum trahitur consecutionis filum: propter absentiam enim Imperatorum, & defectum communis alicujus & summi judicii, atque continuas turbas, quæ totam impleverant rempublicam, eam quisque sibi litigandi viam elegerat, quæ sibi tutissima videbatur, quibus difficultatibus hodie omnibus remotis, & sequentibus rationibus obstantibus, sine dubio aliud dicendum erit.

VII. In th. 3. primæ sectionis quibusdam locis ex LL. Imperii prolatis probatum dedi, nobiles Imperii immediate Imperatori esse subjectos. Asserit id etiam Ferd. I. in privilegio contra Landsassiatum, ubi legitur: **Dadurch gemeine Ritterschafft (so uns als Römischen Käyser/ und ordentlicher höchster Obrigkeit im heiligen Reich allein ohne Mittel unterworffen) geschmälert rc.** & aliis locis firmare possem, nisi de re, per totum Imperium notoria, testimonia proferre, supervacaneum judicarem. Effectus hujus subjectionis præcipue consistit in juris dicendi potestate, tam in civilibus quam criminalibus, quæ Imperarori, vi jurium majestaticorum, & tanquam summo in Imperio judici in omnes immediatos, & ita etiam in nobiles privative, & per modum reservationis competit. Hinc non video, qua ratione LL. Romanorum autoritate, quæ de longe alio casu, ut supra ostensum est, disponunt, adstrui possit, ut nobiles Imperii immediati, qui summæ Imperatoris jurisdictioni immediate, & privative subjecti sunt, prorogatione facta alienum judicem adire queant, vera potius vox est Carlevallii, qui *in Tr. de judiciis tit. I. diss. p. 2. qu. 8. Sect. 2. n. 1203. seqq.* evincit, in hujusmodi casu renunciationem & prorogationem plane locum non habere. Expressis verbis etiam in resolutione Cæsarea *d. 17. Jul. A. 1722.* in causa **Hammersleben** contra **den König von Preussen als Hertzogen zu Magdeburg** emanante legitur, **daß nach Ausweis der Reichs-Gesetze in deren Partheyen Mächten nicht stünde/ Kayserlicher Majestät und derer höchsten Reichs-Gerichten** jurisdiction per prorogationes **oder sonsten einigen Abbruch**

Abbruch zu thun. Applicandum igitur & hic principium illud eſt, pactis privatorum juri publico non poſſe derogari, idque eo magis, cum in R. I. nov. §. **beneben ſollen** 105. judici, præſidibus & aſſeſſoribus Cameræ injungitur, ut in decernendis proceſſibus, rationem primæ inſtantiæ & auſtregarum habeant, quæ contra facta ſunt, abrogent, & violatores pro arbitrio judicis puniant. In eodem Rec. §. **weilen auch** etiam legitur: **dabey wollen wir auf der Stände Suchen und Erinnerungen/ uns ins künfftige mit Ertheilung der** privilegiorum de non appellando, **wie auch** electionis fori, **und andere dergleichen/ welche zu Ausſchlieſſung und Beſchränckung des heiligen Reichs** jurisdiction &c. **austrinnen wollen/ die Nothdurfft vätterlich beobachten** &c. Quod ſi igitur Imperator cavere vult, ut jurisdictio Imperii ſuprema nulla in re imminuatur, multo minus a voluntate nobilium dependet, ut per prorogationes tale quid faciant.

VIII. Præterea conſiderandum eſt, nobilitatem immediatam, ſpeciale in Imperio corpus, & inſignem ordinem conſtituere, ſua ſponte itaque ſequitur, a ſingulis membris nihil peragi poſſe, quo univerſo ordini iniqua conditio afferatur. conf. Dn. ab Andler *in jurispr. &c. L. I. T. 10. p. II.* §. 7. Hinc cum ſuperiore ſeculo quædam membra circuli **Gebürg** vicinorum ſtatuum judicia, ad controverſias ſuas decidendas, requirerent, idque, in conventu univerſali totius ordinis equeſtris (correſpondenz-**Tag**) Mergenthalii habito, proponeretur, literis de dato Mergenth. (11.) 1. Jul. 1651. emiſſis membra dicti pagi totus ordo dehortabatur, ne in poſterum tale quid in præjudicium ſuum tendens, ſuſcipiant, ſed conſtitutiones Imperii atque ſtatuta & privilegia nobilitatis accurate obſervent. Hiſce adjuncta erat comminatio, ut ſi quis lites ſuas coram judicio incompetente tractare continuaverit, ſalvis juribus Imperatori, & ordini nobilitatis immediatæ in bonis ſuis fundatis, & e corpore equeſtri exterminetur. Integras literas vide apud Lunig. **in T. R. A.** *parte ſpec. Cont. III.* 2. **Abſatz** *p. 188.* Quid, quod eo magis abſtinere prorogationibus nobiles teneantur, quia in O. Equ. conſenſu omnium confectis & confirmationibus Imperatorum munitis expreſſe cautum eſt: **Es ſollen die Adeliche Mit-Glieder einander vor Churfürſtlichen oder andern Gerichten nicht fürnehmen/ oder beklagen** &c. vid. Ord. Equ. Franc. *p. I. Tit. 13.*

IX. Verum enim vero non omnibus rationes hactenus productæ ſatisfaciunt, ſed contrariam ſententiam aliis rationibus ſtabilire volunt. Primo ponunt, prorogationes nemini inferre præjudicium, cum ſalvo judicis competentis ſive ordinarii jure fiant, nec exinde exemtionem quandam metuendam eſſe; porro deſiderant expreſſam prohibitionem Juris Civ. Can. Rec. I. aut alterius ordinationis publicæ, denique provocant ad quotidianam contrarium

 teſtantem

testantem experientiam, nimirum cum nobiles in Instrumentis obligatoriis foro renunciare, aut electo certo vitæ genere v. gr. si ministri principum, milites &c. fiunt, ipso facto alienam jurisdictionem agnoscere, sive prorogare solent. Quod ad primum argumentum attinet, non equidem negabo, apud Romanos prorogationes Magistratui ordinario damno non fuisse, verum in germania ob mutatum reipublicæ statum aliud dicendum esse supra in th. 5. ostendi. In specie quoad nobiles immediatos, dissentientes ad literas ablego, quas immediatus ordo equestris ad Electorem Fridericum palatinum de A. 1615. exaravit, quas Lunig. in T. R. A. *p. spec. Cont. III. IV.* Absatz *p. 32. n. 8.* exhibet, ibi invenient electorem Fridericum ex prorogationibus a nobilibus, antea factis, jus sibi arrogasse, & ad suum forum tanquam ordinarium trahere voluisse, quod sane sat grave præjudicium est, ut dilucide ab ordine equestri ibidem demonstratur. Secundum argumentum ex locis supra in th. 7. ex Rec. Imp. nov. & ex ordinationis equestris Fr. dispositione, allegato in præc. th. loco refutari potest. Circa ea, quæ de renunciationibus Instrumentis obligatoriis annexis proferuntur, notandum, si clausula generalis adjicitur, **daß er vor allen Gerichten solle vorgenommen werden** / eam intelligendam tantum esse de judiciis competentibus, teste Mynsingero *C. I. O. 88.* si vero specialis ad certum judicium incompetens directa, nullum eam producere posse effectum, quia per th. 7. & 8. nobiles renunciare suo foro, & alienam prorogare jurisdictionem prohibentur. Injuste E. hoc nobis objicitur, cum non videndum sit, quid fiat, sed quid fieri debeat. Ad instantiam, quam ex eo desumunt, quod nobiles vasalli milites aut ministri aliorum principum fiant, respondeo, id ab antiquo jam nobilibus permissum, neque unquam immedietati eorum præjudicio fuisse, ut ipse Imperator Ferd. I. in Priv. **wider die Landsasserey** concesso, verb. **auch ausserhalb dessen / daß etwa einer oder mehr unter ihnen ꝛc.** fatetur. Obligatio enim, quæ eos ut vasallos, ministros vel principes ligat, ultra feudum, aut officium extendi nequit, siquidem eorum mentem egredi non debet, sed ad animi sententiam restringenda est. Ceterum hic labori meo finem impono, D. O. M. gratias humillimas agens, quod vires huic operi feliciter perficiendo benigne concesserit, simulque etiam rogo, ut Benevolus Lector hac qualicunque opera mea acquiescat.

CONSPECTUS.

SECT. I.

De Foro competente nobilium Imperii immediatorum.

Th. I. Evolutio vocabuli forum, descriptio, est vel competens, vel incompetens; fori competentis definitio. Th. II. Quid significet vocabulum nobilis,

lis, nobilis germani definitio, & quomodo alias nobiles ſexti clypei fuerunt dicti. Th. III. Dividuntur nobiles in mediatos & immediatos, ſimulque in originem nobilitatis immediatæ inquiritur. Th. IV. Ratio tractationis recenſetur, duæ periodi conſtituuntur, altera de Foro nobilium immediatorum a tempore interregni, ad Cameræ erectionem, altera ab erecto hoc ſummo tribunali ad noſtra tempora. Ratio expediendi juris in interregno uſitata recenſetur. Th. V. Ratio expediendi juris nobilium ſoluto interregno usque ad Cameræ conſtitutionem recenſetur. Th. VI. Initium ſecundæ periodi. Th. VII. Explicatur, qua ratione nobiles rem ſuam ordinaverint. Th. VIII. Quæritur, an ſinguli ordinis Equeſtris pagi neceſſario ſpeciale privilegium primæ inſtantiæ ab Imperatore impetrare debeant. Th. IX. Agit de auſtregis Legalibus, ſive ordinationis, & Th. X. De auſtregis conventionalibus, quæ nobilibus immediatis competunt. Th. XI. In ſecunda inſtantia conveniuntur nobiles immediati in Camera, vel judicio aulico. Limitationes de Foro nobilium in prima & ſecunda inſtantia obſervandæ adjiciuntur. Th. XII. Agit de judiciis provincialibus. Th. XIII. Recenſentur caſus, in quibus ordinarium nobilium Forum ceſſat.

SECT. II.

De prorogatione Jurisdictionis alterius nobilium Imperii immediatorum.

Th. I. Agit de nomine prorogationis. Th. II. De Definitione & differentiis. Th. III. Diviſio traditur. Th. IV. Requiſita prorogationis exponuntur. Th. V. Agitur de uſu hodierno prorogationis in genere. Th. VI. Quæritur, an nobiles prorogare poſſint. Th. VII. Denegatur ipſis prorogandi facultas, ratio ptima redditur. Th. VIII. Ratio 2. & 3. profertur. Th. IX. Diſſentientium opiniones recenſentur, & refutantur.

XIX.

DISSERTATIO DE ORGIINE LIBERTATIS LIBERARUM ET IMPERII CIVITATUM.

PRO LICENTIA defenſa à

JOHANNE PHILIPPO HOFFMANN, Wormatienſi.

Heidelbergæ, 1719.

PROOEMIUM.

LIbertas inæſtimabilis res eſt; hac autem inæſtimabili libertate Status Germanici Imperii gaudere res in vulgus nota, *de qua libertate Statuum Imperii, ut & de iis, quæ libertati Principum Statuumque Imperii perperàm accenſentur*, duabus Diſſertationibus inter alios egit *Illuſtris L. B. de Lyncker*. Ideò, cum præprimis à ſcopo meo alienum ſit, ſupervacaneum eſſe puto, illam multis exemplis probare; unicam ſpeciem, nimirum *Jus ſuffragandi in Comitiis*, inſtar omnium allegaſſe, ſufficiet, *in quibus omnes Imperii Status, unà cum Imperatore de ſumma rerum deliberant, judicant, atque decernunt. Vid. Rumelin. in Diſſertat. ad A. B. part. 2. Diſſ. 3. §. 3.*

Conſtituunt autem iſti ſtatus triplicem Senatum, Potentiſſimorum ſc. Electorum; Sereniſſimorum Principum; ac Liberarum & Imperii Civitatum; quibus omnibus tanquam ſummum Caput Auguſtiſſimus Imperator præeſt. *vid. Limn. in Jur. Publ. Tom. 3. libr. 9. cap. 1. §. 132.* Triplex hicce Senatus ſine contradictione Jure ſuffragii & Voti Deciſivi in omnibus deliberationibus ſuper negotiis Imperii gaudere debet, ut ſunt diſerta verba *Art. 8. Inſtrum. Pac. Weſtphal.* aſt cùm Liberæ & Imperii Civitates exercitium & plenarium effectum ſibi non concedi, conquerantur, & inſuper proteſtentur, uti videre eſt *ex* **Eitel Friderich von Herden Grundfeſt des H. R. Reichs** *part. 2. cap. 6. à pag. 131. uſque ad 165.* convenientiſſimum mihi eſſe, exiſtimavi, Theſes quasdam loco Diſſertationis Inauguralis circa hanc materiam conſcribere; quas ab initio in quatuor ſectiones diſpeſcere mihi propoſui, in 1ma de Origine Libertatis Liberarum & Imperii Civitatum; 2da de Jure earundem ſuffragandi in Comitiis; 3tia de Re- & Correlatione & quomodo eadem Liberis & Imperii Civitatibus competat; 4ta de quæſtione, an Civitates Imperii Jure petere poſſint ab Electoribus & Principibus Imperii admiſſionem ad ſimultaneam Re- & Correlationem, acturus.

Verùm dum ulterius de hac materia ritè pertractanda cogito, copioſiorem ſeſe ſcribendi materiam præbere, quàm ut terminis Diſſertationis includi poſſit, præterea etiam 3tiæ & 4tæ ſectionis pertractationem nimis delicatam imò & odioſam eſſe reperio. Mutatâ igitur eâ ſententiâ; de prima ſectione hic tantùm & quidem 1mo *De Origine Civitatum Germaniæ*, 2do *De Origine Libertatis Liberarum & Imperii Civitatum* ſollicitus eſſe, circa reliqua verò corrolaria quædam in fine adjicere volui, uberius cœteroquin de omnibus cogitare horis ſecundis reſervans. Tu modò

Annue magne DEUS, *feliciter* annue cœptis.

CAPUT. I.

CAPUT. I.
De
Origine Civitatum Germaniæ.

§. 1.

ANtequam ipſam tractationem aggredior, quædam mihi circa voces Vici, Oppidi, Urbis, Civitatis, dicenda eſſent; ſed id jam fusè á Politicis & Limn. *in Jur. Publ. t. 3. l. 7. c. 1.* actum eſt, &, me iſta nomina ſecundum communem uſum loquendi intelligere, nec accuratum Claſſicorum genus obſervare velle, declaro. Si quis autem nihilominus, quid per *Civitatem* velim, ſcire deſideret, ei reſpondeo, *Multitudinem populi iisdem mœnibus incluſam* me indigitare velle. *Knipſchild de J. & Privil. Civit. Imperial. l. 1. c. 1.* §. *10. & ſeqq.* non curans *Baldi* ſententiam jam dudum exploſam, dicentis: *Ad Civitatis* ESSE *requiri*, *Epiſcopum habere*; nec tamen negans, ſedem Epiſcopi ordinariam in Civitate eſſe debere.

§. 2.

Ulteriùs etiam cùm in definitionem, tùm in ſpecie in cauſam finalem, efficientem, materialem, & formalem Civitatis inquirere deberem; verùm brevitatis cauſá ad *Conring.* de hiſce egregiè differentem *in Diſput. de Civitate nova* lectorem remitto, ad alia potiùs, nimirum ipſam tractationem me convertens.

§. 3.

Antiquis temporibus nullas Germaniæ Civitates fuiſſe exploratum eſt. *vid. Conring. de Urbibus Germaniæ.* Adhibetur quidem ab aliis diſtinctio in Germaniam trans- & cis-Rhenanam, diciturque in trans-Rhenana provincia Urbes jam, ſcil. Wormatiam, Spiram, Moguntiam fuiſſe, non verò in Germania, ut vocant, magna; hujus autem diſtinctionis, licet hodienùm magna ſit utilitas, tamen ſi antiqua tempora ſpectat, quæ meritò ſpectare debet, nullus eſt uſus; cum tùm temporis nulla fuerit Germania trans-Rhenana; omnis quippe ea provincia Galliæ annumerabatur, Rhenô limite inter Germaniam Galliamve exiſtente; & urbes ſupra nominatæ poſt mortem demùm Ludovici Pii, diviſione inter filios dicti Imperatoris facta, Germaniæ obvenerunt. *vid. Cuſpinianus ſub Lothario.* Quod & poſtea cum Treviri, Colonia Agrippina, Aquisgrano, Argentorato, aliisque Civitatibus, Poſteris Lotharii Cæſaris deficientibus contigit. *vid. Lehm. Chron. Spirenſe Libr. 2. cap. 46. pag. m. 175. & 176.* Nihilominus uſque ad tempora Friderici I. tota trans-Rhenana Provincia Galliæ annumerata fuit. *Lehm. libr. 1. cap. 2. p. 3.* Quod etiam teſtatur *Otto Friſingenſis, libr. 1. de geſtis Friderici I. cap. 10.* dicens: *Henricus apud Leodium diem obiit, ſepultisque ibi inteſtinis ejus, corpus in Gallia Civitatem Spiram tranſportatur &c.* Germanicos tamen populos in iisdem oris jam tùm temporis ſedem fixam habuiſſe, non inficior.

§. 4.

Melius forsan procedit distinctio in Germaniam trans- & cis-Danubium, pro Germanica enim terra Bavariam, Sueviam, Austriam, quæ vulgò dicitur superior, nam inferior tùm sub Pannonia adhuc comprehendebatur, regiones sub nomine Norici, Vindeliciæ &c. venientes, cùm præprimis varii Germanici populi easdem sub Valentiniano III. Imperatore de novo inundâssent habitas fuisse, non facilè quis negabit. *vid. Conring. de Finibus Imperii, cap. 4. pag. 32.* Jam verò Augustam Vindelicorum tempore Romanorum & Francorum urbem satis celebratam fuisse, veteris historiæ scriptores testatum reddunt abundè. *vid. Limn. Jur. Publ. tom. 3. libr. 7. cap. 4.* Præter eam & alias Civitates in eo tractu extantes nullô negotiô recensere possem, sed sufficiat allegasse verba *Vellej. Paterculi Histor. libr. 2. cap. 95.* dicentis: *Rhætos Vindelicosque agressi, multis Urbium & castellorum oppugnationibus, nec non directa quoque acie feliciter functi, Gentes &c. perdomuerunt.* Ex quibus satis superque patet, tempore Augusti Imperatoris urbes in istis regionibus penè multas repertas fuisse, & valebit eò magis testimoninm Paterculi, quod huic bello ipsemet interfuit, ac ideò tanquam testis *αυτοψις* de veritate præ aliis testari potuit.

§. 5.

Sed missis distinctionibus, in Germania quam magnam vocant, & quæ ab Occidente Rheno, à Meridie Danubio, ab Oriente circiter Vistula fluviis, à Septentrione Mari Baltico, & Oceano Septentrionali terminabatur, uti plenius videre est *apud Pacificum à Lapide in not. & strict. ad Monzambano de Stat. Imp. Germ. integro discursu secundo.* Ante tempora Caroli M. benè ordinatas Civitates fuisse non reperio. Ad similitudinem quidem stativarum Romanarum, unde etiam Germanica vox **Stadt** orta esse videtur, loca exstruxerunt, ab iisdem etiam & demùm Francis indies melius ædificia struere didicerunt, & ædes contra morem antiquum contiguas habuerunt, ita ut ad formam Civitatum propius accederent, maxima autem ista loca majorem titulum, quàm Villæ Regiæ, germanicè, **eines Reichs-Fleckens /** non meruerunt. Uti de Francofurto exemplum adducit Lehm. *libr. 2. c. 19. p. m. 76.*

§. 6.

Regnantibus Imperatoribus Carolingis istiusmodi Villarum numerus & amplitudo indies quidem in majus excrevit, præprimis cum Religio Christiana ubique introduceretur, atque Episcopis sedes, quas in vicis & pagis habere prohibebantur, assignarentur; ad resistendum tamen hosti ejusque vim propellendam neutiquàm erant capaces, nec tùm probè munitæ, quod ex Hunnorum totam ferè Germaniam pervagantium ac devastantium irruptione probatur. Urbes tamen trans-Rhenanas, quæ tempore Carolingorum Germaniæ accesserunt,

accesserunt, ut & quasdam trans Danubium, aut istis fluminibus vicinas, muris bene munitas excipio.

§. 7.

Saxonicis postmodum Imperatoribus Germaniæ sceptrum tenentibus florentissimum Civitatum statum incepisse cum multis id ipsum testantibus tutò asseri potest. Nam cum Henricus cognomento Auceps videret, quam ingens damnum Germania ab hostibus eam devastantibus pateretur, Villas & Pagos quàm maximè ampliavit, munivit & Privilegiis auxit, ut Hunnis ob denegatum tributum irruptionem de novo minitantibus eò melius obviam iri possit, quod & cum maximo Patriæ nostræ commodo processit, hoc exemplum, cum successores dicti Henrici sequerentur, effecerunt, ut sub eorum regimine frequentes demùm in Germania Civitates extitisse verè dici possit. Quomodo tam citò Henricus nonum quemque virum ex agris sumendo multas Civitates exstruxerit & hominibus impleverit. *vid. Rhet. Instit. J. Publ. libr. 1. Tit. 18.* §. 2.

CAPUT II.

De
Origine Libertatis Liberarum & Imperii Civitatum.

§. 1.

INdagatâ Civitatum Germaniæ Origine, videndum jam erit, quomodo in eum libertatis, in quo nunc sunt, statum pervenerint: & ut, quod verum est, fatear, res hæc quam maximis difficultatibus septa est, ad eamque demonstrandam, vix est, ut idoneis testimoniis uti possim; & hic forsan contigit, quod *Bodinus de Repl. libr. 2. cap. 6.* dicit: *Sæpe usu venire, ut quæ sensim fieri solent, vix unquàm percipiantur, nec nisi secuta conversione sentiantur.* Quod non solùm de Libertate Civitatum Imperialium, sed & de Origine Electorum, & Capitulatione Cæsarea dicendum. *vid. Conr. de septemv. s. Electoribus* §. 23. *& seqq. idem de Capitulatione* §. 12. *&* 13. quorum initia adeò sunt obscura, ut ea, licèt multi multum temporis in id consumpserint, hactenùs verè investigare nemo potuerit, interim tamen præcipuas quorundam celebrium Doctorum opiniones, quæ quam maximè ad veritatem accedere videntur, de aliis absurdis non sollicitus, præmittam, meam ad ultimum sententiam circa hanc rem subjungendo.

§. 2.

Inter veterum scriptorum sententias, *Munsteri* citante cum Limnæo multis Doctis viris arrisit. *libr. 3. Cosmograph. cap. 24. p. 456.* ita scribentis: *Cum post Caroli Magni tempora, Germania pedetentim magis excoli & habitari cœpisset, Imperatores creâsse Principes, iisdemque totas in feudum concessisse Provincias, sibi*

tantùm

tantùm & Imperio immediatè reservasse insigniores & ampliores Civitates, quibus postea à subsequentibus privilegia concessa amplissima, quorum efficacia deinceps dictæ Liberæ, non Imperiales, licet sub Imperio remanserint. Hactenus Munsterus de hisce quid sentiendum §pho insequenti, omnia accuratius perpendendo, monstrabo.

§. 3.

Dicitur (1) *Cum post Caroli Magni tempora Germania pedetentim magis excoli & habitari cœpisset &c.* Per quæ tempora meritò proximè post Carolum sequentia intelligenda erunt, uti etiam hæc dictionis forma communiter sumitur, nam si de temporibus ducentos annos post Carolum contingentibus loqui voluisset, aliter quoque animi sensa exprimere debuisset, & sic consequentia aliquatenùs vera fuissent, quæ, uti hic ponuntur, simpliciter falsa sunt. Licet deindè concedendum sit, Germaniam magis excultam, uti §*pho 5. cap. 1.* monstravi, neutiquàm verò melius habitata est; quin potius per cruenta intestina Carolingorum bella, ubi in uno prælio ad Fontanetum plus CM hominum, & cum his potiorem partem nobilitatis *Lehmannus* cecidisse memorat, Germania viris exhausta, & Hunni sæpius irruptionem iterantes in multis Germaniæ Provinciis solitudines per immanem crudelitatem effecerunt. (2) Asseritur: *Imperatores creasse Principes, iisdemque in feudum* sc. hereditarium *totas concessisse Provincias.* Sed quos Principes creaverint non memorat, & sane non potuit, nam sub Imperatoribus Carolingis, imò & initiô Saxonicorum Imperatorum Duces & Comites (Principum non adeò frequens fit mentio) tantùm Officiales erant, nec Provincias ad repellendum hostem, ad Jus dicendum, & annuos reditus accipiendos, eosque ad Aulam Cæsaream transmittendos sibi concreditas ullo hereditario jure tenebant. Henricum enim Saxoniæ Ducem, postea Regem Germaniæ cognomine Aucupem primùm hereditario Jure terras sibi concreditas asseruisse testatur *Beatus Rhenanus libr. 8. rer. Germ.* ob eamque vendicationem cruenta bella cum Conrado I. Imperatore habuit. Hocce positô corruit assertum iisdem à successoribus Caroli M. in feudum, nimirum hereditarium, ut opinatur, concessas fuisse totas Provincias. Causam erroris Munstero dedisse existimo, quod nesciverit, dum Cæsares plurimas Provincias Ducibus & Comitibus ob benè merita tanquàm officium regendas commiserint, quasdam sibi ipsis, nullo Duce vel Comite intermediô, regendas sumserint, aliàs non benè antiquorum Ducum &c, officia, ab hodiernorum juribus distinguens. Ita lapsum fuisse magis elucescit, dum (3) stâtuit, *sibi tantùm & Imperio immediate reservasse insigniores & ampliores Civitates, quibus postea à subsequentibus Privilegia concessa amplissima.* Non reservarunt, sed Dominio eminenti tenuerunt insigniores Civitates, sed has non in Provinciis Ducibus concreditis,

concreditis, ubi tum temporis perquàm exiguæ fuerunt, ſed in Provinciis plerumque Rhenô-vicinis, quas, multis amplioribus Civitatibus refertas, ſibimet ipſis regendas ſumſerunt, & ut dicit Munſterus: *Privilegiis donarunt, quorum efficacia* (4) *dictæ liberæ, &c.* Sed non eô ſenſu, quo hodiè dicuntur, nam Imperatoribus addictius aliquatenùs quàm hodiè junctæ uſque ad Henricum IV. fuerunt. Cæterum Munſterus ſibi in re admodum dubia non ſatis conſcius, aliam fovere videtur citatus à Lehm. *libr. 4. cap. 1.* ſententiam, eamque jam propoſitâ veriorem, non tamen ubiquè veram.

§. 4.

Jam quid *Beſoldo*, Celebri Tubingenſium JCto, circa Originem Libertatis Civitatum Imperii videatur, *ex Diſc. Polit. Diſc. 4. qui agit de Statu Reipl. ſubalterno cap. 5.* §. 2. perſpiciendum nobis datur, ubi ſequentia ponit: *Verùm originatio immunitatis, libertatisque Imperialium Civitatum, una certè illis temporibus incepiſſe, iisdemque occaſionibus adſcribenda eſſe videtur; quibus Ducatus, Marchionatus, ſimilesque dignitates ſucceſſoriæ factæ ſunt; & ita territorio Jurisdictio adnecti, Imperii autocratici* (der Lands-Fürſtlichen Obrigkeit) *fundamenta poni cœperunt.* Hæc ſententia, quamvis quoad quasdam Rheno Vicinas Civitates in ſpecie utilitèr poſſit applicari, reſpectu tamen cæterarum generaliter falſa eſt. Imò contrariam aliquatenus opinionem fovet *Illuſtris Dn. Rhet. Inſt. Jur. Publ. libr. 1. tit. 18.* §. 8. ita ſtatuens: *Non ſimul omnes*, (ſc. Civitates) *ſed antiquæ ſaltem pedetentim & per gradus ſtatuum numero adſcriptæ, imò longè poſt quam reliqui Status Imperii jam ſuperioritatis Jura, & quæ alias ſunt Statuum, exercuiſſent.* Primam Rhetii propoſitionem tanquam veram lubens amplector, aſt ſecundam reſpectu Civitatum Rhenanarum falſam eſſe §. 8. & 9. hujus cap. monſtratur, & ipſe *Rhetius* alibi *in tr. de Statuis Rolandinis c. 4.* §. 20. ſtatuit: *Uſque ad Henrici IV. Imperatoris ævum, ſi non omnes, plerasque Civitates non alio modo ab Imperatoribus, quàm nunc Provinciales à Principibus fuiſſe adminiſtratas.* Sed primò dicit notanter *plerasque &c.* & ſecundò eodem modo, cum falſum ſit, uti §. 6. & 7. inſeqq. indigitatur, Principes Ditiones, poſt obitum regnatricis familiæ Carolingorum in Germania, Imperotoribus à ſe electis in feudum obtuliſſe; eosdem ante Henrici IV. tempora ſi non omnes, pleroſque ab Imperatoribus tantùm pro Officialibus agnitos fuiſſe, nec hereditario Jure Provincias tenuiſſe, teſtante hiſtoria regeri poteſt. Eandem cum Rhetio ferè ſententiam *Vitriarius*, nec ſibi ipſi ſatis conſtans *in Inſt. Jur. Publ. l. 1. tit. 18.* §. 5. tuetur. Sed brevitatis cauſa hiſce ſententiis ulteriùs examinandis, non immorabor.

§. 5.

Peculiarem circa Originem Libertatis Civitatum opinionem, eamque ad

Hhh h enodanda

enodanda variè in antiqua & media historia occurrentia dubia admodum proficuam fovet Excell. Dn. *Ludevvig*, Academiæ Regiæ Fridericianæ Antecessor, summa autem ejus dictorum, quæ **in der vollständigen Erläuterung der Güldenen Bull.** *in Disput. de Paradoxis Jur. Publ. & præprimis in Diss. de Civitatum Imperii dispari nexu cum S. R. Imperio* proponit, eò redit, *ut post mortem Imperatorum Carolingorum septem Germaniæ populos, quos sequentes, nimirum Suevos, Francos, Bojos, Saxones, Thuringos, Vandalos, Bohemos fuisse asserit, sui juris redditos fuisse, ostendat; hisce autem singulis placuisse sigillatim, Archi-Principem eligendo, sub unius potestatem coire, qui Archi-Principes tanquam supremi Domini universam Germaniam ita Imperio tenuerunt, ut in hoc spatii nihil superesset, quod non in aliquo illorum comprehenderetur; Verùm*, uti ulterius asserit Ludewig, *cum vim unitam fortionem esse isti Principes animadverterent, omnes in eligendum Regem consenserunt, & electô Conrado I. territoria quæ non nisi à Deo & populo habebant, ac universam Germaniam, nullo Comite immediato, nulla immediata Civitate existente (quibus ea melior fortuna demum extinctis vel alio modo deficientibus antiquis Ducum familiis contigit) comprehendebant, in feudum obtulerunt; tractû tantùm Rhenanô, Imperatoris Domaniô, & nulli Principum obnoxiô, exceptô.*

§. 6.

Circa ea, quæ habet Dn. Ludewig de Feudis Imperii Oblatis, jam à longo abhinc tempore inter Eruditos controversia est, à parte Dn. Ludewig est personatus ille *Monzambano*, aliique magni nominis JCti, quin & *Dn. Thomasius in Diss. de feudis oblatis. §. 25. Status Jus superioritatis territorialis una cum territorio non ex concessione, sed Jure proprio possidere contendit.* Quam tamen sententiam *in Notis ad Monzambano pag. 274.* ideò mutavit, *quia*, sunt verba Thomasii, *probatio ex historicis deduci non potest, sed potius veritas contraria sententiæ ex iis evidens redditur.* Feuda verò Imperii data esse *Hertius, Itterus, Excell. Dominus Gundling* cum plurimis aliis demonstrant, & nuperrime argumenta, quibus Dn. Ludewig ad demonstrandum feuda Imperii pro oblatis habenda esse utitur, examinare & refutare conatus est *Dn. Textor in Dissert. Inaugurali de feudis Imperii Propriis non oblatis annumerandis à §. 16. usque ad 25. inclusivè.* De hisce autem remissivè egisse, cum ad propositum meum non directò pertineant, sufficiat.

§. 7.

Reliqua quæ Dn. Ludewig de Civitatibus habet, dùm Rheno vicinas à Ducum potestate liberas & Cæsari immediatè subjectas, alias verò non nisi extinctis antiquorum Ducum familiis immedietate donatas fuisse asserit, mihi non admodum displicerent; si modò basis & fundamentum, quod de septem

Archi-

Archi-Principibus habet, firmum esset, & non potius coævorum historicorum scripta illud diruerent. Tantùm enim abest, ut Dn. Ludewig sententiæ sint conformia, ut potius ubique eidem contrarientur; nam quis antiquorum scriptorum tempore Ottonum Thuringiam Magnum Ducatum vel Archi-Principatum à proprio Duce rectum fuisse nos docet? annon potius constat, eam Provinciam Ducibus Saxoniæ, ut Ducatus accessorium paruisse? *vid. Spangenb. cap. 27.* à quibus, nimirum ab Ottone III. Echardo in feudum data. *Limn. libr. 5. c. 15. §. 1.* Et quomodo exinde dici potest, singulos sigillatim Archi-Principem elegisse? Vandalos etiam Archi-Principem elegisse, eumque cum aliis Regem Germaniæ postmodum creasse, ac ditionem suam in feudum eidem obtulisse, statuit; cum tamen ex historia istius Oræ Dominos Paganismo addictos acerrimos Germanici Regni hostes regnantibus Imperatoribus Carolingis & Saxonicis fuisse, multaque cruenta bella cum Imperii Principibus gessisse abundè constet. Sane multò majori Jure Giselbertum, Lotharingiæ Ducem præpotentem, Imperio Germanorum addictum cum ipsius Posteris inter Archi-Principes ad numerum septenarium supplendum numerare potuisset. Reliquos quinque, quos nominat, Duces magnam in Germania authoritatem habuisse notum est, ast ditiones quas rexerunt, eosdem in feudum Imperatoribus obtulisse, peritissimos Germanici Status Viros negare, aliquatenus §pho antecedente monstravi, multò minus territoria adeò clausa & contigua eos habuisse, ut non alii per totam Germaniam Imperii Status, quam hi septem Archi-Principes (quos tamen non fuisse jam dictum) fuerint, reclamante historia dici potest. Cum ergò ea, ex quibus consequentia Dn. Ludewig format, falsa sint, mihi, quo minus ejus sententiæ accedam, nemo vitiô vertet.

§. 8.

Mihi quid circa Originem Libertatis videatur, ut exponam adhuc restat. *Wurstisius Chron. Basileens. libr. 2. cap. 11. pag. 96.* hæcce habet: *Post tempora Ottonis III. quædam Civitates nulli Principum subjectæ, sed solum Imperatorem Dominum agnoscentes, libertate donatæ sunt.* Hæc verba, si de Civitatibus Rhenanis, uti authoris mentem fuisse ex variis conjecturare licet, intelliguntur, mea facere non ambigo, citius enim Urbes Rheno vicinas cum paucis aliis non nisi Imperatorem Dominum agnoscentes, libertatem adeptas esse, quàm reliquas, dubio caret. Cum enim Imperatores in istas regiones Comites atque Præfectos ad jurisdictionem exercendam, annuos reditus colligendos &c. primò constituerent; Postea Episcopis ob integritatem Vitæ in magno pretio habitis, nec terras hactenus possidentibus, ea officia in primariis Civitatibus Rhenanis, non verò omnibus, unà cum spirtualibus gerenda commiserunt; Sed & horum administratio cum multis de causis Imperatoribus non amplius pla-

ceret, *vid. Vitriarius libr. 1. tit. 18. §. 8.* Civitates autem eximiam fidelitatem Imperatoribus testarentur, ita ut tàm bonis quàm corpore in omnibus necessitatibus iisdem auxiliarentur; ad remunerandam earum fidelitatem plenaria Libertate quasdam donarunt, aliis libertate, quá antiquitùs jam gavisæ fuerunt, restauratâ vel confirmatâ. Officia quoque, quæ Duces, Comites & Episcopi nomine Imperatorum hactenus exercuerunt, Senatui cujusque Civitatis gerenda commiserunt. Ad majorem dictis fidem conciliandam, Wormatia, quomodo libertatem & immedietatem adepta fuerit, paucis monstrabo.

§. 9.

De Civitate Wormatia, utrùm à Noachi Abnepote condita sit, ut quidam volunt, jam non disquiro, sed potiùs, cum parùm ad instituti mei rationem conducat, in dubio relinquo. Sufficiat magnæ authoritatis tempore Romanorum & Francorum eam, sub nomine Augustæ vel etiam Speculæ Vangionum venientem, fuisse. Et licet ab isto Mundi flagello Hunnorum Tyranno Attila funditùs eversa fuisset, non diu tamen in calamitoso istiusmodi statu permansit, sed auxiliante Clodovæo Francorum Rege ob amœnitatem situs & eximiam frugalitatem mox restaurata, Palatiis exornata, Comitiis celebrata, & magna libertate gavisa est. De omnibus hisce testantur *Reusnerus, Limnæus, Knipschild & alii. Bruschius* sub Regimine Francorum Metropolim Circuli Rhenani superioris fuisse asserit. Carolus M. etiam primam Coronam sibi Wormatiæ Anno 768. imponi voluit, test. *Lehm. lib. 3. cap. 28.* titulô insuper Immediatæ Regni Civitatis nota. Quamvis etiam sub Regimine Imperatorum Carolingorum & Saxonicorum aliquam fortunæ Catastrophen senserit, & Duces ab Imperatoribus constitutos agnoscere coacta fuerit; quorum præsentia Libertas, quam jam ob aliquot retrò seculis habebat, obumbrata, non tamen sublata fuit; eò minus, quod curam rei militaris, cum administratione Reservatorum Imperatoris, præcipue administrandam habebant, reliquis arbitrio Senatus Civitatensis relictis; sub finem demùm Regiminis Saxonicorum Imperatorum à Ducibus liberata, & in pristinam Libertatem beneficio Henrici II. restituta est. Positis hisce fidem non mediocrem conciliat testimonium *Ditmari*, qui accuratissimus rerum ab Imperatoribus Saxonicis gestarum scriptor habetur, & omnibus ferè negotiis ipsemet interfuit, *libr. 5*, ita scribens:

Urbs Wormacensis gaudet temporibus istis
Libertate sua, cujus manebat in umbra
Hactenus, atque Ducum fuerat sub lege suorum.

Ab hoc tempore non solum Libertatem in hunc usque Diem, nulli Principum subjecta, verùm etiam jura αὐτοκρατίας & jus Status cum aliis Germaniæ Proceribus obtinuit, obque eximiam ac per omnia secula constantem fidelitatem

tem insignem laudem promeruit. Cum enim non longè post restauratam ab Imperatoribus Libertatem Johannes Episcopus, ne Henricum IV. ab omnibus destitutum Imperatorem in Urbem reciperent, Cives hortaretur, isti, spretô consiliô, & expulsô Episcopi Milite, Cæsari, quò intemeratam fidem, quam ipsi debebant, servarent, obviam euntes, eum in Civitatem receperunt, in qua etiam tutum habuit perfugium. Verba *Lamberti Schaffnaburgensis* hic apponi merentur, quæ ita sonant: *Rex ab infirmitate vix dum plenè recreatus Wormatiam festinavit, ubi cum magna Pompa à Civibus in urbem susceptus est; qui & paulò ante, ut sua erga eum studia clariora facerent, milites Episcopi ejus ingressum prohibere tentantes urbe expulerant; & ipsum Episcopum, nisi maturè fuga elapsus Civitate excessisset, comprehendissent, & vinctum ei misissent. Venienti ergò & armati instructique obviam procedunt, non ad vim faciendam, sed ut conspectâ eorum multitudine, armorum apparatu, expeditorum juvenum frequentia, animadverteret in arduis rebus suis, quantùm spei in eis ponere debuisset, operam suam benignè spondent, jurisjurandum dant, sumptus ad bellum administrandum ex sua re familiari, singuli pro virili portione offerunt, & quoad vivant pro honore ejus devotè militaturos confirmant. Ita Rex Civitate munitissima potitus, hanc deinceps belli sedem, hanc ut cunque res cecidissent, tutissimum asylum habere cœpit, eò quod esset & Civibus frequens, & murorum firmitate inexpugnabilis, & ubertate circumjacentium regionum opulentissima, & omnibus, quæ in bello usui esse solent, copiis instructissima.* Hactenus Lambertus. Ipsemet Imperator *Henricus* fidelitatem Wormatiensium deprædicaturus in privilegio super exemtione à telonio ipsis concesso his utitur verbis: *Wormatiensis Civitatis habitatores non minima, sed maxima & speciali remuneratione dignos, quando omnibus cuiuslibet Urbis Civibus digniores judicavimus &c.* Ideoque testante *Alberto Stadensi, Helmoldo Chron. Slav. libr. 1. c. 28. Lehm. libr. 4. cap. 3. p. 280.* Wormatia, Spira, Basilea aliæque urbes Rhenanæ Regiminis sub Henrico IV. ut alii Imperii Proceres, participes factæ, & à Præfectis, si quos adhuc habebant liberatæ, omnibus reditibus & juribus, quæ dicti Præfecti nomine Imperatorum habuerunt, donatæ sunt. Omnimodo etiam liberam ab omni præstatione tàm pecuniæ quàm servitiorum antiquitus Wormatiam fuisse, & ea quæ Imperatoribus præstiterunt ex Libera voluntate præstitisse testatur Carolus IV. verbis: **Wir Carl ꝛc. bekennen ꝛc. um solche Dienst und Hülffe als die Ehrsame Weise Leute / die Räthe der Städte / und die Burgere gemeiniglichen ꝛc. zu Wormbs ꝛc. zu dieser Zeit uns thun / wider unsere und des Reichs Feinde und Widersacher / daß sie das thun uns durch sondere Lieb und Freundschafft / die sie zu uns und dem Reich haben / und nicht durch Recht / und erkennen uns auch an**

dieſem Brieff/ daß ſie uns und unſeren Nachkommen ſolches Dienſts hernacher unverbunden ſeyn und ſeyn ſollen/ dann NB. dieſe Städte alſo gefreyet ſeyn/ daß ſie der Dienſte frey ſeyn/ und nicht ſchuldig ſeynd/ ſie wolten es dann gern thun/ als ſie es auch zu dieſer Zeit muth williglichen gerne/ und von nicht Recht gethan haben. ꝛc. Et ideò cum paucis aliis, à reliquis Imperialibus ſemper fuit diſtincta, quod hæ ſimpliciter Imperiales, Wormatia verò & Libera in ſpecie nominata fuerit, & etiamnùm nominentur, uti de conventu Anno 1385. Conſtantiæ inſtitutio teſtatur *Lehm. libr. 7. cap. 67.* Similiter de conventu Eslingæ habito tale quid teſtatur *Dattius.* Et hæc exempli cauſa de Civitate mea Patria, quam antiquiſſimam Liberam Imperii Civitatem eſſe exiſtimo, adduxiſſe ſufficiant; uti verò cuiquam hiſce præjudicare in meis non eſt viribus, ita etiàm bona mente, non alia intentione, quàm ut ſententia paragraphi octavi meliùs eluceſcat, me hæc ſcripſiſſe, imò erroris convictus, meliora docentibus me ſecuturum declaro. Aliud huic aliquatenùs ſimile exemplum de Civitatis Argentoratenſis Libertate proponit *Dn. Heuſſ. in Diſſ. Inaug. de Civit. Imperii diſpari nexu cum S. R. Imperio. ſub Præſidio laudati Dn. Ludewig habita*, ad quam cupidum Lectorem brevitatis cauſa remitto.

§. 10.

Quod modò de Auguſta Vangionum adduxi exemplum, illud etiam modo non diſſimili de aliis Rhenanis Primariis jam Liberis Imperii Civitatibus & quibusdam hinc indè in Imperio ſitis, exhiberi poſſet, uti e. g. de Goslaria *Dan. Heiderus in Apolog.* vom Reichsv. *c. 2. fol. 151.* tradit, daß ſolche *Henricus I.* gebauet/ *II.* gebeſſert/ *III.* mit Käyſerlichem *Palatio* gezieret/ und *Henricus IV.* als eine Reichs-Stadt bewohnt habe. Norimbergam *Gerhardus Mercator in Atlante majori pag. 254.* ſub Ludovico III. Carolingo Imperatore extinctis in Alberto Franconiæ Ducibus, Libertatem conſecutam exiſtimat, ſed falſum hoc eſſe nos docet *Limnæus & Knipſchild ſub cap. Civitatis Norimbergæ.* Verior ſententia eò redit, ut à Conradi II. Regimine Imperio adjuncta eſſe dicatur.

§. 11.

Plurimas autem per Germaniam ſitas hodiernas Imperii Civitates non uno tempore nec eodem modo, ſed prorſus diverſô ſenſim atque ſenſim immedietatem & Jura ſtatuum adeptas eſſe *Knipſch. libr. 1. c. 5. §. 8.* rectè ſtatuit. Aliæ enim ex gratia Imperatorum vel uno, ut ita dicam, actu; vel gradatim per varia à Variis Imperatoribus conceſſa privilegia Libertatem, qua hiſce temporibus gaudent, ſibi aſſeruerunt. Aliæ à ſuis Principibus Imperio ſunt donatæ; uti de Gengenbach, Zella, & Offenburgo, quod illæ ab Epiſcopo Argentinenſi Wilhelmo, Ruperto Imperatori fuerint conceſſæ, Hertzog *Chron. Alſat. libr.*

4. pag.

4. pag. 107. tradit. Aliæ titulô onerosô, interveniente pecunia numerata, Libertatem sibi acquisiverunt; Ita Ulma, Cœnobio Divitis Augiæ antiquis temporibus subdita, cum magna sumsisset incrementa, pretiô interveniente à subjectione dicti Cœnobii se exemit, & cum Monachi jura sua iterum consequi niterentur, tandem per sententiam à Friderico III. latam, cum conditione, ut viginti quatuor florenorum millia denuò, semel pro semper Cœnobio solverent, ab obsequio soluti sunt. Isnenses similiter solutione octo millium librarum sese ab Hereditariis Dapiferis de Waldburg liberaverunt, & Imperio addixerunt. *Gastel. de stat. Publ. Europ. noviss. cap. 32. §. 115. pag. 1240.* Aliæ denique præscriptione vel alio quovis modo jura, quæ habent immunitatis & sessionis in Comitiis sibi asseruerunt.

§. 12.

Ruptis etiam aut in partes scissis antiquis Ducatibus, & extinctis antiquorum Ducum familiis, numerum Imperii Civitatum mirificè adauctum fuisse constat. Ita cum primò Henricus Superbus, posteaque ejus Filius Henricus Leo ab Imperatore Conrado III. & Friderico I. Barbarossa proscriberentur, Ducatus Saxoniæ & Bavariæ ad hoc usque tempus inconvulsi, connivente vel jubente Imperatore à variis dilacerati sunt, ut quisquis vicinus partem sibi proximam & conterminam ad se traheret; hac ratione Ratisbona, antehac Ducum Bavariæ sedes, cum Otto Wittelspachius hunc Ducatum à Friderico in feudum acciperet, à Ducatu exemta, & Imperio adjudicata est. *Aventinus libr. 6. annal. Bojor. cap. 6. §. 18. pag. 617. & cap. 7. §. 6. pag. 621.* Lubeca etiam per hunc casum Anno 1182. Libertatem nacta est.

§. 13.

Conradinô, ultimô antiquorum Sueviæ Ducum fatali morte, tempore magni istius Interregni, sine heredibus vitam Neapoli finiente, licet iste Ducatus post Interregnum à Rudolpho I. Habspurgico filio cognomini in feudum de nova fuerit concessus, tamen, cum propter horrendum facinus, quod hujus filius Johannes, interficiendo Albertum I. Imperatorem ejus Patruum, commisit, Ducatum ad posteros non transtulisset, ansam dedit, ut non plures in toto Imperio, quàm in sola Suevia Imperiales Civitates numerentur, omnes enim ferè quotquot sunt, ad altiora tempora, quàm mortis Conradini, originem Libertatis ducere nequeunt. Ipsa Augusta Vindelicorum primaria & antiquissima Sueviæ Civitas, à dicto Conradino se suaque in Libertatem non parvo asseruit argento, ab Imperatoribus denique multa egregia Privilegia adepta; & Nerolingam tempore istius Conradini & insecuti Interregni Libertatem adeptam esse legitur.

§. 14.

Simili casu Civitatibus Ducatus Franconiæ Libertatem, qua jam pollent, firmatam esse, imò & Civitatibus in Thuringia & alibi in Imperio sitis, non sine ratione asserit *Dn. Heuss. in allegata Diss. d. Civit. Imp. Disp. nexu cum S. R. Imperio.* Ita Rotenburgum ad Tuberim Franconiæ Ducibus paruit, & his deficientibus in clientelam S. R. Imperii auctore Friderico I. Augusto se contulit. *Reusn. de Urbib. Imperial, part. 2. cap. 8.*

§. 15.

In genere tenendum, Liberas & Imperii Civitates plurimas Originem Libertatis & immunitatis Imperatoribus Henrico IV., Friderico I., & Friderico II. acceptam ferre, ista enim triga optimorum Imperatorum, Germaniæ Majestatem contra quosvis in Italia & Germania masculè defendentium, probè animadvertens, quantùm spei in Civitatibus istiusmodi necessitate urgente ponere posset; quantùm detrimenti è contrà increscens majestatis æmula Principum potestas & ipsis attulisset, & adhuc inde metuendum sit; omnibus modis allaboravit, ut quavis data occasione insigniores Civitates Imperio addiceret, ac consequenter Principum potestatem debilitaret. Quæ intentio & propositum adeò felicitèr successit, ut optimas semper Civitates in potestate sua habuissent.

§. 16.

Istæ autem Civitates non ita confestim ac immedietatem consecutæ, etiam omnia Statuum Jura & immunitatem à præstatione pecuniæ ac servitiorum, uti de Wormatia dictum est, nactæ sunt, sed Imperatores aliqua quidem jura ipsis concesserunt, potiora verò regalia, nimirum Collectas Imperii; Jura Criminalia; Judæorum tributa; telonia præcipuè in fluminibus; jus monetæ cudendæ; & alia Jura ac reditus vel in totum, vel pro parte sibi reservarunt. *vid. Lehm. Chron. Spirense libr. 4. c. 19. fol. 334. Knipschild. l. 5. integro cap. 3.*

§. 17.

Regalia ista & Jura reservata Imperatores per Præfectos seu Prætores, germ. Reichs-Vögte / Reichs-Schultheisse administrari curârunt, qui quidem aliquando Principes seculares & Ecclesiastici fuerunt, ut plurimum tamen, quod Principes Civitatibus invisæ fuerint, ex Comitibus, Baronibus, imò & Nobilibus ac aliis honestioribus personis ad hoc officium administrandum à Cæsaribus adhibiti fuerunt; quibusdam insuper Civitatibus sibi ipsis istos Præfectos constituere permissum fuit; uti de Suevofurto testatur *Knipschild libr. 3. cap. 49. §. 14. & 15.* Et ipsi Præfecti ad Jura, Statuta, Leges, Privilegia & alios mores servandos, imò ad id se juramento adstringere, obligati fuerunt, uti declarat *Crusius annal. Suevic. part. 3. libr. 6. cap. 44. & libr. 3. cap. 2.*

§. 18.

§. 18.

Verùm cum iſti reditus à Præfectis Imperatoribus transmitti ſoliti lapſu temporis, cum aliis juribus valdè imminuerentur, Civitates etiam in omnibus datis occaſionibus benè de Imperatoribus mereri, & fidem prorſus ſingularem teſtari niterentur, iſti ad remunerandam earum fidelitatem Præfecturas multas ſuſtulerunt, & ipſis Civitatibus vel gratis vel interveniente aliqua pecuniæ ſumma conceſſerunt, quasdam verò tantùm oppignorarunt, & quidem vel Principibus vel Civitatibus; Sed & has, pignore ſolutô, per redemptionem jure proprietario acceperunt. Et quamvis hodie adhuc tales Præfecturæ, ut Wetzlariæ, ubi Landgravius Haſſo-Darmſtatinus einen Vogt conſtituit; Mülhuſæ, ubi Duces Saxonici Præfecturam gerunt; Nordhuſiæ, in qua Comites Hohenſteinienſes Præfecturam geſſerunt, & in aliis Civitatibus reperiantur; tamen teſtante *Vitriar. Inſt. Jur. Publ. libr. 1. tit. 18. §. 13.* ſimulacra & præfecturæ veteris umbræ ſunt.

§. 19.

Juxta ea, quæ huc usque poſui, Corolo IV. regnante omnes quotquot hodie ſunt Imperiales Civitates, ſi paucas excipias, à Præfectis liberatæ ſunt; vel uti *Dan. Heid.* vom Reichs-Vogt pauló aliter exiſtimat, verbis: Und haben auch die Reichs-Städte circa Annum Chriſti 1400. durch Verdienſt gegen dem H. Römiſchen Reich durch Liberalität und Connivenz der Kayſer, durch Tauſch, Kauff, Schenckungen, durch ſtillſchweigende langwierige Alluvion ſich von den Reichs-Vogteyen und dero Beſchwernüſſen in ihrem Territorio auch endlich erworben. Ac conſequenter plenarium Jus Status cum omnimoda Superioritate Territoriali, germanicè der Landes-Hoheit und Herrlichkeit, de qua integra Volumina & varii tractatus, ex quibus noviſſimi & præſtantiores ab Illuſtr. Dn. Lynckero & Fromanno conſcripti ſunt, proſtant, conſecutæ ſunt. Knichen quidem, inter alios veteres Juris Publici Doctores, illud Jus territoriale in ſuis ſcriptis paſſim Civitatibus dubium reddere ac denegare voluit, *ſed à Limn. in Jur. Publ. tom. 3. l. 7. c. 1. §. 20.* allegante inſuper quam multos Celeberrimos, pro ſua ſententia ſtabilienda, Juris-Conſultos, prolixè ejus ſententia refutata eſt. v. ſpecialiter *de Superioritate Territoriali Civitatum Imperii Diſſertationem ſub Præſidio Magnifici Dn. Wildvogelii* habitam, & *XXX. Theſes ex Jure vario Præſide Illuſtri Dn. Thomaſio* ventilatas, ubi *th. 6.* dicitur: *Non obſtant aliorum quondam ſomnia, eam ſuperioritatem iis Civitatibus ſtramineis ex argumentis denegantium.* Jus ſtatus, in quantum Jure Voti Deciſivi & Re- ac Correlationis in Comitiis conſtat, eisdem ante confectum Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ à multis magni nominis Viris, imò & a Cancellario Moguntini Electoris in ipſis Comitiis, Votum tantùm Conſultati-

vum eis tribuentibus, in ſcriptis denegatum eſt. Sed eos, qui Liberas & Imperii Civitates Status Imperii eſſe, & Votum Deciſivum in Comitiis habere dubitant, cœcutire & de Sole dubitare. *Wehner. in Obſerv. pract. verbo* Freye Reichs-Städte. ſtatuit. poſt Inſtrumentum Pac. Weſtph. conditum ibique inſertum art. 8. neminem ſcio, qui Jus Territoriale Civitatum Imperii vel Jus Status plenarium in Controverſiam vocare anniſus ſit.

§. 20.

Reſtat, ut quid differentiæ ab antiquo inter Civitates Liberas & Imperiales tantùm interceſſerit, & an aliquod reale ſit diſcrimen, exponam. Et quidem *Knipſchild*, *Limnæus*, *Reinking*, *Burgoldenſis*, *Author* der Grund-Veſte des H. Röm. Reichs, *Kulpiſius*, *Schuzius*, magna adhuc cohorte aliorum doctorum Virorum, quorum nomina recenſere nimis longum foret, ſtipati, reale diſcrimen intercedere negant. Sed non obſtante magna, quam allegati Doctores apud Eruditos habent, authoritate, *Dn. Heuſſ. in cit. Diſſ.* triplicem inter eas ſtatuit differentiam. (1) *Civitates liberas dicendas, quæ immunes fuerint, & adhuc ſint à ſolvendo annuo cenſu*, (ubi addo: & aliis extraordinariis præſtationibus tàm ſervitiorum quàm pecuniæ) *quem Imperiales ad augendum Cæſaris Ærarium, vel ab antiquo contulerint, vel adhuc conferant.* Tale atteſtatum §pho 9. antecedenti adduxi. (2) *Merum mixtumque habeant Imperium, quô cæteræ Civitates Imperiales ab initio fuerint deſtitutæ*, (Præfectis merum mixtumque Imperium, vel in totum vel pro parte nomine Imperatorum exercentibus) *poſtea licet variis titulis* (quos §phis antecedentibus notavi) *illud acquiſiverint.* (3) *Ab antiquo Jure Territoriali ſint gaviſæ, cujus unam alteramque partem* (uti itidem jam dictum eſt) *Cæſares deinde pedetentim, per Privilegia, aliis Imperialibus conceſſerint.* Hæc ſunt, quæ *cap. 6. à §. 5. usque ad §. 9. incluſivè pag. 32, 33. & 34.* habet. Et ea, ad probandum Civitatem aliquam vel Liberam, vel Imperialem tantùm eſſe, ſufficere exiſtimo. Si verò inſimul (4) etiam ſemper â Ducum Poteſtate Liberam, & nulli quàm Regi & Imperatori immediatè fuiſſe Civitatem obnoxiam probari poſſit, uti de Wormatia probavi, tantò melius fundata erit opinio. Ceu *Lehmannus l. c. libr. 4. cap. 4. pag. 285.* cum aliis exiſtimat. Argumenta, quibus adverſarii non dari diſcrimen reale inter dictas Civitates contendunt, enumerata ac refutata videri poſſunt *apud Dominum Heuſſ. loc. cit. à pag. jam allegata uſque ad pag. 40.* Vel, ſi mavis, adiri poteſt *Pfeffingeri Vitriarius Illuſtratus libr. 1. tit. 18. §. 1. lit. f. pag. 779.*

§. 21.

De Mixtis, an dentur adhuc Civitates, quæſtio eſt, & nænias Juriſconſultorum eſſe, dum ita ſtatuunt, rectè exiſtimat jam ſæpe laudatus *Dominus Heuſſ.*

Heuss. in dicta Diss. cap. 8. Inveniuntur tamen quædam, uti Hamburgum & Brema, de quibus an ad immediatas vel mediatas referendæ ſint, dubium eſſe aliqui volunt, multis in ordine mixtarum Civitatum eas referentibus; Holſatiæ enim & Bremæ Ducibus Homagia præſtant, ab hisque multa illarum Privilegia in dubium vocantur, è contrariò ab Imperatore pro immediatè Imperio ſubjectis habentur, & ideò earum Libertas meritò præſumenda eſt. Rectè igitur *Schvveder in Introd. in Jus Publ. J. R. German. noviſſ. partis ſpecialis ſect. 2. cap. 9. §. 14.* rejecta diſtinctione in Civitates Imperiales & mixtas, Imperiales eſſe diſtinguendas in Imperiales vel ſine contradictione, vel non ſine aliorum contradictione tales, exiſtimat. Ad quem ultimum cenſum Bremam & Hamburgum meritò pertinere liquet. videri tamen præter *Limnæum Vitriarius illuſtratus* meretur, ubi *libr. 1. tit. 18. §. 2. lit. D. & E.* multa ad hanc litem de Hamburgo & Brema pertinentia non ſine cura congeſta reperies. De Hamburgo ſpecialiter etiam videri poteſt Christian Jacob Breitenfelß *in contin. Sleidani ad Annum 1679. ſub menſe Octobri & Novembri.* De Brema verò *Junckeri Contin.* der Schau-Bühne der Welt *pag. 242. 357. 358. 464. 519. & ſeqq.* Franckenbergs Europäiſcher Herold *part. 4. tit. 5. §. 8. p. m. 746.*

§. 22.

Jam ad ultimum de fœdere Civitatum Hanſeaticarum, quod paulò ante tempora magni Interregni incœpit, item de fœdere Civitatum Rhenanarum ipſo Interregni tempore condito, & an, ac in quantum Civitates in iſtis fœderibus comprehenſæ Liberæ & Imperiales nominandæ ſint, ſimiliter de Statuis Rolandinis, & utrum in locis, ubi ſunt poſitæ, earum libertatem arguerent, quædam adhuc proponi poſſent. Sed cum ad finem properem, *Lehmannum*, de fœdere Civitatum Rhenanarum agentem, evolvendum aliis relinquo; de fœdere Civitatum Hanſeaticarum accuratam notitiam qui habere deſiderant, *Werdenhagii Tractatum & Hagemeieri Commentarium*, *de hujus fœderis origine, incrementis, decrementis, &c.* prolixè agentes, adire poſſunt; de *Statuis Rolandinis* extat jam allegatus tractatus *Illuſtris Dn. Rhetii*, ad quem brevitatis cauſa lectorem remitto.

§. 23.

Nihil ergò ſupereſt, quàm ut Deo ter optimo maximo pro clementer hactenus præſtita inſigni gratia; & conceſſis viribus, ad ſtudia mea hucusque perducenda, devotiſſimas perſolvam grates, humillimè rogitans, ut me meaque ſtudia impoſterum ſibi ita commendata habere velit, quò præprimis in ſui nominis gloriam & proximi utilitatem vergant; interim pro ad finem perducto hoc labore:

Sit Soli Summo gloria ſumma DEO.

COROLLARIA.

JUs suffragandi in Comitiis Liberæ quædam Civitates præprimis Rhenanæ jam à tempore Henrici IV. cum effectu habuerunt.

Similiter ad Re- & Correlationem cum Electoribus & Principibus à multis retrò Seculis in Comitiis admissæ sunt.

Feuda regalia individua sunt, nec divisionem regulariter admittunt, per expressum Juris Feudalis textum & alias rationes.

Minor ob impetratam à superiore veniam ætatis, fratrum suorum impuberum tutelam, ita ut administrationem bonorum fraternorum in se suscipiat, non consequi potest.

XX.

DISSERTATIO DE DISCIPLINA NOTITIÆ SACRI ROMANI IMPERII,

PRÆSIDE

JOANNE ULRICO PREGIZERO, D.
Consiliario Wirtembergico, Dicasterii Aulici Assessore, & Juris Publici, Politic. ac Historiarum Professore Ordin.

defensa à

LEOPOLDO MELCHIORE a ROTBERG.

TUBINGÆ, 1691.

Q. D. B. V.

DISCIPLINA NOTITIÆ S. ROM. IMPERII.

Thes. I.

Datur Disciplina Notitiæ S. Rom. Imperii. Illius difficultas.

NOtitiam Reipublicæ in genere, & nostri etiam Imperii, Disciplina quadam comprehendi, & per modum Artis alicujus tractari posse, licet difficilis admodum, & latissimè diffusa sit, & circa res contingentes ac arbitrarias versetur, dubitandum non est. Neque enim hanc respuit conditio & genius Civitatis universim: neque illius, cujus Cives in Germania sumus. Quemadmodum

admodum autem tria ſunt, juxta Plutarchum περὶ παίδων ἀγωγῆς, quibus abſolvitur omne quicquid in Orbe diſcitur & docetur, Φύσις, Μάθησις, & Ἄσκησις; *Natura*, *Inſtitutio* ſeu *Doctrina*, & *Exercitatio* ſive *Uſus*, in quo pleriſque convenit, nec abeunt hinc Hippocrates & Jamblichus, qui non peregrina his addunt: Sic etiam tribus iſtis conſtat *Diſciplina Notitiæ S. Rom. Imperii.* Requirit itaque hæc ante omnia *Naturam* (qua invita nihil fieri aut præſtari poteſt) benignam ac facilem: cujus donum eſt *Indoles*, quæ hoc loco ad Rempublicam proclivis, & eo magis eximia ac præſtans exigitur, quo major & difficilior eſt hæc Diſciplina, & ipſa tractanda Respublica. Hoc ſcilicet eſt illud Μῶλυ, quod nemo niſi Ulyſſes effoderet: hic ramus ille aureus, quem ſolus Æneas decerpit, ut loquamur cum Caſelio *in Propolitico cap. 18.* Ut autem taceamus *Memoriam*, cujus ſubſidium etiam magnum Reipublicæ affert momentum, & *Docilitatem*, quæ multum valet in rebus Civilibus, reſpicimus hoc loco acumen præſertim, ſolertiam, & perſpicacitatem, atque *Ingenium Practicum*, absque cujus ope nullius Reipublicæ cognitio perficitur. Ex quo mitifice prædicatur a Thucydide *Themiſtocles:* qui ſi ſubitus aliquis caſus ſe obtulit, proſpiciebat, quid omnino facto opus eſſet, & conjectura omnium facillime eventum aſſequebatur: ſive ut Cornel. Nepos in vita illius cap. 1. ait: *Celeriter, quæ opus erant, reperiebat: neque minus in rebus gerendis promtus, quam excogitandis erat:* vid. ibi Bœclerus *in Comment. ad l. c. & pag. 19.* ubi de præclariſſima ejusmodi Indole præclare plane commentatur. Et tali ingenio ſolerti *Cyrum* puerum refert præditum fuiſſe Xenophon, ut ad quæſita celeriter, & commode reſponderit. Ejusmodi autem Ingenio proprium eſt Judicium practicum, quod Dei munere contingit; agnoſcente hoc optime *Comineo* in fin. l. 3. Hiſt. ubi memorabile omnino donum Dei eſſe ait, ingenio dextro dotari quempiam, & perſpicaci, quale ipſe habuit Comineus. Vis autem ejus cernitur in judicando rectiſſime de præſentibus, in callide conjiciendo de futuris, in perite eligendo maxime accommodata: quo pertinet grande illud: *Temporibus ſervire, & his ſapienter uti*, apud Corn. Nepotem in *Epaminonda: & temporibus magis parere quam moribus*, apud Ciceronem Philippic. 11. cap. 11. & quod idem Nepos in *Dione* inter multa alia a Natura quæ ille habuit bona, laudat, ingenium docile, come, aptum ad artes optimas: & quæ in *Eumene* ab eodem celebratur, ingenii

Requiſita Horumque primum. Natura. Et ab hac Indoles.

Memoria. Docilitas.

Ingenium Practicum, cum Judicio tali. & Ejus vis.

Exempla antiqua.

genii celeritas. Huc itaque inferendum est practicum illud mentis lumen, in vitæ ac negotiorum abdita penetrans: ad exemplum, ut aliquod ex recentiori ævo ponamus, Grotii, inter istas rerum tenebras oculati ac perspicacis, ut de illo refert Bœclerus in præfatione Commentarii *ad Jus Bell. & Pacis pag. 14.* quanquam alicubi etiam cœcutierit Grot. *lib. 1. de J. B. & P. cap. 9. §. 11.* & alibi, circa Notitiam Imperii nostri; uti ostensum nuper in Dissertatione, quam sub *Dn. Præside* hujus quoque *Dissertationis* in *Illustri Collegio* hoc habuit Generosiss. Dn. *Frid. Maximil. a* Menzingen, th. 15. seqq. *De modis, quibus Imperium & Dominium publicum desinunt.* Et hoc primum requisitum desiderat Bœclerus *in Notitia S. Rom. Imperii*, in *Jo. Angelo Werdenhagio* Cancellario Archi-Ep. Brem. Viro quidem doctissimo, & in *Illustri Collegio* hoc Generos. *Jacobi Kotze*, Eq. Sax. ingenii & virtutis admirabilis, quondam Præceptore, sed qui lumine hoc practico destituebatur, & theoretice nimis ubique in practicis speculabatur; ut apparet ex illius operibus *de Repub. Germ.* & de *Civitatibus Hanseaticis*, quorum utrumque legere vix operæ pretium esset, propter multas quoque fabulas, nisi Acta publica alibi inserta essent. Et quam aliena a vero sunt, quæ ille in parte prima Tractatus Generalis c. 1. & 2. in materia de Universitate, Communione & Origine Civitatum, deque fundamentali origine Societatis, & de mysterio regiminis Paradisiaci, nimium speculatur, & Platonis Dialogis, cujus Philosophiæ ultra modum deditus est, adeo ut l. c. cap. 12. Rempublicam Platonicam proxime ad Christianismum accedere asserat.

Recentiora.

II.

Secundum Requisitum, Doctrina & Institutio. Quæ absolvitur Auditione & Lectione. Ejus exempla: antiqua,

Naturam, quæ incipit, & præparat, concessumque ab hac Ingenium practicum, sequi debet *Institutio* & *Doctrina*, cum *Usu* atque *Exercitatione.* Doctrina enim addit naturæ cultum: Usus cultui complementum & perfectionem. Et *Institutio* recte quidem *à Bœclero in Notitia Imperii lib. 4. cap. 4. Auditione*, adeoque vivâ voce, quæ mentem alit, & *Lectione* absolvi dicitur. Audiendo facillime discitur, si quis habeat idoneos Doctores. Tanti enim hoc loco præsertim est, cum Julio Agricola *discere à peritis.* Sic studiosus audiendi fuit *Epaminondas:* ex hoc enim facilimè disci recte arbitrabatur, teste in vita illius Corn. Nepote cap. 3. Ita audiendo maxime profecit *Foxius* Legatus Gallicus, qui in legationibus suis, & aliis graviss. negotiis publicis districtus, alebat semper Doctores, & homines omnium

omnium disciplinarum peritissimos, quos secum duxit, ut quicquid daretur temporis a legationis muneribus, in itinere, aut alibi vacuum, his audiendis impenderet, cum alias harum rerum lectione non posset vacare; & sic factum, ut ille per compendium omnium plane rerum scientiam hauriret. Quod etiam eundem in modum ex consilio Hugonis Grotii (vid. illius Epist. 16. ad Gallos) fecit *Benjam. Auberius Maurerius* Legatus Gallicus. Et hoc etiam imitata est quondam *Christina* Sueciæ Regina, quæ propterea semper versabatur in Virorum doctorum consortio, quos etiam audiendo tantam scientiam sibi comparavit, ut illos quoque, qui ex professo studia tractarunt, in ruborem quandoque dederit, & ita de omnibus rebus accurate disserere potuerit. *recentiorn.*

III.

Si quæras ergo, Ubi, & a quibus Institutio hæc petenda ad parandam Disciplinam Imperii nostri, non excludendæ in illa acquirenda sunt *Academiæ*, tanquam Seminaria totius Reipublicæ, quæ hunc in finem etiam ab Imperatoribus in Germania suprema potestate constitutæ, & a Statibus Imperii fundatæ, ac sustentatæ, hactenus sunt, ut in illis omnis divina & humana sapientia, adeoque etiam studia quæ proxime ad Rempubl. spectant, doceantur & discantur: quanquam hæc Disciplina, de qua hoc loco sermo est, rarior diu in Academiis, vel quibusdam saltem, Germaniæ fuerit, inculta adeo, & quasi pro derelicto habita perpetuoque velut silentio, tanquam ex lege diffamari, illi injuncto, cum maximo detrimento, & perniciе ipsius Reipublicæ, uti innuit ac dolet Limnæus *Tom. 1. Jur. publ. lib. 1. c. 2.* ubi singulari Dei gratia suo tempore Jus publicum, quod pars est Notitiæ, cujus disciplinam hoc loco tractamus, majestati suæ redditum, in dies splendorem debitum recipere, & non absque jucunda utilitate, & utili jucunditate publicis in Academiis passim tradi, explicari, & excoli tradit, neglectum antea, quia studia hæc practica non alio fine quam opificia tractarentur, privataque jura, utpote ad panem lucrandum facientia, potissimum excolerentur: rectius sentientibus nonnullis modernis, qui cum sciant se veram, non simulatam Philosophiam tractandam suscepisse. *l. 1. §. 1. ff. de J. & J.* (vid. de solida & peculiari hujus vocis Philosophiæ explicatione. *Nov. 97. in pr. c. 2. l. 11. C. de his quibus ut indign. hæred. l. ult. C. de repud.* Bechm. *in Comm. ad Pand. Exerc. 1. num. 25.* Prasch. *de*

Ubi & a quibus institutio hæc petenda.

Cui locus in Academiis.

In quibus per Germaniam diu neglecta quidem:

Sed deinceps magis exculta fuit.

de JCto vero & personato. Hopper. *de Juris arte, & vera Jurisprudentia.)* civilem ſapientiam, rem ſanctiſſimam pretio nummario æſtimare aut dehoneſtare nolebant. *l. 1. §. 5. ff. de var. & extraord. cognit.* quo loco notanda ſunt maxime verba Hennig. in notis ad Becker. *Synopſ. Jur. publ. Imp. Rom. Germ. ad p. 6. l. 2. §. 2. Olim enim nonnulli privati Juris Doctores illi diſciplinæ penitus immerſi, cum prudentiam Juris Publici efferre caput, nec paucos ſectatores accipere, conſpexere, ſeu invidia rei ab ipſis non primum productæ, ſeu metu privati incommodi, opponere ſeſe naſcenti doctrinæ ceperunt, eamque ex Academiis relegatum volebant, argumentis quibuscunque inventis, ad fidem opinioni ſuæ faciendam, quæ tamen ab aliis copioſe refutantur. Nobis in præſens ſufficiat, nullo loco virtuti eſſe interdictum; cumque Academiæ ſint publicæ omnis eruditionis virtutumque officinæ, in quibus creduntur quaſi inſtrumenta ad Dei gloriam, & Patriæ ſalutem aliquando futura idonea, intempeſtiva eſt eorum ſollicitudo, qui privatæ utilitati publicam poſthabeant, nec, quos permittunt ſibi aliisque civibus ad eorum privatum commodum, atque lites forenſes erudiri, illos Reipublicæ bene inſtitui cupiant. Magis prudenter ſane de perſonis & ſubjecto habili quæſiiſſent, quam loco, exemplo Ariſtotelis, qui non ubi Politica ſit diſcenda, ſed a quo, diſputavit.* Addatur his Excellent. Dn. D. Schweder, *in Introduct. ad Jus Publ. Rom. German.* in Præfatione.

IV.

Errores quorundam, circa Doctores hujus Inſtitutionis, ac Diſciplinæ: quæ non tantum ad JCtos, ſed & Politicos ſpectat.

Multi etiam inter hos arbitrabantur, nihil ad ſe ſtudiumque Juris hæc pertinere, ſed potius Politicis relinquenda: Et illi tamen meri ita Legiſtæ ad conſilia Status, ad deliberationes Comitiorum, ad tractatus Pacis ac fœderum, ferè unice adhibebantur; cum tamen verus & perfectus JConſultus utique omnes hujus ſtudii poſitiones & partes, adeoque jus non privatum ſolum, ſed & publicum, quod ad ſtatum uniuscujusque Reipublicæ ſpectat, cognitum habere debeat. *l. 1. §. 2. ff. §. 4. J. de J. & J.* Viciſſim alii fuerunt, qui diſciplinam hanc Jureconſultis ita propriam fecerunt, ut ex illa nihil relinquere Politicis voluerint: qua de re aliquoties in una & altera Germaniæ Academia controverſia mota eſt. Sed hi ſane non intelligunt, aut nolunt intelligere dignitatem, amplitudinem, & argumentum Doctrinæ Politicæ, quæ totam civitatem, omnesque illius partes, & univerſam adeo prudentiam civilem, legiſlatoriam ſcil., deliberativam, (quæ ſpeciali nomine quandoque politica & civilis dicitur,

dicitur, cum plures ſint res quam vocabula,) & judiciariam ſive forenſem in ſe continet: quarum ultimam Juris-Conſulti delibant: ipſi propterea partem doctrinæ Politicæ ſive civilis univerſæ tractantes: quæ Politica doctrina, præterquam quod univerſalem illam Jurisprudentiam ex Jure Naturæ & Gentium conſtantem quoque reſpicit, tractat etiam alia Jura: qualia utique ſunt jura libertatis, civitatis, & familiæ, peregrinorum, Civium tam imperantium, quam parentium, parentum, liberorum, conjugum, fratrum, amicorum, dominorum, ſervorum, ſociorum etiam, atque fœderatorum. Cum enim de ſocietatibus horum, vel primis & ſimplicibus, vel ſecundis, compoſitis & perfectis, tractet doctrina Politica, eadem in ſe jura quoque, ſine quibus nulla ſocietas conſtare poteſt, imo omnem complexum Jurium Majeſtatis, continet. Et cum ſumma totius Prudentiæ politicæ ſive civilis conſiſtat in diſcrimine honeſtorum & turpium, utilium item & noxiorum, ut intelligat & eligat aliquis quæ honeſta ſunt, & utilia in vita civili, vid. Bœcler. *in Diſſ. Polit. 2. pag. 316. ſeqq.* utique videmus, præter utilitatem etiam honeſtum primo loco conſiderari debere a Politico: ratio honeſti autem involvit jus: Et quanquam aliud ſit honeſtum ac juſtum, aliud utile, formaliter loquendo; tamen conjungendum utrumque in vita civili: Et capitalis ille error eſt, quo honeſtum ab utilitate ſejungitur; veriorque Platonis & Ariſtotelis ſententia eſt, nihil utile habendum, niſi quod honeſtum, quod confirmat Cicero pleraque parte *lib. 3. de Offic.* Concedamus itaque hæc inter ſe differre quidem, & demus illi Diſciplinæ, quæ rationem Juris ac juſti tradit, nomen Jurisprudentiæ: illi autem quæ tractat rationem utilis, nomen ſpeciale Politicæ imponamus, modo hæ diſciplinæ non nimis a ſe invicem removeantur, aut ſibi opponantur. Grotius equidem ipſe in Prolegomenis *de J. B. & P.* §. *57.* ait: temperaſſe ſe in iſto Jurisprudentiæ univerſalis opere ab his, quæ alterius ſunt tractationis, ut, quæ doceant, quid ex uſu ſit facere; quia iſta ſuam habeant artem ſpecialem Politicam, quam recte ita ſolam tractet Ariſtoteles, ut alieni nil admiſceat, contra quam fecerit Bodinus, apud quem hæc ars cum Juris arte confundatur: id quod repetit Grot. *l. c. lib. 2. cap. 9. §. 8.* ubi etiam inter Politicum atque Juris-Conſultum diſtinguit, & Ariſtotelem Jurisprudentiam, tanquam alteram artem a Politica diſtinguere, & cum hac non confundere, *lib. 3. Pol. cap. 11. tradit*, ne quod in aliis

Dignitas amplitudo & argumentum Doctrinæ Politicæ: cujus partem delibant JCti.

Doctrina Politica etiam tractat Jura.

Et ratio Juſti etiam ad Politicum ſpectat, cum eo quod honeſtum.

Affinitas Jurisprudentiæ & Politicæ.

Grotii ſententia de hac expenditur:

cum annotatis interpretum ad eandem;

Feldeni: aliis culpat, admittat ipse, *μεταβαίνων ἐκ γένους εἰς γένος, ab uno tractandi genere ad alterum transitum faciens.* Sed nescire se ait Feldenus, quid sibi Grotius velit, dum hæc dicat: esse enim justum quiddam eorum, quod societatem conservet. Unde omnes Legislatores de justo præcipientes id perpetuo spectare, quod publice utile sit, juxta ipsum Aristotelem *lib. 8. Ethic. cap. 11.* tantum ergo abesse, ut justum ad Politicam non pertineat, ut potius Politici de formis Rerumpublicarum disputantes nil aliud quam jus quoddam quærant: & hinc Platonem scientiam civilem circa duo, honestum scil. & justum versari, tradidisse. Cui consentit Pythagoras apud Photium, dum definitur ab illo φρόνησις, ἕξις προαιρετικὴ τῆς ἐν τοῖς πρακτοῖς ὀρθότητος: *Prudentia est habitus, quo eligimus id quod in rebus actioni subjectis rectum probumque est*: Tacitus, *qui lib. 4. Annal. c. 33. prudentia honesta ab deterioribus, utilia a noxiis discerni* scribit: Cicero *lib. 3. Offic. cap. 17.* ubi ait: *quod prudentia sit locata in delectu bonorum & malorum.* Horatius *lib. 1. Ep. 2.* Eustratius ad *lib. 6. Ethic. Aristotel. p. 101.* ubi recensens τὰ τῆς πολιτικῆς πραγματίας κεφάλαια, non omittit mentionem *justi & injusti*, περὶ δικαίων, καὶ ἀδίκων, καὶ πρὸ πάντων, περὶ ὁσιότητος, καὶ τῆς εἰς Θεὸν, καὶ τὰ θεῖα, τιμῆς: *& ante omnia sanctitatis & religionis, cultusque Dei, & rerum divinarum.*

Grasvvinckelii. Graswinckelius in Stricturis ad Censuram Feldenii l. c. reponit, Grotium non aliud velle, quam discretam esse tractationem eorum quæ sint justa, & quæ sint utilia, cujus contrarium perurgeat Carneades, & omnis illorum chorus, quibus justi & æqui mater est utilitas. At Graswinckelius ipse l. c. opus habet fateri de justo, quod in unaquaque Republica servandum est inter cives, agi in Politicis, & privatim apud Aristotelem. Quæ doctrina Politica juri civitatis nil adeo alieni admiscet, uti putat Graswinckel. l. c. si etiam agit de justo, quod inter alias Respublicas, aut Gentes externas servatur: quod fecit etiam recte in principio statim operis sui Huberus *de jure Civitatis.*

Bœcleri. Recte itaque Bœclerus *in Comment. ad Grot. in proleg. l. c.* monet, quod Politica doctrina nequaquam solis stet utilitatum quæstionibus, justi injustique rationibus neglectis, aut aliunde quasi de mutuo sumtis: Juris nomina esse, quæcunque summam potestatem in civitate constituant: finem civitatis non honestate minus (tum quæ juris est, tum quæ decori,) quam utilitate definiri: quæ juris naturalis ac perpetui momentis ita con-

conferantur, ut ne leges civiles quidem cujusque civitatis majus aliunde pondus habeant, quam quia naturale est, sive juris naturalis dictatum, obligari omnes cives pacto civitatis, aut præcepto summæ potestatis. Cum itaque Bodinum arguit Grotius, videtur quidem Politicæ unam consilii, de utilitate, quæstionem relinquere: justi autem honestique disputationem adimere. Sed hoc non incaute accipiendum esse ait Bœclerus l. c. dareque lucem his & Bodini Aristotelisque exemplum, & verba Grotii, qui idem voluerit, quod Piccartus *in Comment. in Polit. Aristotel. lib. 4. c. 14.* Bodinum eo nomine arguens, quod Politicam & Architectonicam scientiam de gradu & dignitate sua dejecerit, dum ad jus Romanum Gallicumque solum hanc doctrinam restrinxit: qua in re errasse illum, dum Jurisprudentiam, seu rationem interpretandi leges Romanorum, scientiæ civili immiscuerit, ait Feldenus *loc. cit.* Opus tamen esse hoc loco explicatione, ne alio hæc trahantur, (ut videtur factum præter alios fuisse ab Ulrico Hubero de *Jure Civitatis*,) quam quo tendere debent, caute animadvertit Bœclerus loc. cit. ubi exemplum ponit de Magistratibus, de quibus agere Politici sit: in quo argumento Bodinus *lib. 3. c. 3. & 4.* occupatus, si jure civili, vel Romano, vel Gallico, pro fundamento utatur, & ex certæ civitatis legibus de Magistratibus universe decernat, ut plerumque etiam hodie solent Scriptores Juris Publici, tum facere id Bodinum ait Bœclerus, quod Piccartus & Grotius reprehendunt: Politico enim domi nasci; quicquid de Magistratuum natura, jure, conditione, utilitate cognoscendum est: at si his ex sua copia instructis, exempla ad hanc aut illam partem argumenti repetat ex certæ & potissimum suæ civitatis legibus, indeque lucem suis doctrinis fœneretur author, id vero esse, quod laudi dandum, nec reprehendendum, judicat Bœclerus l. c. Et quia Romanæ Reipublicæ instituta multum & honestatis & prudentiæ præ se ferunt, nil magis optavit idem, quam ex legibus ejus populi exempla disputationibus politicis, sed erudite accommodari. Id quod facere non potest, qui methodum, de qua modo dictum, invertit, & politica argumenta ex legibus formare, non legum exempla rebus jam domestica copia provisis exigendo adhibere instituit. Sed quis speret hujus eruditionis specimina eo seculo, quærit Bœclerus l. c. quo ullius argumenti politici interiorem & naturalem contextum rescire, tam diligenter & arroganter refugiunt, qui Politicorum nomen, quasi vulgi suffragio triumphatum

ſibi mancipio trahunt. Non autem amplius hic diſceptabimus, quousque pomœria & fines ſuos extendant, quibusque limitibus contineantur Jurisprudentia, & Politica, nec repetemus cum indignatione, finium regundorum diu agitatas controverſias, & quis alteri miniſtret. Non videmus tamen, quare ita a nonnullis repræhendatur ſententia Piccarti l. c. *& in Prolegom. ad Ariſtot. Polit.* ubi inter alia recte aſſerit, Juris Conſultos, ſi cum judicandi peritia etiam Νομοθετικὴν & Βουλευτικὴν conjungant, Politicos eſſe. Nec adeo abſurda eſt, ſi recte intelligatur, ſententia Alberti Bologneti *Diſput. de Leg. Jur. & Æqu. c. 9.* & Franc. Suarezii *de Legib. in proœm.* quam repetit Zieglerus *in notis ad Grot. in proleg. l. c.* ubi fatetur, in rebus gerendis & Politicum & JConſultum concurrere poſſe, & mutuam ſibi præſtare operam, ſed diverſo modo & fine; quem tamen ipſe diſtinguit nimis l. c. quaſi Politicus non etiam juſtitiam, quæ eſt Virtus maxime civilis & politica, & ſocialis, ſibi habeat propoſitam, nec examinet atque decernat, num juſtus ſit actus, de quo diſceptatur: ſed & caute ſunt accipienda, quæ Zieglerus l. c. tradit, aliquid poſſe eſſe utile quod juſtum non eſt, & viciſſim aliquid juſtum, quod utile non ſit: concedamus enim in formando Statu & Politici & JCti judicium requiri, ut quod utile & juſtum ſit, definiatur: tamen, ſi Politicus id quod juſtum eſt determinet, facit id etiam quatenus eſt Politicus, nec terminos ſuos transgreditur, uti antea demonſtratum: & vice verſa, ſi JCtus non tantum quod juſtum, ſed & quod commodum Reipublicæ & ſalutare eſt ſectetur, non adeo extra provinciam ſuam in alio vitæ genere ſe exercet. Concedamus itaque unicuique diſciplinæ ſuos limites; nec ita reſtringimus fines Jurisprudentiæ, ut alii, contra quos agit Zieglerus *l. c. p. 38. & 39.* aſſerimus enim & ipſi JCtum per ſe jus conſiderare, & etiam juris naturalis cognitionem profiteri debere, & hujus ope non poſſe carere Politicum in bene ordinanda Republica, ſicut nec Politici JCtum. Qui autem nulla habita juſti atque injuſti ratione, utile tantum, in ſpeciem ſcil., ſuæ Reipublicæ commendat, is Politici nomine indignus eſt. Circa hæc ſentit etiam nobiſcum Henniges *in notis ad Grot. l. c.* quem putat doctrinam civilem anguſtioribus limitibus circumſcribere, quam ut auguſtum ſuum ſplendorem hæc ſatis tueri queat, ſi a præcipua parte ita excludatur, quæ omnibus publicis actionibus decus & æquitatem affundat: & dum Ariſtoteles quoque prudentiam, quæ circa civitatem eſt, aliam Archi-tecto-

Piccarti, & aliorum ſententia vindicata.

addita Ziegleri cenſura.

Henniges & Sutholti conſenſus, cognationem Politicæ

tectonicam sive Nomotheticam, aliam Consultatoriam, aliam denique Judiciariam faciat, non obscure domesticam juris sedem in hoc habitu ipsum quærere, ait: Politicam enim nihil aliud esse, quam civitatem regendi prudentiam: Civitatis autem regimen feliciter procedere, si cum exactissima Reipublicæ cognitione legitimam universi in actum deductam gubernationem conjunxerit: quæ potissimum in duobus consistat, ut scilicet consilia ad salutem totius civitatis instituta recte applicentur, &, ut Jura legesque pro conditione naturaque cujusque Reipubl. ferantur. Ex quibus pendere ait Henniges l. c. quæstionis vulgatæ decisionem: *Quatenus Politica & Jurisprudentia se invicem præstent?* Consentit cum hoc JCtus famigeratissimus *Sutholt, Disputat. 1 aphoris. 4.* Sed de nomine nihil attinet contendere, & non opus fuisset hac de re aliquoties in una & altera Academia tantos motus ciere. Faciat JCtus, faciat Politicus, quod suum est; a cujus doctrina uti Jus publicum removeri nequit: Ita & Jurisprudentia suis finibus idem Jus potest admetiri, non invidentibus gloriam rei bene gestæ, si placet, Politicis: Cognatis disciplinis non deest ratio, qua unam sibi laudem proposito non eodem trahant. Summus certe JCtus, ut communiter eo nomine utimur, parum hic effecerit, nisi ab interiore doctrina Politica omnia sua præsidia mutuetur, uti in simili loquitur Bœclerus *in Comment. ad Grot. l. c. pag. 63.* videndus etiam in *Notitia Imperii lib. 1. cap. 14. pag. 14.* ubi ait, Politicam atque Historiam esse duas certissimas alas, quibus ad hanc Disciplinam, de qua hoc loco sermo, subvolandum. vid. Joh. Brandes, *de vera & simulata JCtorum Philosophia pag. 185.* Et qui Jurisprudentiam publicam definiunt per prudentiam civilem, eo ipso hanc tanquam speciem comprehendunt sub politica, tanquam genere; quoniam Politica nihil aliud est quam prudentia civilis, quæ Rempublicam non ita abstracte solum, ut quidam putant, vel a suo subjecto præcisam considerat, sed in specie quoque, & quandoque in concreto ac individuo: idque propterea etiam, quia prudentia est rerum singularium; adeoque Politica itidem huic vel illi supposito, pro genio ejus, formam inducit, observatis etiam individui circumstantiis (quæ forma absque Jure, & publico quidem, nulla esse potest, & ita legibus publicis quæ a Politica accipiuntur, determinatur, ut leges illæ a Politica debeant applicari Reipublicæ, non autem Respublica legibus) Et hinc etiam Politica alia generalis, alia est specialis: utriusque autem finis non solum est utilitas, uti

& Iurisprudentia in hac materia urgens, approbatur.

Politica Rempublicam non solum in abstracto Sed & in concreto considerat.

Huberus quoque putat, sed & honestas, adeoque etiam Justitia, de qua tanquam Virtute maxime civili, & quæ Rempublicam imprimis firmat, servat & auget, Politica quoque tradit: quæ vel tanquam prudentia Civilis, vel ut Disciplina practica considerata, leges quidem condit, & tractat, at conditas non deserit, verum ex ipso munere & officio suo Reipublicæ applicat, & interpretatur quoque: adeoque ad statum publicum dirigit, & tanquam ars Regia, quod nemo negabit, habet vim coactivam quoque in refractarios, & hos compellendi, eo ipso, quod sanctiones legum, & jurisdictio (utpote Jura Majestatis) & quæ cum hac concurrunt pœnæ, ad Politicam præcipue spectant: licet de his sua quoque ratione agat Jurisprudentia. Minus itaque accuratæ, & splendore civilis disciplinæ indignæ sunt differentiæ illæ, quas inter jus publicum & Politicam a fine, objecto, forma, effectu, & modo operandi, ac ratione medii affert Bechmannus in Commentario *ad Procemium A. B. Exercit. 1. num. 24.* qui in recitationibus ad Pandectas dissentientem quendam (est ille Sutholtus) vocat Νεωτεριστὴν: at si quæ est inter Politicam, & Jus publicum differentia, quam urget quoque Rachel. *in Introd. ad Jus publ. German. c. 1.* illa tamen non facit quod doctrina hujus ad istam non quoque pertineat: nisi vellemus nimis otiose, & Scholastice lites agitare, & umbraticas captiunculas vocum & verborum cavillationes sectari. Nec dissentiunt re ipsa a nobis, qui dicunt, Juris publici professionem spectare ad JCtos, scientia historica, & prudentia civili, quæ non alia est quam Politica, instructos. Nec ita implicat denique locutio Sutholti *in Dissert. 1. §. 43.* cui Jus publicum nihil aliud est, quam Politica specialis: frustra dissentiente Bechmanno in Exercit. 1. ad Pandectas num. 31. ubi male essentialem notam Politicæ esse tradit, saltem occupari circa universalia, non autem circa singularia.

Examinatæ differentiæ quædam inter Politicam, & Ius publicum.

Dissentientes reipsa sententiæ nostræ haud adversari.

V.

In capienda Disciplina Notitiæ hujus, Academiæ Aulis Curiis Comitiisque conjungenda, non opponenda:

In quæstione autem, *Ubi tractari hæc Disciplina debeat*, jam supra in th. 3. locus datus est Academiis: quibus frustra controversia de illa movetur. Scimus equidem, quid præclarum in hac tradenda Aulis, Curiis, Comitiis, aliisque Reipublicæ conventibus, tribuendum sit: quibus tamen jungendæ, tanquam in unum conspirantes, non opponendæ sunt Academiæ: secus ac nonnulli faciunt, & ex his Ziritius etiam, in Dissertat. *de convers. & eversione Rerumpublicarum*, quorum arrogantiam recte arguit Sulpicius *in Dissert. Studio*

Juris

Juris publ. recte instituendo p. 67. Nam illa ipsa, de qua hoc loco sermo, Disciplina, non ita humiliter, aut sordide, vel umbratice in Academiis, uti quidam per calumniam putant, tractatur, quippe in quibus etiam tanquam in mercatibus publicis comparare illa licet, quæ Reipublicæ hac in parte prosunt. Sane de Academiis, & earundem Studiosis ac Professoribus longe aliud judicium, alia commendatio, etiam hanc in rem fuit Imperatoris Friderici I. in famosissima Authentica. *Habita C. Ne fil. pro Patre*, scilicet: *Illorum scientia totum illuminari mundum, & ad obediendum Deo, & Imperatori, ejus ministro, vitam subjectorum informari.* Et quam bona fuerit opinio EBERHARDI *Barbati* Wirtembergiæ Ducis, de fundata a se Academia inter nos Alma EBERHARDINA, tanquam aperto quodam Fonte Vitæ, testantur ipsa verba laudatissimi toto orbe Ducis ac Fundatoris, in privilegiis Universitatis Tubingensis, ibi: So haben wir in der guten Meynung helffen zu graben den Bronnen des Lebens, darauß von allen Enden der Welt unersichtlich, geschöpfft mag werden, tröstlich und heilsamb Weißheit, zu erleschung deß verderblichen Feuers, menschlicher Unvernunfft und Blindheit. Quam opinionem de eadem Academia firmarunt etiam postea præclaris monumentis, ULRICUS, & CHRISTOPHORUS, Wirtembergiæ Duces gloriosæ memoriæ. Post quos LUDOVICUS *Pius*, ILLUSTRE COLLEGIUM hoc eundem in finem ingentibus impensis fundavit, & FRIDERICUS *Magnanimus* eo sanctissimo animi proposito perfecit, *Ut illic tanquam in* ΠΑΝΣΟΦΙ΄ΑΣ *Gymnasio*, (verba sunt JOANNIS FRIDERICI *Pacifici* Ducis Wirtembergiæ, beatissimæ recordationis, in Præfatione *in Illustris Collegii* Leges & Privilegia,) *sub cura Excellentissimi Ephori, Clarissimorum Professorum, & exquisitorum artificum, laudabilibus corporis exercitiis præpositorum, universa Germaniæ adolescens Nobilitas, adeoque & Principes, in omni Virtutum, scientiarum, morum atque elegantiarum genere erudiretur; Sicque intra Patriæ dulcissimæ Germaniæ parietes, exiguis sumtibus junctim simul addisceret, quæ alibi in locis peregrinis magna temporis, sanitatis, patrimonii, nec raro quoque domesticæ integritatis, & bonæ famæ jactura, vix particulatim assequeretur.* In quo *Illustri Collegio* Serenissimi Wirtembergiæ Duces etiam ante omnia eo spectarunt: *Ut illius Studiosi prudentiam Civilem hauriant, & animitus imbibant, quo aliquando domi aut alibi Reipubl. laudabiliter præesse, atque prodesse possint: quo fine Professores constituti* *in*

etiam ex judicio & sententia de Academiis tum universim,

tum de Eberhardina,

Et Illustri Collegio hoc, Imperatorum Rom. Ducum Germaniæ, & ipsorum Principum Electorum.

in illo sunt, non solum Juris, sed & Politicæ scientiæ, qua præstantiorem ullam vix homo assequitur, Historiarum quoq;, & variarum linguarum cognitione antecedentes. Paria de *Academia*, & *Illustri Collegio* hoc senserunt Successores JOANNIS FRIDERICI, Wirtembergiæ Duces, & hos inter DIVUS EBERHARDUS Tertius, tum alibi, tum in Testamento & ultimæ Voluntatis suæ Elogio. Agnovitque dictorum fidem etiam quoad *Illustre Collegium* hoc Sacratissimus Imperator FERDINANDUS Tertius, cum Studia Collegii hujus in ipso Conventu Pacificationis Westphalicæ, adeoque totius Germaniæ, imo Europæ Senatu, a Legatis Wirtembergicis illustribus ac Magnificis *Jo. Conrado Varnbülero ab Hemmingen*, Secretioris Regiminis Consiliario, & *Andrea Burcardo* Cancellario, commendarentur; assentiente his Illustrissimo *Maximiliano Comite Trautmansdorffio*, at quanto Heroe, qui vivus testis, & ipse Incola quondam *Illustris Collegii* hujus, majorem in modum ista approbavit. Summum autem & recentissimum de hoc judicium Augustissimi & Invictissimi Imperatoris LEOPOLDI, cujus Sacra Cæsarea Majestas Augustæ Vindelicorum circa auspicatissima initia superioris anni in audientia præsentis Dissertationis hujus Præsidi omnium clementissime indulta: *Scire se & recordari, quod ex disciplina hujus Illustris Collegii multi Principes & Illustres in Germania, usibus & commodis Imperatorum, & Imperii inservientes prodierint*, ajebat, & sacro affatu huic ipsi *Illustri Collegio* bene precabatur, omnemque Imperatoriam gratiam promittebat. Nec alia de Academiis universim tunc, data loquendi occasione sententia fuit Eminentissimorum S. Rom. Imperii Principum Electorum, *Moguntini & Trevirensis*, quorum ille ad Dissertationis hujus Præsidem dicebat quoque: *Se gaudere, & gratulari sibi, quod in ditionibus suis duas habeat Academias, Moguntinam & Erffortiensem: semperq; credidisse, quod florentibus Academiis, floreat etiam Respublica: & quod ex illis proveniant Viri, qui Imperio & saluti publicæ consiliis & doctrina in negotiis arduis ac publicis multum prodesse possint.* Non opus ergo est amplius aliorum autoritatibus in re quæ tantis nititur judiciis, &, quæ ipsa ratione constat: quam rerum civilium magistram non minus intra spatia sua admittunt & capiunt Academiæ, quam alia loca excelsa. Est quippe illa communis omnibus: uti communia etiam sunt Jura publica, quæ in Academiis quoque prostant, & legi, & intelligi possunt, & ad interpretationem doctrinalem subsidia ab his studiis capere. vid. Limnæus

næus *loc. cit.* Wahremundus ab Ehrenberg. *de fœder. lib. 1. cap. 1. num. 126.* Beier. *ad Disput. Schnobel. 1. th. V.* Dn. Schweder. *in part. gener. cap. 1. §. 9. Introductionis ad Jus publicum.* Burgoldens. *ad Instrument. Pac. Discurs. 3. part. 1.* ubi non male distinguit inter Jus publicum, & arcana Imperii: illosque errare ait, (quos inter etiam Castaldus Tract. *de Imperatore q. 110. n. 298.* Vasquez. *Q. illustr. part. 1. cap. 25.*) qui e re Reipubl. esse putent, Recessus Imperii non amplius esse promulgandos: arcana enim Imperii, de quibus in Comitiis tractatur, minime Recessibus, i. e. legibus in Imperio necessario promulgandis, inseri. vid. Kipping. *Method. Jur. public. cap. 1. §. 3.* Relinquamus itaque Imperantibus sua arcana, suas simulationes intactas, quas in Academiis pandere animus non est, in quibus quippe non de secretis, sed de jure publico, & quidem scripto illo, & promulgato, perque traditionem recepto, & praxi & consuetudine, des Reichs-Herkommen, stabilito agimus: adhibita scilicet illa prudentia, ut de juribus illis, deque Majestate & dignitate omnique potestate Imperatoris, & Statuum Imperii sermo sit reverens, & cautus, absque omni cavillandi libidine, vel temeritate. Quare omnino hoc loco valet, quod Becker. *in Procem. Synops. Juris Imp. R. German.* scribit: *Rerumpubl. jura in publicum trahi vetant Aulici: periculosum ajunt, & dominantis imperio adversum, arcana illa judicio & ingenio plebis relinquere: ad Aulas solum, secretaque Principum spectare Consilia. Scio habent Respublicæ, earumque moderatores, reconditas artes, quibus præsentem statum adversus novatorum technas tueantur, quas profecto scrutari non licet,* (uti Amm. Marcellin. in lit. ad Constantium inquit) *multo minus divulgare; sic enim irrita futura, quandoque cum magno adhibentis periculo. Has ego intactas relinquam, dicturus tantum de jure, quo Caput Imperii, cateraq; ejus membra utuntur: idque ex Constitutionibus,* & *publicis Imperii legibus, quas palam excutere sub ingenuo Principe semper impunitum fuit: hac scilicet libertate fruimur, qua licet scire, quod sumus, licet exercere, quod scimus. Sed adsit modestia, & de Principis Majestate reverens sermo. Effrenata enim cujusvis dicendi libertas., Reipubl. perniciosissima semper extitit.* Quo loco Beckerus quoque ait, dolendum esse, quod hujus Juris in Catholicorum Principum Academiis nulla fere habeatur ratio, adeo ut quicquid hac in materia habere desideres, ab Acatholicis, (ita nos male appellat) hauriendum sit. Non aliena a. sunt verba Hennigesi *in notis & Observ.*

Distinctio inter Jus publicum, & Arcana Imperii.

Cum elogio circa hac Beckeri, & Hennigesii.

serv. ad Becker. l.c. quæ huc ponantur, in quibus ipse etiam Jura publica, & Arcana Status bene distinguit: *Cum jura publica civitatum, quibus communis rei causa utuntur, & arcana sive status, sive dominationis, haud idem sint, sed hæc quidem occultare, nec in vulgus efferre oporteat, siquidem eorum aliquis usus necessario tempore esse debet; illa vero, & publice lata, & scripta literis omnium notitiæ studio exponantur, ut scire jura cives, & ad præceptum eorum vivere possint: videntur certe nimis rigide & invidiose nobiscum illi agere, qui, nulla distinctissimarum rerum habita ratione, utraque Principum aulis vindicant, & cum nos illis custodiam arcanorum absque lite committamus, illi haud contenti regnantium conscientias artesque liberas ab inofficioso scrutamine a nobis relinqui, augustum quoque juris publici, cunctisque apertum atrium occlusum & inaccessum aliis volunt, præterquam quibus licet Curiis consiliisque Principum interesse, & de republica consultare in Comitiis Imperii: quasi non alia acquirendæ Juris publici Notitiæ via sit, quam patrios hosce conventus frequentare, & pronis auribus percipere, quomodo Imo Ordines referente Imperatore de auxilio contra Turcas, de moderanda matricula, aliisque avertendis incommodis deliberent. Equidem esse propriæ experientiæ usum maximum, nemo facile negabit, cui sua ratio constat. At extra eam nihil institutionem, nihil memoriam, nihil diligentiam, actaque publica præstare ad scientiam posse, quis existimet? Imo vero hisce via quasi ad faciendum periculum, altioraque experiunda sternitur, cum prudens & gnarus suæ Reipublicæ civis demum admovetur Principum conscientiis Imperiiq; arcanis. Quemadmodum enim ineptissime ille fecerit, qui juris privati scientiam sibi comparaturus Institutionibus Pandectisq; neglectis, (quibus disciplina in artem est collecta) forensia advocatorum scripta inani studio evolvit: ita quoq; in Comitiis Principumve aulis Jus publicum non adeo docetur, quin Curiæ Candidatum potissima principia, notitiamq; Civitatis, ejusq; jurium, jam in promtu habere oporteat, quæ ex rerum gestarum monumentis, sc. Recessibus Imperii, Capitulationibus, Aurea Bulla, aliisq; juribus ad statum Imperii pertinentibus, in omnium conspectu positis, ediscuntur.* Quia tamen etiam titulo & nomine ejus Juris publici, de quo plerique loquuntur, non exhauritur Notitia S. R. Imperii, aut ad aliena nomina transfertur, cum jus publicum proprie sic dictum sit pars tantum aliqua Notitiæ Imperii, quæ multa comprehendit, quorum ratio in jure non consistit: et cum multa etiam ad Rempublicam pertineant, quæ Jure publico & legibus ac Con-

Differentia inter Notitiam Imperii: & Ius publicum.

Conſtitutionibus exprimi non poſſunt, ſæpe etiam ex regulis prudentiæ non ſolent, reſpicientia præſertim Rationem Status, de qua vid. Rachel. *in Introduct. Jus publ. German. cap. 3.* ideo hac ex cauſa, & quia pleraque hujus Notitiæ plena ſunt reſpectibus Politicis, extra Academias optandum etiam & ineundum eſt commercium cum Viris talium rerum peritia præſtantibus, in Aulis & Curiis: licet his ipſis quandoque, (ut Velthemius *in Introduct. ad Grot. de Jure B. & P. lib. 2. cap. 9. p. 844.* innuit) etiam quædam circa Reipublicæ ſtatum incognita eſſe poſſint, propter arcanas artes Imperantium. Recte igitur & ſapienter Herm. Hermes (qui Profeſſorium in Academia Agrippinenſi officium cum munere Conſiliarii in Aula Electorali Colon. & Archi-Epiſcopali Salisburgenſi, Syndicique apud Liberum Equeſtrem Ordinem conjunxit) in Faſciculo Jurispubl. cap. 1. quæſt. 6. tradit: *Si jura publica tantum in Aula diſcenda forent, quoties imperitus tyro ad Aulas accedens omnium ludibrio, & riſui exponeretur, rerum & actionum publicarum plane ignarus? Numquid tutius eſt perceptis fundamentis pleniorem dein cognitionem in Aulis ex uſu quotidiano & praxi haurire, quam aliorum publico ſe exponere contemtui, ubi æmulationi, non informationi locus eſt. Sicut privata jura: ita plane Jus publicum in Scholis deglutiendum: in foro (adde & in Curia & in Aulis) digerendum: quomodo autem quis digeret, quod non deglutiit? Sicut Theoriam praxis adjuvat, ita unum ſine altero mancum eſt, & periculoſum: uti uſus ſine doctrina, nec ſine uſu doctrina.* Quemadmodum igitur, *ut Peckius in Præfat. ad Tit. de S. S. Eccleſiis* oſtendit, plus damni Reipublicæ imminet ab his, qui nulla juris cognitione in foro & circa tribunalia verſantur, quam ab iis, qui Scholaſticæ Jurisprudentiæ regulis primo formati & aſſueti, aliquantulum à forenſibus actionibus alieni & peregrini videntur: Ità plus periculi & incommodi Respublica ab illis metuendum habet, qui nulla Reipnblicæ cognitione, & Juris publici notitia prævia, ſtatim alibi in præcipuis Reipubl. partibus circa negotia Status verſantut, quam ab his, qui iſtis ſtudiis & civilis prudentiæ regulis in Academiis primo imbuti, ab uſu quidem rerum nonnihil remoti, hujus tamen addiſcendi & experiundi capaces quoque ſunt. Nec male notat Burgoldenſis l. c. in Aula non ſupereſſe tempus diſcendi, ubi ea quæ addidicimus in praxin ſunt proferenda, vid. Keller. *de Offic. Jurisd. Polit. lib. 2. cap. 1.* Et, ut verba Excell. Dn. D. Schwederi huc referamus: *Ridicula ſane, & cum ſummo Principum damno atque incom-*

modò conjuncta res foret, cum agendum, cum de rebus publicis consultandum, & pro communi utilitate consilia danda, tunc Juris publici capita investigare, exquirere. Exemplum unum & alterum neglecti hujus studii, & exorti inde damni, ut plura sileamus, (de quibus præter notissimam querelam *Conringii* vid. Rachel. *in Introduct. ad Publ. Germ. cap. 16. & 17.*) dedit Conventus Executionis Pacis Westphalicæ Noribergæ institutus, in quo videntes quidam, magnis officiis quidem admoti, quantum imperitia Disciplinæ, de qua hoc loco sermo est, sibi & Reip. obsit, magno pretio a viris aliis peritioribus informationem meliorem in illa haurire sategerunt. Interim negari haud potest, rariorem esse in Academiis Germaniæ quoad hanc Disciplinam Juris publici, quam privati Proti Professionem, si munus præsertim ipsum publicum, titulumque illius spectes: qua de re vid. *Ulrici Huberi* Oratio, qua differitur. *Quamobrem Jus publicum olim in Academia Franckerana Professione publica non sit honoratum:* In cujus Orationis proposito tamen Author nos sibi consentientes non habet, dum collationem doctrinæ de Jure Civitatis, cum Politica ita instituit, ut hanc nimium ab illa differentem faciat. Cæterum, egregium specimen conjunctæ Juris publici & privati Professionis in Academia Argentoratensi dederunt, ut magni nominis Viros alios, & hos inter *Strauchium*, taceamus, *Ulr. Obrechtus*, & *Joh. Georg. Kulpisius:* cujus utriusque Auspicatoria Dissertatio, *De conjungendis his studiis*, lectu digna est. Si qui autem sunt, aut fuerunt in Academiis, qui quandoque in hoc argumento perniciose disputando, aut scribendo versati sunt, quique ultra modum Juris publici adyta scrutantes offensioni causam dederunt, hoc ad indoctos & incautos pertinet, nec ipsis Academiis, aut Disciplinis, quæ in istis tractantur, imputandum est: Et contingit tale quid sæpe etiam extra Academias, & quandoque à nonnullis, in ipsis Aulis & Curiis: quod tamen his nil derogat, quo minus hæc studia in istis tanquam veris Palæstris usu exercenda sint. Sane non Academiis solum datus, sed Aulis quoque & Curiis tanquam lex communis observandus est Articulus 5. §. 17. Instrumenti Pacis Cæsar. Suecici: *Ut utriusque Religionis Magistratus severe & rigorose prohibeat, ne quisque publice privatimve concionando, docendo, disputando, scribendo, consulendo, Transactionem Passaviensem, Pacem Religiosam, vel hanc imprimis, sive declarationem, sive transactionem unquam impugnet, dubiam faciat, aut assertiones contrarias inde deducere conetur: Quic-*

Noxa neglecti hujus Studii.

Lex communis Aulis, Academiis, aliisque, in tradenda Disciplina Notitia hujus observanda.

quid

quid enim contrarii hactenus vel editum vel promulgatum publicatumve fuerit, irritum esto: Sed si dubii quid hinc aut aliunde incidat, aut ex causis Pacem Religiosam, aut hanc Transactionem tangentibus resultet, de eo in Comitiis, aut aliis Imperii Conventibus inter utriusq. Religionis Proceres non nisi amicabili ratione transigatur. Quo pertinent etiam quæ in Capitul. FERDINANDI IV. Regis Rom. artic. 11. sancita sunt: Zumahlen auch diejenige so sich gegen itzt ermeldten Frieden-Schluß, und darinn bestätigten Religion-Frieden als ein immerwährendes Band zwischen Haupt und Gliedern zu schreiben, oder ichtwas in offentlichen Truck herauß zu geben, als dadurch nur Aufruhr, Zwitracht, Mißtrauen und Zanck im Reich angerichtet wird, unternehmen wurden oder solten, gebührend abzustraffen: die Scripta und Abdrücke zu cassiren, und gegen die Authores so wol als complices, wie er gemeldt, mit Ernst zu verfahren ꝛc. Quæ Sanctio repetita quoque est in Capitulatione LEOPOLDI Invictissimi Imperatoris art. 11. & in Capitulatione JOSEPHI Augustissimi Rom. Regis, art. 11. ubi etiam hæc noviter adjecta sunt verba: Auch weder unserm Reichs-Hof-Rath, noch dem Bücher-Commissario zu Franckfurt am Mayn verstatten, daß jener auf des Fiscals oder eines andern Angeben, in Erkennung der Processen, und dieser in Censur und Confiscirung der Bücher, einem Theil mehr als dem andern favorisiren.

VI.

Altera itaque pars Institutionis Disciplinæ nostræ cum sit *Lectio*, ut supra dictum, accedere dictis modo debent porro *Magistri muti*, libri scilicet, tanquam optimi, ut mortui, Consiliarii. Hos cum Bœclero in *Notit. S. Rom. Imp. lib. 4. cap. 4.* bene dividere possumus in *Isagogicos*, *Systematicos*, *Singularibus argumentis destinatos*, & *Subsidiarios*, pui diligenter & cum judicio, nec non ordine quodam legendi. Et inter hos quidem primo loco *Isagogici*, quos ad quamque Disciplinam scribere antiquum jam institutum est, de quo consulendus Photius *in Bibliotheca*. Ad hos libros referunt nonnulli *Enchiridia*, & *Compendia*, quæ tamen, judicio *Bœcleri*, rectius ad Systematicos, quam Isagogicos pertinent. Igitur cum eodem autore *Isagogicos* hic appellamus libros, *qui viam præ cæteris sternunt ad Notitiam Imperii parandam:* quo nomine recte primo loco nominatur, Christophori Lehmanni *Chronicon Spirense*, nequaquam satis laudandum: quod in se continet exactam Reipublicæ Germaniæ descriptionem,

Magistri muti Disciplinæ præsentis, Libri ad Institutionem pertinentes: quos inter quidam

Isagogici.

nem, & Chronicon omnium rerum Imperii hujus: ut proinde Bœclerus *in Præfat. annotat. ad Jus publicum Dan. Ottonis* illud inter ea referat monumenta, quæ Juris publici ſtudium feliciter auſpicaturo commendari debeant; plus enim quam titulus promittit, præſtat, & res Imperii ab alto repetit, atque memorabilibus excerptis illuſtrat: Sæpe etiam fontes ipſos priorum temporum tangit: ne quid dicamus de oratione quoque Germanica elegante, & quæ multum prodeſt rerum noſtrarum ſtudioſo; Sane Conringius non diſſimulat, ſe felicitatis loco habere, quod in eum librum inciderit, cui quicquid eſt notitiæ Jurispublici acceptum fert. vid. ejus ad Lectorem compellatio, præmiſſa libro Lampadii *de Republ. Rom. Germ.* Rachelius in *Introd. ad Jus publ. German. cap. 11. p. 70.* Igitur Doctiſſimi ſuadent, ut aliquis tanquam Introductione ad Notitiam Imperii Germanici eo utatur, nec facile alia methodo incedat: modo iſtud opus, ut conſtituerat Author, ultra Maximiliani I. Imp. tempora quibus in Statu publico multa immutata, perexiſſet. vid. de illo quoque Sulpicius in Diſſertat. *De Studio Juris publici recte inſtituendo. p. 6.*

Accedit huc quoque *Æneas Sylvius*, Friderici III. Imper. Secretarius primum, deinde Cancellarius, Epiſcopus etiam Senenſis ac Cardinalis, & denique Pontifex Romanus, ſub nomine *Pii* II. rerum Germanicarum peritiſſimus, & cum quo nullus Pontificum eruditione conferri poteſt: qui varia ſcripſit opera, *Hiſtoriam* nimirum *Bohemorum*, *Acta Concilii Baſileenſis*, *Epiſtolas*, *Hiſtoriam Rerum Friderici III. Imp.* quæ ex manuſcripto optimæ notæ cum ſpecimine annotat. *Bœcleri*, diplomatibus, documentis, & Scriptoribus variis ad Germanicam hiſtoriam pertinentibus edita eſt quinquennio abhinc Argentorati. Pertinet autem huc imprimis Autoris hujus (qui de rebus Germanorum multa doctè commentatus eſt, comprehenſa partim in operibus illius conjunctim editis, partim in Tomo I. *Germanicarum Rerum* Sim. Schardii) *Germania*, in qua Urbes, Civitates, Eccleſiæ, Epiſcopatus, Principatus, & nobiliſſimæ familiæ Germanorum deſcribuntur: quemadmodum autem apud Scriptorem hunc quædam inveniuntur, quæ ipſe non fecit: ita ipſe quandoque varius eſt in ſuis ſententiis, & Pontifex factus ſibi ſæpe contradicit. vid. de illo quoque Sulpicii Diſſertatio, *de Studio Juris publ. l. c. p. 7.*

Nec aliena hinc eſt *Gebwileri* Panegyris, non ſine conſilio Argentorati typis Mülbianis reproducta, & multa notabilia continens, quanquam

quanquam pro captu Seculi: alias nec gravitate ſtyli, nec tractationis præſtantia, nec ſubſidiorum promptitudine, prioribus æqualis, ut indicat Sulpicius *l. c. p. 9.*

Succedunt his *Joh. Sleidani*, & *Philippi Melanchtonis* Diſſertationes *de rebus Germaniæ & Imperii*, quas ſæpe per digreſſiones in hiſtoriis ſuis habent, quæ magni ſunt momenti. Fuerunt ſane hi Duum-Viri eximia peritia Germaniæ inſtructi, quam *Sleidanus* in ſcriptis & Commentariis ſuis, inque ipſis Legationibus, & reliquis Reipublicæ muneribus, uſus ad hæc etiam Archivo Civitatis Argentoratenſis, tanquam Gazophylacio rerum Germanicarum opulentiſſimo; *Melanchton* autem, tum in Chronico *Carionis*, quod ipſe cum *Peucero* perfecit, opus Hiſtoriæ Univerſalis optimùm, tùm in Epiſtolis ſuis, oſtendit: vocatus etiam ſæpius à Principibus, & Viris maximis, quibus magnam ſui utilitatem præbuit, in conſilium: quod vita illius aureo Commentario à *Joachimo Camerario* illuſtrata, multis indiciis teſtatur. vid. Sulpicius l. c. ubi inter majora Sleidani opera laudem maximam merito tribuit *Commentariis de Statu Religionis & Reipubl. Carolo V. Cæſare.* De quibus vid. quoque Rachelius *in Introduct. ad Jus Publ. Rom. Germ.*

VII.

Inter *Syſtematicos* Scriptores nominandi primum, qui minora opuſcula conſcripſerunt: quos inter *Danielis Ottonis* extat Diſſertatio *de Jure Publ. Imperii Romani*, edita anno hujus ſeculi decimo ſexto, inter flagrantes in Imperio Unionis ac Ligæ motus, Succeſſionisque Juliacenſis, Clivenſis, ac Montenſis, controverſias. Acceſſerunt duodecennio poſt Diſſertationi iſti notæ *Limnæi*, qui illam plurimis erroribus gravidam eſſe monuit: & fuit *Otto* ille curioſus quidem de œconomia, & ſtructura illius opuſculi; ſed ſane in ipſa tractatione plura non recte habet, & aliena admiſcet; ut multa proinde periti in ipſo haud immeritò deſiderent. Et pœnituit ipſum *Limnæum* operæ in hunc Scriptorem impenſæ, cui ipſe quidem pauca notanda addidit, veritus ne cætera probaſſe videretur. Digniora ſunt quæ *Bœclerus* notavit & animadvertit ad eundem Authorem, ſua laude quidem non plane etiam carentem, vel ideo, quod Diſſertationem illam aliquando plenius & majori diligentia perſequi ſecum conſtituit: cui tamen nimium olim tribuit *J. Otto Tabor.* vid. Sulpic. *Diſſert. l. c.*

Syſtematici. minorum operum.

Egregia

Egregia autem magis est *Synopsis Juris Imperii Romano Germanici*, Coloniæ edita *Wilhelmi Beckers*, in quo major eruditio cernitur, quàm in *Ottone*; unde ipse multos nactus est laudatores, præsertim quia aliquam scribendi gravitatem præfert. Sed primo constare debere ait *Bœclerus* ad *Ottonis* Jus publicum pag. 24. à Pontificiis vix sinceram sperari aut haberi posse hanc Disciplinam; quod in illa *Beckeri* Epitome passim etiam observare licet, dum Author alicubi est studiosus partium, obnoxius, nec liber in sententiis ac judiciis, & fautor periculosarum quarundam positionum, & hypothesium non ferendarum: e. g. circa Jus Ecclesiasticum & Pontificis Roman. authoritatem: quæ sub censuram etiam redegit *Henricus Henniges*, in annotatis ad hanc Synopsin, & ante illum *Joh. Strauchius* in prælectionibus publicis. vid. Sulpic. *Dissert. cit.*

Beckero suppar *Joh. Theodorus Sprengerus*, edidit *Synopsin* primo, in quam *Strauchij* extant notæ: deinde majori opere *Institutiones Juris publici*, aliaque opuscula, sub diversis titulis, *Fontium Juris publici*, *Lucernæ Imperij*: *Ellychniorum*, & *Perspicillij*, quæ multorum applausu suscepta. Neque spernenda est hujus Viri opera, quæ se multa diligentia florentibus adhuc annis in conciso scribendi genere ostendit, aucta deinceps in illo succurentibus annis notitia & experientia rerum Imperii, usuque Archivorum, ex quibus monumenta quædam antea inedita publicavit. Sed tamen a vulgi erroribus non immunis, vix ab his abiit, nec tam accurate res examinavit, quam diligenter collegit, destitutus accurata methodo, & Jus publicum cum privato sæpius confundens, judice *Bœclero* l. c. & *Sulpicio* l. c. p. 36.

Præcellentior his eruditione & usu rerum est *Jacobus Lampadius*, qui de *Republica Romano Germanica* ita scripsit, qualiter ante ipsum vix alius, ob insignem scientiæ Philosophicæ, aliorumque præsidiorum applicationem, nobilem rerum in imperio gestarum notitiam, judicium acre, & docendi ordinem aptum. Est Tractatus ille brevis quidem, sed pauca quæ habet, sunt eximia, & ab aliis non ita prius tractata. Scriptus est liber ille anno hujus seculi XXI. circa tempora confecti belli Bohemici, quod Germaniam omnem deinde corripuit, & pene confecit. De cujus pace restauranda cum postea *Monasterij* & *Osnabrugæ* Westphalorum consultaretur, quid non circa illam consiliis egit *Lampadius* Serenissimorum Ducum Brunsuico-Luneburgicorum Pro-Cancellarius & Legatus, jurium quæ Princi-

pibus

pibus & Statibus Imperii competunt, in isto Conventu vindex acerrimus. Qui si post tempora illa de hoc argumento scripsisset, sine dubio minus in illo desideraremus: Interea libellus iste a nemine contemni potest, qui rem intelligit, eruditus quippe, & qui audet vulgares sententias axaminare, refutare, & deserere. Adjunxit enim solidioris Philosophiæ subsidium, qua qui imbutus est, rectissime fecerit, si hinc potissimum studium Juris publici auspicetur, suadente *Bœclero* l. c. quo censore tamen idem *Lampadius* non in omnibus exactiora tradidit; sicut fere fieri solet in illis quæ inchoantur, neque eadem opera perficiuntur: & fovet ipse interdum singulares sententias, & in aliquibus, ut agnoscit deinceps, peccavit; teste etiam *Conringio*, qui *Animadversiones* quasdam ad illius Opusculi partes priores duas, ac tertiæ capita VII. dicavit & edidit. Quibus deinceps Remissiones & Supplementa addidit Magnificus *Dn. Kulpisius*, bene etiam de nova editione *Lampadii* meritus, nuper Consiliarii Judicii Cæsareo-Imperialis Aulici munere auctus. Addatur huic *Sulpicius l. c. p. 26.* ubi quæ in eodem Lampadio desiderentur, vel etiam taxantur, recenset, atque examinat. *Rachelius* l. c. cap. 17.

Non removendus etiam ab hac classe *Joachimus Clutenius* Professor Academiæ Argentorat. qui edidit *Syllogen rerum quotidianarum*, quo titulo Juris publici Epitomen signare voluit: nec destituebatur liber hic magno applausu per Germaniam, insertus etiam Nucleo Juris publici. Sed quia vulgariter hoc argumentum alicubi pertractat, & incommodiori *Romani Juris* usurpatione subinde corrumpit, ut tum fieri solebat, posterioribus annis, quibus hæc Disciplina cultior est reddita, multum de pretio suo amisit, teste *Sulpicio l. c. p. 22.* Quale judicium etiam ferunt *Christoph. Besoldi* Institutiones Juris publici.

Refertur huc quoque *Georgii Brautlachti* Epitome Jurisprudentiæ publicæ Universæ, edita postremo simul cum Lampadio: verùm huic multum doctrina impar, licet multis quoque in usu & deliciis esse cœperit. Sed non vacat libellus iste studio partium, opusque habet varia emendatione: cui additiones ex *Instrumento Pacis Westphalicæ*, novissimisque Juris publici Scriptoribus junxit Anonymus quidam, qui est *Christianus Leonhardus Leichtius* LL. C. a quo commendatur quidem libellus hic propter methodum, quod omnes materias ad Jus publicum pertinentes ita collegerit, ac tali disposuerit

ordine, quo antehac a nemine fuerit factum: sed aliis ista tractandi ratio non placuit, qua nimia partitione in minutissimas usque particulas disjicitur magis quam componitur aliqua disciplina: uti haud male censet *Sulpicius* in Differt. pag. 33.

Accensendus huic Classi etiam libellus *Severini de Monzambano*, de Statu Imperii Germanici: qui suos laudatores, & Censores quoque, neque hos injuria nactus est; caute legendus, quia de statu & religione in Imperio nostro temere interdum judicasse videtur. Placent sane melius quæ de isto argumento scripsit Bœclerus *in Notitia S. R. Imperii lib. 22. cap. 2.* ubi principia istius personati Autoris, cujus eruditioni cæteroquin nil derogamus, haud obscure refutat: inclinante quamvis aliquantum in ejusdem Authoris sententiam, quoad statum Imperii, Viro gravissimo, & cui multum alias tribuendum in his studiis, *Samuele Rachelio*, in Introduct. ad Jus P. Germanicum cap. 18. & alibi: cui opponimus tamen sententiam veriorem, & defensorem hujus inter alios Magnificum *Kulpisium* in Differt. *de Unitate Reipublicæ nostræ Romano-Germanicæ*: qui laudatissimus Autor Commentationes Academicas quoque scripsit in citatum modo *Severinum de Monzambano*, quas hoc loco commendamus, & prolixius judicium de eodem *Severino*, atque ea quæ ad notitiam Authoris illius pertinent, ex eodem *Dn. Kulpisio* l. c. juncto illi *Sulpicio* in citata Dissertatione, pag. 38. & 39. ubi *Conringii* sententiæ subscribimus, lectorem petere jubemus.

Ante complures annos *Joh. Strauchius* ad seriem Institutionum Justinianearum *Publici* quoque *Juris Institutiones* meditatus est, quarum specimen non completum jussu hæredum ex schedis beati Authoris adornavit vulgavitque prælaudatus Dn. *Kulpisius*, videatur de hisce Institutionibus J. P. Strauchianis, si absolutas easdem nobis videre fata concessissent, judicium quoque *Sulpicii l. c. pag. 65.* ubi etiam commendatur tanquam nova non minus quam erudita methodus illa, qua tanquam singulari penitus arte, ad easdem regulas Juris Publici disciplina tradatur, qua Justinianus Imperator privati Juris elementa olim componi curaverit. Quam methodum ipsi non plane improbamus: quanquam quid illi ad exactas leges methodi disciplinaris alicubi desit, haud lateat, & observatum etiam ab aliis sit, qui Jurisprudentiæ Romanæ studium Philosophiæ solidius junxerunt. Quo accedit differentia Juris privati & Publici, tum in genere, tum in qualibet Republica, & diversus utriusque Juris Genius,

quem ipſe Imperator *Juſtinianus* agnovit *in* §. 4. *Inſt. de J. & J.* deſumto ex *l.* 1. §. 2. *ff. eodem.* & forſan, ſi Imperator Juſtinianus Inſtitutiones Juris Romani Publici ſcripſiſſet, alia methodo has tractaſſet. Rectius itaque videntur facere illi, qui in tractatione Juris Publici ſe non includunt cancellis iſtis Inſtitutionem Juris Romani privati Imperatoris *Juſtiniani*, ſed liberius incedunt, & methodum ſuam accommodant naturæ & indoli Juris publici, quam ſecuti optime *Bœclerus*, *Lampadius*, & alii quidam. Quod ſi examen juxta inſtituatur ſpeciale iſtius methodi, qua Jus publicum juxta Inſtitutiones Juris Romani privati Imperatoris *Juſtiniani* a quibusdam hactenus traditum eſt, deprehendemus notabilem alicubi rerum confuſionem, qua ex mala applicatione illius methodi quandoque a non nullis in Jure Publico ſub primo objecto, quod eſt Perſonarum, continentur illa, quæ ad ſecundum objectum, Juris Rerum ſcilicet, pertinent: & viciſſim ſub ſecundo objecto Juris quædam interdum tractantur, quæ ad primum objectum ſpectant: quod exemplis quibusdam oſtendere haud difficile eſſet, ſi prolixiores hoc loco eſſe vellemus. Iſta quoque methodo Inſtitutionum Juris Romani privati Imperatoris *Juſtiniani*, ſive æmulatione quadam Strauchii, eodem anno LXXIII. hujus ſeculi, prodierunt Francofurti ad Viadrum *Inſtitutiones Juris Publici Romani*, ex ipſis Receſſibus & Legibus Reipublicæ hujus fundamentalibus adornatæ, non appoſito quidem Authoris nomine, quem tamen *Johan. Fridericum Rhatium* eſſe, Anteceſſorem in Academia Viadrina, poſtea Electoris Brandenburgici Miniſtrum Status & Conſiliarium ſanctiorem, ſatis conſtat, Virum ſane de hoc ſtudio Juris publici undiquaque meritiſſimum: cui quidem non animus fuit ab initio publicare Inſtitutiones iſtas, quibus ipſe ſecundas operas adhibere haud potuit, impeditus variis iisque graviſſimis negotiis Reipublicæ, concedens tamen denique aliquid petitioni Bibliopolæ, & precibus amicorum, ut typis labor iſte imprimeretur, qui præſtans quidem ac utilis, non tamen ubique ſibi ſimilis eſt, ſi poſteriora prioribus jungantur: nulla quidem Autoris culpa, ſed ex rationibus modo dictis.

Eodem anno excuſæ quoque fuerunt Spiræ *Inſtitutiones Juris Publici* ſelectiſſimæ, ut appellantur, quaſi ſingulari opera & ſtudio *Nicolai Danckwerts* collectæ, quod nomen tamen confictum eſt, cum alius iſtarum Inſtitutionum, methodo quoque Inſtitutionum Juſtiniani Imperatoris conſcriptarum, Autor ſit *Philippus Reinhardus*

Vitriarius, JCtus & Antecessor in Academia Lugduni Batavorum celeberrimus, qui anno hujus seculi LXXXVI. suo nomine vero Institutiones istas Lugdoni Batavorum edidit, adactus necessitate quadam, ut plagium fictitii *Danckwertii*, Institutiones istas multis in locis inquinatas & corruptas protrudentis, vindicet. Qua de re videri potest præfatio prælaudati *Vitriarii* ad Lectorem, & *Sulpicius l. c. pag. 52. & 53.* pertinetque huc etiam Judicium paulo ante relatum de autoribus, qui Jus Publicum ad methodum Institutionum Juris Romani privati Imperatoris Justiniani conscripserunt. Nec vero inter vulgares Scriptores *Vitriarius* est referendus, sed inter cultiores omnino, & tales, qui prodierunt ex Schola & disciplina *Bœcleri*, cujus principia genuina & fontes limpidiores ille secatus est, plurimum in isto opere tanto Authori debens.

Referenda etiam est ad hanc classem Introductio, ut Autor appellat, in *Jus Publicum Imperii Romano Germanici novissimum*, Excellentiss. Dn. *Gabrielis Schwederi* JCti & Placitorum Feudalium in alma Academia Eberhardina Professoris celeberrimi, solida Juris hujus fundamenta ex ipsis fontibus quoque docte exhibens: de cujus instituto videatur Præfatio ejusdem ad Lectorem. Plus autem ipsa tractatio operis istius exhibet in principali argumento, quam titulus promittit. videatur *Sulpicius l. c. pag. 48. & seqq.* Prodiit haud ita dudum in istud opus *Schediasma* Dn. *Linckeri* JCti & Antecessoris in Academia Jenensi, suis quoque meritis conspicui: quod tamen dum alterius opus sub limam revocat, ipsum aliquoties hinc inde censuram meretur: uti ostendi facile posset, si instituti ratio illud hoc loco admitteret. Aliud judicium de isto Schwederiano opere prodiit nuper Jenæ in Epistola *Petri Mülleri* JCti, Juris Publici, & Feudal. Professoris item celeberrimi.

Non aliena plane hinc est *Henrici Kippingii* Methodus nova, Juris publici Theoremata & Commentarios, uti titulus refert libelli, proponens, quæstionesque quasdam resolvens, & Pacificationi Westphalicæ accommodans. De Scopo meditationum harum videatur Author *in præfatione ad Lectorem*, ubi putat se juris publici methodum novam descripsisse, in qua tamen nihil rari est, certe plus literaturæ & philosophiæ speculativæ, quam judicii usiusque practici.

Locus hic etiam dandus est *Doctrinæ Imperii Rom. Germanici hodierni* Tabulis comprehensæ, autore *Jacobo Thomasio*: quibus

calculum

calculum etiam nostrum adjicimus: præterquam quod in Tabula prima minus recte videatur asseri, quod ab Ottone III. Imp. obtinuerit electio Imperatorum. In Tabula XI. Jus extremæ Provocationis Cæsari competens bene est explicandum: & quod in Tabula XII. de Reservato Imperatoris Romani circa Magistratus militares asseritur, ex hodierna consuetudine, Capitulationibus, & Actis Comitialibus moderandum. Jus deponendi Imperatorem ad Tabulam XXXVIII. negandum. Superioritas territorialis Statuum Imperii aliter, atque in Tabula XL. fit, describenda. Officiorum Electoralium Investitura non ab Episcopo Bambergensi, ut in Tabula XLVII. ex Sprengero refertur, sed ab Imperatore & Imperio petenda: Restitutio immedietatis Ducum Wirtembergiæ non demum ex Pacificatione Monasteriensi uti male in Tabula LI. traditur, sed diu ante ex Transactione Pragensi, sub Rudolpho II. Imp. & Friderico Duce Wirtembergiæ, repetenda.

Nec improbanda est *S. Imperii Rom. Germ. Notitia in Nucleo* per *Tabellas* item repræsentata, a *Georg. Casp. Kirchmajero*, P. P. Acad. Witteberg. accurata in plerisque, præterquam, quod autor part. 1. pag. 5. inter requisita essentialia Status Imperii præter Sessionem & suffragium in Comitiis, minus accurate addit Superioritatem territorialem: & medietatis in Duce Wirtembergico pessime ibidem inter accidentia Status Imperii mentionem facit: & pag. 23. Nobilium Immedietatem non recte demum a tempore ruinæ Hohenstauffiorum familiæ, & Seculo XIII. repetat: & pag. 31. Jura quædam Ordinibus Imperii per modum Privilegiorum concessa refert, quæ rectius dicuntur illis competere potestate quadam propria & ordinaria, per leges Imperii universales data, perque consuetudinem, praxin & observantiam, recepta & approbata.

Non aliena hinc est, Idea Juris Publici in Tabulas quoque redacta, *Joannis Belizii, D.* cujus tamen sententia in Tabula I. ubi in Statu Imperii nostri mixto, Aristocraticum prævalere asserit, nobis non placet: & quæ in quæstione Octava ad eandem Tabulam, de distinctione inter Imperatoris potestatis summitatem & plenitudinem afferuntur obscure traduntur, & confuse, nec sine aliqua contradictione, ut apparet ex Quæst. 13. In Tabula II. Quæst. 10. *Imperium Imperatore majus esse*, periculosa loquendi formula asseritur, tracta male in hanc sententiam majestate reali. In Quæstione 22. ad eandem Tabulam minus recte traditur, vivo Imperatore Regem Romanum

eligi posse tantum in illo casu, quo Imperator consentiat tali Electioni. In Tabula III. Imperatorem per depositionem diademate Imperiali privari posse: quam sententiam repetit in Tabula V. & in Quæst. 26. ad eandem Tabulam, Imperatorem non solum de controversiis Principum circa sessionem & præcedentiam judicare posse. In Tabula IV. Originem Electorum Ottoni III. Imp. non bene adscribit. In cujus Tabulæ Quæstione 29. falso & impertinente plane pro exemplo repetit, quod Dux Wirtembergiæ Status Imperii quidem sit, Ducatum tamen non recipiat ab Imp. immediate, sed mediate a Domo Austriaca, quem illa immediate recipiat ab Imperat. & per subinfeudationem conferat Duci Wirtembergico: cui errori grandi, antea etiam a nobis refutato, totum mox seculum contradicit in Serenissima Domo Wirtembergica cum Pactis recentioribus & Investituris Imperatoris & Imperii publicis, quæ in contrarium sunt. In Tabula V. circa Electoris Bavariæ Jura quædam confundit, uti ex ipsa Quæstione 42. ad istam Tabulam apparet. In Tabula VI. de Comitibus Schwarzeburgicis, & Waldecciis, non per omnia recte statuit. In Tabula VII. Nobiles Immediatos olim ad Comitia vocatos non ut Status, sed tanquam Consiliarios tantum & Adjutores Principum: In Tabula VIII. Principem seu Statum Imperii tantum posse in suo territorio, quantum Imperator in Imperio: & illum Imperio & Imperatori fidelitatem tantum, non vero subjectionem jurare (quam tamen ipse deinde in Tab. XI. agnoscit) Ducatumque, Teccensem feudum fœmineum esse itidem minus bene docet.

VIII.

Systematum mediocrium Scriptores.

Præter hos sunt quidam mediocrium Systematum Scriptores: quos inter potissimum celebratur *Tobias Paurmeisterus*, cujus extat opus libris duobus distinctum, *de Jurisdictione Imperii Romani*, quem titulum magis ex consuetudine quorundam loquentium, (qui nomine Jurisdictionis generaliter nimis acceptæ omnia Imperii Jura intelligunt) quam ex argumenti conditione imposuit. Vir diligens, & gravis judicio, multoque rerum Imperii usu, & Archivorum tritura atque experientia exercitus, amans patriæ, non tamen sine omni studio partium: cæterum incomparabilis, si accuratior & plenior illi accessisset philosophia, cujus rationes non ubique sequitur; ita subinde cum vulgo locutus, etiam ubi periculum non abest, neque errores vulgares semper subterfugiens; de quo videatur *Sul-*

picius

picius l. c. pag. 60. ubi pretium illius, & quæ juxta in illo desiderentur, recenset, laudata Editione novissima *Joh. Eichelii.* Sane in Systematibus his Juris Publici non alio mallebat uti suo tempore *Bœclerus*, quam *Paurmeistero* hoc; quem ille non obscure contra aliorum opinionem recte præfert *Theodoro Reinkingio*, Scriptori etiam Systematico & Hypomnematico, qui sub titulo *Regiminis Secularis*, & *Ecclesiastici* Jus Publicum exequitur. Placuit ille vulgo ostentatione quadam multæ lectionis, & allegationis præsertim Juris privati, & novitate quadam methodi, habuitque ingentem ab initio famam, quam illi conciliarunt etiam magni Fautores, & familiaritas cum Principibus. Sed nævi sunt operis non ferendi, quos inter *Bœclerus l. c.* refert. 1. nimium studium partium, & manifestam assentationem, in magnum veritatis, rerum, & libertatis Germanicæ præjudicium, dum omnia ad hypothesin semel statutam, Rempublicam nostram esse Monarchicam, refert: vix alio hanc ita aperte audente affirmare. 2. Philosophiæ interioris, & profundæ imperitiam: quam nimis aperte etiam ubique prodit, & non ferendos errores per totum librum subinde admittit autor ille in ipsa principia Politica impingens: quod per partes ostendere facile esset. 3. Reipublicæ veteris & novæ faciem ubique confusam, quod ipsi inter artes vel mores fuit. 4. Historiam non ita tractatam sicut tractare debet is, qui Rempublicam suam nosse, & scribendo juvare ac ornare cupit. Addatur his judicium *Sulpicii l. c. pag. 62. & seqq.* ubi de hujus scriptoris laude, autoritate, subsidiis, & præstantia, quædam, sed non minus de apertis ejus nævis varia differit.

Refertur huc etiam *Matthias Stephani*, qui in Tractatu *de Jurisdictione* Publicum quoque Jus describere, ac docere voluit, non tamen magnam adeo laudem in hoc argumento meritus, destitutus quippe mediis necessariis, rerum distinctione, & præsidiorum apparatu: uti de illo judicat Sulpicius *l. c. pag. 62.* ubi par judicium de *Christoph. Besoldi* Commentationibus, eodem titulo *Jurisdictionis* adornatis, subjungit.

Accedit his *Hermanni Hermes* Fasciculus Juris Publici: qui Scriptor inter Pontificios post *Beckerum* ad hanc materiam etiam pertinet, multum eruditionis & judicii habens, afferensque ad hanc rem lumen Experientiæ; de suo tamen vix aliquid addens, verum judicia aliorum diligenter colligens, & conquisita judicio dirigens:

imprimis

imprimis autem hypothesi suæ serviens, & partibus studens, nec satis æquus nostris, & multa etiam habens, quæ pugnant cum Juribus Imperatoris. Videatur de hoc etiam Judicium *Sulpicii l. c. pag. 64.* qui hunc Autorem plura quidem quam cæteros religionis suæ asseclas præstitisse, sed nondum talia, ait, quæ seorsim & excellenter mereantur commendari.

Subjungi his potest Systema Juris Publici Romano Germanici opera & studio *Caroli Scharschmidii*, suum etiam comma ferens & pretium, cum imitatione quadam Bœcleri, multaque præclara continens, & gustum præbens majoris, quod excoli posset, operis. Politicam tamen etiam *cap. 1. membr. 1.* in quibusdam non ita bene a Jure Publico distinguens: & in *cap. 10. membr. 2.* de Majestate Imperii, quatenus est in ipso Imperio tanquam subjecto communi, juxta Majestatem Imperatoris eodem tempore, periculose differens: quod etiam facit cap. 30. ubi de majestate reali & personali non bene philosophatur; & in *cap. 16. membr. 3.* nondum solide per omnia refutat sententiam Bœcleri circa depositionem Cæsaris.

IX.

Scriptores qui ad Systematis modum prope accedunt.

Inter illos qui ad Systematis scriptionem putantur accedere, nec tamen revera Systema composuerunt, duos imprimis nominat *Bœclerus l. c. ad Ottonis Jus publicum pag. 26.* qui Studiosis Juris Publici tanquam principes commendandi sint, primum scil. *Petrum de Andlo*, Alsaticæ nobilitatis decus, Canonicum Colmariensem & Decretorum Doctorem, renascentibus literis, Seculo XV. florentem: cujus extant libri duo de *Imperio Romano*, Regis & Augusti creatione, inauguratione, administratione, officio & potestate Electorum, aliisque Imperii partibus, juribus, ritibus, & ceremoniis: Opusculum sæpius editum, & probatissimis notis *Marquardi Freheri* illustratum, magnæque apud omnes autoritatis, quantum quidem illi seculo convenire potest. Alterum *Bœclerus l. c.* seculo toto antiquiorem, in hoc ordine commendat *Lupoldum de Bebenburg*, Decretorum Doctorem, & tandem Episcopum Bambergensem, cujus est tractatus *de Juribus Regni & Imperii Romanorum;* quo quidem non aliam magis Juris publici partem exequitur, quam illam de translatione Imperii, & Juribus Imperatoris: in quem Scriptorem, cujus itidem pro conditione illius temporis magna est autoritas, extant quoque *Marqu. Freheri* notæ posthumæ, a *Berneggero* cum ipso *Lupoldo* editæ.

X. Se-

X.

Sequuntur Scriptores *Systematici* qui Jus Publicum totum majoribus operibus excoluerunt: quos inter primus de illo ita prolixè commentatus eſt, collectionis ubertate affluens *Dominicus Arumæus*, cujus extant collecta Volumina quinque hujus argumenti, & *Discursus*, qui partim ipſum, partim vero alios Autores habent, ut proinde non ſimplex judicium de illis eſſe poſſit; non omnes enim illorum ſunt adeo accurati: prævalent tamen, qui magna diligentia ſunt ſcripti, in *Auream Bullam*, & Tractatus *de Comitiis*. Cæterum deſideratur in Arumæo notitia rerum antiquarum, tum cognitio Philoſophiæ: reperiasque multa apud illum de plano arrepta, aut partium ſtudio imbuta, aut confuſe tradita, ut hujus ſcriptis nemo ſolum poſſit niti: unde juverit, monente *Bœclero*, *Arumæum* conferre cum *Limnæo*, illius diſcipulo, & ex mutua collatione rei ipſius genium dijudicare. Manet tamen hæc præcipua laus *Arumæum*, quod is primus ſtudium Juris Publici, diu ignoratum, in Scholas reduxiſſe, & aliorum ingenia ad ulteriorem culturam illius provocaſſe viſus fuerit: quanquam etiam quinque illius Volumina alicubi generalia nimis, & ad ſtatum Imperii haud præciſe pertinentia argumenta, contineant. Videatur *Sulpicius l. c. pag. 71. & ſeqq.* ubi plura de hoc Autore.

Scriptores Systematici majorum Operum.

Et præfato *Joh. Limnæo* quidem nemo in hoc genere Scriptorum, judicio *Bœcleri l. c.* anteponendus eſt: Ille enim præſtantiſſimus Vir multa experientia & φιλοπονία in *Tomis Juris publici* diligentiſſime & luculentiſſime, magna copia eximius, collegit pleraque, & in *Tomis Additionum* ſupplevit: in quibus induſtria & Notitia Rerum Germanicarum incomparabilis, major tamen in poſterioribus, quam prioribus conſpicitur, & inſignis quædam libertas ſcribendi laudatur, ob quam etiam *Annotationes* illius in *Capitulationes Imperatorum & Regum Rom. Germanorum* proſcriptæ publice eſſent, niſi autoritas *Marchionis Brandenburgici* interceſſiſſet. Quanquam autem ſtudio partium videatur eſſe vacuus Limnæus, tamen in Republica noſtra fovit Optimatum Statum, a *Bodino* ſugillatum: in qua controverſia ipſe non rectè verſatur circa diſtinctionem inter formam ſive ſtatum Reipublicæ, & inter adminiſtrationem Status: *Conringius* etiam in illo deſiderat peritiam rerum veteris Hiſtoriæ, & quod antiqua confundat cum novis: & *Bœclerus* ipſe fatetur, quod in Philoſophia (cujus lumine interiore deſtitutus ſæpe fallebatur) ſi quan-

do disputatio subtilior incidat, non semper adeò accuratus sit. Cæterum quale judicium *Severini de Monzambano* de illo fuerit, constat ex illius libello *de Statu Imperii Germanici.* Voluit occurrere moli hujus Autoris *Philippus Andreas Oldenburgerus*, in *Limnæo*, ut vocat, *Enucleato*, cui suas inspersit notas, subinde quoque instar sarcinæ: majus operæ pretium facturus, si Autoris hujus, qui in aliud compendium redigi posset, principia & sententias pressius examinasset, & diligentius correxisset. Novissimè *Ahasverus Fritschius* de Jure Publico *Limnæi* bene meritus est, edendo ad illud Tomum novum ac Tertium Additionum, cui varia Acta, & monumenta publica ex præsentibus Comitiis quoque desumta, utilissimè inseruit, junctis Annotationibus ad *Instrumentum Pacis Westphalicæ*, & Tabulis *Pacis Neomagiensis.* Sed de *Limnæo* plura magno favore scripta v. apud *Sulpicium l. c. pag. 76. & seqq.* ubi respondet nonnihil censuræ *Severini de Monzambano*, & judicium verum addit de *Oldenburgeri Limnæo Enucleato.*

Tertius his jungi debet, observationum cura laudandus *Justus Sinolt*, cognomento *Schütz*, Professor Academiæ Giessensis primarius, & Cancellarius, Vir literatissimus, & magnis negotiis adhibitus, multisque legationibus ad Comitia Imperii, variasque Principum Aulas defunctus. Edidit is *Collegium publicum de Statu Rei Romanæ*, duobus Voluminibus comprehensum: in quo multa egregiè collecta, partim etiam observata, & disquisita sunt: quoniam tamen ipse non omnia conscripsit, sed Candidatis Juris, quos libris instruxit, quique etiam interdum manum operi admoverunt, compilanda varia dedit, ideò Disputationes illæ non sunt unius generis, habentque quædam vulgaria, quæ in aliis quoque Scriptoribus Juris Publici notari solent: quanquam Præses harum judicium suum elaboratis etiam adhibuerit, & quædam tum temporis nondum reperta ex propria experientia iisdem addiderit. Scripsit autem idem Author Supplementa quoque præclara in opus illud jam perfectum, ex tractatione publicorum negotiorum decerpta, verum hactenus inedita: Sed & filius tali Patre dignus *Johan. Helvicus Schüzius* cum adhuc Professor in Academia Giessensi esset, de suis quædam paterno operi adjunxit, quæ tum ab aliis, tùm a Magnifico Domino *Erico Mauritio*, sub nomine *Manuscriptarum Positionum Juris Publici* laudantur: qui labor ab eodem Helvico continuatus fuit, postquam ipse inter Consiliarios Judicii Imperialis Aulici, & deinceps Cancellarius Ducis Brun-

Brunſvico-Luneburgici in Aula Cellenſi adlectus eſſet. Poſtea *Carolus Scharſchmidius* novam totius operis *Schiiziani* editionem paucis ab hinc annis paravit, additis quibusdam Annotationibus ſuis. vid. *Sulpicius l. c. pag. 73. & ſeqq.*

Pertinet huc aliqua ratione etiam *Chriſtiani Gaſtelii* Tractatus de *Statu Publico Europæ noviſſimo:* aliorum quidem etiam Regnorum deſcriptiones, ſed breviores continens, at in noſtræ Reipublicæ deſignatione maximè occupatus: in quo quid æſtimandum, quid minus, mox apparet: laudanda cæteroquin Authoris induſtria utilis, quam commendat etiam *Sulpicius l. c. pag. 84.*

Quòd ſi prælaudati Domini *Erici Mauritii* Commentarius Juris Publici quem in hac Academia *Eberhardina* etiam moliebatur, abſolutus eſſet, inque lucem publicam prodiret, haberet ille utique inter hæc majora Volumina, de quibus hoc loco ſermo, præcipuum quoque locum. Quemadmodum autem ex ungue Leonem, ſic ex ſpecimine quodam operis illius, quod publice extat, & *de Principiis Juris Publici Germanici*, inſcribitur, totum licet æſtimare: quali etiam in pretio tanti Viri *Diſſertationes* reliquæ ad varias illuſtres Juris Publici materias merito æſtimandæ ſunt,

XI.

Scriptores qui per modum Collectionis Hiſtoricæ huc pertinent.

Non alieni quoque hinc ſunt, qui per modum collectionis Hiſtoricæ autoritatem aliquam in Jure Publico nacti ſunt: in qua Claſſe *Bœclerus l. c.* memorat *Franciſcum Irenicum* in Exegeſi rerum Germanicarum; qui Autor claruit ſub Maximiliano I. Imper. illiusque opus duodecim libris comprehenſum multa autoritate in argumentis Juris Publici convaluit. vid. Gerhard. Jo. Voſſius *de Hiſtoricis Latinis lib. 3. cap. 10.* Huc præter Lehmanni *Chronicon Spirenſe*, de quo antea dictum, refert etiam Bœclerus, *Marſilii Patavini* ſcriptoris celeberrimi, *Defenſorem Pacis:* quo ſcripto Jura Imperatoris potiſſimum aſſeruntur.

XII.

Scriptores ſingularium argumentorum.

Sequuntur jam *Scriptores argumentorum ſingularium* quorum adeo multi ſunt, ut nominare ſingulos nimis longum foret, & nec hujus loci, nec noſtri Inſtituti. Specimen aliquod illorum exhibuit quoque *Bœclerus* in conſignatione ſupra citata, juxta ſeriem materiarum, quæ recenſio tamen quotidie novis ſcriptoribus etiam cum ætate poſtea aucta eſt, & adhuc augetur. Pertinent huc quoque illorum labores, qui vel ſuas, vel aliorum de diverſis Juris Publici argu-

mentis habitas Dissertationes uno sæpius Volumine exhibuerunt, instituto omnino utili, & quod probat etiam *Sulpicius l. c. pag. 88.* Ad qualia opera referri debent, *Nucleus Juris Publici* Giessæ olim, & alibi quoque editus: *Ahasveri Fritschii* Exercitationum variarum Juris Publici volumina quatuor partibus comprehensa: & opuscula varia XLVII. nuper uno volumine edita: *Conradi Biermanni* Commentarii tribus Tomis Hanoviæ editi: *Disputationes Basileenses*, quæ etiam aliqua hujus generis in se continent: *Repræsentatio Reipublicæ Romano Germanicæ*, Noribergæ edita. Ne quid dicamus de variis Dissertationibus *Strauchij*, *Conringij*, *Rhetij*, &c. in quibus potiora Juris Publici capita etiam pertractantur.

Justi autem Tractatus formam habet in hac classe Scriptorum libellus *Nicolai Myleri ab Ehrenbach*, de Principibus & Statibus Imperii Rom. Germanici, suo pretio æstimandus, nec debita laude fraudendus: sed qui totius Juris Publici argumentum non exhaurit, verum partem illius tantum, licet nobilissimam, tractat; quem in materia de forma sive Statu Imperii præcipue etiam probat Bœclerus *in Notitia Imperii lib. 22. cap. 2.* Addatur judicium de illo *Sulpicij* in cit. Dissertatione pag. 37. & 38. ubi refert, quod libellus iste usurpatus sit in Aulis etiam Magnatum, erudiendis, ac ad Regimen publicum formandis Principibus Juventutis; quos inter idem studiis *Serenissimorum Wirtembergiæ Ducum* CAROLI MAXIMILIANI, GEORGII FRIDERICI beatissimæ memoriæ, & LUDOVICI in *Illustri Collegio* hoc, sub moderatione Professoria *Præsidis* hujus Dissertationis inserviit. Consiliariis certe, ac omnibus aliis in publica negotiorum administatione constitutis idem prælaudatus Author tum citato libello, tum aliis suis in vulgus editis operibus notissimis Juris Publici, & practicis, præsidium utile præbere potest: cujus Commentarii posthumi in citatum libellum *de Principibus & Statibus Imperij* edendi & obtinendi spem nondum omnem deponimus, ex quo multarum quæstionum & controversiarum majorum, examinatis utrinque rationibus, deductionem, judiciumque de his, quod aliquoties antea suspendebatur, uberius & apertius peti poterit.

XIII.

Rerum Cameralium Compilatores.

Sed & *in Rerum Cameralium*, ut appellantur, *Compilatoribus*, qui Vota, Consultationes, Relationes, Observationes, Consuetudines, Decisiones, Sententias, & integrum Processum Supremi Imperii Judicii, quod paucis ab hinc annis tristi fato *Spira Nemetum* translatum

tum est *Wezlariam*, collegerunt & descripserunt, multa extant argumenta, ad hanc Disciplinam Notitiæ Imperii pertinentia, non quidem methodice, ut vocant, sed practice, & pro renata tractata, atque occasione controversiarum inter Status Imperii actarum, secundum usum forensem adornata; quæ non tantum ad Jus Civile privatum, sed pleraque ad publicum Imperii pertinent, cujus certamen aliquod Ingeniorum in illis rebus dijudicandis cernitur inter Judicii illius Supremi Assessores: qui etiam ex notitia Juris Publici Imperii nostri potissimum præsentari, & eligi solent. Quò etiam spectant verba *Rachelij* in Introductione ad Jus Publicum Germanicum cap. 9. pag. 48. *Etsi in Judiciis quæ agitantur controversiæ, privatos plerumque concernant, ipsum tamen Judicium, & processus Judiciarius quomodo sit constitutus, Statum publicum civitatis afficit.* Inter hos Scriptores, præter famosissima *Gailij* & *Mynsingeri* in *Observationibus* nomina, eminent, *Adrianus Gillmannus*, qui Symphoremata quinque Tomis contenta conscripsit, (sextum Tomum illis addente *Paulo Matthia Wehnero*) *Johannes Meichsnerus* in Decisionibus, quas in quatuor Tomos disposuit. *Nicolaus Cisnerus*: *Petrus Denaisius* in Jure Camerali: *Christianus Barthius*: *Raphael Seilerus* in Sententiis Cameralibus: *Tillemannus de Benignis* in Observationibus & Decisionibus Cameræ Imperialis: *Casparis Klockii* Relationes, Vota Decisiones, & Res in Camerâ Imperiali ab Anno 1600. judicatæ. *Magenhorstius* in Ordinationem Cameræ: & *Gambsius* Advocatus Cameralis in Recessum novissimum Imperii. Quibus addi possunt *Guilielmi Rhodingij* Pandectæ Camerales: *Jacobi Blumij* Processus Cameralis, & aliorum, præsertim etiam *Reusneri*, & *Deckeri* in hac materia scripta notissima: quibus accensendi, *Wehnerus* in Commentar. ad Ordinationem Judicii Imperialis Aulici, & Rotwilensis: *Mevius* in Decisionibus Summi Tribunalis Regii, quod est Wismariæ: & *Uffenbachius* de Consilio Cæsareo Imperiali Aulico. Sed & referri huc possunt Consilia quorundam JCtorum de Rebus ad publicum Imperii Statum pertinentibus subinde lata: qualia sunt *Klockiana*, toto præsertim Tomo ultimo, & præter *Argentoratensia*, etiam *Marpurgensia*, & *Tubingensia*.

XIV.

Ultimo loco recensendi etiam sunt in hac Disciplina Notitiæ Imperii nostri, inter Magistros mutos, *Subsidiarij Libri*, quos *Bœclerus* in Notit. Imp. lib. I. cap. 4. paucis attingit: *Sulpicius* autem in *Subsidiarii Libri.*

cit. Differt. pag. 91. &c. paulo latius indicat, & ex illis aliquos ad vetustiora, nonnullos ad præsentia magis, disciplinam suam accommodasse scribit. Ad prioris generis classem refert ipse *Friderici Lindenbrogij* Glossarium: & similes labores *Meursii, Rigaltij, Wendelini, Watsii, Vossii*, ut & *Speelmanni* Archæologiam: *Goldasti* Vocabularium Alemannicum: *Wilhelmi Somneri* Dictionarium: *Caroli du Fresne* Glossarium Latino Barbarum.

Lexicographi Juris Publici. Ad posterioris generis Classem pertinent Lexicographi quidam Juris Publici propria tempora magis respicientes; quos inter laudandus præcipue est *Paulus Wehnerus* in Observationibus Practicis, Vir doctissimus, & Rerum Germanicarum peritissimus; cujus omnia scripta, probata in publicum, tulerunt calculum Eruditorum. Vid. *Sulpicius l. c. pag. 92.*

Post *Wehnerum* hoc loco nominandus est *Christophorus Besoldus*, in Thesauro Practico, collectionis ubertate quidem major *Wehnero*, sed judicio, ordine, ac selectu minor: in quem Supplementa & continuationem scripsit *Christ. Lud. Dietherrus:* & novissime *Fritschius.*

Sed & *Joh. Jacobi Speidelii* Speculum Observationum pro continuatione quadam operis istius Besoldiani haberi debet: a quo Collectore inserta quoque sunt Speculo isti monumenta quædam inedita, quæ ut maxime necessaria commendantur. Nec reticenda hoc loco est ejusdem Autoris *Sylloge* Quæstionum, Consulationum Definitionum & Decisionum Juridicarum & Politicarum, cujus ultima manu infinitis in locis correctæ emendatæ & auctæ editionem locupletiorem & concinniorem Vir Magnificus *Dn. Joh. Jacobus Curtius* JCtus Celeberrimus, & Serenissimi Wirtembergicæ Ducis Secretior Regiminis Consiliarius, atque Pro-Cancellarius, Feudorumque Præpositus, tot meritis dudum gravissimus, hactenus singulari cura, & magno lobore adornavit, Operisque jam ultra dimidium absoluti desiderio Orbem publicum ac eruditum sibi devinctum tenet.

Subjungendum his est *Ahasveri Fritschij* Manuale Jurisprudentiæ publicæ, magna jam parte auctum, & ex Scriptoribus melioris notæ concinnatum.

Locum etiam in hac Classe sibi vindicat *Dn. Franciscus Frid. ab Andler*, in Corpore Constitutionum Imperii, quod instar locorum communium, & Indicis cujusdam in Jure Publico Imperii nostri, servire potest. Cujus Authoris *Jurisprudentia publica & privata*, laudanda

danda etiam hoc loco venit, modo plures illius Titulos haberemus. Hisce ingentem cumulum facile esset adjicere ex Tractationibus Comitialibus, & Cameralibus: ex quibus quisque propria industria sibi Indicem ejusmodi facere, collectione singularum materiarum sub certis titulis instituta, posset: unde inter hæc Subsidia magnus usus sperandus.

Prodiit etiam non ita pridem ingens & sua laude dignum opus Nobiliss. Dn. *Jac. Bernh. Multzen a Super. Schönfeld*, cum Titulo *Repræsentatio Majestatis Imperatoriæ per singula ejus Jura.* Cui augusto argumento absit longissime ut quisquam Imperii civis vel minimum quid detrahat: principia tamen quædam, & rationes quibus Author ille passim utitur, tum in Præfatione, & Prolegomenis, tum in reliquis partibus istius operis, in Materia de Majestate, & Statibus Imperii, (unde judicium fieri debet de forma Reipublicæ nostræ, in qua ille optime quidem unitatem servat, ac defendit) & alibi, non ubique ita solidæ sunt, quæ non accuratius examen mereantur.

XV.

Constat denique Disciplina Notitiæ Imperii, de qua hactenus sermo, *Usu & Exercitatione*, adeoque experientia rerum Civilium in Imperio, tanquam fortissima Magistra: quam pluribus laudare ad præsens institutum, esset soli lucem fœnerari. Illius sane beneficio comperiuntur multa in hoc argumento nostro, quæ non nisi sub speciminibus singularibus declarari, & in ipsa tractatione negotiorum ostendi, ac doceri possunt. Suntque per universum hoc opus plurima, quæ revera scriptis non attinguntur, aut in publicum proferuntur, uti docte & prudenter ait *Bœclerus* in Notitia S. R. Imperii l. c. pag. 15. Quare adeo necessaria est ad Disciplinam Notitiæ hujus parandam illa Experientia rerum, & Commercium cum Viris pragmaticis, usuque rerum spectatis, etiam per peregrinationes, literas, & Colloquia familiaria. Quæ omnia quomodo instituenda, & obtinenda, monstrat *Lipsius* in Epistola ad *Philippum Lannoyum*, & *Bœclerus* in Dissertatione *de Peregrinatione Germanici Cæsaris:* quibus addi potest *Sulpicius* in cit. Dissertat. pag. 96. seqq. ubi etiam de Exercitatione & Usu, qui omnium Magistrorum præcepta in hac quoque Disciplina superat, quædam notatu digna observat, & juxta de Subsidiis Germanicæ Historiæ, quæ huc pertinent, edisserit.

Usus & Exercitatio.

XVI.

XVI.

Fundamentis & principiis hujus Disciplinæ adduntur Quæstiones quædam.

I. An Notitia hæc possit haberi ex Jure Civili Rom. privato?

Ostensis ita fundamentis & principiis Disciplinæ, quæ nobis proposita, addimus ad intelligendam amplius indolem illius, Quæstiones quasdam, quibus etiam locum dedit *Bœclerus* in Notitia S. R. Imp. l. c. pag. 16. quos inter prima hæc est: *An Notitia Imperij possit haberi ex Jure Civili Romano privato, ac Voluminibus antiquis, quæ eo pertinent?* Id quod maximam partem negandum, non minus ac de Jure Publico id negat *Cravetta* Consil. 906. n. 4. ibi: *In decisionibus causarum is status semper attendendus est, qui nunc est, non qui olim fuit, aut futurus est.* vid. Autor der Donawertischen Information, *Sebastianus Faber* JC. Vice-Cancellarius Wirtemberg. *Lehmannus* in Chronico Spirensi l. c. cap. 4. *Heigius* part. 1. quæst. 7. *Waremundus ab Ehrenberg* lib. 1. de fœder. c. 1. n. 104. *Besoldus* de Jurisdictione Rom. Imp. p. 2. *Limnæus* de Jure Publico Imper. Romani libr. 1. cap. 3. Jus autem Publicum esse partem Notitiæ Imperii, neque ita late patere, atque hanc, dictum est supra. Et illud Jus Publicum antiquum quod in Jure Romano Civili continetur libris Pandectarum, & Codicis Justiniani Imp. prioribus, & posterioribus, quodque *Julius Cæsar Bulengerus* excoluit adeo diligenter & erudite, atque *Jacobus Gutherius* ex textibus Codicis Theodosiani & Justinianei collegit, ad Notitiam hodierni Imperii, nec per omnia pertinere, nec sine incommodis & absurditatibus ubique applicari posse, recte cum aliis tradit *Bœclerus* l. c. ubi addit, ea quæ de cætero ex Jure Civili privato afferuntur, non nisi ad particulam Notitiæ Imperii modernæ, & quidem sæpe per comparationem, pertinere.

Vitandi itaque sunt, qui in hac quæstione nimium tribuunt Juri Civili antiquo Romano, quique omnia quæ in illo dicuntur de Imperatore & Principe Romano, deque Præfectis Prætorio, Præsidibus Provinciarum, & Magistratibus, sine omni judicio, & temere prorsus atque absurde, traducunt ad Imperatores nostros hodiernos, (qui non ita Monarchice imperant ut primi illi) maleque applicant ad Principes & Status Imperii modernos, qui longe majore gaudent potestate ac dignitate quam ullus Magistratus olim Romanus. Alii autem, qui prorsus hic eliminant Juris Civilis Rom. considerationem, etiam non sunt ferendi: habet enim Jus Civile Romanum privatum suum etiam usum in hac ipsa Notitia Imperii, si sobrie cum illa, & cum Jure Publico conjungatur, præsertim in Judiciis, & actionibus instituendis, quibus Jus prosequimur: cujus rei specimen

cimen insigne dedit *Ludolphus Hugo*, in Tractatu de Statu Regionum Germaniæ. Hinc & Assessores Cameræ Imperialis juramento adstringuntur ad Romanum Jus Civile, illiusque observationem, scilicet ube deficiunt Statuta provincialia, & locorum, moresque & consuetudines horundem, nec non praxis & observantia in terris Imperii. Itaque in hac quæstione media incedendum est via: ita scilicet, ut in dirimendis controversiis nostræ Reipublicæ semper proprium Jus præferatur peregrino, nec antiquum illud Romanum ita absolute respiciatur, sed hujus usus moderate adhibeatur, si nimirum cessante Jure hodierno nostris rebus conveniat, & praxi fuerit receptum: unde prudentia opus, qua dispiciendum, an, & ubi & quomodo Jus illud Romanum admitti queat. Est & artificium aliquod eruendi ex Jure Germanico privato, quæ ad Jus publicum pertinent, ex intellectis sc. penetratisque Nomotheticæ prudentiæ rationibus, uti innuit *Bœclerus* ad Ottonis Dissertationem de Jure publ. pag. 4. Addi his potest *Manzius* parte prima Juris publici tit. 1. §. 5. ubi, unde petenda cognitio Juris Publici, disquirit, & ex Jure Publico Rom. quædam ad nos profecta, quædam omnino abrogata esse, rectè ait, adeoque de Imperatoris, & Principum Imperii hodierna potestate, aliisque similibus controversiis, ex Jure Justinianeo decisionem haud petendam esse tradit. *Non pauca quidem tractantur in Pandectis & Codice de Jure publico*, ait ille, *uti sunt tituli de magistratibus, de Jurisdictione, de Judiciis, de jure fisci, de re militari, ad municipalem, de legationibus, de operibus publicis, de rebus ad Remp. pertinentibus. Nihilominus quia Imperii Romani hodie longe alia est facies quam fuit olim tempore Justiniani Imp. ideo illud Jus publicum quod in corpore Juris, præsertim vero lib. ff. J. Cod. ac præcipue tribus posterioribus Codicis libris, & aliquot Novellis habetur, veteri Rep. mutata, magnam pariter passum est mutationem. Besoldus* de Jurisdict. Imp. Rom. in præfat. quæst. 10. *Beckerus* in procem. Synopseos Juris publici. *Limnæus* in prolegomenis ad Capitulat. Impp. Sect. 8.

XVII.

Altera jam Quæstio hoc loco occurrit: *Ex quibus principiis Notitia Imperii comparetur?* Ubi etiam apparet, quantum intersit inter id, quod Juris publici nomine proprie venit, & inter accuratam Notitiam Imperii, quæ ipso Jure publico longè latior & diffusior est, uti aliquoties jam dictum. Et de Jure publico quidem rectè non minus ac de Jure privato in §. 4 *J. de J. & J.* etiam dicitur quod collectum, sit ex

II. Ex quibus principiis Notitia Imperii comparetur?

Jure naturali, Gentium,& Civili. *Gœddeus ad l. 6. in princ. ff. de V. S. Hunnius* Var. Resol. lib. 1. t. 21. quæst. 28. *Bachovius ad Treutlerum* Disp. 1. part. 1. Th. 6. & 8. *Schüzius* in Collegio Jur. Pub. Disp. 1. th. 5. Id quod de Jure Publico nostri Imperii Romano-Germanici peculiaribus Disputationibus in Academia hac ostendit quoque sæpe laudatus Magnificus *Mauritius.* Sed hoc non potest æque dici de Notitia Imperii nostri universim, quæ maxime in singularibus consistit: qualia ignorat universale illud Naturæ,& Gentium Jus: quanquam utrumque illud Notitiæ huic non contrarietur: sicut nec Jus Civile. Quemadmodum igitur quælibet Disciplina habet sua propria fundamenta & principia quibus nititur: Ita Notitia hæc constat quoque *ex domesticis principiis*, quæ sunt *Historia*, & *Politica.* Ut enim sciatur quomodo singula se habeant in Imperio nostro, Historici operis est, ut autem, quomodo ista judicari debeant, intelligatur, Politici judicii est. Interim non plane possunt segregari Jus Naturæ, Gentium, & Civile, a Republica nostra Rom. Germanica, ejusque Notitia. Cum enim Civitas sit species perfectissima societatis, ejusque naturalis: omnis autem ejusmodi Societas Juris naturalis vinculo contineatur, merito nostra quoque Civitas & Respublica pro fundamento habet Jus naturale, ut & Jus Gentium: cum præsertim Gens nostra Germanica per tot Secula inter moratiores Gentes Europæ emineat. Interim tamen Notitia Reipublicæ nostræ, de qua hoc loco sermo, ex his juribus proxime peti non potest: sed propius huc spectant, uti dictum, Historiarum, & in his venerandæ etiam Antiquitatis, scientia, & præcepta Politicæ generalis. Pertinent huc omninò verba *Sulpicii* in citata sæpius Dissertatione p. 56. *Verum est Historiam & Politicam, sive principa cum* Bœclero, *sive adminicula Juris publici cum* Praschio *dicere velis, certissima fundamenta esse, quibus universæ hujus, cui operamur, disciplinæ contextus, feliciter inædificetur: atque horum minus accuratam tractationem causam esse, quod Jus Publicum non satis sit excultum*, *idem* Praschius *de JCto vero & personato p. 143. ostendit, imo ex neglectu illorum studiorum omnia ferè mala, quæ Germaniam nunc affligunt, oriri, ex meliori autem cultu fortunatiorem statum sperari debere, profiteri ausus est, ac demonstrare sustinuit* Conringius, *de Historia quidem* in Præfatione ad Taciti Germaniam, *de politica verò*, in Epistola Giphanii Politicorum Aristotelicorum Interpretationi, *præfixa.* Quemadmodum autem hoc loco iterum

Principia illius domestica, Historia & Politica: non remoto plane hinc Jure Naturæ, Gentium, & Civili.

occurrit

occurrit differentia Notitiæ Imperii, & Juris publici Germanici: ita Principia Juris Publici Germanici bene cum *Rachelio* in Introduct. ad Jus Publ. Germ. distingui possunt in *Principia essendi*, quæ Jus illud publicum ceu partes ejus essentiales constituunt: & in *Principia cognoscendi*, quorum adminiculo Jus illud rectius ac plenius intelligi & sciri potest. Ex quibus *Principia essendi* iterum considerari possunt vel ut *Communia* quibus sc. etiam aliarum Rerum publicarum Status & Jus publicum ordinatur: & fulcitur, ut sunt Jus Naturæ, Jus Gentium: et suo modo quoque Jus Feudale: vel *ut Propria:* quæ Germania sibi in suum usum publicum, sua voluntate, & publica autoritate, peculiariter scivit: ut sunt leges arbitriar, ab iis conditæ, vel approbatæ, penes quos est Legislatoria in Germania potestas, vel jura non scripta, usus, consuetudo, praxis, & observantia Imperii **Deß Reichs Herkommen**, de qua vid. Dissertatio prælaudati Dn. *Kulpisii* & de principiis istis universim ac sigilatim legendus *Rachelius* in Introd. ad Jus publ. Germ. c. 5. & seqq. qui *cap. 11. l. c.* inter *Principia cognoscendi* Jus publicum Germanicum, refert *Cognitionem Historicam*, eamque etiam Genealogicam, Geographicam, Chronologicam*:* quia, ut ait, Historia, aut Scriptores ejus, non faciunt Jus publicum, sed leges vel scriptæ, vel non scriptæ, de quibus testimonium perhibeant Historici. De qua sententia serram contentionis non movebimus cum Rachelio. Sed si de Notitia Imperii, quatenus illa a Jure Publico diversa est, sermo sit, ad illius Principia non cognoscendi solum, sed & essendi, referri potest Historia. Quod autem Politicam attinet, illa non tantum inter adminicula cum *Praschio* & *Rachelio* l. c. cap. 16. nec solum inter Principia cognoscendi, sed & essendi, tam Juris Publici, quam Notitiæ Imperii, nostra sententia referri potest.

G Principia Juris Publici Germ. alia essendi, alia cognoscendi: alia Communia, alia propria.

XVIII.

Et Historias quidem quod spectat amplius, habent illæ magnam vim probandi, teste *Balbo* in *l. 1. ff. de Offic. Quæst. Menochio* in Consil. 1. num. 272. *Natta* Consil. 636. num 91. quippe quæ notorium inducunt. *Mascardus* de Probationibus Concluss. 287. *Glossa* in c. *placuit Distinct. 16.* ut adeo scientiæ juris omnino jungenda sit cognitio Historiarum: ne illarum ignorantia damnum, quod sæpe Principes, & Respublicæ cum maximo detrimento experiebantur, afferat: ita ut dolendum sit cum *Schüzio* in Colleg. Jus Public. l. c.

Vis Historiarum ad probandum.

th. 13. quod Studiosa Juventus non jucundissimum modo, sed & utilissimum atque necessarium hoc studium in Academiis segnius plerumque tractet. Præcepta autem Politicæ generalis Notitia hæc Imperii eatenus applicat, quatenus Status & leges Reipublicæ nostræ patiuntur, uti bene loquitur *Schützius* l. c. ubi cum *Wahremundo ab Ehrenberg* recte etiam ridet illos, qui putant ex idea Platonis & Aristotelis, adeoque in foro solum Scholastico, Rempublicam nostram regi posse, quæ suis juribus, Philosophis istis ignotis, gaudeat.

XIX.

Quomodo ad hanc Disciplinam Historiarum cognitio haurienda.

Cum igitur beneficio Historiæ & Politicæ Notitiam hanc Imperii impetremus, & ad illam duabus his alis certissimis subvolemus, ut cum *Bœclero*, (quem ducem in hac materia elegimus, & cujus *Notitia Sacri Romani Imperii*, etiam ubi a nobis specialiter non nominatur, laudatur, illudque insigne elogium apud *Sulpicium* in cit. Dissertat. p. 55. & seqq. calculumque per totum Imperium meretur) loquamur, quæritur cum eodem amplius tertio loco: *Quomodo ad hanc Disciplinam Historiarum cognitio haurienda sit?* Qua in re opus est cautionibus, & delectu Historicorum: in quibus præferendi sunt, qui maturo & exacto judicio scripserunt, quique coævi rebus gestis, & actionibus ipsis interfuerunt: & quæ alia attendenda sunt, notata ab illis, qui Methodum legendæ Historiæ scripserunt, quales *Bodinus*, *Reineccius*, *Chytraus*, & plures, in Belgio etiam, Scriptores in unum opus collecti. Cognitio autem Historiæ Universalis & omnigenæ ut ad alia multa, ita & hic utilissima est, a qua ordiendum maxime, & ad quam fideliter discendam commendatur quoque *Chronicon Carionis*: in quo exornando operam locarunt *Phil. Melanchton*, & generalius *Peuserus*: habeturque in illo libro egregia ubique narratio rerum Germanicarum, cujus vel solum procemium continent epitomen Historiæ. Sed & proficua hos ad usus est Historia *Cluverii*, qui res Germaniæ satis exacte tradidit: nec contemnendus libellus *Stratemanni*, qui inprimis Historiam post Christum natum accurate scripsit. vid. de Utilitate ex Historiæ universalis compositione, Dissertatio doctissima *Bœcleri*.

XX.

Attendenda hoc loco primum Historia Do-

Præcipue autem spectanda hic Historia *Domestica*, id est Germanica: quam *Bœclerus* in Notitia Imperii l. c. p. 17. iterum optime partitur: quod tractari possit I. per Opera *Isagogica*, & Generalia:

ralia : in quo genere refertur *Huldritus Mutius*, qui ſcripſit libros XXXI. de rebus Germaniæ memorabilibus ; Hiſtoriumque ſuam ab antiquiſſimo tempore usque ad Seculi ſuperioris medium perduxit, habetque multa egregia, ita ut opus illud tanquam viri eruditi ſcriptum a doctiſſimis commendetur meritò : quo propius autem ad ſua tempora ſolet accedere, eo accuratius ſcribit Hiſtoriam Germaniæ, ut fere ſolet contingere. Sed habuit autorem hunc majorem quam debebat *Theodorus Grasvvinckelius*, in Libertate Veneta, in quo libro præter *Mutium* neminem ex Scriptoribus citat : qui etſi maxima laude dignus, tamen nemo ut fundum Hiſtoriæ illum ſolum allegare debet ; itaque irriſus eſt ab eruditis *Grasvvinckelius*, qui peccavit in principium Hiſtoricum, & officium viri eruditi, cujus eſt unum quemque ſuo pretio æſtimare. *Mutio* autem in Hiſtoria Germaniæ bene jungi poteſt *P. Bertius* in Commentariis Rerum Germanicarum, dignus quoque qui huc referatur, ob cauſas, quæ legentibus illud opus haud vulgare mox apparebunt.

meſtica, id eſt Germanica : Quomodo illa tractari poſſit.

I. per Opera Iſagogica, & Generalia.

II. Tractari Hiſtoria Germaniæ bene poteſt, *per Seriem temporum* : quo pertinet Directorium *Marci Freheri*, quod *Rachelius* Introductioni ſuæ ad Jus publicum Germanicum inſeruit : ubi accurate notati ſunt omnes Scriptores, qui poſt Chriſtum natum conſignarunt Res Germaniæ, quique usque ad annum Seculi noſtri Septuageſimum tertium pertingunt. Sed & illam ſeriem Temporum egregiè, judicio *Bœcleri*, ſervat & oſtendit *Simon Schardius*, in Tomis IV. Rerum Germanicarum. Cui addendi ſunt : Tres Tomi *Piſtoriani* : unus *Urſtiſii* : unus *Reuberi* : tres *Freheri* : apud quos varii comparent Autores, diverſi ætate, judicio, & utilitate, quique conjunctim nobile illud Corpus *Hiſtoriæ Germanicæ* faciunt : additis ex inſtituto Eruditorum etiam *Witichindo*, & *Dietmaro*. His acceſſerunt ante biennium *Rerum Germanicarum* Tomi, qui Hiſtoricos Germanicos ab *Henrico Meibomio* Seniore primum editos & illuſtratos, auctiores, atque alios Hiſtoricos Germanicos ab *Henrico Meibomio* Juniore, nunc primum editos & illuſtatos, continent. De antiquis autem illis Scriptoribus Germanicis magna parte valet Judicium *Gevvoldi* in tractatu de Septem Viris Imperii : *Hi in Monaſteriis conſtituti, atque à foro civili populiq; converſatione longius remoti, non quæ viderant, ac quibus coram interfuerunt, ſed quæ rumor & fama vulgi anceps illis ſuppeditabat, in Commentarios ſuos retulerunt.* Ab his tamen exciendus eſt *Otto Friſingenſis*, cum aliis quibusdam Epiſcopis, & Abbatibus, qui

II. Per Seriem Temporum.

rebus arduis, etiam a ſe conſcriptis magno judicio, ipſi interfuerunt. Quantum verô cuique ex his tribuendum ſit, diſci quoque poteſt tum aliunde, tum ex egregio opere *Gerh. Jo. Voſſii*, de Hiſtoricis Latinis quem ſecutus eſt *Martinus Zeilerus*, de Hiſtoricis & Geographis celebrioribus, multa quoque de ſuo addens.

III. *Per Syllogen Actorum Publicorum.*

III. Ad parandam Hiſtoriam Germaniæ juvat *Sylloge Actorum Publicorum:* quæ diligenter & magna induſtria collegit *Goldaſtus*, cujus extant Tomi tres *Conſtitutionum Imperialium*. Item die Reichs-handlungen: & *Politica Imperialia:* ne quid dicamus hic de Tomis ejusdem *Monarchiæ S. Romani Imperii.* Convenit tamen & hoc inter eruditos, eſſe quædam in *Goldaſti* operibus ſuppoſititia, quæ non eam ætatem & autoritatem habent, quam præ ſe ferunt, videturque ipſe quandoque varia diplomata, etiam quæ non extant, finxiſſe. Quis enim credat a *Tuiſconis* temporibus, a quibus orſus eſt *Goldaſtus*, talia adhuc ſupereſſe ſcriptura formali. Et patebant ipſi quidem veteres Bibliothecæ, & Archiva paſſim per Germaniam, præſertim Helvetiam, in quibus ipſe inſimulatur etiam quandoque quædam obliteraſſe, ne aliunde peti poſſint, quam ex libris ſuis, ut his ita majus pretium acquireret. Hujus generis Conſtitutiones quædam extant quoque apud *Bzovium*, quæ itidem, quanquam velut formali ſcriptura productæ, non ſunt genuinæ: uti ex collatione Hiſtoriæ conſentientis, aut discordantis, nec non moribus, & uſu ævi, phraſi item, & ſtylo Seculi, poteſt dijudicari: cujus laboris egregia ſpecimina ediderunt præter alios, *Reineccius*, & *Miræus.* Jungenda his porro ſunt *Hortlederi* Acta publica ſuperioris Seculi: & ad imitationem illorum edita præſentis Seculi Acta collectore *Londorphio*, cum continuatione ejusdem ab uno & altero Authore ſuscepta, ad annum usque LXXXI. cujus operis tamen ſummas Capitum qui ſcripſit, non caret ſtudio partium, plus inclinans quippe ad Pontificiorum caſtra. Opus etiam recens, cui Titulus: *Europæi*ſcher Herold: ut & *Valckenieri* libri, quos inſcripſit, Verwirrtes Europa: nec non Tractatus *Gaſtelii*, de Statu publico Europæ noviſſimo, item *Leonis Aizema* Fœderati Belgii Hiſtoriographi eminentis, ut & *Brachelii*, atque *Thuldeni* opera, multa in ſe continent ejusmodi Acta, & Documenta publica: quæ non ſemper in ſingulares libros aut Syllogas conducta, ſed quandoque in variis Scriptis ſub alio titulo diſperſa ſunt. Quibus addendum *Theatrum Pacis*, Moguntiæ ante aliquot annos editum, quod Tabulas ipſas, ſuperioribus Seculis adeo raras, Pacificationum per Germaniam, & reliquam Europam hoc

Seculo

Seculo initarum, diſtinctè refert: modo *Acta Pacis Weſtphalicæ* pleniora haberemus: *Actis Pacis Neomagienſis* ſic ſatis editis, Amſtelodami in Tomis IV. & exante etiam utriusque Pacificationis *Hiſtoria*, cui tamen addi plura poſſent. Sed & moderna Comitia Imperii Ratisbonenſia ne quid dicamus de prioribus, magnam faciunt hodie partem Actorum publicorum, quæ ſparſim quidem habentur, & augendis atque illuſtrandis quandoque libris, qui ad præſens argumentum noſtrum ſpectant, inſeruntur, quæ tamen opere pretium eſſet, ſi junctim juſta ſerie poſſent edi: guſtum quidem illorum aliquantum præbentibus chartis, quæ inſcribuntur: *Series ominoſa rerum;* deficiente tamen ipſa hujus Seriei continuatione ad noviſſima usque tempora. Nemo autem neſcit Actorum publicorum nomine venire etiam, uti antea jam innuebatur, Leges & conſuetudines antiquas, quæ inprimis etiam ſedulo ſunt legendæ, & quales collegit primo *Joh. Baſilius Heroldus:* auctiores edidit *Frid. Lindenbrogius* á Caroli M. usque ævo deductas. Sic & in Gallia *Capitularia Regum Francicorum* edidit *Stephanus Paluzius.* Et *Joannis Mabilonii* opus incomparabile *de Re Diplomatica*, præter alia multa rariora, novam ducentorum & amplius monumentorum collectionem continet, quæ ipſa tamen Cenſores quoque ſuos jam invenit. Hanc in rem autem diu deſiderium & conſilium eſt, de requirendis amplius & edendis variis Diplomatibus ad leges Germanicas, aut deſcriptionem Status, pertinentibus. In Scenam etiam prodit hoc loco *Theatrum Europæum*, quod proſequitur res circa initium hujus Seculi ab anno XVII. usque ad noſtra tempora geſtas; cujus Tomi quidem duo priores majori diligentia ſcripti ſunt, ac reliqui, qui hinc inde etiam ſtudio partium laborant: & in quibus ipſi, qui interfuerunt rebus geſtis, Duces atque præfecti militiæ, & miniſtri, acta ſua ſæpius vix intellexerunt, tanquam ſecus ſcripta: cujus rei teſtem unum ex multis allegare poſſumus *Georgium Fridericum ab Holz* Generalem Rei Tormentariæ Magiſtrum, Heroëm fortiſſimum, & Nobilitatis Liberæ in Suevia, imò Wirtembergiæ etiam hujus, paraſtatam fideliſſimum: ex cujus etiam delineationibus caſtrorum, præliorum, & obſidionum, nec non aliis manuſcriptis (qualia etiam Sereniſſimi principes Fratres quondam FRIDERICUS, & ULRICUS Wirtembergiæ Duces, duo Belli Fulmina reliquerunt) iſtud *Theatrum Europæum* in multis emendari poſſet. Nec ſilentio hic præteriri debet, *Diarium Europæum*, quod recentiora Acta publica habet, cœpta ab Electione & Coro-

Coronatione Auguſtiſſimi Imperatoris LEOPOLDI, anno hujus Seculi LVIII. continuata diu quovis ſemeſtri nundinis Francofurtenſibus, & in 46. Tomos ad an. Chr. 1681. excreſcentia: in quibus negari tamen nequit multa etiam comparere, quæ exigui ſunt pretii, ita ut ſcorias a meliore metallo ſeparare opus ſit: ceſſavit etiam continuatio ulterior illius operis jam ab annis poſterioribus bene multis, ob cauſas quas inveſtigare hic nolumus.

IV *Per. Chronica Germanica.* Sed & IV. per *Chronica* varia addiſcitur optime Hiſtoria Germaniæ. Non autem intelligimus hoc loco vulgares Scriptores Chronicorum, & levioris pretii, quorum una methodus, ut alius alium deſcribat, & fabulas ſine cura miſceat: quale fere eſt *Chronicon Colonienſe* Anonymi, *Thomæ Lyreri*, & alicubi etiam *Sebaſt. Franci*, ſed meliores illos innuimus. Quos inter ad noſtrum hoc inſtitutum peculiariter commendatur *Aventinus*, Scriptor egregius, cujus Annales non tantum Bavariæ, ut titulus fert, ſed totius Germaniæ res referunt, ex monumentis maximam partem fide dignis, & magno ipſisque Pontificis quandoque odioſo candore collectas. Multum valet etiam hoc loco *David Chytræus*, vir magno judicio & eruditione præſtans, cujus Chronicon itidem eſt cum excellentia nominandum, non tantum in Saxoniæ, ſed totius Germaniæ rebus: de quibus etiam pariter *Albertus Kranzius*, & *Reinerus Reineccius* optime meriti ſunt. Sed & laudem in hac claſſe merentur, *Spangenbergeri* Chronicon Mansfeldenſe: *Adelarii Erichii* Chronicon Ducatus Juliacenſis: *Pideritii* Chronicon Comitatus Lippiæ, *Hieronymi Megiſeri* (quem civem quondam Wirtembergia habuit) Chronicon Carinthiæ: & jungendus huic nuper Illuſtris *Joh. Weichardus Valvaſſor Baro*, in eximio opere, de Ducatu Carniolæ (Ehr deß Hertzogthums Crayn) de quo vid. judicium eximium in Actis Eruditorum Calend. Mart. An. 1690. Hiſce accenſendus omnino eſt *Brovverus* quoque Autor curioſus, & diligens, qui ſingulari apparatu ex optimis Archivis congeſſit Annales Trevirenſes, & in illis tractavit Res Germanicas, rariores plane, laudatiſſimo opere: quod diu haud integrum editum in manibus verſabatur Principium tantum, non patientibus illud totum edi in vulgus reſpectibus quibusdam politicis, civilibus ne dicam, an aliis Colonienſibus, & Trevirenſibus. Legit tamen illud totum in Aula Electoris Moguntini quondam *Bœclerus*, qui multa inde deſumpſit ad illuſtrandam Hiſtoriam Germaniæ. Prodierunt

deinde

deinde in lucem an. hujus Seculi LXX. Leodii Antiquitatum & Annalium Trevirensium libri XXV. auctoribus *Christophoro Brovvero*, & *Jacobo Masenio:* quibus lucem quoque accendere in multis potest Codex membranaceus *Historiæ Trevirensis*, a prima Urbis illius origine usque ad annum post Christum natum MCXXXII. scriptus a Canonico quodam Trevirensi: qui liberalitate *Joh. Ludovici Guthii à Sulz* Gynecæi Wirtembergici quondam Præfecti, Viri de re literaria optime meriti, & supremo Elogio Panegyristæ magni Theologi, *Tobiæ Wagneri* Præpositi & Cancellarii Tubingensis, dignissimi, pervenit in Bibliothecam instructissimam Consilii Justitiæ superioris, quod Stutgardiæ: atque is ipse Codex est, quem ex Bibliotheca Augusta Vindobonensi, teste *Lambecio* in Historia hujus Bibliothecæ, edere, & notis illustrare quondam voluit *Casper Bruschius:* cujus Codicis apographum Dissertationis hujus Præses Reverendissimo & Eminentissimo Principi Electori Trevirensi JOHANNI HUGONI Augustæ in Vindelicis circa superioris anni auspicia obtulit, magna lubentia acceptum. Browero autem comparandus in Historia scribenda non est antagonista *Kyriander*, qui etiam ex Archivis quidem, sed non tanta eruditione, scripsit Annales, de origine & Statu Trevirensi; cujus Civitatis jura ipse contra Electores defendere allaboravit, sed successu impari. Optandum autem esset, ne Germaniæ Chronica edita, & inedita manuscripta, in exterorum manus ita transiissent, ut illorum penuria jam ipsi in multis laborent Germani. Ut enim taceamus de illis, quæ in priori bello Germanico decesserunt Archivo Imperii, & quæ ad Suecos pervenerunt, constat Gallos multa istorum, etiam eodem bello, ad se traxisse, & cura atque instinctu inprimis Cardinalis tum *Richelii*, tum *Mazarini*, undique ex Germania convexisse; qui Mazarinus moriens, omnia scripta, literasque ab Imperatoribus, Regibus, Pontificibus, ad se missas, legavit *Joh. Bapt. Colberto*, in cujus Bibliothecam Thesaurus iste, cui vix par alibi reperitur, transiit. Et quanquam initio pauci inter Gallos fuerint, qui his commodè sciverunt uti: mox tamen *Casanus*, *Auberius*, aliique, ista suis rebus adhibuerunt, & deinceps abusu quodam Regis sui prætensiones in Imperium Romanum, & varias adeo Germaniæ Provincias, ab *Anonymo* Nobili Holsato, *Chiffletio*, *Kippingio*, *Martinio*, *Lud. dn. May.* aliisque refutatas, effinxerunt: quibus, nostra memoria superstructæ sunt falsæ illæ Reuniones, Arrestis &

Placitis Parlamenti atque Cameræ Metensis, & Brisacensis, quandoque etiam Vesontinensis, roborotæ, & per vim atque fraudem executioni datæ, cum tanta & injusta adeo ac violenta imminutione Imperii nostri: quod hodienum arma Gallorum contra omne fas naturæ & Gentium adeo gravia sentit.

V. Per Inedita quæ in Archivis passim asservantur, & Bibliothecis.

V. Multum Historia Germaniæ adjuvari posset etiam per *Inedita*, quæ in Archivis & Bibliothecis asservantur monumenta: quorum Archivorum instructus & apparatus licet melius se hodie habeat, ac olim, tamen alicubi in multis adhuc emendatione opus habet. vid. specimen aliquod Archivi, etiam ad hos usus bene ordinandi, apud *Dn. Mulz.* in Repræsentat. Imp. Maj. p. 2. cap. 28. Ex desideratis autem dudum, ut ante dictum, hoc etiam non postremum est, in *Museo Bœcleriano*, & in *Sulpicii* Dissertat. citat. p. 115. expressum, ut ad parandam Notitiam, de qua loquimur, & ad excolendam magis Historiam Germaniæ viris eruditis & civilium rerum non ignaris major & facilior accessus ad investiganda Archiva, & Protocolla daretur: ex quibus quid communicandum, & edendum, quid non, sed tanquam arcanum latere debeat, ex regulis prudentiæ bene constare potest; damnantur autem interdum quædam in illis silentio, quæ citra rationem occultata, & hinc ignorata, Imperii rebus plus nocent, quam prosunt. Et horum Archivorum copiam utilem adeo & necessariam, implorat jam hinc inde, quantum licet, *Collegium Imperiale Historicum per Germaniam*, sub Auspiciis, & favente gratia Sacratissimi Imperatoris Cæsaris LEOPOLDI, variorumque Imperii Electorum, Principum, & Statuum: in quorum Aulis, Curiis, & Academiis, motore primum Excellentissimo Dn. *Christ. Francisco Paulini*, Medico & Polyhistore Saxo-Isenacensi famigeratissimo, uti jam plures viri celeberrimi Collegio isti, cui adlectus quoque est Dissertationis hujus Præses, nomen dederunt: ita Scopus illius est etiam argumentum hujus præsentis Dissertationis; & paranda, ex Historia Germaniæ, mutuis Collegarum operis, per Seculorum a Christo nato potissimum decursum perficienda, Imperii Notitia: quæ incrementa etiam haud vulgaria sibi sub Collegii istius (de cujus incunabulis, instituto, statutis, & ordinatione, ex schedis quibusdam editis, & ex Colloquiis recentioribus eruditis quorum titulus Monatliche Gespräch m. Januar. & Maj. ann. 1689. quædam constant) Directore exoptatissimo, Viro incomparabili, & nostris elogiis majore, Domino *Jobo Ludolpho*, promittit.

XXI.

XXI.

Sed & præter Hiſtoriam Domeſticam Germanicam, ad quam referri quoque poſſunt *Scripta Polemica* illuſtriorum Controverſiarum, de quibus vid. *Sulpicius* in cit. Diſſert. p. 117. accedere debet percolendæ Diſciplinæ noſtræ *Hiſtoria* reliqua omnigena, & ſelecta rerum, quæ Imperium noſtrum præcipue tangunt, Gentiumque vicinarum, & earum, quarum res olim & adhuc ſunt cum Germanis permixtæ. Obtinet equidem Germania dudum (vel *Lanſiana* illud in *Illuſtri Collegio* hoc probante Conſulatione) Principatum inter Provincias Europæ: cujus omnes res, pace & bello, domi & foris, conſiliis, fœderibus, ſocietatibus, mutuisque commerciis, & reſpectibus, ita contextæ invicem ſunt, ut nihil illarum ab Imperio noſtro alienum videatur. Ita videlicet communis res agitur, ut, qui vera rerum Germanicarum notitia imbui cupit, non poſſit carere cognitione aliorum vicinorum Regnorum, & populorum, cum quibus Germanis crebrò fuit, & adhuc quotidie intercedit, negotium. Et videmus ſane quod multa ſingularia ad hanc rem noſtram facientia ſuppetitet vicinarum Gentium Hiſtoria: in qua velut Commentarii inſtar eſſe poteſt, Hiſtoria orbis Terrarum *Becmanni*, qui ſedulo deſcribit Hiſtoricos quarumcunque Gentium: cui conjungenda quoque *Riccioli* Geographia & Hydrographia reformata. Inter propinquas autem Germaniæ Hiſtorias hoc loco nominari primo poteſt, *Hiſtoria Hiſpanica*, Germaniæ Imperio, Circulis, Comitiis, Judiciis, & Domui præſertim Auſtriacæ Auguſtæ, quæ alterum potentiæ ſuæ lacertum per Hiſpaniam movet, a temporibus Philippi I. Regis, & Caroli V. Imp. ut antiquiora illa, quibus Gothi, Vandali, Suevi, Gentes Germanicæ, Regna per Hiſpaniam tenuerunt, ſileamus, penitiſſimè juncta.

Hiſtoria omnigena Rerum, quæ Imperium noſtrum præcipue tangunt: & has inter;

Hiſpanica.

Gallia autem quoque Germaniæ vicina, non amica, vel invitis nobis Hiſtoriam ſuam inculcat, in quâ præter alios commendandi hoc loco maxime occurrunt Scriptores a *Pithœo*, atque *Andrea* & *Franciſco de Cheſne* editi. Et facit huc Franciſci I. Regis Galliæ Reſponſio ad Principum Germaniæ literas apud *Sleidanum* lib. VIII. Commentar. pag. 213. & quæ ibidem Autor hic de Germanorum Gallorumque neceſſitudine ex B. Rhenano, Mutio, & Æmilio refert: quibus addatur Oratio Fraxinei Legati Gallici apud eundem *Sleidanum* lib. XXIV. Comment. pag. 773. de perpetua inter Germanos & Gallos amicitia, verbis quidem toties jactata, ſed vix

Gallica.

modò conjuncta res foret, cum agendum, cum de rebus publicis consultandum, & pro communi utilitate consilia danda, tunc Juris publici capita investigare, exquirere. Exemplum unum & alterum neglecti hujus studii, & exorti inde damni, ut plura sileamus, (de quibus præter notissimam querelam *Conringii* vid. Rachel. *in Introduct. ad Publ. Germ. cap. 16. & 17.*) dedit Conventus Executionis Pacis Westphalicæ Noribergæ institutus, in quo videntes quidam, magnis officiis quidem admoti, quantum imperitia Disciplinæ, de qua hoc loco sermo est, sibi & Reip. obsit, magno pretio a viris aliis peritioribus informationem meliorem in illa haurire sategerunt. Interim negari haud potest, rariorem esse in Academiis Germaniæ quoad hanc Disciplinam Juris publici, quam privati Proti Professionem, si munus præsertim ipsum publicum, titulumque illius spectes: qua de re vid. *Ulrici Huberi* Oratio, qua dissseritur. *Quamobrem Jus publicum olim in Academia Franckerana Professione publica non sit honoratum:* In cujus Orationis proposito tamen Author nos sibi consentientes non habet, dum collationem doctrinæ de Jure Civitatis, cum Politica ita instituit, ut hanc nimium ab illa differentem faciat. Cæterum, egregium specimen conjunctæ Juris publici & privati Professionis in Academia Argentoratensi dederunt, ut magni nominis Viros alios, & hos inter *Strauchium*, taceamus, *Ulr. Obrechtus*, & *Joh. Georg. Kulpisius*: cujus utriusque Auspicatoria Dissertatio, *De conjungendis his studiis*, lectu digna est. Si qui autem sunt, aut fuerunt in Academiis, qui quandoque in hoc argumento perniciose disputando, aut scribendo versati sunt, quique ultra modum Juris publici adyta scrutantes offensioni causam dederunt, hoc ad indoctos & incautos pertinet, nec ipsis Academiis, aut Disciplinis, quæ in istis tractantur, imputandum est: Et contingit tale quid sæpe etiam extra Academias, & quandoque à nonnullis, in ipsis Aulis & Curiis: quod tamen his nil derogat, quo minus hæc studia in istis tanquam veris Palæstris usu exercenda sint. Sane non Academiis solum datus, sed Aulis quoque & Curiis tanquam lex communis observandus est Articulus 5. §. 17. Instrumenti Pacis Cæsar. Suecici: *Ut utriusque Religionis Magistratus severe & rigorose prohibeat, ne quisque publice privatimve concionando, docendo, disputando, scribendo, consulendo, Transactionem Passaviensem, Pacem Religiosam, vel hanc imprimis, sive declarationem, sive transactionem unquam impugnet, dubiam faciat, aut assertiones contrarias inde deducere conetur: Quicquid*

Noxa neglecti hujus Studii.

Lex communis Aulis, Academiis, aliisque, in tradenda Disciplina Notitia hujus observanda.

quid enim contrarii hactenus vel editum vel promulgatum publicatumve fuerit, irritum esto: Sed si dubii quid hinc aut aliunde incidat, aut ex causis Pacem Religiosam, aut hanc Transactionem tangentibus resultet, de eo in Comitiis, aut aliis Imperii Conventibus inter utriusq. Religionis Proceres non nisi amicabili ratione transigatur. Quo pertinent etiam quæ in Capitul. FERDINANDI IV. Regis Rom. artic. 11. sancita sunt: Zumahlen auch diejenige so sich gegen itzt ermeldten Frieden-Schluß, und darinn bestätigten Religion-Frieden als ein immerwährendes Band zwischen Haupt und Gliedern zu schreiben, oder ichtwas in offentlichen Truck herauß zu geben, als dadurch nur Aufruhr, Zwitracht, Mißtrauen und Zanck im Reich angerichtet wird, unternehmen würden oder solten, gebührend abzustraffen: die Scripta und Abdrücke zu cassiren, und gegen die Authores so wol als complices, wie er gemeldt, mit Ernst zu verfahren ꝛc. Quæ Sanctio repetita quoque est in Capitulatione LEOPOLDI Invictissimi Imperatoris art. 11. & in Capitulatione JOSEPHI Augustissimi Rom. Regis, art. 11. ubi etiam hæc noviter adjecta sunt verba: Auch weder unserm Reichs-Hof-Rath, noch dem Bücher-Commissario zu Franckfurt am Mayn verstatten, daß jener auf des Fiscals oder eines andern Angeben, in Erkennung der Processen, und dieser in Censur und Confiscirung der Bücher, einem Theil mehr als dem andern favorisiren.

VI.

Altera itaque pars Institutionis Disciplinæ nostræ cum sit *Lectio*, ut supra dictum, accedere dictis modo debent porro *Magistri muti*, libri scilicet, tanquam optimi, ut mortui, Consiliarii. Hos cum Bœclero in *Notit. S. Rom. Imp. lib. 4. cap. 4.* bene dividere possumus in *Isagogicos*, *Systematicos*, *Singularibus argumentis destinatos*, & *Subsidiarios*, pui diligenter & cum judicio, nec non ordine quodam legendi. Et inter hos quidem primo loco *Isagogici*, quos ad quamque Disciplinam scribere antiquum jam institutum est, de quo consulendus Photius *in Bibliotheca*. Ad hos libros referunt nonnulli *Enchiridia*, & *Compendia*, quæ tamen, judicio *Bœcleri*, rectius ad Systematicos, quam Isagogicos pertinent. Igitur cum eodem autore *Isagogicos* hic appellamus libros, *qui viam præ cæteris sternunt ad Notitiam Imperii parandam:* quo nomine recte primo loco nominatur, Christophori Lehmanni *Chronicon Spirense*, nequaquam satis laudandum: quod in se continet exactam Reipublicæ Germaniæ descriptionem,

Magistri muti Disciplinæ præsentis, Libri ad Institutionem pertinentes: quos inter quidam

Isagogici.

nem, & Chronicon omnium rerum Imperii hujus: ut proinde Boeclerus *in Præfat. annotat. ad Jus publicum Dan. Ottonis* illud inter ea referat monumenta, quæ Juris publici studium feliciter auspicaturo commendari debeant; plus enim quam titulus promittit, præstat, & res Imperii ab alto repetit, atque memorabilibus excerptis illustrat: Sæpe etiam fontes ipsos priorum temporum tangit: ne quid dicamus de oratione quoque Germanica elegante, & quæ multum prodest rerum nostrarum studioso; Sane Conringius non dissimulat, se felicitatis loco habere, quod in eum librum inciderit, cui quicquid est notitiæ Jurispublici acceptum fert. vid. ejus ad Lectorem compellatio, præmissa libro Lampadii *de Republ. Rom. Germ.* Rachelius in *Introd. ad Jus publ. German. cap. 11. p. 70.* Igitur Doctissimi suadent, ut aliquis tanquam Introductione ad Notitiam Imperii Germanici eo utatur, nec facile alia methodo incedat: modo istud opus, ut constituerat Author, ultra Maximiliani I. Imp. tempora quibus in Statu publico multa immutata, perexisset. vid. de illo quoque Sulpicius in Dissertat. *De Studio Juris publici recte instituendo. p. 6.*

Accedit huc quoque *Æneas Sylvius*, Friderici III. Imper. Secretarius primum, deinde Cancellarius, Episcopus etiam Senensis ac Cardinalis, & denique Pontifex Romanus, sub nomine *Pii* II. rerum Germanicarum peritissimus, & cum quo nullus Pontificum eruditione conferri potest: qui varia scripsit opera, *Historiam* nimirum *Bohemorum*, *Acta Concilii Basileensis*, *Epistolas*, *Historiam Rerum Friderici III. Imp.* quæ ex manuscripto optimæ notæ cum specimine annotat. *Boecleri*, diplomatibus, documentis, & Scriptoribus variis ad Germanicam historiam pertinentibus edita est quinquennio abhinc Argentorati. Pertinet autem huc imprimis Autoris hujus (qui de rebus Germanorum multa doctè commentatus est, comprehensa partim in operibus illius conjunctim editis, partim in Tomo 1. *Germanicarum Rerum* Sim. Schardii) *Germania*, in qua Urbes, Civitates, Ecclesiæ, Episcopatus, Principatus, & nobilissimæ familiæ Germanorum describuntur: quemadmodum autem apud Scriptorem hunc quædam inveniuntur, quæ ipse non fecit: ita ipse quandoque varius est in suis sententiis, & Pontifex factus sibi sæpe contradicit. vid. de illo quoque Sulpicii Dissertatio, *de Studio Juris publ. l. c. p. 7.*

Nec aliena hinc est *Gebwileri* Panegyris, non sine consilio Argentorati typis Mülbianis reproducta, & multa notabilia continens, quanquam

quanquam pro captu Seculi: alias nec gravitate ſtyli, nec tractationis præſtantia, nec ſubſidiorum promptitudine, prioribus æqualis, ut indicat Sulpicius *l. c. p. 9.*

Succedunt his *Joh. Sleidani*, & *Philippi Melanchtonis* Diſſertationes *de rebus Germaniæ & Imperii*, quas ſæpe per digreſſiones in hiſtoriis ſuis habent, quæ magni ſunt momenti. Fuerunt ſane hi Duum-Viri eximia peritia Germaniæ inſtructi, quam *Sleidanus* in ſcriptis & Commentariis ſuis, inque ipſis Legationibus, & reliquis Reipublicæ muneribus, uſus ad hæc etiam Archivo Civitatis Argentoratenſis, tanquam Gazophylacio rerum Germanicarum opulentiſſimo; *Melanchton* autem, tum in Chronico *Carionis*, quod ipſe cum *Peucero* perfecit, opus Hiſtoriæ Univerſalis optimùm, tùm in Epiſtolis ſuis, oſtendit: vocatus etiam ſæpius à Principibus, & Viris maximis, quibus magnam ſui utilitatem præbuit, in conſilium: quod vita illius aureo Commentario à *Joachimo Camerario* illuſtrata, multis indiciis teſtatur. vid. Sulpicius l. c. ubi inter majora Sleidani opera laudem maximam merito tribuit *Commentariis de Statu Religionis & Reipubl. Carolo V. Cæſare.* De quibus vid. quoque Rachelius *in Introduct. ad Jus Publ. Rom. Germ.*

VII.

Inter *Syſtematicos* Scriptores nominandi primum, qui minora opuſcula conſcripſerunt: quos inter *Danielis Ottonis* extat Diſſertatio *de Jure Publ. Imperii Romani*, edita anno hujus ſeculi decimo ſexto, inter flagrantes in Imperio Unionis ac Ligæ motus, Succeſſionisque Juliacenſis, Clivenſis, ac Montenſis, controverſias. Acceſſerunt duodecennio poſt Diſſertationi iſti notæ *Limnæi*, qui illam plurimis erroribus gravidam eſſe monuit: & fuit *Otto* ille curioſus quidem de œconomia, & ſtructura illius opuſculi; ſed ſane in ipſa tractatione plura non recte habet, & aliena admiſcet; ut multa proinde periti in ipſo haud immeritò deſiderent. Et pœnituit ipſum *Limnæum* operæ in hunc Scriptorem impenſæ, cui ipſe quidem pauca notanda addidit, veritus ne cætera probaſſe videretur. Digniora ſunt quæ *Bœclerus* notavit & animadvertit ad eundem Authorem, ſua laude quidem non plane etiam carentem, vel ideo, quod Diſſertationem illam aliquando plenius & majori diligentia perſequi ſecum conſtituit: cui tamen nimium olim tribuit *J. Otto Tabor.* vid. Sulpic. *Diſſert. l. c.*

Syſtematici. minorum operum.

Egregia

Egregia autem magis est *Synopsis Juris Imperii Romano Germanici*, Coloniæ edita *Wilhelmi Beckers*, in quo major eruditio cernitur, quàm in *Ottone*; unde ipse multos nactus est laudatores, præsertim quia aliquam scribendi gravitatem præfert. Sed primo constare debere ait *Bœclerus* ad *Ottonis* Jus publicum pag. 24. à Pontificiis vix sinceram sperari aut haberi posse hanc Disciplinam; quod in illa *Beckeri* Epitome passim etiam observare licet, dum Author alicubi est studiosus partium, obnoxius, nec liber in sententiis ac judiciis, & fautor periculosarum quarundam positionum, & hypothesium non ferendarum: e. g. circa Jus Ecclesiasticum & Pontificis Roman. authoritatem: quæ sub censuram etiam redegit *Henricus Henniges*, in annotatis ad hanc Synopsin, & ante illum *Joh. Strauchius* in prælectionibus publicis. vid. Sulpic. *Differt. cit.*

Beckero suppar *Joh. Theodorus Sprengerus*, edidit *Synopsin* primo, in quam *Strauchij* extant notæ: deinde majori opere *Institutiones Juris publici*, aliaque opuscula, sub diversis titulis, *Fontium Juris publici*, *Lucernæ Imperij: Ellychniorum*, & *Perspicillij*, quæ multorum applausu suscepta. Neque spernenda est hujus Viri opera, quæ se multa diligentia florentibus adhuc annis in conciso scribendi genere ostendit, aucta deinceps in illo succurentibus annis notitia & experientia rerum Imperii, usuque Archivorum, ex quibus monumenta quædam antea inedita publicavit. Sed tamen a vulgi erroribus non immunis, vix ab his abiit, nec tam accurate res examinavit, quam diligenter collegit, destitutus accurata methodo, & Jus publicum cum privato sæpius confundens, judice *Bœclero* l. c. & *Sulpicio* l. c. p. 36.

Præcellentior his eruditione & usu rerum est *Jacobus Lampadius*, qui de *Republica Romano Germanica* ita scripsit, qualiter ante ipsum vix alius, ob insignem scientiæ Philosophicæ, aliorumque præsidiorum applicationem, nobilem rerum in imperio gestarum notitiam, judicium acre, & docendi ordinem aptum. Est Tractatus illæ brevis quidem, sed pauca quæ habet, sunt eximia, & ab aliis non ita prius tractata. Scriptus est liber ille anno hujus seculi XXI. circa tempora confecti belli Bohemici, quod Germaniam omnem deinde corripuit, & pene confecit. De cujus pace restauranda cum postea *Monasterij* & *Osnabrugæ* Westphalorum consultaretur, quid non circa illam consiliis egit *Lampadius* Serenissimorum Ducum Brunsuico-Luneburgicorum Pro-Cancellarius & Legatus, jurium quæ Principibus

pibus & Statibus Imperii competunt, in isto Conventu vindex acerrimus. Qui si post tempora illa de hoc argumento scripsisset, sine dubio minus in illo desideraremus: Interea libellus iste a nemine contemni potest, qui rem intelligit, eruditus quippe, & qui audet vulgares sententias axaminare, refutare, & deserere. Adjunxit enim solidioris Philosophiæ subsidium, qua qui imbutus est, rectissime fecerit, si hinc potissimum studium Juris publici auspicetur, suadente *Bœclero* l. c. quo censore tamen idem *Lampadius* non in omnibus exactiora tradidit; sicut fere fieri solet in illis quæ inchoantur, neque eadem opera perficiuntur: & fovet ipse interdum singulares sententias, & in aliquibus, ut agnoscit deinceps, peccavit; teste etiam *Conringio*, qui *Animadversiones* quasdam ad illius Opusculi partes priores duas, ac tertiæ capita VII. dicavit & edidit. Quibus deinceps Remissiones & Supplementa addidit Magnificus *Dn. Kulpisius*, bene etiam de nova editione *Lampadii* meritus, nuper Consiliarii Judicii Cæsareo-Imperialis Aulici munere auctus. Addatur huic *Sulpicius l. c. p. 26.* ubi quæ in eodem Lampadio desiderentur, vel etiam taxantur, recenset, atque examinat. *Rachelius* l. c. cap. 17.

Non removendus etiam ab hac classe *Joachimus Clutenius* Professor Academiæ Argentorat. qui edidit *Syllogen rerum quotidianarum*, quo titulo Juris publici Epitomen signare voluit: nec destituebatur liber hic magno applausu per Germaniam, insertus etiam Nucleo Juris publici. Sed quia vulgariter hoc argumentum alicubi pertractat, & incommodiori *Romani Juris* usurpatione subinde corrumpit, ut tum fieri solebat, posterioribus annis, quibus hæc Disciplina cultior est reddita, multum de pretio suo amisit, teste *Sulpicio l. c. p. 22.* Quale judicium etiam ferunt *Christoph. Besoldi* Institutiones Juris publici.

Refertur huc quoque *Georgii Brautlachti* Epitome Jurisprudentiæ publicæ Universæ, edita postremo simul cum Lampadio: verùm huic multum doctrina impar, licet multis quoque in usu & deliciis esse cœperit. Sed non vacat libellus iste studio partium, opusque habet varia emendatione: cui additiones ex *Instrumento Pacis Westphalicæ*, novissimisque Juris publici Scriptoribus junxit Anonymus quidam, qui est *Christianus Leonhardus Leichtius* LL. C. a quo commendatur quidem libellus hic propter methodum, quod omnes materias ad Jus publicum pertinentes ita collegerit, ac tali disposuerit

ordine, quo antehac a nemine fuerit factum: ſed aliis iſta tractandi ratio non placuit, qua nimia partitione in minutiſſimas usque particulas disjicitur magis quam componitur aliqua diſciplina: uti haud male cenſet *Sulpicius* in Diſſert. pag. 33.

Accenſendus huic Claſſi etiam libellus *Severini de Monzambano*, de Statu Imperii Germanici: qui ſuos laudatores, & Cenſores quoque, neque hos injuria nactus eſt; caute legendus, quia de ſtatu & religione in Imperio noſtro temere interdum judicaſſe videtur. Placent ſane melius quæ de iſto argumento ſcripſit Bœclerus *in Notitia S. R. Imperii lib. 22. cap. 2.* ubi principia iſtius perſonati Autoris, cujus eruditioni cæteroquin nil derogamus, haud obſcure refutat: inclinante quamvis aliquantum in ejusdem Authoris ſententiam, quoad ſtatum Imperii, Viro graviſſimo, & cui multum alias tribuendum in his ſtudiis, *Samuele Rachelio*, in Introduct. ad Jus P. Germanicum cap. 18. & alibi: cui opponimus tamen ſententiam veriorem, & defenſorem hujus inter alios Magnificum *Kulpiſium* in Diſſert. *de Unitate Reipublicæ noſtræ Romano-Germanicæ*: qui laudatiſſimus Autor Commentationes Academicas quoque ſcripſit in citatum modo *Severinum de Monzambano*, quas hoc loco commendamus, & prolixius judicium de eodem *Severino*, atque ea quæ ad notitiam Authoris illius pertinent, ex eodem *Dn. Kulpiſio* l. c. juncto illi *Sulpicio* in citata Diſſertatione, pag. 38. & 39. ubi *Conringii* ſententiæ ſubſcribimus, lectorem petere jubemus.

Ante complures annos *Joh. Strauchius* ad ſeriem Inſtitutionum Juſtinianearum *Publici* quoque *Juris Inſtitutiones* meditatus eſt, quarum ſpecimen non completum juſſu hæredum ex ſchedis beati Authoris adornavit vulgavitque prælaudatus Dn. *Kulpiſius*, videatur de hiſce Inſtitutionibus J. P. Strauchianis, ſi abſolutas easdem nobis videre fata conceſſiſſent, judicium quoque *Sulpicii l. c. pag. 65.* ubi etiam commendatur tanquam nova non minus quam erudita methodus illa, qua tanquam ſingulari penitus arte, ad easdem regulas Juris Publici diſciplina tradatur, qua Juſtinianus Imperator privati Juris elementa olim componi curaverit. Quam methodum ipſi non plane improbamus: quanquam quid illi ad exactas leges methodi diſciplinaris alicubi deſit, haud lateat, & obſervatum etiam ab aliis ſit, qui Jurisprudentiæ Romanæ ſtudium Philoſophiæ ſolidius junxerunt. Quo accedit differentia Juris privati & Publici, tum in genere, tum in qualibet Republica, & diverſus utriusque Juris Genius, quem

quem ipſe Imperator *Juſtinianus* agnovit *in* §. 4. *Inſt. de J. & J.* deſumto ex *l.* 1. §. 2. *ff. eodem.* & forſan, ſi Imperator Juſtinianus Inſtitutiones Juris Romani Publici ſcripſiſſet, alia methodo has tractaſſet. Rectius itaque videntur facere illi, qui in tractatione Juris Publici ſe non includunt cancellis iſtis Inſtitutionem Juris Romani privati Imperatoris *Juſtiniani*, ſed liberius incedunt, & methodum ſuam accommodant naturæ & indoli Juris publici, quam ſecuti optime *Bœclerus*, *Lampadius*, & alii quidam. Quod ſi examen juxta inſtituatur ſpeciale iſtius methodi, qua Jus publicum juxta Inſtitutiones Juris Romani privati Imperatoris *Juſtiniani* a quibusdam hactenus traditum eſt, deprehendemus notabilem alicubi rerum confuſionem, qua ex mala applicatione illius methodi quandoque a non nullis in Jure Publico ſub primo objecto, quod eſt Perſonarum, continentur illa, quæ ad ſecundum objectum, Juris Rerum ſcilicet, pertinent: & viciſſim ſub ſecundo objecto Juris quædam interdum tractantur, quæ ad primum objectum ſpectant: quod exemplis quibusdam oſtendere haud difficile eſſet, ſi prolixiores hoc loco eſſe vellemus. Iſta quoque methodo Inſtitutionum Juris Romani privati Imperatoris *Juſtiniani*, ſive æmulatione quadam Strauchii, eodem anno LXXIII. hujus ſeculi, prodierunt Francofurti ad Viadrum *Inſtitutiones Juris Publici Romani*, ex ipſis Receſſibus & Legibus Reipublicæ hujus fundamentalibus adornatæ, non appoſito quidem Authoris nomine, quem tamen *Johan. Fridericum Rhatium* eſſe, Anteceſſorem in Academia Viadrina, poſtea Electoris Brandenburgici Miniſtrum Status & Conſiliarium ſanctiorem, ſatis conſtat, Virum ſane de hoc ſtudio Juris publici undiquaque meritiſſimum: cui quidem non animus fuit ab initio publicare Inſtitutiones iſtas, quibus ipſe ſecundas operas adhibere haud potuit, impeditus variis iisque graviſſimis negotiis Reipublicæ, concedens tamen denique aliquid petitioni Bibliopolæ, & precibus amicorum, ut typis labor iſte imprimeretur, qui præſtans quidem ac utilis, non tamen ubique ſibi ſimilis eſt, ſi poſteriora prioribus jungantur: nulla quidem Autoris culpa, ſed ex rationibus modo dictis.

Eodem anno excuſæ quoque fuerunt Spiræ *Inſtitutiones Juris Publici* ſelectiſſimæ, ut appellantur, quaſi ſingulari opera & ſtudio *Nicolai Danckwerts* collectæ, quod nomen tamen confictum eſt, cum alius iſtarum Inſtitutionum, methodo quoque Inſtitutionum Juſtiniani Imperatoris conſcriptarum, Autor ſit *Philippus Reinhardus*

 Vitriarius,

Vitriarius, JCtus & Antecessor in Academia Lugduni Batavorum celeberrimus, qui anno hujus seculi LXXXVI. suo nomine vero Institutiones istas Lugdoni Batavorum edidit, adactus necessitate quadam, ut plagium fictitii *Danckwertii*, Institutiones istas multis in locis inquinatas & corruptas protrudentis, vindicet. Qua de re videri potest præfatio prælaudati *Vitriarii* ad Lectorem, & *Sulpicius l. c. pag. 52. & 53.* pertinetque huc etiam Judicium paulo ante relatum de autoribus, qui Jus Publicum ad methodum Institutionum Juris Romani privati Imperatoris Justiniani conscripserunt. Nec vero inter vulgares Scriptores *Vitriarius* est referendus, sed inter cultiores omnino, & tales, qui prodierunt ex Schola & disciplina *Bœcleri*, cujus principia genuina & fontes limpidiores ille sectatus est, plurimum in isto opere tanto Authori debens.

Referenda etiam est ad hanc classem Introductio, ut Autor appellat, in *Jus Publicum Imperii Romano Germanici novissimum*, Excellentiss. Dn. *Gabrielis Schwederi* JCti & Placitorum Feudalium in alma Academia Eberhardina Professoris celeberrimi, solida Juris hujus fundamenta ex ipsis fontibus quoque docte exhibens: de cujus instituto videatur Præfatio ejusdem ad Lectorem. Plus autem ipsa tractatio operis istius exhibet in principali argumento, quam titulus promittit. videatur *Sulpicius l. c. pag. 48. & seqq.* Prodiit haud ita dudum in istud opus *Schediasma* Dn. *Linckeri* JCti & Antecessoris in Academia Jenensi, suis quoque meritis conspicui: quod tamen dum alterius opus sub limam revocat, ipsum aliquoties hinc inde censuram meretur: uti ostendi facile posset, si instituti ratio illud hoc loco admitteret. Aliud judicium de isto Schwederiano opere prodiit nuper Jenæ in Epistola *Petri Mülleri* JCti, Juris Publici, & Feudal. Professoris item celeberrimi.

Non aliena plane hinc est *Henrici Kippingii* Methodus nova, Juris publici Theoremata & Commentarios, uti titulus refert libelli, proponens, quæstionesque quasdam resolvens, & Pacificationi Westphalicæ accommodans. De Scopo meditationum harum videatur Author *in præfatione ad Lectorem*, ubi putat se juris publici methodum novam descripsisse, in qua tamen nihil rari est, certe plus literaturæ & philosophiæ speculativæ, quam judicii ususque practici.

Locus hic etiam dandus est *Doctrinæ Imperii Rom. Germanici hodierni* Tabulis comprehensæ, autore *Jacobo Thomasio*: quibus

calculum

calculum etiam noſtrum adjicimus: præterquam quod in Tabula prima minus recte videatur aſſeri, quod ab Ottone III. Imp. obtinuerit electio Imperatorum. In Tabula XI. Jus extremæ Provocationis Cæſari competens bene eſt explicandum: & quod in Tabula XII. de Reſervato Imperatoris Romani circa Magiſtratus militares aſſeritur, ex hodierna conſuetudine, Capitulationibus, & Actis Comitialibus moderandum. Jus deponendi Imperatorem ad Tabulam XXXVIII. negandum. Superioritas territorialis Statuum Imperii aliter, atque in Tabula XL. fit, deſcribenda. Officiorum Electoralium Inveſtitura non ab Epiſcopo Bambergenſi, ut in Tabula XLVII. ex Sprengero refertur, ſed ab Imperatore & Imperio petenda: Reſtitutio immedietatis Ducum Wirtembergiæ non demum ex Pacificatione Monaſterienſi uti male in Tabula LI. traditur, ſed diu ante ex Transactione Pragenſi, ſub Rudolpho II. Imp. & Friderico Duce Wirtembergiæ, repetenda.

Nec improbanda eſt *S. Imperii Rom. Germ. Notitia in Nucleo* per *Tabellas* item repræſentata, a *Georg. Caſp. Kirchmajero*, P. P. Acad. Witteberg. accurata in plerisque, præterquam, quod autor part. 1. pag. 5. inter requiſita eſſentialia Status Imperii præter Seſſionem & ſuffragium in Comitiis, minus accurate addit Superioritatem territorialem: & medietatis in Duce Wirtembergico peſſime ibidem inter accidentia Status Imperii mentionem facit: & pag. 23. Nobilium Immedietatem non recte demum a tempore ruinæ Hohenſtauffiorum familiæ, & Seculo XIII. repetat: & pag. 31. Jura quædam Ordinibus Imperii per modum Privilegiorum conceſſa refert, quæ rectius dicuntur illis competere poteſtate quadam propria & ordinaria, per leges Imperii univerſales data, perque conſuetudinem, praxin & obſervantiam, recepta & approbata.

Non aliena hinc eſt, Idea Juris Publici in Tabulas quoque redacta, *Joannis Belizii, D.* cujus tamen ſententia in Tabula I. ubi in Statu Imperii noſtri mixto, Ariſtocraticum prævalere aſſerit, nobis non placet: & quæ in quæſtione Octava ad eandem Tabulam, de diſtinctione inter Imperatoris poteſtatis ſummitatem & plenitudinem afferuntur obſcure traduntur, & confuſe, nec ſine aliqua contradictione, ut apparet ex Quæſt. 13. In Tabula II. Quæſt. 10. *Imperium Imperatore majus eſſe*, periculoſa loquendi formula aſſeritur, tracta male in hanc ſententiam majeſtate reali. In Quæſtione 22. ad eandem Tabulam minus recte traditur, vivo Imperatore Regem Romanum

eligi posse tantum in illo casu, quo Imperator consentiat tali Electioni. In Tabula III. Imperatorem per depositionem diademate Imperiali privari posse: quam sententiam repetit in Tabula V. & in Quæst. 26. ad eandem Tabulam, Imperatorem non solum de controversiis Principum circa sessionem & præcedentiam judicare posse. In Tabula IV. Originem Electorum Ottoni III. Imp. non bene adscribit. In cujus Tabulæ Quæstione 29. falso & impertinente plane pro exemplo repetit, quod Dux Wirtembergiæ Status Imperii quidem sit, Ducatum tamen non recipiat ab Imp. immediate, sed mediate a Domo Austriaca, quem illa immediate recipiat ab Imperat. & per subinfeudationem conferat Duci Wirtembergico: cui errori grandi, antea etiam a nobis refutato, totum mox seculum contradicit in Serenissima Domo Wirtembergica cum Pactis recentioribus & Investituris Imperatoris & Imperii publicis, quæ in contrarium sunt. In Tabula V. circa Electoris Bavariæ Jura quædam confundit, uti ex ipsa Quæstione 42. ad istam Tabulam apparet. In Tabula VI. de Comitibus Schwarzeburgicis, & Waldecciis, non per omnia recte statuit. In Tabula VII. Nobiles Immediatos olim ad Comitia vocatos non ut Status, sed tanquam Consiliarios tantum & Adjutores Principum: In Tabula VIII. Principem seu Statum Imperii tantum posse in suo territorio, quantum Imperator in Imperio: & illum Imperio & Imperatori fidelitatem tantum, non vero subjectionem jurare (quam tamen ipse deinde in Tab. XI. agnoscit) Ducatumque, Teccensem feudum fœmineum esse itidem minus bene docet.

VIII.

Systematum mediocrium Scriptores.

Præter hos sunt quidam mediocrium Systematum Scriptores: quos inter potissimum celebratur *Tobias Paurmeisterus*, cujus extat opus libris duobus distinctum, *de Jurisdictione Imperii Romani*, quem titulum magis ex consuetudine quorundam loquentium, (qui nomine Jurisdictionis generaliter nimis acceptæ omnia Imperii Jura intelligunt) quam ex argumenti conditione imposuit. Vir diligens, & gravis judicio, multoque rerum Imperii usu, & Archivorum tritura atque experientia exercitus, amans patriæ, non tamen sine omni studio partium: cæterum incomparabilis, si accuratior & plenior illi accessisset philosophia, cujus rationes non ubique sequitur; ita subinde cum vulgo locutus, etiam ubi periculum non abest, neque errores vulgares semper subterfugiens; de quo videatur *Sulpicius*

picius l. c. pag. 60. ubi pretium illius, & quæ juxta in illo desiderentur, recenset, laudata Editione novissima *Joh. Eichelii.* Sane in Systematibus his Juris Publici non alio mallebat uti suo tempore *Bœclerus*, quam *Paurmeistero* hoc; quem ille non obscure contra aliorum opinionem recte præfert *Theodoro Reinkingio*, Scriptori etiam Systematico & Hypomnematico, qui sub titulo *Regiminis Secularis*, & *Ecclesiastici* Jus Publicum exequitur. Placuit ille vulgo ostentatione quadam multæ lectionis, & allegationis præsertim Juris privati, & novitate quadam methodi, habuitque ingentem ab initio famam, quam illi conciliarunt etiam magni Fautores, & familiaritas cum Principibus. Sed nævi sunt operis non ferendi, quos inter *Bœclerus l. c.* refert. 1. nimium studium partium, & manifestam assentationem, in magnum veritatis, rerum, & libertatis Germanicæ præjudicium, dum omnia ad hypothesin semel statutam, Rempublicam nostram esse Monarchicam, refert: vix alio hanc ita aperte audente affirmare. 2. Philosophiæ interioris, & profundæ imperitiam: quam nimis aperte etiam ubique prodit, & non ferendos errores per totum librum subinde admittit autor ille in ipsa principia Politica impingens: quod per partes ostendere facile esset. 3. Reipublicæ veteris & novæ faciem ubique confusam, quod ipsi inter artes vel mores fuit. 4. Historiam non ita tractatam sicut tractare debet is, qui Rempublicam suam nosse, & scribendo juvare ac ornare cupit. Addatur his judicium *Sulpicii l. c. pag. 62. & seqq.* ubi de hujus scriptoris laude, autoritate, subsidiis, & præstantia, quædam, sed non minus de apertis ejus nævis varia disserit.

Refertur huc etiam *Matthias Stephani*, qui in Tractatu *de Jurisdictione* Publicum quoque Jus describere, ac docere voluit, non tamen magnam adeo laudem in hoc argumento meritus, destitutus quippe mediis necessariis, rerum distinctione, & præsidiorum apparatu: uti de illo judicat Sulpicius *l. c. pag. 62.* ubi par judicium de *Christoph. Besoldi* Commentationibus, eodem titulo *Jurisdictionis* adornatis, subjungit.

Accedit his *Hermanni Hermes* Fasciculus Juris Publici: qui Scriptor inter Pontificios post *Beckerum* ad hanc materiam etiam pertinet, multum eruditionis & judicii habens, afferensque ad hanc rem lumen Experientiæ; de suo tamen vix aliquid addens, verum judicia aliorum diligenter colligens, & conquisita judicio dirigens:

imprimis

imprimis autem hypothesi suæ serviens, & partibus studens, nec satis æquus nostris, & multa etiam habens, quæ pugnant cum Juribus Imperatoris. Videatur de hoc etiam Judicium *Sulpicii l. c. pag.* 64. qui hunc Autorem plura quidem quam cæteros religionis suæ asseclas præstitisse, sed nondum talia, ait, quæ seorsim & excellenter mereantur commendari.

Subjungi his potest Systema Juris Publici Romano Germanici opera & studio *Caroli Scharschmidii*, suum etiam comma ferens & pretium, cum imitatione quadam Bœcleri, multaque præclara continens, & gustum præbens majoris, quod excoli posset, operis. Politicam tamen etiam *cap. 1. membr. 1.* in quibusdam non ita bene a Jure Publico distinguens: & in *cap. 10. membr. 2.* de Majestate Imperii, quatenus est in ipso Imperio tanquam subjecto communi, juxta Majestatem Imperatoris eodem tempore, periculose differens: quod etiam facit cap. 30. ubi de majestate reali & personali non bene philosophatur; & in *cap. 16. membr. 3.* nondum solide per omnia refutat sententiam Bœcleri circa depositionem Cæsaris.

IX.

Scriptores qui ad Systematis modum prope accedunt.

Inter illos qui ad Systematis scriptionem putantur accedere, nec tamen revera Systema composuerunt, duos imprimis nominat *Bœclerus l. c. ad Ottonis Jus publicum pag. 26.* qui Studiosis Juris Publici tanquam principes commendandi sint, primum scil. *Petrum de Andlo*, Alsaticæ nobilitatis decus, Canonicum Colmariensem & Decretorum Doctorem, renascentibus literis, Seculo XV. florentem: cujus extant libri duo de *Imperio Romano*, Regis & Augusti creatione, inauguratione, administratione, officio & potestate Electorum, aliisque Imperii partibus, juribus, ritibus, & ceremoniis: Opusculum sæpius editum, & probatissimis notis *Marquardi Freheri* illustratum, magnæque apud omnes autoritatis, quantum quidem illi seculo convenire potest. Alterum *Bœclerus l. c.* seculo toto antiquiorem, in hoc ordine commendat *Lupoldum de Bebenburg*, Decretorum Doctorem, & tandem Episcopum Bambergensem, cujus est tractatus *de Juribus Regni & Imperii Romanorum;* quo quidem non aliam magis Juris publici partem exequitur, quam illam de translatione Imperii, & Juribus Imperatoris: in quem Scriptorem, cujus itidem pro conditione illius temporis magna est autoritas, extant quoque *Marqu. Freheri* notæ posthumæ, a *Berneggero* cum ipso *Lupoldo* editæ.

X. Se-

X.

Sequuntur Scriptores *Systematici* qui Jus Publicum totum majoribus operibus excoluerunt: quos inter primus de illo ita prolixè commentatus est, collectionis ubertate affluens *Dominicus Arumæus*, cujus extant collecta Volumina quinque hujus argumenti, & *Discursus*, qui partim ipsum, partim vero alios Autores habent, ut proinde non simplex judicium de illis esse possit; non omnes enim illorum sunt adeo accurati: prævalent tamen, qui magna diligentia sunt scripti, in *Auream Bullam*, & Tractatus *de Comitiis*. Cæterum desideratur in Arumæo notitia rerum antiquarum, tum cognitio Philosophiæ: reperiasque multa apud illum de plano arrepta, aut partium studio imbuta, aut confuse tradita, ut hujus scriptis nemo solum possit niti: unde juverit, monente *Bœclero*, *Arumæum* conferre cum *Limnæo*, illius discipulo, & ex mutua collatione rei ipsius genium dijudicare. Manet tamen hæc præcipua laus *Arumæum*, quod is primus studium Juris Publici, diu ignoratum, in Scholas reduxisse, & aliorum ingenia ad ulteriorem culturam illius provocasse visus fuerit: quanquam etiam quinque illius Volumina alicubi generalia nimis, & ad statum Imperii haud præcise pertinentia argumenta, contineant. Videatur *Sulpicius l. c. pag. 71. & seqq.* ubi plura de hoc Autore.

Scriptores Systematici majorum Operum.

Et præfato *Joh. Limnæo* quidem nemo in hoc genere Scriptorum, judicio *Bœcleri l. c.* anteponendus est: Ille enim præstantissimus Vir multa experientia & φιλοπονία in *Tomis Juris publici* diligentissime & luculentissime, magna copia eximius, collegit pleraque, & in *Tomis Additionum* supplevit: in quibus industria & Notitia Rerum Germanicarum incomparabilis, major tamen in posterioribus, quam prioribus conspicitur, & insignis quædam libertas scribendi laudatur, ob quam etiam *Annotationes* illius in *Capitulationes Imperatorum & Regum Rom. Germanorum* proscriptæ publice essent, nisi autoritas *Marchionis Brandenburgici* intercessisset. Quanquam autem studio partium videatur esse vacuus Limnæus, tamen in Republica nostra fovit Optimatum Statum, a *Bodino* sugillatum: in qua controversia ipse non rectè versatur circa distinctionem inter formam sive statum Reipublicæ, & inter administrationem Status: *Conringius* etiam in illo desiderat peritiam rerum veteris Historiæ, & quod antiqua confundat cum novis: & *Bœclerus* ipse fatetur, quod in Philosophia (cujus lumine interiore destitutus sæpe fallebatur) si quan-

do disputatio subtilior incidat, non semper adeò accuratus sit. Cæterum quale judicium *Severini de Monzambano* de illo fuerit, constat ex illius libello *de Statu Imperii Germanici.* Voluit occurrere moli hujus Autoris *Philippus Andreas Oldenburgerus*, in *Limnæo*, ut vocat, *Enucleato*, cui suas inspersit notas, subinde quoque instar sarcinæ: majus operæ pretium facturus, si Autoris hujus, qui in aliud compendium redigi posset, principia & sententias pressius examinasset, & diligentius correxisset, Novissimè *Ahasverus Fritschius* de Jure Publico *Limnæi* bene meritus est, edendo ad illud Tomum novum ac Tertium Additionum, cui varia Acta, & monumenta publica ex præsentibus Comitiis quoque desumta, utilissimè inseruit, junctis Annotationibus ad *Instrumentum Pacis Westphalicæ*, & Tabulis *Pacis Neomagiensis*. Sed de *Limnæo* plura magno favore scripta v. apud *Sulpicium l. c. pag.76. & seqq.* ubi respondet nonnihil censuræ *Severini de Monzambano*, & judicium verum addit de *Oldenburgeri Limnæo Enucleato*.

Tertius his jungi debet, observationum cura laudandus *Justus Sinolt*, cognomento *Schütz*, Professor Academiæ Giessensis primarius, & Cancellarius, Vir literatissimus, & magnis negotiis adhibitus, multisque legationibus ad Comitia Imperii, variasque Principum Aulas defunctus. Edidit is *Collegium publicum de Statu Rei Romanæ*, duobus Voluminibus comprehensum: in quo multa egregiè collecta, partim etiam observata, & disquisita sunt: quoniam tamen ipse non omnia conscripsit, sed Candidatis Juris, quos libris instruxit, quique etiam interdum manum operi admoverunt, compilanda varia dedit, ideò Disputationes illæ non sunt unius generis, habentque quædam vulgaria, quæ in aliis quoque Scriptoribus Juris Publici notari solent: quanquam Præses harum judicium suum elaboratis etiam adhibuerit, & quædam tum temporis nondum reperta ex propria experientia iisdem addiderit. Scripsit autem idem Author Supplementa quoque præclara in opus illud jam perfectum, ex tractatione publicorum negotiorum decerpta, verum hactenus inedita: Sed & filius tali Patre dignus *Johan. Helvicus Schüzius* cum adhuc Professor in Academia Giessensi esset, de suis quædam paterno operi adjunxit, quæ tum ab aliis, tùm a Magnifico Domino *Erico Mauritio*, sub nomine *Manuscriptarum Positionum Juris Publici* laudantur: qui labor ab eodem Helvico continuatus fuit, postquam ipse inter Consiliarios Judicii Imperialis Aulici, & deinceps Cancellarius Ducis

Brun-

Brunſvico-Luneburgici in Aula Cellenſi adlectus eſſet. Poſtea *Carolus Scharſchmidius* novam totius operis *Schiiziani* editionem paucis ab hinc annis paravit, additis quibusdam Annotationibus ſuis. vid. *Sulpicius l. c. pag. 73. & ſeqq.*

Pertinet huc aliqua ratione etiam *Chriſtiani Gaſtelii* Tractatus de *Statu Publico Europæ noviſſimo:* aliorum quidem etiam Regnorum deſcriptiones, ſed breviores continens, at in noſtræ Reipublicæ deſignatione maximè occupatus: in quo quid æſtimandum, quid minus, mox apparet: laudanda cæteroquin Authoris induſtria utilis, quam commendat etiam *Sulpicius l. c. pag. 84.*

Quòd ſi prælaudati Domini *Erici Mauritii* Commentarius Juris Publici quem in hac Academia *Eberhardina* etiam moliebatur, abſolutus eſſet, inque lucem publicam prodiret, haberet ille utique inter hæc majora Volumina, de quibus hoc loco ſermo, præcipuum quoque locum. Quemadmodum autem ex ungue Leonem, ſic ex ſpecimine quodam operis illius, quod publice extat, & *de Principiis Juris Publici Germanici*, inſcribitur, totum licet æſtimare: quali etiam in pretio tanti Viri *Diſſertationes* reliquæ ad varias illuſtres Juris Publici materias merito æſtimandæ ſunt,

XI.

Non alieni quoque hinc ſunt, qui per modum collectionis Hiſtoricæ autoritatem aliquam in Jure Publico nacti ſunt: in qua Claſſe *Bœclerus l. c.* memorat *Franciſcum Irenicum* in Exegeſi rerum Germanicarum; qui Autor claruit ſub Maximiliano I. Imper. illiusque opus duodecim libris comprehenſum multa autoritate in argumentis Juris Publici convaluit. vid. Gerhard. Jo. Voſſius *de Hiſtoricis Latinis lib. 3. cap. 10.* Huc præter Lehmanni *Chronicon Spirenſe*, de quo antea dictum, refert etiam Bœclerus, *Marſilii Patavini* ſcriptoris celeberrimi, *Defenſorem Pacis:* quo ſcripto Jura Imperatoris potiſſimum aſſeruntur.

Scriptores qui per modum Collectionis Hiſtoricæ huc pertinent.

XII.

Sequuntur jam *Scriptores argumentorum ſingularium* quorum adeo multi ſunt, ut nominare ſingulos nimis longum foret, & nec hujus loci, nec noſtri Inſtituti. Specimen aliquod illorum exhibuit quoque *Bœclerus* in conſignatione ſupra citata, juxta ſeriem materiarum, quæ recenſio tamen quotidie novis ſcriptoribus etiam cum ætate poſtea aucta eſt, & adhuc augetur. Pertinent huc quoque illorum labores, qui vel ſuas, vel aliorum de diverſis Juris Publici argu-

Scriptores ſingularium argumentorum.

mentis habitas Dissertationes uno sæpius Volumine exhibuerunt, instituto omnino utili, & quod probat etiam *Sulpicius l. c. pag. 88.* Ad qualia opera referri debent, *Nucleus Juris Publici* Giessæ olim, & alibi quoque editus: *Ahasveri Fritschii* Exercitationum variarum Juris Publici volumina quatuor partibus comprehensa: & opuscula varia XLVII. nuper uno volumine edita: *Conradi Biermanni* Commentarii tribus Tomis Hanoviæ editi: *Disputationes Basileenses*, quæ etiam aliqua hujus generis in se continent: *Repræsentatio Reipublicæ Romano Germanicæ*, Noribergæ edita. Ne quid dicamus de variis Dissertationibus *Strauchij*, *Conringij*, *Rhetij*, &c. in quibus potiora Juris Publici capita etiam pertractantur.

Justi autem Tractatus formam habet in hac classe Scriptorum libellus *Nicolai Myleri ab Ehrenbach*, de Principibus & Statibus Imperii Rom. Germanici, suo pretio æstimandus, nec debita laude fraudendus: sed qui totius Juris Publici argumentum non exhaurit, verum partem illius tantum, licet nobilissimam, tractat; quem in materia de forma sive Statu Imperii præcipue etiam probat Bœclerus *in Notitia Imperii lib. 22. cap. 2.* Addatur judicium de illo *Sulpicij* in cit. Dissertatione pag. 37. & 38. ubi refert, quod libellus iste usurpatus sit in Aulis etiam Magnatum, erudiendis, ac ad Regimen publicum formandis Principibus Juventutis; quos inter idem studiis *Serenissimorum Wirtembergiæ Ducum* CAROLI MAXIMILIANI, GEORGII FRIDERICI beatissimæ memoriæ, & LUDOVICI in *Illustri Collegio* hoc, sub moderatione Professoria *Præsidis* hujus Dissertationis inserviit. Consiliariis certe, ac omnibus aliis in publica negotiorum administatione constitutis idem prælaudatus Author tum citato libello, tum aliis suis in vulgus editis operibus notissimis Juris Publici, & practicis, præsidium utile præbere potest: cujus Commentarii posthumi in citatum libellum *de Principibus & Statibus Imperij* edendi & obtinendi spem nondum omnem deponimus, ex quo multarum quæstionum & controversiarum majorum, examinatis utrinque rationibus, deductionem, judiciumque de his, quod aliquoties antea suspendebatur, uberius & apertius peti poterit.

XIII.

Rerum Cameralium Compilatores.

Sed & *in Rerum Cameralium*, ut appellantur, *Compilatoribus*, qui Vota, Consultationes, Relationes, Observationes, Consuetudines, Decisiones, Sententias, & integrum Processum Supremi Imperii Judicii, quod paucis ab hinc annis tristi fato *Spira Nemetum* translatum

tum est *Wezlariam*, collegerunt & descripserunt, multa extant argumenta, ad hanc Disciplinam Notitiæ Imperii pertinentia, non quidem methodice, ut vocant, sed practice, & pro renata tractata, atque occasione controversiarum inter Status Imperii actarum, secundum usum forensem adornata; quæ non tantum ad Jus Civile privatum, sed pleraque ad publicum Imperii pertinent, cujus certamen aliquod Ingeniorum in illis rebus dijudicandis cernitur inter Judicii illius Supremi Assessores: qui etiam ex notitia Juris Publici Imperii nostri potissimum præsentari, & eligi solent. Quò etiam spectant verba *Rachelij* in Introductione ad Jus Publicum Germanicum cap. 9. pag. 48. *Etsi in Judiciis quæ agitantur controversiæ, privatos plerumque concernant, ipsum tamen Judicium, & processus Judiciarius quomodo sit constitutus, Statum publicum civitatis afficit.* Inter hos Scriptores, præter famosissima *Gailij* & *Mynsingeri* in *Observationibus* nomina, eminent, *Adrianus Gillmannus*, qui Symphoremata quinque Tomis contenta conscripsit, (sextum Tomum illis addente *Paulo Matthia Wehnero) Johannes Meichsnerus* in Decisionibus, quas in quatuor Tomos disposuit. *Nicolaus Cisnerus: Petrus Denaisius* in Jure Camerali: *Christianus Barthius: Raphael Seilerus* in Sententiis Cameralibus: *Tillemannus de Benignis* in Observationibus & Decisionibus Cameræ Imperialis: *Casparis Klockii* Relationes, Vota Decisiones, & Res in Camerâ Imperiali ab Anno 1600. judicatæ. *Magenhorstius* in Ordinationem Cameræ: & *Gambsius* Advocatus Cameralis in Recessum novissimum Imperii. Quibus addi possunt *Guilielmi Rhodingij* Pandectæ Camerales: *Jacobi Blumij* Processus Cameralis, & aliorum, præsertim etiam *Reusneri*, & *Deckeri* in hac materia scripta notissima: quibus accensendi, *Wehnerus* in Commentar. ad Ordinationem Judicii Imperialis Aulici, & Rotwilensis: *Mevius* in Decisionibus Summi Tribunalis Regii, quod est Wismariæ: & *Uffenbachius* de Consilio Cæsareo Imperiali Aulico. Sed & referri huc possunt Consilia quorundam JCtorum de Rebus ad publicum Imperii Statum pertinentibus subinde lata: qualia sunt *Klockiana*, toto præsertim Tomo ultimo, & præter *Argentoratensia*, etiam *Marpurgensia*, & *Tubingensia*.

XIV.

Ultimo loco recensendi etiam sunt in hac Disciplina Notitiæ Imperii nostri, inter Magistros mutos, *Subsidiarij Libri*, quos *Boeclerus* in Notit. Imp. lib. 1. cap. 4. paucis attingit: *Sulpicius* autem in *Subsidiarii Libri.*

 cit.

cit. Differt. pag. 91. &c. paulo latius indicat, & ex illis aliquos ad vetustiora, nonnullos ad præsentia magis, disciplinam suam accommodasse scribit. Ad prioris generis classem refert ipse *Friderici Lindenbrogij* Glossarium: & similes labores *Meursii, Rigaltij, Wendelini, Watsii, Vossii*, ut & *Speelmanni* Archæologiam: *Goldasti* Vocabularium Alemannicum: *Wilhelmi Somneri* Dictionarium: *Caroli du Fresne* Glossarium Latino Barbarum.

Lexicographi Juris Publici.

Ad posterioris generis Classem pertinent Lexicographi quidam Juris Publici propria tempora magis respicientes; quos inter laudandus præcipue est *Paulus Wehnerus* in Observationibus Practicis, Vir doctissimus, & Rerum Germanicarum peritissimus; cujus omnia scripta, probata in publicum, tulerunt calculum Eruditorum. Vid. *Sulpicius l. c. pag. 92.*

Post *Wehnerum* hoc loco nominandus est *Christophorus Besoldus*, in Thesauro Practico, collectionis ubertate quidem major *Wehnero*, sed judicio, ordine, ac selectu minor: in quem Supplementa & continuationem scripsit *Christ. Lud. Dietherrus*: & novissime *Fritschius*.

Sed & *Joh. Jacobi Speidelii* Speculum Observationum pro continuatione quadam operis istius Besoldiani haberi debet: a quo Collectore inserta quoque sunt Speculo isti monumenta quædam inedita, quæ ut maxime necessaria commendantur. Nec reticenda hoc loco est ejusdem Autoris *Sylloge* Quæstionum, Consulationum Definitionum & Decisionum Juridicarum & Politicarum, cujus ultima manu infinitis in locis correctæ emendatæ & auctæ editionem locupletiorem & concinniorem Vir Magnificus *Dn. Joh. Jacobus Curtius* JCtus Celeberrimus, & Serenissimi Wirtembergicæ Ducis Secretior Regiminis Consiliarius, atque Pro-Cancellarius, Feudorumque Præpositus, tot meritis dudum gravissimus, hactenus singulari cura, & magno lobore adornavit, Operisque jam ultra dimidium absoluti desiderio Orbem publicum ac eruditum sibi devinctum tenet.

Subjungendum his est *Ahasveri Fritschij* Manuale Jurisprudentiæ publicæ, magna jam parte auctum, & ex Scriptoribus melioris notæ concinnatum.

Locum etiam in hac Classe sibi vindicat *Dn. Franciscus Frid. ab Andler*, in Corpore Constitutionum Imperii, quod instar locorum communium, & Indicis cujusdam in Jure Publico Imperii nostri, servire potest. Cujus Authoris *Jurisprudentia publica & privata*, laudanda

danda etiam hoc loco venit, modo plures illius Titulos haberemus. Hisce ingentem cumulum facile esset adjicere ex Tractationibus Comitialibus, & Cameralibus: ex quibus quisque propria industria sibi Indicem ejusmodi facere, collectione singularum materiarum sub certis titulis instituta, posset: unde inter hæc Subsidia magnus usus sperandus.

Prodiit etiam non ita pridem ingens & sua laude dignum opus Nobiliss. Dn. *Jac. Bernh. Multzen a Super. Schönfeld*, cum Titulo *Repræsentatio Majestatis Imperatoriæ per singula ejus Jura.* Cui augusto argumento absit longissime ut quisquam Imperii civis vel minimum quid detrahat: principia tamen quædam, & rationes quibus Author ille passim utitur, tum in Præfatione, & Prolegomenis, tum in reliquis partibus istius operis, in Materia de Majestate, & Statibus Imperii, (unde judicium fieri debet de forma Reipublicæ nostræ, in qua ille optime quidem unitatem servat, ac defendit) & alibi, non ubique ita solidæ sunt, quæ non accuratius examen mereantur.

XV.

Constat denique Disciplina Notitiæ Imperii, de qua hactenus sermo, *Usu & Exercitatione*, adeoque experientia rerum Civilium in Imperio, tanquam fortissima Magistra: quam pluribus laudare ad præsens institutum, esset soli lucem fœnerari. Illius sane beneficio comperiuntur multa in hoc argumento nostro, quæ non nisi sub speciminibus singularibus declarari, & in ipsa tractatione negotiorum ostendi, ac doceri possunt. Suntque per universum hoc opus plurima, quæ revera scriptis non attinguntur, aut in publicum proferuntur, uti docte & prudenter ait *Bœclerus* in Notitia S. R. Imperii l. c. pag. 15. Quare adeo necessaria est ad Disciplinam Notitiæ hujus parandam illa Experientia rerum, & Commercium cum Viris pragmaticis, usuque rerum spectatis, etiam per peregrinationes, literas, & Colloquia familiaria. Quæ omnia quomodo instituenda, & obtinenda, monstrat *Lipsius* in Epistola ad *Philippum Lannoyum*, & *Bœclerus* in Dissertatione *de Peregrinatione Germanici Cæsaris*: quibus addi potest *Sulpicius* in cit. Dissertat. pag. 96. seqq. ubi etiam de Exercitatione & Usu, qui omnium Magistrorum præcepta in hac quoque Disciplina superat, quædam notatu digna observat, & juxta de Subsidiis Germanicæ Historiæ, quæ huc pertinent, edisserit.

9 Usus & Exercitatio.

XVI.

XVI.

Fundamentis & principiis hujus Disciplina adduntur Quastiones quadam.

I. An Notitia hac possit haberi ex Jure Civili Rom. privato?

Ostensis ita fundamentis & principiis Disciplinæ, quæ nobis proposita, addimus ad intelligendam amplius indolem illius, Quæstiones quasdam, quibus etiam locum dedit *Bœclerus* in Notitia S. R. Imp. l. c. pag. 16. quos inter prima hæc est: *An Notitia Imperij possit haberi ex Jure Civili Romano privato, ac Voluminibus antiquis, quæ eo pertinent?* Id quod maximam partem negandum, non minus ac de Jure Publico id negat *Cravetta* Consil. 906. n. 4. ibi: *In decisionibus causarum is status semper attendendus est, qui nunc est, non qui olim fuit, aut futurus est*. vid. Autor der Donawertischen Information, *Sebastianus Faber* JC. Vice-Cancellarius Wirtemberg. *Lehmannus* in Chronico Spirensi l. c. cap. 4. *Heigius* part. 1. quæst. 7. *Waremundus ab Ehrenberg* lib. 1. de fœder. c. 1. n. 104. *Besoldus* de Jurisdictione Rom. Imp. p. 2. *Limnæus* de Jure Publico Imper. Romani libr. 1. cap. 3. Jus autem Publicum esse partem Notitiæ Imperii, neque ita late patere, atque hanc, dictum est supra. Et illud Jus Publicum antiquum quod in Jure Romano Civili continetur libris Pandectarum, & Codicis Justiniani Imp. prioribus, & posterioribus, quodque *Julius Cæsar Bulengerus* excoluit adeo diligenter & erudite, atque *Jacobus Gutherius* ex textibus Codicis Theodosiani & Justinianei collegit, ad Notitiam hodierni Imperii, nec per omnia pertinere, nec sine incommodis & absurditatibus ubique applicari posse, recte cum aliis tradit *Bœclerus* l. c. ubi addit, ea quæ de cætero ex Jure Civili privato afferuntur, non nisi ad particulam Notitiæ Imperii modernæ, & quidem sæpe per comparationem, pertinere.

Vitandi itaque sunt, qui in hac quæstione nimium tribuunt Juri Civili antiquo Romano, quique omnia quæ in illo dicuntur de Imperatore & Principe Romano, deque Præfectis Prætorio, Præsidibus Provinciarum, & Magistratibus, sine omni judicio, & temere prorsus atque absurde, traducunt ad Imperatores nostros hodiernos, (qui non ita Monarchice imperant ut primi illi) maleque applicant ad Principes & Status Imperii modernos, qui longe majore gaudent potestate ac dignitate quam ullus Magistratus olim Romanus. Alii autem, qui prorsus hic eliminant Juris Civilis Rom. considerationem, etiam non sunt ferendi: habet enim Jus Civile Romanum privatum suum etiam usum in hac ipsa Notitia Imperii, si sobrie cum illa, & cum Jure Publico conjungatur, præsertim in Judiciis, & actionibus instituendis, quibus Jus prosequimur: cujus rei specimen

cimen insigne dedit *Ludolphut Hugo*, in Tractatu de Statu Regionum Germaniæ. Hinc & Assessores Cameræ Imperialis juramento adstringuntur ad Romanum Jus Civile, illiusque observationem, scilicet ube deficiunt Statuta provincialia, & locorum, moresque & consuetudines horundem, nec non praxis & observantia in terris Imperii. Itaque in hac quæstione media incedendum est via: ita scilicet, ut in dirimendis controversiis nostræ Reipublicæ semper proprium Jus præferatur peregrino, nec antiquum illud Romanum ita absolute respiciatur, sed hujus usus moderate adhibeatur, si nimirum cessante Jure hodierno nostris rebus conveniat, & praxi fuerit receptum: unde prudentia opus, qua dispiciendum, an, & ubi & quomodo Jus illud Romanum admitti queat. Est & artificium aliquod eruendi ex Jure Germanico privato, quæ ad Jus publicum pertinent, ex intellectis sc. penetratisque Nomotheticæ prudentiæ rationibus, uti innuit *Bœclerus* ad Ottonis Dissertationem de Jure publ. pag. 4. Addi his potest *Manzius* parte prima Juris publici tit. 1. §. 5. ubi, unde petenda cognitio Juris Publici, disquirit, & ex Jure Publico Rom. quædam ad nos profecta, quædam omnino abrogata esse, rectè ait, adeoque de Imperatoris, & Principum Imperii hodierna potestate, aliisque similibus controversiis, ex Jure Justinianeo decisionem haud petendam esse tradit. *Non pauca quidem tractantur in Pandectis & Codice de Jure publico*, ait ille, *uti sunt tituli de magistratibus, de Jurisdictione, de Judiciis, de jure fisci, de re militari, ad municipalem, de legationibus, de operibus publicis, de rebus ad Remp. pertinentibus. Nihilominus quia Imperii Romani hodie longe alia est facies quam fuit olim tempore Justiniani Imp. ideo illud Jus publicum quod in corpore Juris, præsertim vero lib. ff. J. Cod. ac præcipue tribus posterioribus Codicis libris, & aliquot Novellis habetur, veteri Rep. mutata, magnam pariter passum est mutationem. Besoldus* de Jurisdict. Imp. Rom. in præfat. quæst. 10. *Beckerus* in procem. Synopseos Juris publici. *Limnæus* in prolegomenis ad Capitulat. Impp. Sect. 8.

XVII.

Altera jam Quæstio hoc loco occurrit: *Ex quibus principiis Notitia Imperii comparetur?* Ubi etiam apparet, quantum intersit inter id, quod Juris publici nomine proprie venit, & inter accuratam Notitiam Imperii, quæ ipso Jure publico longè latior & diffusior est, uti aliquoties jam dictum. Et de Jure publico quidem rectè non minus ac de Jure privato in §. 4 *J. de J. & J.* etiam dicitur quod collectum, sit ex

II. Ex quibus principiis Notitia Imperii comparetur?

Jure naturali, Gentium,& Civili. *Gœddeus ad l. 6. in princ. ff. de V. S. Hunnius* Var. Resol. lib. 1. t. 21. quæst. 28. *Bachovius ad Treutlerum* Disp. 1. part. 1. Th. 6. & 8. *Schützius* in Collegio Jur. Pub. Disp. 1. th. 5. Id quod de Jure Publico nostri Imperii Romano-Germanici peculiaribus Disputationibus in Academia hac ostendit quoque sæpe laudatus Magnificus *Mauritius*. Sed hoc non potest æque dici de Notitia Imperii nostri universim, quæ maxime in singularibus consistit: qualia ignorat universale illud Naturæ,& Gentium Jus: quanquam utrumque illud Notitiæ huic non contrarietur: sicut nec Jus Civile. Quemadmodum igitur quælibet Disciplina habet sua propria fundamenta & principia quibus nititur: Ita Notitia hæc constat quoque *ex domesticis principiis*, quæ sunt *Historia*, & *Politica*. Ut enim sciatur quomodo singula se habeant in Imperio nostro, Historici operis est, ut autem, quomodo ista judicari debeant, intelligatur, Politici judicii est. Interim non plane possunt segregari Jus Naturæ, Gentium, & Civile, a Republica nostra Rom. Germanica, ejusque Notitia. Cum enim Civitas sit species perfectissima societatis, ejusque naturalis: omnis autem ejusmodi Societas Juris naturalis vinculo contineatur, merito nostra quoque Civitas & Respublica pro fundamento habet Jus naturale, ut & Jus Gentium: cum præsertim Gens nostra Germanica per tot Secula inter moratiores Gentes Europæ emineat. Interim tamen Notitia Reipublicæ nostræ, de qua hoc loco sermo, ex his juribus proxime peti non potest: sed propius huc spectant, uti dictum, Historiarum, & in his venerandæ etiam Antiquitatis, scientia, & præcepta Politicæ generalis. Pertinent huc omninò verba *Sulpicii* in citata sæpius Dissertatione p. 56. *Verum est Historiam & Politicam, sive principa cum* Bœclero, *sive adminicula Juris publici cum* Praschio *dicere velis, certissima fundamenta esse, quibus universæ hujus, cui operamur, disciplinæ contextus, feliciter inædificetur: atque horum minus accuratam tractationem causam esse, quod Jus Publicum non satis sit excultum, idem* Praschius *de JCto vero & personato p. 143. ostendit, imo ex neglectu illorum studiorum omnia ferè mala, quæ Germaniam nunc affligunt, oriri, ex meliori autem cultu fortunatiorem statum sperari debere, profiteri ausus est, ac demonstrare sustinuit* Conringius, *de Historia quidem* in Præfatione ad Taciti Germaniam, *de politica verò*, in Epistola Giphanii Politicorum Aristotelicorum Interpretationi, *præfixa*. Quemadmodum autem hoc loco iterum

Principia illius domestica, Historia & Politica: non remoto plane hinc Jure Naturæ, Gentium, & Civili.

occurrit

occurrit differentia Notitiæ Imperii, & Juris publici Germanici: ita Principia Juris Publici Germanici bene cum *Rachelio* in Introduct. ad Jus Publ. Germ. distingui possunt in *Principia essendi*, quæ Jus illud publicum ceu partes ejus essentiales constituunt: & in *Principia cognoscendi*, quorum adminiculo Jus illud rectius ac plenius intelligi & sciri potest. Ex quibus *Principia essendi* iterum considerari possunt vel ut *Communia* quibus sc. etiam aliarum Rerum publicarum Status & Jus publicum ordinatur: & fulcitur, ut sunt Jus Naturæ, Jus Gentium: et suo modo quoque Jus Feudale: vel *ut Propria:* quæ Germania sibi in suum usum publicum, sua voluntate, & publica autoritate, peculiariter scivit: ut sunt leges arbitriar, ab iis conditæ, vel approbatæ, penes quos est Legislatoria in Germania potestas, vel jura non scripta, usus, consuetudo, praxis, & observantia Imperii Deß Reichs Herkommen, de qua vid. Dissertatio prælaudati Dn. *Kulpisii* & de principiis istis universim ac sigilatim legendus *Rachelius* in Introd. ad Jus publ. Germ. c. 5. & seqq. qui *cap. 11. l. c.* inter *Principia cognoscendi* Jus publicum Germanicum, refert *Cognitionem Historicam*, eamque etiam Genealogicam, Geographicam, Chronologicam: quia, ut ait, Historia, aut Scriptores ejus, non faciunt Jus publicum, sed leges vel scriptæ, vel non scriptæ, de quibus testimonium perhibeant Historici. De qua sententia serram contentionis non movebimus cum Rachelio. Sed si de Notitia Imperii, quatenus illa a Jure Publico diversa est, sermo sit, ad illius Principia non cognoscendi solum, sed & essendi, referri potest Historia. Quod autem Politicam attinet, illa non tantum inter adminicula cum *Praschio* & *Rachelio* l. c. cap. 16. nec solum inter Principia cognoscendi, sed & essendi, tam Juris Publici, quam Notitiæ Imperii, nostra sententia referri potest.

G Principia Juris Publici Germ. alia essendi, alia cognoscendi: alia Communia, alia propria.

XVIII.

Et Historias quidem quod spectat amplius, habent illæ magnam vim probandi, teste *Balbo* in *l. 1. ff. de Offic. Quæst. Menochio* in Consil. 1. num. 272. *Natta* Consil. 636. num 91. quippe quæ notorium inducunt. *Mascardus* de Probationibus Conclus. 287. *Glossa* in c. *placuit Distinct. 16.* ut adeo scientiæ juris omnino jungenda sit cognitio Historiarum: ne illarum ignorantia damnum, quod sæpe Principes, & Respublicæ cum maximo detrimento experiebantur, afferat: ita ut dolendum sit cum *Schüzio* in Colleg. Jus Public. l. c. th. 13.

Vis Historiarum ad probandum.

th. 13. quod Studiosa Juventus non jucundissimum modo, sed & utilissimum atque necessarium hoc studium in Academiis segnius plerumque tractet. Præcepta autem Politicæ generalis Notitia hæc Imperii eatenus applicat, quatenus Status & leges Reipublicæ nostræ patiuntur, uti bene loquitur *Schüzius* l. c. ubi cum *Wahremundo ab Ehrenberg* recte etiam ridet illos, qui putant ex idea Platonis & Aristotelis, adeoque in foro solum Scholastico, Rempublicam nostram regi posse, quæ suis juribus, Philosophis istis ignotis, gaudeat.

XIX.

Cum igitur beneficio Historiæ & Politicæ Notitiam hanc Imperii impetremus, & ad illam duabus his alis certissimis subvolemus, ut cum *Bœclero*, (quem ducem in hac materia elegimus, & cujus *Notitia Sacri Romani Imperii*, etiam ubi a nobis specialiter non nominatur, laudatur, illudque insigne elogium apud *Sulpicium* in cit. Dissertat. p. 55. & seqq. calculumque per totum Imperium meretur) loquamur, quæritur cum eodem amplius tertio loco: *Quomodo ad hanc Disciplinam Historiarum cognitio haurienda sit?* Qua in re opus est cautionibus, & delectu Historicorum: in quibus præferendi sunt, qui maturo & exacto judicio scripserunt, quique coævi rebus gestis, & actionibus ipsis interfuerunt: & quæ alia attendenda sunt, notata ab illis, qui Methodum legendæ Historiæ scripserunt, quales *Bodinus*, *Reineccius*, *Chytræus*, & plures, in Belgio etiam, Scriptores in unum opus collecti. Cognitio autem Historiæ Universalis & omnigenæ ut ad alia multa, ita & hic utilissima est, a qua ordiendum maxime, & ad quam fideliter discendam commendatur quoque *Chronicon Carionis*: in quo exornando operam locarunt *Phil. Melanchton*, & generalius *Peuserus*: habeturque in illo libro egregia ubique narratio rerum Germanicarum, cujus vel solum prooemium continent epitomen Historiæ. Sed & proficua hos ad usus est Historia *Cluverii*, qui res Germaniæ satis exactè tradidit: nec contemnendus libellus *Stratemanni*, qui inprimis Historiam post Christum natum accurate scripsit. vid. de Utilitate ex Historiæ universalis compositione, Dissertatio doctissima *Bœcleri*.

Quomodo ad hanc Disciplinam Historiarum cognitio haurienda.

XX.

Præcipue autem spectanda hic Historia *Domestica*, id est Germanica: quam *Bœclerus* in Notitia Imperii l. c. p. 17. iterum optime partitur: quod tractari possit I. per Opera *Isagogica*, & Generalia:

Attendenda hoc loco primum Historia Do-

ralia : in quo genere refertur *Huldritus Mutius*, qui ſcripſit libros XXXI. de rebus Germaniæ memorabilibus ; Hiſtoriumque ſuam ab antiquiſſimo tempore usque ad Seculi ſuperioris medium perduxit, habetque multa egregia, ita ut opus illud tanquam viri eruditi ſcriptum a doctiſſimis commendetur meritò : quo propius autem ad ſua tempora ſolet accedere, eo accuratius ſcribit Hiſtoriam Germaniæ, ut fere ſolet contingere. Sed habuit autorem hunc majorem quam debebat *Theodorus Grasvvinckelius*, in Libertate Veneta, in quo libro præter *Mutium* neminem ex Scriptoribus citat : qui etſi maxima laude dignus, tamen nemo ut fundum Hiſtoriæ illum ſolum allegare debet ; itaque irriſus eſt ab eruditis *Grasvvinckelius*, qui peccavit in principium Hiſtoricum, & officium viri eruditi, cujus eſt unum quemque ſuo pretio æſtimare. *Mutio* autem in Hiſtoria Germaniæ bene jungi poteſt *P. Bertius* in Commentariis Rerum Germanicarum, dignus quoque qui huc referatur, ob cauſas, quæ legentibus illud opus haud vulgare mox apparebunt.

meſtica, id eſt Germanica : Quomodo illa tractari poſſit. I. per Opera Iſagogica, & Generalia.

II. Tractari Hiſtoria Germaniæ bene poteſt, *per Seriem temporum* : quo pertinet Directorium *Marci Freheri*, quod *Rachelius* Introductioni ſuæ ad Jus publicum Germanicum inſeruit : ubi accurate notati ſunt omnes Scriptores, qui poſt Chriſtum natum conſignarunt Res Germaniæ, quique usque ad annum Seculi noſtri Septuageſimum tertium pertingunt. Sed & illam ſeriem Temporum egregiè, judicio *Bœcleri*, ſervat & oſtendit *Simon Schardius*, in Tomis IV. Rerum Germanicarum. Cui addendi ſunt : Tres Tomi *Piſtoriani* : unus *Urſtiſii* : unus *Reuberi* : tres *Freheri* : apud quos varii comparent Autores, diverſi ætate, judicio, & utilitate, quique conjunctim nobile illud Corpus *Hiſtoriæ Germanicæ* faciunt : additis ex inſtituto Eruditorum etiam *Witichindo*, & *Dietmaro*. His acceſſerunt ante biennium *Rerum Germanicarum* Tomi, qui Hiſtoricos Germanicos ab *Henrico Meibomio* Seniore primum editos & illuſtratos, auctiores, atque alios Hiſtoricos Germanicos ab *Henrico Meibomio* Juniore, nunc primum editos & illuſtatos, continent. De antiquis autem illis Scriptoribus Germanicis magna parte valet Judicium *Gevvoldi* in tractatu de Septem Viris Imperii : *Hi in Monaſteriis conſtituti, atque à foro civili populiq; converſatione longius remoti, non quæ viderant, ac quibus coram interfuerunt, ſed quæ rumor & fama vulgi anceps illis ſuppeditabat, in Commentarios ſuos retulerunt.* Ab his tamen exciendus eſt *Otto Friſingenſis*, cum aliis quibusdam Epiſcopis, & Abbatibus, qui

II. Per Seriem Temporum.

rebus arduis, etiam a se conscriptis magno judicio, ipsi interfuerunt. Quantum verô cuique ex his tribuendum sit, disci quoque potest tum aliunde, tum ex egregio opere *Gerh. Jo. Vossii*, de Historicis Latinis quem secutus est *Martinus Zeilerus*, de Historicis & Geographis celebrioribus, multa quoque de suo addens.

III. Per Syllogen Actorum Publicorum.

III. Ad parandam Historiam Germaniæ juvat *Sylloge Actorum Publicorum:* quæ diligenter & magna industria collegit *Goldastus*, cujus extant Tomi tres *Constitutionum Imperialium*. Item die Reichs-handlungen: & *Politica Imperialia:* ne quid dicamus hic de Tomis ejusdem *Monarchiæ S. Romani Imperii*. Convenit tamen & hoc inter eruditos, esse quædam in *Goldasti* operibus supposititia, quæ non eam ætatem & autoritatem habent, quam præ se ferunt, videturque ipse quandoque varia diplomata, etiam quæ non extant, finxisse. Quis enim credat a *Tuisconis* temporibus, a quibus orsus est *Goldastus*, talia adhuc superesse scriptura formali. Et patebant ipsi quidem veteres Bibliothecæ, & Archiva passim per Germaniam, præsertim Helvetiam, in quibus ipse insimulatur etiam quandoque quædam obliterasse, ne aliunde peti possint, quam ex libris suis, ut his ita majus pretium acquireret. Hujus generis Constitutiones quædam extant quoque apud *Bzovium*, quæ itidem, quanquam velut formali scriptura productæ, non sunt genuinæ: uti ex collatione Historiæ consentientis, aut discordantis, nec non moribus, & usu ævi, phrasi item, & stylo Seculi, potest dijudicari: cujus laboris egregia specimina ediderunt præter alios, *Reineccius*, & *Miræus*. Jungenda his porro sunt *Hortlederi* Acta publica superioris Seculi: & ad imitationem illorum edita præsentis Seculi Acta collectore *Londorphio*, cum continuatione ejusdem ab uno & altero Authore suscepta, ad annum usque LXXXI. cujus operis tamen summas Capitum qui scripsit, non caret studio partium, plus inclinans quippe ad Pontificiorum castra. Opus etiam recens, cui Titulus: *Europæischer Herold:* ut & *Valckenieri* libri, quos inscripsit, Verwirrtes Europa: nec non Tractatus *Gastelii*, de Statu publico Europæ novissimo, item *Leonis Aizemæ* Fœderati Belgii Historiographi eminentis, ut & *Brachelii*, atque *Thuldeni* opera, multa in se continent ejusmodi Acta, & Documenta publica: quæ non semper in singulares libros aut Syllogas conducta, sed quandoque in variis Scriptis sub alio titulo dispersa sunt. Quibus addendum *Theatrum Pacis*, Moguntiæ ante aliquot annos editum, quod Tabulas ipsas, superioribus Seculis adeo raras, Pacificationum per Germaniam, & reliquam Europam hoc

Seculo

Seculo initarum, distinctè refert: modo *Acta Pacis Westphalicæ* pleniora haberemus: *Actis Pacis Neomagiensis* sic satis editis, Amstelodami in Tomis IV. & exante etiam utriusque Pacificationis *Historia*, cui tamen addi plura possent. Sed & moderna Comitia Imperii Ratisbonensia ne quid dicamus de prioribus, magnam faciunt hodie partem Actorum publicorum, quæ sparsim quidem habentur, & augendis atque illustrandis quandoque libris, qui ad præsens argumentum nostrum spectant, inseruntur, quæ tamen opere pretium esset, si junctim justa serie possent edi: gustum quidem illorum aliquantum præbentibus chartis, quæ inscribuntur: *Series ominosa rerum;* deficiente tamen ipsa hujus Seriei continuatione ad novissima usque tempora. Nemo autem nescit Actorum publicorum nomine venire etiam, uti antea jam innuebatur, Leges & consuetudines antiquas, quæ inprimis etiam sedulo sunt legendæ, & quales collegit primo *Joh. Basilius Heroldus:* auctiores edidit *Frid. Lindenbrogius* á Caroli M. usque ævo deductas. Sic & in Gallia *Capitularia Regum Francicorum* edidit *Stephanus Paluzius.* Et *Joannis Mabilonii* opus incomparabile *de Re Diplomatica*, præter alia multa rariora, novam ducentorum & amplius monumentorum collectionem continet, quæ ipsa tamen Censores quoque suos jam invenit. Hanc in rem autem diu desiderium & consilium est, de requirendis amplius & edendis variis Diplomatibus ad leges Germanicas, aut descriptionem Status, pertinentibus. In Scenam etiam prodit hoc loco *Theatrum Europæum*, quod prosequitur res circa initium hujus Seculi ab anno XVII. usque ad nostra tempora gestas; cujus Tomi quidem duo priores majori diligentia scripti sunt, ac reliqui, qui hinc inde etiam studio partium laborant: & in quibus ipsi, qui interfuerunt rebus gestis, Duces atque præfecti militiæ, & ministri, acta sua sæpius vix intellexerunt, tanquam secus scripta: cujus rei testem unum ex multis allegare possumus *Georgium Fridericnm ab Holz* Generalem Rei Tormentariæ Magistrum, Heroëm fortissimum, & Nobilitatis Liberæ in Suevia, imò Wirtembergiæ etiam hujus, parastatam fidelissimum: ex cujus etiam delineationibus castrorum, præliorum, & obsidionum, nec non aliis manuscriptis (qualia etiam Serenissimi principes Fratres quondam Fridericus, & Ulricus Wirtembergiæ Duces, duo Belli Fulmina reliquerunt) istud *Theatrum Europæum* in multis emendari posset. Nec silentio hic præteriri debet, *Diarium Europæum*, quod recentiora Acta publica habet, cœpta ab Electione &

Coro-

Coronatione Augustissimi Imperatoris LEOPOLDI, anno hujus Seculi LVIII. continuata diu quovis semestri nundinis Francofurtensibus, & in 46. Tomos ad an. Chr. 1681. excrescentia: in quibus negari tamen nequit multa etiam comparere, quæ exigui sunt pretii, ita ut scorias a meliore metallo separare opus sit: cessavit etiam continuatio ulterior illius operis jam ab annis posterioribus bene multis, ob causas quas investigare hic nolumus.

IV *Per Chronica Germanica.* Sed & IV. per *Chronica* varia addiscitur optime Historia Germaniæ. Non autem intelligimus hoc loco vulgares Scriptores Chronicorum, & levioris pretii, quorum una methodus, ut alius alium describat, & fabulas sine cura misceat: quale fere est *Chronicon Coloniense* Anonymi, *Thomæ Lyreri*, & alicubi etiam *Sebast. Franci*, sed meliores illos innuimus. Quos inter ad nostrum hoc institutum peculiariter commendatur *Aventinus*, Scriptor egregius, cujus Annales non tantum Bavariæ, ut titulus fert, sed totius Germaniæ res referunt, ex monumentis maximam partem fide dignis, & magno ipsisque Pontificis quandoque odioso candore collectas. Multum valet etiam hoc loco *David Chytræus*, vir magno judicio & eruditione præstans, cujus Chronicon itidem est cum excellentia nominandum, non tantum in Saxoniæ, sed totius Germaniæ rebus: de quibus etiam pariter *Albertus Kranzius*, & *Reinerus Reineccius* optime meriti sunt. Sed & laudem in hac classe merentur, *Spangenbergeri* Chronicon Mansfeldense: *Adelarii Erichii* Chronicon Ducatus Juliacensis: *Pideritii* Chronicon Comitatus Lippiæ, *Hieronymi Megiseri* (quem civem quondam Wirtembergia habuit) Chronicon Carinthiæ: & jungendus huic nuper Illustris *Joh. Weichardus Valvassor Baro*, in eximio opere, de Ducatu Carniolæ (Ehr deß Hertzogthums Crayn) de quo vid. judicium eximium in Actis Eruditorum Calend. Mart. An. 1690. Hisce accensendus omnino est *Brovverus* quoque Autor curiosus, & diligens, qui singulari apparatu ex optimis Archivis congessit Annales Trevirenses, & in illis tractavit Res Germanicas, rariores plane, laudatissimo opere: quod diu haud integrum editum in manibus versabatur Principium tantum, non patientibus illud totum edi in vulgus respectibus quibusdam politicis, civilibus ne dicam, an aliis Coloniensibus, & Trevirensibus. Legit tamen illud totum in Aula Electoris Moguntini quondam *Bæclerus*, qui multa inde desumpsit ad illustrandam Historiam Germaniæ. Prodierunt deinde

deinde in lucem an. hujus Seculi LXX. Leodii Antiquitatum & Annalium Trevirensium libri XXV. auctoribus *Christophoro Browero*, & *Jacobo Masenio:* quibus lucem quoque accendere in multis potest Codex membranaceus *Historiæ Trevirensis*, a prima Urbis illius origine usque ad annum post Christum natum MCXXXII. scriptus a Canonico quodam Trevirensi: qui liberalitate *Joh. Ludovici Guthii à Sulz* Gynecæi Wirtembergici quondam Præfecti, Viri de re literaria optime meriti, & supremo Elogio Panegyristæ magni Theologi, *Tobiæ Wagneri* Præpositi & Cancellarii Tubingensis, dignissimi, pervenit in Bibliothecam instructissimam Consilii Justitiæ superioris, quod Stutgardiæ: atque is ipse Codex est, quem ex Bibliotheca Augusta Vindobonensi, teste *Lambecio* in Historia hujus Bibliothecæ, edere, & notis illustrare quondam voluit *Casper Bruschius:* cujus Codicis apographum Dissertationis hujus Præses Reverendissimo & Eminentissimo Principi Electori Trevirensi JOHANNI HUGONI Augustæ in Vindelicis circa superioris anni auspicia obtulit, magna lubentia acceptum. Browero autem comparandus in Historia scribenda non est antagonista *Kyriander*, qui etiam ex Archivis quidem, sed non tanta eruditione, scripsit Annales, de origine & Statu Trevirensi; cujus Civitatis jura ipse contra Electores defendere allaboravit, sed successu impari. Optandum autem esset, ne Germaniæ Chronica edita, & inedita manuscripta, in exterorum manus ita transiissent, ut illorum penuria jam ipsi in multis laborent Germani. Ut enim taceamus de illis, quæ in priori bello Germanico decesserunt Archivo Imperii, & quæ ad Suecos pervenerunt, constat Gallos multa istorum, etiam eodem bello, ad se traxisse, & cura atque instinctu inprimis Cardinalis tum *Richelii*, tum *Mazarini*, undique ex Germania convexisse; qui Mazarinus moriens, omnia scripta, literasque ab Imperatoribus, Regibus, Pontificibus, ad se missas, legavit *Joh. Bapt. Colberto*, in cujus Bibliothecam Thesaurus iste, cui vix par alibi reperitur, transiit. Et quanquam initio pauci inter Gallos fuerint, qui his commodè sciverunt uti: mox tamen *Casanus*, *Auberius*, aliique, ista suis rebus adhibuerunt, & deinceps abusu quodam Regis sui prætensiones in Imperium Romanum, & varias adeo Germaniæ Provincias, ab *Anonymo* Nobili Holsato, *Chiffletio*, *Kippingio*, *Martinio*, *Lud. dn. May.* aliisque refutatas, effinxerunt: quibus, nostra memoria superstructæ sunt falsæ illæ Reuniones, Arrestis &

Placitis Parlamenti atque Cameræ Metenſis, & Briſacenſis, quandoque etiam Veſontinenſis, roborotæ, & per vim atque fraudem executioni datæ, cum tanta & injuſta adeo ac violenta imminutione Imperii noſtri: quod hodienum arma Gallorum contra omne fas naturæ & Gentium adeo gravia ſentit.

V. Per Inedita quæ in Archivis paſſim aſſervantur, & Bibliothecis.

V. Multum Hiſtoria Germaniæ adjuvari poſſet etiam per *Inedita*, quæ in Archivis & Bibliothecis aſſervantur monumenta: quorum Archivorum inſtructus & apparatus licet melius ſe hodie habeat, ac olim, tamen alicubi in multis adhuc emendatione opus habet. vid. ſpecimen aliquod Archivi, etiam ad hos uſus bene ordinandi, apud *Dn. Mulz*'in Repræſentat. Imp. Maj. p. 2. cap. 28. Ex deſideratis autem dudum, ut ante dictum, hoc etiam non poſtremum eſt, in *Muſeo Bœcleriano*, & in *Sulpicii* Diſſertat. citat. p. 115. expreſſum, ut ad parandam Notitiam, de qua loquimur, & ad excolendam magis Hiſtoriam Germaniæ viris eruditis & civilium rerum non ignaris major & facilior acceſſus ad inveſtiganda Archiva, & Protocolla daretur: ex quibus quid communicandum, & edendum, quid non, ſed tanquam arcanum latere debeat, ex regulis prudentiæ bene conſtare poteſt; damnantur autem interdum quædam in illis ſilentio, quæ citra rationem occultata, & hinc ignorata, Imperii rebus plus nocent, quam proſunt. Et horum Archivorum copiam utilem adeo & neceſſariam, implorat jam hinc inde, quantum licet, *Collegium Imperiale Hiſtoricum per Germaniam*, ſub Auſpiciis, & favente gratia Sacratiſſimi Imperatoris Cæſaris LEOPOLDI, variorumque Imperii Electorum, Principum, & Statuum: in quorum Aulis, Curiis, & Academiis, motore primum Excellentiſſimo Dn. *Chriſt. Franciſco Paulini*, Medico & Polyhiſtore Saxo-Iſenacenſi famigeratiſſimo, uti jam plures viri celeberrimi Collegio iſti, cui adlectus quoque eſt Diſſertationis hujus Præſes, nomen dederunt: ita Scopus illius eſt etiam argumentum hujus præſentis Diſſertationis; & paranda, ex Hiſtoria Germaniæ, mutuis Collegarum operis, per Seculorum a Chriſto nato potiſſimum decurſum perficienda, Imperii Notitia: quæ incrementa etiam haud vulgaria ſibi ſub Collegii iſtius (de cujus incunabulis, inſtituto, ſtatutis, & ordinatione, ex ſchedis quibusdam editis, & ex Colloquiis recentioribus eruditis quorum titulus Monatliche Geſpräch m. Januar. & Maj. ann. 1689. quædam conſtant) Directore exoptatiſſimo, Viro incomparabili, & noſtris elogiis majore, Domino *Jobo Ludolpho*, promittit.

XXI.

XXI.

Sed & præter Hiſtoriam Domeſticam Germanicam, ad quam referri quoque poſſunt *Scripta Polemica* illuſtriorum Controverſiarum, de quibus vid. *Sulpicius* in cit. Diſſert. p. 117. accedere debet percolendæ Diſciplinæ noſtræ *Hiſtoria* reliqua omnigena, & ſelecta rerum, quæ Imperium noſtrum præcipue tangunt, Gentiumque vicinarum, & earum, quarum res olim & adhuc ſunt cum Germanis permixtæ. Obtinet equidem Germania dudum (vel *Lanſiana* illud in *Illuſtri Collegio* hoc probante Conſulatione) Principatum inter Provincias Europæ: cujus omnes res, pace & bello, domi & foris, conſiliis, fœderibus, ſocietatibus, mutuisque commerciis, & reſpectibus, ita contextæ invicem ſunt, ut nihil illarum ab Imperio noſtro alienum videatur. Ita videlicet communis res agitur, ut, qui vera rerum Germanicarum notitia imbui cupit, non poſſit carere cognitione aliorum vicinorum Regnorum, & populorum, cum quibus Germanis crebrò fuit, & adhuc quotidie intercedit, negotium. Et videmus ſane quod multa ſingularia ad hanc rem noſtram facientia ſuppetitet vicinarum Gentium Hiſtoria: in qua velut Commentarii inſtar eſſe poteſt, Hiſtoria orbis Terrarum *Becmanni*, qui ſedulo deſcribit Hiſtoricos quarumcunque Gentium: cui conjungenda quoque *Riccioli* Geographia & Hydrographia reformata. Inter propinquas autem Germaniæ Hiſtorias hoc loco nominari primo poteſt, *Hiſtoria Hiſpanica*, Germaniæ Imperio, Circulis, Comitiis, Judiciis, & Domui præſertim Auſtriacæ Auguſtæ, quæ alterum potentiæ ſuæ lacertum per Hiſpaniam movet, a temporibus Philippi I. Regis, & Caroli V. Imp. ut antiquiora illa, quibus Gothi, Vandali, Suevi, Gentes Germanicæ, Regna per Hiſpaniam tenuerunt, ſileamus, penitiſſimè juncta.

Hiſtoria omnigena Rerum, quæ Imperium noſtrum præcipue tangunt: & has inter;

Hiſpanica.

Gallia autem quoque Germaniæ vicina, non amica, vel invitis nobis Hiſtoriam ſuam inculcat, in quâ præter alios commendandi hoc loco maxime occurrunt Scriptores a *Pithœo*, atque *Andrea* & *Franciſco de Cheſne* editi. Et facit huc Franciſci I. Regis Galliæ Reſponſio ad Principum Germaniæ literas apud *Sleidanum* lib. VIII. Commentar. pag. 213. & quæ ibidem Autor hic de Germanorum Gallorumque neceſſitudine ex B. Rhenano, Mutio, & Æmilio refert: quibus addatur Oratio Fraxinei Legati Gallici apud eundem *Sleidanum* lib. XXIV. Comment. pag. 773. de perpetua inter Germanos & Gallos amicitia, verbis quidem toties jactata, ſed vix

Gallica.

unquam fida: & de variis inter utrosque rebus gestis *Marcheti* Narratio. Immixta autem est Historia Gallica Historiæ Germaniæ singulariter primum per Francos, jam inde a temporibus Regum Merovingicorum: aucta deinceps Imperio Caroli Magni, (qui Germanis & Gallis simul imperavit) & mutua affinitate crescens, cum Regnum Arelatense per Galliam Germaniæ accessisset: & cruenta bellis, postquam Ludovicus XI. Galliæ Rex & Successores ejus de ditionibus Burgundicis, imo de Principatu Europæ, & Arbitrio in illa pacis ac belli, armis toties cum Domo Austriaca certarunt. Qualiter etiam Historia Germaniæ rebus Galliæ hoc nostro Seculo per utrumque Bellum Germanicum, & secutam deinceps Pacem Westphalicam, & Neomagiensem, innexa fuerit, satis constat: modo non utramque paginam Historiæ Patriæ rupta a Gallis utraque Pax nunc impleret.

Italica. Sed & Historia Italica, in qua *Sigonii*, *Guicciardini*, *Jovii* opera ad nostrum scopum præcipue valent, hoc loco conjungenda est, non tantum propter Regna Gentium Germanicarum in Italia, Gothicum scil. & Longobardicum quondam, sed & propter Imperium Caroli M. & propter Regnum Italiæ, quod Otto M. Imp. Germaniæ univit; unde huic in illam, & ipsam Romam, perpetuum Jus accrevit. Et habet adhuc hodie Imperium nostrum suos Magistratus per Italiam, Archi-Cancellarium scil. Archi-Episcopum & Electorem Coloniensem, Vicarios perpetuos, Duces Mantuæ, Sabaudiæ, Montisferrati, Mutinæ: & hos aliosque præcipuos Italiæ Duces & Principes suos agnoscit Vasallos: ne dicamus de aliis Imperii juribus in Italiam, etiam quoad fines & limites. Et utinam Historiam Germaniæ non ita occupassent res Pontificum Romanorum, a quibus toties turbatum Imperium hoc: quod quidem etiam nomine suo dum longo jam tempore Romano-Germanicum audit, non sinit Italiam a Germania divelli.

Hungarica. Nec aliena hinc Historia *Hungariæ*. Afflixerunt equidem maxime Hunni sub Attila Rege Germaniam, & hanc sub finem familiæ Carolingicæ tributariam sibi fecerunt, etiam sub primis Saxonicis Imperatoribus viscera hujus patriæ ferro depopulantes, sed ab Henrico I. Aucupe ad Martisburgum, ab Ottone M. Imp. in campis Augustanis ad Lycum victi & cæsi. Verum sub Henrico II. Imp. amicior Germaniæ facta Ungaria, dum novam Regni formam, Christianæ religionis vinculo magis adstrictam, illi adscribere cœpit, ma-

jorem

jorem ab illo tempore cognationem contraxit: quæ aucta maxime, cum Reges Ungariæ Austriaca Familia dedit, in qua Regnum illud jam sub Augustissimo Rege JOSEPHO juventuti suæ redditum, factum est hereditarium: de quo per arctiorem quandam societatem Germaniæ jungendo scimus superiori Seculo ardua agitata quoque esse consilia: certe Turcica bella his ita intercesserunt, ut licet Ungaria antemurale Germaniæ quoddam fuerit hactenus, illam tamen viribus hujus servatam ab interitu etiam nuper adeo fuisse, fatendum simul sit.

Historia Bohemiæ diu fuit ipsius Germaniæ Historia, & pars hujus velut intima, cum Regnum illud matrem suam adhuc arctius amplecteretur, & in sinu hujus Sceptrum suum reponeret. Vid. *Goldastus* de Regno Bohemiæ. Sed postquam a Regibus Luzenburgicis, qui ipsi quidem Germani fuerunt, & fastigium Romani Imp. tenuerunt, gubernaretur, res suas separatas magis a Germania habere Bohemia cœpit: non tamen nexu illius plane soluta, quin maneret Feudum Imperii hujus, & Reges suos numeraret inter Principes Electores, velut Status quosdam & Cives honorarios Germaniæ, cujus provincias nobilissimas, Silesiam, Moraviam & Lusatiam illi coronæ suæ quoque asseruerunt. Quemadmodum autem Bohemiæ res Germaniam, cum exitio quidem hujus & interitu fere, ad se traxerint Seculo hoc adolescente, Historia Belli Bohemici, & enati hinc Germanici, post antecessos infelices Unionis & Ligæ partus, tristi satis exemplo docuit. Manet vero Bohemia etiam ab eo tempore conjuncta magis Germaniæ, ex quo, accedente etiam novo belli atque victoriæ titulo, inter Austriacæ Domus hereditaria bona, sine ullo dubio amplius, numerari sub Ferdinando II. Imp. & Rege cœpit. *Bohemica.*

Sed & trahi in partes has potest *Historia Britannica*, cujus magnam partem constituunt quoque Gentes Germanicæ Angli & Saxones, a quibus Angliæ, & multis in hac Regionibus, adbuc hodie nomen, & nova quondam Regni forma per Egbertum cœpta: & hinc prima Familia Saxonica, quæ Regium in Anglia thronum occupavit: ut sileamus Richardum Cornubiæ Ducem Imperii Rom. fasces tenentem, & Angliæ Regem Vicarium a Ludovico IV. Imper. constitutum, & quæ antea ab Anglis in Belgio gesta sunt, & occupata. Sed & res Henrici VIII. & Elisabethæ Angliæ Reginæ multum ad Germaniam, præsertim in causa Religionis pertinuerunt. Et hoc nostro Seculo Jacobus I. & Carolus I. Magnæ Britanniæ Reges *Britannica.*

Unioni & causæ Palatinæ in Germania addicti, magnum momentum Historiæ Germanicæ intulerunt; quod auxit etiam suo arbitrio Carolus II. Magnæ Britanniæ Rex in Pacificatione Neomagiensi. Hodie autem WILHELMUS ejusdem Britanniæ Rex, non tantum Germanicum sanguinem ex Nassoviorum Principum traduce Angliæ iterum, Scotiæque & Hiberniæ Regnis junxit, sed & Germaniam omnem arctissimo fœdere sibi tenet devinctam, vindex quoque libertatis Avitæ, & probaturus fidem tituli, quo ante annos non ita multos insigniebatur libellus a magno quodam Ministro scriptus: *L' Europa esclave, si l' Angleterre ne rompses fers.*

Suecica. Spectat huc quoque *Historia Suecia*, non tantum ob communes quæ Genti illi cum Germania intercedunt Origines; & quod Suecia cum Dania & Norwegia, totaque adeo Scandinavia, pars olim fuit Germaniæ magnæ, & quod decantatæ toto Orbe Gothorum res, quibus amplius inquirendis inservit hodie *Collegium Antiquitatis* Upsaliæ, non aliæ sint quam Germanicæ, sed propter proximiora ætati nostræ tempora', quibus Sueciæ superiori Seculo ex Provinciis Germaniæ amplissima accessit Livonia: & in bello Germanico parentum nostrorum memoria, Suecorum arma, *Chemnitii*, & *Puffendorffi* stylo quoque illustrata insigniter ad usum Historiæ Germanicæ, stupendis victoriis totam peragrarunt Germaniam; contracto deinceps firmissimo inter Sueciam & Germaniam vinculo per ipsam Pacem Westphalicam, qua Coronæ Regni Suecici satisfactionis loco integræ quædam Provinciæ & Dominia Germaniæ feudi nexu, & cum jure voti ac suffragii in Comitiis, Condirectorii in Circulo Saxonico Inferiore, & erecti Supremi Tribunalis Vismariæ attributæ fuerunt: quibus omnibus nova deinceps accessit cognatio, postquam sub Carolo Gustavo Rege Sueciæ Regna Familiæ Palatinæ in Germania addicta sunt hereditaria: & Pax Neomagiensis Sueciam in partes paulo ante armis Electori Brandeburgico illatis secedentem, Germaniæ iterum conciliavit, & sociavit.

Danica. Proxima his est *Historia Dania*, non tantum ob respectus paulo ante significatos, & quod Dania aliquando Imperio nostro tributaria fuerit, & ab eodem titulum Regni in Petro Rege assumpserit, sed quod ante hæc duo Secula Daniæ & Norwegiæ Sceptrum, juncta etiam aliquandiu Suecia, in familiam Comitum Holdenburgicorum, & oriundorum hinc Olsatiæ Ducum, transierit: in qua illud etiam hereditarium factum est sub FRIDERICO III. Rege, cui

isto

isto nomine, Illustrissimus Dn. DETLEVUS *Comes in Ranzau*, habito *in Illustri Collegio* hoc Panegyrico solenni, *de Formarum imperandi vicissitudine*, gratulatus est. Sic itaque Holsatiæ Ducatus, & recentioribus abhinc annis Comitatus Oldenburgicus, Germaniæ propius jungit Daniam: cujus propterea Rex membrum etiam audit Circuli Saxoniæ Inferioris, qui multum respicit Daniam, & ipsa ab hac vicissim attenditur.

Belgica Historia ipsa Origine sua est Germanica, non alia. Et cum Belgii ditiones, ut de illarum antiquioribus Dominis & possessoribus nil dicamus, ad Burgundiæ Duces Regii sanguinis Valesii in Gallia pervenissent, manserunt juris Germanici: & tales quoque transiverunt ad Archiduces Austriæ, & Reges Hispaniæ: a quibus licet deinceps sub Rege Philip. II. imo ab universo imperio Romano Germanico, secessum fecerint septem Unitæ Belgii provinciæ, quarum libertas etiam in Tabulis pacis Westphalicæ approbata denique & confirmata fuit: manent tamen illarum res adhuc Imperio nostro, ob commercia, & fœdera, hoc ipso tempore præsertim, & ob alios respectus politicos junctæ: modo Gallorum res, etiam cum Imperii nostri detrimento, non ira quotidie magis ad se traherent Belgium: in quo quicquid illis per transactiones, & conventiones publicas Pacis subinde cessum est, non equidem impugnamus: sed quæ post ruptam Pacem Neomagiensem erepta iterum a sunt ab iisdem, omni justitia carent: qualia sunt etiam illa quæ hodie ab hostibus his ad Montes Hannoniæ geruntur. *Belgica.*

Sed & ratio suadet, haud e longinquo petita, jungere hoc loco *Historiam Polonicam*, ex singulari consideratione judicii Politici nondum ita obsoleti. Ut enim taceamus controversiam Porussicam, de qua *Sleidanus* lib. XX. in princ. *Conringius*, *Bœclerus*, & alii suis locis tractant, putat idem *Bœclerus* in Notit. Imp. l. c. pag. 19. Poloniam ex causis gravibus Imperio plus curæ esse debuisse, quam fere consueverit fieri, cum illa Imperio non ita noxia, quam utilis, contra Turcas etiam fuerit, & magnam sæpe offensionem pertulerit, cum causam invadendi Germaniam habuisset. Sane Lescorum Tertii & Quarti, Principum Poloniæ (qui in Expeditione Caroli Magni Imperatoris contra Polonos anno DCCCV. occubuisse feruntur) posteri, Ducum & Principum Marchionumque nomine, Pomeraniæ, Cassubiæ, Rugiæ, Lusatiæ, Marchiæ Brandenburgicæ, & reliquis ejus oræ, ad Saxoniam & ostia Albis vergentibus, Germaniæ *Polonica.*

regio-

regionibus præfuerunt, & per nuptias affinitates cum Teutonicis Principibus contraxerunt: qui ipsi tamen Polonis multa interceperunt, quæ iterum amiserunt: uti ex bellis, quæ cum Moravis, Pomeranis, Cassubiis, aliisque Germanis, Siemovitus, Lescus V. & varii Poloniæ Principes, atque Reges gesserunt, constat. Quod ipsum etiam Præfecturæ Limitaneæ seu Marchiæ, ut vulgo vocant, a Germanis sub finem Seculi post Christum natum Noni contra Polonos institutæ, testantur. Paruit a. aliquandiu quoque multa pars Polonorum & Slavorum Germanis: quibus etiam Polonia Regiam dignitatem, & vicissim tota Pomerania Christianam fidem debet Boleslao Crivousto Regi Poloniæ, qui Provinciam illam sibi subjecit: cum quo notabile bellum gessit Henricus V. Imp. vid. *Neugebauerus* in vita Boleslai Chrobii, & Boleslai Crivousti, aliique Scriptores rerum Polonicarum. Ex ratione autem Status putatur esse, ut arctius cum Imperio Polonia jungatur, quod sine dubio plus curatum hactenus fuisset, si major Germaniæ quies fuisset. Junxit quidem res suas sæpius cum Polonia per fœdera & nuptias quoque Domus Austriaca, quæ aliquoties Sceptro illius Regio vicina fuit, sed non sine æmulatione quadam subinde potentiæ, & invidia tum ipsorum Regum, tum ordinum Regni: nec JOHANNES III. modernus Poloniæ Rex post liberatam obsidione Turcica Viennam, quo nomine Germania ipsi plurimum debet, bellum Ungarico Turcicum multum amplius ursit. Melius autem hodie Germania iterum de Polonia sperat ex nova affinitate, quam nominatus modo Rex per nuptias JACOBI Filii natu majoris cum Electorali Domo Palatina Neoburgica inire studet denuo. Sed hæc ad nostrum argumentum de Historia Hispanica, Gallica, Italica, Hungarica, Britannica, Suecica, Danica, Belgica, Polonica, paucis attingere tantum voluimus. Singula enim per partes exactius ostendere, & demonstrare, atque uniuscujusque Historiæ hujus Scriptores recensere, examinare, majoris esset operis, hinc quidem etiam non alieni, sed quod modus Dissertationis hujus non admittit, differendum igitur forsan in alium locum, & tempus. Non tamen hic omnino prætereundum est illud artificium, quo ex Scriptis exterorum multa singularia ad rem Germanicam erui possunt: quod vel ex ipso Chronico *Piasecii* Scriptoris Poloni, & *Italorum* quorumdam Scriptis de bello Germanico constat. Et ostenditur idem etiam exemplo Legatorum, qui ea sæpe in Aulis & Curiis exterorum observant, quæ dome-

domeſtici, qui ibidem ſemper ſunt, & quorum intereſt, non obſervant: quorum Commentarii propterea huc maxime ſpectant: nec alienum hinc eſt *Danielis Eremitæ* Itinerarium: in quod videri poteſt Diſſertatio *Benedicti Hopfferi* Philoſophiæ Moralis quondam in hac Academia Profeſſoris celeberrimi. Et hac in re magiſtri inprimis ſunt Legati Reipublicæ Venetæ, ex quorum Relationibus accuratiſſimis multa ad illuſtrandam materiam hanc peti poſſent: in qua proderit etiam ad hos uſus legere Hiſtoriam Venetam *Baptiſtæ Nani*, qui principem locum inter paucos Hiſtoricos hujus Seculi obtinet, & multa rara etiam de Germaniæ rebus obſervavit, quædam autem parca manu ſcripſit, nec immunis ubique a ſtudio partium, & affectu Gentis ſuæ erga res noſtras notiſſimo. Sed & ad hos uſus Romæ quoque, quæ in ſpiritualibus non Germaniæ ſolum ſed toti Europæ imperare cupit, comparare multa liceat ab Aulæ Pontificiæ mancipiis, & Cardinalibus, qui quæſtum quandoque, vel aliam opinionem præferentes, etiam diverſæ religioni addictos ad iſta cognoſcenda admittunt interdum ſine periculo: qualia inter fructus præcipuos Peregrinationis Romanæ putanda ſunt, etiam a duobus Fratribus quondam Sereniſſ. Principibus CAROLO MAXIMILIANO, & GEORGIO FRIDERICO Wirtemb. Ducibus, hunc in finem accurate obſervata. Artificium autem illud, de quo cautelas affert *Sulpicius* in cit. Diſſert. p. 128. præcipue etiam deſignat prudentiam Nomotheticam, qua ſi Scriptores variarum Rerumpublicarum evolvuntur, reſpiciendum cumprimis judicio quodam politico ad leges, inſtituta, mores quoque & conſuetudines cujusque Reipublicæ: unde multum etiam ad noſtræ Reipublicæ leges & inſtituta penitius intelligenda proficimus: quanquam juxta aliarum quoque rerum in Scriptoribus occurrentium ratio genuina habenda ſit ab illo qui aciem ingenii ad omnia intendit.

XXII.

De Politica, quantum illa ad Diſciplinam Notitiæ hujus S. Rom. Imperii valeat.

Altera Notitiæ hujus, præter Hiſtoriam, ala, *Politica* ſc. quæ inter domeſtica principia ſecundum locum obtinet, (quanquam etiam ad univerſalia referri poſſit, quippe non noſtræ tantum Reipublicæ Notitiæ propria, ſed aliis etiam communis) rectius in ſingulis argumentis ipſa applicatione declaratur, uſumque ſuum oſtendit. Et ſufficiat de illa hoc loco dicere, quod fundamentum omnis illationis & ratiocinationis de Notitia Reipublicæ noſtræ, ſive, ſi Scholarum more loqui velimus, Major propoſitio, debeat eſſe

principium aliquod Politicum, ſolidum nimirum, & genuinum: Aſſumptio autem ſive minor propoſitio, peti debet ex Hiſtoria Germaniæ, aut Jure maxime noviſſimo, legibus ſcil. & conſtitutionibus, ſive etiam praxi, obſervatione, conſuetudine, & traditione Imperii. Ex quibus duabus propoſitionibus ſequitur concluſio, quæ eſt Juris Publici, vel in aliis partibus, Notitiæ Imperii. Exempla aſſerti hujus infinita poſſent dari, ex quibus hoc refert *Bœclerus* l. c. quod, ſi de Jure Territoriali in Jure Civili Rom. privato non definito (eſt enim illud Jus partus quidam recentiorum temporum, ad Statum Reipublicæ noſtræ ſpectans, & multum etiam in conſuetudine & obſervantia conſiſtens) ſermo ſit, majoris propoſitionis; & principii loco hoc ponendum ſit: Qui habet jus Territoriale, ille eſt Dominus ſuæ Provinciæ, hac tamen cum reſtrictione, ſalvo nexu quo Imperatori atque Imperio ipſe devincitur. Atqui hic habet, &c. Ergo. De Scriptoribus autem Politicis, non attinet plura hoc loco afferre. Egerunt de illis *Gabriel Naudæus* in Bibliographia Politica, & *Caſpar Scioppius* in Pædia Politica, *Hermannus Conringius* in Introductione in libros Politic. Ariſtotelis, *Boſius*, *Sulpicius* l. c. & alii. Id modo dolendum adhuc eſt, quod etiamnum hodie in Scriptoribus variis Juris publici multa occurrat confuſio rerum, & magnum deliquium cognitionis Politices interioris & ſolidæ, quod cernitur in variis materiis arduis, præſertim in quæſtione capitali, *de Statu ſive forma Imperii noſtri:* ubi ſimplicium & mixtarum formarum profunda ignoratio, non tantum ap. *Reinkingium*, ſed & Scriptores quoſdam recentiores alios, cernitur: item in quæſtione: *An Imperium Romano-Germanicum ſit una Reſpublica, an corpus ex pluribus confœderatum. Et: An Jura Majeſtatis Ordinibus ſive Statibus Imperii competant?* ubi mira cernitur ἀπαιδευσία in varie definiendis & diſtinguendis Regalibus, in vocibus mutandis, in contradictionibus, quas non evitant noviſſimi quandoque Scriptores ex ignorantia Philoſophiæ, cujus terminos quidem adhibent, ſed non bene applicant, tum alibi, tum in materia de conſenſu Ordinum ad νομοθεσίαν concurrente, quem modo inſtrumentalem, & conſiliarium tantum, modo cauſam ſine qua non, appellant, nec illum principalem, neque cum debita efficientia agnoſcere volunt. Ipſa quoque Majeſtatis Jura per imperitiam eandem Philoſophiæ modo adjuncta, modo conſequentia, modo effectus Majeſtatis vocant:

cant: materiam etiam Jurisdictionis unice ex legibus Romanis, & Statu Reip. illius veteris atque adeo confuse tractant: & quando sermo est de Superioritate territoriali, hanc ipsam solo nomine Jurisdictionis sæpe comprehendunt nec a Majestate bene distinguunt. vid. Bœclerus in Dissertat. Ottonis de Jure Publico l. c. p. 17. 18.

XXIII.

Quæstio IV. An Jus Publicum rectè dicatur peti etiam ex Jure Divino & Canonico?

Quarto movent nonnulli quoque hoc loco quæstionem: *An Jus Publicum rectè dicatur peti etiam ex jure Divino & Canonico?* Ad quam quæst. respondet *Bœclerus* in Notit. *Imp.* l. c. p. 19. 20. ita quidem licere illis loqui, qui ad vocabulum Juris Publici respiciant, & in Imperio Sacra, & Sacerdotia quædam ex Jure divino scripto, quædam ex Jure Canonico observari meminerint: quanquam in applicatione, etiam apud *Reinkingium*, in tractatu de Regimine Seculari & Ecclesiastico, multus occurrat abusus, usque ad absurdiloquia: cum nulla sit respublica in Orbe, in qua non fiat respectus in certis rebus ad aliqua quæ Juris divini vel revera sunt, vel per errorem esse putantur. Unde ad propositam Quæstionem recurrit eadem responsio, quæ supra data est ad Secundam Quæstionem. In Sacris enim literis nil de rebus Germaniæ, uti nec in Jure Canonico multum de iisdem statuitur. Interim, uti dictum, Jus Divinum, & Jus Canonicum (quatenus hoc receptum est libera Legislatoris Romano Germanici voluntate, non ex autoritate Pontificis Rom. & quatenus nil contrarium tradit Juri Divino, & libris nostris Symbolicis in terris Augustanæ Confessioni addictis) referri possunt inter principia communia Juris nostri Publici, unde huic emolumentum aliquod etiam accedit: præsertim quia in Sacris literis quoque exhibetur nobis Respublica perfectissima, a DEO ipso formata, illa Ebræorum scilicet, quam describunt quidem etiam *Petrus Cunæus*, *Carolus Sigonius* & *Bertramus*, sed ita ut interiora Politicæ prudentiæ in illa non ita rimentur: quæ si quis in illo incomparabili exemplo Reipublicæ diligentius investiget, plurimum utilitatis inde ad omne Imperium rectius perdiscendum conferre poterit. vid. omnino *Rachelius* in Introduct. ad Jus Publicum German. cap. 16. in Principiis. Et sane dolendum est, quod a Viris cæteroquin prudentibus hactenus Gentilium & aliorum Philosophorum Scripta in Doctrina civili majori sedulitate pertractata sint, quam Oracula divina, quæ habentur in libris Moysis, Josuæ, Judicum, Samuelis, Regum, Chronicorum, Salomonis, Prophetarumque

reliquorum, & etiam Apostolorum: ex quibus primo omnium tanquam ex sanctissimo & limpidissimo fonte Status Reipubl. optimus, & Secretioris ac sanioris doctrinæ Politicæ rationes genuinæ erui, & per rivos deinceps derivari optime possunt, & deberent. Cujus rei specimina præstiterunt, *Menochius* in Politica Sacra, *Reinkingius* in Politia Biblica. *Jac. Schallerus* Professor quondam Philosophiæ Practicæ in Academia Argentoratensi, in Disputationibus de Regum quorundam Hebræorum, præcipue Davidis, & Salomonis, Regnis: quam materiam etiam alii quidam, partim anonymi, scriptis excoluerunt. Jus Canonicum autem quod attinet, secundum illud in multis quoque casibus in supremo Cameræ Imperii Judicio decisio fit: qua de re vid. Scriptores, qui de autoritate hujus Juris in Imperio nostro tractare solent, quos inter *Besoldus* in Dissertat. *de Libris Juris* cap. 7. *Zieglerus* de Jure Canonico, & in Dissertatione de Origine & increment. *Juris Canonici.* Hunnius *de Author. Jur. Can.* lib. 2. cap. 9. *Alex.* in Compend. Juris Canonici. *Canisius* in Summ. Jur. Canonici lib. 1. tit. 1. *Alber. Gentilis*, & *Ricc.* de libris Juris. *Andr. Vallens.* de Jure Canon. *Rittershusius* in Differ. Jur. Civ. & Canon. *Arturui Duck* de Author. Jur. Civ. lib. 1. cap. 7. Et quo usque Jus Canonicum in Imperio Romano se extendat, vid. *Reinking.* de Regim. Sec. & Eccles. l. 2. cl. 2. c. 7. *Carpzovius* in Jurisprud. Eccles. lib. 2. def. 152. *Lauterbach.* in Prolegom. Collegii Pandect. §. 9. & in Conclus. Forens. Exerc. 1. th. 15.

XXIV.

Quæstio V. A quo Principio ducenda sit Notitia Imperii, ut hodie se habet?

Quinta quæstio hic incidit: *A quo principio ducenda sit Notitia Imperii, ut hodie se habet.* Scilicet ut ipsa Respublica, ita Notitia illius perpetuis & variis mutationibus est obnoxia. Unde variæ & illustriores illius occurrunt Epochæ: ex quibus vetustiora illa Romanorum Imperatorum tempora à Julio Cæsare vel Augusto usque ad Augustulum nonnisi exterioris, quantum ad Notitiam, de quâ h. l. sermo hactenus fuit, notæ esse possunt, magis jam huc facientibus illis, quæ ad Res Francorum spectant. Hinc a *Carolo Magno*, qui Imperium Romanum ad Francos transtulit, ordiuntur plerique hoc institutum, qui de Imperio Romano-Germanico ut vocant, disquirunt. Et sane, ut etiam hoc loco verba *Bœcleri* in Notitia Imp. pag. 20. retineamus, opus est notitia temporum inde decurrentium, multas ob causas in hoc argumento, licet sæpe parum con-

Epocha Caroli M. Imp.

congruant hodierno Statui exempla ex illius ævi, quod pure Monarchicum fuit, antiquitate petita, & sententiam utentium iis destruant potius, quam firment. Et quanquam ab *Ottone Magno* novum & maxime illustre quoque est principium, quoad Germanos jam perpertinere incipit ista Romani Imperii gloria, tamen & illud remotius est, & plus Monarchicæ potestatis adhuc præ se fert. vid. *Bœcleri* Commentar. *De Rebus Seculi IX. & X. per Seriem Germ. Cæsarum.* Memorabilis etiam est ætas a temporibus *Henrici IV. Imp.* sub quo cœpit Tyrannis illa Hildebrandina *Gregorii VII.* P. R. & ut quidam volunt lex de Electione Imperatoris amplectenda, in dubium tamen a Bœclero vocata in Not. S. R. Imp. l. 4. c. 1. p. 92. Sed & observanda sunt reliqua *Henricorum*, *Conradorum*, & *Fridericorum* priorum tempora. Neque negligenda hoc loco est Epocha fatalis Inter-Regni quod incidit in tempora *Friderici II. Imp.* quo tanta mutatio circa fines, jura, potentiam, dignitatem, adeoque etiam Statum Imperii contigit: donec hunc restauravit iterum, ipsamque Rempublicam Romano-Germanicam firmioribus fulcris, & sua virtute stabilivit, & tuta sede denuo locavit, novus quidam Imperii & Austriacæ Domus Parens atque conditor, *Rudolphus* Habspurgicus Imperator. vid. *Lehmannus* in Chronico Spirensi lib. 4. cap. 4. in princip. & lib. 5. cap. 95. per totum. *Conringius* de Finibus Imperii, hinc inde. Author Dissertationis, quæ prodiit nuper, varias novas opiniones continens, cui titulus Gründliche Historische Nachricht, von denen in dem Heyl. Röm. Reich Teutscher Nation, von Zeiten des Ableibens weyland Kaysers Friderich des Zweyten, biß auf die Regierung des Allerdurchleuchtigsten Kaysers LEOPOLDI vorgewesenen Inter-Regnis. Eo magis autem attendendum etiam illud Inter-Regnum Fridericianum, quod in illud incidit Origo Septemviralis Collegii, quod Statum quoque Reipublicæ nostræ maxime respicit, & ipsum cardinem Imperii tenet, volvitque. vid. *Onuphrius Panvinius* de Comitiis c. 6. (ubi quidem circa Originem & constitutionem Septemviralis Collegii Gregorio X. Pontifici Romano in Concilio Lugdunensi nimium tribuit) *Bœcler.* in Notitia Imperii lib. 6. c. 1. p. 159. 160. Plus autem *Caroli IV. Imp.* & *Aureæ Bullæ* ætas ad præsentem Statum Imperii similitudinis refert: ex illa n. jam luculentius communicatio potestatis Legislatoriæ, aliorumque Majestatis Jurium, inter Imperatorem, Electores Principes & cæteros Ordines Imperii, atque adeo præsentis Sta-

Ottonis Magni.

Henricorum, Conradorum, & Fridericorum. Imp.

Inter-Regni Fridericiani.

Caroli IV.

tus publici, & modernorum Imperii Comitiorum imago elucet, quæ secutis temporibus magis magisque formam hanc assumpsit. *Friderici III.* Unde a *Friderico* Imp. qui vulgo *Tertius* dicitur, ea Status publici lineamenta, præsertim etiam quoad Collegium Electorale in Comitiis universalibus, quæ cernuntur hodie, duci cœpisse, quidam credunt. Qui certiora autem, & demonstratu obvia spectant, a *Caroli V.* tempore *Caroli V. Imper.* & initio Capitulationum modernarum, quales ante istum Imperatorem eadem forma non extant, repetendam esse Status hodierni faciem contendunt, ut *Bœclerus* ait l. c. Quamquam stare etiam possit, judicio *Rachelii* in Introduct. ad Jus P. Germ. cap. 9. pag. 44. illorum sententia, qui originem Capitulationum, universim sc. consideratarum, non ad Caroli V. sed multum vetustiora tempora referunt, quibus Germani (quorum libertas omni ævo Regnum absolutæ potestatis & παμβασιλικὸν tolerare nequivit) regnare soliti sunt: ita ut quem modum hodie Imperio Regio verbis statuunt, hunc olim factis expresserint: cum dubium non sit, quin tam eligendi Reges, (quoties scil. casus & necessitas locum fecit Electioni horundem & Imperatorum) quam Regiam autoritatem legibus determinandi potestas Proceribus Germaniæ olim sine discrimine competierit: donec Electoribus potestatem condendi Capitulationes solenniter conscriptas permiserunt Ordines. Qui tamen rebus & juribus suis aliter postea prospicere cœperunt, *Instrumenti Pacis Westphalicæ.* dum in *Instrumento Pacis Westphalicæ Art. 8.* cautum est, ut deinceps in Comitiis de perpetua Capitulatione concipienda ageretur, illaque ab omnibus Ordinibus conficeretur. Quæ materia occupavit etiam Comitia Imperii anno hujus seculi LIV. & hæc ipsa moderna Ratisbonensia, (vid. *Rachel.* in Dissertat. Academ. de *Capitulatione*) sed nondum perfecta est: extante quidem formula conceptæ Capitulationis perpetuæ, quam inter modernorum Comitiorum Acta refert *Dn. Mulz.* in Repræsent. Majest. Imp. part. 1. c. 12. sed quæ vim legis nondum accepit, nec promulgata est, nec observata in Electione Augustissimi Regis Romanorum JOSEPHI, cujus alia prodiit Capitulatio a Principibus Electoribus solis conscripta: quæ tamen circa modum conficiendi difficultates quasdam experta est in præsentibus Comitiis universalibus, in quibus propterea Protestatio quædam aliorum Imperii Ordinum in medio jacet. Cæterum postquam superstitiones Pontificiæ mole sua laberare cœperunt, iisque sustinendis ac promovendis importunitas, vis, atque impru-

imprudentia accessit, multis gemitibus conscientiæ libertas quæsita, & tandem sub Carolo V. *Imp.* duce & Doctore Luthero via ad illam & sinceriorem Dei cultum commonstrata fuit, res hæc magnas in Imperio turbas dedit, cruenta & feralia bella excitavit, Jusque nostrum Publicum etiam in multis mutavit: donec primo quies Augustanæ Confessionis Sociis data, eorumque securitati consultum fuit, per Transactionem Passavicam Anno 1552. initam, & Pacem Religionis Anno 1555. subsecutam, eamque Anno 1566. in Comitiis iterum aliisque postea Recessibus Imperii, ipsisque Capitulationibus Imperatorum & Regum Romanorum, Tabulisque Pacis Westphalicæ, confirmatam. Et has omnes tanquam solennes Epochas recte agnoscit *Bœclerus* l. c. qui accurate tamen dignoscendum esse monet, quid ex quoque tempore ad hæc nostra usque duraverit, aut falso credatur durasse. Nec ulla enim est ratio numerandi novam Epocham Status Imperii, judicio ejusdem Bœcleri, *ab Instrumento Pacis Westphalicæ*, in quo omnino magna mutatio, & partim Restauratio Juris nostri Publici facta: dum non tantum jura priora, & antiqua multa roborata, & nova sanctione confirmata, sed & definita quædam sunt, quæ antea nondum pro definitis habebantur: quanquam quædam etiam tunc indecisa, vel arbitrio in futurum commissa, vel ad subsequentia Comitia remissa sunt, in quibus necdum omnia composita. Instrumento isto Pacis Westphalicæ, uti tanquam fundamento maxime nititur Status Imperii recentior: ita illi superstructa quoque deinceps fuit Pacificatio Neomagiensis: exceptis paucis, quæ in hac mutata, inprimis circa Philippiburgum atque Friburgum, & loca quædam in Ducatu Lotharingiæ, protestante tamen quoad hæc Carolo V. Duce Lotharingiæ gloriosæ nunc recordationis. Perfracta autem etiam hac Pacificatione a Gallis, cum Status Imperii iterum nutaret, & res novo bello proxima esset, perventum est ad Inducias vicennales Ratisbonæ anno hujus Seculi octogesimo quarto, die 6. Augusti initas cum Rege Galliæ: quas hic iterum pro suo lubitu interpretatus, & vix per biennium servans, denuo violavit, bellumque præsens movit, in quo opera danda, ne quid Respublica Germaniæ patiatur detrimenti: quæ ut armis Invictissimi Cæsaris LEOPOLDI, Imperiique, & Sociorum ope, & Pace quondam his procuranda, denuo in integrum restituatur, opus habet.

Pacis Neomagiensis.

Induciarum Ratisbonensium.

Et Belli post has præsentis.

XXV.

XXV.

Cognitio variarum Rerumpublicarum, ad commoditatem, & usum Disciplinæ hujus.

Et hæc quæ dicta modo sunt, necessaria omnino ad Disciplinam Notitiæ Imperii nostri esse videntur: quibus ad commoditatem & decus accedere potest quoque Cognitio variarum Rerumpublicarum, de qua jam ante aliquid tangebatur: Romanæ inprimis, quæ multos nacta est Scriptores: & Germaniæ veteris, de qua videndum est opus laudatissimum *Phil. Cluverij*: nec non Germaniæ mediæ, quam in publicis Dissertationibus doctissime descripsit *Paulus Hachenbergerus*: qui Dissertationibus etiam aliis optime jam mereri cœpit de Historia Angliæ, & Daniæ, quam jungere illustrandæ Historiæ Palatinæ, velut cognatæ illis voluit, ni fata præmatura tanti jam Viri illud impedivissent. Sed & innuimus hoc loco rursus Galliæ, aliorumque Regnorum & Imperiorum per Orbem notitiam. Ad quam comparandam, præter alia subsidia, & adminicula, inter quæ iterum excellit maxime usus & experientia, faciunt inprimis etiam Scriptores, qui omnium fere Gentium Respublicas descripserunt; quos inter communiter refertur *Joh. Ludovici Gothofredi* Archontologia Cosmica olim in summo pretio habita, sed quæ tota descripta est ex libro illo, qui Lingua Gallica prodiit sub Ludovico XIII. Galliæ Rege, authore quodam anonymo D. T. V. Y. Regi isti a nobilibus Cameræ officiis, cum titulo: *Les Etats, Empires, & Principautes du Monde*: cui libro, in Latinum etiam & Germanicum sermonem converso, tabulas deinceps æri incisas addidit *Matthæus Merian*, qui sic pretium illius auxit. vid. *Sulpicius* in Dissertat. cit. p. 131. Inter hos Scriptores recensendi porro sunt, *Casparus Ens*, ob varia a se edita opuscula: *Franc. Sansovinus* de gubernatione diversorum Regnorum & Rerumpublicarum: *Joannes Botherus* in Relationibus universalibus, *Philippus Honorius* in Thesauro Politico: *J. C. Becmanni* Historia Orbis Terrarum Geographica & Civilis. *Lucas de Linda*, in descriptione Orbis, & omnium Rerumpublicarum, erroribus quidem alicubi, qui vix in ejusmodi operibus adeo vasti argumenti evitari ubique possunt, refertus. Et huc pertinent quoque labores Elzevirianorum, qui hoc egerunt parvis libellis, in quibus omnes ferme Respublicæ per universum Orbem descriptæ sunt: quarum Authores uti sunt varii: ita diversi etiam sunt commatis, ac pretii. Commendantur autem præsertim inter illos Heltia *Simleri*, Respublica Veneta *Contareni*, & Andlia *Th. Smithi*, judicio accuratiore Politico scripta. Egit de hac materia amplissima etiam

etiam in Collegio quodam privato *Conringius* olim, cui eripuit deinceps Thesaurum Rerum publicarum *Jo. Philippus Oldenburgerus*, plagii reus: contra quem propterea Epistolam monitoriam edidit *Conringius*: a quo opus istud deinceps plenius & perfectius expectatum est: sed huic Author summus, & par tanto argumento immortuus. Conferre huc etiam aliquid potest Cognitio Juris Publici aliarum Gentium Europæarum: quo spectavit *Limnaus* in Notitia Franciæ, qua Jus Publicum Galliæ exhaurire voluit, non tamen ubique feliciter. Specimen aliud universalis hujus cognitionis Juris Publici Europæi dedit Dn. *Mauritius* in Dissertatione de Principiis Juris Publici Romano Garmanici. Fertur etiam JCtis Helmstadiensibus in animo fuisse, aliarum Gentium Jus Publicum, certo contextu descriptum, in lucem emittere: quam in rem jam prodiit Tentamen aliquod *de Jure Publico Regni Dania*, in Academia Julia impressum, in quo via ostendebatur, quomodo in hoc etiam universali argumento progrediendum esset. Nominabatur Dissertationis illius Author quidem Conringius, qui tamen talis haberi noluit: & omissus est ulterior labor in cæteris Prodiit etiam alibi Nicol. Chwalkovii *Jus Publicum Regni Polonia*, multa notatu dignissima continens: ad quod videri debet Exercitatio Anonymi cujusdam, in qua de multis rebus ad Rempubl. Polonam (de qua scriptis suis optime quoque meritus est Christophorus Hartknochius) pertinentibus candide & modesto disputatur. Nec silendæ hoc loco sunt *Joachimi Hagemeieri*, Epistolæ *de præcipuis Statibus Europæ*, quibus cum immoreretur Author continuationem addidit *Henricus Gunterus Thulemarius* Academiæ Heidelbergensis Professor excellentissimus. Addi his potest *Vitriarius* in Institut. Juris Publici, Romano-Germ. in procemio; ubi quædam de Jure Publico Gallico, Hispanico, Anglico, Danico, Suecico; Polonico, colligit. Nec male ad ea quæ commoditatis & ornomenti sunt in Notitia, quam hoc loco investigamus, refertur quoque, Philosophiæ primæ & transcendentalis, quæ Metaphysica dicitur, cognitio: cujus imperitia qualiter multos sæpe dubios teneat in quæstionibus gravissimis etiam Juris Publici nostri, quando de consensu Ordinum in Comitiis circa leges ferendas adhibendo, deque Majestate, & partibus ejus, sive juribus sermo est, ostendit *Bœclerus* ad Dissertat. Ottonis de Jure Publico pag. 18. cujus Philosophiæ quoque utilitatem in materia de Unitate Reipublicæ ostendit in Dissertatione supra laudata hujus argumenti Excellentiss. Dn. *Kulpisius*:

Ut & Cognitio Juris Publici aliarum Gentium Europæarum.

Cognitio Philosophiæ Primæ & Transcendentalis.

sius: ne quid dicamus de *Grotio*, qui hujus etiam transcendentalis Philosophiæ subsidio multa præstitit in immortali opere de Jure Belli & pacis, ad decidendas etiam accurate controversias illustres, quæ moventur inter Reges & Gentes liberas. Geographiæ autem & Genealogiæ Familiarum Illustrium cognitionem hoc loco non repetimus amplius, quia illa supra sub Historiarum Notitiâ comprehensa jam est, nec sine ratione a *Rachelio* in Introd. ad Jus Publ. Germ. c. 12. & 13. tantopere commendata. Addi h s potest quoque

Heraldica. cognitio *Heraldica*, quæ & ipsa per modum alicujus Artis & Disciplinæ tractari potest, atque ad Notitiam Dignitatum Illustrium, (in qua materia notum est excellens opus *Becmanni*) Jurium, & prætensionum omnino pertinet. vid. *Hœpingius* de Jure Insignium: & Maxime Reverendus *Dn. D. Spenerus*, qui incomparabile Opus *Heraldicum*, jam utraque parte, Generali & Speciali completum, edidit, in quo non tantum Historia Insignium Illustrium, sed opulentissimus Thesaurus Rerum Germaniæ, & totius Imperii nostri, imo etiam aliorum Regnorum, continetur: cujus Authoris *Sylloge Genealogico-Historica* etiam in argumento, de quo paulo ante dictum, laudanda est. Addi debet huic quoque suo merito nunquam sine singulari laude allegandus, Stemmate, Virtute, & doctrina Nobilissimus Dn. *Im Hoff* in Notitiâ S. Rom. Germanici Imperii Procerum Historico-Heraldico-Genealogica, ad hodiernum Imperii Statum cognoscendum bene accommodata. Plura, & quæ universim ad notitiam Reipublicæ pertinent, hoc loco non addimus. vid. de his *Bœcleri* Dissertatione *Notitia Reipublicæ*: item, *de Studiis Helvidii Prisci*: & illa, quæ Institutionibus Politicis laudatissimi hujus Authoris inter Dissertationes ejusdem argumenti Politici annexa est Vigesima, *de Historia Politica Rerumpublicarum & Regnorum*.

Polymathia & Historia Literaria. Nec *Polymathia* denique reliqua hinc abesse debet: de qua videatur unus instar omnium *Wovverius*. Nec *Historia literaria*: de qua vid. Vockerodtii *Introductio in Notitiam Societatum Literariarum*. Et huic argumento inserviunt quoque *Papebrochii*, Censoris alicubi *Mabillonii*, & Sociorum illius, labores: & Diaria illa, *Journals des Scavans* à Paris: *Giornali de Letterati* in Roma, Parma, Venetia: *Acta Eruditorum Lipsiensia*, quibus multum vectigalis est literatus Orbis: item *Nouvelles de la Republique des Lettres*, à Rotterdam. *Bibliotheque Universelle* à Rotterdam: *Bibliotheca volante* in Parma: *Mercure scavante*: & *Ephemerides Sçavantes* à Hamburg: & si typis expressæ haberi

possent

poſſent *Chriſtoph. Forſtneri* Ephemerides Politicæ, nec non incomparabilis Morhofii *Polyhiſtor:* ex quo Notitia etiam noſtro argumento inſerviens peti, & ad hanc Diſciplinam conſilia ac ſubſidia hauriri utiliter poſſunt, præſertim ex libr. 1. cap. 1. 2. & 15. Quemadmodum autem augumentis omnium fere divinarum & humanarum Scientiarum & artium Societates & Collegia, hoc imprimis Seculo per Germaniam, Galliam, Hiſpaniam, Angliam, Italiam, Sueciam quoque, & Daniam, contigerunt; ita ut par inſtitutum excolendæ magis Doctrinæ Politicæ (cui multum ſtudii adhuc deeſt, & in qua adeo multa inveſtiganda reſtant,) & huic ipſi Diſciplinæ, de qua hoc loco breviter actum, accederet, operæ pretium eſſet. In quo voto hac vice finimus.

LAUS DEO.

XXI.
DISSERTATIO DE POTESTATE PRECISTÆ PRECES IMPERATORIS PER CESSIONEM IN ALIUM TRANSFERENDI,

PRÆSIDE

TOBIA JAC. REINHARTH, JCTO,

COM. PALAT. CÆS. JUR. FACULT. ASSESSORE ET COD. P. P. CIVITAT. SYND. ET CONSULE

PRO LICENTIA Defenſa ab

ABRAH. GOTTER GOTTSCHALCH,

Pirnenſ. Miſnic.

ERFORDIÆ. 1730.

DE POTESTATE PRECISTÆ PRECES IMPERATORIS PRIMARIAS PER CESSIONEM IN ALIUM TRANSFERENDI.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA.

§. I.

UT ut neminem facile fore, nisi qui in Juris Publici prudentia plane hospes est, existimemus, quem lateat, non paucos, tam eruditione, quam doctrina & fâma celeberrimorum & egregiorum Virorum in Jura Precum Cæsaris primariarum satis sollicite jam tum inquisivisse, earumque ideam ex fontibus suis tam diserte hactenus delineasse, ut integram hancce doctrinam satis illustrem ferè exhausisse videantur; Cui enim incognitum, quid in hoc genere ex instituto præstiterint JO â CHOKIER, *Canonicus quondam & Vicarius generalis Leodiensis, nec non Abbas secularis Visetensis, primarias preces* FERDINANDI II., IMP. scholiis illustrando; nec non PETRUS MARCELLUS, RICCIUS, FELTZIUS, MAYERUS, L. B. DE LINCKER FRITSCHIUS, præcipue vero Excell. Dn. GRIEBNERUS, ut jam Dn. BOEHMERUM in *J. C. P. L. 3. t. 5.* omnesque fere Juris publici scriptores systematicos taceamus. Nihilo tamen secius nos de Themate inaugurali non adeo trito ac vulgari cogitantes, proposito nostro: *Jura precistæ circa cessionem precum concessarum* speciosius investigandi instituimus, cum non pauci fere publici Juris scriptores hocce argumentum satis quidem dignum vel sicco penitus pede præterierint, vel si quidem istud attigerint, duobus vix verbis illius mentionem injecerint, ac Cessionem quidam fieri posse, communiter affirmaverint, fundamenta vero hujus sententiæ neque satis adstruxerint, tantum abest, ut rationes, quæ negativæ favere videntur, removerint, illisque satisfecerint, vel etiam modum, quomodo cessiones ejusmodi valide fieri possint, cum effectu earundem ostenderint, & demonstraverint.

II. Quemadmodum vero ut succinctæ brevitati studeamus, temporis & instituti nostri ratione admonemur; Ita melioris ordinis & perspicuitatis causa, paucula quædam de genuina precum primariarum indole, quantum quidem ad enodationem propositi thematis sufficiet, antequam ipsum controversiæ statum aggredimur, præmittamus, non inutile fore credimus.

III. Primariarum itaque precum Imperialium Jus in eo consistit, ut S. Cæsarea Majestas Jure, quo pollet, proprio, per universum Imperium in capitulo vel monasterio mediato, vel immediato, una vice, unam personam, secundum naturam beneficii, normamque statutorum & observantiæ idoneam, ad beneficium Ecclesiasticum vacans vel vacaturum, tàm in mensibus papalibus, quàm capitularibus immediate vel mediate eo effectu præsentare possit, ut precista aliis omnibus sit præferendus, & â capitulo vel alio Collatore admittendus.

IV. Et

IV. Ex quo autem *Jure proprio* CÆSARI jus precum primariarum competere afferimus, â fenteatiâ erroneâ JUSTI FONTANINI, qui fub recto nomine CONRADI OLIGENII latuit, nec non WILHELMI DURANDI, fic dicti SPECULATORIS, MARTINI URANII, PETRI GREGORII, SYRINGII, GAILII, aliorumque, quos adduxit PFEFFINGER ad *Vitriar. Tom. III. p. 89. lit. 8.* merito facimus divortium; Horum enim errores, quibus Imperialibus fcilicet precibus, non aliter, nifi ex fummi Pontificis indultu, feu privilegio locus relinqui voluit, ficut fatis fuperque ex inftituto jam tum explofi ab ADAMO CORTREJO *in Repræsent. Jur. Prim. Prec. Sacrat. Imperator. Rom. Germanicis, sine prævio Pontificum assensu competentis*; Item L. B. DELYNCKER *vindiciis Primar. Prec. Cæsar. Majestati proprio iure competentium*, nec non excell. GRIEBNERO *Differt.* de *Primar. Prec. Imper.* OLIGENII *Differtationi oppositâ.* Ita ne actum agamus, ad illos nos eo magis remittimus, quo certius eft, neque Div. Impp. FERDINANDUM III. neque LEOPOLDUM, multo minus JOSEPHUM, & AUGUSTISSIMUM IMPERATOREM MODERNUM CAROL. VI. de Sedis Romanæ privilegio vel indultu in precum fuarum conceffionibus ullatenus amplius fuiffe follicitos, quin potius illud Jus, tanquam Majeftaticum, proprio jure, femper exercuiffe, poftquam pace Weftphalicâ *Art. V. §. 18. & 26.* iftud Imperatoribus, conceptis verbis, confirmatum fuit, de quo non pauca, eaque notatu digniffima Precum Imperialium teftantur diplomata, quæ non tantum adduxit fupra laudatus PFEFFINGER ad *Vitriar. Tom. III. L. 3. l. 2. §. 9. lit. a. p. 90. seqq.* fed quæ extant quoque in ELECT. JUR. PUBL. *Tom. VII. p. 96.* & FABRI Staats-Cantz. *T. 50. p. 250. seqq.*

V. Per *universum* porro *Imperium* cum ejusmodi jus Precum Imperatoris competere diximus, per hoc ab illis precibus primariis, quas Electores, aliive Imperii Principes concedunt, diftingui, manifeftum eft; hæ enim non per totum Imperium, fed intra fines terrarum vim tantum exerunt in regula; fic e. g. Eminentiff. & Sereniff. ELECTOREM MOGUNDINUM primariarum Precum jure in omnibus Archiepifcopatus fui Ecclefiis & beneficiis frui, teftatur HORNIUS *Prud. Jur. P. c. 28. §. 4.* â VORBURG *Parat. Jur. can. clas. 8. p. 789.* HERMES *J. P. c. 27. §. 39.* THULEMARIUS *Octovir. cap. X. §. 6.* Item de potent ELECTOR. SAX. quod Preces primarias ad Mersburgenfem aliasve Ecclefias Electoratus dederint, ex fide Diplomatum conftare adftruit Dn. GRIEBNER *in Op. Jur. P. Tom. I. Sect. 6. §. 2. lit. d. p. 181.* De Electore Brandenburgico, OBRECHTUS *ad J. P. W. Art. 5. §. 18. p. 148.* nec non LONDORP. *T. XI. Cont. act. publ. L. 12. C. 127. §. 73.* videri poffunt. Quod vero in *quolibet capitulo Imperii immediato*, vel *mediato* Jure precum primariarum gaudere Imperatorem fupra §. III. pofuimus, id, quod ad proteftantium capitula attinet, juxta *Art. V. §. 18. & 26. Pac. W.* ita intellectum volumus, ut in *immediatis* capitulis, in quibus Cæfar olim preces exercuit, illas indiftincte, & citra

reſpectum ad anni decretorii poſſeſſionem, in *mediatis* vero, quatenus in termino critico *Kalend. Jan. 1624.* in poſſeſſione fuerit, habitâ inſuper in utriusque religionis ratione, impoſterum exercere valeat.

VI. Non vero ſolum *immediate*, *ſed mediate* quoque jura precum primariarum exercere Cæſares, certum eſt. Poſterius contingit; tâm per REGEM ROMANORUM, vivo ſcilicet, & ad gubernacula ſedente Imperatore, ubi hoc jus ex Cæſaris indultu exercet Rex Romanus, cum ê contrario Cæſare mortuo, jure proprio idem jus eidem competat. FRITSCH *de Primar. Prec. Cap. 3* §. *3.* & *4.* Deinde etiam per IMPERATRICEM. Nam & hanc vigore inveteratæ conſuetudinis in capitulis ſexus ſequioris ex indultu Auguſtiſſimi Conjugis preces perſonis juxta normam ſtatutorum & obſervantiæ, habitâ pariter religionis ratione, idoneis, concedere ſolere, & poſſe, extra dubium eſſe exiſtimamus cum ULRIC. OBRECHTO *ad Inſt. P. Art. V.* §. *18. p. 148.* STRYCK *de Jur. Papal. Princ. Evang. c. 4.* §. *5.* conferatur quoque Dn. BÖHMER *in uſu Mod. Jur. Can. L. 3. t. 2.* §. *105.* ubi precum REGINÆ BORUSSIÆ, ac COMITISSÆ LIPPIENSIS commemorat, de quarum altera videri poteſt FABRI Staats-Cantzeley *Tom. 13. p. 481.* Quod Imperatores quoque precum ſuarum Jus aliis ſtatibus in certis Imperii provinciis ſuo nomine exercendum demandaverint & conceſſerint, ex Diplomate WENCESLAI, Imperatoris, quod ex FREHERO, & CORTREJO allegaxit STRUVIUS, in *Jur. Publ. prud. cap. 10,* §. *21.* vigore cujus RUPERTO, Electori Palatino anno 1326 indulſit, ut ipſius nomine per Diœceſin Spirenſem, & Wormatienſem utatur precibus primariis, ſatis conſtat; Quid? quod idem Juris primariarum precum exercitium ab Imperatoribus comitibus Palatinis interdum concedi, ſupra laudatus celeberr. OBRECHTUS ad *Inſtr. Pac. Weſtph. Art. V.* §. *18. p. 148.* affirmare non dubitavit. Quid autem de Vicariis Imperii intuitu juris primariarum precum ſit ſtatuendum, ad pereruditam Diſſert. magnif. Dn. GRIEBNERI *de Primar. prec. Vicariorum Imperii* brevitatis cauſa nos remittimus, ubi tot argumentorum ponderibus eorum ſententiæ, qui Vicariis Imperii jus primariarum precum iverunt denegatum, fuit occurſum; contra vero pro adſtruendo iisdem tali Jure tam acriter pugnatum, ut extra litem fere poſitum eſſe videri poſſet: Vicarios eodem modo intra Vicariatus fines, quo Cæſar in toto Imperio, tam in caſu ſedis per mortem, vacantis, in omnibus Eccleſiis, quàm in caſu abſentiæ, vel alterius forte intercedentis impedimenti, in eis, ubi abſens; vel impeditus Imperator ſuo jure ipſe adhuc non eſt uſus, exercere queat. Vid. AUR. BULL. *cap. V. confer.* PFEFFING. *in Not. ad Vitriar. T. III. L. 3. t. 7.* §. *3 l. a. p. 609. ſeqq.* ubi *pag. 610.* Imperatoris Div. LEOPOLDI reſcriptum ad AUGUSTUM, *Archi-Epiſc. Magd.* adminiſtratorem directum, ſub dato Wien, *d. 13. Jul. 167*[illegible] legitur, ex quo apparet, aulam Imperatoriam Vicariis Imperii tum temporis

ris primarias preces conferendi poteſtatem expreſſe denegaſſe, ſolisque Imperatoribus, eorumque ſucceſſoribus, idem illud jus aſſeruiſſe.

VII. Semel vero, & una tantum vice in totâ vitâ Imperator hoc jus in uno Capitulo exercet, HENNIGES *ad Inſt. P. A. V.* §. *26. lit. y. p. 408* TITIUS, *Spec. J. P. L. 5. cap. 3.* § *30.* ex quo conſequitur; quod precibus effectu ſuo non destitutis, ſemel conceſſis, ad idem Capitulum, vel monaſterium aut alium collatorem novæ preces pro altero impetiri non poſſint, quin potius tali caſu conceſſio beneficii vacantis ad ordinarium collatorem pertineat. Notanter vero ejusmodi preces requiſivimus, quæ effectu, ſuo non fuere deſtitutæ. Si enim priores effectu caruerint, e. g. Preciſtâ, antequam beneficium quoddam vacaverit, moriente, vel preces ipſas negligente aut repudiante, ſive in talem ſtatum incidente, in quo ad beneficium, in capitulo redditur inidoneus, v. g. intuitu Capituli catholici, ſi preciſta matrimonium contrahat, Imperatori per novas preces alium nominandi jus ac poteſtas omnino competit, recte ita docente CHOCKIER *de prim. prec. p. 24.* cum FRITSCHIO *de prim. prec. cap. 5.* STRUVIO *ſynt. J. P. cap. 10.* §. *36.* Hoc quoque certiſſimum, in arbitrio Cæſaris, quo anno, aut quo menſe, aut quo denique vacantiæ caſu præſentationem facere velit, ſimpliciter eſſe poſitum; TITIUS, *ſpec. J. P. L. 5. c. 3.* §. *30.*

VIII. Preciſtam, hoc eſt, perſonam in precibus ad beneficium præſentatam & nominatam, quod attinet, illum ita comparatum eſſe oportet, ut ad beneficium vacans juxta ſtatuta Capitularia vel obſervantiam ſit idoneus, *Inſt. P. W. Art. V.* §. *18.* & *26.* alias preces ſuo deſtitui effectu, nec capitula ad iſtas acceptandas obſtringi, eſt in propatulo. Hinc ſi beneficiati omnes in capitulo ſint vel Principes, Comites, Barones, vel Nobiles, aut Doctores, ſeu Licentiati, preciſta tali charactere ſ. qualitate non corruſcans ad beneficium vacans haud recipitur. HERMES *Faſc. J. P. cap. II.* §. *24.* Quin imo, ſi juxta capitularia ſtatuta non niſi tales nobiles, qui veteris ſunt proſapiæ, & multarum imaginum, ad beneficia & præbendas admitti queant, ſed e. g. præciſe requiratur, ut ab octo generationibus **acht Ahnen** nobilitatem oſtendant, preciſtam tot partium enumerationibus non ſufficientem ſurrogari non poſſe, recte concludit, HENNIGES *ad Inſt. P. Art. V.* §. *18. lit. 6. p. 245.* Neque ad beneficium Regulare preciſta, qui non eſt regularis, ſ. religioſus, CHOCKIER *in Scholis ad prim. Prec. Sect. 2.* §. *27.* multo vero minus in Capitulo catholica talis, qui Auguſtanæ Confeſſioni addictus, vel vice verſa, admitti poterit.

IX. Precum primariarum objectum *beneficia Eccleſiaſtica vacantia vel vacatura* conſtituere, res ipſa loquitur. Unde error, quem non pauci, inter quos Beſoldum, Wehnerum, Speidelium, Struvium, cum aliis deprehendimus, ex eo errant, quod preces primarias, & Panis-**Briefe**/ unum idemque eſſe, & per

has

has, illas indigitari, ex stime it, eo apparet luculentius. Recte enim Mulzius in *Repraes. Majest. Imper. p. 2. c. 33. n. 253. f. 943.* Panis-Briefe/ & preces, objective ita distingui observavit, ut hæ sola beneficia Ecclesiastica, illæ vero alimentorum certam portionem pro objecto habeant, ac quædam provisiones sint, ab Imperatore personis laicis concessæ, ut alimenta ex cœnobio quodam ad dies vitæ habeant; Germ. **Vorschrifften um Läyen-Pfrunde / und** Præsentations-**Schrifften eines Kaysers / auff ein GOttes-Hauß um eine Pfrunde zu Küchen und Keller einem alten Diener.** Wehner *Obs. pr. voc. Panis-***Briefe.**

X. Ex parte Precistæ, si precum Cæsarearum effectu destitui nolit, requiritur, ut illas intra mensem â die notitiæ, Præbendam esse vocantem, Collatori ordinario decenter exhibeat, ac ut juxta earundem tenorem procedatur, petat atque urgeat. Quo spatio menstruo elapso, nisi justarum ignorantiæ causarum allegatione & demonstratione contumacia purgari queat, preces ex parte precistæ expirant, qui suæ negligentiæ imputare debet, quod in præsentandis literis Cæsareis terminum præfixum non observaverit, qui propterea usu introductus, ac precistæ præscriptus, ne diutina nimis Ecclesiasticorum beneficiorum vacatio damnum inducat Ecclesiæ, Fritsch. de *Jur. Prec. Prim. cap. 5, qu. 3. cap. si clericus 11. de Praebnd. & dignit. in 6.* Neutiquam tamen hoc eatenus accipiendum, ac si precista præcise beneficium actu vacans, aut primum vacaturum acceptare debeat. Poterit enim optimum, quod sibi arridet, expectare, adeoque tam primum, quam secundum omittere, & tertium demum, si nullum antea jam tum acceptavit, optare, quo vero semel acceptato, variatio amplius eidem non permittitur. Hermes. *Fasc. J. P. cap. XI. qu. 56. arg. cap. Quia cunctis 1. de conc. prab. in 6.* ubi tamen cautelæ loco precistæ observandum, ut singulis vacantis beneficii vicibus, per Notarium, & testes collatori & capitulo voluntatem suam dilucide declaret, ac per protestationem interpositam jura precum concessarum conservet, notamque negligentiæ hoc ipso â se avertat; vid. Præjudic. JCtor. Salisburg, apud Hermes *supra cit. tr. cap. XI. qu. 54. n. 63.*

XI. Intuitu Capituli s. collatoris precum Cæsarearum legitime exhibitarum effectus in eo potissimum versatur, ut precistam, si cetera sint paria, nolens volens teneatur recipere, idque sive beneficium s. præbenda in mense papali, sive extraordinario, vel in Mense Capitulari s. ordinario vacare contigerit, sive etiam alius jam tum expectantiam habuerit, dummodo vacantia non ex causa permutationis bonâ fide inter beneficiatos utrinque factæ extiterit. Refragari primâ quidem fronte vi & naturæ vocis: *Precum* videtur, quod illum, ad quem directæ, ad parendum ita adstringere dicantur, ut etiam Impp. toties, quoties contradictionem hujus vel illius capituli minus fundatam metuant, precum tenori clau-

fulam

ſulam de exequendo inſerant, inſimul certis executoribus executionem in eventum contumaciæ demandare ſoleant; quale exemplum videri poteſt apud Anton. Fabri Staats-Cantzeley *Tom. 50. cap. 8. pag. 280. ſeqq.* ubi Auguſtiſſimus Imp. CAROLUS VI. precibus in favorem *Martini Hermanni Dionyſii Beelen Anno 1715. d. 16. Mart.* conceſſus inſimul Eminentiſſimum Electorem Mogunt. DN. LOTHARIUM FRANC. *glor. mem.* nec non Epiſcopum Paderbornens. & Monaſterienſem FRANCISC. ARNOLDUM contra Capitulum mediatum Wiedenbrück, Epiſcopatus Osnabrugenſis, denominavit executores; Verum enim vero rem acu tetigiſſe videtur Dn. Titius *ſpecim. J. P. L. 5. C. 3. §. 42.* qui de precibus primariis ita judicat, ſcil. hocce jus, ſi veritatem rei ſpectemus, auguſtius omnino nomen mereri, ſed abjectius ex errore & ſuperſtitione accepiſſe, quod creditum fuerit: Sacratiſſimis Imperatoribus non jure Majeſtatico & proprio, ſed per modum indultus vel privilegii, & quaſi precariò illud competere, id quod tamen falſum eſſe ſupra jam aſſertum dedimus. Magis itaque vox: Mandati, qua in expeditionibus precum primariarum poſt confectas Tabb. Pacis Weſtph. uſi ſunt communiter Impp. rei ipſius veritati ſatisfacit, manifeſto indicio, in arbitrio Collatorum ordinariorum, utrum præſentatum admittere velint, vel non, nullatenus eſſe poſitum, Auguſtiſſimosque Impp. ejusmodi preces ſibimet non precario & alieno jure, ſed propriô vindicare & majeſtatico, ita ut contra venientes viâ executiva ad parendum compellere poſſint.

XII. Ex dictis igitur haud difficile erit cognitu, in quo nunc primariarum precum indoles potiſſimum conſiſtat, & effectus, ad quem merito quoque referri poteſt, quod ex parte Auguſtiſſimi concedentis in ordine ad preciſtam rem meræ gratiæ, ſ. beneficium gratioſum involvant, de quorum beneficiorum natura juxta *L. 3. ff. de Conſt. Princ.* ſatis conſtat, quod ſint latiſſime interpretanda, magisque in favorem beneficiati, ſ. illius, cui gratia conceſſa, extendenda, quam reſtringenda Stryk. *Diſſ. de Expectant. Cap. V. n. 44.* Deinde quoque extra dubium poſitum eſſe putamus, preciſtæ ex precibus fortius omnino & firmius, magisque radicatum jus acquiri, quam â ſolo Patrono ad beneficium quoddam nominato, & præſentato, vel etiam ſimpliciter ad beneficium Eccleſiaſticum expectivato. De nominatione enim & præſentatione Patroni ſatis conſtat, quod per illam nominato & præſentato Jus in eccleſiam nullatenus acquiratur, ſed hoc ipſum ex ſola admiſſione Epiſcopi dependeat, *cap. 5. X. de Jur. Patron. cap. 28. & 29. X. eod.* Böhmer *J. E. P. Lib. 3. 4. 38. §. 92. & 93.* ex quo Patrono laico jus variandi indultum, ita ut ſi vel maxime præſentatus ab Epiſcopo rejectus appellaverit, quod facere poſſe rejectum ex *c. 29. & f. X. de Jur. Patron.* conſtat, patronus pendente appellatione nihilominus alium præſentare poſſit, cum per præſentationem candidato nullum jus acquiratur prohibendi, ne alium præſentet patronus, *Cap. 5. &*

24. X. de Jur. Patron. contra vero per secundam & tertiam præsentationem prima neque revocatur, nec revocari potest, quin potius juxta *cap. 24. X. de Jur. Patron.* episcopo electio conceditur, ut, ex præsentatis diverso tempore, magis idoneum præferre possit, eique beneficium conferre. Ex quo consit, ut eo ipso, quo patronus laicus plures successive præsentat, non tam patronus, quam Episcopus ecclesiæ provideat. Conf. Schild. *Inst. J. C. L. l. t. 13. §. 11. in not.* At hæc omnia in præsentato & nominato per preces se habent secus. De his enim dicitur, quod, cœteris paribus, facultatem collatori ordinario in totum adimant, ipsamque præbendam affectam reddant, Stephan. Gratian. *T. III. Discept. for. Cap. 478.* Fritsch. *de prim. precib. Cap. V. n. 3.* Hahn. *de Jur. rer. Concl. 82.* atque precista per solam Nominationem Imperatoris jus in ipsam præbendam acquirat Pfeffinger *ad Vitriar. Tom. III. L. 3. t. 2. §. 8. lit. e, in f. p. 88.*

XIII. Expectativas vero ad beneficium ecclesiasticum quod attinet, constat, quod vel *expresse*, & *directe*, vel *tacite* & *indirecte* concedi soleant. Prius contingit, quando aliqui spem futuræ successionis in officium ecclesiasticum & emolumenta ei annexa accipiunt, ut tamen interim Clericorum numero non inserantur, nec Canonici aut Pastores fiant, sed tum demum, ubi beneficium, s. officium vacare incipit. *Tacite* vero & *occulte s. indirecte* illis conceditur expectativa, qui statim quidem canonicorum numero inseruntur, vel ad officium Ecclesiasticum promoventur, sed *sine præbenda.* Tales, qui sunt, dicuntur quidem *Canonici*, sed *in herbis*, negarique non potest, hos longe certius jus & perfectius, simpliciter expectivatis, habere, quippe qui jam in ipsius officii possessione sunt collocati, chorum & stallum adepti, solennique ritu investiti, cum illi sola spe lactentur, quæ non raro deficere solet, & evanescere. *v.* Dn. Böhmer *J. Ecc. P. L. 3. t. 8.*

XIV. Sicut autem jus expectativam ecclesiasticam concedendi neque ordinariis collatoribus per *cap. 4. X. de donat.* neque legatis Pontificis *cap. in. f. de Offic. Legat. in 6.* multo minus Patrono competit, quippe qui adhuc minus juris, quam ordinarius collator habet, *c. 8. X. de Jur. Patronat.* sed soli pontifici reservata legitur, atque apud protestantes principibus idem jus papale, ut liberrime expectativas indulgere queant, adscribitur Horn. *de expectat. Eccles. §. 18. in f.* Stryck. *de Jur. pap. Principum evangel. cap. 3. §. 6.* Ita evanescere utplurimum solent ejusmodi expectativæ per mortem concedentis, si hæc ante vacans beneficium forsan contigerit; ita ut neque successores adstringantur, expectivatum ad beneficium postea admittere; Neque enim ejusmodi concessiones expectantiarum ad classem conventionum & pactorum, vim obligandi irrevocabilem secum ferentium de jure trahi poterunt, cum constet, decretum expectativum mere gratiosum esse, idemque operari, ac privilegium ad bene placitum concessum, quod morte concedentis expirat, *cap. 5. de rescript. in 6.* Leurenius *de foro benefic. Sect. III. qu. 632 n. 1.*

n.1. Sixtin. *de Regal. L. I. C. 6. n. 44.* ex quo recte Schraderus *de Feud. p. 3. c. 2. n. 27.* infert, quod gratia sub principe prædecessore non consummata, qui eam concessit, morte concedentis expiret, & devoluto principatu ad proximum agnatum in ejusdem libera voluntate consistat; quod quo antecessor non possit disponere in tempus, quo ipse nullam in eo potestatem habiturus est, asserit Myler. ab Ehrenbach *in Hyparchol. c. 3. n. 133.* præsertim cum ipso jure Canonico ejusmodi gratiosæ expectantiæ ecclesiasticæ, utpote in se valde odiosæ *cap. 2. X. de præb. concess.* à successore pro revocabilibus habeantur, *cap. 8. de Concess. præb. in 6.* Quid? quod ne ipsum quidem concedentem, ut illas servet, ex capite *Justitiæ* teneri, rectius, ac Stryckium, qui contrarium *in Dissert. de Concurs. expectat. general. & special. n. 30.* & *Diss. de Jur. Pap. princ. Evangel. C. 3. §. 8.* asseruit, docuisse Dn. Böhmerum *J. E. Prot. L. 3. Tit. 8. §. 14. & 15.* credimus; Talis modi enim concessio gratiæ naturam *precarii* habet, quod semper tam *expresse*, quam *tacite* pro lubitu concedentis revocari & mutari potest; quæ tacita revocatio expectantiarum ecclesiasticarum tum quoque contingit, quando Pontifex, (vel apud Protestantes Princeps) duobus vel tribus decreto expectativo ad idem beneficium successive prospicit, & in ultimo clausulam: *anteferri*, annectis, vel priori expectativam *generalem*, posteriori vero *specialem* concedit; Utroque enim casu posteriorem priori præferendum esse, idque ex Concedentis voluntate vel expressa vel tacita ab ipso Pontifice decisum legitur *in cap. 7. de concess. præbend. & eccles. non vacanti in 6. & cap. 38. de præbend. in 6.* Neque habet, de quo ex capite injustitiæ prior expectivatus conqueratur, cum erronea sit supra allegata Stryckii hypothesis, justoque fundamento destituta, quasi scil. primo expectivato statim, semperque jus ex decreto expectativo *firmam*, tamque *stabile* quæsitum sit, ut plane revocari nequeat; contrarium enim, quodque ejusmodi expectivatus regulariter *jus imperfectum* saltem consequatur, ex supra adductis rationibus manifeste colligi poterit.

XV. Ex quo nunc satis apparere existimamus, *Precistam* Cæsareum cum mero expectivario præbendæ ecclesiasticæ comparari non posse; Hunc enim infirmum omnino habere jus, quod non per revocationem solum concedentis, vel ejus successoris expressam vel tacitam, sed quoque per mortem ejus statim expirat atque corruit, in præcedentibus diximus, & ut speramus, jam tum probavimus; At vero ut idem de Precista asserere non liceat, res ipsa loquitur & similiter eis; quæ §. XII. in f. ex Gratiano, Fritschio, Hahnio & Pfeffingero adduximus, scil. quod ex sola præsentatione Imperatoris & nominatione ipsa Præbenda affecta reddatur, precistæque jus non ad præbendam, sed in præbenda vacante acquiratur, evincatur. Quin imo omnes fere Juris publici scriptores in eo convenire deprehendimus, quod mors Cæsaris ante casum vacantiæ contingens, Precistæ nullatenus noceat, tantumque abesse, ut successor ejusdem vel Vicarii Imperii

preces Imperatoris demortui negligant, vel revocent, quin potius ut ad effectum quovis modo deducantur, curare debeant & ſoleant, Struv. *Synt. J. P. cap. X. §. 35.* id quod exemplo moderni invictiſſimi Imp. CAROLI VI. in Diplomate Precum in favorem *Martini Herm. Dionyſ. Beelen, anno 1715. d. 16. Mart.* conceſſarum ſatis confirmatur, de quo vid. Ant. Fabr. Staats-Cantzeley/ *Tom. 50. p. 278.*

XVI. Quæ cum ita ſint, opportunum nunc erit, ut ad thema noſtrum inaugurale paullò accedamus propius, ac quid de poteſtate Preciſtæ preces Imperatoris, cum jure inde quæſito, per Ceſſionem in alium transferendi, ſentiamus, mentem quoque noſtram breviſſimis exponamus. Ubi non immerito præmonemus: Per Ceſſionem heic â nobis nullatenus ſimplicem nudamque Juris repudiationem vel renuntiationem, quo ſenſu forſan Vox: *Ceſſionis* tam Jure *Canon. in t. t. X. de Renuntiat.* quam Jure Civili in variis textibus, e. g. *L. 17. ff. de Recept. arb. & t. t. ff. de Ceſſion. bonor. L. 1. C. de pact. pign. L. 17. §. 5. ff. de Nonal. action.* occurrit; ſed potius plenariam & legitimam juris noſtri abdicationem ejusdemque in alium translationem ſubintelligi, qualiter forſan Ceſſionem JCti Romani e. g. in *L. 23. ff. de literal cauſ. L. 15. ff. Commun. Præd. L. 76. ff. de ſolut.* pluribusve aliis acceptam voluerunt. Atque hâc ratione Ceſſio precum primariarum in rei veritate nihil aliud eſt, quam impetratæ ab Imperatore ad beneficium vel præbendam præſentationis vel nominationis â perſona nominatâ in alium facta alienatio. Eo ipsô enim, quo juri meo renuncio, illudque in alterum transfero, eo ipſo illud alieno; quæ jurium alienatio etiam Reſignatio â non nonnullis; imô Pariſio *de Reſignat. benefic. L. 1. qu. 1. n. 1.* ipſa Renuntiatio nihil aliud, quam ceſſio juris ſibi circa præbendam competentis, dicitur.

XVII. Cum itaque ceſſionis leges â legibus alienationis pendeant, ita ut Dd. communiter hanc regulam efforment: *Quicunque habet jus alienandi, ille habet quoque jus cedendi, & quodcunque alienari poteſt, cedi quoque poterit & contra* Lentz. *de act. Ceſſion. Cap. 19. M. 1. n. 1. ſeqq.* Card. Duſch. *Concl. pract. 203. n. 10. lit. C.* Brunnem. *de Ceſſion. act. c. 2. n. 1.* hinc ſponte fluit: Diſpoſitionem *L. 21. C. Mandat. quod quilibet liber rerum ſuorum ſit moderator & arbiter*, vim ſuam etiam ad Ceſſionem jurium extendere, ita quidem, ut toties illa de genere licitorum habenda, quoties illorum exercitium neque pactis neque Conventione circumſcriptum legimus. Caſp. Anth. *Theſaur. L. 3. qu. 28. n. 2.* Paul. Chriſtinæus *Vol. 2. dec. 110. n. 3.* Petr. Franc. De Tonduti *qu. civ. C. 32. n. 1.* Stryck. *Diſſert. de Juribus & action, non ceſſibilibus Cap. 1. §. 2. p. 4.* Quæ principia, ſi ad noſtrum controverſiæ ſtatum applicentur, tota res eo redit, ut videamus, an & quatenus preciſtæ legis quædam vel conſuetudinis directa vel indirecta diſpoſitio obſtet, quo minus preces ab Imp. impetratus per Ceſſionem in alium transferre queat?

XVIII. Utut autem plurimi ferè Juris publici ſcriptores ſimpliciter & citra ullam

ullam restrictionem Precistæ Cessionem precum suarum indulgeant, inter quos præter cæteros deprehendimus Sigism. â Vorburg. *Rud. Jur. Can. ad f. p. 171.* Stryk. *Dissert. de Expectant. Cap. 5. n. 42. usque 45. p. 72.* Dn. Böhmer. *J. Eccl. Prot. L. 3. T. 8. §. 20. in f. p. 593.* Fritsch. *de Prec. Imper. prim. Jure Qu. 4. n. 18.* Struv. *in Synt. J. P. Cap. 10. §. 35. in f.* & in ejusd. *Jur. P. Prud. Cap. 10. §. 19. in f.* cum ibidem allegato Cortrejo; Tantum abest hancce sententiam adeo videri liquidam, ut potius gravissimis dubiis adhuc illam deprehendamus obnoxiam.

XIX. Quodsi enim (I) Cessio Precum precistæ conceditur, inverti omnino videtur & destrui generalis illa & in jure satis fundata Doctorum regula: *quod jura personalia non sint cessibilia*, quam tradunt Alphons. De Olea *de Cession. jur. Tit. 3. qu. 1. n. 3.* Joh. â Sande *de Act. Cess. cap. 5. n. 34.* Brunnem. *de Cession. act. Cap. 4. n. 39. & 2.* Stryk *de Jur. & action. non cessibilib. Cap. 1. §. 6.* Jam vero preces Imperatorias in iisque ad beneficium ecclesiasticum factam nominationem s. provisionem esse aliquid personalissimi, negari non potest, cum non nisi ob singularia merita certæ personæ concedi soleant. Ubi autem personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente eâ beneficium deficit, inquit JCtus in *L. 68. ff. de R. J. & L. 196. ff. eod.* (II.) Preces morte precistæ expirare, nec earundem effectum ad heredes transmitti, manifestum est? Nunc autem cessioni iterum obstat altera Regula: *Quodcunque non est ad heredes transmissibile, illud quoque non est cessibile.* Petr. Peck. *de testam. Conjug. reciproc. L. 1. Cap. 14. n. 3.* Cardinal Dusch. *pract. Concl. lit. C. Concl. 204. n. 30.* Lenz. *de Act. Cess. cap. 19. M. 2. n. 2.* Tiraquell *de Retractu §. 26. Gl. 1. n. 79.* Stryk. *cit. tr. de Jur. & act. non cessibilib. Cap. 1. §. 7. p. 9.* (III.) In aprico positum est, preces pro objecto habere beneficium ecclesiasticum, de quô constat, quod non sit in commercio privatorum, adeoque in alium transferri non ita potest ac aliæ res in corporales vel jura potuerunt.

XX. Porro (IV.) Cessiones precum in alium nunquam ferè sine interventu pretii vel respectu alicujus insignis commodi fieri solent; ac verò tale quid secundum Jus Canonicum Simoniacam labem involvit, atque Cessionem omnino vitiare videtur, cum nundinationes beneficiorum ecclesiasticorum semper turpes censendæ, sive quæ directè committunrur, sive indirecte, ex quô quôque fundamento Espenius *P. 2. de Jur. eccles. l. 27. C. 1. §. 18.* resignationes in favorem tertii pro simoniacis simpliciter judicat. (V.) Per Cessionem precum primariarum obtruderetur Capitulo Beneficiatus, & sic extenderetur beneficium contra voluntatem Invictissimi Imperatoris concedentis, de persona ad personam plane incognitam, meritisque haud conspicuam. (VI.) Videri preces primarias valde odiosas, & ita comparatas, ut semper in præjudicium Capituli & ordinarii Collatoris tendant; admissa autem Cessione, extenderentur odiosa contra Regulam, juxta quam potius restringi debuissent.

XXI. Verum enim verò his non obstantibus, affirmativa firmioribus omnino fundamentis nobis fulcita videtur, quare eidem, sub certis tamen limitibus, merito subscribimus, atque sic Cessionem primariarum Precum omnino validam esse, si non invito Imperatore, in personam æque idoneam atque secundum statuta & observantiam Capituli qualificatam fiat, asserimus. Idem nobiscum sentire videtur Pfeffinger *ad Vitriar. Tom. III. Tit. 2. §. 10. lit. h. p. 96. inf.* Rationes accipe sequentes. (1) Quia pro Precista cedente ob defectum Legis publicæ prohibitivæ vel consuedutinis regula generalis supra adducta militat, quod *Cessio precum si de genere licitorum*, donec doceatur contrarium. (2) Precistam cedentem & Cessionarium semper indoles & natura precum defendit, quæ nil nisi beneficium gratiosum, maximumque favorem in se continent, adeoque *juxta L. 3. ff. de Const. Princ.* latissime ita interpretandæ, ut præsumatur Imperator semper voluisse, concessam gratiam non solum prodesse debere precistæ in propria persona, sed etiam omni alio expeditiori & favorabiliori modo, non prohibito, qualis est Cessio, argumento eorum, quæ docet Schilter *Ex adff. 30. §. 69.* (3) Corroborat Jus cedendi praxis publica & observantia, de quâ testantur exempla, factarum sæpe Cessionum precum primariarum, in Imperio non solum Cæsarearum, sed etiam aliarum â Statibus Imperii concessarum, de quarum prioribus videatur Anton. Fabri Staats-Cantzel. *T. 50. p. 283. seqq.* Simileque contigisse *A. 1707. d. 2. Jul.* ubi expresse Imp. JOSEPHUS *L. B. de Huldenberg* factam precum Cessionem approbavit, earundemque executionem intuitu Cessionarii *Dn. de Reck*, Capitularibus Goslariensibus SS. Simonis & Judæ per Rescriptum pro Decanatu tum temporis vacante, seriò demandavit. Alia exempla suppeditat Pfeffinger *sæpe allegat. T. III. ad Vitriar. p. 97.* & Voburg. *in Rud. Jur. Can. ad f. p. 718.* quæ de validitate Cessionum â precistis factarum satis testantur, atque sufficere docent, si Collator precum Cessioni non contradixerit, atque sic vel tacite etiam & ex post-facto consenserit. vid. *tamen* L. B. De Lyncker *Vol. 1. Resp. 34. n. 11. & 12.* Dn. Böhmer. *J. E. P. L. 1. t. 9. §. 16.*

XXII. Ex prædictis rationibus illa, quæ supra §. *XIX. & XX.* in contrarium adducta, per se corruunt. Nam (1) perdit Regula: *de Juribus personalibus cessionem respuentibus*, toties suum officium, quoties de voluntate principis concedentis laxiore vel expresse vel tacitè constat, id quod ex indole beneficiorum per doctrinalem interpretationem collegisse sufficit; *L. 3. ff. de Const. Princ.* Si vero adeò obscura est voluntas, atque circumstantiæ perplexæ, ad authenticam recurrere, optimum Consilium. *L. 191. ff. de R. J.* (2) Regulæ: quod *Jura ad heredes non transmissibilia, non sint cessibilia*, ex iisdem fundamentis occurritur, imò in se oppido falsa est; Lauterb. *in Comp. L. 18. t. 4. p. 328.* (3) Resignationes ipsorum beneficiorum ecclesiasticorum in favorem tertii & Canonicatuum valide cum Con-

sensu

ſenſu ſuperioris fieri poſſe, eſt notorium, imò illas non eſſe Simoniacas teſtatur Leurenius *in for. benef. p. 3. qu. 727. n. 2.* Cur ergo ceſſiones precum ſint tanquam ilucitæ & ſimoniacæ reprobandæ, cauſa deficit. Cætera, quæ pro diluendis aliis objectionibus reliqua ſunt, ad conflictum craſtinum diſputatorium reſervamus, quandoquidem propter anguſtiam temporis filum jam jam inviti abrumpere cogimur.

TANTUM.

XXII.
DISSERTATIO DE REGALIBUS
tum in genere, tum verò in ſpecie
DE
REGALIBUS SACRI IMPERII ROMANO-GERMANICI,

Pro Loco defenſa à

JO. THEODOR SCHEFFER, J. U. D. SERENISſimi Würtemb. Ducis Conſiliario, Supremi Dicaſterii Aſſeſſore & Profeſſore Publico

RESPONDENTE

MATTHIA BALTHASAR, Beſighemenſi, d Dicaſterii Würtemb. Advocato.

TUBINGÆ, 1719.

PRÆFATIO.
L. B. S.

Quam Tibi L. B. præſentem ſiſtimus de Regalibus diſſertationem, illam in arduo non minus ac difficili, quàm nobili, amplo, perque omnes Juris & Publici & Feudalis particulas diffuſo verſari argumento, nemo eſt, qui poſſit ignorare, ſi vel à limine ſaltem Jura ſalutavit publica. Ideo ſuperfluum foret, de præſtantia atque utilitate commentari ejus, quod unusquiſque, ad notitiam Rerumpublicarum. earumque Status, Formæ &c. acquirendam, per ſe videt neceſſarium. Intellexere iſthoc, qui tam operoſe, tantoque cum eruditionis apparatu materiam hanc ſibi excolendam ſumſere, nunc Aularum Illuſtriſſimarum

operâ hunc campum percurrere, eminent, Scriptores: Pruckmannus, Stamlerus, simarum Ministri, nunc verò & Academiarum Doctores publici, quos inter qui datâ Sixtinus, Conradus ab Einsidel, Bocerus. Conradus & Benedictus Carpzovii, & quem palmam tenere putes, sub Jurium Majestatis rubro. celeberr. Zieglerus. Hi enim omnes per singulas Regalium species eundo, quicquid ferè hic dici potest, tàm solicitè, tamque prolixè excusserunt, ut, qui nova in hoc genere tentat, videatur post Homerum Iliada moliri. At verò, quemadmodum nec messis datur, quæ post collectas mergites spicilegium non relinquat; ita nec hic omnia tam plenè tamque accuratè dicta arbitramur, quin dicenda restent; præsertim cum non omnes, qui ad scribendum de Regalibus se accinxere, pari rerum Juriumque peritia instructi accesserint. Sic multos videas, qui genuinorum Juris publici principiorum ignorantia laborarunt. Alios, qui affectuum & partium studio abrepti adulandi magis, quam veritatis profitendæ finem habuere: Alios, queis sola inclarescendi nomenque aliquod adipiscendi prurigo calamum direxit; alios denique, qui rerum ordinem justamque tractationis methodum insuper habentes, verborum dubiorumque scholasticorum tricis sese implicarunt potius, quam explicarunt. Itaque cum jam Sacra Statutorum Academiæ nostræ observantia & consuetudo nos pro ritè capessendo Munere Professorio, à Serenissimo Patriæ Patre noviter, idque clementissimè, nobis demandato, publicum aliquod nostræ qualiscunque in Jure Publico nostræ notitiæ specimen edere jubeat; E re & scopo instituti nostri fore arbitrati sumus, si in Dissertationis Inauguralis argumentum nobilissimam de Regalibus doctrinam publicè proponemus, atque ita tùm in Regalia in genere, tum in ea, quæ in Imperio nostro Romano-Germanico longè alio à cæteris Rebuspublicis habitu, comparent, tantisper inquireremus. Quod verò dum jam facere aggredimur, certò ii non sumus, qui nos modulo metiri nostro haud sciamus. Absit igitur, ut de nobis præsumamus, quasi vel nova, aliisque hucusque non perspecta, quod quidem inscitiæ, vel meliora, quod putare superbiæ foret, in medium afferremus. Sed nec omnia illa, quæ vasto Thematis nostri ambitu comprehenduntur, hic adducta aut tacta pollicemur. Lineas saltim duximus nonnullas, viresque nostras, imbecillitatis propriæ alias sat conscii, in præsens experimur. Cæterùm cum angustia pagellarum, intra hunc numerum ex voluntate nobilissimi atque Doctissimi Dn. Respondentis nostri includendarum, plura quæ de Regalibus v. g. de personis Regalium capacibus, item de modis ea & acquirendi & amittendi &c. dicenda fuerant, haud admiserit: Itaque illa quæ supersunt, peculiari, si Deus vitam viresque concesserit, post hanc secutura Dissertationi reservamus. Tu vero B. L. de conatibus nostris, quos tuo lubenter judicio submittimus, judica benigne! Videbis, nos ab aliorum placitis nonnunquam abscessisse, sed modestè. Igitur & Tuam nos censuram expectamus, ubi justam, ibi & modestam. Vale.

CAP. I.

CAP. I.

De
Voce Regalium ejusque tum origine, tum variis acceptionibus.

SUMMARIA.

§. 1. *Vocis Regalium originatio historica.* §. 2. *Ejusdem derivatio Grammatica.* §. 3. *De nomine Regis, ejusque significatu laxiori.* §. 4. *Elogia & Synonyma Regalium.* §. 5. *Eorundem homonymia seu varii significatus.*

§. 1.

Regalium vox barbara est & veteribus Romanis eorumque JCtis æquè, ac Classicis auctoribus prorsus incognita. Silent de hac propterea Lexicographi communiter, manifesto, quod credimus, indicio, Regalium natales non nisi à recentioti ætate arcessendos esse. Sed nec ii Scriptores, quibus primum hæc vox usurpari cœpit, in designanda ejus infantia admodum conspirant, incunabula ipsius in Seculum XII. conjiciente Lehmanno *in Chronico Spirensi lib. 2. cap. 35. p. m. 119.* quando ille ibidem vocem hanc ante tempora Henrici V. non reperiri censet, sinistra hac inductus ratione, quod ante Henricum Imperatores & Reges Germani nullas Clericis civitates vel Regalia donaverint; aliis verò, quos inter Sixtinus & Bocerus in *tr. de Regalibus*, adhuc infra ætatem Henrici abeuntibus & Regalium ortum Fridrici I. Barbarossæ constitutioni, quæ extat *2. F. 56.* demum adscribentibus. Conf. B. Dn. Joh. Wolffgang. Textor in *Jur. Publ. Cas. tit. 9. num. 4.* Quicquid verò de hac, quam nostram non facimus, controversia sit; id tamen certum est, vocabulum istud in antiquioribus chartis ac monumentis vix conspici, iis, quæ imperante demum Ottone M. prodierunt. vid. Carol. Sigonius *de Regno Italiæ lib. 12.* Deinde & illud verum, quod quoad rem initia & incrementa statim sua ceperint Regalia cum origine bene constitutarum non saltem Monarchicarum, sed & Aristocraticarum, Democraticarum vel aliarum cujuscunque generis Rerumpublicarum. vid. Rümelin. ad *A. B. p. 3. Diss. 2. th. 25.* ibique Myler ab Ehrenbach. *in addit. p. m. 655.* Quare etiam de Germania nostra antiqua contra Lehmannum *d. l.* affirmare haud dubitamus, sub Francorum jam Regibus nonnullos jura quædam Regalia exercuisse, licet non in gradu isto eminenti ac hodie, & quandoque magis per modum privilegii. Quod præsertim de Statibus Ecclesiasticis probare satagit Helmstetter in *disp. Argent. an Status Ecclesiastici habuerint Regalia tempore Francorum?* itemque Schilter *in tr. de libertate Ecclesiar. Germ. lib. 2. cap. 2. §. 2, sqq.* quibus jungi meretur erudita *dissertat.* Dn. D. Eisenhardi *de Jure Diplomatum cap. 3. §. 4.* Similiter in Italia quoque olim jam Regalia fuisse prædia & dignitates sive jura, quæ Reges bene meritis ad arbitrium concedebant, de patria sua testatur supra laudatus Sigonius in *Lib. 7. de Regno Ital.* citatus hanc in rem à Pruckmanno *in tr. de Regalibus cap. 1. n. 2.*

Sed castigatus à Regn. Sixtino in eo, quod vectigalia, telonia, monetas & similia à Ducatu, Marchionatu & Comitatu, tanquam Dignitatibus, separans, Regalia appellaverit prædia. vid. Sixtin. *de Regalibus lib. 1. cap. 1. n. 16.* Itaque patet ex dictis, aliam Regalium ætatem esse, si ad vocem præcisè, aliam si ad rem ipsam, attendamus. *

II. Regalia verò unde ita appellentur, suaviter somniant DD. siquidem nonnulli notationem ejus à vocabulo Regis & adverbio Græco λίαν, quasi valde Regium: alii à Vocabulo latino-Germani Regis-Lehen/ quasi Reichs-Lehen/ infausto utrique tamen conatu, deducere laborant. Rectius ergò, quæ & communis Ddum Sententia est, (vide *Rosenthalium*, *Sixtinum*, *Knickenum*, *Pruckmannum*, *Bocerum*, *Niellium aliosque à Conrado ab Einsidel citatos in tr. de Regalibus cap. 1. num. 12.*) Regalia ita nuncupantur à Rege, tanquam Imperii nomine omnium antiquissimo. Etenim Majestas, & quæ hanc consequuntur Regalia, nullibi magis conspicua sunt, quam in Regno. vid. Dn. D. Schweder noster in *introduct. ad Jus Public. part. spec. sect. 1. cap. 4. §. 2.* Dum verò Regalia derivamus à Rege, sumimus hic vocabulum Regis non prout genericum est & aliis quoque Imperantibus, quibus nulla cum Imperio Romano cognatio intercedit, commune sed prout per illud κατ' ἐξοχὴν olim Imperator Romanus in Juribus Civili, Feudali & Canonico designatus fuit. Hanc enim veram & primam vocis Regalium originationem esse, ex omnium fere veterum tum recentiorum, quorum aliqui historias condidere, alii Leges publicas evolvere, scriptorum consensu dilucide apparet. Nec obstat, Regis nomen Romanis olim adeo invisum atque exosum fuisse, cum quidem, ut historiæ docent, illud tandem in Imperio occidentali natalibus suis restitui & postea admodum frequens esse cœperit. Optime hinc Conrad. & Benedict. Carpzovii, inquiunt, *connexa propria quæ sunt Summa Majestati, Regalia appellantur, nomen sortita ab imperatore Romano, pro quo Feudistæ Regem nominant 1. Feud. 26. pr.* ibi: *Si vero ad Regem non venerit. 2. Feud. 34. pr.* ibi: *coram Rege definiatur. 2. Feud. 54.* ibi: *Regem, aut sub Rege, &c.* Quin Regis nomen post mutatam Reipubl. Romanæ faciem, quasi postliminii jure in Imperium rediit, pristinamque invidiam adeo non exhorruit, ut & ipse Justinianus Imper. *Regalem sensum* promiscuè usurparit in *L. fin. C. de LLbus* & *regale culmen* vocaverit Imperatoriam Majestatem in *L. 3. C. de quadrienn. præscript.* Adde, quod Imperator sequiori ævo ante corronationem Papalem, quam illius seculi superstitio Imperatori necessariam crediderat, plerumque Rex vocatus fuerit, uti

* B. Dn. Titius in *Spec. Jur. Publ. lib. 3. cap. 5. §. 1.* Conringium, *de Urb. Germ. §. 59.* inquit, vocabuli hujus originem ab initiis Regni Francici repetere. Cui verò sententiæ non adversatur nostra hoc §. Imo adducta.

uti id observat Sixtinus *de Regal. cap. 1. num. 4.* ut nil dicamus de publicis quæ prostant tabulis, præsertim de Recessibus Imperii diversis, in queis Fridericus Imperator & Maximilianus I. aliquoties se Reges nominant. vid. Conrad ab Einsidel. *d. l. cap. 1. num. 13.* Quæ cum ita habeant, de voce Regalium id tenendum: eam inter Germanos primum natam, ab initio Jura Imperatoris, maximè verò Fisci Imperatori quo de videsis Itterum *de Feud. Imperii cap. 8.* §. 4. Deinceps verò Interpretibus Juris Feud. ac Canonici denotasse omnia jura ad Regem alias spectantia, & tandem ab his Statibus Imperii eorumve juribus territorialibus fuisse applicata. vid. omnino Werlhof. *Disp. de alienat. & concess. jur. quæ vocantur Regalia th. 3.* & qui hunc laudat, Dn. D. Schwederum nostrum in *Disputat. de Augustiss. Imperatoris Reservatis.* §. 1.

III. Interea probe advertendum, ipsum Regis nomen omni ferè ævo adeò latè patuisse, ut in ambitu suo Principes omnes, Superiorem non cognoscentes, comprehenderit, & etiamnum comprehendat. Quæ etiam ratio est, quod secundum indolem Status nostri Romano-Germanici, Regalium nomen & Imperatori & Statibus Superioritate territoriali, iisque annexis juribus majestaticis gaudentibus, rectissimè attribuatur, quanquam dispari denominationis gradu. Tribuitur enim istud Sacræ Cæsareæ Majestati in gradu prorsus excellentiori, & quasi per antonomasian quandam, eo quod illa maxima semper tum inter Reges Christianos, tum apud Turcas cœterasque Barbarorum Gentes, licet non absque invidia & æmulatione earum, gavisa est & hodienum gaudet prærogativa, nullumque post DEUM immortalem in his terris, sive Imperio, sive ordine ac dignitate recognoscit Superiorem. vid. Kirchner *de Republica. Diss. 2. th. 2. lit. a.* pertinet huc inscriptio illa, quæ legi dicitur in curia Wormatiensi:

Astra Deo nil majus habent, nil Cæsare terra:
Sic Cæsar terras, ut regit astra Deus.

Atque hinc etiam Cæsar in Imperio nostro passim Caput primarium, das Oberhaupt im heiligen Reich. Item der oberste Vogt der Christenheit appellatur, ab eoque tum conservationem, tum augmentum Imperii, ceu summi in Germania cimelii, sibi pollicentur Status in *Rec. Imp. Spirensi de Anno 1559. in fine pr.* ibi. Die Verwaltung deß Reichs / auch anhangende Dignitæt, Hoheit / Regierung ꝛc. zu deß heiligen Reichs Teutscher Nation und deß gemeinen Vatterlandes Auffnehmen / Nutz und Wohlfahrt zu tragen und zu führen. Quandoquidem verò & Status Imperatori tanquam pia membra capiti suo uniuntur, vid. *Rec. Imp. Ratisbon. de anno 1567.* §. Damit auch 65. ibi: Und als dem Oberhaupt und Ihnen als den Gliedern ꝛc.

Imo ejusdem Coimperantes * ſunt vid. B. Dn. Titius in *Specim. Jur. Publ. lib. 7. cap. 8. §. 26.* per ſe tamen liquet, hoc, quod Imperator caput, illi verò membra audiunt, ipſorum Juriſdictioni territoriali & inde dependentibus Regalibus planè nihil derogare. Quod ſi enim ad praxin, & quæ fidiſſima rerum magiſtra eſt, experientiam, reſpiciamus, conſtabit, omnia ferè, paucis per Indolem Imperii exceptis, ſummæ poteſtatis jura à Statibus uſurpari. Idcirco rectè etiam de iis cum reſpectu ad ſubditos provinciaſque ſuas conſideratis prædicatur vulgatum & ad raucedinem uſque decantatum illud Publiciſtarum axioma: *Tantum* (imo quibusdam in caſibus plus) *quemlibet Statuum in ſuo territorio poſſe, quantum Cæſar poteſt in univerſo Imperio.* vid. *pecul. Diſſertat.* de orig. illuſtris regulæ: *Principem & Statum Imperii eſſe Imperatorem in ſuo territorio*, quæ exſtat ab Ahaſver. Fritſch. inter *Exercit. Jur. Publ. part. 2. Diſp. 9.* Indeque illi non tam Status & Vaſalli Sacræ Cæſ. Majeſtatis, quam Status & vaſalli Imperii in LLbus publicis paſſim appellantur. vid. Limnæi *Jus Publ. tom. 1. cap. 10. num. 50.* & Struv. *Synt. Jur. Feud. cap. 14. aph. 29. num. 5.* Nec verò in opprobrium id cedit Auguſtiſſimi noſtri Imperatoris, vel Majeſtati quicquam ejus præjudicat; quin potius præeminentia ipſius inde adaugetur, dum ſcilicet talibus præeſt ac dominatur, qui etiamſi potentia & dignitate Regibus vix cedant, eum tamen, (loquimur cum Juris Publici Dbus) ceu fontem omnis dignitatis & præcellentiæ ſuæ, tandemque ut ſupremum Judicem, quique cœteros omnes dignitate præfulgeat, ſubmiſſiſſimè venarantur, confitente & ipſum ſat audaci aliàs Cæſareæ præeminentiæ impugnatore Hippolito à Lapide *de Ratione Status part. 1. cap. 2. circa fin.* Nimirum quo major nobilitas eorum, quibus præeſt, qui imperat, eo ſublimior quoque ex objecto in Imperantem ipſum excellentia refulget. Hinc etiam ſummo ſibi olim honori duxit Maximilianus I. Imperator, quod ſeſe Regem Regum appellare potuerit. Et inviciſſimus ejus ſucceſſor Carolus V. non obſtante, quod jam ante Dominus plurimorum regnorum & ſummarum opum fuerit, nihil præeminentiæ ſuæ deeſſe arbitratus, præter ſolam hanc dignitatem Cæſaream, poſtquam hanc adeptus

* Longè aliam de Statuum dignitate, eorumque in exercitio Regalium concurſu opinionem fovet Illuſtr. Dn. Baro de Lyncker in Analect. ad Schwed. *part. gen. cap. 4. §. 49.* Quando *Status*, ait, *Imperii in præcipuis juribus, potiſſimum in his, quæ ad ſui exercitium potentiam & vires deſiderant, non quidem tanquam concauſa, vel cauſa ſocia, aut ut cauſa inſtrumentalis, ſed tanquam conditio ſine qua non concurrunt.* Sed nimium Virum iſtum Illuſtrem poteſtati Statuum, eorumque in res Imperii influentiæ derogare ad unum ferè omnes contendunt, quibus vacua à præjudiciis mens eſt; fortius omnino aliis ab influxu & effectu reali ad cauſam verè talem concludentibus.

adeptus esset, publicè professus est: *Se in aliis Regnis servis, sed in Germania Regibus dominari.* Nec inepte huc etiam adduxerimus memorabile judicium Alphonsi Sapientis, Aragoniæ & Neapoleos Regis, qui Fridericum III. Imperatorem, cum aliquando Neapolim venisset, nullo non honoris cultu affecisse, Aulicis verò, ipsum hoc nomine reprehendentibus, respondisse fertur: *Vestrum non est de Regibus judicare. Nos Reges omnes debemus reverentiam Imperatori, tanquam summo Regi. Ille est caput & Dux Regum.* vid. Christ. Besoldus in *Tr. de jurisdictione Imper. Rom. quæst. 6. in f.* & *plur.* Schüz in *Colleg. Jur. Publ. Exerc. 3. th. 2. lit. a. p. 140. sq.* & *Exerc. 6. th. 15. lit. a. p. 377. sq.*

IV. Variis autem hæc ipsa jura à Ddbus condecorantur elogiis. Quandoque enim Sacra Regni, jura & Arcana Imperii, Regia Sacra, Sacra Sacrorum, quandoque etiam Dos Coronæ Regiæ, Justa extra commercium constituta &c. nominantur. Græcis κρύφια, item, βασιλικά, κυρία ἀρχὴ, καὶ κύριον πολίτευμα. Italis *Ragione di Dominio*, vel *Dritto Regale* & Gallis *le Droit Royale*, dicuntur. Apud Germanos verò eadem nunc splendidis nominibus **der geheimbden Reichs-Sachen/** item: **der Käyserl. oder Landsfürstl.** Reservaten **und Hoheiten** &c. nunc verò vulgari tantum voce **der Herrlichkeiten** salutantur. Loca ex Recessibus Imperii allegata vide apud B. Dn. de Gœlniz, olim Cameræ Imperial. Assessorem, eundemque per-Illustris Præsidentis nostri in summo hic loci Dicasterio, Domini Philippi Henrici de Gœlniz in **Waldenstein/** Parentem *in Gymnasmate de Regali Vectigalium Jure cap. 1. n. 8.* Sed cum posterior hæc vox (**der Herrlichkeiten**) ad gignendam veram Regalium ideam haud quadret, atque ex recepto loquendi usu, quo illa exigua saltem quædam Statuum jura, cum Regalibus strictè sic dictis haud convenientia, vid. Itter *de Feud. Imp. cap. 8. num. 4.* intimat, nimium angusta, nec naturæ Regalium exprimendæ satis idonea sit & adæquata. Itaque ubi in titulos hosce atque nomenclationes incidimus, opus est, ut ad materiam semper & personas, de quibus illæ prædicantur, probè respiciamus. Pauermeister *de Jurisd. lib. 1. cap. 4. num. 14.* & Speidel *voce: Herrlichkeiten.* *

V. Porro etiam multifaria est Regalium significatio. Capitur namque hæc vox, sensu licet admodum improprio.

(I.) pro Diademate & reliquis Imperialium reliquiarum thesauris ac cimeliis, in coronatione Regia etiamnum adhiberi consuetis; quæ aliàs etiam Lipsana & Insignia Imperialia vel simpliciter Clinodia Imperii, **die Reichs-Kleinodien/**

* Aliam tamen tibiam inflat, vocemque **Herrlichkeiten** voci Regalium plane synonymam dicit Schraderus *inter Consil. Borcholt. part. 2. Cons. 8.* citatus à Sixtino *de Regalib. lib. 1. cap. 1. num. 19.*

dien/ appellantur, plurimam partem in hunc usque diem Norimbergæ, pauciora verò Aquisgrani asservanda. videsis Obrecht *Diss. de Clinodiis Imperii.* imprimis verò Illustr. Dni. Ludewig. *Norimbergam Insignium Imperialium tutelarem.* ut & Contin. Diarii von der Crönung Ihro Käyserl. Majest. Caroli VI. *pag.* 30. *junct. append. pag.* 1.

(II.) pro Jure, quod Regi competit, *partim* ad fruendum reditibus, qui ad Ecclesias Cathedrales sede vacante pertinent, donec novus Episcopus, fide Regi præstita, Ecclesiæ possessionem adipiscatur; *partim* ad conferendum præbendas aliaque beneficia, quibus animarum cura non incumbit. Ita enim Jus Regalium, vel magis barbarè *Regaliarum*, quod Itali *il Dritto delle Regalie* & Galli *le Droit des Regalies* appellant, definit Petrus de Marca Archi-Episc. Parisiens, in *tr. de concordia Sacerdotii & Imperii. Lib.* 8. *cap.* 1. §. 1. addens ibidem, Regaliam juxta datam descriptionem à pragmaticis dividi solere in temporalem & spiritualem. Ad illam referri redituum temporalium fruitionem, ad istam verò beneficiorum collationem. Eadem ferè est Regaliarum definitio, quam ex Natalis Alexandri *Tom,* 7. *hist. Eccl. ad secul* 13. *Dissert.* 8. *art.* 1. §. 1. Illustr. Dn. Böhmerus exhibet *in observationibus selectis ad ejusd.* Petri de Marca *lib.* 6. *cap.* 10, *observ.* 5. §. 2 Ita autem Natalis: *Jus Regaliarum est Jus Regium fruendi reditibus Ecclesiæ vacantis* (En Regaliam temporalem!) *& conferendi beneficia, curam animarum non habentia* (hæc verò est Regalia spiritualis) *quæ aliàs ab Episcopo conferri solent, donec novus Episcopus juramentum fidelitatis præstiterit Regi & ab eo investituram bonorum Ecclesiasticorum cæteraque huc necessaria acceperit.* Interea cave Regaliam confundas cum Jure Annatarum, quo de Illustr. Dn. Ludewig *integram* iterum, eamque una cum modo laudata vastæ eruditionis plenam *dissertationem* anno 1707. Halæ Venedorum edidit. Hoc enim, stricte sumta voce Annatarum, non minus differt à Regalia seculari, quam differt ab ea Jus deportus & Jus spoliorum Episcopalium, quorum omnium & definitiones & differentias succincte tradit laudatus modò Dn. Böhmerus in *observati select. l. cit.* Cæterum hoc Regaliarum Jus non tantum Reges Francici sed & ipsi Germanici Imperatores, ceu de utrisque id affirmat ipse Petr. de Marca. *lib.* 8. *cap.* 23. § 1. (quamquam hi sæpè sub incongruo satis titulo supremorum Advocatorum & Patronorum Ecclesiæ, als Ober-Vögte und Schirm-Herrn der Christlichen Kirchen) animosè sibi adversus Pontificem Romanum seculo adhuc XI. & sub initium seculi XII. defendere. At deferbuit paulatim hic jura sua asserendi Germanorum ardor, ita ut jam suo tempore strenuus ille jurium Imperialium vindex, Fridericus Barbarossa, conqueri necesse habuerit, vix scintillam aliquam pristini circa sacra juris sibi relictam esse. vid. B. Dn. Schilter *de Libert. Eccles. Germ. lib.* 5, *cap.* 6. §. 1. & 3.

Hodiè verò, quod miserabile dictu etiam scintillula ista tum ex facilitate

non-

nonnullorum maximè veterum, post Henricorum & Friderici II. tempora regnantium Imperatorum, tum ex callidis Pontificum Romanorum machinationibus eo usque extincta est, ut Augustissimo Imperatori nostro nihil amplius ex toto Regaliarum apparatu supersit, præter minutum istud atque exiguum Jus primariarum precum, quod Germanis dicitur **das Recht der ersten Bitte/** & Commendatio, quæ Precistæ sive Præsentato datur, **ein** Panis-**Brieff/** item **vor- und** præsentations **Schrifft-und Layen-Pfründe/** de quo jure vid. Dn. D. Schwedet noster. *P. Spec. sect. 1. cap. 1. §. 14*, & omnium novissime. Dn. D. Mich. Henr. Gribner in doctiss. *Differt. de primariis precibus Imperialibus.* Melior itaque & in hoc longe potior, præ Germania nostra, Galliæ est conditio. In ea enim vigor Regaliarum integer adhuc atque illibatus perstitit. Neque enim solum per Sanctionem Pragmaticam olim sub Carolo VII. anno 1438. publice confirmatam de Regaliarum jure Galli sibi caverant: Sed & post inita à Francisco I. cum Leone X. Concordata, in quibus Regaliæ, præsertim Annatarum jus, infirmatum abolitumque videbatur, animum haud una vice spiritusque resumsere Reges Christianissimi, atque inter hos præprimis Ludovicus XIV. nuper demum demortuus, sibique hoc antiquum jus suum, ringentibus licet Pontificibus Romanis, maximè Innocentio XI. mascule vindicarunt, asserentes, illud jure proprio, vel ut Galli loquuntur, *à cause de Sa couronne* non verò beneficio & concessione Curiæ Romanæ ad se pertinere, ceu hoc posterius ex nimia erga Sedem Rom. reverentia Petrus de Marca statuisse videtur *lib. 8. cap. 2.* & *22.* in eo quam maximè dispar Ferd. Vasquio Hispano, qui jura Regis sui Philippi II. contra Pontificem Rom. mira animi constantia tuetur. *lib. 2. controv. Illustr. cap. 51. n. 37. seqq.* laudandus propterea & commendandus à Magnif. Universitatis nostræ Cancellario, Dn. D. Jægero in *præfat. Tr. sui de Concordia Imperii & Sacerdotii.* Plura in controversia Gallorum cum Papis de jure Regal. qui desiderat, adeat post Molinæum *in Comment. ad Consuet. Paris.* Dn. D. Felzium in *Excerpt. Controv. Illustr. de Regalib. controvers. 4.* B. Dn. Osiandrum nostrum *in pecul. diss. de Jure Regaliarum.* Pfeffingeri Vitriarium illustratum *lib. 1. tit. 15. §. 24. lit. a. sqq.* & omnino etiam Burnetum **in dem Einheimischen Krieg des Pabstthums/ oder ausführlichen Historischen Bericht von dem neulichen Streit der** Regalien **in Franckreich.** Facit huc etiam hodiernum, quod Episcopis Gallicanis cum Clemente XI. ejusque infelici Bulla: *Unigenitus* &c. intercedit litigium, quippe ex quo clarissimè dispalescit, quam tenaces Galli etiamnum Jurium suorum atque libertatis Ecclesiasticæ sint, quantoque animi fervore contra Romanenses impetus pars melior istorum decertet. vid. Dn. D. Pfaffii nostri Jun. *dissertatio novissime edita*, in qua *Corpus Doctrinæ moralis à Dnn. DD. Sorbonnicis*, pendente adhuc lite *Quesnelliana* concinnatum, notis illustratum exhibet, simulque synopsin sistit historiæ Quesnellianæ.

(III.) Pro

(III.) Pro Juribus ad solum Imperatorem vi dignitatis Cæsareæ in Germania nostra pertinentibus, quæ etiam Regalia κατ' ἐξοχὴν & in specie Imperatoris Reservata (infra pluribus tangenda) **die Kayserl. Hoheiten und** Reservaten nominantur. Licet enim per Leges publicas in uno atque altero restricta sit summa Cæsareæ Majestatis potestas; hoc ipsum tamen nil officit, quin Regalia statim à tempore in se collatæ dignitatis possideat jure proprio & independenti, illaque in honorem & utilitatem Imperii pro lubitu exercere possit. vid. Recess. Imper. de anno 1570. §. **alsdann auch die Müntz-Gerechtigkeit.** 132. ibi: **dem heiligen Reich zu Ehren und Wohlfarth 2c.** Quin vero, uti reliqua sidera lucem suam accipiunt à Sole, ita splendorem suum à Sacra Cæsarea Majestate mutuari creduntur Principes ac Status Imperii, cum quidem (liceat tantisper iterum verbis uti Ddum) ex hac ceu mari profundissimo & fonte perenni omnis præeminentiæ ac Jurisdictionis in Imperio nostro, omnesque Statuum dignitates ac Regalia fluant atque ad eandem quoque refluant. vid. post Matth. Stephan. *de Jurisdict. Lib. 1. n. 24. seqq.* itemque *cap. 2.* Müllerum ad Struv. *S. I. Civ. Ex. 4. th. 79. lit. a.* Dn. D. Grass noster *in disputat. de modo taxandi Jurisdict. th. 2.*

(IV.) Pro feudis Regalibus, quæ ipsa aliis nominibus feuda majora titulata, & à modo investiendi vexillifera, item vulgo sceptri, **die Fahn- und Scepter-Lehen** insigniri solent. Definiuntur autem ista, quod sint Feuda, cum dignitate Regali ab eo concessa, qui potestatem conferendi habet. vid. post Rosenthal. *de Feud. cap. 2. conclus. 1. num. 3.* Magnif. Dn. Rectorem nostrum D. Majerum in Comment. *ad Jus Feud. cap. 2. §. 15. seqq.* de natura Regalium feudorum fuse disserentem. Mores tamen seculi nostri si respicias, accommodatius fortean definiri poterunt, quod sint feuda, quæ ex præsumpta investientis Principis voluntate, nisi aliud quid obstet, vasallum ejusque legitimos descendentes Regali Dignitate ornant. Itter *de feudis Imperii cap. 3. §. 7.* Atque hæc feuda Regalia licet pro ipsis Regalibus accipere videatur Hottomann. *in Lex. Feud.* magnam tamen inter Regalia stricte sic dicta & feuda Regalia differentiam esse, vel exinde patet, tum quod illa per vocabulum jurium, hæc rerum rectius definiantur, adeoque Regalia in se respectata sint jura & per consequens res incorporales; Feuda Regalia verò res corporales, suis licet Regalibus iterum atque juribus ornatæ. * vid. Niell. *disput. feud. 11. th. 1. lit. b.* tum quod de his solus Imperator seu celsissimum Judicium Aulicum; de illis vero & Camera Imperialis cognoscat. uti ex *ordinat. Cam. p. 2. tit. 27. & post Schrad. in tr. de feud. p. 10. Sect. 2. num. 70.* argumentantur Carpzovii *de Regalibus cap. 1. aph. 8.*

(V.) Pro Juribus, quæ ab Imperatore quidem dependent, sed à Statibus Imperii

* vid. pag. seq.

Imperii tamen in alienis territoriis exercentur & eatenus diversa sunt ab iis juribus, quæ Status in suis Ditionibus vi Superioritatis territorialis proprio jure possident Illustr. Dn. Baro de Lyncker *in Analect. ad Struv. S. I. F. cap. 6. aph. 13. num. 1.*

(VI.) Pro juribus Majestaticis Principibus & Statibus Imperii immediatis, vel etiam mediatis à Cæsare sigillatim & absque territorio concessis, ita tamen ut Universali Jurisdictioni nil præjudicent. vid. post alios Klock. *de Contribut. th. 11.* atque hæc demum jura propriè **die Herrlichkeiten** dici merentur. Illustr. Dn. de Cocceji. *in Juris Publ. Prud. cap. 21. §. 7.*

(VII.) Pro omnibus ac singulis supremæ potestatis notis ac particulis. * vid. Ziegler. *de jure Majestat. lib. 1. cap. 3. §. 9.* & Dn. D. Schweder noster *in Introduct. ad Jus Public. sect. 1. cap. 4. §. 1.* Illustr. Dn. Christ. Thomasius *in Disput. de Præscriptione Regal. ad jura Subditorum non pertinente §. 7.* atque latior hic significatus ille tandem est, ad quem in pertractatione hujus argumenti curatius paulisper erit attendendum.

CAP. II.
De
Variis Regalium Definitionibus.

SUMMARIA.

§. 1. Varias sistit Regalium definitiones, Sixtini scil. Borcholti, Conrad. ab Einsidel, & Rosenthalii. §. 2. rejiciuntur hæ omnes tanquam definito suo angustiores & substituitur Definitio Thomasiana. §. 3. 4. & 5. hæc ipsa fusius explicatur & stabilitur.

Uuuu §. I.

* Frustra hic quisquam nobis objecerit, ita confundi Regalia & Jura Majestatis, à sese longè diversissima. Hoc enim ipsum, quod inter Regalia & Jura Imperii, nescio quod discrimen, intercedat, perperam supponunt nullis solidis rationibus adducti v. gr. **Christ. Liebenthal** *Coll. Polit. Exerc. 7. th. 24.* & Arnold. Clapamar *de Arcan. Rerumpubl. lib. 1. cap. 21.* Enimverò quid impediat, quo minus laxiori in significatu vocabulum Regalium accipiatur? Quod in præsenti dissertatione dum & nos facimus, rectè Regalia & jura Majestatis pro synonymis habemus. Nitimur in eo non modo testimoniis supra allegatis, sed & consensu B. Dn. de Gölniz in laud *Gymnasmate de Regali Vectigal. jure cap. 1. num. 13.* contra Clapmarium, Liebenthalium & similes dicentis: *Sed si rem penitius inspiciamus, nulla plane differentia inter Regalia & Majestatis jura apparet; quod ex definitione & attributis, quæ communia habent, elucescit, possetque pluribus planum effici, si opera pretium videretur.*

§. I.

QUam varia autem Regalium est acceptio, tam variæ etiam à DDbus eorundem nobis exhibentur definitiones. Prout enim quisque vel ex affectu singulari nunc in Cæsarem, nunc in Status Imperii proniore, vel ex peculiari Regalium quorundam intuitu ad scribendum se accinxit; Ita & varias, nunc latiores, nunc strictiores, nimisque inadæquatas definitiones protulit. Hinc aliquibus dicuntur *jura, ei qui superiorem non recognoscit, vel cui concessione aut præscriptione, consuetudineve quæsita sunt, competentia ad salutem & decus Republic. tuendum* Sixtin. *de Regalib. lib. 1. cap. 1. num. 14.* Aliis sunt jura, *quæ Imperatori Romano concessa sunt in præmium immensi laboris, quem pro Imperio sustinet.* vid. Borcholt. *ad tit. quæ sint Regal. numer. 2.* Rursus aliis sunt *iura Imperatoris Romani Majestati propria, ipsi in signum supremæ eminentiæ, ad Imperii utilitatem tributa.* Conr. ab Einsidel *tr. de Regalibus. cap. 1. num. 21.* cum qua definitione ferè coincidit hæc quam ex omnibus quasi compilatam exhibet Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 1. num. 1.* Quod sint *jura Imperii potissima & summa, Supremo alicui Principi ejusque Fisco in signum praeminentiæ & laboris immensi præmium ac utilitatis publicæ commodum, ad Imperii dignitatem & majestatem conservandam, tendentia, debita, data, concessa & reservata.*

II. Verum uti hactenus allatæ priores definitiones singulæ angustiores sunt suo definito: ita nec hæc Rosenthalii omnium Regalium Germanicorum naturam adæquate satis exhaurit. Nititur enim primò illa communi quidem, sed superflua & obscura Regalium in majora & minora, quæ & Fisci dicuntur, distinctione. Deinde & ipsa manca nimium & angusta est. Dantur siquidem in Imperio nostro Regalia quam plurima non Cæsari modo, sed & Statibus Imperii, Electoribus, Principibus, imo & Civibus reliquis, tùm vi Superioritatis territorialis, tum ex concessione Imperatoris, vel alterius cujusdam Status, in alienis quoque territoriis competentia, ita ut difficile sit, omnes & singulas Regalium species una definitione comprehendere. Quod si tamen dicendum, quod sentimus, forsan omnium rectissime ex Illustr. Dn. Thomasii mente statuemus: *Regalia in genere esse summæ potestatis partes, actiones Civium dirigendi, de rebus Reipublicæ disponendi & cum exteris de negotiis belli & pacis tractandi ad obtinendos Civitatum fines.* vid. Thomas. *d. disput. de præscript. Regal. ad Jura Subditor. non pertinente.* §. *8.*

III. Diximus ea *Summæ potestatis partes* propterea, quia Regalia non saltem illam quæ penes Regem, sed & quæ penes alios quoscunque Imperantes residet Majestatem, ceu partes totum suum, constituunt; Namque ut mox infra audiemus, & ipsa Majestas Civilis, ceu totum aliquod potestativum, ex pluribus poten-

potentiis conflatum, in tot partes potentiales dividi potest ac resolvi, quot aliàs in Republica occurrunt jura sub Regalium nomine venientia.

IV. Diximus præterea, partes illas circa tria potissimum objecta occupari 1. circa actiones Civium quod *Imperio* 2. circa res in Civitate publicas, quod *Dominio* 3. circa rempublicam qua talem, sive respectu sui, sive respectu Gentium exterarum regendam, id quod *Regimine* fit speciatim sic dicto, ut ita, quicquid est Regalium, haud incommodè ad hæc tria Imperium puta, Dominium & Regimen Reipublicæ referri possit. Quo nexu & qua necessitudine autem hæc tria sese invicem consequantur, id ex notione ac natura Majestatis à Civibus in Imperantem collatæ, eleganter docet Ill. Dn. Thomasius *d. l.*

V. Tandem & finium, quos Regalia respiciunt, mentio facta. Sunt autem illi Splendor, utilitas ac Securitas Reipublicæ, quos quidem nemo assequitur, nisi, qui suprema gaudet potestate seu Majestate. Hujus enim primaria cura esse debet, tueri jura Civium, propterea que dicitur, Sacra Deique Vicaria vis ac potestas tuendi jura Civium ac Reipublicæ. vid. Dn. de Cocceji. *Jur. Public. prud. cap. 7. §. 1. & 2.* & de fine ac scopo Imperii Roman. Germanic. addatur *peculiar. disput.* Dn. Nic. Wilckens quam habuit *Basileæ Anno 1702.*

CAP. III.

De

Regalium fonte, qui est Majestas, itemque de hujus subjecto proprio, indeque resultantibus formis tum Rerumpublicarum in genere, tum in specie Imperii Romano-Germanici.

SUMMARIA. *

§. 1. de Fonte Regalium, qui est Majestas, deque hujus Divisibilitate. §. 2. de subjecto Majestatis, itemque de variis Rerumpublicarum Formis in genere. §. 3. de Forma & Structura Imperii Romano-Germanici. §. 4. de inæquali Majestatis inter Cæsarem & Status participatione.

* Videtur tamen Illustr. Dn. de Bode in *Disp. de Statu Reipubl. Germ. Feudali & feudis Regalibus cap 2. th. 1.* ad hæc ipsa Feudis Regalibus quibusvis annexa jura potissimum attendisse, & propterea Feudum Regale definisse, *quod sit jus exercendi Regalia in territorio competens, proprium quidem, sed non prorsus independens, ab Imperatore & Imperio Civibus Imperii concessum, vel per investituram confirmatum, cum obligatione fidei atque Officii Imperatori & Imperio præstandi conjunctum.*

§. I.

FOns igitur & ſcaturigo omnium atque ſingulorum Regalium eſt ipſa Majeſtas. Ex hac enim jura Majeſtatis promanant, ceu rivuli ex fonte. Et quemadmodum totum aliàs conſtituitur per partes ſuas, ita & Majeſtas per ipſa Regalia, tanquam per partes ſuas poteſtativas. Siquidem hoc de natura totius eſt, ut & in partes diſtribui poſſit, & ex his in unum collectis iterum perfici atque integrari. Quæ ſi benè obſerventur, tunc facile fuerit judicium interponere tritæ iſti de Majeſtatis diviſibilitate diſceptationi. Notum eſt Bodinum *in tr. de Republ. lib. 2. c. 1.* Kirchnerum *de Republ. diſp. 2. num. 5.* Reinking. *de Reg. Sec. & Eccl. lib. 1. claſſ. 2. cap. 2. n. 231. ſqq.* alioſque, qui Rempublicam mixtam dari inficiantur, id evincere conari, quod Majeſtas planè individua ſit, omnemque reſpuat partitionem. Verùm videntur hi in hanc opinionem delapſi ex eo, quod totum morale ſeu poteſtativum ejuſque eſſentiam ac naturam minus dextrè æſtimarunt.

Certè Majeſtas totum aliquod eſt, etſi non phyſicum, ut integrale, morale tamen, virtuale, ac poteſtativum. Natura autem totius alicujus moralis tam ſimplex non eſt, quin diviſionem patiatur. Hinc licet anima noſtra, quæ Philoſophis aliâs quoque totum aliquod poteſtativum audit, realem partium ſuarum diviſionem non admittat, id tamen non æquè procedit de alio, quale nos hic intelligimus, toto, quippe quod principium ſpirituale, adeoque realiter indiviſibile, ut anima non eſt, ſed potius compoſitum, quoddam morale, & eo ipſo, quia ex partibus compoſitum in partes iterum diviſibile. Planum hinc eſt, indiviſibilitatem conceptum Majeſtatis eſſentialem haudquaquam ingredi, rectèque illos agere, qui ſtatuunt Majeſtatem dividi poſſe, uti Dn. D. Schweder noſter *in Introduct. in Jus Publ. part. gen. cap. 2. §. 19.* *Sed tamen*, inquit, *Majeſtas nihilominus, ut totum aliquod poteſtativum, in partes ſuas potentiales rectè dividitur.* Similia & B. Dn. Struvius habet *in Synt. Jur. Feud. cap. 6. §. 13. n. 1.* *Regalia*, dicens, *nihil aliud ſunt, quam Jura Majeſtatis, quæ ſunt poteſtates variæ, quibus veluti partibus Majeſtas, tanquam totum aliquod poteſtativum, conſtat.* Pariter B. Dn. Zieglerus *in tract. de Jur. Majeſt. lib. 1. cap. 3.* poſtquam fuſè de Majeſtatis diviſibilitate diſputarat, tandem his verbis concludit: *ut verò definiam tandem, quid de propoſita controverſia videatur, ajo, dividi poſſe Majeſtatem & diviſam eam fuiſſe vicibus non unis, nec ratione objecti tantùm, ſed ipſam quoque in ſe, & diviſibilem propterea etiam eſſe tum, quando conſideratur in actu ſignato, & in exiſtentia ſua objectiva (quatenus ſcil. hac formali contradiſtinguitur) abſtrahendo ab omni materia & circumſtantiis individuantibus.* Aſt cum hæc nimis ſcholaſticè pro ea, qua Zieglerus polluit, ſubtilitate, proponantur, audiamus nunc etiam B. Dn. D. Hochſtetterum noſtrum *in Colleg. Pufendorf. Exerc. XI. §. 19.* ubi hic *in nota* ** perſpicuè non minus, quam nervoſè præſens argumentum tractat

aſſerit-

asseritque, rationes haud deesse, quod Majestas in partes dividi possit. *Cum quidem* (sunt verba B. Viri) *nihil impediat vel ex parte materiæ, quia in partibus Majestatis est multitudo: vel ex parte efficientis, quæ est voluntas humana, & dividi potest: vel finis, qui voluntates ad divisionem movet, ut est evitatio tyrannidis, & abusionis Regalium, cui malo remedium est partitio Regalium, siquidem qui non habet omnia Regalia, is nec omnia potest, quæ vult. Item finis ejusmodi est conservatio concordiæ inter imperantes* &c. placet his omnibus præter complures alios, quorum omnia recensere hic supersedemus, subjungere B. Dn. Gottl. Gerh. Titium, quippe qui *in specim. Jur. Publ. lib. 7. cap. 7 §. 106. sqq.* rem solidè pertractat. Merentur verba ejus adduci, quando *l. c.* §. *106. Majestas*, dicit, *non est indivisibilis per essentiam, cum enim ad exemplum aliorum jurium consensu, quoad plura objecta, exercetur, utique illius partes juxta hæc separari possunt.* Et mox §. *107. Hinc vel ita partes dividi possunt, ut diversis subiectis independenter competant, vel possunt quædam partes planè tolli, ut manca sit Majestas, ac aliquando in locum partis deficientis potestas ignobilior & dependens substitui.* Conf. & Pufendorff. *de J. N. & G. lib. 8. cap. 4. §. 9. sqq.* & Grotius *de J. B. & P. lib. 1. cap. 3. n. 17.*

Nimirum, ut stylo utamur Lynckeriano, *Resp. 55. n. 107.* habet se Majestas ad modum totius per aggregationem, quale acervus lapidum. Quemadmodum enim acervus monet, licet unus alterve lapillus subducatur; ita & Majestas manet majestas, licet una alterave ejus pars vel deficiat prorsus, vel in diversa etiam subjecta transferatur. Arnisæus *in tr. de Jur. Majest. lib. 2. cap. 1. n. 1.* Justitiæ quoque universalis exemplum affert, de qua tritum illud:

Justitia in sese virtutes continet omnes.

Cum tamen nihil prohibeat, * virtutes illas inter sese esse separabiles, & actu etiam separari.

Interim fatendum suo modo certoque sensu Majestatem dici posse indivisibilem, saltem ens aliquod indivisum, eo scil. sensu, quo Majestas divisibilis non est in plures species, vid. Dn. D. Schweder *loco supr. alleg.* v. g. in personalem & realem, quæ distinctio multarum alias in Jure Publico errorum confusionumque genitrix rectissime à Publicistis præstantissimis damnatur ac rejicitur. Obstat enim illi Unitas Summitasque Majestatis, cum repugnet, duo sub eodem genere summa dari, unumque per alterum tolli sit necesse.

* Loquimur hic ex mente Arnisæi, cujus verba adduximus, alias satgnari, tam arctam veræ virtutis cujusque cum altera connexionem esse, ut una ab altera divelli nequeat. Ita enim verè justus non est, qui crimine aliquo laborat, licet omnem Justitiæ laudem à mundo reportet. Nam qui in unico delinquit, totius legis reus est. Jacob. II, v. 10.

Porro in quavis Republica Majeſtas indiviſa eſt, quatenus illa in toto complexu ſuo omnique ambitu ſpectatur. Ita enim omnia illa, quæ ſummam Majeſtatem conſtituunt, ſimul conjuncta non poſſunt niſi uni, ſive reverà, ſive ratione attribui. vid. Arniſæus *d. tr. libr. 1. cap. 3. n. 1.* conſequenter in omni Rerumpublicarum forma unica deprehenditur Majeſtas, eademque multiplicare nequit. Ipſa verò Regalia licet inter plures diſtributa, tamen nonniſi unicam Majeſtatem efficiunt. Duo itaque in hoc argumento caute obſervanda, *Unum:* quod omnis in quavis Republica Majeſtas in partes ſuas potentiales ſeu ſubjectas dividi, & quoad has pluribus, iiſque diverſiſſimis, ſubjectis ineſſe poſſit. *Alterum:* quod tamen hæc ipſa Majeſtas ſit quaſi ſpecies monadica, nullas conſpecies admittens quemadmodum nec duo ſub communi quodam genere infinita dantur, quodque iſta, qua integra & plena conſiderata, unica tantùm in quacunque civitate ſive ſimplici ſive mixta deprehendatur. Etenim ſemper illa eſt in ſubjecto quodam communi, * hoc verò æſtimatione morali unum eſt, & per conſequens nonniſi unius quoque Majeſtatis capax, ut ita verum ſit, quod B. Dn. D. Hochſtetterus ex B. Dn. Jacobi Thomaſii *annot. ad Tabul. 49. annot. 226.* adducit, *etſi*, inquientis, *maximè dividantur Regalia, manent tamen ipſa nihilominus indiviſa ac unita in ſubjecto communi, quod eſt tota Civitas. Sicuti tametſi facultates quinque Senſuum maximè ſint diviſa per certa corporis organa, uniuntur tamen in ipſo animali, tanquam ſubjecto communi.* vid. Hochſtetter *Colleg. Pufendorff. Exerc. XI. §. 19.* aliud ergo eſt dicere, Majeſtatem dividi poſſe in partes & quoad has communicari pluribus, quod verum; aliud poſſe eam dividi in ſpecies & qua integra eſt, pluribus ejuſdem Reipublicæ membris ineſſe, quod falſum. Hoc enim poſteriori ſenſu Majeſtas accepta utique unica eſt & ſemper indiviſa.

II. Dum autem Majeſtas unica dicitur, hæc unitas non ſaltem in perſona, ſed etiam in corpore quærenda eſt. Vid. Ill. Dn. de Cocceji *Juris Public. prud. cap. 21. §. 2.* ut pateat, quid innuere velimus, ex ſuperioribus notandum, omnem in omni Republica Majeſtatem nonniſi perſonalem eſſe. Itaque & ſubjectum majeſta-

* Non repugnant hæc, quæ de ſubjecto communi dicimus iis, quæ in §. ſequenti adducuntur. Idem enim ſubjectum Majeſtatis nunc commune dici poteſt, nunc proprium, ſed diverſo reſpectu. Quando enim integra Majeſtas refertur ad Majeſtatem aliam, tunc reſpectatur in ſubjecto proprio, quod vel Princeps eſt, vel Optimates, vel Populus. Quod ſi verò una eademque Majeſtas referatur ad eos, qui pro diverſa Regalium diviſione diverſimodè de ipſa participant; tunc tota Civitas ſubjectum Majeſtatis eſt commune; Subjectum proprium autem ſub hoc reſpectu eſt varium & multiplex, prout ſcilicet variant perſonæ, inter quas Regalia ſunt diſtributa.

majestatis semper personale est, hoc verò juxta Grotium *in d. tr. de J. B. & P. cap. 3. §. 7.* & qui huic succenturiatur, Pufendorffium *in tr. de I. N. & G. Lib. 7. cap. 5. §. 1.* vel commune, vel proprium. Commune est Civitas, termino civitatis latè, confusè & vagè sumpto. Vid. Pufendorf. *d. l. cap. 6. §. 4.* Proprium illa ipsa persona, in quam Imperium seu Majestas consensu civium fuit translata. Jam ipsum personæ vocabulum vel physicè sumitur, vel mysticè ac moraliter. Quod si physicè sumatur, per eam tantummodo individuum quoddam ac singulare denotatur v. gr. Petrus, Paulus. Moraliter sumpta etiam plures comprehendit, qui singuli tamen æstimatione morali tantundem valent, quod persona physicè una.

Cum itaque diximus unitatem Majestatis non saltem in persona, sed etiam in corpore quærendam, ex mente Cocceji hoc volumus, Majestatem vel penes unicum, ceu personam physicè talem, vel etiam penes plures physicè tales, unam tamen personam moralem, seu, ut dicitur, mysticam efficientes, residere. Corpus enim vel totus populus est, vel populi pars. Ast totus populus æquè, ac populi pars sensu moralistarum habetur pro persona. Quibus ita observatis, facilè jam constat, quod majestatem singulis Rebuspublicis, qualicunque Regiminis forma affectis, tribuamus. Quot verò Rerumpublicarum formæ præsertim simplices, ut loqui amant, & regulares dentur, id ipsum triplex subjecti proprii, in quo majestas habitat, diversitas ostendit. Vel enim Imperium civile ex pacto civium in unum, & sic *Monarchia*, vel in paucos sed optimates devolvitur, & sic *Aristocratia*, vel denique in toto populo, saltim majori multitudinis parte remanet, & sic *Democratia* generatur. Hinc egregiè B. Dn. Titius *in Specim. Jur. Public. lib. 7. cap. 7. §. 28. Monarchia,* inquit, (*Aristocratia*) (*Democratia*) *est Civitas in qua Majestas* (*subjecto physicè Uni*) (*pluribus*) (*majori multitudinis parti*) *inhæret & ab eodem subjecto quoad omnes partes, in eosdem subditos exercetur.* conf. de tribus hisce præcipuis Rerumpublicarum formis ex veteribus Reinking *de R. S. & Eccl. lib. 1. class. 1. cap. 1. num. 12. 13.* ex recentioribus autem Pufendorffium *in d. tr. lib. 7. cap. 5. per tot.* Quamcunque jam harum formarum sumseris, in qualibet Majestatem deprehendes, hoc tamen discrimine, ut si illa in toto populo vel integro corpore existat, una sit in toto corpore, nulla in singulis: si in collegio paucorum, rursus una sit in toto collegio, nulla in optimatum singulis. Cum è contrario Princeps maneat Princeps, sive domi habitet, sive in publico conversetur. Sed plana hæc sunt, & cuivis, qui vel prima Politices fundamenta posuit, haud ignota.

III. Difficilior jam, imò difficillima materia est, si non tam in genere de Rerumpublicarum formis, quam in specie de præsenti Reipublicæ nostræ Romano-Germanicæ statu, ac habitu formali quæstio instituatur. Sunt quidem, quibus

bus mera curiositas videtur * brevibus terminis technicis universam compagem sive structuram & faciem totius Status Imperii, per tot membra diffusi, ante oculos repræsentare. Vid. Dn. Brunnemann, *Examen. Jur. Public. lib. 6. cap. 3. qu. 12.* Attamen negari nequit, hanc de Forma Imperii nostri Germanici disquisitionem, ut illa sua non caret difficultate, ita nec utilitate omni destitui.

Nam vis Legum Germanicarum juriumque hinc dependentium natura solidius intelligitur, si cum principiis generalibus conferantur, cum è contrario leges & jura publica sine respectu ad hanc normam considerantibus, rei imago ac externa species facile imponat. Non immeritò igitur disquisitionem de forma Imperii Germanici quæstionem Juris publici capitalem dixit Bœclerus teste Kulpisio *ad Monzamb. cap. 6. §. 3.* qui & ipse in eadem universum Juris Publici argumentum velut in centro confluere contendit *d. c. 6. §. 1.* conf. B. Dn. Titius *in dissert. de forma totius Reipublic. German.* Nec mirum etiam, tot & tam diversas, sæpè etiam monstrosas, de Forma Imperii Germanici opiniones enatas esse. Vexavit quippe non uno ab hinc seculo hoc argumentum Viros & in Aulis & in Academiis summos, nescientibus plerisque, ubi in lubricitate ista pedem figerent, vel unde ex tot sententiarum turbine se reciperent, isto semel immersi ac ingurgitati.

Etenim sunt, qui Formam Reipublicæ Germanicæ *Monarchicam* & hanc alii absolutam, alii limitatam, ut Reinking. Wizendorffius, Schüzius, Stammlerus, Schoockius, per Illustris. Baro de Lyncker &c. Sunt, qui *Aristocraticam*, quos inter Bodinus & personatus Hippolitus à lapide, qui posterior subinde tamen temperamentum aliquod in modo administrandi monarchicum agnoscit. Sunt qui ex hac utraque *Mixtam*, uti B. Dn. de Kulpis & ante eum Strauchius, Bœclerus, Arumæus, Carpzovius, &c. quorum omnium non una tamen mens fuit, *aliis* in mixtura ista Aristocratiam, ut Limnæus, *aliis*, queis Dn.

* Elegans & acutum est Bened. Carpzovii judicium, quod tulit circa litigia Ddum de Statu Imperii nostri hodierno *in tr. de Capit. Cæs. seu Lege Reg. Germ. cap. 13. statim ab init. Hanc litem*, scribens, *facillimè & feliciter componere possent ii, qui rerum Imperii diutino usu peritiam acquisiverunt. In pulvere siquidem Scholastico multa sæpe de Potestate Principum & statu Regnorum tanquam de ideis Platonicis variè disseruntur, quæ si ad usum communem exigantur, videtur in somnis fuisse laboratum: Idem contigit illis, qui vel nimis Maiestati Principum adulantur, vel nimis eandem arrodunt.* Scilicet B. Carpzovius ipsam argumenti hujus tractationem haud rejicit, sed id solummodo optat, ut quos usus & experientia aliis perspicaciores reddidit, calamum hic stringerent manusque operi admoverent.

Dn. D. Schwederus noster adstipulatur, Monarchiam prævalere asserentibus. Sunt porro, qui nec simplicem, nec mixtam, sed *irregularem* & saltem non *Monstrosam* ut Sev. de Monzambano, seu, si larvam detrahas, Lib. B. de Pufend. Sunt qui *Systematicum*, sed modo extraordinario confœderatam, ut Titius, &c. Sunt denique qui planè *Morbitam* faciunt. Ut Ill. Dn. Thomasius. Horum omnium ac singulorum rationes atque argumenta jam excutere equidem nimis longum foret, neque etiam præsenti instituto nostro accommodum. Ut enim fateamur, cuivis facile constare, unum ex his modo allegatis multo longius altero à veritatis scopo aberrasse; paucissimosque à se impetrasse, quin affectibus & partium, à quibus dependebant, studio litarent: nec id tamen etiam diffitebimur, nos tantum nobis sumere nec velle, nec audere, ut in resolvenda & exenteranda difficillima hac quæstione (aliis qui integris tractatibus præsenti argumento lucem affundere studuerunt, velut B. Dn. de Pufendorff. non tantum *in Monzambano suo* sed & *in peculiari Disquisitione de Republica irregulari.* cui jungimus varios ejus Adversarios à celeberrimo Dn. D. Struve *in Bibliotheca Juris select cap. 14. §. 40. & 46.* recensitos) nos acutiores arbitremur. Neu tamen nihil dixisse videamur, breviter id annotamus, eorum utique sententiam, qui Rempublicam Germanorum pro Systemate Civitatum plurium modo extraordinario confœderatarum, habent, dignam esse, quam prudentiores paulo altius meditentur. * Deinde & id pro certo habemus, communes

Xxxx illos

* Est hæc sententia sæpius jam laud. B. Dn. Titii. Ratio ejus palmaria profectò haud contemnenda in eo stat, quod scil. Imperium Romnno-Germ. pro una Republ. uno Imperio civili animatâ, haberi non possit. *In Republica enim*, inquit, *una, qualiscunque illa alias sit, requiritur, ut tota Majestas uni Subjecto inhareat, ab eoque per veram potestatum subordinationem, in eundem populum, quoad omnes partes, exerceatur, qualem Reipublicæ habitum, cum libertate Territoriorum germanicorum, jurisque Territorialis independentia, legibus fundamentalibus probata, ac a nobis antea satis demonstrata, nunquam aliquis conciliaverit, utut verbis speciosis, at inanibus, fucum hic fieri posse, non negemus. vid.* ejus *differt. de Forma totius Reipubl. Germ. §. 21. & §. 83.* in quo posteriori, cum illustris. Dn. Lynckeri & Bœcleri rationes attulisset *hoc ergo*, pergit, *probandum erat, quod per unum idemque Imperium civile, omnia in Germania expedrantur, quod non temere fiet. Si singuli status, in suis Territoriis leges condunt, milites conscribunt, tributa imponunt, sacra ordinant, legatos mittunt, fœdera ineunt, ac plura alia, jure proprio & libero, faciunt, ubinam est principium aliquod commune, ex quo illa omnia profluant? hoc sane non, nisi per calumniam ostendi potest.*

illos Aristotelis & sequacium conceptus de Rerumpublicarum formis valde inadæquatos esse, neque singulas, occurrere possunt civitatum structuras ex iis, tanquam ex regula indubitata, mensurari posse.

IV. Jam & dispiciamus oportet, de fundamento, cui omnis illa de formis controversia innititur. Videlicet est illud Majestatis, seu potius jurium Majestatis, diversa atque inæqualis inter Cæsarem & Status dispensatio. Ex eo enim, quod Majestatis inter Cæsarem & Status est divisa, quodque inæqualis inter eos de ista participandi modus existit, Ddbus occasio subnata est de Forma Reipublicæ Germanicæ tam variè disceptandi. At benè cum quæstione hac agitur, ubi illa per Auream Bullam, per tot Capitulationes, per Recessus Imperii, per publicas Pacificationes, per quotidianam denique Experientiam est expedita. Nimirum solem negaret in meridie, qui in Imperio nostro Germanico jura Majestatica negaret distributa. Refragaretur ei, ut diximus, experientia, obstarent tabulæ Legis publicæ, contradicerent celeberrimorum JCtorum demonstrationes solidissimæ, quin fumos venderet quicunque contrarium asserere conaretur. Ad rem ipsam verò quod attinet jam antea audivimus in omni Republ. Majestatem certo cuidam subjecto proprio inesse. Quod si igitur de subjecto proprio Majestatis, quæ est in Imperio Germanico, quæratur, ad faciliorem rei elucidationem id tenendum: Rempubl. nostram Romano-Germanicam considerari posse vel qua compagem suam integram & systema Civitatum suarum, ex quibus constat, universum: vel qua singularia, quæ singuli Status occupant, Territoria. Sub priori respectu gaudet Germania regimine communi per Imperatorem & Status exercendo, ut ita Majestas Reipublicæ Germanicæ Imperatori Statibusque tanquam subjecto proprio insit. Modus verò, quo Imperator & Status in exercitio communis hujus Majestatis concurrunt, ita habet, ut aliquam eamque eminenter Majestaticam Jurisdictionem Imperator solus vi Reservatorum, aliquam Imperator cum Electoribus, reliquam denique Imperator cum singulis Statibus conjunctim, nullam verò ullus Statuum sine concursu Imperatoris exerceat.

Aliter res comparata est, si jam territoria in Imperio singularia intueamur. Tunc enim singuli Status singulis gaudent juribus, quæ universa uno Superioritatis Territorialis nomine comprehenduntur. Prout verò hi Status iterum inter se diversi sunt ordinis, potentiæ atque dignitatis, dum Electores alii, alii Principes & utrique vel Seculares vel Ecclesiastici, alii Comites, Barones, &c. alii Civitates Imperiales: ita & diversis iterum Regendi formis utuntur, alii Monarchica, alii Aristocratica, rursus Democratica alii; alii verò etiam forma ex hisce mixta, ipsaque Majestas sive Superioritas Territorialis. Iis vel in persona tribuitur, ut Electoribus Principibusque; vel in corpore, ut Civitatibus, quas vocant

cant Imperialibus. In hoc autem laxius inquirere, nostrum in præsens non est. Properemus igitur ad.

CAP. IV.

De
Variis Regalium Divisionibus ac speciebus in genere.

SUMMARIA.

§. *1.* & *2.* *Transitus ad divisionem.* §.*3.* *Divisio Regalium in Majora & Minora.* §. *4.* *in Reservata & Communicata.* §. *5.* *in Regalia Æquiparantia & Disquiparantia.* §.*6.* *in Immanentia & Transeuntia.* §.*7.* *examinatur Divisio tertia.* §. *8.* *examinatur divisio secunda.* §.*9.* *imprimis excutitur trita illa in Regalia Majora & Minora.* §.*10.* *quæritur melior & accuratior divisio.* §.*11.* *hac autem est in Regalia Immanentia & Transeuntia.* §.*12.* *Subdivisio Regalia Immanentium in Secularia & Ecclesiastica, ac Transeuntium in Pacifica & Bellica.*

§. I.

NImirum postquam Regalia à nobis utcunque descripta sunt atque definita: postquam etiam in fontem ipsorum, Majestatem, introspeximus, insimulque varius Rerumpublicarum formas, quas diversa Majestatem habendi ratio gignit, expendimus; tandem & eadem occasione nonnihil de Imperii nostri Romano Germanici structura, ut & Majestatis Germanicæ subjecto, disseruimus: nunc ordo postulat, ut ipsam quoque Regalium divisionem exhibeamus diversasque earundem species breviter enumeremus.

II. Solent autem Regalia à variis variè dispesci. Nos, ut eo distinctius procedamus, primò communem istorum divisionem recensebimus. Postea verò, quomodo commodius illa tum in genere, tum in specie, intuitu Germaniæ nostræ, nobis dividenda videantur, ostendemus.

III. Communiter ergo Regalia dividuntur in *Majora* seu *Majestatis* & *Minora* seu *Fisci*, sive, quod eodem redit: Regalia sunt vel *primi* vel *secundi ordinis*, vel *principalia* vel *subsidiaria*, itemque vel *personalia* vel *fiscalia*.

Prioris generis, sive (1.) *Majora* Regalia dicuntur jura, in quibus potissimum summa Principis potestas, dignitas & præeminentia Regnique utilitas relucet, absque tamen pecuniario interesse. Vid. Bocer. *de Regalibus cap. 2. num. 3. seq.* Ludolph Hugo definit, quod sint *jura Regia*, *quæ in universa Reipublicæ administratione consistunt.* Vid. ejus *tr. de Statu Region. German. cap. 3.* §. *2.* quem exhibet Ahasv. Fritsch. *inter Exercit. Jur. Public. part. 3. exerc. 1.* Dn. à Cocceji *Majora* & principalia illa vocat, quæ in ipsa potestate tuendi jura & Rempubl. consistunt *in Juris Public. Prud. cap. 21.* §. *5.* Zieglero autem & Dn. Schwedero nostro *Majora* illa vocantur, *quæ gubernationem ipsumque Reipublicæ statum concernunt,*

 cernunt,

cernunt, vid. ille *de Jur. Majestat. Lib. 1. cap. 3. §. 28.* hic verò *in introduct. Jus. Publ. part spec. sect. 1. cap. 4 §. 3.* Referuntur inter illa poteſtas Legislatoria, jus Magiſtratus conſtituendi, jus circa Sacra, Jus Belli, Pacis, Legationum, ferendi Leges, reſtituendæ famæ, creandi Notarios, cudendæ monetæ, indeque dependens jus ordinandi Zygoſtatas ſive Wardinos &c. de quibus ſingulis vid. ab Hagen *in Instit. Jurispr. Public. lib. 3. cap. 4.* & Magnif. Dn. Rector noſter Majerus *in Commentar. jur. feud. cap. 12. per tot.* & de his potiſſimum elogia iſta *cap. 1. §. 4.* jam adducta, aliqua complura, qualia: quod Jura ſint potentiora, oſſibus Principis cohærentia, ipſi coronæ annexa atque perſonalia, prædicari poſſe autumat B. Dn. Hert. *Elem. Prud. Civ. part. 1. sect. 6. th. 17.* quique eum ſequitur. B. Dn. Ockel *in tract. de praescript. immem. praesertum rer. Doman. & Regal. Principum cap. 5. th. 3.*

Minora ſeu *Fiſci Regalia* verò ipſis ſunt jura, quæ unicè ad conſervandum & augendum Fiſcum reſpiciunt, inque reditu imprimis ac fructu atque ſic in mediis & ſubſidiis ſaltem ad Reipublicæ tuitionem pertinentibus, conſiſtunt. Vid. Roſenthal. *de feud. cap. 5. concluſ. 3. num. 1.* Bocer. *d. tr. cap. 3. num. 6.* nec non Dn. de Cocceji *loco ſupra alleg.* B. Zieglerus & Dn. D. Schwederus noſter definiunt, quod ſint *commoda & emolumenta, quæ ex bonis publicis, vel aliàs ratione Imperii ab eo, qui ſummum in Republica habet Imperium percipiuntur* vid. *locc. ſupr. citt.* Vocantur vulgò die Kayſerliche Güter und Cammergefäll. item: Die nutzbare Regalien, eademque *duplicis* creduntur eſſe *generis*, *alia* quæ tuitionem & conſervationem Reipublicæ pro objecto habent, ut jus vectigalium, tributorum, fluminum, metallifodinarum, viarum publicarum &c. *alia*, quæ commodis privatis, ſeu recreationi ac voluptati Principis inſerviunt, nec hæc poſteriora alio in ſenſu Regalia dici poſſunt, quam quia non privatis, ſed Principi competunt, etſi non officio principali. Dn. de Cocceji *d. cap. 21. §. 5.*

IV. (2.) In *Reſervata* & *Communicata*. *Illa*, quæ & incommunicabilia aliis, ſed malè ita, audiunt, ſunt jura, quibus pars quæpiam in Civitate tàm mixta, ubi ſcilicet modus adminiſtrandi alius eſt ab ipſa forma, quàm ſimplici, ſola gaudet, nec in conſortium partes reliquas admittit. In Imperio noſtro vulgò dicuntur jura Majeſtatis Cæſareæ v. g. jus creandi novos Principes, Comites, iiſque locum aſſignandi in comitiis, cognoſcendi in cauſis Illuſtrium, ſuper feudis Regalibus &c.

Communicata verò dicuntur, quæ in Civitate mixtâ una pars ſine præſcitu reliquorum exercere nequit. Huc pertinent negotia quæ Imperator vel cum ſolis Electoribus, vel cum omnibus Statibus communia habet. Illa ſunt negotia Cæſareo-Electoralia, hæc jura, quæ dicuntur Comitialia. Sic Imperatori quidem jus iſtud creandi Principes & comites integrum manet, ſi tamen ad votum

tum & sessionem in Comitiis adoptari velint Princeps vel Comes, necesse est, ut Electorem & Collegii, in quod recipi volunt, consensus adhibeatur. Vid. *Capit.* Invictissimi nostri Caroli VI. *art. 22.*

V. (3) In *Regalia Æquiparantiæ* & *Disquiparantiæ*. Utitur hâc distinctione. B. Dn. Zieglerus in sæpius *cit. tr. de jur. Maj. lib. 1. cap. 3. § 26. 27.* *Illa* dicit esse, quæ respectum Majestatis ad Majestatem inferunt, adeoque inter Imperantes ipsos tanquàm pares versantur: Talia sunt jus belli & pacis, Jus fœderis sanciendi, jus Legatorum mittendorum & similia. Necesse autem est ejusmodi jura dari, eo quod nulli Reipublicæ tàm felici esse accidit, ut ipsa vel sola secum contenta, vel ab aliis semper sat secura esse possit. Quare opus habet, ut jura illi suppetant, quorum vi cum aliis contrahere & incommoda quævis externa quoque amoliri valeat.

Regalia *Disquiparantiæ* sunt, quæ Majestati competunt in respectu ad subditos, tanquàm impares & quæ limites Imperii haud egrediuntur. Qualia sunt Jus vectigalium, Magistratuum creandorum, Jus puniendi, mulctarum, &c.

VI. (4.) In *Immanentia* & *Transeuntia*. *Hæc* negotia cum exteris concernunt. *Illa* iterum intra limites Reipublicæ continentur, nec nisi ad subditos respectum aliquem important.

VII. Sunt hæ, quas attulimus, communiores ac in vulgus notæ Regalium Divisiones. Nos quemadmodum omnes & singulos, ultimum imprimis non repudiamus; Ita non omnes tamen (id quod præficini dixerimus) æque adprobandas esse arbitramur. Ut enim *à tertia* incipiamus, eam vel ideo superfluam censemus, quia cum quarta reapse coincidit, nec ab ista distinguitur, nisi diverso accidentium, quæ objectum afficiunt, respectu. Utraque enim ab objecto personali, quod sunt vel subditi vel exteri, desumta est, per id verò una ab altera discernitur, quod diviso in Regalia *Æquiparantiæ & Disquiparantiæ* exteros subditosque sub ratione virium vel æqualium vel inæqualium, illa verò *in Immanentia & Transeuntia* istos sub ratione loci & ubi respiciat.

VIII. Quod *ad secundam divisionem* attinet, illa vel ideò quia à modo habendi & participandi Majestatem nunc solitario, nunc cum aliis communi ascita est, inter principaliores Regalium distinctiones, locum invenire nequit, siquidem nobilissimæ rerum divisiones ab objecto potius, quàm modo repetendæ videntur. Et quanquàm dici posset, cum modo hoc Majestatis participativo etiam ipsum subjectum Majestatis, quod Rempublicam vel seorsim atque indivisim, vel divisim atque cum aliis conjunctim tenet, complicari & includi; re tamen penitius inspecta, patescit, modi magis, quàm subjecti rationem in divisione ista haberi. Ut taceamus, in quæstione, quomodo Regalia in genere dividantur? Primario non

quæri, quis & quomodo ea teneat, ſed qualia & quotuplicia iſta in ſe ſint, id quod non aliunde melius quam ab objectis principalibus addiſci poteſt.

IX. Reſtat antiqua illa eaque decantatiſſima Regalium *in Majora & Minora* diſtinctio. Patrocinatur huic & vetuſtas, & communis ferè omnium adprobatio. At verò ſi glaucomate detracto oculatius rem intueamur, certè nec utilis iſta eſt, nec accurata. Neque proinde mirum, eam à recentiorum plurimis ex. gr. Textore *in tr. de Jure Publico Cæſar. Tit. 9. num. 8.* Illuſtr. Dn. Thomaſio *in notis ad Huberum de Jure Civit. Lib. 1. ſect. 3. cap. 5. not. X.* Titio im teutſchen Lehen-Recht. *cap. 8. §. 18.* aliisque rejici & exſibilari. Utique pulverem iſta olet ſcholaſticum & nonniſi litibus vaniſſimis anſam præbet, propterea quod ſæpiſſimè non conſtat ſub quonam cenſu hoc vel illud Regale venire debeat. Deinde deprehenduntur quædam ex minoribus Regalia, quæ, dùm commodis ſuis maxima ſæpiùs onera conjuncta habent, hinc incommoda magis quàm emolumenta Fiſci dixeris. Porrò ſingula Regalia qualiacunque etiam illa ſint, Fiſcum ſuo modo adaugent, ſi non primariò & directè, ſaltem ſecundariò & per indirectum. In exemplum eſto vulgare iſtud hodieque abjectum ferè Notariorum genus, quod vix ac ne vix quidem ſine certi pretii exſolutione creatur, ne dicam quid de aliis dignitatibus, quæ immediatis æque ac mediatis nonniſi prævia prænumeratione certæ alicujus ſummæ conferuntur. Uti hoc abundè patet ex *Taxâ Dignitatum Imperii*, quam *Appendicis loco Examini ſuo Jur. feud.* ſubjecit B. Dn. Stryck. *ſub. n. V.* manifeſto, arbitror, indicio, quàm malè Regalia in majora & minora ſeu alio nomine in Majeſtatis & Fiſci dividantur. Tùm & id obſervandum olim ex non paucorum ſententia inter Regalia majora quid relatum fuiſſe, quod jam indiſtinctè patet commercio privatorum; Sic olim jus fabricandi arma penes ſolos Imperatores reſidebat, quod tamen hodiè in peculiare jàm abivit opificium, nec quicquam cum Regalibus commune habet. Ulterius dictum modo jus creandi Natariòs, Poëtas laureatos, & id generis alias dignitates minutas conferendi, vulgò locum ſuum reperit inter Regalia majora; contra jura quæ nervum rerum gerendarum ſubminiſtrant, atque ſic omne momentum in Republica abſolvunt exiguis ſaltem ac minoribus Regalibus accenſentur, veluti jus collectandi, vectigalium, metallifodinarum, fluminum navigabilium indeque dependentium jurium &c. quod ſanè ridiculum. Adde quod multis in locis jura quædam referentur inter Regalia majora, quæ alibi vel minoribus ſaltem vel Regalibus plane non adnumerantur. v. g. jus praxandi, cauponandi, jus habendi molendina præſertim bannalia, jus vendendi chartas luſorias, calendaria, tabacum &c. quæ aliquibus in locis ſoli Principes ſibi vindicant, in plurimis aliis provinciis verò privatis pro lubitu exercenda relinquuntur. Illud etiam accedit, quod nec ipſi Dd. de hoc Regalium divi-

divisione sibi satis constent; Eorum enim alii, soli Imperatori Regalia attribuunt Majora, tanquam verè Majestatica, Statibus verò solummodo minora, atque sic hos eo ipso à juribus Majestaticis penitus excludunt, non considerantes, quod hi ut plurimùm in provinciis suis illimitatam prorsus atque sic Majestaticæ haud absimilem exerceant potestatem. Itane verò Regalia minora non erunt jura Majestatis verè talia? anne magis & minus mutabit speciem? vid. Textor. *loco supr. cit.*

Alii, cum ipsis animadverteretur hoc modo opinionis suæ fundamentum malè cohærere, ab uno errore in alium prolapsi, tertiam insuper addidere divisionem *Regalium* putà *Minimorum*, quæ penes reliquos cives sive immediatos sive mediatos in Germania nostra resideant, nobis verò aliàs privilegiorum nomine insigniri solent. Solidum igitur atque veritati longè convenientissimum judicium est, quod Illustr. Dn. Thomasius *loco jam alleg.* de hoc argumento tulit. *Re penitius inspecta*, inquiens, *diviso hac in systemate artis nullum habet usum. Nam est obscura i.e. non adsunt perspicui limites & termini, quibus separari possint utraque. Unde Dd. sæpe dissentiunt partim in definitione, partim in applicatione & recensione specierum. Deinde nullum habet usum in definiendis controversiis aut doctrinæ praxi. Nam qui vulgariter affertur usus duplex, quod majora nec possint, alienari à principe, nec præscribi contra Principem, minora possint, etiam erroneus est. Id quod magis perspicuum fiet, si ejus ortum spectes, qui debetur Interpretibus Juris feud. Longobardici. scilicet recensentur 2. F. 56. sub rubrica: Quæ sint Regalia, &c. Variæ Regaliorum species, quæ solent cohærere feudis Regalibus. Cum verò ibi non deprehendantur Regalia Legum ferendarum, belli ac pacis & similia, Feudistæ, ut rationem darent, cur ea ibi sint omissa, invenerunt distinctionem inter majora & minora. ac minora dixerunt, quæ continentur in dicto capitulo, majora quæ non continentur, &c.*

X. Cum itaque nulla superius recensitarum Divisionum nobis satisfaciat, superest, ut, quæ melior reliquis videtur, sententiam promamus. Ante omnia verò prænotamus, *duo* nobis juxta §. 2. præstanda esse, *primo* ut Regalia Majestatis in genere, *secundo* ut eadem prout ex Majestate in applicatione ad Imperium nostrum Germanicum spectata fluunt, in certas classes distinguamus.

XI. In genere spectata Regalia varias utique & tantum non infinitas divisiones admittunt à fine, objectis, subjectis, modis, adjunctis, &c. desumendas. At verò nos in præsens non tam de numero, quam præstantia divisionum soliciti sumus. Illa autem præstantissima videtur divisio, quæ uti supra jam innuimus §. 8. ab objectis petitur primariis. Hinc jam ex definitione Regalium superius data *cap. 2. §. 2.* liquet, Regalia in genere ad *Imperium*, *Dominium* & *Regimen* revocari posse. conf. Clarissimus Theologus Dn. D. Joann. Francisc.

Buddeus.

Buddeus *in Elem. Philosoph. pract. p. 2. cap. 4. sect. 13. § 18.* Sed cum hæc distinctio, quanquam generalissima, tamen aliquid obscuritatis habeat, & propterea quod trimembris est, subdivisiones nimium accumulet; Itaque aliam adoptabimus æquè universalissimam, eamque bimembrem, tum ab objectis principalibus subditis & exteris, tum à finibus civitatum primariis, qui interna & externa ejus felicitate absolvuntur, petitam. Scilicet, quicquid juris ab Imperante exercetur, id vel intra Rempublicam manet, subditosque ferit, vel extra eam transit & in exteris terminatur. Emergit hinc divisio maximè principalis, superius jam ex aliorum, imprimis recentiorum mente adducta, & cum illa, in jura æquiparantiæ ac disquiparantiæ, coincidere dicta, nobis autem jam approbanda, quando Regalia dispescuntur in Jura vel *Immanentia* vel *Transeuntia.*

XII. Regalia *Immanentia* autem, dum sese exerunt vel circa res politicas sive profanas, vel circa res Ecclesiasticas sive sacras, hinc ab objecto suo rursus subdividi debent in *Secularia* & *Ecclesiastica.* Numerus omnium atque singulorum Regalium non quidem est infinitus, est tamen indefinitus, quare rotundum numerum ponere velle frustraneus labor est Chassanæi, qui ducenta & octo, & Sixtini, qui quadringenta & tredecim referunt testibus Carpzoviis *de Regalib. cap. 1. aph. 10.* Nostrum itaque erit potiores saltem & quæ vel primæ nobis in memoriam recurrent, Regalium species enarrare.

XIII. Sic ad Regalia *Secularia* haud dubiè pertinet Jus exigendi homagium, potestas Leges ferendi illasque interpretandi, Jus Mandata, Edicta, Rescripta edendi illaque affigendi, Jus dispensandi, Jus aggratiandi, Jus restituendæ famæ, Jus concedendi veniam ætatis, Jus legitimandi, Jus disponendi circa matrimonialia Civium, Jus compellendi subditos ad munera publica, Jus ordinandi Politiam, constituendi Magistratus, Jus monetandi, Jus collectandi, accisia imponendi, Jus creandi Notarios, Magistros, Doctores, Nobiles &c. Jus indulgendi privilegia, Protectoria, Moratoria seu literas quinquennales, Jus erigendi Academias, Gymnasia &c. Jus censendi & confiscandi libros, Jus dandæ Civitatis, Jus instituendi nundinas publicas, Jus interdicendi vel ordinandi monopolia, Jus commerciorum, Jus disponendi circa pondera & mensuras, Jus constituendi pretia rerum, Jus ordinandi & confirmandi Universitates, collegia, tribus opificum, aliasve societates, Jus avocandi Subditos, Jus recipiendi peregrinos, Judæos, atque alios infideles, Jus relaxandi à Juramento, Jus puniendi, Jus proscribendi sive declarandi aliquem in bannum, Jus constituendi Asyla, Jus tribuendi Salvum conductum, Jus affigendi salvas Guardias, Jus sanctificandi Residentias aliave loca publica, Jus Archivi, Jus viarum publicarum, Jus conducendi, Jus ponendi insigna in locis & itineribus publicis, Jus erigendi cippos vectigales, Jus persequendi & indagandi, Jus po-

ſtarum, Jus diſponendi circa novellas, Jus comitiorum publicorum & diætarum provincialium, Jus ultimæ cognitionis & extremæ provocationis, Jus recipiendi appellationes, Jus ordinandi proceſſus, inſtituendi viſitationes Dicaſteriorum, largiendi Reviſiones ſententiarum, reſtituendi contra lapſum fatalium, Jus Dominii ſupereminentis, Jus vindicandi theſauros, bona damnatorum, agros derelictos, novalia aliaque bona vocantia & ereptitia, Jus detractus, Jus decimandi aut triceſimandi, Jus Domaniorum, Jus palatiorum, Jus foreſti, venandi, aucupandi, boſcandi ſive lignandi, Jus fluminum navigabilium, portuum, riparum, indeque dependentia Jura legendi ſuccinum, arenam auriferam ſive aurum fluviaticum, margaritas, Jus piſcandi, Jus molendinorum, retium, pontium, pontonum ſeu trajectus, Jus telonii ſeu vectigalium, Jus Stapulæ, Geranii, Grutiæ, &c. Jus fodinarum non ſaltem auri, argenti ſtanni, cupri, &c. ſed & ſalis, nitri, aluminis, ſulphuris, vitrioli, auripigmenti, cinabaris aliorumque mineralium & foſſilium. Adde jus Amandiæ, Jus dandi obſides, Jus ſequelæ, Jus præſidii, aperturæ, &c. Jus extruendi munimenta, Jus conſcribendi milites, Jus delectus, luſtrationis, metatorum ſive Inquartandi, &c.

XIV. Ad *Eccleſiaſtica* verò Regalia referimus, Jus novam introducendi religionem, Jus tolerandi alterius religioni addictos, Jus componendi controverſias Eccleſiaſticas ipſasque Religiones uniendi, Jus diſponendi de bonis Eccleſiaſticis, Jus conſtituendi Conſiſtoria eaque diſſolvendi, Jus vocandi & ordinandi Miniſtros Eccleſiæ, Jus diſponendi circa adiaphora & cultum externum, Jus indicendi ferias ſacras & profanas, Jus ordinandi calendaria, Jus cognoſcendi in cauſis Eccleſiaſticis, Jus convocandi Concilia, Synodos, Jus viſitandi Eccleſias & Parochias, Jus protegendi defendendique Religionem & in ſpecie ſecundum Jus Canonicum atque in illis, ubi iſtud viget, Regnis, præſertim in *Imperio noſtro*, Jus primariarum precum, Jus Patronatus, Annatarum, Deportus &c. *

Yyyy XV. Ad

* Regalia Eccleſiaſtica, hactenus recenſita, omnia, & ſi quæ dantur alia à Statibus Evangelicæ aut Reformatæ Religioni addictis, juſto titulo, exercentur, idque non demum ex indultu Inſtrum. Pacis Weſtphal. ſed vi ipſius Juriſdictionis Territorialis. *vid. infr.* §. 23. Quod ſi verò accidat, ut hi Status Cœnobia, Eccleſias Cathedrales aut Collegia ejuſmodi Eccleſiaſtica Juriſdictioni ſuæ ſubjecta teneant, tum eadem hæc Jura in iſta iis competunt, quæ alias Imperator & Papa conjunctim habent. Competunt verò ex moderna conſuetudine non ſaltem Principibus viris, ſed & in capitulis fœmininis eorum conjugibus, quale jus eſt primariarum precum, quod ſibi expreſſè

XV. Ad *Transeuntia* & quidem ad *Pacifica* recenseri debent, jus mittendi Legatos cujuscunque ordinis, jus contrahendi fœdera, Neutralitatem, concedendi inducias, pangendi Pacem, jus Guarandiæ, Protectionis, Advocatiæ &c. ad *Bellica* vero jus ineundi bellum tum offensivum, tum defensivum, jus belligerantibus adsistendi, Jus recipiendi obsides, Jus Repressaliarum. &c. *

CAP. V.

De *Regalibus Imperii Romano-Germanici in specie.*

SUMMARIA.

§. 1. Transitio. §. 2. repetitur ex superioribus duplex Regalium ad Imperium & Territoria Principum respectus. §. 3. emergit hinc divisio primaria in

expresse vindicandum curavit Electrix Brandenburgica, teste Schiltero *in addit. ad lib. 6. cap. 5. §. 11. tr. sui de libert. Eccles. Germ.* & B. Dn. Sam. Stryk. *in disp. de Jure Papali Principum Evangel. cap. 4. §. 3. sqq.* & in specie de Jure Annatarum Principibus etiam Protestantibus competente. vid. Eund. *d. cap. 4. §. 7. sqq.*

* Sunt hæc si non omnia, attamen potissima Majestatis jura, breviter & summatim à nobis recensenda. Quemadmodum verò ista precisè sunt Regalia in genere spectata, adeoque cuivis Reipublicæ in universo, qua patet, mundo competentia: ita tamen eorum alia sunt *absoluta*, ex natura Reipublicæ cujusvis necessariò resultantia; alia *hypothetica*, pro diversitate Regnorum eorumque sitûs, proventuum, roboris, &c. certis suppositionibus & rationi Status innixa. Per quod ipsum verò generalitas Regalium non tollitur. Posita enim conditione, positis certis Regionum proventibus, reditibus, &c. Ponitur etiam generalitas competentiæ, nulla planè in toto orbe Republica exclusa. Cœterùm diffiteri nolumus, in enumerando nonnunquam nos inter immanentia retulisse, quæ cui ad transeuntia pertinere videri possent, qualia sunt jus dandi obsides, tribuendi salvas Guardias, &c. Verùm cum illa ipsa pro diverso considerandi modo & immanentia sint & transeuntia, partim cum civibus, partim cum exteris connexa: noluimus nimis anxii esse in re tantilla, sicut nec ordinis & nexus quo se invicem contingunt, naturalis, superstitiosam admodum habuimus rationem. Quod si cui tandem videantur aliqua nomen Regalium planè non mereri, sciat is, nos ideo isthæc in Regalium numerum compegisse, quia, etsi hic ibi actu talia non sint, nec pro Regalibus verè talibus reputentur, possunt tamen pro multiplici circumstantiarum concursu talia fieri, istaque dignitate pro lubitu Imperantis convestiri.

Imperialia & Territorialia. §. 4. *Imperialia rursus vel Cæsarea sunt, vel Cæsareo-Electoralia, vel tandem Comitialia.* §. 5. *applicantur his omnibus distinctiones in Immanentia & Transeuntia, Politica & Ecclesiastica.* §. 6. *Imperialia quomodo sustineant locum generis.* §. 7. *recensentur Regalia Comitialia.* §. 8. *secunda classis continet Regalia Cæsareo-Electoralia.* §. 9. *Tertia classis exhibet Regalia Cæsarea.* §. 10. 11. *de voce & nota characteristica Reservatorum.* §. 12. 13. *de incerto Reservatorum numero.* §. 14. *adducitur cautela hic probè observanda.* §. 15. *mentio fit Reservatorum hodie abolitorum, qualia: Jus metallifodinarum.* §. 16. *jus concedendi privilegium monetandi.* §. 17. *jus declarandi Statum aliquem in bannum.* §. 18. *transitur ad enumerationem Reservatorum Cæsaris juxta ductum Dn. D. Schwederi.* §. 19. *primo loco stant Reservata Ecclesiastica.* §. 20. *sequuntur Secularia.* §. 21. *notamina quædam subjunguntur.* §. 22. *fit progressus ad Regalia Territorialia.* §. 23 *exhibetur eorum definitio.* §. 24. *dividuntur hæc rursus in Immanentia & Transeuntia, utraque in Ecclesiastica & Politica.* §. 25. *de Regalibus seu potius privilegiis privatorum.*

§. I.

SUpereſt ut ad liberandum nomen & ad exſolvenda promiſſa *cap. IV.* § 10. data paucis etiam tangamus Regalia, quæ ex Majeſtate in applicatione ad Imperium noſtrum Romano-Germanicum ſpectatâ fluunt, adeoque Regalia in Imperio noſtro modo peculiari ſeſe exerentia.

II. Hoc facturi ex ſuperioribus repetimus, utique Reipublicæ noſtræ Germanicæ peculiarem prorſus ab aliis formam eſſe atque hinc Imperium Romano-Germanicum juxta §. 2. & 10. d. cap. IV. dupliciter ſpectari debere, *primo* qua compagem integram & ſyſtema ſuum univerſale, *ſecundo* qua ſingularia ſingulorum Statuum Territoria.

III. Quibus ita præmiſſis *prima* jam omniumque generaliſſima Regalium Romano Germanici Imperii *diviſio* hæc emergit, quod alia quidem ſint *Imperialia* vel *univerſalia* totum quippe integrumque Imperium concernentia, alia *Territorialia* vel *particularia*, ut pote ad particularem quandam Regionem adſtricta. Utriuſque generis Regalia tam *Imperialia*, quam *Territorialia*, pro diverſo contemplandi modo in diverſas iterum ſpecies abeunt.

IV. Et *Imperialia* quidem prout exercitium ipſorum vel ſoli Cæſari relictum, vel ſolis Electoribus cum Cæſare commune, vel denique ad Cæſaream Majeſtatem omneſque & ſingulos Status conjunctim alligatum eſt, diverſa ſortiuntur nomina; nam primi generis dici poſſent *Cæſarea* ſecundi *Cæſarea Electoralia*, tertii *Comitialia*, terminis his ad rem ſubſtratam peculiariter accommodandis.

V. Singula hæc rurſus vel *Immanentia* ſunt, vel *Tranſeuntia*; hæc bina verò

pro diversitate objectorum, quibus occupantur, vel *Politica* vel *Ecclesiastica* *

VI. Itaque accuratè loquendo Regalia Imperialia sustinent locum generis, tria ista *Cæsarea*, *Cæsareo-Electoralia* & *Comitialia* tanquam species sub se continentis. Quod si tamen Imperialia universim spectentur, pertinent ad illa non saltem omnia ferè *capite superiori* recensita jura, sed & si quæ alia deprehenduntur, eo excellentiora, quo majori eminentiæ splendoris gradu sacratissima nostra Respublica Romano-Germanica cætera Imperia & Regna omnia antecellit. Quæ ipsa tamen assertio non eo usque extendenda, ac si cum Vultejo *lib. 1. de Feud. cap. 5. num. 6.* & aliis Doctoribus arbitraremur, præter Cæsarem & Status Imperii, reliquos Reges Principesque omnes saltim invasores esse, injustosque potentiæ ac Majestatis suæ usurpatores, suo propterea merito notatis atque castigatis à Dn. D. Schwedero nostro *in Introd. part. spec. sect. 1. cap. 4. §. 9.* Sed ut dictum, singula hæc jura ad totum Imperium pertinentia quoad exercitium variè inter Imperatorem & Status sunt divisa. Quod si ergo de singulis partitionum classibus sigillatim aliquid differendum, auspicabimur ab *ultima*, in qua Regalia stant à Cæsare singulisque Statibus simul exercenda.

VII. Vocabimus illa *Comitialia*, eo quod plerumque in Comitiis publicis ab Imperatore & Statibus vel in propria persona, vel per Legatos comparentibus, solent expediri. Sunt autem ista etsi numero non plurima, tamen pondere momentosissima, ideoque à concursu capitis & membrorum simul suspensa v. gr. Jus suspendendi vel excludendi Statum à sessione & voto in Comitiis vid. *Capit.* Invictissimi Caroli nostri VI. *art. 1.* jus ferendi & interpretandi leges universales *art. 2.* jus belli & pacis. *art. 4.* jus imponendi census, tributa & steuras sive collectas imperiales. *art. 5.* jus exemptionis & moderationis matriculæ & peræquationis, item jus redintegrandi circulos. *ibid.* jus fœderum pangendorum in & extra Imperium. *art. 6.* Jus disponendi circa commercia & monopolia. *art. 7.* Jus corrigendi defectus rei monetariæ. *art. 9.* Jus restituendi Statum suspensum ad votum & sessionem. *ibid.* jus alienandi & oppignorandi bona Imperii. *art. 10.* Jus dispensandi circa decreta executorialia & ordinationis circulorum. *art. 12.* Jus abrogandi vetera vel erigendi aut ordinandi nova Imperii Judicia. *art. 16.* Jus declarandi Statum aliquem in bannum. *art. 20.* Jus admittendi Statum novum ad sessionem & suffragium in Comitiis. *d. art. 5. & 22.* His ex *Instrument. Pac. Osnabr. art. 8. §. gaudeant. 2.* supperadimus jus delectus & ho-

* Ex his videre est, quantum specialis hæc Regalium divisio discedat ab illa communi atque generali. Scilicet quæ Regalium in genere prima, ut vidimus, & immediata divisio est in Immanentia & transeuntia, illa nunc in speciali ad Regalia Imperii nostri descensu demum tertia fit vel quarta.

& hospitationis militum, jus nova in Statuum territoriis nomine publico extruendi munimenta & extructis imponendi præsidia, porro jus mittendorum & recipiendorum legatorum, quod plurimis exemplis, Legationibus scil. ad Reges Galliæ, Angliæ, Batavos & Czaarum Moscov. factis ex Recessibus Imp. commonstat B. Dn. de Kulpis *in disp. de Legat. Statuum Imper. cap. 5. §. 5.* ita tamen, ut circa his Imperatori prærogativa quædam supersit. Id. Dn. de Kulpis. *in disput. de Unitate Reipublicæ in S. R. Imper. §. 20.* Denique jus ponderis & mensuræ universalis per totum Imperium. Vid. post *R. I. de anno 1521. §. 29.* & *de anno 1530. §. 98. Reform. Polit. de eod. anno 1539. tit. 30.* Dum a. hoc ipsum jus singuli Status in territoriis suis vi Jurisdictionis territorialis proprio jure exercent. vid. Myler ab Ehrenbach. *in Metrologia cap. 3.* hinc etiam hactenus in terminis nudæ deliberationis permansit.

VIII. Secundæ Classis Regalia sunt *Cæsareo-Electoralia*, exinde quia hæc à Cæsare & novem Electoribus sine reliquorum Statuum consensu exercentur, ita compellanda. Nimirum gaudent Electores non levi præ cæteris Statibus in Imperio nostro prærogativâ, unde etiam in *novissima* Gloriosissimi Caroli nostri VI. *Capitulat. art 1.* des heiligen Römischen Reichs Grund-Säulen und dessen vorderste Glieder salutantur, ipsisque *ibid. art. 3.* promittitur: Sie als die innerste Glieder und die Haupt-Säulen des heiligen Reichs jederzeit in sonderbahrer hoher consideration zuhalten. Atque hinc quoque est, quod non rarò soli cum Cæsare ad exercitium quorundam Regalium concurrunt, qualia hodie sunt jus introducendi nova vectigalia & vetera augendi vel prorogandi *d. Capit.* Carol. VI. *artic. 8.* jus impertiendi privilegia Stapulæ &c. *ibid.* jus concedendi privilegium monetandi. *artic. 9.* vide tamen, quæ de hoc jure dicimus *infr. §. 16.* jus feuda aperta de novo conferendi. *artic. 11.* His addunt alii jus indicendorum comitiorum universalium. vid. Schweder. *d. l. §. 7.* item: jus declarandi in bannum maximè Statum Imperii, & jus alienandi & oppignorandi bona Imperii, quæ duo posteriora jura tamen ex tenore *d. Capitul. Carolinæ* nunc ad Status quoque reliquos adstricta vidimus §. *superiori.*

IX. In tertia Classe occurrunt Regalia, quæ peculiari voce diximus *Cæsarea*, soli Cæsari seorsim competentia. Ita enim definiri solent, quod sint jura *Regalia, quæ Imperator juxta leges consuetudinesque publicas solus & seorsim exercet.* Vulgo appellantur *Reservata* * in impositione ad communicata. Utrum

* De Etymologia & homonymia Reservatorum ex professo egit Stamlerus in pecul. tr. *de Reservatis Imperatoris Romano-Germanici.* Diversum autem eumque quintuplicem hujus vocis significatum vid. ap. Dn. de Cocceji *in* *I. P.*

verò Reſervata dicantur *paſſivè*, quaſi ab ordinibus Imperatori reſervata ſeu potius relicta: ceu voluit Hippolit. à Lapide *p. 1. cap. 16. num. 6.* an *activè*, tanquam quæ Imperator activè ſibi reſervaverit, de eo vid. Dn. D. Schwederum noſtrum *in diſp. de Aug. Imp. Reſervatis.* §. 3. qui idem ineptam illam Reſervatorum in ordinaria & extraordinaria diviſionem, ceu LLbus fundament. & Capitulationibus contrariam *ibid.* §. 4. rectiſſimè explodit.

X. Ut verò Reſervata Cæſaris eo rectius intelligantur, notamus primo: Sermonem hic nobis non eſſe de Regalibus, quæ Imperator ſolus & ſeorſim exercet in Regnis & Territoriis vel jure hereditario vel jure Status ad ipſum pertinentibus. Sed de Reſervatis in reſpectu ad Imperium Romano-Germanicum exercendis: Secundo, ſupponimus cum Titio *d. lib. 5. cap. 3.* §. 2. duplicis generis ſpectari poſſe Ditiones Imperatori peculiariter deſtinatas, vel 2. Territoria, in quæ univerſa Germania noſtra eſt diſtributa. Sed prioris generis Ditiones cum vel non exiſtant, vel &, ſi quando Feuda quædam aperta Cæſari reſerventur, de iis dubium non ſint, quin in illis veram & plenam Majeſtatem ſit habiturus. Id circo ad iſta potiſſimum Reſervata digitum hic intendimus, quæ Cæſari competunt in reſpectu ad Territoria à Statibus jure Territorialiali occupata tam ſigillatim, quam conjunctim ſumpta.

XI. De his licet nec in LLbus Fundamentalibus, nec in Capitulat. aut Receſſibus Imperii expreſſa ſufficienſve eorum mentio injiciatur, legitime tamen præſumendum, quod niſi expreſſa adſit contraria diſpoſitio, omnia plane Neo-Cæſar jura obtineat, quodque illi omnia ea tacitè reſervata liberaque cenſeantur, quibus Anteceſſores ejus non ſaltem ab iſto tempore, quo Carolo V. primum Capitulatio præſcribi cœpit, ſed & retro uſque ad ætatem Conradi I. & Henrici Aucupis legitimo modo fuere uſi. Et hactenus rectè Titius *d. l. cap. 3.* §. 1. *dum autem*, inquit, *volentibus Statibus, eodem modo, ſicut olim, hodie peragitur electio, hinc pro pleno Imperio facit præſumptionem, quare Statibus id negantibus, incumbit probatio.*

XII. Hinc colligere datur, quod etſi integri hic ibi Reſervatorum Cæſareorum Catologi libris illinantur, tamen vix poſſibile ſit, imo & Cæſareæ Majeſtati

l. P. Prudent. cap. 24. §. 2. Conferator quoque B. Dn. Titii *Spec. Jur. Public. lib. 5. cap. 3.* §. 19. *ſqq.* & poſt hunc Dn. Brunnemann. *Exam Jur. Public. lib. 2. cap. 2. qu. 4.* qui bini nihil impedire, ajunt, quin & totus complexus Jurium Imperatoriorum tam vulgò ſic dictorum Reſervatorum, quam illorum, quæ Cæſar ſimul cum Statibus exercet nomine Majeſtatis Reſervatæ indigitetur. At nimis laxa hæc Reſervatorum ſuppoſitio in præſenti Diſſert. à nobis non attenditur.

jeſtati periculoſum, certum & rotundum eorundem ponere velle numerum: quòdque ex eadem ratione Legati Cæſarei in Pacificatione Weſtphal. ad crebras licet interatasque Suecici ac Gallici Legatorum inſtantius id facere prudenter admodum detractarint. vid. B. Dn. de Kulpis *ad Monzamb. p. 2. cap. 5.* §. 27

XIII. Sed nec mirum ob eandem cauſam tantam inter Publiciſtas deprehendi confuſionem; alii quippe nimis largi ſunt & omnia ferè Majeſtatis jura in hanc claſſem conjiciendo, iis ſimul perperam admiſcent Jura Comitialia vel Statibus communicata, ita Panegyriſtas potius acturi, quam ſinceros Juris Publici Doctores, in quorum numerum referri merentur Herm. Hermes, Reinking, Stammlerus. &c. Alii vero nimis parci ſunt & quantum in ipſis eſt, omnia Cæſari eripere vel ſaltim diminuere conantur. * Inter quos eminet famoſus ille & in Auguſtiſſimam Domum Auſtriacam injurioſus nimis Scriptor Hippolitus à Lapide in ſæpius citato ſuo libello de *Ratione Status in Imperio Romano-Germanico.*

XIV. Media igitur hic cautè incedendum via, nec niſi ex Legibus publicis ac Obſervantia Imperiali dijudicandum erit, quid ab eo, ex quo Germania noſtra ex ſucceſſivo & hereditario in Electitium Regnum evaſit, tempore, Sacra Sua atque Cæſarea Majeſtas unicè & privativè, quid porro cum concurſu Electorum, quidvè ex conſenſu & arbitrio totius Imperii & olim potuerit & nunc poſſit,

* Videntur iſtis favere verba Inſtrum. Pacis Weſtphal. §. 8. v. 2. *Gaudeant ſine contradictione jure ſuffragii in omnibus deliberationibus ſuper negotiis Imperii, præſertim ubi leges ferendæ vel interpretandæ, bellum decernendum, tributa indicenda, delectus aut hoſpitationes militum inſtituendæ, nova munimenta intra Statuum Ditiones exſtruenda, nomine publico, veterave firmanda præſidiis, nec non ubi pax aut fœdera facienda, aliave ejuſmodi negotia peragenda fuerint, nihil horum aut quicquam ſimile poſt hac unquam fiat vel admittantur, niſi de Comitiali liberoque omnium Imperii Statuum ſuffragio & conſenſu &c.* per hæc enim Imperatori ferè nil proprii tribuendum eſſe, facile cui imponi poterit. At verò cum & ipſi Cæſareani tempore Pacis ſtatim contra verba iſta tanquam nimis generaliter concepta poteſtati fuerint atque ea propter etiam exceptionem hanc interpoſuerint: Doch unverletzt desjenigen was der Römiſchen Kayſer und das Churfürſtliche Collegium allein betrifft/ und unverletzt derſelben Rechten und Hoheiten/auch das alles verſtanden werde nach dem im Römiſchen Reich/von Alters her üblichen Gebrauch. vid. Londorp. *Act. public. Tom. 5. lib. 2. cap. 101. reſponſ. 7. in fi.* Itaque per ſe patet, quam inani lubricoque fundamento opinio hæc Anti-Cæſareanorum ſit ſuperſtructa.

possit, quid denique lapsu temporis ex his sanctionibus publicis restrictum vel desuetudine inumbratum sit abolitumve.

XV. Etenim viguisse olim quædam Regalia nonnisi ab Imperatore usurpata, quorum usus in Cæsare solitarius hodie cessarit, non uno evincitur exemplo: Tale est: I. *Jus Metallifodinarum*, quod uti inter pristina Cæsaris Reservata recensent Myler ab Ehrenbach *de Princip. & Statibus Imper. p. 2. cap. 69. §. 1.* & Textor *in Jur. Public. Cas. Tit. 10. num. 92. & tit. 12. num. 478.* nixi & adjuti forsan binis illis Henrici VI. Edictis à Goldasto *Tom. 3. Constit. Imper. p. 362.* & à Pistor. *inter. Germanic. Script. Vet. ex Chronico Episcopi Mindensis fol. 276.* adductis; * Ita illud ipsum posteà ab Imper. Carolo IV. Electoribus quoque communicatum atque confirmatum fuisse testis est Aur. Bulla *Cap. 9.* ** Ast hodie jus illud Metallifodinarum, quod cor & vita provinciarum audit Cothmanno *vol. 4. Cons. 1. num. 110.* quodque sub nomine des Land-Schatzes exponit Struv. *S. I. Feud. cap. 6. aph. 26. num. 1. seqq.* uti & jus percipiendi canonem metallicum optimo jure

* Verba Edictorum Henrici ex Goldasti recensione, & Edicti quidem primi, ita habent: *cum omnis argentifodina ad jura pertineat Imperii, & inter Regalia nostra sit computata; nulli venit dubium, quin ea, quæ nuper in Episcopatu Mindensi dicitur inventa, ad nostram totaliter spectet distributionem; Unde in ea nulli hominum quicquam juris recognoscimus, nisi hoc à nostra liberalitate valeat specialiter impetrare.* Posterioris verò sic sonant: *Cum argentifodina, quæ est in Episcopatu Mindensi constituta, ad jura pertineat Imperii, & inter Regalia nostra sit computata; notum fieri volumus* &c. His tamen non obstantibus in contrarium abit Illustr. Dn. Ludewig. *in Comment. ad A. B. cap. 9. pag. 818. sqq.* ibique operosè probat, quod Jus Metallifodin. statim ad Regalia Territorialia pertinuerit, etiam à primo detectionis tempore, quod incidit in ætatem Henrici Aucupis vel potius ejus Filii Ottonis M. Ita enim Ditmarus *lib. 2. pag. 32. Tempore Ottonis I. apud nos prima inventa vena argenti.*

** Contradicunt huic sententiæ præter laud. Dn. Ludewig. etiam alii ab isto allegati Ddres, veluti Tabor *de Metat. part. 3. sect. 2. art. 2. num. 10.* Buxtorff. *ad tit. 9. A. B. th. 89. lit. g. pag. 358.* Auctor. *Consil. Arg. vol. 1. cons. 1. num. 43. sqq.* quod concessione omnium jurium concessa sint metalla, Crusius *ad A. B. tit. 9. pag. 374.* distinguentes inter jus Metallifodinarum & Canonem Metallicum, huncque non istud in Aur. Bull. intelligi asserentes. Sed ne hoc quidem concedit Illustr. Dn. Ludewig. multis rationibus evincere conatus, quod & jus percipiendi Canonem Metallicum simul cum jure Metallifod. semper Dominorum fuerit Territorialium.

jure sibi vindicant indistinctè Domini quique Territoriales. Vid. Recess. Imp. *de ann. 1551.* §. weiter so setzen. 48. & Limn. *ad Aur. Bull. de cap. 9. & cap. 24.* Jamque ex seculi nostri moribus privati fodinis, sive in fundo proprio sive in feudali, etiamsi cum omnibus emolumentis concesso, Ziegler *de Jure Majestat. lib. 2. cap. 19. §. 13.* nedum ergo in loco aliquo deserto repertis, aliter uti haud possunt, quam ex præscripto Dominorum istorum. vid. Struv. *d. l. n. 3.* & Magnif. Dn. D. Majer. nostrum *in Commentar. Jur. Feud. cap. 12. n. 17. pag. 504.* quippe qui in fodinas istas plenum sibi dominium sumentes, privatis, denen Gewercken/ Leges præscribunt & loco canonis metallici ex singulari indulgentia communiter certam portionem solvendam assignant, von der Außbeuthe/ einen Bergtheil oder Kuxe/ it: den Vorkauff an Gold/ Silber/ &c. pro signatione auri atque argenti verò den Schlegel-Schatz/ nonnunquam etiam certi quid ad pios usus destinant. vid. Struv. *d. l. num. 5.* Besold. *in Thes. pract. voc.* Bergtheil. & B. Dn. de Seckendorff im Teutschen Fürsten Staat. *part. 3. cap. 3. num. 3. pag. 302.* quæ omnia tamen rectius ex singularum Provinciarum constitutionibus addiscuntur, quas collegerunt Sebast. Span *in Speculo Juris Metallici.* Lohneisen in seinem Bericht von Bergwercken. & omnino Auctor *Corporis Jur. & Systematis rerum metallicarum, quod prodiit Francofurti 1698. in fol.*

XVI. (II.) *Jus concedendi privilegium monetandi.* vid. Schwaben-Spiegel *p. 1. cap. 12.* §. 4. apud. Goldast. in Reichs Satzungen *Tom. 1. fol. 35.* & Ferdinandi I. neue Müntz-Ordnung *de anno 1559.* sicuti enim in hac Ferdinandi ordinatione Statibus Regali monetandi jure gaudentibus, denen Müntz-Ständen/ certus monetas cudendi modus ipsisque monetis singularis pes sive ligia præscripta legitur: Ita etiam ex ejusdem §. wäre es auch Sache. 177. satis superque liquet, eo adhuc tempore solum Cæsarem hoc privilegiandi jus sibi vindicasse. Confirmationis loco allegamus & *Imper. de anno 1570.* §. alsdann auch. *132.* utpote in quo jus istud das Kayserliche Müntz-Regal appellatur. At verò ex tempore Rudolphi II. Imper. illud Reservatum Cæsaris abiit in Jus *Cæsareo-Electorale*, vid. *Capit.* d. Rudolphi II. *art. 29.* & omnium seqq. Impp. præsertim Leopoldi *art. 34.* Josephi *art. 33.* & *hodierna* Caroli VI. *art. 9.* in qua præterea & id cautum, ut imposterum etiam Dirculi cui privilegiandus sub est, præscitus & consilium requiratur, eo legis valore, ut nullum planè inter Status, potentiâ vel superiores vel inferiores, discrimen hac in parte admittendum dicatur. Cæterùm latius de hac controversia contra Hanffmannum suo jam tempore egit Limn. *ad Cap. Matth. art. 34. num. 1. seqq.* Conf. Dn. Kroll. *in disput. de Regali Monetarum jure cap.*

2. & Dn. Herm. de Bünau. *in diss. Lips. de jure circa rem monetar. cap. 1. §. 5.* & imprimis *cap. 3. per tot.*

XVII. In eundem censum referimus etiam III. *Jus declarandi Statum aliquem in Bannum Imperii.* Quod enim & hoc aliquando inter Reservata Imperatorum fuerit, asserere non dubitant Doctores. vid. *de* Reinking. *R. S. & Eccl. lib. 1. cl. 5. cap. 6. num. 147.* qui tamen, dum nullibi de veteri hoc Imperatoris jure clare disponitur, se proprio potius cultro jugulare videtur allegando *Recessum Imper. Spirens. de anno 1542.* §. **würde sich aber jemand.** 102. per verb. *ibid.* **Uns mit Churfürsten / Fürsten und Ständen verglichen ꝛc.** utrumque autem quæstio habeat *de jure*, quo Regale isthoc ab antiquis Imperatoribus usurpabatur: id tamen certum est, quod *de facto* exercitum fuerit tùm à Carolo V. in Joh. Fridericum Electorem Saxoniæ & Philippum Hassiæ Landgravium, tùm à Ferdinando II. in Fridericum Palatinum, Joh. Georg. Marchionem Brandenburg. & Socios in consulto Collegio Electorali, quanquam, quod pariter fatemur, non sine gravissima protestatione contradictione Statuum, imprimis proscriptorum. Quæ & ratio ac incentivum fuit cur Principes, & Status Imperii mox in Capitulatione Ferdinando III. præscriptâ, libertati suæ expressè caverint, ut ne sine Electorum consensu in posterum quis proscriberetur vid. ipsius Ferdinandi III. *Capit. art. 30.* adde omnino Limnæum *ibid.* & conf. *Capit. art. 28.* & Joseph. *art. 27.* Tandem verò instantiæ ac petita Statuum reliquorum eo usque penetrarunt, ut promissa ipsis jam in Instrum. Pac. Westphal. *art. 8* §. *habeantur. 3.* & *in Recess. Imper. noviss. de anno 1654.* §. **in Fällen.** *162. circa fin.* in antecessum data, etiam reapse præstita atque confirmata fuerint in *Capit.* Augustissimi nostri Caroli VI, *art. 20.* **Wir sollen und wollen auch in Acht und Ober-Acht Sachen darauf halten / daß hinführo niemand Hohen oder Niedrigen Stands / Churfürst / Fürst oder Stand / oder anderer . . ohne vorwissen / Rath und Bewilligung des heiligen Reichs Churfürsten / Fürsten und Stände in die Acht oder Ober-Acht gethan / gebracht und erkläret ꝛc.** *

XVIII.

* Quod si aliquid conjicere liceat, res reliquorum Statuum hactenus ab hoc jure exclusorum non parum ad jura est privatione & præscriptione Electorum Coloniæ & Bavariæ anno 1706. ab Imp. Josepho gloriosissimæ recordationis prævio consensu cœterorum Electorum *non interessaterem*, uti

XVIII. Sed videamus tamen, quæ ſint Cæſaris *Reſervata* hodienum ipſi ex recepto Ddum calculo aſſignanda. Quod ſi B. Titium *in Spec. Jur. Public. lib. 5. cap. 3.* & qui veſtigia ejus legit Dn. D. Graſſum noſtrum *in Diſſert. de Reſervatis Imper.* §. 4. *pag.* 5. audiamus, omnia Cæſaris Reſervata reſpiciunt vel 1. *Statuum Territoria & Subditos* vel 2. *Ttatus ipſos* vel 3. *Negotia totius Imperii.* Nos in enumeratione ipſorum brevi penicillo exhibendâ ſequemur ductum Dn. D. Schwederi noſtri *in diſput. de Reſervat. Auguſt. Imperatoris.* §. 4. *ſqq.* ſcilicet, quemadmodum omnia Regalia in genere vel circa res ſacras vel circa negotia ſecularia verſantur: ita & jura Cæſaris vel *Eccleſiaſtica* ſunt vel *Secularia* ſeu *Politica.*

XIX. Ad *Eccleſiaſtica* Schwederus ſuo modo hodienum referendam cenſet ſupremam Sacrorum curam & defenſionem juxta leges publicas, Jus inſtituendi Concilia iiſque præſidendi actaque & concluſa in iiſdem confirmandi, Jus Advocatiæ, vel protectionis non ſolum Sedis & Eccleſiæ Romanæ, verùm univerſæ Eccleſiæ Chriſtianæ, Jus conſtituendi vel confirmandi Eccleſiæ Præſules & Antiſtites, ut ſunt Epiſcopi, Archi-Epiſcopi, Patriarchæ & Pontifex ipſe, ſupremam Juriſdictionem circa perſonas & res Eccleſiaſticas, Jus diſponendi de bonis & beneficiis Eccleſiaſticis, Jus primarum precum, ordinationem temporis, menſium, hebdomadarum, dierum & feriarum. *

Zzzz 2 XX.

uti loquuntur, factâ. vid. Anton. Fabri Staats-Cantzley part. XI. & XII. Tum enim controverſia illa per integrum ferè Seculi ſpatium agitata, quaſi recruduit & tandem per *noviſſimam hanc* Caroli VI. *Capitulationem*, fuit determinata. Cœterùm totam litigii hujus de jure declarandi Statum aliquem in bannum uſque ad ætatem laudatiſſimi modò Joſephi hiſtoriam reperias apud Auctorem *Meditat. ad Inſtrum Pac. Cæſareo Suececicum ſpecim. VIII. art. 8. not. y. pag. 1245.* Ubi hic omnia, quæ à multis retro annis, præſertim verò poſt tempora Pacis Weſtphal. circa hoc punctum agitata fuerint, accuratè recenſet.

* En jura Cæſaris Eccleſiaſtica! miraberis fortè nos cum Dn. D. Schwedero ea ad jura Cæſarea referre, quæ ex uſu & praxi hodierna potius vel Comitialia ſunt, vel à Pontifice Rom. Cæſari erepta. Sed ſit ita. Nos primo hic exſcribimus Dn. D. Schwederum, & quæ huic in hoc argumento viſa fuerunt, narramus. Secundo putat Dn. D. Schweder, hæc jura

XX. Ad *Secularia* pertinet Jus conferendi Dignitates Illustres & alias per totum Imperium valituras, seu Jus creandi Reges, Archiduces, Duces, Principes, Marchiones, Landgravios &c. Jus confirmandi Academias & his concedendi facultatem dispensandi honores ac gradus Academicos, Jus circa Officia Imperii, illa scil. quæ hodienum personalia, quanquam hæc pauca sint, non hereditaria. Jus investiendi Status Imperii de Feudis Imperii tam ecclesiasticis, quam secularibus; de quo tamen jure disputari solet, num propriè inter Majestatica sit referendum, eo quod à Cæsare vi Dominii directi, exerceri videatur; Sed fortassis præter rem. Certe Majestas & Dominium directum se invicem non tollunt aut impediunt; subordinari ista debent, non opponi. Ex eo enim quod aliquis sit Cæsar, sit etiam Territoriorum Imperii Dominus directus, adeoque Majestas Cæsarea Dominii directi fundamentum est. Jus cognoscendi de feudis Imperii Regalibus lite inter Principes vel Comites Imperii ceu convasallos exorta. Jus cognoscendi de privilegiis à solo Imperatore concessis. Jus cognoscendi de controversiis vectigalibus inter Electores & alios Status Imperii sive Actoris sive rei partes aliquis Electorum sustineat. Jus cognoscendi de controversa Statuum in sessione Comitiali aliisque actibus præcedentia. Jus ultimæ cognitionis & extremæ provocationis, quod hodienum potissimum in Celsissimo Judicio Aulico à Cæsare exercetur, Jus veniam ætatis tam Principibus, Comitibus &c. capessendum Regimen provinciarum, quam privatis concedendi. Jus famæ restituendæ, Jus illegitimè natos legitimandi & natalibus restituendi. Jus literas ac inducias moratorias indulgendi. Jus nundinas generales, solennes ac privilegiatas concedendi. Jus absolvendi à Juramento quoad effectum agendi, quamquam hoc & Cameræ Imperiali competat. Jus proponendi in Comitiis Imperialibus. Jus dandæ Civitatis. Jus concedendi exteris potestatem milites in Impe-

jura suo tamen modo inter Reservata Cæsaris esse numeranda. v. gr. Si hodie Concilium indicendum foret universale utique jus illud convocandi Cæsaris foret, non Statuum. Ita etiam, licet suprema Sacrorum cura & ordinatio temporum hodie ad jura Comitialia pertineat, sano tamen sensu solus Cæsar supremus Ecclesiæ Nutritius est. conf. quem *l. c.* allegat Schweder. Joh. Wolffg. Textor *in Jure Public. Cæsar. tit. 2. num. 8.* Tertio quæ jura Pontifex Roman. Cæsari surripuit, ea ad ipsum tamen hodienum spectant, si quæstio sit juris, non facti. Quarto utique fatemur strictè loquendo solum jus primariarum precum hodie Reservatum Cæsaris esse ecclesiasticum.

Imperio conscribendi. Jus postarum Universalium: das Regal durchgängige General Reichs-Posten zu bestellen. Addit his Jus viatum publicarum Vitriarius *in Inst. Jur. Public. lib. 3. tit. 2. §. 55.* quod tamen non aliter, quam quatenus Juris postarum consectarium est Cæsari asserendum venit, uti rectè judicat. B. Dn. Titius *in Specim. Jur. Public. lib. 5. cap. 3. §. 55.*

XXI. Circa omnia atque singula hæc jura Cæsaris notandum; ab aliis aliter illa tradi, dividi, distingui, nunc augeri, nunc minui, nunc huc nunc illuc trahi; omnes verò Auctorum enumerationes (vide quæ supra diximus) mancas esse, veldeque imperfectas; Deinde: competere quidem hæc jura Imperatori, sed magna cum moderatione, & ne quid in præjudicium Statuum cedat, effectui danda: Pleraque etiam per novas pactiones ac Capitulationes admodum limitata atque circumscripta sunt vid quæ de jure Dignitates conferendi extant in *Capitul. novissima* Caroli VI. *art. 22.* & de jure conscribendi pro exteris Regibus ac Rebuspublicis militem in Imperio *art. 4.* conf. sæpius laud. Titius *d. cap.* item: Dn. Brunnemann. *Exam. Jur. Public. lib. 2. cap. 2. qu. 7. §99.* Denique esse multa inter modo recensita jura, quæ & Status, saltem majores exercere queant, in proprio scil. territorio (ultra hæc enim ista valorem suum haud exerunt, in eo à Cæsareis distincta) v. gr. instituere Academias, erigere civitates, ordinare nundinas, concedere privilegia, dare veniam ætatis, spurios legitimare &c. Differunt ergo hæc Regalia Statuum à Reservatis Imper. tantum quoad modum & effectum, nec ad Reservata requiritur absolute, ut à solo Cæsare eadem teneantur.

XXII. Atque ita tandem ad alteram primæ divisionis partem *Jura* scil. *Territorialia* seu *particularia* pervenimus, quæ ut paucis, antequam disputationi nostræ colophonem imponamus, tangantur, præsentis instituti ratio exposcit. Diximus ea jura *Territorialia* vel *particularia*. Malumus tamen ad hanc posteriorem denominationem attendere, eò quod hæc Regalia vel in *Statibus* conspicua sunt, vel in *privatis*; Prioris generis stricto nomine vocabimus *Territorialia*. Hæc *Privilegia* etiam privatis & Civitatibus Imperii mediatis competentia.

XXIII. Jura Imperii *Territorialia* nobis dicuntur ea, quibus Principes ac Status vi potestatis Territorialis & virtute veri Dominii, non autem instar Magistratus aut Jure saltem administrationis, gaudent, ita at in terris ac ditionibus suis quævis pro lubitu disponere, omniaque ex nutu & arbitrio dirigere

gere possint. Quod enim Imperator in universo Imperio sibi sumit, idem & Status, imo cœteris paribus, nonnunquam plus sibi vindicant in suis Territoriis, idque vigore *Superioritatis*, quam vocant *Territorialis*. Hanc verò non per Pacificationem demum Westphalicam, * quod perperam nonnulli volunt, sed inde jam ab antiquis temporibus Status acquisivere inque heredibus suis legitimè ad ætatem usque suam propagarunt.

XXIV. Dividimus hæc Regalia ** *Territorialia* rursus in *Immanentia* & *Transeuntia*, utraque hæc in *Ecclesiastica* & *Politica*. *** A recensione autem

* In hujus siquidem Instrumento omnia & singula ea jura, quæ Status Imperii in Ecclesiasticis æque ac Civilibus vi Superioritatis Territ. possidebant, ipsis saltem confirmata, non demum collata fuerunt. Quod ex ipsis *Instrum.* verbis *art. 5. §. 30.* sat clarè innuitur. ibi: *cum ejusmodi Statibus immediatis num jure Territorii & Superioritatis ex communi per totum Imperium, hactenus usitata praxi etiam jus reformandi competat &c. Conventum est, hoc idem porro quoque ab utriusque Religionis Statibus observari, nullique Statui immediato jus, quod ipsi ratione Territorii & Superioritatis in negotio Religionis competit impediri oportere.* Et hoc respectu etiam Pax ista Palladium & Arx inexpugnabilis itemque columna & basis, cui tota structura Imperii innititur, rectissimè appellatur. De acquisitione autem ipsius Superioritatis Territorialis id tenendum, quod quinque Duces Germaniæ sive Provinciarum veteres illam statim post extinctionem Lineæ Regnatricis Carolingicæ, reliqui Principes post Henricum V. & proscripto Henrico Leone; plurimi Episcoporum & Comitum verò post Interregnum magnum successivè demum fuerint consecuti. vid. Ill. Dn. de Cocceji *Juris publ. prud. cap. 21. §. 10. sqq.*

** Sunt quibus disceptandi voluptas, num hæc jura Territorialia propriè sint Regalia? Verum nos inanem hunc laborem autumamus, postquam res decisa in ipsis Capitulationibus Cæsareis v. g. in *ult.* Caroli VI. utpote in qua hæc Jura expressis verbis Regalia **und Obrigkeiten** appellantur *art. 1.*

*** Quoad hæc, Regalia sc. Politica, una quidem eademque omnium Statuum conditio est. Quoad Regalia Ecclesiastica, seu Jura circa Sacra verò insigne inter eos, qui Pontifici Romano & eos, qui Augustanæ Confessioni nomen dedere, discrimen intercedit. Priores enim, cùm ad

tem istorum superſedemus tanquam ſuperflua cum quidem ex datis jam appareat, omnia ea inter Regalia Statuum Territorio gaudentium jura numeranda eſſe, quæ vel in genere ex Majeſtate, cujus æmula eſt Superioritas Territorialis, ſcaturiunt, vel Cæſar in toto Imperio exercet. Patet id ex fine Territoriorum ceu Rerumpublicarum ſubordinatarum, qui eſt flos ac felicitas ſubditorum, tum interna, tum externa. Namque ad hunc obtinendum ferè iiſdem Regalibus opus eſt, quibus ad felicitatem Univerſi Imperii Romani. Quod ſi ergo Domini Territoriales certorum quorundam Regalium exercitio abſtinent, id vel inde eſt, quod ea ad fines obtinendos præciſe neceſſaria non ſunt, vel quod aut expreſsè aut tacitè iis ipſi renunciarunt. Exemplo eſt jus monetandi, jus vectigalium, jus extremæ provocationis, jus cognitionis in controverſiis Statuum &c. Hæc enim jura, quamvis pro re nata Statibus integra non ſint, ſed vel Cæſari vel Imperio, qua integrum Syſtema formant, reſervata, tamen Majeſtatem, quam ipſis tribuimus haud deſtruunt, cumque illa adhuc optimè conſiſtunt.

XXV. Alia prorſus facies eſt *Regalium Particularium*, quæ & in hominibus, privatis aut civitatibus Imperii mediatis deprehendi diximus: Horum Exiſtentiam negare, eſſet negare experientiam. Ecquis enim inficias iverit,

ad unum omnes, ne Auguſtiſſimo quidem Cæſare excepto, in rebus Eccleſiaſticis Curiæ Romanæ ſubſint, ne minimum quidem, quod vel è longinquo Eccleſiam ſpectat, Jurisdictioni ſuæ reſervatum ac relictum habent. At Principes ac Status Evangelici, ſive Lutherani, ſive Reformati, poſtquam purioris Evangelicæ veritatis luce colluſtrati, Jugum iſtud Papale tandem excuſſere, jam priſtina Jura circa Sacra, ab Epiſcopo Romano hactenus uſurpata, ipſa iterum poſſident exercentque in ſolidum ſibi reſtituta; id quod poſt Grotium, B. Dn. Stryckium, Illuſtr. Dn. Dn. Thomaſium & Bœhmerum, omnium noviſſimè latè ac ſolidè deduxit Dn. Joh. Georg. Reinhard. Conſil. Elect. Saxon. *in Meditationibus ſuis de Jure Principum German. cumprimis Saxoniæ circa Sacra ante tempora Reformat. exercito. cap. 2.* itemque *Auctor*, qui ſub nomine David Manſueti de S. Germanis hucuſque latitare ac cum grano ſalis legi vult, *Prodromi* haud vulgariter elaborati *de Abuſu Brachii Secularis in Foris Proteſtantium.* Quibus è noſtratibus jungi merentur Magnif. hujus Univerſ. Cancellarius, Dn. D. Jæger *in tr. de Concord. Imperii & Sacerdotii*, & Dn. Prof. Röslerus *in Diſſ. de jure circa Sacra.*

iverit, dari Civitates municipales, quin & cives Imperii mediatos, qui ex ſingulari Imperatoris vel Domini Territorialis indulgentia juribus gaudeant Regalibus tum, quæ vulgo appellitant, *Majoribus:* v. g. nobilitandi, legitimandi, creandi Doctores, Notarios &c. tum *Minoribus:* veluti jure venandi, piſcandi, habendi metallifodinas, molendina bannalia &c. Quare oppido falluntur Reinking. *de R. S. & Eccl. lib. 2. cl. 2. cap. 2. num. 234.* Arniſæus *de Jur. Majeſt. lib. 2. cap. 2. num. 1. ſq.* & alii, aſſeverantes, exercitium horum jurium, Majorum præſertim, quippe quæ ſummæ poteſtati inſeparabiliter ſint connexa, in privatis reapſe nuſpiam inveniri. Profecto enim quotidianæ iſti experientiæ contradicunt. Interea fatendum magnam inter hæc & Regalia priora differentiam intercedere. Propriè enim loquendo privilegia ſunt à Cæſare vel quandoque etiam à Domino Territorii conceſſa, nec alio ſenſu Regalia dicenda, niſi quatenus à Rege vel Superiore conferuntur; conſequenter iſta non jure proprio, ſed ex placito Superioris poſſidentur, adeoque definiri debent, quod ſint *privilegia certis fruendi per Imperium vel certum aliquod territorium fructibus, illæſa tamen Dominorum apud quos degunt, Majeſtate ſive Superioritate Territoriali.* Sed manum de tabula! Atque hic eſto Diſputationis noſtræ finis.

XXIV.
DISSERTATIO
DE
VICARIIS IMPERII ROMANO-GERMANICI,

PRÆSIDE

DN. JOHANNE SCHILTER,

JCto, Inclutæ Argentoratensium Reipubl. Consiliario Primario, & Professore Honorario,

defensa à

JOHANNE ADLERBERG, A. & R. Nob. Sueco.

ARGENTORATI, 1693.

A. D. C. M.

DISSERTATIONIS
DE
VICARIIS IMPERII.

§. I.

IMperium, quod prisca secula Romanum, posteriora, factâ in Germanos translatione, de qua *vid. H. Conring. in Tr. de Germ. Imp. Rom.* Romano-Germanicum appellarunt, *v. Maurit. de Princip. J. Publ. G. C. 2. fi.* quod si vacare contigerit, ita cuique eventui optime prævidit Prudens Antiquitas, ut ex hac re (vicissitudinum plerumque matre) nullum tamen caperet Respublica detrimentum, sed per continuam Majest. Imperatoriæ repræsentationem omnes, alias non vanæ metuendæ, confusiones tollerentur, & singula æquiori peragerentur ordine. Scilicet, ex longa consuetudine & observantia, atque per Leges Imperii vetustas & fundamentales, certi constituti sunt Vicarii, qui in gubernando Imperio & administranda justitia Vicariam Imperatoris gererent potestatem. Sunt autem in Germania hi, *Palatinus & Saxo. Ille* in partibus Rheni & Sueviæ & ubi jus Franconicum viget; *Hic* ubi Saxonica jura in usu, sicuti clarissime probatur ex verbis A. B. Cap. V. §. 1. & 2. & ex addita hujus muneris confirmatione in Recessibus Imperii & Capit. Car, V. Imp. Parag. III.

§. II.

Vacare autem dupliciter dici poteſt: primo in caſu Abſentiæ, deinde in caſu mortis & interregni. Etenim *Vacare judicium*, *Imperium*, *Eccleſia*, dicitur Scriptoribus mediæ ſaltem Latinitatis, non tantum, quoties per mortem vacantia eſt, ſed etiam per abſentiam, vel invitam, vel voluntariam. Vacatio itaque dicitur Juſtitium, ſive tempus, quod vacat à jure dicundo, ait Speelm. *Gloſſar.* Voſſ. *de Vit. Serm. Lat. Lib. III. c. 54. p. 658.* Sic *vacans Eccleſia*, χολαζȣσα, etiam quoties Epiſcopus vel Clericus apud hoſtes eſt, & abſens, *Du-Freſne Gloſſ.* Atque *Vacantiæ Imperialis Judicatorem* in Actis S. Theodori interpretatur Metaphraſtes, Defenſorem Regium, *Du-Freſne ibid.* Rem ipſam porrò, quod utroque caſu & mortis & Abſentiæ Imperatoris Vicariis jus illud competierit, & ante & poſt A. B. teſtatur Jus Alem. Feudale, & Imper. Rupertus in Diplom. pro filio Vicario, Illud Cap. XLII. § 6. in Latinum translatum ſic habet: *Quoties Rex extra fines Germaniæ proficiſcitur, mandatum dare poteſt Mareſchallo Imperii, ut bannum concedat loco Ipſius. Iſque eſt Dux Saxoniæ, qui hoc jus habet per Thuringiam, Saxoniam & Haſſiam usque ad Bohemiam, & ſuper omnes Francos, quicunque illi ſint, qui juri Ejus ſubjecti ſunt. Atque cum Rex ipſi hanc poteſtatem conceſſerit, exercet etiam ſuper omnes Suevos usque ad Rhenum, & per Montana (ſive Alpes Rhæticas) usque ad milliare à Tridento.*

§. 7. *Comes Palatinus ad Rhenum jus habet banni concedendi trans Rhenum usque ad milliare à Meti & ad Æſiam usque, ac per Flandriam. Et quamvis Rex ipſi bannum non conceſſerit, jus tamen banni concedendi habet, ipſo jure.*

Jure enim veteri Bannus ſive Executio in cauſis Criminalibus non niſi ſpeciali conceſſione Regis vel Imperatoris impetrari poterat, *dict. cap. XLII. & Jus Prov. cap. CXV. CXXII, CXXIII. Jus Sax. Prov. l. 3. c. LXIV.* Ne igitur crimina manerent impunita, abſente Imperatore, neceſſe erat, ut Vicaria Poteſtas interim conſtitueretur. Atque hæc prima videtur fuiſſe occaſio conſtituendi Vicarium unum vel plures per Imperium Germaniæ. Quorum poteſtas ſubinde etiam ad alias jurisdictionis partes extenſa fuit. Adhæc differentia apparet ex allegato textu inter Comitem Palatinum Rheni & Ducem Saxoniæ, quod ille *ipſo jure* ſive ſcripto, ſive non ſcripto, atque jure ipſius Comitatus & officii Palatini; Dux autem Saxoniæ tum adhuc ex ſpeciali tantum conceſſione, Bannum vice Imperatoris conceſſerit & vices Ipſius extra ordinem geſſerit. Hoc vicariatus jus confirmavit Carolus IV. Imper. Ruperto Seniori Elect. Palatino A. 1375. Pragæ die Lunæ ante S. Valent.

Wann die Pfaltzgrafen by Ryn, die Kurfurſten ſint, von Rom. Kayſern und Kunigen ſolich Wirdekeit und friheit von alten und langen zyten gehabt han und noch haben ſullen, wann Rom. Keyſer und Kunig uber Berg gezogen ſint, oder ziehen, das

das sie dann gemeine Vicarien des Reichs hie dissyt gewesen sint und sin sollen. i. e. Cum Comites Palatini ad Rhenum, qui Electores sunt, ab Imperatoribus & Regibus Rom. hanc dignitatem & libertatem ab antiquis & longis temporibus habuerint & adhuc habere debeant, quoties Imperatores & Reges Rom. ultra Alpes profecti sint, aut proficiscantur, ut hi tunc Generales Vicarii Imperii hîc citra (Alpes) fuerint & esse debeant.

§. III.

Porro Rupertus Imper. quum An. M. CCCCI. Romam petiturus Comitia Augustæ Vindelicorum celebraret, Vicarium Generalem per S. R. Imperii in Germania, Gallia Belgica & Regno Arelatensi, Provincias, Electorum & aliorum Principum, Comitum & Nobilium consilio & consensu, Ludovicum Comitem Palatin. Rheni & Bavariæ Ducem, constituit, adjecta hac præcipue ratione, quod adverterit, à Romanis Imperatoribus & Regibus prædecessoribus suis hactenus exstitisse observatum, ac etiam de Jure Comitatus Palatinus Rheni fuisse & esse, cum Rom. Imperator vel Rex ultra montes Italiam ingressus fuerit, in ipsius absentia Vicariatum Imperii in Germania, Gallia & Regno Arelatensi ad Comitem Palatinum Rheni pertinuisse & pertinere. Integrum Diploma exhibet *Goldast. 7. 1. constit. Imp. pag. 381.* Inter Exempla Prædecessorum Ruperti refertur Otto IV. Imper. qui fratrem Henricum Comitum Palatinum ad Rhenum, Vicarium constituerit, Romam petens. Atque ex jure hoc causam perniciosi Rheno belli inter Hermannum Comitem Palatinum & Arnoldum Moguntin. A: Episcopum videtur arcessere Seth. Calvisius ad A. C. 1155. scribens: *Dum absens est Imperator* (Frid. I.) *in Italia, Germaniam turbat Hermannus Comes Palatinus, qui bellum infert Arnoldo Episcopo Moguntino, quem Imperator absens præfecerat Imperio. Sed dat pœnam postea turbatæ Pacis Publicæ.* Allegat quidem Trithemium: sed apud eum de caussa præfecturæ Imperii aut Vicariatu nihil apparet, sed hanc in Chronico Hirsaug. adjicit: *Nam ipse Imperator Arnoldum A: Episcopum constituerat multis Potentibus in circuitu* invitis, *quippe qui noverant, eum virum justum & austerum, eorum malis studiis minime consensurum.* Causa itaque fuerit; quod non Vicarius Imperii, sed A: Episcopus Moguntiæ invito Hermanno & Sociis, constitutus fuerat Arnoldus, Cancellarius Imperatoris. Atque quum αὐτόπτης Otto Episc. Frising. L. 2. de Gest. Frid. I. C. 28. referat, ambos ab Imperatore reduce in Comitiis reos inventos, sed alteri, A: Episcopo, ob senii morumque gravitatem & Pontificalis ordinis reverentiam parcitum, alterum punitum portatione canis: itaque verosimile non est, Moguntinum tunc Vicarium fuisse constitutum, sic etenim nullam meruisset pœnam: Majorem autem nec æqualem tantùm Palatinus, qui ipso jure Vicarius pacem Publicam tueri debuisset. Deduxit hoc jus in

casu absentiæ Carolo V. Elector Palatinus & literas Confirmatorias impetravit Wormatiæ datas A. C. 1521. quas exhibet Goldastus in den Reichs-Satz. P. 1. pag. 241. & 243.

Idem porrò jus vindicavit Palatino Rheni etiam *per mortem* Vacante Imperio Ludovicus Bavarus Imper. in Comitiis Francofurt. A. 1339. per longam & approbatam consuetudinem inconcusse à Majorum ordinatione hactenus observatam, *Goldast. T. 3. constit. Imp. pag. 411.*

§. IV.

Hic alter etenim Vacantiæ casus tunc maxime controvertebatur inter sedem Rom. & Imperium, & Johannes XXII. Papa Bullam Avinione prid. Kal. Apr. A. C. 1317. de prætenso jure Vicariatus sedis Romanæ defuncto Imperatore, promulgavit; & iis quoque, qui ipso Imperatore vivente ex ipsius commissione Vicariatus officium obtinuerunt, post discessum ipsius absque sedis Romanæ licentia retinere Vicariatum prohibuit. Exstat ipsa Bulla *cap. un. Extravag. Jo. XXII. Ne sede Vacante.* Cui quum se opponeret Imperator, is eum excommunicavit A. C. 1323. *vid. Aventin.* Lib. VIII. contra quam interposita fuit appellatio ad Concilium generale, *V. Herwart. contra Bzov. p. 245.* Secuta Comitia Rensensia ad Rhenum A. C. 1338. & ibi ex adverso fœdus atque unio inter Septemviros conditum, & SCtum factum adversus Attentata Curiæ Papalis. *v. Præsid. lib. 6. de Lib. Eccl. Germ. C. 3. 4.* donec tandem sub Carolo IV. Aurea Bulla plumbeæ opposita A. C. 1356. & de Vicariatu, per mortem Imperatoris vacante Imperio, res contra prætensionem quorumcunque decisa, & jus Imperii atque Vicariorum Palatini atque Saxonis per omnia stabilitum.

§. V.

Hinc itaque absentiæ quidem casum *nec verbis A. B. neque sensu* vel intentione *attingi* cum *Limnæo in observ. ad C. 5. A. B p. 334.* affirmo: Cum iis tamen nec illicò faciens, qui nulla ratione sub hac Potestate Vicariatus Palatino & Saxoni collatâ absentiæ casum, tum temporis non controversum, volunt comprehensum. Eatenus enim posterius hoc sub verbis A. B. intellectum concedimus cum Tabore ad A. B. h. t. & putamus, quatenus Generales Imperii Vicarii sunt, & si forte accideret extra Imperium proficisci Imperatorem sine constitutione specialis sui Vicarii, utique asserimus argumento hujus Legis competere dictis Electoribus jus Provisionis & Vicariatus, salvo tamen Imperatoris vivi jure in casu absentiæ. Cum enim Imperatores in Exoticas terras abeuntes proprios sibi constituere Vicarios soliti, (quos alii *Imperatoris non imperii*, alii *speciales* vocant) ceu plurima facti prostant exempla, quæ videri possunt, præter alios, apud *du Frên. Gloss. Voc. Vic. Imper.* & Sprengerum *Instit J. P. L. 11. cap. XXX. p. 283.* Itaque convenienter præsumitur hanc potestatem Imperatori

per

per Auream Bullam non fuisse ademtam, quo minus ipse relinquat Vicarios, qui suo loco Imperio præsint: nec, absque eo si fuerit, Vicariis ordinariis jus suum non competere. Hac occasione meminimus distinctionis, quam adhibent nonnulli inter *Imperatoris* & *Imperii* Vicarios: *Hi* in casu mortis: *Illi* in casu absentiæ vel arbitrii Imperatoris: *His* minor, *Illis* certo modo major est potestas. Sed ut verum fatear, illam distinctionem subtilem magis quam necessariam reperio: Et forte hoc auctori, cui etiam aliis in negotiis id solenne est, largiendum, nam si naturam Vicariatus & Vicariorum diligentius inspicio, parum inter hos duos invenitur discriminis, cum eorum uterque Imperatoris vices gerat, & pari modo: nam tempore Vacantiæ aliquem in Imperio Superiorem neuter agnoscit; Uterque tempus sibi præscriptum habet, & sic neuter est perpetuus. In eo tamen differentia videtur, quod alterum Lex & jus constituit, alterum & Imperator.

§. VI.

Diximus Par. 1. *per Germaniam* Vicarios esse Palatinum & Saxonem; Scilicet quò contradistinguantur iis, qui extra Germaniam & in Italia vel quondam fuerunt, vel jam adhuc sunt, atque aliàs perpetui, ob continuam hujus tituli & Potestatis possessionem ac usum, dicuntur. Talem vero esse Sabaudum satis testantur hæc Capitul. Leopold. verba, Art. IV. So thun wir auch dasjenige, was das Churfürstl. Collegium unter Dato den 4. Junii an ihne wegen annulir- und Auffhebung deß dem Hause Savoya zu Nachtheil unterfangenen Kayserl. und Reichs- Vicariats und Generalats, in Italien geschrieben, hiemit allerdings einwilligen und bestättigen, dergestalt, daß wir ob desselben Begriff vestiglich halten, und die Hertzogen von Savoya bey ihrer in Italia habender Vicariats-Gerechtigkeit und Privilegien gebührend schützen und handhaben wollen. Hos Hæreditarios Particulares vocat Sprengerus & cum meum non sit de iis hac vice prolixius agere, Lect. remitto ad *eum Cap. XXX lib. sub Cit. pag. 284.* & Limnæum, *Tom. I. L. III. cap. 12. n. 8. It. ad h. l. Capit. Leop. & A. B.* ac seipsum citantem: Cæterosque Systematicos J. P. Scriptores. In specie vero de Sabaudo, & num potestas ejus Vicaria absoluta sit & sui juris, videatur consummatæ hujus studii notitiæ encomio dignus Conringius *de fin. Imp. L. II. cap. XXV. p. 633. & seq. Edit. Noviss.*

§. VII.

Limites Vicariatus sunt ex Parte Palatini intra Partes Rheni & Sueviæ, & ubi jus Franconicum in usu, ut expressa A. B. verba c. V. evincunt, & ex parte Saxonis, *ubi Saxonica jura servantur.* Hic autem vocabulum juris pro districtu capi vix poterit. Nam id non intendere Carolum vel saltim patet ex voce *servantur* §. in

§. VIII.

Præſcribit Vicariis ratione jurisdictionis certos limites A. B. ut & ratione temporis. Sicuti enim à momento vacationis Imperii ſuam exercere poſſunt poteſtatem, ita & illa ulterius ſe non extendit, quam ad coronationem Regis Romanorum, vel ad illud tempus, quo novo Capite gaudet Imperium. Id enim indicant verba iſta, *ad manus futuri Regis Romanorum.* In Textu Germanico, qui in prima Parte omnium S. R. I. Conſtit. Moguntiæ edita Anno M. D. LXVI. legitur, ejusmodi habentur verba: Wie offt das Heilig Reich, als obſteht, ledig wird, ſoll der erleucht Pfaltzgraff bey Rhein, des Heiligen Reichs-Ertz-Truchſeß, an ſtatt eins Römiſchen Königs, in Landen am Rhein, in Schwaben und Francken, von des Chur-Fürſtenthums und Pfaltzgraffſchafft Freyheit wegen ein Verweſer und Pfleger des Reichs ſeyn ꝛc. Sic facilis eſt ſenſus, dum per verba *ad manus*, non niſi, *loco & nomine* R. Rom. intelligi debeant. Sed non ſolet *manus* pro *vice* uſurpari. Atque iſta translatio non eſt antiqua & coæva textui latino, vetus enim ita habet in Cod. MS. Bavarico, quod ex Bibliotheca Hordlederiana Præſes poſſidet: Wie dick es hienach geſchicht, daß das Heilig Reich ledig ſtet, ſo ſoll der Pfaltzgrave vom Rhein Vormund ſein des Heiligen Reichs von der Pfaltzgraffſchafft wegen, zu der Hant eins künfftigen Römiſchen Königs in den Landen des Reins und Swaben und in Francken.

Quid porro ſit *ad manus habere* conſtat ex documento vetuſto apud Freher. in Orig. Pal. Cap. 6. *Conſcriptio Marchæ & Silvæ quæ pertinet ad Virunhein in pago Ringovve, ſicut eam Chunradus Rex ad manum ſuam habuit.* Quod du Frêne in Gloſſar. interpretatur tenere, poſſidere, *avoir en main* In Handen haben, zu Handen bekommen. Vetus formula, quæ jam tum apud Otfridum exſtat lib. V. c. 1. de Cruce Chriſti canentem:

Iz rihtit worolt enti

Zi ſines ſelbes henti.

dirigit orbis terminos

ad ſuasmet manus.

Idem l. 1. Cap. XI. 29. 30. Edictum Auguſti Imper. referens:

Ella worolt enti

Zi minera henti

Omnes mundi fines

ad meas manus.

Eo usque ergo durat Vicariatus exercitium, usque dum Rex electus ad manus ſuas accipit Imperium, ut non opus ſit multis criticum hic agere & pro *manus* legere *munus*, quod Limnæo in mentem veniſſe videtur. Obſ. 2. ad h. l.

§. IX.

Oſtendi in præcedentibus, per A. B. conſtitutos eſſe in Imperio Germanico Vicarios, Palatinum & Saxonem. Nec tamen ideò dicitur utriusque Vicariatum hac Conſtitutione non eſſe antiquiorem; Et quidem quod Saxonem attinet, contra nonnullos alios aſſero, ejus Vicariatum, præcipue reſpectu abſentiæ Imperatoris, A. B. quoque vetuſtiorem eſſe, nec capere eum omnino ex hac Lege prima ſua incunabula: quod ſatis probat ſupra Tit. citatus ex jure antiquo & Feudali Alemannico: [illegible]jungas etiam illa quæ habet Burgoldenſis ad J. P. Diſc. P. 1 D. XIX. p. 329. qui pro Saxone authentica ſatis & Antiqua teſtimonia ex Spangenbergio & Crantzio exhibet.

Sunt tamen, & præcipue Limnæus & Sprengerus l. cit. atque Arumæus ad h. l. qui putant nullum prorſus fuiſſe Vicariatum Saxonis ante A. B. ſed eâ ipsâ introductum, ita *ut ipſi originem ſuam adſcribere* debeat. Quod vero de eorum opinione ſentiendum, pateſcet forte, dum argumenta illorum accuratiori lance perpendero: Pro palmario adducunt verba A. B. *Et eodem jure Proviſionis frui volumus*, quaſi indigitarent illicò iſta nullo Vicariatus jure antea gaviſum Saxonem, cum eo ipſo illum tunc frui voluerit Carolus. Sed qualis hæc ſit connexio, Lynceus certe ſit, qui videat. Quin imò pro illis eſſe non poteſt Aurea Bulla, utpote quæ nihil expreſſe in hoc caſu de Saxone tradit. Et ſi verbis ſtricte inhærendum, vel forte non niſi λογομαχία foret, vel ſatis ſane probari poſſet plura competere Saxoni, quam quæ in textu expreſſa ſunt. Sic enim reliqua in Palatinum collata poteſtas, ut judicia exercendi, de feudis inveſtiendi &c. Saxoni ideo ademta non judicatur, quod nulla ejus in verbis fiat mentio.

§. X.

Poteſtatem Vicariorum nunc conſideraturus, præ primis neceſſarium reperio, examinare ea, quæ claris literis conſtituit Lex. Scil. *Cum poteſtate judicia exercendi, ad beneficia Eccleſiaſtica præſentandi, recolligendi reditus & proventus, & inveſtiendi de feudis, juramenta fidelitatis vice & nomine* S. *Imperii recipiendi.* Hæc ſunt illa in A. B. conceſſa jura, quæ alias nemini, quam Imperatori ipſi primariò competunt. Primum igitur eſt *judicia exercendi*; id quod primarium atque eſſentiale munus eſt Palatii Imperialis Comitum, ut vice Imperatoris jus dicant, in eoque vicaria illa poteſtas Comitibus S. Palatii vel Palatinis jugiter inhæſit, olim in Palatio ipſius Imperatoris præcipuè, quandoque etiam in provinciis ab eodem, poſtea in Palatiis Imperii hinc inde erectis à pluribus atque eò deſtinatis exercita. Hodie fit autem hoc in Summis Germaniæ Tribunalibus quæ ſunt Camera Imperialis, des Heil. Reichs Cammer-Gericht, & Curia Aulica Cæſarea, der Kayſerl. Reichs-Hof-Rath; Quoad judicium

Aulicum,

Aulicum, tempore Vicariatus habetur illud á ſingulis Vicariis in ſuis Palatiis vel Diſtrictibus, ſub titulo *Regiminis Vicariatus*. Quoad Cameram Imperialem, utique poſt deceſſum Imperatoris ſuam, æque ac antea exercet juriſdictionem, cum tale exercitium juriſdictionis Cameræ impedire nec valeat vivus Imperator, daß dem Cammer-Gericht sein stracker Lauff gelassen werden soll. Ord. Imp. tit. 35. part. 2. Conf. Carpz. L. II. Reſp. Jur. Elect. Tit. 11. d. Exc. for. Incomp. R. XX. Juſtitia vero exiſtente interregno adminiſtratur in Camera ſub nomine atque inſignibus utriusque Vicarii. Hoc vero & obiter notetur, motam fuiſſe inter *Saxonem & Palatinum* ſub initio hujus ſeculi controverſiam ratione Vicariatus Imperii circa Cameram Spirenſem; *Hoc* utique ob ſitum Cameræ in Diſtrictu Palatino id juris ſibi ſoli eſſe obtendente: *Illo* & remonſtrante vim ſententiarum Cameræ in ſuis quoque exerceri provinciis. Res ita compoſita eſt A. C. 1612. ut ſimultanea & æqualis eſſet utriusque in Cameram ratione Vicariatus poteſtas, ſcilicet, quod ſub communi utriusque Vicarii nomine & titulo proceſſus expedirentur. Quæ vero circa hæc duo judicia geſta ſunt, durante proviſione, confirmare debet ſolio admotus Imperator. vid. Capit. Car. V. art. 26. Ex his ſequitur, ratione judiciariæ poteſtatis omnia competere Vicariis, quæ habet Imperator in Imperio, niſi quæ ſpecialiter in LL. Fundamentalibus excepta ſunt.

§. XI.

Jus, cujus aperta fit mentio, alterum eſt *præſentandi ad beneficia Eccleſiaſtica*, quod nihil eſſe aliud affirmamus, quam jus Patronatus: h. e. jus eligendi, nominandi & præſentandi ad Sacrum Eccleſiæ miniſterium, atque huic annexum beneficium ſeu reditum & obventionem. Quod jus uti Jure veteri atque regulariter penes totam erat Eccleſiam, *can. nulla. diſt. 62. & C. ſeq.* Fr. Duaren. *lib. V. de S. E. M. c. 1.* ita invaluit Juſtiniani inprimis ævo, ut dotatores & fundatores Eccleſiarum, quò magis ad id invitarentur, hoc jus acciperent. *Novel. LVII. c. 2.* jure tamen Cleri atque Principis ſalvo, *Nov. 123. c. 1 & 18. Nov. 127. c. 2.* quod jus Patronatus vocatum, de cujus origine & progreſſu Bosquetus *ad Innocent. III. lib. III.* Et quanquam Marſilius Patavinus ad Ludov. IV. Imper. hanc beneficiorum diſtributionem rem omnino temporalem atque ſecularem adſtruere referatur, V. 1. defenſ. Pac. 15. & 2:17. verum tamen eſt, ſpiritualitati, quam vocant, annexum id eſſe. Ex quo & jus Regaliæ ſeu Regaliorum derivatum, de quo idem Duaren. Lib. III. c. XI. Quod jus uti Regi Galliæ ſine dubio competit, ita in Imperio Germanico merito Imperatori hoc loco vindicatur: ſicut & jus Primariarum Precum quæ tamen jura non confundenda, neque hic in A. B. jus ad beneficia Eccleſiaſtica præſentandi de jure Primariarum Pr. accipi poteſt, quum hoc Imperatori ipſi exercendum aut alteri

cedendum

cedendum competat, non Vicariis. Fuit enim Consuetudo Principum, *ait Conrad. Ursperg. de Ottone IV. Imperatore*, ut liberaliter & promte beneficia seu Ecclesias conferrent Primis petentibus. Atque Exemplum quod H. Conringius *in Bull. Innoc. X. c. IX. q. 313.* huc trahit, de An. 1145. non videtur jus Primariarum precum continere, sed concessionem Præbendarum quæ Imperatoris erant propriæ in Ecclesia Trajectina. Certe Rupertus Imper. jus Precum harum ita An. 1402. Norimbergæ die Lunæ post S. Catharinæ exercuit, ut refractariis Decano & Capitulo S. Bartholomæi Francofurti, non admittentibus primas Preces insinuantem, & conferentibus præbendam primo tunc vacantem alteri, omnes libertates & bona decimasque adimeret, & per Landvogtium Wetteraviæ Fisco Imperiali addiceret.

Habent ergo Imperatores hoc jus præsentandi, & quin in alios id conferre queant nullum est dubium; licet meum nunc non sit inquirere in Quæstionem, num hocce vel etiam Primarium Precum jus per concessionem à Pontifice, aut jure suo & ex longa consuetudine sine fundatione aliqua habeat Imperator? Potius tamen posteriori accederem parti, statuendo cum Bœclero, *Notit. Imp. 1. 4. C. 1.* esse hoc jus Primariarum Precum reliquias pristini, quod circa Sacra quondam habuere Imperatores: Qui plura desiderat, vid. Conring. *in Anim. ad Bull. Innoc. X.* Intelligunt nonnulli per hoc jus præsentandi illud Primariarum Precum, quod sic unum idemque foret; Sed id nos non credere facit primò discrimen, quod, ἀκριβῶς loquendo, est inter præsentationem solam & promotionem ipsam, per quam se omnino recipere debet personam præsentatam Collegium vel Ecclesia, cui præerit: Deinde, quod jus Primariarum Pr. Imperator electus demum ipse exerceat, hoc vero jus præsentandi etiam Vicarii, igitur diversa sint oportet.

Limnæi opinio est, *Obs. XI. ad h. l. A. B.* extingui Jus Primariarum Pr. cum Imperatore & sic Vicariis nullo modo concedi posse, sed non magis extingui hoc arbitror, quam reliqua specialia Imperatoris Reservata, quorum quædam & Vicariis Majestatem Imperatoriam repræsentantibus competere possunt, nec video, quid obstet, quo minus ea & Vicariis concedi possint, quæ aliis Germaniæ Principibus communicari queunt. Sic enim Electori Brandenburgico jus Primariarum Precum indultum esse experientia nos docet. Quin imo cum præsentare possint Vicarii, loco Imperatoris, ad beneficia Ecclesiastica, ceu verba perspicua extant, utique & Jus primariarum precum iisdem communicari possit, sed ex concessione itidem speciali, quæ in A. B. vix continetur.

§. XII.

Hic observatione dignum judicatur, sub recollectione illa redituum & proventuum, quæ tertiam Potestatis Vicariæ speciem constituit, etiam comprehendi

hendi totum illud Accepti & Expensi complexum. Nimirum ideo collectos voluisse reditus Carolum, quod ipsis Imperii quibusdam necessitatibus commode subvenire possent Imperio tempestive provisuri.

Quin autem & hujus rei rationem noviter electo Imperatori reddere teneantur, prout Administratores vel illi qui delegata gaudent potestate, non dubito.

Sic quoque manifestum est, quod si quid in commodum & usum Imperii de suo à Vicariis collatum foret, tempore Interregni, ad ejus refusionem præstandam utique omnino obligari novum Imperatorem vel Imperium.

§. XIII.

Quod si contingit Vasallos Imperii de feudis suis investiendos esse, & hanc quoque potestatem, ceu quartam juris Vicariatus partem Vicariis concedit A. B.; addendo & *juramenta fidelitatis vice & nomine S. Imperii recipiendi.* Hæc vero de feudis minoribus sunt intelligenda; Majora enim seu Vexillaria soli Imperatori reservavit Carolus, ut videbimus in sequentibus. Quod juramenta fidelitatis attinet, *ea per Regem Romanorum postea electum, suo tempore omnia innovari & de novo sibi ipsa juramenta præstari debent.*

§. XIV.

Vidimus sic breviter, quid per expressam Constitutionem Vicariis adjudicat A. B. Restat, ut paucis adnotemus & ea, quæ ipsis vi Legis non competunt: Nam quicquid Vicariorum potestati adimit A. B. illô & carere eos omnino arbitror. *1. Feudis Principum*, sc, tam Ecclesiasticorum, quam Secularium, *duntaxat exceptis, & illis, quæ* Vanlehen *vulgariter appellantur; quorum investituram & collationem soli Imperatori vel Regi Romanorum specialiter reservamus.* Feuda Principum Ecclesiasticorum cum sceptro, Secularium per vexillum concedi solebant. Fahn-vel Fahn-Lehen ideò appellantur, quod à Principe tradi & conferri solerent. Non solos vero Principes gaudere Feudis vexillaribus, ceu vult Buxtorf. ad h. l. Sed & reliquos Dominos Territoriales, aperte satis innuere videntur verba; *& illis quæ &c.* Superflua enim alias forent.

Omnem vero vexillarem investituram sibi reservarunt Imperatores, ut ex hoc loco patet, & ex Recessu Imper. Worm. A. 1521. vom Regiment; §. Und behalten uns bevor die Belehnung der Lehen und Regalien derjenigen, die Sie unter den Fahnen offentlich mit Solennitæten pflegen zu empfahen, zu verleihen.

Hinc emendatione opus habet Vulgata Moguntina translatio A. B. c. V. ubi, ausgenommen der Fürsten Fahn-Lehen. rectius enim vetus MS. habet, der Fürsten Lehen und Van-Lehen, sicuti & Textus Latinus.

Quid

Quid autem hodie circa Feuda Majora, h. e. quæ plurimos & magni momenti reditus habent, disponere valet solus Imperator vid. capit. Leopold. Art. XXX.

2. *Ipse tamen Comes Palatinus omne genus alienationis seu obligationis rerum Imperialium hujusmodi Provisionis tempore expresse sibi noverit interdictum.* Ubi itidem inconveniens est Lectio Versionis Moguntinæ: Derselbe Pfaltzgraffe hat aus Kayserl. Güte zu verbieten alle Veräusserung rc. Verus & genuina sic habet: Doch so soll derselbe Pfaltzgrave wissen, daß ym offentlich verpoten ist alle veråndrung oder Versetzung des Reichs gut die Zeit er Vormunt ist;

Quin autem hoc & Saxoni prohibitum sit, nullo caret dubio. Ipsi enim Imperatori nullatenus integrum est bona seu partes Imperii alienare vel oppignorare, prout caute satis & opportune hæc Clausula inserta est Capitulationi Carolinæ §. 9 & reliquis omnium Impp. Et super hanc rem legi sane meretur Conringius *de fin. Imper. L. II. c. XIX p. 373. & seq.* qui zelo non fucato de veritate rei differit. Porrò & titulus Imperatoris omnem Imperii diminutionem sancte abdicat; zu allen Zeiten Mehrer des Reichs.

Hinc ergo patet in Vicarios suos id juris conferre non posse Imperatorem, quo ipse non gaudet.

§. XV.

Hac §. ostensuro, quid in *genere* & citra has expressas Potestatis species Vicariis, LL. Fundamentalibus & Reipublicæ forma salvis, competere possit, inprimis facile videtur judicium de iis, quæ Imperatori non sunt licita citra consensum omnium vel certo in casu certorum Statuum, ut *jus decernendi belli, Legum ferendarum*, & id genus alia, de quibus disponit J. P. Westp. Art. 8. Gaud. & Capit. Car. V. §. 2. Scilicet ea nec à Vicariis absolute exerceri posse. Reliqua autem cuncta Vicariis concessa, salvo omni jure, existimantur, quæ vel moram; quâ ad novam opus est Electionem sive regressum Imperatoris, pati nequeunt, vel in præjudicium succedentis aut redeuntis Principis non vergunt. Cuncta dico, quæ ad Imperii commodum & salutem statuum spectare possunt. Nam Imperii naturam considerando, ideò potestatem supremam in aliquo residere invenio, quod omnia in conservationem Boni Publici dirigi debeant. Hic enim est scopus omnium Rerumpublicarum & Societatum, etiam pessimarum. Atque sicuti salus Reipublicæ pro summa Lege meritò habetur, ita nullatenus subsumi potest, voluisse Legem his, qui vicem Imperatoris, tanquam vivi & præsentis, gerent, illa adimere vel non permittere, quibus salus Publica vel maxime eget, vel ut fundamento innititur. Venia ergo detur, quæso, si paulum à rigore Limnæi recedam, ejusmodi nimis stricte ferentis sententiam,

T. I. L. III. C. de Vic. Imper. Vicariis amplius concessum nihil esse, quam quod expressum reperitur in A. B, præcipue cum ipse sibi contradicat *Lib. 8. c. 1.* Vicarios statuendo Academiis Privilegia concedere posse. Isti itaque Limnæianæ Regulæ talem potius darem Metamorphosin: Vicariis non plura adimi posse, quam quæ prohibet Aurea Bulla, Reliqua, quæ subticentur, pro concessis habenda; nisi quæ Imperatori soli ratione electionis aut coronationis novæ competunt, ut jus Primariarum Precum, &c.

§. XVI.

Porro ex quo fundamento Camiti Palatino ad Rhenum atque Saxoni præ cæteris Principibus & Officialibus omnibus Vicariatus Prærogativa fuerit concessa, non vana visio videtur. Quod non tam ex familiarum potentia ac splendore, vel antiquitate aut necessitudine, neque ex Caroli IV. demum Privilegio arcessendum, quam ex prærogativa Principum Officialium Imperii partim, partim etiam duplicis generis jurisque Provinciis Germaniæ, juris scilicet Francici, atque Saxonici. Quod posterius fundamentum A. B. non obscure indigitat. Etsi enim Natio Germanorum universa in plures nationes gentesve particulares jam tunc olim hodieque divisa sit, atque olim etiam una communis omnium lingua Celtica, itemque jus ac mores, quos C. Tacitus inprimis nobis descriptos reliquit, certum tamen est, quod post illustris istius scriptoris tempora, prævalentibus ex una parte Saxonibus, ex altera Francis, totum Germaniæ regnum in duas quasi Diœceses fuerit divisum, quarum altera Saxonum potentia, jure ac dialecto, altera Francorum Imperio, atque idiomate usa: præsertim postquam & Alemanni & Bavari Francorum Imperio jam tum subjecti fuerint, quum Saxones inter partes Imperii à Carolo M. reciperentur. Quod jus præcipuè Saxonibus ab Ottone I. Imper. confirmatum, erecto tandem Saxoniæ utriusque Ducatu. Francica porrò Diœcesis tanquam primaria, vix poterat administrationi alterius committi, quam primatio quoque Principi atque Officiali Imperii aulico, qui ipse fuit Comes S. Palatii aut Comes Palatinus ad Rhenum, Judexque Aulicus. Moris siquidem Francici & Germanici semper fuerit, ut Officiales Regni Primarii Seculares quinque essent, abrogato videlicet Majore Domus atque Patriciis Francorum, quorum numerus postea ad quaternarium fuit reductus. Inter eos primas tenuit Comes S. Palatii, post quem fuit Comes stabuli seu Marescalcus, quem secutus Dapifer, hunc Pincerna, & denique Camerarius. Minores enim Palatii ministri huc jam pertinent. Comitis S. Palatii officium constitit præcipue in justitiæ administratione in ipsa Aula, ut constat ex *Capitular. Car. M. L. 3. C. LXXVII. & lib. 2. LL. Longobard. 2. 46. C. 1.*

Hinc-

Hincmarus de Ord. & Off. Palatii Cap. XXI. *Comitis Palatii, inter cætera penè innumerabilia, in hoc maxime sollicitudo erat, ut omnes Legales, quæ alibi ortæ propter æquitatis judicium Palatium aggrediebantur, juste ac rationabiliter determinaret seu perverse judicata ad æquitatis tramitem reduceret.* Walafridus Strab. de Reb. Eccl. C. 31. *Quemadmodum sunt in Palatiis Præceptores, vel Comites Palatii, qui Secularium causas ventilant: ita sunt & illi quos Cappellanos Franci appellant, Clericorum causis prælati.* Aventinus Lib. IV. *Is vicem Cæsaris præsidendo Senatui principali defungebatur, fidem Imperatoris implorantibus aderat, jusque reddebat, fiscum Augusti, prædia salica, reditus Regios procurabat, Cæsareum censum exigebat, nihil citra ejus auctoritatem duci aut decernere, aut statuere licebat.* vid. du Frêne *in Glossar. & inprimis ad Joinvillam Dissert XIV.* ubi etiam docet quod & Reipublicæ, seu publicas caussas, quæ ad statum ac dignitatem regni atque Regis pertinuerunt, cognoverint: Atque non tantum in Palatio jus dixerunt: sed & in *Provinciis.* Unde primo legimus missos Comites Palatii in Provincias ad justitias faciendas: postea in singulis majoribus Provinciis certi ac *Perpetui* Comites Palatini constituti, qui vice Regis & Imperatoris jus dicerent. H. Conringius *in Censura Diplom. Lud. pag. 199.* differentiam quidem inter *Comites Palatii* & *Palatinos* constituit, quod istorum aulicum sit officium, horum Provinciale. Sed Jo. Mabillon Vir CL. *lib. 2. de Re Diplom. C. XI. 13.* ostendit promiscuum utriusque usum: Atque Cap. seq. etiam plures simul fuisse Comites Palatii.

§. XVII.

Altera post Comitatum S. Palatii dignitas *Comitis Sacri Stabuli* & Domesticorum, ut in veteri Inscriptione Stilichonis vocatur, Comes Stabuli *l. 3. C. Th. de Equor. co.* corrupte *Constabulus*, Regino An. 807. cui in Palatio cura Domesticorum & Equorum Regiorum incubuit, foris vero & belli tempore idem exercitum duxit, & Marscalcus seu *Mareschallus* etiam vocatus. *V. H. Speelman. Glossar. Voc. Mareschall.* Aliud Dapiferi fuit munus, quod ministerium mensæ Regiæ primò denotat, quod extensum fuit etiam ad Fisci Regii administrationem, imo ad totius Palatii curam & jurisdictionem atque etiam ad dignitatem militarem & vexilli Regii ferendi: idque sub nomine etiam Senescalci, qui in locum Majoris Domus successisse dicitur Bignonio, atque videtur vox hybrida ex lingua Provinciali, *senu, senicus*, senex, & *scalcus*, ut seniorem seu Primarium ministrum denotet. Quem vero diximus fuisse Comitem S. Palatii: atque H. Speelm. *in Glossar. Diatriba de Dapifero* annotat duo munera in Senescalco fuisse conjuncta, & Comitem Palatii fuisse *magnum* Senescalcum, seu Megadomesticum Græcorum, *minorem* vero Dapiferum in Aula Car. M. & Senescallum seu Domesticum simpliciter. Sed quum tempore Caroli M. di-

versa utique fuerint officia æque ac nomina, Comitis Palatii, & Senescalli sive Dapiferi, successu temporis Dapiferatus adsociatus fuit Comitatui Palatii, ita ut & Comiti Palatii & Dapiferi & Senescalli tituli cum reperiantur in eodem Officiali. *vid. Glossar. du Fresne voc. Senescall.* Et quum antea in Subscriptionibus Diplomatum Regiorum præter primarios Officiales etiam alii, ut *Cocus*, subscripserint: sub Ludovico Grosso R. Franciæ Occident, subscribentium numerus ad *quatuor* illos reductus una cum Cancellario, scilicet ad Dapiferum, qui idem cum Senescallo, Camerarium, Constabularium & Buticularium sive Pincernam: ut observavit *Dom. Mabillon l. 2. de Re Diplom. C. XII. pag. 121.* Unde & illud patescit, ordinem horum Officialium non semper ita accuratè atque perpetuo fuisse tunc observatum, sed forte ratione aut ætatis aut diuturnitatis administrationis variatum. Atque Comitis Palatii dignitatem in Senescallum translatam ab Hugone Capeto, Comite antea Palatii, postea Rege, observavit V. Cl. *Ge. Schubartus de Comit. Palat. pag. 155.*

§. XVIII.

Jure Franciæ Orientalis atque Germaniæ quaternio ille Officiorum Secularium primariorum non tantum stabilitus, sed & communicatus fuit singulis Principibus Imperii per Constitutionem Imperii de Expeditione Romana, quæ communiter Carolo Grasso tribuitur: *singuli vero Principes suos habeant Officiarios speciales Marescalcum, Dapiferum, Pincernam & Camerarium*; ubi Comes Palatii omittitur, quia Palatii jus ad Regem solum pertinebat; jus tamen analogum ad Marescallum, ut jure Franciæ Occidentalis ad Senescallum tum relatum. Utut porro in ordine horum officialium sæpe variatum fuisse reperiatur, tandem tamen Aurea Bulla ordinem perpetuum introduxit, spreta intermedia varietate, fundamentum ipsum secuta: Quod ipsum etiam ut eo solidius ad futuram disceptationem jaciamus, hæc ita præmittenda esse censuimus, eaque ex re fore.

§. XIX.

Jam de Palatino in specie fusius agemus. Originem Vicariatus Palatini innuit A. B. Cap. V. in verbis: *Illustris Comes Palatinus Rheni S. R. Archidapifer, ratione Principatus, seu Comitatus Palatini privilegio, esse debet Provisor Imperii.* Textus Germanicus Vetus: So soll der Pfaltzgrave vom Rein Vormund seyn des Heil. Reichs, von der Pfaltzgraffschafft wegen. Recentior versio *ratione Principatus* transtulit, von des Churfürstenthums wegen, quum tamen Comitatus Palatinus sit Principatus etiam absque Electorali Dignitate per se, conf. Freh. *Orig. Palat. P. 1. c. 15. p. 112. & P. 2. c. 1.* Cæteroquin in concreto verum est, quod Comes Palatinus ad Rhenum, qui Electorali dignitate

non

non est præditus, non gaudeat Vicariatus Jure: itaque sequitur: und der Pfaltzgraffschafft Freyheit wegen. Officium scil. Aulicum Comitis Palatii Imperialis est origo & fundamentum juris Vicariatus, quod ut reliqua ab initio non fuit hæreditarium: successu temporis tamen Officia illa Aulica etiam minora jure feudi fuerunt concessa, & territorio feudali præsertim certo in perpetuum annexa, ut Successor in tali feudo regali eo ipso in jus quoque Vicariatus succederet. Porrò feudum hoc hæreditarium ita concessum & in territorio radicatum, ad Rhenum situm esse dicitur, quæ *de Rheno* facta cognominatio à primordio non fuit: Qui ergo natales ejus?

§. XX.

Enimvero bona Patrimonialia Comiti Palatii Regum Francorum, atque ipsi Pipino & Carolo M. à quibusdam sub ista qualitate adhuc adsignantur, ab aliis Palatium Trevirense, ab aliis Palatium in medio Rheni apud Cubas situm, quos rejicit Hubertus Thomas Leodius *Annalium de Vita Friderici II. Comit. Palat. lib. 1. pr.* Ipse vero ait Pipinum atque Carolum ut Majores Domus adhuc, i. e. Comites Palatii in patrimonio tenuisse amplissimo ad Mosam Jopillam, Aquisgranum, Duream, & totum tractum ad Mosam atque circa Leodium, Districtum Juliacensem, Clivensem & Bergensem, Brabantiam, Antwerpiensem Marchiam, & Districtum ad utramque Rheni ripam ab exitu ejus usque ad Argentoratum ferme, Arduennam sylvam præsertim ubi attingit Rhenum, & vetus Palatinatus etiamnum hodie appellatur. Sed hanc assertionem Auctori suo relinquimus, quum nec ipsam satis probare videatur, & à Majore Domus ad Comitem Palatinum Rheni ejusque sive Patrimonium sive Feudum regale nulla sit consecutio. H. Conringius *in Censur. Diplom. Ludov. pag. 199.* arbitratur Comitem Palatinum Rheni à Friderico I. Imp. quasi substitutum fuisse in locum veterum Palatii Comitum. Sed antiquiorem esse Palatinatum ad Rhenum atque ad Arnulfum Imp. Car. M. adnepotem referendum esse, auctor est Andreas Presbyter Ratisbonensis in Chron. Bavar. qui ait: *Arnolfus Regum Europæ famosissimus, castrum Scheyrn in terra Bavariæ construens.* Comitatus Palatinos *ibidem instituit. Inter cujus filios Arnoldus accepit Ducatum Noricorum*, (i. e. Bavariæ) *Wernherus Comitatum in Scheyrn & Comitatum Palatinum Rheni.* Idem Andreas in Vernaculo reddit *Comitatus Palatinos*, Gefürstete Graffschafften, Vixit Andreas hic sub Sigismundo Imp. quemque Cives sui Livium censuere, teste Aventino.

Ait Arnulfum Imp. *Comitatus Palatinos instituisse*, unum Schiræ, in Bavaria, alterum ad Rhenum. Unde Otto, qui post Heinricum Leonem Dux Bavariæ factus, Comes Schirensis, appellatur Comes Palatii à Radevico *Lib. 1. de Gest. Frid. I. c. 20.* Wernerum de porro reliquisse Ottonem & Eckardum filios, atque

atque Ottonem in divisione accepisse Comitatum Palatinum Rheni & construxisse Castrum Wittelsbach, idem Andreas refert. Enimvero licet in dubium recentiores vocent, quod Andreas Fratres Arnolphum sive Arnoldum & Wernherum vel Eberhardum, vel Hermannum aliis, filios ipsius Imp. faciat, sed potius fuisse filios Arnulphi Ducis Boiariæ & nepotes Luitpoldi Ducis Boiariæ, cujus mentio apud continuatorem Reginonis p. 73. quod & Freher. ad Andream observavit; Certum tamen est, & Arnoldum illum & Wernerum sive Hermannum fuisse Comites Palatinos ab Ottone I. Imp. in Bojaria constitutos, non de novo, ut videre est apud Aventin. *L. IV. pag. 296.* Etsi igitur circa Genealogiam hanc, ut alias dubium sit, nec tamen quoad rem ipsam ratio est, cur Andreæ fidem derogemus, quod utrumque Palatinatum Bavariæ & Rheni ut hæreditarios instituerit Arnulphus Imp. & illum affixerit Schyrensi territorio, hunc vero Rhenensi; quum enim ipsi præ aliis Bojaria sua placeret, ut ibi potissimum resideret, necessarius ad Rhenum erat Vicarius: ut & in Saxonia. Atque quum subinde etiam ex Bojaria ab hostibus evocarentur, in ipsa quoque Bojaria Vicarius constitutus seu Palatinus, quæ dignitas apud Comites Schirenses continuavit, donec & ipsum Ducatum à Frid. I. Ann. 1180. adepti. M. Freher. *P. 2. Orig. Pal. C. 1.* hunc Andreæ locum de Palatinis Inferioribus accipit, sed non ad mentem Andreæ, qui mox sese ipse explicat: *Wernerus Comes in Schyrn, frater Arnoldi Ducis Bavariæ genuit Ottonem & Ekkardum (aliis Eberhardum) qui simul diviserunt: Otto accepit Comitatum Palatinum* Rheni, *& construxit castrum Wittelsbach: Ekkardus vero remansit in Scheyrn.* Unde constat, Andrea certe teste, Comites Palatinos Rheni jam tum præter tractum ad Rhenum etiam in Bavaria obtinuisse terras, & speciatim, Castrum Wittelsbach, cujus possessio penes eos mansit usque ad Ottonem Cæsaricidam, quo profugo An. 1208. Ludovicus Dux Bavariæ Wittelsbach patruelis sui regiam, *ait Aventin. L. VII. p. 406.* incunabula majorum suorum diruit, solo æquavit, templumque ibi Deiparæ Virgini condidit. Comitatum vero palatinum Rapoto ab Attenberg adeptus, qui vices Cæsaris absentis præsidendo Tribunali perfungeretur, ut idem loquitur.

Andreæ suffragantur Annales palatini, de quibus hæc Irenicus in Germ. Exeges. L. 3. C. 54. *Palatinorum Annales Carolum M. filium ejus Ludovicum Palatinum constituisse referunt, & post hunc Ludovicum Regem, inde ejus filium Arnulfum, inde Bernherum quendam in Palatinos evasisse.*

Quicquid tandem ejus sit, quum in re obscura temere aliquid definiendum non sit, illud sane non est inficiandum, Comitatum palatinum Rheni varios possessores nactum fuisse. Sifridus pater S. Kunigundis conjugis Henrici II Imp. Comes palatinus Rheni Magnus appellatus à Trithemio *Chron. Hirsaug.*

ſaug. An. 1060. utrum ab Ottone Com. Pal. Theni, qui Wittelsbach exſtruxiſſe ab Andrea dicitur, ſit, incertum eſt, ratio tamen temporis forte non refragabitur. Ejus filius Ezzelinus Com. Pal. Rheni litem Imperatori moverat ob dotem ſororis per decem annos, tandem reconciliatis animis Imperator ei donavit Inſulam S. Swigberti cum oppido Angiæ Cæſarianæ, quam vulgo *Keyſerswert* appellant, duobus fere à Noveſio milliaribus juxta Rhenum fluvium, cum omnibus pertinentiis, atque oppidum *Dusberg* inter Rhenum & Rutam flumina cum omnibus proventibus, itemque *Salfelt* cum omnibus emolumentis ſuis: Hæc non modica regni beneficia de conſenſu Principum, memorato Comiti Palat. & omnibus hæredibus ſuis donavit, ut refert idem Trithem. Chron. laud. an. 1014. ubi & proprius fundus ejus Bruwiler dicitur, uno milliari diſtans à Colonia, in quo Cœnobium fundaverat. Ezzelini Pronepos fuit Eberhardus Dux Moſellæ, de quo linea continuatur Comitum Palatinorum, ait Trithem. Chron. Hirſaug. an. 1060. & Frater ejus Heinricus Comes Pal. Rheni & Dominus de Lacu, ſive Lacenſis, de quo Freh. Orig. Pal. P. 2. C. 9. Porro Caſtrum & Civitatem in Heidelberg, Comitiam in Stahlbuhel & villam Neckirowe ex antiquo in feudum ab Epiſcopis Wormatienſibus tenuiſſe Comites Palatinos Rheni, teſtatur Simon Epiſcopus Wormatienſis in literis Inveſtituræ, quas deſuper renovando dedit Ludovico Com. Pal. Rheni X. Kal. Jan. 1287.

Huic igitur territorio, quod multis variisque acceſſionibus auctum fuit, alligatum eſt jus Comitis Palatii ad Rhenum, primatis inter cæteros Palatinos Comites in Bavaria, Suevia & Franconia, quos recitat Jus Alem. Prov. C. XIX. & Jus Sax. Prov. L. 3. A. 53. Et vid. Ge. Schubartum de Comit. Palat.

Territorio itaque Palatinatus ad Rhenum hæreditarie annexum fuit jam tum tempore Imperatorum Carolinæ ſtirpis, primariò officium *Comitis S. Palatii*, & eo ipſo conſequenter etiam Vicarii Imperatoris, ut ex antecedentibus liquet, quum Comes S. Palatii vice Imperatoris vel Regis jus dixerit, & de ſumma Reip. conſultationes atque curias egerit, ut adeo jus Vicariatus & Comitis S. Palatii non tantum integraliter, ſed & eſſentialiter ſibi invicem ſint unita. Ex intervallo deinde contigit; quod duo diverſa officia Comitis Palatii & Dapiferi fuerint uni Officiali conjunctim concredita. Quæ unio utpotè accidentalis, eò facilius quoque diſſolvi iterum potuit. Tertio denique Comitivæ S. Palatii, ut primario officio ſeculari aulico, ſemper quoque infuit jus eligendi Imperatorem, unà cum reliquis & officialibus Imperii & principibus ac Statibus, ſed per A. B. demum excluſis reliquis ſeptem illis Officialibus jus Electoratus ſolis competere cœpit. Unde tamen conficitur, Jus Vicariatus à Comitatu Palatino ad Rhenum, tanquam à cauſa ſua immediata & proxima dependere, non ab Electorali dignitate, multo minus ab Archidapiferatu, quum utraque dignitas

auferri possit & separari à Comitatu Palatino ad Rhenum, Vicariatus non item.

Par ratio fuit circa Vicariatum Saxonicum. Neque enim ab Electoratu immediate dependet ille, sed à Principatu vel Comitatu Palatino Saxoniæ, cui annexa & Archi-Marschallia S. Imperii, ut apertissime patet ex singulari A. B. quam Carolus IV. Ducibus & Elector. Sax. de jure & successione Electorum Saxoniæ An. 1376. IV. Id. Junii dedit, exhibita à Goldasto *Constit. Imp. T. 1.* ubi toties quoties inculcatur, jus Electorale manifeste competere Duci Saxoniæ, tanquam Duci Saxoniæ ac Imp. S. Archimareschallo, non vice versa, itemque Ducatum, Principatum & Comitatum Palatinum Saxoniæ & annexam Archimareschalliam S. Imperii obtineri cum omnibus libertatibus & honoribus, (inter quos præcipuus Vicariatus) nec non jus & potestatem eligendi Rom. Regem, tanquam dependens à priori. Itaque pariter Principatus & Comitatus Palatinus Saxoniæ fundus est ac fundamentum, cui hæreditariè inhæret Officium Comitis Palatini in Saxonia vice Imperatoris jus dicentis: adeoque essentialiter Vicariatus concurrit. Adjuncta huic fuit Archimareschallia Imperii, quæ tamen à Ducatu & Comitatu Palatino Saxoniæ abesse potest, salvo Ducatu & Comitatu Palatino Saxoniæ, atque imo & absuit antequam hæreditario jure uni certæ familiæ atque territorio officia aulica fuerunt annexa: plane vice Regis aut Imper. jus dicere in Saxonia à Comitatu Palatino Saxoniæ per essentiam suam abesse nunquam potuit.

§. XXI.

Igitur non solum ex Aureæ Bullæ verbis, *Comitatus Palatini Privilegio*, liquidum est Vicariatu gaudere Comites Palatinos, sed & ex literis Car. IV. quæ in Confirmatoriis Car. V. exhibentur à Goldasto in den Reichs-Satz. *Constit. 40. p. m. 241.* Ubi & antiquitas hujus officii docetur: Solche Freyheit von alten und langen Zeiten gehabt haben, scil. Comites Palatini, qui Electores. Ex antiquo itaque & longo tempore hac Vicaria potestate gavisi sunt Comites Palatini sub quieta possessione & continuo, pro re nata, exercitio, usque ad primordia fere præsentis Seculi, atque proscriptionem Electoris Frid. V. R. Bohemiæ. Præterquam quod Duces Bavariæ uti totum jus Electorale ad se pertinere contenderunt, ita speciatim Vicariatui Palatino sese subjectos esse negarunt, & an. 1612. in Camera Spirensi recessum protestatorium contra citationem Cameræ nomine Vicariatus Palatini & sub sigillo illius emissam in caussa Ottingen contra Beyern proponi fecerunt. Itemque A. 1614. per scriptum publicum, cujus tit. Kurtzes Gegen-Bedencken und Bericht von der Churfürstl. Pfaltz Vicariats-Gerechtigkeit: in quo quidem multa exempla afferuntur, quod Sigismund. Imp. præter protectionem Concilii Basileensis, etiam in aliis causis com-

commissiones decreverit Wilhelmo Duci Bavariæ, non Ludovico IV. Elect. Palat. quum in Italia esset; Sed patet ex Epistola Ludovici subjecta sub lit. P. P. quod eodem tempore se subscripserit Vicarium Imperii, An. 1432. quæ potestas longè differt à Vicario & protectore Concilii speciali, & commissionibus singularibus.

Dum porrò Fridericus ille ob motus, quos sub suo ductu moliebantur Bohemi dignitate sua Electorali cum omnibus ad eam pertinentibus juribus, atque & hac Vicaria potestate exueretur, Electoratus ipse in Bavarum per inevstituram est collatus, & unà cum ipso hoc quoque jus Vicariatus. Restituto autem postmodum per Instrumentum Pacis Westph. in Electoratum & sua majori ex parte bona Palatino Carolo Ludovico, Frid. Filio, & hoc sibi, jam tum Electori, competere putavit jus sub iis, *quibus ante motus Bohemicos Electores, Principes Palatini gavisi sunt.* Atque quum Elector Bavariæ post Instr. Pacis investiretur denuo de Electoratu Bavariæ, omissum fuit jus Vicariatus in literis investituræ an. 1652. ad instantiam Palatini, *Limnæ. Add. 3. 11. pag. 219.* nec per omnia diffitetur autor Gegen-Berichts An. 1657.

Verum data post decennium fere occasione magnam Palatino litem hoc nomine intendit Bavarus, cujus cardo cum in interpretatione voluntatis Legislatoris Art. IV. vertatur, nec alius sit Legem interpretari, quam cujus potestas eandem ferendi, vel abstinendum prorsus est à decisione aliqua, vel convenienti utriusque partis rationum consideratione, media saltim per Civilem Medicinam ostendenda, quibus optime illæsis omni ex parte juribus controversia hæc componi queat; Visuri primum §. sequ. ex brevi historica commemoratione, quando & quænam incunabula cœperit, & quousque se extenderit.

§. XXII.

Diffidia & vehemens nimis æmulatio, quæ inter has duas Domos Bavaricam & Palatinam semper & quidem præcipue sub hoc currente seculo fuerunt, per obitum Imperatoris Ferdinandi III. valde recrudescere cœperunt. Illo enim An. R. S. 1657. 2. Aprilis st. n. vitam cum morte commutante, nova inter eas controversia, ratione Vicariatus Imperii orta est.

Et sicuti jam Vicariâ Reipublicæ curâ opus erat, Bavarus eam sibi, ut Electori & Archidapifero, unice competere arbitratus, & opportuno quodam zelo conata sua celare studens, ante omnia cum Saxone de conjuncta in administrandis Imp. vicibus operâ, & Vicariali sigillo transegit; Literasque susceptionem Vicariatus indicantes ad Status Imperii misit, qui præpropere magis & festine, quam re optime perpensa, gratulabantur.

Palatino molimine Bavari noto, per suas primum Provincias, per reliquam dein Germaniam de violatione sui, sibi soli jam omninò competentis juris

publicis queſtus eſt literis, atque omnem edictis Bavaricis obedientiam ſibi ſubditis inhibuit. Quosdam Principum feſtini ſui applauſus erga Bavarum equidem pœnitebat; ſed quæ jam tum acta erant, retractari non poſſe videbantur. Nec ullo modo de ſua prætenſione remiſſius agere voluit Bavarus: Uterque edicta de Vicariatu Francofurti, Coloniæ & quaquaverſum publicari ac locis eminentibus affigi curavit, quorum formulæ videri poſſunt in Diario Europæo, *ad h. A. & 6. Apr. Ad 12. Maji. Ad 2. (12.) Junii. Tom. I. pag. 310. Ad 1. April. 1658. T. 1. pag. 665. & pag. 698.*

Ex hiſce ad maximas ſimultates incaluerunt animi utriusque: Nam quæ uno in loco machinati ſunt Bavarici, id in altero deſtrui fecerunt Palatini. Sic Coloniæ Agrippinæ Bavaricum Diploma Curiæ Urbis appenſum reſcindi ſuumque affigi fecit Palatinus; Quodque & ſuſtulit primum Bavarus, poſtmodum vero ſuo à latere junxit.

Adſcripſit ſibi hoc Vicariatus jus ex occaſione verborum, quæ in J. P. Art. IV. §. 3. habentur, & quatenus S. R. J. Elector poſt Regem Boh. Secularium primus & Archidapifer, ſicuti ſequentia de argumentis utriusque partis pluribus docebunt.

Palatinus vero *ratione Comitatus Palatini*, & quatenus majores ſui, ut Comites Palatii, hac poteſtate gaviſi, id juris ſibi deberi oſtendit per Apologiam quandam, quam ea de cauſa ſub titulo Kurtzer und Summariſcher Bericht ꝛc. edi curavit. Sic viciſſim quoque Bavarus Relationem reciprocam (Ein Gegen-Bericht) publici juris fecit: Atque poſtmodum multa hinc inde publica ſcripta exſtitêre, prout quisque ſuo favere viſus eſt Domino: & hinc Principum animi acerrime exagitati ſunt.

Bavarus hoc tempore ſeptem agmina Equitum Peditumque juſſit conducendos, eo quaſi intuitu, hoc ſibi jus vi & armis iret pervictum, vid. Diar. Europ. loc. cit. quod tamen aliàs Statibus Imperii per ult. §. Inſtr. P. ſub crimine fractæ Pacis ſevere prohibetur. Ipſi enim animum maxime addidit ſua potentia & Auſtriacorum reliquorumque favor; optime namque noverat plus tum temporis ſibi acceſſiſſe Saxonem, quam Palatino, ceu ex reſponſo ejus ad literas Palatini nunciatorias de die 19. Aprilis apparet. Quippe qui, *admirari ſe, quod nunc de ſuo in Vicariatum jure certiorem ſe facere velit Palatinus: Mutata enim eſſe illa per Inſtr. P. Weſtph. quæ olim conſtituit A. B. Se ergo in partes ejus ire non poſſe: Sed jam tum cum Bavaro ratione Sigilli Vicariatus conveniſſe: Nec aliter ſeſe gerere potuiſſe argumento novæ Sanctionis Pragmaticæ*, oſtendit. vid. Diar. Eur. ad h. d. & ad 5. Maji. A. 1658. ac conf. Diſc. ad Inſtr. P. W. D. XXVI. P. I. p. 452.

Hiſce & ſimilibus ita geſtis interpoſuit ſe Collegium Electorale, atque hanc litem non niſi æterni inter has inclytas Domos diſſidii fomentum fore videns

dens, utrumque ab omni contentione & acerbo conflictu ſub gravioris pœnæ conſtitutione in poſterum prohibuit, revocatis & oblivione deletis prioribus; *vid. Citat.* Quoad reliquum autem, res ipſa tunc indeciſa manſit.

§. XXIII.

Quandoquidem autem durante hujus controverſiæ tempore per plurima, uti dictum, ſcripta publica res hæc ventilata ſit, opellæ pretium me facturum exiſtimo, ſi brevibus hic primaria utriusque partis argumenta nectam.

Pro parte Bavarica

Palmaria hæc fere ſunt.

I. Conferri in Bavarum Electoralem Dignitatem per verba clara Inſtr. P. Weſtph. cujus annexum omnino ſit Vicariatus.

II Non concedi Palatinis Vicariatum in verbis reſtitutoriis. Ergo id probent, Inveſtituram Maximiliani tribuere poſſeſſorium, qua in totum non ſit abolita.

III Non in aprico eſſe, quis Comitum Palatinorum primus Vicarius vel primus Elector.

IV. A. B. mentionem facere Electoratus, cujus cauſa Vicarius conſtitutus ſit Comes Palatinus: Nam Germanica verſio dicit, des Chur‚Fürſtenthums und Pfaltzgrafſchafft wegen.

V. Exſtare factum Ruperti. Nec uſos Electores antiquitus inſigni Comitis Palatini in Vicariatu, ſed Electoris. Et quæ id genus alia.

Nunc priusquam Palatina adduci queant, obiter ſolummodo diſquiratur, quid hiſce regeri poſſe videatur. Et quidem primum quod attinet, inficias ire nemo poteſt, quin Electoralis dignitas Bavaro conferatur per dictam Legem. Sancitur enim Art. IV. §. 3. *Et primò quidem, quoad Domum Bavaricam Dignitas Electoralis, quam Electores Palatini antehac habuerunt, cum omnibus regaliis, officiis, præcedentiis, inſigniis, & juribus quibuscunque* ad hanc dignitatem *ſpectantibus, nullo prorſus excepto. &c.*

Nam vero hæc verba tam clara ſint, inde ut ſponte ſequatur, ſub hac dignitate Electorali omnino comprehendi debere jus Vicariatus, ſatis forte non cerni probatum. Nam quæ non expreſſa ſunt, jure prætendi nequeunt. Sub Regalibus enim, officiis, &c. ſatis intelligi poſſunt, Archidapiferatus, primus poſt Regem Bohemiæ in celebratione Curiæ locus, & ejusmodi alia. Non autem ea, quæ Comiti Palatino, quâ tali, ſpecialiter ſunt conceſſa. Ut jus judicandi Cæſarem, Vicariatus. &c. A. B. c. V. §. 1. 3.

Notabile enim eſt, quod ea demum officia in J P. Bavaro conceſſa eſſe dicantur, quæ *ad hanc* conceſſam *dignitatem Electoralem* ſpectant. Quum au-

 tem

tem transactiones sint stricti juris & interpretationis, non poterit extensio fieri ad ea officia & jura, quæ Comitatui Palatino ad Rhenum præcise & fundamentaliter inhærent, in quem & omnia ei inhærentia jura una cum nova Electorali dignitate restitutus fuit Comes Palatinus & in suum Palatinatum ad Rhenum, eoque ipso in jus Vicariatus atque in jus dijudicandi causas Cæsarem spectantes.

Unde ad secundum patet non incumbere Palatinis probationem aliam, quam quâ ostenditur Annexum Electoratus non esse Vicariam illam potestatem.

Quid de possessorio, quod Bavaris tribuit Investitura Maxim. I. sit judicandum, vel ex eo apparet, quod hæc ex parte abolita sit, nam etsi negari non possit ipsi A. 1623. per investituram collatum esse Electoratum una cum Vicariatus jure, ea tamen cernitur fuisse causa, quod & ipse Comitatus Palatinus Rheni ei concessus fuerat, quod existente fortecasu vacantiæ nullus certus non existeret Vicarius, quæ vero post restitutionem Palatini valere non potest.

Ad tertium, per Historica, quæ referuntur, exempla aliasque ex jure veteri probationes monstratur Aureæ Bullæ tempore longe vetustiorem esse Comitis Palatini Vicariatum, quum semper pari passu ambulaverit cum ipso Comitis Palatii officio. Et quid si non foret? Exinde tamen Bavaris nullum enascitur argumentum: Quin potius sufficere Constitutionem Car. IV.

Ad sequentia respondent, Sprengerus *Jurispr. Publ. L. II. C. XXX.* Limnæus *ad A. B. C. V. Obs. V.* & Burgoldensis P. I. Disc. XXVI. Atque data occasione de iis pluribus infrà: Sicuti etiam si quid amplius pro Bavaro statui possit: Hisce *in modum discursus* saltim dictis.

§. XXIV.

Jam de Palatinis argumentis videamus. Et licet solidè satis asserantur Palatino sua jura, & præcipue hoc Vicariale per publica illa scripta, quæ pro parte ipsius exstant, ita ut si ea hic loci adscriberem, crambem bis coctam proponere me velle viderer; cum tamen & nonnulla supersint dicenda, quæ eâ, quâ huic negotio vacare licuit, curâ observare potui, non possum non brevibus & illa ipsa addere.

Videtur autem hic statum Palatini dupliciter esse considerandum; qualis nempe ille fuerit ante, & qualis post Instrumentum P. Westph. respectu Vicariæ hujus potestatis. Priusquam sancita & hæc Lex, in quieta fuit hujus juris possessione Palatinus, vel quasi per integra tria secula, usque ad terminum supra §. 21. annotatum, quô omnia Electoris Palatini jura, ipsaque dignitas in Bavarum sunt collata, ceu ex literis Investituræ Maximiliani I. liquido apparet.

Post

Post Instr. Pacis verò, & quidem per apertam ejusdem Legis sanctionem, priora sua jura una cum Comitatu Palatino recuperavit. Art. IV. §. 5. *Quoad Domum Palatinam &c. &* §. 6. *Deinde ut inferior Palatinatus totus cum omnibus & singulis Ecclesiasticis & singularibus bonis, juribus & appertinentiis, quibus ante motus Bohemicos Electores Principesque Palatini gavisi sunt, omnibus documentis &c. eidem,* sc. Carolo Ludovico Com. Palat. *plenarie restituantur.* Hinc ergo statim elucet, non solum in Electoratum, qui octavus & tunc ultimus fuit, sed & in ea cuncta jura restitutum esse Palatinum, quæ ad Electoratum vel Archidapiferatum non pertinent, vel quibus ante motus Bohemicos gavisi sunt Comites Palatini,, atque sic per convenientem inductionem sequitur retentum sibi per Instr. P. W. hoc Vicariatus jus, præcipue cum illud per eandem pacificationem non in Bavarum, nec plus, conferatur, quamquod expresse est constitutum. Nam licet quæstio, cujus Vicariatus sit, aperte non decidatur, cum tamen de omnibus juribus & dignitatibus, quæ Palatino antea sunt ablatæ, in Instr P. actum fuerit, consequenter & de hoc Vicariatus jure transactum putatur. Pro se ergo fundamentum juris & præsumtionem habet Palatinus, quòd sc. loco & verbis allegatis tacite de hoc jure actum sit, atque ad petitionem & instantiam ejus clausula illa de Vicariatu Bavaro antea concesso in literis novæ investituræ Ferdinandi Mariæ penitus omissa & exclusa fuerit.

§. XXV.

Fundamentum juris pro se habet, quod scil. Vicariatus jus non ab Electoratu, neque à Dapiferatu, ut indissolubile annexum, sed à Comitatu Palatino & tali officio, dependeat. Hoc autem est, quod negant Bavarici, qui altius originem Vicariatus Palatini, quam ex Constit. Car. IV. non repetunt; Inde statuentes hoc Vicariale jus esse appendicem Electoratus, ob verba, quæ in textu Germanico, des Chur-Fürstenthums wegen, exstant.

Verum huic opinioni ipsa A. B. verba contradicere videntur, *Comitatus Palatini* ratione vel *Privilegio*, quæ si jacent in textu latino, nec contrarium involvere possunt ea, quæ in Germanico des Chur-Fürstenthums wegen leguntur, si modo sano intelligantur sensu. Interim tamen latinus textus pro authentico habetur, & tantò majori gaudere videtur auctoritate, quantò antiquis Imperii Constitutionibus est conformior. Et licet verosimillimum appareat Imperatorem hanc suam Constitutionem prò æquali auctoritate in utrâque lingua promulgatam voluisse, quod & confirmat Cap. XXX. A. B. & Capitulatio Car. V. Art. XIV.

Inde tamen statim non sequitur, à latina lingua recedendum esse, ubi dissentit Germanica; sed inter textum Germanicum veterem & coævum Latino, atque inter recentiorem & interpolatum esse distinguendum, & sine dubio prior posteriori

posteriori praeferendus, quanquam neuter sit authenticus, sed Latini authentici translationes, & quarum auctores non utique idioma latinum ejusque sensum satis rectè assecuti observantur, quod vel ex Procemio apparet, ubi per bella intestina inter Julium & Pompejum, utrumque vocabulum substantive acceptum & sic redditum: **Den strit mit scharfen swertern biß uff das gederme.** quae in recentiori quidem emendata.

Quin imo si A. B. per se ipsam interpretanda est, utique pro certo constat, hanc vocem Principatus, non aliter Germanice, quam per **Das Fürstenthum**, explicandam esse, ceu ex *Cap. VII.* §. *1.* & *Cap. XX.* ubi Vox Principatus saepius est repetita, liquet.

De caetero, quid in probationem argumenti, quod Palitinis ratione Comitatus haec potestas debeatur, dici possit, salvâ quam utrique Principi debemus veneratione, breviter videamus; simul suo loco ostendendo, illud ab antiquiori repetendum principio, quam A. B.

§. XXVI.

Quò à reliquae plebis quasi mixtura & colluvie condigne distinguerentur dignissimi & praeclarissimi quique, nomen Comitis, sicuti & Ducis, Papae, Regis, Imperatoris, in usum communem venisse, optime ratiocinari quis potest. Sic enim apud Romanos appellatio Comitis tanquam Primae dignitatis Magistratusve nomen audiebatur, ut *Comites Sacri Palatii*, *Rei militaris*, *Patrimoniorum*, *Scholarum*, *&c.* de quibus Codex & Nov. Justin. ut: *L. 1. C. de Comit. & Trib. Schol. l. 1. & 2. de Comit. Rei Milit.* & notantur praecipue *l. 1. Cod. de Com. & Archiat. Sac. Pal.* & *L. un. de Comit. qui prov. reg.* Atque Besoldus & Speidel. *Thesaur. pract. voce* **Graff**, Comitis.

Penes Germanos principi semper Comites adfuerunt, uti testatur Tacitus *in de Mor. Germ. c. 13. n. 5. Gradus quin etiam & ipse Comitatus habet, judicio ejus, quem sectantur; Magnaque & Comitum aemulatio, quibus primus apud principem suum locus, & principum, cui plurimi & acerrimi Comites.*

Notat quoque in sua natura nihil aliud vox Comitis, quam quod simpliciter Comes, à Comesse, vel cum & esse dicitur. Imperatores enim vel summi Principes in suos Comites vel aulicos, vel itineris, non nisi eos receperunt, qui vel generis splendore & antiquitate maxime conspicui erant, vel aliàs probatissima vita reliquos antecellabant. Sic Comites Imperatoris, Palatii, vel Palatini, de quorum officio mox videbimus, dicti sunt. Sic Comites quoque, qui provinciis, ut Gubernatores praefuerunt, appellati, ut *Comes Isauriae*, i. e. Praefectus Isauriae Nov. XXVI. C. II.

Deinde Regiae Praefectus, Major Domus, vel post Carolum M. Comes Palatinus quasi pro Synonimis servierunt.

Atque

Atque hinc ſucceſſu temporis in magni honoris vocem & inſignem titulum abivit nomen Comitis, ità ut ſibi gloriæ duxerint etiam principes ipſi κατ' ἐξοχὴν Comitis titulo uti. *v. du Freſne Gloſſ.*

Cæteris porrò omnibus præferri cœperunt Comites Palatini, ob Palatii præ reliquis officiis & Dicaſteriis prærogativam. Neque enim Boxhornio *in Hiſt. Univ. ad A. C. 988. pag. 579.* adſentimur, qui Comites Palatinos non à Palatio, ſed à limitanea Imperii ditione cui præfectos fuiſſe autumat, á Pfal, Paal, Lantpalen, dictos putat, Marcham & Marchiones cum Palatinis temerè confundens.

Penes Germanos, abſente vel ſuper cauſas cognoſcere detrectante Cæſare, Palatino Comiti id facere incubuit. Speidel. in Beſold. Theſ. Pract. voc. Pfaltzgraff. Hinc judex Palatii, Pfaltzgraff, ſicuti Palatium quoque alicubi Pfaltz, E. g. hic Argentorati, dicitur.

Inde ergò eſt, quod in Cap. cit. §. 3. ejuſmodi Primarii judicis officium Comiti Palatino Rheni competere judicat A. B. ceu *ex conſuetudine introductum* eſt. Extra dubitationis aleam itaque eſſe dudum monſtrarunt Scriptores, tale judicandi officium Comitibus Palatinis Rheni, quâ talibus, utique adhærere, reſtat & conſideremus, quid eodem in ſenſu de Vicariatu, cujus judiciaria illa poteſtas tanquam ſpecies eſt, dici queat.

§. XXVII.

Vicariatum potius dici annexum Comitatui Palatino, quam Electoratui, primò vel exinde probari videtur, quod etiam ante Septemvirale Collegium conſtitutum hac Vicariali dignitate gaviſi ſint Comites Palatini. Communis enim Dd. ſententia eſt, ante Friderici II. tempora nullum ejuſmodi inſtitutum fuiſſe Collegium; quod non ſolum ex Martino Polono, quem circa medium Seculi decimi tertii vixiſſe probat Voſſ. *de Hiſt. Lat. L. II. C. LX. p. m. 485.* & primam Septemvirorum mentionem feciſſe judicat Baronius, oſtenditur, ſed & apertis rationibus id evincere ſtudent Onuphr. Panvin. de Com. Imp. c. VI. Thuan. L. II. Lehman. in Chron. Spir. L. V. c. XVII. Conring. de Germ. Imp. Rep. Acroam. IV. p. 106.

Hoc vero tempore antiquiorem fuiſſe Vicariatum, non modo rei neceſſitas ſuadet, ſed & illum penes Palatinos præcipue fuiſſe ſequentia forte evincunt. Cum enim genus ſuum à Carolo M. (cujus tempore nullum exſtitiſſe Electorale collegium, nulloſque Septemviros, apud omnes fidem invenit) ducere dicantur Comites Palatini, veriſimiliter ſtatui poteſt hanc Vicariatus dignitatem unà cum genere ad ſucceſſores & poſteros propagatam fuiſſe. Præcipue enim hoc confirmant ea, quæ de Arnulfo, Carolomanni filio, Caroli Craſſi ſucceſſore traduntur, ſcil. *Carolo Craſſo, quod rebus ſuis publiciſque adminiſtrandis ſupereſſe*

non posset, curatorem datam esse Arnulfum, ut habet P. Æmilius. Curatorem enim agere hic loci nihil vult aliud, quam Vicarium, vel provisorem. Unde & Vice-Imperatorem appellat Arnulphum Compilatio Historica apud Pistorium T. I. Script. rer. Germ. p. 730.

II. Deinde ex clarissimis A. B. verbis, *Comitatus Palatini privilegio*. Inde etiam patet ante A.B. viguisse hoc Vicariale Palatini munus, quod & ex German. Aventini codice L. 7. tit. Wie König Rudolf starb ꝛc. probatur; Nimirum post Rudolfi Habsburgensis mortem interregem fuisse Comitem Palatinum Rheni. Ita enim habetur: In dem Jahr 1290. da Hertzog Heinrich starb, starb auch König Rudolf fünff Monath und eilff Tag hernach, da er seinen Sohn Hertzog Albrechten aus Oesterreich an das Reich wolte gebracht haben, und darumb also das Reich ohne König und Kayser, so ist der Pfaltzgraff am Rhein des Heil. Reichs Vicarii. Latinus Textus Lib. VII. p. 443. ita: Solet in Germania, quamdiu orbata Capite, Præfectus Prætorio Rheni Duxque Bojorum interrex esse, atque Imperii munia obire. Ludovicus tum hujusmodi dignitate defungens apud Rhenum diversabatur, filius ejus Rudolphus in Bojaria degebat, atque uti Augustani, vicini sui, cives Sacerdotes, episcopus, se atque parentem suum tanquam interreges reciperent atque imperata obedienter facerent, postulabat.

Nulla hic Electoratus mentio facta est. Sed & idem testatur Martinus Crusius *L. 3. Ann. Suevic.* & vid. Spangenberg. in Chron. Mansfeld. C. 116. Ubi de Duce Ottone tempore Ludov. IV. loquitur: Daß er die fürnemsten und schweresten Bürden im Reich seither Kayser Arnolfs Tode tragen müssen, und daher auch des Reichs getreuer Verwalter uud Kayserlicher Vicarius genannt wird. vid. Burgold. P.I. p. 454.

III. Ex aliis Imperii Constitutionibus. Sic enim simili jure Vicariatum obtinuisse Electorem Saxoniæ litteræ Sigismundi Imper. de Anno 1414. comprobant, ceu vid. Besold. *Thes. Pract.* Voce Vicarii des Reichs, ubi ait: Solch Vicariat gehört dem Chur-Fürsten aus Sachsen, als einem Pfaltzgrafen. Diese Pfaltzgraffschafft aber ist in Sachsen und Westphalen, und nicht in Meißen, wie aus einem Lehen-Brieff König Sigismunds de An. 1414. zu sehen ist. h. e. Ejusmodi Vicariatus competit Electori Saxoniæ, quatenus Comiti Palatino Hic Comitatus Palatinus autem in Saxonia est & Westphalia, & non in Misnia, sicuti ex literis investituræ Regis Sigismundi de Anno 1514. videre est. Hæc verba nec sine fundamento sunt, etsi nulla Constitutio. In eo tamen errat Besoldus, quod Comitatum Palatinum Saxoniæ in Westfalia ponit, patet enim ex Sigismundi concessione in Saxonia superiori eum esse, atq; in præfectura Alstetensi fundari, quam quum cederet Augustus Elect. Sax.

Sax. Duci Sax. & Exelectori Jo. Friderico, reservavit sibi Jus Palatinatus. *Hortled. de C. B. G. V. 25. 5.* Simili dixi jure; Nam literæ investituræ Saxonis recentiores hocquoque testantur, in quibus habetur, das Chur-Fürstenthum Ertz-Marschall-Ampt und Chur des Hertzogthums zu Sachsen, auch Vicariat und die Pfaltz zu Sachsen mit ihren Zugehörungen.

In Sigismundi Imperatoris Bulla de An. 1413, & 1434. ubi de jure & Successione Elect. Palatinorum agitur, hæc leguntur verba: *Nec non omnia & singula privilegia, donationes & concessiones quaslibet per Divos Romanorum Reges & Imperatores, prædecessores nostros: & Nos, dicti Ludovici progenitoribus Comitibus Palatinis Rheni, & sibi quomodolibet factas, datas & concessas authorizamus &c. & tenore præsentium de certa sententia confirmamus.* Invenies ap. Goldast. Const. Imp. T. I. p. m. 143.

IV. Hæcce jam edocti, obiter & illud addimus, neminem ob Electoratum Vicarium Imperii esse, ergo nec hoc illius annexum; Si enim jure Electoratus veniret Vicariatus, Bohemo utique veluti primo Electori & Regia quoque dignitate fulgenti ille competeret. Sed uti non omnes Electores sunt Vicarii nec Vicarii præcise Electores, quod Exemplo Ruperti in filium suum Ludovicum Vicariale munus An. 1401. conferentis probatur. In Imperio vero Germanico omnes Ordinarii Vicarii habent Comitiam Palatii, & vicissim. Unde concluditur non quâ Electores, Vicarios esse, sed quâ Comites Palatinos. Eatenus enim Electores sunt, quatenus Officiales; quod verbis auctoris magni Chron. Belg. evincitur: *Et quamvis tres Ottones supradicti per successionem generis regnaverunt, postea tamen cum Imperium apud solos Saxones ferre per annos centum perdurasset, institutum fuit, ut per Principes Officiales Imperii Imperator eligeretur.* Item conf. Abb. Stad. *in Chron. p 313. & vid. Gewold. d. S. R. Imp. Septemviratu p. 62.*

Cum itaque jam valde probabile sit, penes Palatinum hanc Vicariatus potestatem ratione Comitatus, in quem per Instr. P. Osnab. restitutus est, esse & fuisse, exceptionis suæ contrarium adserenti probatio incumbere videtur.

§. XXVIII.

Hisce ita præmissis, pro Palatino & ea afferuntur, per tot temporis spatia, quibus hoc Vicariali jure usus & gavisus est, neminem anteà suæ Vicariatus administrationi contradixisse, dum scilicet illam post Aureæ Bullæ constitutionem ab A. 1356. Comitatus Palatini, ceu verba jacent, Privilegio quiete gesserit. Beneficio itaque præscriptionis amplius in hoc suo jure turbari non posse. Recentiorem contradictionem negotium non evertere, cum pro se nullam Imperii Legem habeat, nec aperte de eo jure statuatur in Instr. P. Osn. Priorem ideò

legem in omnibus iis punctis salvam & integram manere, in quibus vim suam ipsi non derogat nova & posterior.

§. XXIX.

Per clarum jam vero literam probari, non amisisse Palatinos suum in Vicariatum jus, cum nihil ipsis per Instr. P. W. ademtum judicari possit, quod expressis verbis positum non sit. Disponit enim solum illud Instr. & quidem Art. IV. cit. de restitutione cujusque partis per injurias belli læsæ, & præsertim ab initio mox de amica compositione inter has duas inclytas Domos, Palatinam & Bavaricam. Et cum jam præter alias in Palatinum factas prætensiones etiam tredecim myriades solvendas postulaverit Bavarus, in majorem hujus satisfactionem, amore Aureæ Pacis, Dignitas Electoralis, Palatinatus Superior unà cum Comitatu Cham in Bavarum ex communi paciscentium consensu & voluntate sunt collata, qui & ideò prætensis 13. Millionibus renunciare tenebatur *Art. IV. §. 4.*

Nullam vero hic apparere Vicariatus mentionem, sed optime præsumi posse illum Palatino cum Comitatu retentum esse, cujus ratione & privilegio ipsi competit.

§. XXX.

Accedit & hoc, quod, uti verbo antea innuimus, in Investitura Ferdin. Mar. & recentissima Electoris Bavarici omnis mentio Vicariatus omissa sit, quandoquidem post Legem sancitam per Pacem Osnabrugensem amplius nihil in Palatinatu Inferiori possideat. Et factum hoc esse judicio atque arbitrio Imperatoris satis monstrarunt Scr. Palatini, atque præcipue ille in Refutatione contrarelationis Bavaricæ, seu ut titulus est: Ableinung des Chur-Bayrischen Gegen-Berichts.

Sponte igitur & ex se ipso quasi sequi, de quo quis non est investitus, illud utique & exercere non potest.

Instant autem hic Bavarici, atque ideò in literis Investituræ nihil de Vicariatu exprimi dicunt, cum expresse hac de re statuat Instr. P. W. per verba: *Sicut hactenus, ita & inposterum maneant, §. 3.* Quæ de investitura Bavari tempore belli facta intelligenda volunt, vid. Aut. des Chur-Bayrischen Gegen-Berichts.

Sed regeritur: non posse verborum contextum, si bene inspiciatur, hanc citra torsionem aliquam tolerare ἔκθεσιν, cum potius illas priores Investituræ literas restringat, siquidem non nisi de Electorali Dignitate, Palatinatu superiori una cum Comitatu Cham, ihidem hoc intuitu sanciatur.

§. XXXI.

§. XXXI.

Demum & hoc additur, Vicariatum non posse commodè Electoratui vel Dapiferatui adhærere & annexum esse, cum nulla omnino connexionis ratio manifesta appareat: Per accidens enim, nec ab initio, juncta sunt hæc duo, ut supra pluribus ostensum: atque τὸ ἐν ἀρχῇ petitur, si quis asserit, mediante Dapiferatu inesse Comitatui Palatino ad Rhenum Vicariatum. Contrarium simpliciter asserit & ut sancitum antiquitus confirmat, quod Vicariatus jus competat & fundatum sit ratione Principatus Palatini, non dicit ratione Dapiferatus quæ in abstracto utique discernenda, etsi in concreto concurrere possint. Porro quamdiu Lex posterior non derogat priori, neque contrarium sancit, permanet utique sanctio vetus, & hic Aureæ Bullæ, quod ratione Principatus Palatini ad Rhenum competat Vicariatus: atqui Inst. Pac. separavit quidem à Camitatu Palatino ad Rhenum Dapiferatum, & separari facile potuit; Sed non separavit Vicariatum ab eodem Comitatu Palatino, igitur adhuc hodie post I. P. illi essentialiter inhærere videtur.

§. XXXII.

De cætero, à Bavaricis oggeritur, Vicariatus jus non tam in Palatinatu ad Rhenum, quam in præcedentia & prioritate inter Electores in A. B. fundari, quæ prioritas per Instr. sæpius dictæ pacis in Bavarum est translata. Imo inconveniens fore, quod si infimus Electorum Vicariam in cæteros exerceret Imperatoris potestatem.

Ad prius reponunt, nodum in scirpo quærere velle videri, cui ipsius A. B. responsio §. 1. Cap. V. sufficiens & clara satis non sit.

Posterius Eruditis non magnum movere scrupulum, nota cum res sit inter Electores Seculares ratione potestatis & extra suum Ordinem Collegialem, paritatem semper habendam esse, cum unus respectu Imperii magis non valeat, quam alter: Reliquis Ordinis solum gratia factis. Sanè constat, Romanorum Imperatoribus inconveniens haud visum fuisse, præfectis prætorio rerum summam atque judiciorum committere, *l. 1. C. Th. de Episc. aud. L. 117. C. Th. de decurion.* ut sacra vice soli verè cognoscerent, *l. 16. C. Th. de appell.* & tamen Consules προεδρίᾳ gaudere *l. un. C. Th. de Coss.* ut & Patriciorum ordinem, etsi sine jurisdictione, *d. l. un. & ibi Jac. Gothofr.* Neque Ottoni M. vitio versum, quod Romam profectus, Hermannum Billingium Vicarium in Saxonia relinqueret, necdum ducem.

§. XXXIII.

Hæc fuere præcipua illa argumenta, quæ pro utriusque parte allegari potuerunt, atque licet hac in controversia decisivam adhuc non tulerit senten-

tiam Imperator, (cujus est unà cum Electoribus ac Statibus super ejusmodi causis cognoscere) laborasse tamen multos Principum, concordiam hisce inclytis Dominibus & dissidiorum oblivionem exoptantium, ut convenienti quadam ratione hæc & aliæ sedari possent controversiæ, quovis fere tempore apparuit. Præcipue autem rem ipsam aggressi sunt circa Annum 1670. atque parum absfuit, quin tota hæc super Vicariatus jure orta lis rite composita fuerit, ceu Tractatus, qui eo tempore sub certis Mediatoribus confecta sunt, satis comprobant, quorum contenta primaria, ut operâ dignissimum pretium, in compendium redacta hic, ut rem Lectori cuivis B. gratam, subnectere voluimus.

EXTRACTUS.

Ex Relatione Germanica.

Der zwischen Chur-Bayern und Chur-Pfaltz nacher Ulm veranlasseter und daselbst gepflogener Tractaten.

OCcasionem ad hos tractatus dederat Landgravius de Fürstenberg, Wilhelmus Egon, hodie E. R. Cardinalis Eminentissimus & Episcopus Argentinensis An. 1670. 17. Decembr. communicatâ aliquâ formulâ Unionis inter utrumque Electoratum: Electis propterea utrinque mediatoribus Maximiliano Henrico AEp. & Elect. Coloniensi, & Philippo Wilhelmo Com. Palat. ad Rhenum. Atque etsi & aliæ inter utramque Domum controversiæ simul ad arctiorem unionem ineundam componendæ essent, primario tamen de Vicariatus controversia actum fuit: quumque antea de tertio Vicariatu erigendo mentio facta fuisset, mox relicto hoc consilio, ea Unionis Formula à Mediatoribus fuit Partibus proposita ad diem 3. Sept. 1671. Ut quoties sedes Imperatoris Romani vacaverit, Vicariatus Imperii ad Rhenum, in Aurea Bulla Palatinatui ad Rhenum concessus, utrique Electoratui communis esset, & conjunctim administraretur per communem Vicariatus Senatum, utiusque Electoris nomine atque communi Vicariatus Sigillo: Directorium per menses alternando, ita ut in proxime futuro interregno primo mense Bavarus, in sequente interregno Palatinus primo mense dirigeret, & in casu discrepantiæ seu paritatis Votorum decidendi jus haberet. Quod si vero hic modus communionis non placeret partibus, alterum proposuerunt: ut alternis mensibus causæ emergentes per cujusque Electores Consiliarios proprios reciperentur, cognoscerentur & nomine illius sui Electoris expedirentur: Atque in primo interregno Bavarus primo mense gauderet, in subsecuturo Palatinus: Atque hanc alternationem duraturarum usque ad extinctionem Octavi Electoratur. Denique Titulaturam alteri ab altero dandam, quâ quisque ipse uteretur. At Bavarus præterea

terea prætendit ſolus jus conſtituendi Præſidem communis Senatus, qui & Directorium haberet & in caſu paritatis Votum Deciſivum

Mediatores porro & Palatinus duos Præſides qui dirigerent alternatim, communi tamen nomine, Unum, qui à Bavaro, Alterum, qui à Palatino conſtitueretur, propoſuerunt: At Bavarus ſuum Præſidem etiam Palatino juramentum præſtare debere obtulit: Sic fore, ut Palatinus Bavaro hactenus coadæquatus, & Bavaro nihil niſi denominatio tantum Præſidis reſervata eſſet, quem tamen ita ſe electurum obtulit, ut neutri antea ſubjectus eſſe deberet.

Circa Titulaturam Communis Vicariatus, Palatinus hanc formam propoſuit:

Ferdinandus Maria & Carolus Ludovicus D. G. Comites Palatini Rheni, Utriusque Bavariæ, ut & Palatinatus Superioris Duces; S. R. I. Archidapifer & Archi-Theſaurarius, Principes Electores, in partibus Rheni, Sueviæ & juris Franconici Proviſores & Vicarii.

At Bavarus iſtam: quaſi Palatina eſſet contra I. P.

S. Dei Gratia Ferdinandi Mariæ, Utriusque Bavariæ & Palatinatus Superioris Ducis, & Caroli Ludovici Comitis Palatini Rheni, Bavariæ Ducis S. R. I. Archidapiferi & AThesaurarii, Principum Electorum, in partibus Rheni, Sueviæ & Juris Franconici proviſorum & Vicariorum.

Quod ad jus conſtituendi Præſidem attinet, Mediator Neoburgicus hoc temperamentum propoſuit, ut illud Bavaro concederetur, Palatini vero Adſeſſor primarius titulum Cancellarii haberet: quod Palatinus ita acceptavit, ut abſente Præſide Cancellarius vice ejus fungeretur. Itemque ſi Præſes cauſam aliquam proponere nollet, ut Cancellario illud facere jus eſſet, eoque caſu tertius Aſſeſſor Palatinus conſtituendus: ut Senatus hic in loco tertio extra Bavariam & Palatinatum in Meditullio Circulorum collocaretur: ut archivi clavem etiam Cancellarius haberet; & Sigillatio in pleno fieret: Titulatura ita ſcriberetur:

Wir

Ferdinand Maria,	Carl Ludwig,
in Ober- und Nieder-Bayern, und der Obern Pfaltz Hertzog, des Heil. Röm. Reichs Ertz-Truchseß und Churfürst ꝛc.	Pfaltz-Graff bey Rhein, des Heil. Röm. Reichs Ertz-Schatzmeister und Churfürst ꝛc.

Und in den Landen des Rheins, Schwaben und Fränckischen Rechtens Fürseher und Vicarii.

Ex his Mediatores novam Formulam Unionis cum temperamentis ſuis pro

propoſuerant, atque dies conveniendi Ulmæ 28. Novembr. 1672. condictus, ſed ad 8. (16.) Jan. 1673. prorogatus fuit. Poſtquam 14. (24.) Jan. tractatus primordia cœperunt, deſiderarunt Palatini, ut finis ultimus, unio utriusque Domus præliminariter tractaretur, ut deinde de mediis ſpecialibus, inter quæ Vicariatus controverſiæ compoſitio præcipua, diſpiceretur: unde communicatio earum rerum quæ cum Aula Cæſarea & Gallica interea geſtæ, ſaltem generatim & reciproce ſollicitata. Bavaro hic tergiverſante, poſt aliarum quoque litium mentionem hinc inde factam, tandem præmiſſis proteſtationibus, hos tractatus ſi compoſitio non ſequatur, neutri parti præjudicio fore, ad tractatus de Vicariatu progreſſum ad d. XI. Febr. atque à Palatino adhuc duo Mediatores religionis Evangelicæ deſiderati: quo ipſo mediatio ſupenſa fuit usque ad 21. Febr. (3. Matt.) Nec tamen, niſi 8. (18.) Martii demum Formula Mediatorum de Vicariatu conſiderata, & declarationes hinc inde factæ, quæ partibus tamen verbotenus non communicatæ, ſed temperamentis adhibitis. Hinc alia atque alia & tandem hæc Formula à Mediatoribus conjecta: I. Bavaro jus eſſe nominandi Præſidem Vicariatus, perſonam illuſtrem, neutri antea ſubjectam, ſed immediatum membrum Imperii, qui tunc utrique juramentum præſtare & officium Præſidis Vicariatus utriusque nomine gerere debeat. II. Bavarus tres Aſſeſſores Relig. Cathol. & unum Secretarium Palatinus totidem Religionis Evangelicæ, & unum Secretarium, conſtituat, utriusque nomine juramento obligandos. III. Primarius Aſſeſſor Palatinus titulo gaudeat Cancellarii, & primo voto, & præcedentia in & extra Senatum præ reliquis Aſſeſſoribus. In Senatu vero ſoli Præſidi præſenti jus eſſe vota evocandi, idque alternative de latere ad latus, præterea in Cauſis Politicis & Civilibus Concluſum per majora pronunciandi, vel ſi paria, ſuo voto cauſam decidendi. IV. Impedito Præſide ad unum vel alterum diem, directorium ſubeat Cancellarius primumque Votum tunc habeat primus Aſſeſſor Bavaricus, concluſum tamen Præſidi communicetur: Viciſſim & Cancellario impedito. Si abſente Præſide vota paria fuerint, redux ille concluſum faciat, vel vice Præſes. V. Si impedimentum alterutrius fuerit diuturnum, fas ſit Bavaro Vice-Præſidem, aut Palatino Vice-Cancellarium conſtituere.

VI. *Aut ſtatim ab initio in eum eventum Vice-Præſidem & Vice-Cancellarium eſſe conſtituendum: In caſum Mortis vero ut in Art. I.* VII. Inſtructionem communi nomine concinnandam eſſe, contra quam quoties unus vel alter facturus quid, id confeſtim ad utrumque Electorem eſſe referendum: Interea vero in aliis cauſis pergendum. VIII. Præſes & Cancellarius Secretum Vicariatus conjunctim in arca cuſtodiant, & ſingulis clavis diverſa concredatur, in Archivo conſervetur & omnes ſigillationes in pleno fiant. Similiter & ad Archivum vel Regiſtra-

Regiſtraturam Præſidi & Cancellario duæ claves diſcrepantes dentur. IX Reviſio conceptorum in pleno Senatu utriusque Religionis Adſeſſoribus præſentibus fiat, ſupplicationes & memorialia non niſi in Conſilio recipiantur & præſententur ab utroque Secretario, & eo ordine, quo exhibentur, proponantur: exceptis his, ubi periculum in mora, quo de conveniatur inter Cancellarium & Præſidem. X. Originalia ſubſcribantur tantum ab utroque Secretario, Bavaro ad dextram, Palatino ad ſiniſtram.

In Judicialibus ſubſcribatur: Vicariats-Gericht. In Gratialibus: Vicariats-Cantzley. Et ſigillum in pleno imprimatur. Schema vero ſedendi hoc eſto:

	Præſes	
Cancell.		1. Aſſ. Bav.
Aſſeſſores Bavari 2.		2. Aſſ. Palat.
3.		3.
	Secret. Bav. — Secret. Pal.	

XI. Si vota paria, Præſes vel ejus Vicarius in cauſis politicis votum habeat deciſivum, ut Art. 4. In cauſis vero religionis obſervetur diſpoſitio I. P. & R. I. de An. 1654. & Stylus Senat. Aul. & Cam. Imper.

XII. Locus Conſilii Vicariatus neque in Bavarico neque in Palatino territorio, ſed in loco tertio & mixto, ubi utriusque Religionis exercitium, eſt eligendus. Ad quod Dunkelſpiel à Mediatoribus propoſita.

XIII. Titulaturam alter alteri exhibeat, quam quisque ſibi tribuit. In cauſis vero Vicariatus hæc eſto, ſalvo cujusque jure:

Von GOttes Gnaden
Wir

Ferdinand Maria
in Ober- und Nieder-Bayern, auch der Obern Pfaltz Hertzog, Pfaltzgraff bey Rhein, des H. R. R. Ertz-Truchſeß und Churfürſt, Landgraff zu Leuchtenberg.

Carl Ludwig
Pfaltzgraff bey Rhein, Hertzog in Bayern, des Heil. Röm. Reichs Ertz-Schatzmeiſter und Churfürſt.

Und in den Landen des Rheins, Schwaben, Fränckiſchen Rechtens Fürſehere und Vicarii.

XIV. & XV. De figura Secreti Vicariatus. His adjecerant Mediatores quædam puncta, quæ ad concinnandam inſtructionem vel Ordinationem Senatus Vicariatus Imperii facerent.

I. Quomodo contra Præſidem vel Cancellarium procedendum, qui officio ſuo non fungeretur.

II. Num acta & producta in pleno prælegenda, an vero alicui ex Aſſeſſoribus tradenda ad referendum oretenus vel ex Scripto.

III. Ut Secretarii juratò promittant, nemini ſine Præſidis & Cancellarii conſenſu, protocolla, SCta, acta & Scripta ſe communicaturos, ſub pœna perjurii.

IV. Secretarii alternative Protocollum & concepta SCtorum obſervent.

V. Præſentationes Memorialium ſecundum utrumque Calendarium, ſed Præfixio terminorum ſecundum Nov. Calendarium, ut in Senatu Aulico fiant.

VI. Duo Cancelliſtæ conſtituantur eo modo, ut Secretarii.

VII. Taxatorum munere Secretarios fungi poſſe. Niſi Ordinatio Taxæ Senatus Aulici placuerit.

VIII. De Salariis miniſtrorum.

Ad hanc Formulam quælibet pars monita ſua aperuit, & maxima difficultas circa §. IV. V. VI. & XI. fuit, unde relatio facta ad Principales: Sed quum neutra pars alteri amplius cedere vellet, ſed quælibet in ſuis Ultimis perſiſteret, Mediatores hanc tandem temperaturam propoſuerunt iis ſuper dictas §. IV. V. VI. & XI. Ut Elector Palatinus primario ſuo Aſſeſſori titulum Cancellarii tribuat, qui poſt Præſidem cæteris Aſſeſſoribus omnibus ubique præcedat, & à Præſide præſente primus ad votandum rogetur, & ità alternative procedatur, & in cauſis Politicis & Civilibus inter partes unius Religionis, quod per majora concluſum, pronuncietur, aut ſi in dictis cauſis & inter partes unius Religionis vota paria fuerint Præſes majora faciat & Concluſum publicet. Abſente vero Præſide interea Cancellarius directorio fungatur ad inſtar Præſidis, atque huic de omnibus communicatio fiat, quæ viciſſim & Cancellario abſente facienda. Si autem dirigente Cancellario *vota paria fuerint*, referendum eſſe Vicariis Imperii, ut concluſum faciant. In cæteris omnibus caſibus, etſi Præſes dirigat vel Cancellarius, obſervetur diſpoſitio Inſt. P. & aliorum Summorum Imperii Judiciorum obſervantia. Sed diſparitas hæc inter Præſidis & Cancellarii poteſtatem in caſu paritatis votorum; ut & obſervantia aliorum Judiciorum Imperii, Aulici nimirum & Cameræ, diſplicuit Palatino & revocavit Legatos, cum proteſtatione, hos tractatus nullam obligandi *vim* habere, & continuandos nihilominus eſſe per Literas vel per Legatos in Comitiis. Hi itaque diſceſſerunt 27. Maji 1673. Interea Bavarus ſe declaravit, ut Præſes in iis tantum caſibus, in quibus vigore I. P. & aliarum Conſtitut. Imper. majora locum habent, ea in caſu paritatis facere debeat: Atque

que Cancellarius Palatinus absente Præside dirigat, & majora faciat, quoties aliquis ex Assessoribus Palatinis accederet Bavaricis, aut ex Bavaricis unus vel plures Palatinis accederent: Si vero Bavarici & Palatini Assessores in partes abirent, Cancellarius suo voto tantum paria facere debeat, & relationem ad Vicarios ipsos. Palatinus ad hæc respondit: Istam Præsidis restrictionem non displicere sibi, modo etiam addatur: ut in casibus, ubi majora locum non habent, dispositio I. P. & Constit. Imp. observetur: Cæterum quoad disparitatem adhuc reliquam inter Præsidis & Cancellarii potestatem, quoties Bavarici & Palatini Assessores in partes iverint, id repugnare primis tractatibus & Fundamento, quo Cancellarius, loco Præsidis dirigens, etiam Præsidis potestatem exercere debeat. Hoc itaque reducto & inserto, posse transactionis Instrumentum confici, utrique parti communicari, & dies Conventus iterum eligi, ut Instrumentum subscribatur. Sed quia nihil amplius hac in re actum, tota negotiatio ita inpendenti permansit.

§. XXXIV. & ult.

En, Amice & Benevole Lector; pauca illa, quæ pro modulo ingenii atque ratione temporis & subsidiorum super nobilis hujus Materiæ argumento meditari & congerere licuit:

Illud, Coronidis loco, jam addendo, Totam hanc de Vicariatu controversiam optime decidi posse per Instr. Pac. Westph: Quod Sanctionem Pragmaticam & Legem Imperii Fundamentalem esse, Ejusdem finis, qui coronat Opus, luculenter ostendit.

Addendum ad §. III.

Trithem. *Chron. Hirsaug.* Edit. ult. *p. 428.* Anno prænotato, Imperatore adhuc in Italia existente, Arnoldus Moguntinensis AEpiscopus Hermannum Palatinum Rheni Comitem propter injurias, contumelias & rapinas Wormatiensi tam Ecclesiæ, quam Pontifici & Clero irrogatas cum suis auxiliariis excommunicavit. Qui commotus in iram cum magno suorum exercitu terras A Ep. hostili animo ingreditur, & devastans omnia in pauperes crudeliter debacchatur. Contra quem A Ep. suorum quoque misit exercitum; fuitque inter eos nimis atrociter pugnatum. In parte Palatini Comitis fuerunt Gotfridus Comes de Spanheim, Emicho Comes de Lyningen. Henricus Comes de Katzenhelenbogen. Conradus Comes de Kirchenberg. Henricus Comes de Didesheim & complures alii, qui omnes una sententia in AEp. conspirarunt. Verum audito Imperatoris adventu subito territi omnes quieverunt. In fine prænotati anni Frid. Imper. de Italia reversus, Nativitatem Domini in Wormatia cum magno apparatu in præsentia multorum Principum cele-

celebravit. Aderant inter cæteros supradicti pacis transgressores Herm. Com. pal. R. Gothfridus Comes in Spanheim, &c. quos Imper. propter conjuratæ pacis violentiam dure arguit, & de consilio principum canes pro satisfactione vinculorum portare jussit. Quo facto AEp. illos ab excommunicatione absolvit. Porro ex parte ipsius AEp. canes portare cœperunt Ludov. de Lohum & Wilhelmus Comes de Glizberg; sed ob reverentiam AEp. Dignitatis mox ab astantibus rogatus Imperator, eos jussit cessare.

Δόξα μόνῳ τῷ Θεῷ.

XXV.

DISSERTATIO DE ARBITRIS NECESSARIIS, CUMPRIMIS AUSTREGIS CONVENTIONALIBUS AC TESTAMENTARIIS,

Germanice,

Gewillkührten Stamm- und Erb-Austrags-Richtern/

PRÆSIDE

WOLFFGANGO ADAMO SCHOEPFFIO,
U. J. D. & P.P. Serenissimi Ducis Würtembergiæ Consiliario, & Supremi Dicasterii Assessore,

defensa à

FRIDERICO JONATHANE CLESS,
AUCTORE.

TUBINGÆ, 1724.

CAP. I. DE ARBITRIS NECESSARIIS IN GENERE,

SUMMARIA.

§. 1. Docet, compromissa esse liberæ voluntatis, ex justa tamen causa posse esse coacta. § 2. exhibet arbitros Juris, tam in causa principali, quàm ad punctum incidens, Jure Romano, a Magistratu datos; §. 3. alios arbitros necessarios,

cessarios, ob recusationem suspecti Judicis, à privatis electos tradit; §. 4. *agit de Austregis Legalibus & Civitatum Imperialium:* §. 5. *de arbitris statutariis:* §. 6. *continet definitionem arbitrorum necessariorum in genere, & de quibus in hac Dissertatione praeprimis agatur.*

§. I.

ARbitros compromissarios, ex mutua eâque libera partium conventione, eligi, indubitati Juris est: Compromittere enim est res extra omnem & Juris & Jurisdictionis necessitatem posita, per *L. 7. Cod. de Feriis L. 56. §. 1. de Evictionibus & arg L. 27. § 2. ff. de recept. qui arbitr. recep.* D. Stryk. *in Disp. de Arbitro Feudali, cap. 1. num. 3.* B. D. D. Lauterbach. *in Tractatione Synoptica de Arbitris compromissariis § 6.* Philipp. Knipschild *de fideic. famil. nobil. cap. 11. num. 102.* Et uti litigaturi inviti ad compromissum cogi nequeunt, ita nec arbiter invitus ad compromissum recipiendum tenetur, *L. 3. § 1. L. 11. §. 4. ff. de recept. qui arbitr. recep.* Lauterb. *Tract. synopt. §. 9.* Wernher. *volum. 6. Part. 10. Observ. 447. num. 1. pag. 795.* Interdum tamen, ex justis causis, nempe utilitatis publicæ, metus publici scandali vel armorum, intricatæ & perennis litis, &c. Princeps, imo etiam Magistratus, utpote qui non prorsus excludendus, Lauterb *all. Tr. Synopt. §. 6.* add. B. D. D. Harpprecht *de transactione Judiciali th. 9.* partes compromittere jubet; Sigismundus Scaccia *in Tract. de Judiciis L. 2. cap. 2. num. 18 & seqq.* Hunnii *Encyclop. Part. 2 Tit. 40. cap 3.* D. D. Harpprecht. *Consil. nov. 23. num. 88.* Id quod etiam Juris est in transactionibus, ad quas invitos litigantes a Judice compelli posse tradit B. D. D. Harpprecht. *Cons. 55. num 295. cum seqq. & Consil. 98. num. 59. seqq. & in alleg. Disp de transactione judic. th. 7. usque ad th. 14.* ubi octo causas ad ejusmodi transactionem imperandam moventes longe latèque deducit: Schilter *Exercit. 9. § 25.* Dominus à Lyncker *de transactionibus aph 3.* A transactione verò ad compromissum argumentum procedere, & regulariter fere ad paria a Doctoribus judicari, docet supra alleg. D. D. Harpprecht. *dicta Dissert. th 8.* Imo in præcedente th. 7 plus esse, aliquem ad transigendum compelli, quàm ad compromittendum, statuit, cùm in compromisso res decidatur, secundum dispositionem Juris, sed in transactione, ex æquo & bono dato aliquo, promisso vel retento, procedatur. Scaccia *L. 2. C. 2. num. 17.*

§. II.

Olim etiam Magistratus partibus ex Juris necessitate arbitros dabant, tum in causa principali, uti in bonæ fidei & arbitrariis Judiciis, qui ex æquo & bono arbitrari de lite poterant, per *l. 38. ff. pro socio. l. 24. ff. depositi, l. fin. ff. rem*

pupilli salvam fore, *tot tit. Cod. arbitrium tutela*, Emericus a Rosbach *in Processu Judic. tit. 6. num. 4.* Struv. *Exercit. 8. th. 96.* tum ad articulos incidentes definiendos, veluti ad probandos fidejussores, *per l. 9. ff. qui satisd. cog. l. 7. §. 3. ff. de minoribus l. fin. a quibus appellare non licet* vel ad quantitatem bonorum æstimandam, an alicui plus, quàm per Legem Falcidiam licuit, legatum sit, *l. 1. §. 6. si cui plusquàm per legem Falcid.* Brunnemann. *ad l 1. n. 4 ff & ad l 1. num. 9 Cod. de receptis*; Rittershusius ad Novellas *p. 9. cap. 5. num. 39* Müller ad Struvium *Exerc. 8. th. 96. lit. a.* Ludovici *in Disput. de effectu & obligatione laudi §. 14.* Qui a Doctoribus arbitri Juris atque judiciales nominantur; &, ut veri Judices, publica auctoritate constituti, ex tenore Juris communis, officio suo defungebantur. Sed cum hodie Magistratus ipsi hac de re judicent, Hering. *de fidejussoribus cap. 8. num. 36.* proinde securo siccoque pede hos arbitros prætereo.

§. III.

Dantur quoque de Jure Romano alii adhuc arbitri necessarii, ex Legis publicæ dispositione & necessitate, a privatis electi, si Judex delegatus ante litem contestatam tanquam suspectus recusatus atque remotus sit, per *l. 16. l. fin. Cod. de Judiciis*, ut nempe, probata suspicionis causa, de ipso principali Judicio Jure Civili, & Jure Canonico saltem de causa suspicionis cognoscant, *cap. 61. X de appellationibus*, *cap. 39. X. de offic. & potest. judic. deleg. cap. 11. eodem tit. in 6to.* vel si quæstio oritur, utrum per secundas literas, quibus alii delegati sunt dati, priores revocati sint, & si inter se convenire nequeunt, hæc concertatio per arbitros communiter electos, finienda est, *cap. 14. X. de Rescriptis*, *cap. 11 de off. & potest. deleg. in 6to.* D. Bœhmer. *in Jure Ecclesiastico lib. 1. tit. 43. §. 1. & tit. 29. §. 22.* Qui arbitri licèt eatenus voluntarii dici possint, quatenus ex voluntate partium eliguntur, magis tamen & revera arbitri Juris & necessarii sunt, Engel *in Jure Canonico l 1. tit. 43. num. 5.* quia partes ex necessitate & dispositione Legis publicæ illos eligunt, & si in electione convenire nequeunt, electio penes Præsidem provinciæ vel alium Magistratum est; Uti hæc pluribus explicat Excellentiss. D. D. Grass. *in Collationis Juris Romani cum Recessibus Imperii Partis secundæ*, *Sect. 1. §. 2.* Quam ob rem, cùm præsertim etiam moribus nostris superior Judex de causa suspicionis cognoscat, saltem verbo me ad modo alleg. D. D. Grassii *Dissert.* & Böhmerum refero: Addatur adhuc Lauterbach. *in Disp. de Juramento perhorrescentia*, *th. 17.*

§. IV.

Huc porro referuntur Arbitri legales sive ordinationis, quos Austregas vocant, qui eapropter necessaraii ppellantur, quod coram illis vel inviti Immediati

diati Imperii Cives conveniantur, & ad Juris neceſſitatem tracti ſint, ſicque ex legis diſpoſitione & neceſſitate eligantur: *Ord. Camer. de Anno 1495. §. 25. rubr.* Wie Chur-Fürſten, Fürſten ꝛc. *& de Anno 1521. tit. 33. & de Anno 1555. Part. 2. tit. 2. cum ſqq.* Magnificus D. D. Schweder *in Introduct. ad Jus Publ. Part. Spec. Sect. 2. cap. 17. §. 4. & ſeqq.* Lyncker *de gravam. extrajudic. p. 397.* Strauch. *Diſſert. 21. th. 8.* Coccejus *in Diſp. de Auſtregis §. 2. & p. 15.* Prout varia præjudicia proſtant adducta a Textore *in Jure Publ. Stat. Imp. tit. 5. num. 81. 90. 98. cum ſeqq.* D. Hoffmanno *in Tract. de modo & norma inſtituendi & proſequendi Proceſſum Auſtregarum, per tot.* & in Breviculo *Praxis Imperii Aulici §. 13.* Quibus præjudiciis addendum noviſſimum Exemplum in Sereniſſima Domo Würtembergica, cùm cauſa ſucceſſionis, a Sereniſſ. Domo Würtembergica Oels prætenſæ, ratione Weiltingen & Prenz, oppoſita exceptione fori declinatoria, ab Inclyto Judicio Imperii Aulico ad Forum Auſtregale remiſſa, & Sereniſſ. Domus Saxo-Gothana &c. ut Judex Auſtregalis electa, jam vero tranſactione ſopita ſit. Uti quoque cauſa debiti Antonii de Bartheld per ſententiam Cameralem Anno 1720. d. 17. Junii latam ad Conſiliarios Würtembergicos, Land-Hoffmeiſter und Räth, vi Privilegii a Maximiliano I. Anno 1495. conceſſi, Excell. Dominus Præſes *in Tract. Theoret. Pract. de Proceſſu ſummi Appellationum Tribunalis Ducatus Wurtembergici, C. 1. §. 1.* remiſſa fuit. Hujusmodi Auſtregis etiam illi accenſentur, quos hodie nonnullæ Civitates Imperiales vel ex privilegio, vel ex præſcriptione ſingulares habent, & pariter ita ſunt comparati, ut coram illis, tanquam primâ inſtantiâ, actores etiam inviti eas convenire debeant, hincque Juris & neceſſarii dicantur: D. D. Graff. *in alleg. Collat. I. Rom. cum Receſſ. Imperii P. ſecunda S. 1. pag. 13. ubi in ſpecie p. 14. 15. & 16.* Privilegium Civitati Eslingenſi Anno 1521. conceſſum exhibet. D. Textor *ad Rec. imp. noviſſ. Diſſert. 3. th. 75.* Knipſchild *de Civitat. Imp. l. 2. cap. 1. num. 55. & 84. & lib. 5. cap. fin. num. 22. & ſeqq.* & paſſim, Blum. *Proc. Camer. tit. 27. num. 165.* Roding *l. 1. tit. 4. num. 4 & ſeqq.* D. a Ludolf *de Jure Cam. pag. 425.* An vero inter hoſce Civitatum Auſtregas quædam conventionales ſint? Affirmat Lyncker *de Gravam. Extrajud. cap. 5. ſect. 1. §. 15. pag. 400.* Negat Deckherr *in vindic. ad Blum. tit. 27. num. 188.* Diſtinguit Titius *in Jure Publ. l. 7. cap. 3. §. 30.* & ratione modi conſtituendi Auſtregas earum arbitrio relicti conventionalibus ſimiles dicit. Sed cum tot Scriptores hac de materia ex profeſſo egerint, lectorem eo remitto: Add. ſaltem adhuc Textor *in Diſp. ad Rec. Imp. noviſſ. 3. th. 75.*

§. V.

Arbitris neceſſariis porro illi annumerantur, qui a privatis ex ſtatuti diſpoſitione & neceſſitate, vel ex conſuetudine, referente B. D. D. Harpprechto

Conſil.

Consil. 74. *num.* 22. Auctore *Introductionis ad Praxin Imperii Judicii Sect.* 1. *cap.* 10. § 3. eligi debent, Brunnemann *ad L.* 1. *num.* 5. *de recept.* Harpprecht. *laud. Consil.* 74. *num.* 17. 72. 79. & hinc statutarii Arbitri nominantur. Stryk. *de Arbitro Feudali cap.* 5. *num.* 13. Uffenbach. *de Judic. Imp. Aul. pag.* 144. Quando nempe inter agnatos vel consanguineos lites oriuntur, tum duo vel plures amici eligi debent, qui, cum etiam inviti ad compromissum recipiendum cogi possint, Scaccia *de Judiciis l.* 2. *C.* 2. *Quæst.* 8. *num.* 625. Camillus Borellus Olivetanus *in Tract. de compromissis*, §. 2. *gl.* 4. *Quæst.* 39. *& seqq.* juxta ordinem Juris procedere & sententiam ferre tenentur; Cujusmodi famosam Constitutionem Ferdinandus I. ex familia Arragonia in Hispania tulit, in qua ordinavit, ut lites inter consanguineos usque ad quartum gradum consanguinitatis vel affinitatis ortæ per duos conjunctos vel amicos communes componerentur; Quod statutum præter alleg. Borellum, qui peculiari suo Tract. totum explicavit, pro parte exhibet Ludovici *in Disp. de effectu & obligat. laudi*, §. 13. Simile statutum Vincentiæ, Florentiæ, Paviæ, Romæ, imo in omnibus fere Italiæ Civitatibus vigere docent Marcus Antonius Blancus *in Tract. de compromissis faciendis inter conjunctos*, *Præfatione*, Scaccia *de Judic. l.* 2. *cap.* 2. *Quæst.* 2. *num.* 27. Hilliger. *ad Donellum l.* 28. *cap.* 14. *lit. a.* & alii quam plurimi scriptores. Parilem Constitutionem in Gallia obtinere tradit Schilter *Exercit.* 12. § 9. Cum vero & hæc materia ab allegatis Scriptoribus satis copiose sit exhausta, hæc dixisse sufficiant.

§. VI.

Restant adhuc illi arbitri necessarii, qui scilicet ex pactis Familiæ vel Testatoris Dispositione nonnullis familiis, maxime Illustribus, sunt constituti, & Austregæ conventionales vel testamentarii nominantur. Jam vero ex his præmissis, quid sint Arbitri necessarii in genere definire ita potero: Sunt itaque Judices vel quasi, ex lege vel statuto, Pacto familiæ, testatoris dispositione, privilegio vel præscriptione eum in finem eligendi vel constituti, ut causa coram illis legitime disceptetur, eorumque sententiâ terminetur & finiatur. Notândum verò ante omnia, eapropter, quia necessarii vocantur, non omnem conventionem excludi, neque hic necessitatem absolutam intelligi. Neque tamen animus mihi est, omnes hactenus enumeratas arbitrorum necessariorum species pertractandi; Cum in nonnullis usus cesset, uti in §. 2. & 3. ostendi, nonnullæ vero species jam plane sint excussæ, quas si amplius deducerem, actum agere viderer: Sed inpræsentiarum Austregas conventionales & testamentarios præprimis deducere decrevi: Cum materia illa de Austregis familiarum cæteris longe subtilior sit; Teste Illustr. Dn. a Ludolf *de Jure Camer. Comment. Systemat. p.* 425. Hæc de compromissis testamentariis verò nonnihil rarior dicatur a Joh.

a Joh. Bapt. Perusino *in Tr. de Compromissis L. 5. in præfat.* & D. D. Harpprechto *in Consil. 74. num. 32. & 81. cum seqq.*

CAP. II.

DE ARBITRIS CONVENTIONALIBUS.

SUMMARIA.

§. 7. *Originem Austregarum conventionalium exemplis historicis demonstrat; §. 8. Illorum divisiones tradit: §. 9. Ostendit quibus pactis constitui queant, & qui ejusmodi pacta inire possint: §. 10. An consensus Imperatoris ad illorum constitutionem requiratur? §. 11. Monstrat, qui arbitri eligi queant: §. 12. Causas, de quibus Austregæ conventionales judicare possunt vel non possunt, recenset: §. 13. Formam & differentias Austregarum conventionalium & arbitrorum compromissariorum exhibet. §. 14. An per arbitros conventos jurisdictio ordinariorum judicum suspendatur? §. 15. An hæredes etiam tali pacto stare teneantur? §. 16. An partes præcise in Austregas conventionales compromittere debeant, nec se solutione pœnæ vel præstatione interesse liberare possint? §. 17. Quid faciendum, si alterutra pars Arbitris conventionalibus uti detrectet, & eorum præscriptæ formæ non satisfaciat? §. 18. An arbitri cogi queant, & qualem potestatem ac Jurisdictionem habeant? §. 19. An coram arbitris pactitiis reconventio & appellatio locum habeat, & quomodo procedendum ac sententia ferenda sit, nec non cui executio competat? §. 20. An pactum appellationis prohibitorium valeat? §. 21. docet contraria ratione partium, & §. 22. contraria ratione arbitrorum.*

§. VII.

QUod igitur attinet Austregas conventos, pactitios vel conventionales, gewillkührte Außträg, uti eos vocant Stryk *in Disp. de Arbitro Feudali C. 5. n. 12. & in Disp. de Foro Austregarum §. 6.* Coccejus *in Dissert. de Austregis Quæst. 2.* Waldschmid *in Disp. de S. R. I. Comitum Austregis §. 9.* Mauritius *in not. ad Capitulat. Leopoldi p. 832.* Breviculum *Praxis Imperii Judicii Aulici tit. 20. n. 3.* Hermes *fascicul. Juris Publ. C. 15. n. 12.* ante omnia eorum originem indagandam esse duco, quæ antiquissima est, & tempora Maximiliani longe transcendit, ita ut illorum primordia ad tempora longe vetustiora referre, eaque ex inveterata Germanorum consuetudine, præprimis ex turbulento isto & calamitosissimo, quo Germania, durante post obitum Friderici II. ejusque filii interregno, conflictabatur, statu repetere haud dubitem: Id quod ex verbis *Ordinat. Camer. de Anno 1495. §. 25. rubr.* Wie Churfürsten, Fürsten ꝛc. welche sonderlich gewillkührte rechtliche Austräg gegeneinander haben, der sollen sie sich, laut derselben, gegeneinander gebrauchen, patet, quippe quæ satis probant, Austregas conventionales non quidem ex Constitutione aut Ordinatione

hanc in rem expresse promulgata, sed saltem ex quadam Imperii tolerantia & observantia jam ante illam sanctionem obtinuisse. Quod si enim ante istam Maximiliani Constitutionem nulli adhuc Austregæ conventionales extitissent, vel in usu fuissent, non omnino peculiarem & Electorum ac Principum Austregarum confirmatoriam dispositionem subjicere opus fuisset. Textor *in Dissert. ad Recessum Imp. noviss. 3. th. 2. & in Jure Publ. Statuum Imperii tit. 5. n. 77.* Coccejus *in Disp. de Austregis Q. 1.* Dn. D. Schweder *in Introd. ad Jus Publ. P. spec. Sect. 1. C. 17. n. 6. & in sua Disp. Juris Publ. de foro Illustrium Imperio R. G. immediate subjectorum* §. 10. D.D. Grass *in Disp. laudata* §. 2. Stryk *in Disp. de Foris Germaniæ singularibus C. 4.* Limnæus *Jure Publ. L. 9. C. 5. §. 11.* Illustris Dnus à Lyncker *de gravamine extrajudiciali C. 5. S. 1. n. 10. p. 297.* Justus Sinolt cognom. Schüz *in Colleg. Publ. de Statu Rei Romanæ Vol. 2. Disp. 3. de Austregis th. 4.* Joh. Philipp. Datt *in Volumine Rerum Germanicarum novo de Pace Imperii Publica L. 1. C. 27. n. 57. usque ad finem* ubi *num. 59. & 60.* ad bella & diffidationes evitandas, v. Grotium *de Jure Belli & Pacis L. 2. C. 23. §. 8.* hos Austregas ab initio introductos fuisse demonstrat. Et quod hæc sententia veritati historicæ monumentisque publicis conveniat, sequentia exempla, quæ huc referre necessarium censui, ulterius demonstrabunt. I. Et antiquissimum de Anno 1244. exhibet Lünig *in spicilegio seculari* deß Teutschen Reichs-*Archivs P. 1. 1.* Absatz *N. 1. fol. 20.* ubi fœdus defensivum inter Dominum de Steinvord & Horstmar percussum; In quo, ut, dissensionibus invicem subortis, a qualibet parte duo milites eligantur, qui rem ad suum placitum penitus decidant, conventum est. II. Memorabile documentum profert Auctor *Disputationis Anno 1721. Argentorati de conventibus Civitatum Imperialium habitæ*, in qua appendicis loco subjunxit tabulas fœderis a Moguntia, Wormatia & Oppenheimio Civitatibus Anno 1254. percussi, ubi dictæ Civitates inter se convenêre, ut quæstiones jam sub ortæ vel in posterum suborituræ per duodecim Viros Consules fide dignos & juratos, quorum a quâlibet Civitate quatuor eligantur, compositione amicabili vel Justitiâ terminarentur: Quod si causam ita discindere nequiverint, quicunque quatuor ex prædictis juraverint, suam civitatem ad id, quod ei imponatur, non teneri, ea civitas super eo penitus absolvatur. III. Exemplum refert Jacob Wernher Kyllinger *in Tract. de Ganerbiis Castrorum p. 216.* ubi literæ conventionales sive Burgfrieden Illustris cujusdam familiæ de castro Ganerbico initæ Anno 1373. extant, in quarum §. 9. patet, eoque mortuo sex ibidem nominati arbitri ad dirimendas lites constituti sunt: Quales Austregæ Burg- und GanErben Austräg vocantur, Datt *L. 1. C. 27. n. 85.* IV. Illustre pactum de Anno 1382. inter ArchiEpiscopum Moguntinum Adolphum & Ganerbios Wartenbergenses legi meretur apud C. Lerchium

chium in seines Reichs-Ritterlichen Adels herkommen und Freyheits-Berichts zweyten Grundsatz in D. Burgermeisteri *Bibliotheca Equestris P. 1. p. 491.* in quo dispositum, ut alii Episcopatûs Vasalli controversias inter Episcopum & Ganerbios Wartenbergenses ortas intra duos menses discernant. V. Exemplum confœderationis inter Wilhelmum & Balthasarum Landgravios Thuringiæ, Fratres, Anno 1387. initæ tradit *Lünig* Reichs-*Archiv Part. spec. Continuat. 2da*, der 4ten Abtheilung andern Absatz, *N. 18.* §. stünde auch, *fol. 195.* in qua ordinatum, ut litibus ortis ab Actore ex Rei Consiliariis superarbiter eligatur, cui a qualibet parte adhuc unus Consiliarius adjungatur, & hi tres litem quatuor hebdomadibus dirimant. VI. Conventionis ejusmodi exemplum profert idem Lünig Reichs-*Archivs spicil. secul.* 1.sten Theils 3.ten Absatzs *Num. 16. fol. 63.* Speckfeldischer Burgfrieden zwischen Graff Linharten zu Castell und Schenck Friederichen zu Limpurg *Anno 1414.* auffgericht, in qua Episcopus Herbipolitanus ejusque Consiliarii, ad controversias intra duos menses disceptandas, arbitri constituti sunt. VII. Documentum producit Joh. Christ. Lehmann *in Chronicis Spirensibus L. 7. C. 93. p. 831.* Pacti Moguntinæ, Argentinensis, Wormatiensis & Spirensis Civitatum Anno 1438 regnante Alberto II. initi, confer. Schilter *Instit. Juris Publ. L. 4. T. 7. §. 2.* Obrecht *in Prodromo Rerum Alsaticarum Cap. 12. p. 293.* in quo conventum, ut lites inter dictas Civitates subortturæ per quinque Senatores, quorum duo ab Actore, duo a Reo & unus a reliquis Civitatibus constituantur, cognoscerentur, & judicarentur. VIII. Exemplum exhibet dictus Lunig in seines Reichs-*Archivs Part. spec. Cont. 2.* 4te Abth. 1sten Absatz *Nro. 19. fol. 19. seqq.* Confœderationis scilicet Ludovici Electoris & Comitis Palatini cum nonnullis Civitatibus Imperialibus de Anno 1443. in qua dispositum est, ut, litibus inter Ludovicum & Civitates ortis, hæ ex suis juratis Consiliariis superarbitrum eligerent, cui a qualibet parte duo vel tres adhuc arbitri adjungerentur, qui quinque vel septem rem cognoscant, neque prius, quàm tota controversia composita sit, discedant. IX. Documentum pariter profert Lünig *in P. Sp. Cont. 2.* 4ter Abtheil. 2ten Absatz *Nro. 36. fol. 236.* Fœderis fraterni inter Electorem Fridericum & Wilhelmum Duces Saxoniæ de Anno 1448. §. würden aber, qui invicem convenerunt, ut Actor ex Consiliariis Rei superarbitrum, cui a quolibet duo adhuc Consiliarii adjungerentur, ad rem amicabiliter vel judicialiter, binnen dreyen 14. Tagen, decidendam eligeret. X. Illustre exemplum Austregarum conventionalium prostat ex Tabulis Suevici Fœderis de Anno 1488. quæ extant apud Dattium *in dicto Volum. Rerum German. L. 2. C. 8.* in quibus Socii constituerunt, ut ab Actore ex Civitatum Præfectis communis arbiter eligeretur, coram quo & adjunctis adhuc a qualibet parte Consiliariis, lites disceptarentur &

 finiren-

finirentur: Et tales Austregæ in specie nominantur Bunds-Austräg a Schiltero *in d. T. 7. §. 3.* Plura adhuc ante Maximilianum I. ejusque Constitutionem Judicii Cameralis, maxime verò in causis particularibus inita compromissa refert Dechkherr *in Vindic. ad Blum. T. 27. n. 8. & seqq.* C. Lerch. zwentem Grund-satz *in alleg. Bibliotheca Equestris P. 1. pag. 276. & 508.* Schilter *Exercit. 17. §. 4. & 5.* Lünig Reichs-*Archiv P. Spec. Continuat. 1. fol. 9. & Cont. 2da* 4ten Abtheilung 1sten Absatz *N. 28. fol. 41. & seqq.* Datt. *de Pace publica L. 1. C. 27. n. 105. & seqq.* ad quos me, ob brevitatis studium, refero.

§. VIII.

Distinctio tamen etiam intercedit inter hos Austregas conventionales, qui nihil aliud sunt, quàm Judices vel quasi conventione eum in finem eligendi vel constituti, ut causa coram illis disceptetur & illorum sententia finiatur. Sunt enim varii generis, & distinguuntur I. in illos, qui inter diversas familias ad lites inter easdem ortas sopiendas constituuntur, & nominantur eapropter in specie conventionales, bedingte Austräg: Tales sunt inter Reges Bohemiæ & Marchiones Brandenburgicos, nec non inter hos & Duces Pomeraniæ, ut lites inter ipsos natæ coram Consiliariis utrinque ad id deputatis ventilentur & determinentur: Schubhard *de Austregis C. 8. n. 3. & 4.* Stryk *in Disp. de Foro Austreg. n. 20. & in Disp. de Arbitro Feud. c. 5. n. 28.* Schrader *de Feudis P. 10. Sect. 1. n 52. seqq.* & inter Reges Bohemiæ Domumque Saxonicam confœderatio hæreditaria de Anno 1571. §. und auff daß solche; Lünig. Reichs-*Archiv. Contin. 2.* 4ten Abtheilung, 2ten Absatzes *in Supplementis Nro. 187. fol. 774.* Limn. *l. 5. cap. 15. n. 9.* Schubhard *de Austregis cap. 8. n. 2.* Tales quoque Austregæ in fraternis unionibus Electoralibus de Anno 1521. & seqq. quæ legi possunt apud Goldastum von Reichs-Händeln *P. 8. T. 3. p. 217.* Lünigium Reichs-*Archiv P. Sp. fol. 218. 219. 227. 238. 242.* & Müllerum im Reichs-Tags-*Theatro T. 1.* erste Vorstellung *cap. 24. p. 283. 299.* cònstituti & in Capitulationibus Matthiæ & seqq. usque ad modernum Art. 1. confirmati sunt. In specie in §. 3. speciales antea conventi approbati, & in sqq. §. 4. & 5. porro ordinatum, ut controversiæ inter illos ortæ coram reliquis Collegii Electoralis Membris ventilentur, & amicabiliter vel per viam Juris, adhibitis Consiliariis, per unanimia Electorum vota, decidantur. Late Dn. Guilielm. Wildvogel *in Disp. de Unione Electorali,* von der Chur-Fürsten-Verein. *§. 14. 17. 24. & 28.* Lentius *in Disp. de privilegiatis immediatorum S. R. I. Procerum instantiis, vulgo* die Austräg, *quæ extat in Disputationibus Basileensibus Vol. 3. C. 2. § 3.* Et in illos, qui in una familia ordinati sunt, ad lites in eadem ortas determinandas, & communiter Stamm-Austräg audiunt: Quales Austregæ constituti sunt in Familia Ducum Saxoniæ inter Electorem Saxonicum Johannem & Agnatum

Ducem

Ducem Georgium de Anno 1531. §. und nachdem Lünig Reichs-*Archiv P. spec. Cont. 2dæ* 4ten Abth. 2ten Absatz *Nro. 47. fol. 260.* Limn. *C. 8. L. 5. n. 6.* Stryk *in Disp. de Foro Austreg. §. 7.* Waldschmid *in alleg. Disp. §. 9.* II. Dividuntur in perpetuos, qui pacto constituuntur, ut perpetuò durent ac in familia observentur, & nominantur Austregæ hæreditarii, Erb-Austräg, Stryk & Waldschmid *locis allegatis*, & temporales, qui saltem ad certum tempus durant; Uffenbach *de Judic. Imp. Aul. fol. 144.* Sinolt cognom. Schüz *loco alleg.* III Dispescuntur Austregæ conventionales in certos, qui pacto ad causas dirimendas in antecessum constituti, & incertos vel arbitrarios, qui emergente lite, pro lubitu vel juxta modum præscriptum, eligendi sunt; Titius *in Jure Publ. L. 7. c. 3. §. 29.* Conferantur Quirinus Cubach *in Discursu de Commissariis Ordinationis vel Judicibus Austregarum, qui extat in Arumæi Discursuum Academ. Volum. 4to Discur. 36.* & Sinolt Schüz *in dict. Disput. thes. 3.* IV. dividuntur in juratos & injuratos: Priorum speciem exhibet Kyllinger in *Tr. de Ganerbiis Castr. ex literis illis conventionis de Anno 1373. & 1534. fol. 212. & 217.* Pariter Nobiles de Riedesel transactionem invicem Anno 1586. d. 9. Aug. initam juramento confirmarunt, prout ex Actis inclytæ Facultati Anno 1723. oblatis observatum. Everhardus Junior etiam exemplum juratorum Austregarum exhibet *vol. 2. Cons. 16. n 1.* Joh. Baptista *in Tract. de Compromissis l. 5. cap. 1. & 2. lib. 3. cap 6.* D. D Harpprecht. *Cons. 74. n. 77.* Schilter. *Exerc. 12. §. 11.* qui jurata compromissa eo magis servanda esse dicunt. V. Distinguuntur in Austregas conventionales, qui specialissime a S. Cæsarea Majestate confirmati sunt; Quorum exemplum extat in Domo Saxonica, cujus Austregas conventos a Carolo V. confirmatos esse refert Limn. *l 5. cap 15. n 4.* Pariter quoque Pactum familiæ L. B. ab Ow, quod exhibet Lünig. in seines Reichs-*Archivs P. Spec. contin. 3.* von der Freyen Reichs-Ritterschafft 2ter Fortsetzung 7de Abtheil. ersten Absatz *Nro 231. fol. 357.* ab Imperatore Josepho d. 21. Junii Anno 1709. confirmatum est; Et in illos Austregas, qui generaliter quoad immediatos Imperii Cives approbati sunt in Ord. Cam. *de Anno 1459. §. 25.* quæ verba repetuntur in *Ord. Cam. de Anno 1555. P. 2. T. 2.* & præcedente §. allegata sunt, Concept Cammergerichts-Ordnung *P. 2. T. 2. § Item*, & in Capitulatione Caroli VIti *Art. 18.* hæc verba habentur: Sondern einen jeden bey seiner Immedietät, Privilegiis de non appellando & evocando, sowohl in Civil als Criminal-Sachen, Electionis fori, item Jure Austregarum tam legalium quàm conventionalium vel familiarum bey der ersten Instantz und deren ordentlichen unmittelbahren Richtern bleiben lassen. Stryk. *in Disp. de Foro Austreg. §. 6.* Coccejus *in Diss de Austregis §. 6.* Id quod etiam in multis aliis Imperii Recessibus eo ipso factum est, dum omnes Austregæ indistinctè confir-

mati sunt; Rec. Imp. *de Anno 1570.* §. *85.* Recess. Deputat *de Anno 1600.* §. *24. seqq.* Rec. Imp. noviss. *de Anno 1654.* §. *168.* Instrumentum Pacis Cæsareo-Suevicum *Art. 5.* §. *56.* Cammer-Visitations-Recess. *de Anno 1713.* § *9.* Capitul. Leopoldi *Art. 18 & 32.* Josephi *Art. 17. & 31.* Ordinatio Judicii Imperii Aulici Ferdinandi III. *P. 2. T. 2.* §. *1. de Anno 1654.* Nec non in illos, qui in Legibus publicis Imperii Germanicis plane non approbati sunt, uti si a mediatis tales Austregæ constituuntur. Confer. Ahasverus Fritschius *in Addit. ad Spec. Speidelii voc.* Geschlechts-Register, qui statutum consensu omnium Nobilium de B. conditum & ab Electore Saxoniæ confirmatum affert, quod causæ & lites inter ipsos de rebus pecuniariis quibuscunque coram Senioribus familiæ tractari & vel per amicabilem compositionem, vel judicialem sententiam mediante ordinario processu finiri debeant, remota appellatione, sub pœna 500. fl. Hinc immediatorum Austregæ ob confirmationem Cæsaream validiores privatorum audiunt, Stryk *in Disp. de Arbitro Feud. C. 1. n. 23.* &, ratione confirmationis, non inconcinne legales nominantur, non tamen eo sensu, quo Austregæ ordinationis legales vocantur; Cum hi a conventionalibus præsertim eo differant, quod ab ipsa Lege & Ordinatione Imperii introducti & ipsam constitutionem fundatricem habeant, conventionales vero immediatorum per pacta familiæ sint constituti, & saltem a Lege publica confirmati, adeoque omnem suam formam & normam a convenientibus acceperint; Uti quoque Legales Austregæ universales sunt, & tantum immediatis competunt, conventionales vero particulares dicuntur a D. D. Grassio *Sect. 1. pag. 11.* ac etiam mediatis competunt; Quo sensu Sinolt. Schütz *in d. Differt. th. 3.* conventionales non legales nominat, quamvis tamen recte addat, quod Legalium nomine etiam non legales, propter hanc confirmationem, veniant. Schilter *Exerc. 12. th. 5.* Neque hæc distinctio dextre accepta aliquid incommodi patitur; Quoad terminorum tamen legalitatem rectiorem illam videri dicit idem Sinolt Schütz. *in Jure Publico L. 3. T. 4. Posit. 3. p. 525.* qua dispescuntur, quod sint vel imperiales (qui illi ipsi, qui aliàs Legales) & particulares, qui aliàs non legales, gemeine sonderbahre Außträg.

§. IX.

Hi arbitri vel Austregæ conventionales partium consensu eliguntur & maxime ex conventione dependent Stryk. *in Disp. de Arbitro Feud. 1. n. 21. & in Disp. de Foro Austr. n 6.* Ac constituuntur vel in pactis familiæ & gentilitiis, quale Exemplum nobis exhibet Nicolaus Betsius *in Tract. de statutis, pactis & consuetud. famil illustr. & nobil. p. 554.* ex pacto familiæ in dispositione paterna fundato; In quo dispositum, ut ex Nobilitate 5. ex Juris Peritis 5. & ex Civitatibus illius familiæ 4. idonei viri per sortem ab utraque parte eligerentur, qui, tentata

tentata amicabili compositione, litem sententia sua finirent: Vel in pactis successoriis & divisoriis, aut Ordinationibus familiarum, Geschlechts-Ordnungen: Uti Mauritius Majoratus ordinationem inter Comites quosdam constitutam testamentoque paterno præceptam *Consil Tubing. 1. p. 532. & seqq.* tradit, in qua Executores ultimæ dispositionis arbitri ac Judices controversiarum inter filios exortarum constituti leguntur. Schilter *Ex. 12. §. 19.* Stryk *in Disp. de Arbitro Feud. C. 5. n. 11.* Illustris Dnus a Ludolff *d. Comment. p. 37. & 70.* Roding. *in Pand. Cam. L. 1. T. 4. n. 43. & 44.* Vel in pactis confraternitatis, uti inter Domum Saxonicam, Brandenburgicam & Hassiacam de Anno 1614. d. 29. Martii, §. würde aber einige Hellung, Limnæus *L. 4. Juris Publ. cap. 5. n 25.* Schubhardus *cap. 8. n. 3.* Sed vid. Lünig Reichs-*Archivs P. Sp. Cont. 2da.* 4ten Abth. 2ten Absatz *N. 183. fol. 763.* & Limn. *J. P. l. 4. cap. 8. n. 162.* ubi quidem pacta confraternitatis de Anno 1457. & Anno 1614. exhibent, sed de arbitris nihil in iis legitur. Vel etiam in pactis Ganerbiatus, quales Kyllinger *in Tract. de Ganerbiis Castr. Form. 3. & 4.* in fine subjectos habet. Vel in transactionibus: Cujusmodi Austregas Comites Mansfeldenses Anno 1520. in jurata aliqua transactione invicem constituerunt, ita nempe, ut quælibet pars duos Consiliarios, qui in casum discordiæ superarbitrum eligerent, ordinaret, & coram his causa ventilaretur & terminaretur, Lünig. Reichs-*Archivs 2. Cont.* zweyte Fortsetzung 6ten Abth. 12ten Absatz *N. 85.* §. und so aber *fol. 124.* Modestinus Pistor. *P. 2da Quæst. Illust. Q. 69.* Similes arbitros Nobiles de Riedesel in transactione de Anno 1586. d. 9. Aug. constituerunt, ita ut litibus ortis unus, duo vel tres ad summum agnati, quos & Actor & Reus pari numero denominaverint, eligantur, qui secundum acta & actitata sententiam ferant: Quod si autem in hac convenire nequeant, supremum aliquem arbitrum partes vel agnati legant, aut acta ad Facultatem aliquam Juridicam impartialem mittant, hujusque sententia stent. Dictæ vero conventiones ut valeant, ante omnia requiritur, ut personæ paciscentes, neque natura impediantur, neque Legibus prohibeantur, sed valide ejusmodi pacta inire queant, Lauterbach *Tract. Synopt. de Arbitris Comprom. n. 10.* Nihil tamen impedit inæqualitas dignitatis vel personarum: Possunt enim tam superiores cum inferioribus, quam inferiores cum superioribus contrahere: Uti inter Regem Bohemiæ & incolas Ducatus Glogoviensis Pares Curiæ dicti Ducatus judicasse, & Senatum Stralesundensem in causis controversis inter Duces Pomeraniæ & Cives Stralesundenses cognoscere, referunt Schubhard *C. 8. n. 1.* Schrader *de Feudis P. 10. Sect. 1. n. 52. seqq.* & Cothmann *Volum. 1. Resp. 33. n. 62.* Austregatum specialium in Ducatu Pomeraniæ ordinum consensu receptorum mentionem facit, secundum quos non licet Ducem in jus aliò vocare, nisi prius coram provincialibus conveniatur.

Ac

Ac licet dictæ Ordinationes Camerales, Recessus Imperii, Instrumentum Pacis & Capitulationes Cæsareæ saltem de immediatis Imperii Civibus loquantur, Textor *in Diss. ad Rec. Imp. 3. th. 11. & in d. J. P. Stat. Imp. T. 5. n. 85.* Stryk *in Disp. de Arbitro Feud. c 1. n. 19.* ita nempe, ut in familiis illustribus jura territorialia & regalia habentibus hujusmodi Austregæ sine dubio obtineant, statuente Modestino Pistore *P. 2. Q 70.* B. Dn. D. Harpprecht *Cons. 74. n 23.* Nihil tamen obstare video, quo minus idem de mediatis & familiis non illustribus, quoad validitatem pacti, dicam, docente Rodingio *Pand. Cam. L. 1. T. 4. n. 44.* & Stryk *de Foro Austr. n. 6.* Quod enim necessitas compromittendi etiam per pactum quorumcunque privatorum induci possit, adeo ut, si quis speciali pacto ad hoc se obligaverit, quod super controversia, vel jam suborta, vel demum suboritura, ipse cum adversario in arbitros compromittere & ipsorum sententiæ acquiescere velit, tale pactum omnino valeat, tradunt Marcus Antonius Peregrinus *de fideic. Art. 11. n. 112.* Urceolus *de transact. Quæst. 63.* Lentius *in Dissert. laudata c. 2. th. 3.* B. Dn. D. Harpprecht *Cons. 74. num. 23. seqq.* Licet enim compromissum generale de omnibus litibus a partibus valide ineatur, & plenum dicatur, ad futuras lites tamen non extenditur, *L. 21. § 6. L. 46. ff. de receptis, qui arbitr.* Joh. Voëtius *ad Tit. ff. de Receptis n. 18.* nisi expresse futuræ quoque includantur earumque mentio fiat, Stryk *ad Schützii Compend. Tit. de Receptis ad verba, non comprehendantur,* Bachov. *ad L 46. ff. de receptis fol. 1289. & 1290.* Joh. Baptista *L. 3. c. 15. l. 5. c. 1. & c. 10.* Frequentior tamen usus apud nobiles obtinet, notante Schubhardo *C. 8. n. 11.*

§. X.

Movent hinc Doctores hanc quæstionem: Utrum consensus Imperatoris ad Austregarum conventionalium immediatorum constitutionem necessarius sit? Quam Textor *in Dissert. ad Recess. Imp. noviss. 3. th. 19. seqq.* verosimiliter affirmat, ob Textum Ord. Cam. *P. 2. T. 2.* qui expresse disponit, ut Proceres Imperii, qui Austregas conventionales non habent, scilicet jam tunc, coram Austregis Legalibus sive ordinationis ibidem præscriptis, in prima instantia, forum suum sortiantur, ac eapropter citra fraudem Legis & approbationem Imperatoris non permissum sit, declinatis Legis Judicibus, primam instantiam ad alios Austregas conventionales nullibi confirmatos deferre, arg. *L. 29. & 30. de Legibus,* cùm privatorum consensus non tribuat Jurisdictionem per *L. 3. Cod. de Jurisdict.* Licèt quoque Textus ille Ord. Cam. pergit Textor, temporibus antiquis per Consuetudinem & observantiam Imperii mutatus videri posset, istam tamen judicii constituendi rationem pactitia observantia roboratam non in consequentiam trahendam esse, quasi nimirum cuivis immediato ad detrimentum Jurisdictionis Imperii absque Cæsarea confirmatione novos Austregas inducere

licer:t;

liceret; Cum præſertim etiam Receſſus Imp. noviſs. §. *116 in fine*, repetitus in Capitul. Caroli VI. *Art. 18.* expreſſe diſponat; Und mit Conceſſion der Privilegien erſter Inſtanß oder ſonderbahren Außträgen, auff diejenige, welche dieſelbe biß dahero nicht gehabt oder gebracht, fürters an uns halten. Idem ſentiunt Schilter *in Inſt. J. Publ. T. 1. L. 4. T. 7. §. fin.* Dnus a Lyncker *de gravamine extraj. Sect. 1. C. 5. § 20.* Ad hæc tamen argumenta regeri poſſet, quod eadem verba, quæ in Ord. Cam. de Anno 1495. extent, in illa de Anno 1555. *P. 2. T. 2.* repetita ſint, & hinc, admiſſa illa interpretatione, ſequeretur, nullos Auſtregas Conventionales valere, niſi qui ante Annum 1495. per pacta familiæ conſtituti, vel poſtea expreſſa Cæſarea confirmatione approbati ſint; Cùm tamen Auſtregarum conventionalium confirmationes tàm generales quàm ſpeciales in junioribus Imperii Legibus præcedente §. 8. allegatis legantur, quæ fruſtraneæ eſſent, ſi ſaltem de Auſtregis Anno 1495. confirmatis intelligerentur, ita ut dictus Textus Ord. Cam. magis de tempore judicii inchoandi accipiendus videatur, ſi quis ſcilicet eo tempore conventionales Auſtregas non conſtitutos habeat. Receſsûs verò noviſſimi §. *116.* non niſi de novis primæ inſtantiæ & ſingularium Auſtregarum privilegiis non facile concedendis loquitur. Dn. D. Schweder *in alleg. Diſp. de foro Illuſtrium Imperio R. G. immediate ſubjectorum th. 20. in fine.* Et hoc ipſo Auſtregæ quidem certo modo reſtricti & odioſi, Textor *J. P. Stat. Imp. T. 5. n. 193.* minime vero prorſus ſublati, ſed potius in ejusdem R. Imp. noviſs. §. *105. & 106.* in genere confirmati ſunt; Ut adeo cum nullibi in conventionalibus Auſtregis Cæſarea confirmatio requiratur, nec ſpecialiter aliquid de conventionalibus ſtatutum vel reſtrictio facta ſit, Regula hic intret: Quod Lex non cantat, nec nos cantare debemus. Licet etiam conſtitutio Judicis Juris publici, cui privatus derogare nequit, eſſe videatur, nihil tamen obſtat, quin, ſicuti in arbitrio partium poſitum eſt, de controverſiis inter ſe natis absque judicii ſtrepitu tranſigere, etiam certi judices eligi queant, Roding *Pand. Cam. L. 1. T. 4. n 44.* Quapropter ipſe Textor diſſentiens *in th. 21. dicta Diſſert.* diffiteri nequit, conſtitutionem Auſtregarum conventionalium ab immediatis absque Cæſarea confirmatione factam non prorſus invalidam eſſe, ſi vero de facto hoc contingeret, arbitrorum privatorum conditionem non excedere, cum immediatis eadem, quæ privatis, poteſtas tribuenda ſit. Quam ſententiam hactenus deductam defendit Stryk *in Diſp. de Foro Auſtreg. n. 6. & 7.* & hinc confirmationem Caroli V. Pacti familiæ Ducum Saxoniæ de Anno 1554. potius ex abundante quàm neceſſitate factam eſſe exiſtimat; Uti quoque Lentius *in d. Diſſert. th. 3.* pacta a Familiis, ſine jurisdictione quæ ſunt, absque conſenſu ſuperioris inita valida judicat, Waldſchmid *in Diſp. de S. R. I. Comitum Auſtregis th. 9.* Cum & integra confraternitatis & familiæ pacta ſuper allodiis ab imme-

diatis Imperii Civibus inita Cæsarea confirmatione non indigeant. B. D. D. Harppreche *vol. nov. Conf. 47. n. 58. Tract. Academ. 8. P. 2. n. 24. p. 648.* D. D. Grafs *Sect. 5. §. 1. p. 218. & §. 2. p. 242.*

§. XI.

In compromissis conventionalibus frequentiores Judices sunt Vasalli, Nobiles, Agnati proximi, Consiliarii vel Collegium aliquod Juridicum; Hinc evenit, ut inter ipsos quoque Austregas conventos gradus quandoque sint expressi, eum nempe in finem, ut pars succumbens novo Austregarum remedio uti possit, Textor *in Dissert. ad Rec. Imp. noviss. th. 26.* Stryk *in Disp. de Arbitro Feud. C. 5. n. 27.* Uti hæc obtinent in confœderatione familiæ de Rieppur de Anno 1404. quæ Anno 1577. renovata & declarata fuit, ut scilicet actor tres agnatos impartiales Reo nominet, qui, requirente intra mensem Actore, arbitrium suscipere teneantur, ac tunc & Actor & Reus, quilibet unum, ex ordine ad Nicarum & Sylvam Herciniam, Nobilem addant; In defectu vero trium agnatorum impartialium alios tres immediatos Nobiles ex dicto Ordine assumant, qui litem sententia sua finiant; Lünig Reichs-*Archiv. P. Spec. Cont. 3.* 7den Abth. von der Freyen Reichs-Ritterschafft, ersten Absatzes, 2te Fortsetzung, *Nro. 204. fol. 303.* Pariter in Pacto familiæ L. B. ab Ow præcedente §. 7. allegato constitutum, ut subortæ lites per tres idoneos & impartiales fideicommissarios, vel in horum defectum per tres proximos agnatos, & si gravitas causæ suadeat, assumtum aliquem Jurisperitum dirimantur, horumque sententia sopiantur. vid. Lünig *in loco præced.* § *7. allegato.* Exhibet quoque Mauritius *in Conf. Tubing. 1. p 449.* Majoratus Ordinationem, in qua dispositum, ut natæ controversiæ per conservatores & executores ultimæ voluntatis sequente pag. 510. nominatos, petito a duobus Catholicis Universitatibus consilio, decidentur, in casu discordiæ vero superarbiter ab Executoribus eligeretur, qui liti sententiâ suâ finem imponeret; Non desunt plura adhuc adducenda Exempla, sed hæc sufficiant. Requirit autem præprimis, ut electi Judices sint personæ habiles, Lauterbach *Tr. Synopt. §. 19.* Quod etiam denotant verba in laudata confœderatione familiæ de Rieppur contenta: Im Fall aber nicht 3. unpartheyische Personen unsers Stamms und Nahmens zu finden wären, als da vielleicht nicht so viel vorhanden, oder da gleich so viel vorhanden, dieselbigen der Sachen verwandt, oder sonst untauglich seyn möchten. Lünig *dict. loco fol 305.* Aliàs enim exceptio inhabilitatis vel suspecti Judicis ab altera parte opponi posset; Baptista *L. 13. C. 17.* Everhardus Junior *Vol. 2. Conf. 16.* Quæritur hic; An compromissum in duos simpliciter factum, qui deinde superarbitrum certum eligant, validum sit? Quod affirmatur ex *Cap. 71. x. de appellat.* quod in specie de arbitris necessariis loquitur: Limitat tamen Lauterb. *Tr. Synopt.*

Synopt. §. *24.* niſi in tertium incertum eligendum compromiſſum ſit: Uti & tale compromiſſum, ſi quatuor arbitris electis poteſtas data ſit eligendi Facultatem aliquam Juridicam, ſubſiſtere ſtatuunt, Modeſtinus Piſtor *Quæſt. 72.* Berlich *P. 1. Conclus 4. n. 13.* Lauterbach *d.* §. *24.* & tunc facultatem illam electam non ſaltem conſultorem, ſed verum arbitrum, ſi nempe loco eines Obmanns electa ſit, eſſe tradunt, dictus Piſtor *Quæſt. 73.* Berlich *Concluſ. 4. n. 14.* & Lauterbach § *30.* qui hiſce in caſibus magis ad mentem contrahentium, quàm ad verba reſpiciendum eſſe judicat.

§. XII.

Deſideratur quoque in compromiſſis conventionalibus cauſæ habilitas, Stryk *in Diſp. de Foro Auſtr.* §. *6.* pariter ut in arbitris compromiſſariis & ſtatutariis; Scaccia *Tr. de Judiciis L. 2. C. 2. Q. 4. n. 62. ſeqq.* Eapropter, de Feudis Imperii Regalibus ſi lites oriantur, nec arbiter pacto familiæ datus, nec ſtatuto electus, cognoſcere valet, arg. Ord. Cam. *P. 2. T. 7.* Ordinatio Regiminis Wormatienſis *de Anno 1521.* §. *7.* Reinking *de Regimine Seculari & Eccleſiaſtico L. 1. Claſſ. 4. C. 19. n. 132. ſeqq.* Stryk *in Diſput. de Arbitro Feud. c. 3. n. 11.* Itter *de Feudis Imperii C. 25.* §. *21. & 22.* Cum illarum cognitio ad Reſervata Imperatoris ſpectet, & cauſæ Feudorum regalium communem Reipublicæ Germanicæ ſalutem & periculum, de quibus nemo magis ſollicitus eſſe debet, quàm Imperator ratione Imperialis Officii, concernant, eamque ob cauſam ſingulare judicium conſtituant neque ſub generali confirmatione & conceſſione veniant, Dn. D. Schvveder *in Introduct. ad Jus Publ. P. Sp. Sect. 1. C. 9.* §. *9. & ſeqq. ac in Diſp. de Reſervatis Imperatoris* §. *32.* Hinc etiam Cauſæ feudales in Pacto Familiæ de Rieppur ſequentibus verbis excluſæ leguntur: Nehmlich da ſolche Sprüch und Forderungen Lehen-Güter beträffen, ſo ſollen dieſelbe vor den Lehen-Herren, Mannen oder ſonſten, als ſich vermög deß Lehen Rechts, auch altem Gebrauch und Herkommen deß Adels Teutſcher Nation, gebührt, erörtert und austragen werden. Lünig *d l. fol. 305.* Nec non excluſæ ſunt feudales cauſæ in literis conventionum, ſive Burgfrieden, quas exhibet Kyllinger *in laud. Tract. N. 4* § *6. pag. 236* Uti etiam cauſæ feudales exceptæ ſunt in Tabulis Fœderis Suevici ejusque prorogationum. Datt *de Pace Imperii Publica L. 7. C. 8.* §. *9. C. 9. n. 40. & 49. C. 14. n. 8. C. 18. & 21. n. 17. & C. 23. n. 19.* Quodſi tamen Judex ordinarius electus ſit, Itter *de Feudis Imp. C. 25.* §. *23.* Blum *Proc. Camer T 41.* §. 8. Dn. D. Schvveder *J. P. Part. Spec. Sect. 2. C. 17. n. 13.* Blancus *Quæſt 4. n. 30. ſeqq.* ac cauſa ad illum ſpectet, vel ſaltem de dividendo Feudo inter agnatos & Vaſallos agatur, tum Auſtregis conventionalibus locum eſſe dicit Stryk *in Diſp de Arbitro Feud. C. 3. n. 16.* Cum Domino directo nullum inde præjudicium exſurgere poſſit, quippe qui utrosque ad feudi ſucceſſio-

nem admisit. Hinc optime sibi consulunt, qui in causa dubia, an arbitrum admittat, Domini directi confirmationem petunt: Itter *d. C. §. 23.* Stryk *alleg. Disp. C. 3. n. 4.* Licet enim statutum vel pactum familiæ de arbitris in causis suborti litigii assumendis loquatur, in lite tamen feudali partes sine Domini consensu compromittere nequeunt, cum statutum vel tale pactum ad illarum rerum, quæ libere alienari nequeunt, controversias extendi non possit. Schrader *de Feudis P. 10. Sect. 1. num. 170.* Stryk *in Disp. de Arbitro Fend. C. 1. num. 11.* Reinking *d. loco n 136.* An vero & quatenus arbitri iu feudis non regalibus & mediatis admittendi sint, inter Doctores disputatur, ita tamen, ut si sincere & bona fide compromissum ineatur, multi illos non plane excludere audeant. *2. Feud 15. 2. F. 34. 2 F. 46.* arg. *2. Feud 26. §. si Vasallus,* Stryk *de Arbitro Feud. C. 1. n. 28. seqq. C 2. n. 13. & 26. C. 3. n. 2. & de Foro Austr. n. 40.* Blum *Proc. Cam. T. 27. n 183. & T. 41. num. 8.* Coccejus *in Disp. de Austregis §. 16.* Excell. Dn. D. Majer *in Comment. Juris Feud p 611. 612. & 911.* Lauterbach *Tr. Synopt. §. 24.* Conf. tamen Schubhard *C. 5. n. 110.* Itter *C. 25. §. 21. pag. 1064.* Deckherr ad Blumium *T. 27. n. 183.* Roding *in Pand. Camer. L 1 T. 17. § 3. & 15.* Notandum adhuc, in confœderatione Ganerbiorum de Cronberg, quam exhibet Lünig Reichs-*Archiv Contin. 3.* 7den Abtheilung 3ten Absatzes von der Freyen Reichs-Ritterschafft *N. 147. fol. 187. seqq.* etiam causas feudales sub compromisso necessario comprehensas esse his verbis: Daß bey Entstehung einiger Strittigkeiten sie möchten Leib, Ehr oder Gut, Lehens oder eigens betreffen, &c. An etiam Austregæ per pacta familiæ constituti de fideicommissis judicare possint, late pertractant Knipschild *C. 11. n. 109. seqq.* Stryk *de Arbitro Feud. c. 5. n. 14.* & Blancus *Quæst 4. n. 31.* arbitros statutarios de fideicommissis cognoscere posse affirmat, si secundum statuti formam & normam compromittant, cum ex necessitate ac Legis dispositione id faciant. Excipiuntur quoque a judicio Austregarum conventorum, causæ Religionis, prout constat ex confœderatione intet Electorem Saxonicum Johannem & Agnatum Ducem Georgium de Anno 1531. in qua hæc verba leguntur: Daß wofern zwischen obgemeldten künfftig Irrungen fürfielen, welche die Religion nicht beträffen. &c. Lünig *fol 260 loco præcedente §. 8. allegato.* Porro causæ criminales excluduntur; Arumæus *Vol. 4 Disc. Acad. 36. n 96.* Stryk *de Foro Austr. n. 6. 34. & 35.* Uffenbach *de Jud. Imp. Aul. p. 147.* Lauterbach *Tract. Synopt. §. 28.* Uti exceptæ sunt in literis conventionum de castro Ganerbico Anno 1534. initarum a Kyllingero *d. Tract.* exhibitis *p. 236.*

§ XIII.

De cætero verò, quod Austregæ conventionales sint, quod sunt, & quo ab aliis distinguuntur, est publica vel quasi ex pacto familiæ & Legibus Imperii publicis

publicis accepta potestas judicialiter vel quasi causas controversas cognoscendi, easque determinandi ac definiendi. Licèt enim parum differant ab arbitris compromissariis juxta Strykium *in Disp. de Arbitro Feud. C. 1. num. 18. & in Disp. de Foro Austr. n. 6. ut & in Usu moderno ad Tit. ff. de Receptis qui arbitr. §. fin.* ita ut ratione originis & ab initio compromissaria judicia fuisse statuat Textor *Jur. Publ. Stat. T. 5. n 81.* neque dissona sed valde affinia dicant Uffenbach *de Judicio Imp. Aul. fol. 197.* Schubhard *de Austregis c. 8. n. 24.* Nihilominus tamen multæ inter arbitros necessarios conventionales & arbitros compromissarios differentiæ intercedunt: Differunt enim 1. in eo, quod illi semper ex necessitate pacti familiæ eligantur, hi vero libero litigantium consensu ac electione constituantur: Schilter *in Inst. J. P. Rom. Germ. L. 4 T. 7.* §. 2. Austregæ immediatorum conventionales auctoritate publica Cæsarea nitantur, Textor *Jure Publ. Stat. Imp. T. 5. num. 17.* Schilter *Exercit. 72.* §. *5.* Itter *de Feudis Imperii c. 25.* §. *22.* & 3. ut judices primæ instantiæ, jurisdictionem habeant, Lauterbach *Tract. Synopt.* § *29.* & sequente §. 18. Disp. Sinolt cognom. Schüz *in laud. Disp. th 3.* quæ secus in arbitris mere voluntariis & conventionalibus se habent. 4. Austregæ conventionales in se Juris necessitatem habeant & potestatem suam in invitos, qui comparere tenentur, exerceant Textor *in Disp. ad Recess. Imp. noviss. 3. th 7.* Schilter *d. Exerc.* §. *5.* quod in arbitris compromissariis non obtinet: Sinolt Schüz *alleg. th. 3.* 5. ab Austregis conventis appellatio locum habeat, Ord. Camer. *de Anno 1555.* P. *2.* *T. 2.* §. *1.* & *T. 6.* ab arbitris compromissariis verò appellare non liceat, per *L. 1. ff. de appellat. L. 1. Cod. de receptis.* 6. reconventio & coactio coram Arbitris necessariis conventionalibus pedem figant, per dicenda in sequente §. 19. quæ in arbitris compromissariis vix locum habent. Licèt vero Austregas conventionales, ob longos anfractus & circuitus permissamque appellationem, parum hodie prodesse statuat Conring *d. l. th. 62.* eamque ob causam Carolum V. dixisse ferat: Austräg seynd wohl Austräg, weilen sie offt das Recht der Partheyen aus dem Land tragen; Nihilosecius tamen cum Sinolt cognom. Schüzio *Jure Publ. L. 3. T. 4. posit. 3. n. 1. pag. 520 & 521.* illorum usum in aprico esse credo, si præprimis appellationi renuncietur, brevis procedendi modus præstituatur, sumtusque determinentur & restringantur: Neque tacendum, hac ratione immediatos primam instantiam consequi & sic duas instantias habere, Knipschild *de Jure Civit.* P. *1. c. 35. n. 39. seqq* Rümelin *ad A. B. P. 2. Coroll. 1.* Stryk *in Disp. de Foro Austr. n. 8.* controversias inter privatos parietes terminari, arcana familiæ non pandi, lites citius & expeditius finiri, atque molestiarum sumtuumve enormitatem evitari. Prout hos fere omnium compromissorum in pactis familiæ constitutorum fines fuisse observavi: Confœderationi enim Fratrum &

Agnatorum L B ab Ow, hæc verba inserta leguntur: Zu Vermeidung befahrender Weitläufftigkeit und grosser Unkosten; Et pacto Ganerbiorum de Cronberg: Damit die Sachen nicht in die Länge gefährlich gezogen werden. Lünig Reichs-*Archiv loc. alleg. fol. 361. & fol. 87.* Mauritius *in P. 2. Conf. Tubing. 1. pag. 498.*

§. XIV.

Per Austregas conventionales suspenditur Jurisdictio Ordinariorum Judicum, quod, quoad immediatos, probant Textus diserti in Instrum. Pacis Cæsareo-Suecico *Art. 5. §. 56.* Recessus Imperii noviss. §. *168.* Capitulat. Leopoldi *Art. 18. & 36.* Josephi *Art. 17. & 31.* Caroli VI. *Art. 18.* Reichs-Hoff-Raths-Ordnung Ferdinandi III. *de Anno 1654. P. 2. T. 1. §. 2.* Reinking *de Regimine Secul. & Eccles. L. 2. Cl. 2. c. 16. num. 10.* Schubhard *de Austregis c. 2. num. 58.* Rümelin *ad A. B. P. 2. Coroll. 2.* Ita ut Privilegia Austregarum in effectu nihil aliud sint, quàm exemtiones a Jurisdictione Ordinarii Judicis, alioquin in personas Imperio immediate subjectas competente, d. Reinking *L. 5. Cl. 1. c. 17. n. 12.* frustra quoàd Judicium Imperii Aulicum dissentiente Paurmeistero *in Tract. de Jurisdictione L. 2. c. 4. n. 139.* cùm res clare in Legibus Imperii decidatur & privilegia Austregarum æque in Judicio Imperii Aulico ac in Camera Imperiali observanda sint Stryk *de Processu Austreg. n. 40.* & Dn. D. Schvveder *in Introd. ad Jus Publ.* P. *Spec. S. 2. c. 12. §. 12. pag. m. 921.* Dn. D. Grass *d. Disp. p. 30.* In mediatis vero vix suspenditur Jurisdictio, cum in arbitris compromissariis exceptio litis pendentiæ exulet: *L. 9. §. fin. L. 10. L. 30. de receptis qui arbitr.* Blanc *Quæst. 6. de effectu compromissi n. 1.* Lancellot *de Attentatis* P. *2. c. 15. n. 178.* Mevius *P. 1. Decis. 98. num. 4* Brunnemann *ad L. 9. num. 2. de receptis.* Hincque arbitri saltem immediatorum conventionales Austregas Legales cessare faciunt, per O. C. *P. 2. T. 2. & T. 6. §. fin.* Knipschild *de Civit. Imp. L. 2. c. 33. n. 98.* Mauritius *P. 2. Conf. Tubing. 1. n. 79.* Rescriptum Imperatoris ad Electorem Palatinum *de Anno 1578. d. 28. Junii*; Daß die gemeine Austräg, die sondere Vereinigung und Verträg, so die Ständ untereinander haben, nicht auffheben. Schubhard *de Austregis c. 2. n. 83.* Mindanus *de Processibus L 1. c. 19. n. 2.* Titius *Jure Publ. L. 7. c. 3. §. 32.* Stryk *in Disp. de Foro Austr. n. 7.* Waldschmid *cit. Dissert.* § *9.* Cubach *apud Arumæum Volum. 4. Disc. 36. n. 3.* Pacta enim derogant Juri communi, & provisio hominis tollit provisionem Legis, Sinolt cognom. Schüz *de Statu Rei Romanæ Vol. 2. Disp. 3. th. 3.* Ac licet dicta Ord. Cam. saltem de Principum Austregis loquatur, locum tamen etiam habet in minoribus familiis & Austregas a Cæsare confirmatos habentibus. Textor *ad R. I. noviss. Disp. 3. th. 33.* Neque aliud dicendum arbitror, licet Austregæ conventionales Austregis Legalibus consti-

constitutione sint posteriores, sentiente Lynckero *de grav. extrajud. Sect. 1. c. 5. §. 20.*

§. XV.

Præcedente §. actum est de effectu compromissi necessarii conventionalis, ratione Jurisdictionis suspensæ, nunc de illius effectu ratione paciscentium: Hi itaque obligati sunt ad compromittendum arbitrosque eligendos, quorum deciso etiam postea stare tenentur. Modestinus Pistor. *P. 2. Quæst. 70.* Peregrinus *de fideic. Art 11. num. 112.* Urceolus *de transactionibus Quæst. 63.* Dn. D. Harpprecht *Cons. 74. n. 23. & 73. seqq.* Neque verò saltem ipsi paciscentes, sed & illorum hæredes ejusmodi pacto familiæ stare tenentur, neque solùm eo in casu, si illorum expressa mentio facta sit, per *L. 32. §. 19. L. 47. §. 2. ff. de receptis qui arbitr. Cap. fin. x. de arbitris*; Id quod extra omne dubium positum est ex communi sententia Doctorum, Hunnius *Encyclop. Juris P. 2. T. 40. c. 9. n. 1. & 2.* Bachovius *ad Tit. ff. de receptis c. 7. n. 7.* Blancus *Quæst. 7. n. 2.* Johann Baptista *L 13. c 7.* Lauterbach *Tr. Synopt. § 43.* Uti quoque plerumque in pactis familiæ hæredum mentio injicitur, præsertim in confœderatione deren von Rieppur hæc verba expressa sunt: Unsern Kindern, Erben und Nachkommen Lünig *fol. 303. 304. & 305.* quæ etiam leguntur in pactis familiæ L. B. ab Ovv, & Ganetbiorum de Cronberg Lünig *fol. 358. 361. & seqq.* ut & *fol. 187. & seqq.* Mauritius *d. Cons. Tub. 1. p. 498.* Sed & in eo casu posteri obligantur, si in pactis non nominati sunt; Quilibet enim in pactis suis tam sibi quàm hæredibus prospicere voluisse censendus est per *L. 9. de probat.* omniaque pacta tam active quam passive in hæredes transeunt. *L. 12. L 49. de Obligat. & Act.* Quapropter talis dispositio inter vivos, in qua necessitas demum in futurum compromittendi a paciscentibus in pactum deducitur, allegatis Regulis merito subjicitur: Neque tamen singularis & abnormis dispositio de ipso compromisso extans in *L. 27. §. 1. L 32. §. 1. L. 49. §. 2 ff. de receptis Cap. fin. x. de arbitris*, Lauterbach *Tr. Synopt. §. 43.* ad tale pactum familiæ, quod ad compromittendum sive ad arbitros necessarios primum eligendos vel constitutos agnoscendos necessitat, extendenda erit, cum ratio a Doctoribus in compromisso adducta, quod nempe ex singulari confidentia, quæ fortassis in ejus hæredibus & successoribus vel prorsus nulla vel non tanta sit, fiat, oppidò in compromissis necessariis cesset, cum tempore ejusmodi pacti arbitri utplurimum ignoti sint, & hæredes eos pro sua confidentia & libero arbitrio haud rarò eligere possint Dn. D. Harpprecht *Cons. 74. n. 91. seqq.*

§. XVI.

Notissima quidem aliàs Juris Regula est, quod ad factum præcise adimplendum

plendum nemo cogi queat per *L. 13. §. fin. de re judicata.* B. D. Bardili *in Disp. de obligationibus faciendi th. 113.* Dn. D. Harpprecht *Conf. 74. n. 25. seqq.* & hinc in terminis decidit Johann Baptista *L. 5. c. 1. 2. & 10.* quod non præcise quis ad compromittendum cogatur, sed saltem ad pœnam contractus vel interesse teneatur, nisi pacta essent jurata, cum juramenta Jure Canonico hoc in casu quoque præcise servanda factaque adimplenda sint, idem Baptista *L. 5. c. 1. n. 4. & c. 2. n. fin. & L 6. c. 9.* Stryk *Cautel. Contract. Sect. 2. c. 5. §. 5.* Add. tamen D. Bardili *in d. Dissert. th. 112. & 113.* Sed dicta Regula in compromissis necessariis, quæ ex Legis vel statuti dispositione fieri debent, officium suum perdit: Hinc Blancus *Quæst. 1. n. 18. & Quæst. 10. n. 5. & 12.* dicit, cognatos & affines præcise in arbitros compromittere & factum hoc legale præcise adimplere teneri. Joh. Baptista *L 5. c. 7. 10. & 11.* Idem statuit Dn. D. Harpprecht *Conf. alleg. 74. n. 23. 77. 102. 114. & præcipue n. 104.* rationem addit, cum in factis legalibus, uti in testamentariis, de quibus sequente *cap. 3. §. 28.* ex receptissima Doctorum traditione, factum præcise implendum sit *L. 35. §. 3. de Procurat. L 14. §. 9. quod metus causa L. 1. de administr. & peric tut.* Hinc de Austregis conventionalibus immediatorum idem dicendum esse videtur, cum ab Imperatore & per Leges Imperii confirmati, ac eapropter etiam legales sint, Schilter *Exerc. 12. §. 5.* illorumque pacta, qui Leges condere possunt, fere vim Legis habeant, *L. pen. Cod. de Donat. inter vir. & Uxor.* Modest. Pistor *P. 2. Q. 70. n. 7. & 8. Q. 71. n. 10. & Q. 72. n. 16.* Berlich *P. 1. Concl. 4. n 18.* nec non Austregæ conventionales arbitris statutariis æquiparentur, Pistor *d. P. 2. Q. 7. n. 2.* & de Jure Germanico multi Doctores in genere factum præcise præstandum esse dicant, Joh. Schilter *Exerc. 8 § 2. & Ex. 12. §. 11. & seqq.* Cum insuper hujusmodi necessaria compromissa in eo se fundent, ne secreta familiæ pandantur, comprimis inter diversæ religioni addictos, ac ne lites illarum ruinam post se trahant, quo casu vicariam ejus, quod interest, præstationem vix locum habere, sed factum præcise adimplendum esse docet ex Mantica B. Dn. D. Harpprecht *Conf. 74. n. 115. 116.* Sed an hactenus dicta etiam ad arbitros necessarios a mediatis electos ac à superiore non confirmatos extendenda sint, dubium est, cum Leges publicæ hic sileant, multique Doctores partes se per pœnæ vel interesse solutionem liberare posse doceant Textor *citata Disp. 3. th. 21.* Dn. à Lyncker *Tit. 27. n. 189. & 190.* ita ut, si mediati compromittere arbitrosque secundum pacta eligere nolint, tutius Juri Communi relinquantur, & pars læsa coram ordinario, vel ad pœnam vel ad interesse, actione competente agere debeat.

§. XVII.

Causa itaque coram Austregis conventionalibus, secundum pacta familiæ, tractanda erit: Quid vero tum faciendum sit, quærunt Doctores, si forte

Reus

Reus Auſtregis conventionalibus uti detrectet, vel præſcriptæ illorum formæ non ſatis faciat, adeoque litem protrahat? Sane arbitri ab una parte electi in contumaciam alterius partis, quæ pacta familiæ ſequi recuſat, de facto procedere nequeunt, cum caſus hic utplurimum in illis expreſſe non ſit poſitus & strictæ formulam compromiſſi partes ſequi teneantur, neque arbitri ab una parte electi altera parte abſente procedere poſſint, contra *L. 17.* § *1. &* 7. *L. 18. de recept. qui arbitr.* Piſtor *Quæſt. 69. n. 5. ſeqq.* Neque cauſa ad Auſtregas Ordinationis pertinet, prout tamen ſentit Schubhardus *de Auſtregis Cap 9. n. penult. & fin.* quem ſequi videtur Blum. *in Proceſſu Cam. Tit. 27. num. 89.* quapropter eum Deckherrus *in Vindic. ad dict. n. 89. p. 303.* rectiſſime reprehendit, & contra Juris uſum dicta eſſe pronuntiat: Ex hac ratione, quod Auſtregæ legales inter Auſtregas conventionales & Judicia ſuprema Imperii eapropter intermediæ inſtantiæ eſſe nequeant, cum tàm conventionales quàm ordinationis Auſtregæ primæ inſtantiæ locum occupent, & parem poteſtatem habeant, nec inter ſe gradu ſed ſolis externis conſtituendi formis differant: Uti quoque ipſe Blumius *cit. T. 27. n. 202.* ſibi ferè contrarius non diffitetur: Hinc etiam Auſtregæ conventionales faciunt ceſſare Auſtregas Ordinationis, juxta dicta in præced. §. *14.* neque ab illis ad hos appellare licet, vid. §. Cap. hujus 19. Aliter igitur diſtinguit dictus Deckherr *pag. 303.* vel enim, inquit, Reus conventione ſtare detrectat, & plane in Auſtregas conventionales non vult conſentire: Et in hoc caſu agendum erit ad implenda pacta familiæ, Ganerbiatus vel confœderationis, & in non adimpletis ad pœnam pactis inſertam, arg. *L. 30. ff. de recept.* Duplex enim hic controverſia intervenit, una de pactis plane non agnitis, quæ prius decidenda, ut ſcilicet & de rationibus facti, & an pacta illa juſta vel injuſta, valida vel invalida ſint, an alter illis invitus adſtringendus, nec ne, ac an vel quatenus pœna commiſſa ſit, aut non, conſtare poſſit? Altera vero controverſia de Auſtregis in pactis comprehenſis, ita tamen ut Auſtregæ Ordinationis ſalvi non adimplenti maneant. Vel Reus pacta familiæ rata agnoſcit, modos autem in illis præſcriptos formamque adimplere recuſat; Quo caſu cauſam, ob non ſervatam formam, hincque plane ceſſantibus Auſtregis, ad Cameram Imperialem devolutam ibique recipiendam eſſe ſtatuit, cum hic unice de non adimpleta pactorum forma quæratur, & validitas ex agnitione pactorum certa ſit, Ita ut pœna legalis, nimirum præjudicium deſerti fori Auſtregalis, obtineat: arg. *L. 39.* §. *1. de recept.* Verum enim verò, ſi immediati, de quibus Deckherrus loquitur, Auſtregas conventionales ſervare detrectent, tum pars procedere optans apud Judicem ordinarium inſtare debet, ut cogat recuſantem per mandata Blum *Tit. 34. n. 52. ſeqq.* Illuſtris Dn. a Ludolf *p. 121.* ad compromittendum & ad pacta familiæ adimplenda, Modeſtinus Piſtor *Quæſt. 69. n. 9.*

 & Nico-

& Nicolaus Everhardus Junior *Volum. 1. Consf. 16.* ubi hæc verba: *Quapropter si Reus sit contumax, ab Actore supplex libellus S. Cæsareæ Majestati exhibeatur, in quo petat, ut Reus mandato Imperiali ad observantiam conventionis hæreditariæ cogatur*; gemina tradit Lentius *in Disp. alleg. de privilegiatis immediatorum S. R. I. Procerum instantiis C. 2. §. 4. Cum renuentibus ita agatur; si is actor, opposita in aliis Judiciis declinatoria, Reus absolvetur: Sin vero Reus, in arbitrio Actoris esto, vel ordinarium superiorem, qui Cameræ, non Austregæ, adire, &c. vel ille ab Imperatore quibuscunque remediis, à Camera mandatis pœnalibus sine clausula: ut cogatur, impetrare.* Id quod etiam Juris est in arbitris statutariis, Joh. Baptista *de arbitris L. 5. c. 11.* ab his verò ad Austregas conventionales ex necessitate pactorum electos consequentiam valere docet Pistor *P. 2. Quæst. 69. n 5. & 9. Q. 70. n. 2.* Cur autem partes hoc eodem remedio uti nequeant, si una contra formam & modum præscriptum excipiat, nullam subesse causam video: Sane identitatis ratio adest, arg. *L. 32. ad L. Aquil.* & hac ratione semper in libero partium arbitrio positum videri posset, utrum Austregas conventionales agnoscere, an verò per formæ rejectionem Austregas Ordinationis vel Judicem ordinarium substituere vellent: Cum tamen conventionales Austregæ cum sua forma in tot Legibus publicis agniti & approbati sint, ac si illi adsint, Legales cessent, neque paciscentes immediati horumque hæredes per præstationem interesse a facto præcise adimplendo se liberare queant, si Actor conventionalium Austregarum judicium eorumque formam urgeat. Videtur itaque Analogiæ Juris convenientius, sive Austregæ pactitii ipsi sive saltem ipsorum forma ab alterutra parte respuantur, partem læsam adire Judicem competentem, qui in immediatis, cæteris paribus, Judicium Imperii Aulicum vel Camera Imperialis, in mediatis vero ex foris domicilii, contractus, rei sitæ & reliquis æstimandus est, ac coram eo ad pacta implenda horumque formam servandam competentibus remediis vel per mandata vel actione ex pacto familiæ pro re nata descendente agere. Si tamen in pactis familiæ aliud conventum, & in casum conventionis non servandæ nonnisi pœna præstituta vel præstatio interesse substituta sit, tali pacto omnino standum erit. Uti pœnam rejectionis a castro & amissionis bonorum communium parti renuenti in pacto familiæ de Rieppur, & in confœderatione Ganerbiorum de Cronberg pœnam perjurii & Ganerbiatûs præstitutam inveni apud Lünigium *fol. 312. & 313. & fol. 188.* Nec non pœna amissionis litis dictata est in ordinatione Majoratûs, quam exhibet Mauritius *in Consf. Tubing. 1. p. 499.* Si quis autem mediatos ad factum præcise præstandum non obligatos dicat, nonnisi actio ad pœnam vel interesse acquirendum juxta §. præced. concedenda est.

§. XVIII.

§. XVIII.

Compromisso itaque hac ratione constituto & ab arbitris suscepto, hi officium in se receptum implere tenentur, &, si nolint, cogi possunt mulcta, pignoris captione vel arresto, nisi justam excusationis causam habeant: Lauterbach. *Tr. Synopt.* §. 22. Baptista *L.* 5. *c.* 3. Joh. Voetius *n.* 20. *& n.* 14. *ad Tit. de receptis*, ubi singularem modum inter Anglos Belgasque in Pacificatione d. 28 April. Anno 1654. Art. 28. conventum recenset, ut nempe arbitri litibus quibusdam dijudicandis ab utraque gente electi, si non intra certum tempus eas definiverint, conclavi includantur, ab omni hominum consortio segregati, ibique sine lumine, sine cibo potuque aut apparatu alio quocunque familiam agant, donec sententia sua commissas sibi terminarent quæstiones. Utrum verò arbitri conventionales etiam, uti de statutariis §. 5. Capitis præcedentis dixi, ad suscipiendum arbitri munus compelli possint, quæstionis est? Et si agnati vel fideicommissarii pacto familiæ immediatorum comprehensi & electi fuerint, omnino munus, illud etiam inviti in se suscipere tenentur; Hinc in pacto familiæ Nobilium de Rieppur hæc verba leguntur; daß die benannte drey Personen ihres Stamms und Nahmens die Sachen zurecht vertragen schuldig seyn sollen. Lünig. *cit. loc. fol.* 303. Aut si in proprios Consiliarios vel Collegium Juridicum compromissum sit, etiam hi, positis ponendis, cogi possunt; D. Lauterbach *in Disp. de Consiliis eorumque Jure C* 2. *th.* 10. Quapropter in confœderatione der zwey Brüder Wilhelms und Balthasars Landgraven in Thüringen §. 7 allegata sequentia verba habentur; So sollen wir einen Obmann aus unsers Bruders Rath kiessen, den unser Bruder auch vermöge, daß er die Sach mit Recht scheide: Lünig. *d. l. fol.* 195. atque ita in pluribus aliis locis observavi; De cætero verò arbitri compromissarii regulariter cogi nequeunt; Voetius *num.* 20. *& seqq. de receptis.* Joh. Baptista *L* 5. *Cap.* 1. Quo autem electi arbitri officio suo rite & legitime defungantur, omni modo sibi caveant, ne compromissi modum & terminos in illo comprehensos excedant, sed diligenter & strictè custodiant: Non enim aliud illis licet, quam inibi, ut efficere possint, cautum est, & conventionales Austregæ nonnisi particulares sunt, D. D. Grass *in Collationis I. C. cum Recessibus P.* 2. *S.* 1. *p.* 11. hinc ultra personas de familia & ultra causam nulla fit extensio; Lauterbach *Tr. Synopt. n.* 5. *&* 33. Knipschild. *de Nobilitate Imp. immediata L.* 3. *C.* 23. *n.* 831. Quare etiam Conring. *de Judiciis Reipublicæ Germanicæ* §. 26. dicit: Pauca Austregis negotia decidenda sunt relicta, & admodum angustis cancellis coarctata est eorum Jurisdictio, Modestinus Pistor. *Quæst.* 71. *n.* 10. adeo, ut si extra metas compromissi evagentur modumque præscriptum non observent, illorum sententia

 ipso

ipso Jure nulla sit. Lauterbach. *Tract. Synopt.* §. 33. Potestas enim Austregarum conventionalium maximè ex conventione dependet; Et, ad instar aliorum arbitrorum compromissariorum Lauterb. *d. Tract.* §. 29. propriè nullam habent jurisdictionem, cum eorum potestatem unice pacta privatorum, qui jurisdictionem tribuere nequeunt, Stryck. *in Disp. de Arbitro Feud. c.* 5. §. 20. constituant. Quod si tamen pacta familiæ de arbitris constituendis inter illos, qui Jure superioritatis territorialis & Regalibus gaudent, sint inita, ipsis ut judicibus, jurisdictio vix denegari poterit: Austregæ enim conventionales non tantum privatorum sunt, verùm gewillkührte Rechtliche Austräg; Ord. Cam. *P.* 2. *T.* 2. Et tanquam majorum providentia erecta, atque per publicam S. Cæsareæ Majestatis Auctoritatem, concessa iis jurisdictione, confirmata judicia considerantur, quæ & in invitos exercentur, Jacob Schuldesius ad Modest. Pistorem *Quæst.* 69. *n.* 5. *Q.* 70. *n.* 2. & *ad Q.* 71. *n.* 6. 9. & 10. *ad. Q.* 72. *n.* 7. 8. & 10. Lauterbach. *Tr. Synopt.* §. 29. Stryk. *in Disp. de Arbitro Feud. c.* 5. *n.* 26. Berlich. *P.* 1. *Conclus.* 4. *n.* 18. Textor *in Disp. ad R. I. noviss. th.* 17. Schilter *Exerc.* 12. §. 5. Uti quoque Austregis Legalibus & statutariis Jurisdictionem attribuunt Berlich. *d. l.* Blancus *Quæst.* 6. *num* 1. *Q.* 10. *n.* 1. Scaccia *de Judiciis L.* 2. *c.* 2. *n.* 5. & 6. Stryk. *de Arbitro Feud. c.* 5. *n* 15. Utrum vero Jurisdictio illa ordinaria, an delegata sit, disputant Doctores: Pro ordinaria pugnant Pistor. *Quæst.* 70. *n.* 1. & Schultesius *ad hunc n.* 2. Berlich. *d. Concl.* 4. *n.* 18. Textor autem nec simpliciter ordinariam nec delegatam admittit *in Disp. alleg.* 3. *th.* 17. Sed medio modo se habere dicit, cum à Legibus quidem attributa non tamen simpliciter, sed mediante requisitione, nominatione & electione competat, nisi ex tenore pacti familiæ certæ alicui personæ immediatè & præcisè, hoc est, citra requisitionem vel similem actum, Jurisdictio Austregalis fuerit assignata, tunc enim magis ordinariam esse. Uti quoque Mevius *Cons.* 106. *n.* 68. conventionalibus Austregis anomalam Jurisdictionem ex Jure Imperii publico certam formam habentem attribuit Sinold. Schüz. *J. P. n.* 7. *p.* 524. & D. D. Grass. *p.* 23. & 24.

§. XIX.

Suboritur hîc alia quæstio: Utrum coram hisce arbitris conventionalibus reconventio locum habeat? Affirmant Deckherr *in Vindic. ad Blumium p.* 272. Textor *alleg. Disp.* 8. *th.* 79. *arg. L.* 14. *Cod. de sententiis, Nov.* 96. *c.* 2. *n.* 1. modo causæ qualitas conventioni inter partes initæ adversa non sit; De quacunque enim causa propter repugnantem ejus qualitatem ab initio coram Austregis conveniendo experiri non licet, de ea quoque in reconventione nulla judicis est potestas, Stryk *in Disp. de Foro Austr. n.* 23. & 24. D. D. Schvveder *in Introduct. ad J. P. Part. Spec. S.* 2. *c.* 17. §. 14. Id quod etiam Juris est in arbitris

bitris

bitris Juris Joh. Baptista *L. 9. C. 19.* Stryk *de reconventione C. 3.* §. *20.* in statutariis Blancus *Quæst. 4. n. 23.* Scaccia *de Judiciis L. 2. c. 2. n. 16.* ac in Austregis Legalibus, qui etiam certis in casibus reconventionem admittunt. Ord. Cam. *P. 2. T. 4.* §. *2. & 16.* Rümelin *ad A. B. P. 2. Coroll. 4. & 6.* Stryk *de Processu Austreg. n. 16. seqq.* Possunt insuper Austregæ conventionales de præparatoriis, Schilter *Exerc. 12.* §. *19.* Blanc *Quæst. 4. n. 21. seqq.* & accessoriis, puta usuris, fructibus & expensis judicare, licèt nulla illorum mentio in pacto fuerit facta; Uti etiam de solvendis sumtibus, si quæstio oriatur, arbitri conventionales judicare possunt; Maxime tamen ad pacta respiciendum est: Ita in declaratione illarum conventionum, quas tradit Kyllinger *in Discursibus de Ganerbiis Castrorum pag 239.* sequentia verba observavi: Und alles auff der verlustigten Parthey Unkosten zur Hand bringen, &c. Et in confœderatione Ganerbiorum de Cronberg hæc verba habentur: Auff des Klägers oder der Partheyen Unkosten, welches Obmann und Zusatz erkennen sollen, sich Raths erhohlen. Lünig *cit. loco fol. 188. Nro. 147.* Quid tunc dicendum sit, si tale pactum deficiat, vid. Stryk *de Proc. Austr. n. 30.* Brunnem. *Consil. 134. 135. 136. 137.* Mevius *Cons. 106.* Rhetius *L. 4. T. 2.* §. *26.* In specie vero ut munere suscepto arbiter legitime fungatur, requiritur, ut causam controversam diligenter & observato judiciali ordine cognoscat; Lauterbach. *Tr. Synopt.* §. *34.* Et procedendi modum addiscat ex conventione, quæ stricti, imo strictissimi Juris est, atque ultra ea, quam de quibus conventum est, extendi nequit, per *L. 32.* §. *15. 17. & fin. ff. de recept.* hincque juxta formam in conventione præscriptam strictissime & accuratissime procedendum dicit Sinolt Schüz *laudata Disp. th. 3.* Eamque ob causam in Ord. Cam. *P. 2. 7. 2.* expresse dispositum judico, ut juxta tenorem pactorum familiæ, laut derselben, procedatur. Stryk *de Foro Austreg. num. 6.* Exemplum vero processüs in Domo Saxonica adhibiti memorabile erudite & solicite excultum exhibet Arumæus *in Volum. 4. Disc. Academ. 36. n. 5. usque ad n. 22.* Et ulterius ex Archivis procedendi modus petendus est, ex mente Textoris *in Disp. ad R. I. noviss. 3. th. 67.* Neque hic silentio præterire possum compromissum a Comitibus de Hohenlohe Anno 1511. in confœderatione antiqua initum, in quo convenerunt, ut Actor 6. vel 10. Vasallos nobiles Reo, quem simul de electione admoneat, nominet, quo facto Reus non solum 3. vel 5. ex illis eligat, ac electos nach Oehringen oder Cünzelsau invitet, ut se intra 7. hebdomades ad causam dirimendam sistant, sed & nomina electorum intra mensis spatium Actori denunciet; Qui arbitri deinde communibus sumtibus causam infra 1000. florenos oretenus vel in scriptis pertractandam sumant, atque, conclu-

sione a partibus intra tres menses a tempore der ersten Tagsatzung computandos facta, amicabilem compositionem tentent, hâcque frustra tentatâ rem sententiâ decidant, ita ut, nisi justa causa impediat, tota lis intra dimidium anni spatium finiatur: Si vero causa 1000. florenorum summam excedat vel injuriam concernat, dictusque modus partibus displiceat, Actor ex tribus Capitulis, vel Facultatibus, in quibus & Tubingensis nominatur, unum unamve eligat, quod vel quæ sententiam ferat. Si autem causa plane gravis ac difficilis esset, Camerale Judicium illam, arbitri loco, decidat. Lünig *Spicil. Secul.* Reichs-*Archivs* 2ter Theil *supplementa* zu denen Graffen von Hohenlohe *N 1. fol. 1819. & 1820.* Deficiente vero pacto juxta Ordinem Juris & pro natura processûs procedendum est, Stryk *de Arbitro Feud. C. 4. n. 5.* Lauterbach *Tr. Synopt.* §. *34.* Suadendum itaque est, ut modus procedendi præscribatur in pactis familiæ; Quod latius factum in declaratione conventionum a Kyllingero *p. 236. & seqq.* exhibita, nec non in allegata confœderatione Ganerbiorum de Cronberg: In qua dispositum est, ut subortæ lites ad superarbitrum jam antea electum deferantur, qui intra 4. hebdomades partes citet, ut & Actor & Reus duos quilibet agnatos vel alios nobiles adjungant; Quæ quinque personæ terminum 4. hebdomadum ad libellum porrigendum, litem contestandam reliquaque proponenda præfigant, sententiamque suam intra eundem terminum ferant; Si autem causæ gravitas suadeat, JurisConsultorum judicium expetant. Æquum tamen est, ut prius amicabilis compositio tentetur, propter Rec. Imp. noviss. §. *110.* Uti hoc etiam in omnibus familiæ pactis hactenus allegatis, e. g. in confœderatione Landgraviorum Misniæ & Thuringiæ, die Sach freundlich zu scheiden, Lünig *pag 194. N. 18.* in pacto familiæ Nobilium de Rieppur, in der Güte zu vergleichen, idem Lünig *fol. 305. cit. N. 204.* & aliis injunctum esse observavi. Causa tandem sufficienter cognitâ frustraque tentatâ amicabili compositione arbitri conventionales sententiam certam ac pacto familiæ convenientem præsentibus partibus, debito loco & congruo tempore publicare tenentur: Lauterbach *Tract Synopt.* § *35.* Licet autem ab arbitro compromissario vix dicatur, mit Urtheil zu recht erkannt, sed saltem hæc formula adhibeatur, wird von denen hierinnen erbettenen Schieds-Richtern die Sach dahin entschieden; Aliud tamen de Austregis conventionalibus in Legibus Imperii publicis vel a Cæsarea Majestate specialissime confirmatis dicendum sentio. Prout in citata causa Comitum Mansfeldensium JurisConsultos Ingolstadienses, tanquam Judices causæ, suo nomine sententiam concepisse, nec solum pronunciasse, Reos esse condemnandos, sed & his verbis, inmassen wir sie hiemit vertheilen, condemnâsse, tradit Pistor

Quæst.

Quæst. 73. n. 5. Ac in Brunnemanni *Conf. 130. n 140. C. 133. n. 1. & C. 137. n. 68.* hæc sententiæ formula extat: Sprechen wir niedergesetzte Außtrags-Richter mit Urtheil zu recht; Nec non apud Lünigium *Nro. 17.* Grimmischer Machtspruch zwischen Churfürst Johann und Hertzog Georgen zu Sachsen. *fol. 257.* hæc verba leguntur, scheiden, sprechen und weisen wir mächtiglich. Quamvis etiam sententia arbitrorum compromissariorum ex propria illorum auctoritate nullam vim habeat, nec proprie judicialis sententia, sed saltem ein schiedsrichterlicher Ausspruch dicatur neque exceptionem rei judicatæ vel actionem producat, Lauterbach *Tr. Synopt.* §. *39.* ita ut ob solam electionem & promissionem partes tali laudo, remota appellatione & iniquitatis querela, stare debeant per *L. 1. C. de arbitris.* & partes vel per indirectum, metu nempe pœnæ sive interesse præstationis, vel directò ope scilicet exceptionis pacti, aut actione in factum, ut sententiæ homologatæ & approbatæ stent, compellantur: Lauterbach *Tr. Synopt.* § *40.* Nihilominus tamen ab arbitris necessariis appellationem ad judicem superiorem ordinarium locum habere Doctores communiter affirmant, Mynsinger *Cent. 4. Obs. 68. n 8.* ibique Gülich D.D. Lauterb. *Coll. Theor. Pr.* §. *24. & 39. ad T. de recept.* Brunnem. *ad L 1. n. 10. Cod. de receptis.* Titius *J. P. L. 7. c. 3.* §. *32.* Engel *in Jure Canonico L. 1. T. 1. n. 7.* Uffenbach *de Judicio Imp. Aul. fol. 148.* Rhetius *Instit. Jur. Publ. L. 4. T. 2* §. *32.* cum nullibi in Ord. Cam. vel Recessibus Imperii aliud statutum sit, idemque obtineat in arbitris Juris *L. 23. de appellat. L. 9. qui satisd. cog. L 31. Cod. de appellat. L. fin. Cod. de judic.* Voëtius *n. 1. ad Tit de receptis*, Stryk *de Arbitr. Feud. c. 4. n. 20.* Mauritius *in Consf. Tubing. 1. n 79. & 80.* in statutariis, Hilliger *ad Donellum L 28. C. fin. lit. c.* Blanc *Quæst. 10. n. 10. seqq.* nec non in Austregis Legalibus *O. C. P. 2. T. 2.* cum quibus fere parem auctoritatem habent Austregæ conventionales, Stryk *de Foro Austr. n. 36.* Minime tamen ab Austregis conventionalibus ad Austregas Legales, sed ad Judicem superiorem ordinarium appellare licet. Blum *Proc. Cam. T. 27. n. 202. ibidem Deckherr*; Uffenbach *fol 148.* Neque me a veritatis tramite aberrare credo, si Austregis conventionalibus immediatorum omnes illos effectus, quos sententia ab arbitro statutario lata parit, Blanc *Q. 6. n. 5. Q. 9. de effectu sententiæ, maxime n. 9. & Q. 11. n. 5. 10. & 11.* attribuam, cum præcedente §. 18. etiam suo modo jurisdictionem adscripserim.

§. XX.

Offert sese occasione hac controversia a Doctoribus disputata; Utrum videlicet pactum appellationis prohibitorium valeat? Fere enim in omnibus pactis

pactis familiæ & conventionibus de arbitris eligendis appellationem prohibitam esse observavi; E. g. in confœderatione L. B. ab Ow, clausula addita est, ohne alle Appellation, Reduction, Revision oder andere Suspensiv-Mittel, item in pactis familiæ Nobilium de Rieppur, Ganerbiorum de Cronberg, quæ exhibet Lünig *locis citatis*, in multis aliis etiam secundum Dattium *de Pace Imperii publica L. 1. c. 27. n. 88. & 115.* in conventione Nobilium de Riedesel, ut & in illo familiæ pacto, quod Betsius *in Tr. de Statut. famil. illustr. p. 554.* exhibet, eadem verba exstant, nec non in Unione Electorali Wildv. *d. Disp. §. 24. & 30.* Quid igitur de tali pacto a superiore non confirmato dicendum? Nam si confirmatio accesserit, nullum dubium subest, quin valeat: Ahasverus Fritschius *in addit. ad spec. Speidelii voc.* Geschlechts-Register. Standum illi esse arbitror; Quod etenim pacto appellatio tolli possit, si litigaturi vel litigantes huic beneficio renuncient, adeoque id, quod illorum potestati subjacet, per pactum a se abdicent, non saltem Regula generalis, *L. penult. Cod. de pactis. L. 41. de min.* quod quilibet iis, quæ pro se introducta, pro lubitu renunciare possit, sed & talem renunciationem tam expressam quàm tacitam permissam esse probant. *L. fin. §. fin. Cod. de temporibus & reparat. appellat. L. 1. §. 3. quibus appellare non licet, C. 61. §. porro x. de appellat. O. C. P. 2. T. 28. §. 1.* Dn. D. Schvveder *in Disput. de appellat. renunciat. §. 7.* Lauterbach *§. 8. & 17. ad Tit. de Appellationibus.* Compromissum insuper a privatis eum in modum initum, ut laudo, omni appellatione remota, standum sit, valere; communiter Doctores propugnant, Blancus *Q. 10. n. 4.* Joh. Baptista *L. 7. c. 14.* Imo cautelæ loco vulgo clausulam appellationis prohibitoriam commendat Brunnemann *ad L. penult. n. fin. ff. de receptis.* Uti quoque a compromisso nulla appellatio locum habet, multisque personis appellandi potestas in Jure denegata est, *per tot Tit. Cod. Quibus appellare non licet.* Quamquam etiam consuetudine & statuto appellatio tolli nequeat, quippe quæ directò adversus jus superioris disponunt, aliud tamen de pacto dicendum esse statuit. Galleratus *de renunciat. Cent. 2 Remed. 173. n. 9.* Cum nec ipsum Jus Naturæ aliquem cogat, ut remedio appellationis contra injustam sententiam utatur, seque adversus injuriam judicis, pro quo ejusque sententia tamen semper præsumtio justitiæ pugnat, defendat. Dn. D. Schvveder *in laud. Disp. §. 7. p. 8. & 9.* Singulare & excessivum appellationis prohibitorium pactum exhibet Mauritius *P. 2. Consf. Tubing. 1. n. 77. seqq.* & magis illud pro nullo habet, quem sequitur Dn. a Lynker *de gravam. extrajud. p. 411.* Restat adhuc circa effectus quæstio consideratu non indigna: Ad quem sententiæ ab Austregis conventionalibus latæ executio pertineat? Et si illi a mediatis constituti fuerunt, horumque causam deter-

determinârunt, laudi executio omnino magis ad ordinarium ſpectat, cum & arbitri compromiſſi executione careant, *L. penult. Cod. de arbitris l. 15. de re judic.* Voëtius *n. 23. ad T. de receptis.* Si vero inter immediatos Auſtregæ conventionales judicaverunt, cui tunc executio attribuenda, quæſtio eſt multis dubiis eapropter obnoxia, quod multi Doctores ipſis Auſtregis Legalibus, alii Judici ordinario illam adſcribant Dn. D. Schweder *in Introd. ad Jus Publ. P. Spec. S. 2. c. 17. §. 16. p. m. 925.* Coccejus *de Notione & execut. Auſtr.* Textor *in Diſſ. ad R. I. noviſſ. 3. th. 84. ſeqq.* Dn. D. Graſs. *d. Diſſ. p. 26. & ſeqq.* Tutior & expeditior mihi ad minimum videtur ſententia, maxime ſi Conſiliarii vel alii privati Auſtregæ conſtituti ſint, ut ad ordinarium Judicem recurratur, ac ab eo executio petatur. Ord. Cam. *P. 2. T. 8. §. 8. & 17.* Deckherr *ad Blum. T. 27. n. 203. p. 311.*

§. XXI.

Tolluntur absque dubio Auſtregæ conventionales utriusque partis conſenſu, & tunc Auſtregæ legales vel Judex ordinarius adiri poteſt. Deckherr *in vindic. ad Blum. T. 27. n. 190.* Hermes *Cap. 15. n. 17.* Schubhard *C. 9. n. 23.* Uffenbach *fol. 148.* id quod etiam in compromiſſis Juris eſt, Johann Baptiſta, Peruſinus *de arbitris L. 5. c. 1.* Blancus *Q. 7. n. 7. 11. 13.* Lauterbach *Tr. Synopt. §. 35.* Neque ſolum expreſſe, ſed & tacite partes renunciare poſſunt, ſi nempe Reus coram judicibus ordinariis vel alio competente, omiſſa exceptione declinatoria fori Auſtregalis, litem ſimpliciter conteſtatus ſit, cum, eo ipſo Juri ſuo tacite renunciâſſe, videatur Deckherr *d. n. 190. p. 304.* eaque renunciatio in præjudicium renunciantis ſine dubio admittatur, per *L. penult. C. de pactis*, hinc ſi Actor privilegiatum coram competente & ordinario Judice pullat, poterit Reus in ſui præjudicium Auſtregis conventionalibus renunciare; Si vero Actor Reum coram Auſtregis conventionalibus conveniret, non peræque ad renuntiationis remedium confugere liceret, ex mente Textoris *in Diſp. 3. th. 18.* Reum enim, Actore invito, privilegio Auſtregarum minime contra naturam conventionum *L. 5. Cod. de oblig. & act.* renunciare poſſe, ſed, Actore id poſtulante, Reum ad ſatisfaciendum ordinationi per legitima remedia compelli oportere defendunt Blum *Proc. Cam. T. 27. n. 49.* ibique Deckherr Uffenbach *fol. 147. n. 11.* maxime cum penes Actorem electio ſit, ſi Reus plures Judices habeat, *L. 25. C. de Epiſcopis & Clericis*, Deckherr *ad Blum. T. 27. num. 49.* quod tamen Dn. D. Schvveder *in Diſp. de Foro Illuſtrium Imperio Rom. Germ. immediate ſubjectorum th. 20.* ad hunc caſum reſtringit, ſi videlicet Actor ſingulare aliquod intereſſe inde urgere poſſet, aliàs enim, cur quilibet Imperii Princeps vel Comes juri ſuo & Auſtregis Legalibus renunciare non poſſet, ſicut

quivis plebejus? *L. 29. Cod. de pactis.* add. Titius *L. 7. cap. 3. n. 18.* Sed quæritur, an unius quoque pœnitentia compromissa solvantur? Quod in mere voluntariis pœnitentia locum habeat, nullum dubium est, ita ut Actor, Reo invito, rem coram judice competente in judicium deducere possit per *L. 30. ff. de receptis*, B. Dn. D. Lauterbach *Tract. Synopt. §. 45.* nisi in ordinarium & competentem Judicem fuerit compromissum. Richter *Cons. 64. n. 18. 42. & 59.* De necessariis verò aliud dicendum: Si enim arbiter statutarius sit, tum exceptionem litis pendentiæ & compromissi locum habere, ita ut agens repellatur, neque compromissum solvatur, dicit Blancus *Q. 7. n. 10.* imo Stryk *in Usu moderno §. 8. ad Tit. ff. de receptis* pœnitentiam unius partis generaliter excludit, & compromissi exceptionem concedit, uti quoque Schultesius ad Pistorem *Q. 74. n. 4. & 5.* statuit pœnitentiam & protestationem post initum compromissum eodem licet die factam non eximere compromisso articulum inclusum, cum illud semel sit perfectum partesque consenserint, idque, quod consensu duorum factum sit, non possit nisi contrario amborum dissensu dissolvi, per *L. 58. ff. de pactis. L. 35. L. 153. de Regulis Juris.* Nec in Austregis conventionalibus immediatorum Legibus Imperii publicis confirmatis pœnitentia unius locum habebit, cum præcisè illi ad compromittendum cogantur, nec per præstationem interesse liberentur, & ut plurimum familiæ utilitas subsit. Tacite porro Austregis conventionalibus immediatorum renunciatur, si causa ita comparata sit, nt mandata sine clausula decerni possint, uti si Reus se sub pacto executivo obligaverit, Dn. a Ludolf *p. 30.* Blum *T. 26. n. 34. T. 27. n. 176.* Si autem immediatus Austregas conventionales ad Actoris petitum cum protestatione de non consentiendo & prorogando, nisi quatenus & in quantum de Jure teneretur, Austregas Ordinationis eligat, utrum postea ad Austregas conventionales redire & coram his exceptionem fori declinatoriam opponere, sicque ad pacta provocare possit, ex ea ratione Doctores affirmant, quia sibi per protestationem in ipsa electione factam Jus suum salvum esse voluerit, & nonnisi expressa vel tacita renunciatione Austregæ conventionales tollantur. Pistor *P. 1. Q. 88.* Schubhard *C. 9. n. 121. usque ad n. 129.* Blum *Tit. 27. n. 190. ibique Deckherr.*

§. XXII.

Solvitur porro compromissum necessarium morte arbitrorum, *cap. 42. x. de officio Jud. deleg c. 50. de testibus*, arg. *L. 45. de receptis*, nisi Collegium electum sit, quod nunquam moritur, arg. *L. 76. de Judiciis L. 7. §. 2. quod cujusque Universitatis nomine*, aut nisi aliud in pacto dictum sit, per *d. c. 42. x. de off.*

Jud.

Jud. deleg. Botellus *gl. 4. num. 128.* Qualem casum exhibet Everhardus Junior *Volum. 1. Cons. 16.* quod, si unus ex designatis mortuus, vel officium suscipere nolit, ex reliquis designatis unus eligendus, atque hoc modo de uno ad alterum procedendum sit, donec tandem aliquis causæ cognitionem in se suscipiat. Interdum, si unus ex arbitris moritur, reliquis alium eligendi facultas concessa est; Uti observavi in literis conventionum, quas exhibet Kyllinger *in Disc. de Ganerbiis Castrorum p. 215.* § *9.* Als dick auch denen Sechsen einer abgehet, als dick mögen die andere bestanden, einen andern zu Ihn nehmen. Notabilis etiam illa dispositio, quæ prostat in Tabulis Fœderis inter Moguntiam, Wormatiam & Oppenheimium inita, a Lautzio *in Disput. Argentinensi de Civit. Imp. Conventibus p. 47. & 48.* exhibitis: Decedente vero aliquo inter ipsos arbitros, a Consulibus, unde fuerit, Civitatis alter ipsius loco continuo eligetur; si vero aliquis ægrotaverit, vel peregre extra provinciam profectus fuerit, usque ad illius reditum alter idoneus substituetur. Morte vero partium vix extingui compromissum patet ex §. præcedente 15.

CAP. III.
DE ARBITRIS TESTAMENTARIIS.
SUMMARIA.

§. 23. Definitionem & originem arbitrorum testamentariorum exhibet, eorumque existentiam probat. §. *24. Divisiones illorum tradit.* §. *25. Quæ ad compromissi testamentarii validitatem requirantur,* §. *26. & quibus personis arbitri testamentarii constituantur, quærunt.* §. *27. Ostendit, qui arbitrium suscipere & an cogi possint, nec non quid de clausula, remotâ appellatione, compromisso testamentario adjecta sentiendum sit?* §. *28. An hæredes ad compromittendum præcise obligentur?* §. *29. Qualem potestatem habeant arbitri testamentarii, & quo processu utantur.* §. *30. Contraria compromissorum testamentariorum refert.*

§. XXIII.

HActenus de arbitris conventionalibus: Restant adhuc arbitri necessarii testamentarii, qui nihil aliud sunt, quam Judices vel quasi in ultima voluntate constituti, aut demum eligendi, ut lites inter hæredes, fideicommissarios, legatarios aliosque, quibus aliquid relinquitur, ortæ coram illis disceptentur, eorumque sententia finiantur. De horum origine nihil certi constare tradit Deckhert *ad Blum. T. 27. n. 6.* add. Joh. Baptista *de arbitris & compromissis L. 1. c. 18.* Ad minimum tam antiqua exempla reperire non potui. Quod vero

tales dentur, ultimaque voluntate constitui queant, tum *arg. Textuum L. 3. L. 65. de Legatis 1. L. 1. de Legatis 2. L. 11. §. 7. de Legatis 3. L. 28. de Episcopis & Clericis.* Dn. D. Lauterbach §. *4. ad Tit. de condit. & demonstrat.* B. Dn. D. Frommann *Disp. de arbitratu boni viri th. 27. 28. 29. & 49.* Baptista *L. 1. c. 19.* tum quod ab Austregis conventionalibus ad arbitros testamentarios valide concludatur, teste eodem Baptista *L. 4. c. 18.* tum vero etiam variis adducendis Exemplis communique Doctorum opinione probatur: Urceolus *de transact. Q. 62. n. 12.* Deckherr *ad Blum. T. 27. n. 6. & 8. p. 216. & 221.* Schilter *Exerc. 12. §. 1. lit. b.* ubi Exemplum in causa Lazari Suendi ejusque hæredum notat, *& §. 5.* Stryk *ad Schützium p. 129. ad verba comprehendit, ad T. ff. de receptis, &c.* Peregrinus *de fideic. Art. 11. n. 112.* Baptista *l. 1. c. 9. n. 1. c. 12. c. 15. & passim.* Lauterb. *in Disp. de Execut. ultim. volunt. c. 9. n. 64. sqq. p. 60. & 61.* B. D. D. Harppr. *Conf. 74. n. 34. & 79 sqq.* Eo ipso enim, dum hæres adit hæreditatem, vel suus se immiscet hæreditati, etiam voluntatem defuncti agnovisse, omnibus in testamento positis consensisse, adeoque se ad voluntatem defuncti adimplendam ac compromissum ibidem ordinatum sequendum obstrinxisse præsumitur, cum hæres repræsentet personam defuncti, *Nov. 48. princ. l. fin. Cod. de impub. vel alt. substit.* atque in omnia jura tàm activa quàm passiva, commoda & incommoda succedat, *l. 8. l. 36. de acquir. vel omitt. hared. l. 24. de verb. signif. l. 59. l. 62. de Reg. Juris* adeoque tacite compromisisse censeatur. Uti quoque legatarii, fideicommissarii, ceu personæ in ultima voluntate honoratæ, ex quasi contractu, agnitione scil. ultimæ voluntatis, ad tale compromissum testamentarium servandum obligantur; *§. 5. Inst. de oblig. qua ex quasi contractu oriuntur*; Cum eo ipso, dum relicta accipiunt, onus simul compromissi a testatore injunctum agnoscere & tacite compromittere censeantur, ita ut legatarii & fideicommissarii in re relicta etiam quodammodo defunctum repræsentare dici possint. Baptista *l. 1. c. 9. c. 12. & c. 15.* Eapropter etiam tale compromissum testamentarium & tacitum appellatur. B. D. D. Harpprecht *Conf. 74. n. 43. & 48.*

§. XXIV.

Arbitri hi testamentarii varie dividi possunt: Sunt enim alii certi & in ultima voluntate nominati, alii vero demum eligendi, ita tamen ut magis designatio quædam dici mereatur, ex mente Joh. Baptistæ *L. 1. C. 12.* Casum exhibet D. D. Harpprecht *d. C. 74. n. 13. seqq.* in quo ordinatum est, ut lites pacta dotalia & accessoria concernentes per 4. cognatos Evangelicæ Religioni addictos, qui in casum discordiæ superarbitrum ejusdem Religionis eligant,

diri-

dirimantur: Similis caſus invenitur apud JurisConſultos Argentoratenſes *vol. 1. C.48 n 30. 31. & 32.* quo lites inter defuncti viduam, filiam hæredem & legatarios orientes ab executoribus ultimæ voluntatis decidi debeant, ſi vero hi litem ſopire non poſſint, ad Senatum Civitatis I. remittendæ ſint. Pari modo in fideicommiſſo Erneſti L. B. de Rechberg Anno 1599. diſpoſitum, ut ex numero executorum 6. ſi verò cauſæ gravitas ſuadeat, etiam plures eligantur, qui litem ſententia ſua finiant: Quod ſi vero ob paria vota aliamve cauſam diſcordes ſint, ſuperarbitrum eligendi poteſtatem habeant; Et ſi nec in hujus electione convenire queant, tunc omnes executores controverſiam dirimant. Lünig Reichs-*Archiv P. Spec. Cont. 3.* 7der Abtheilung, 1ſten Abſatzes, 3te Fortſetzung. *N. 326. fol. 549.* Oblatum etiam eſt Anno 1721. d. 22. Dec. Ampliſſimæ Facult. Jurid. Tubingenſi Teſtamentum G. H. de Anno 1552. d. 14. Nov. In cujus §. 19. conſtitutum, ut lites ob ultimam ſuam voluntatem ſubortæ à ſupremis tribus Præfectis Civitatis Imperialis N. ſecundum jura atque juſtitiam amicabiliter componantur. Eâdem ratione Philippus Haſſiæ Landgravius in Teſtamento ſuo Anno 1562. condito ordinavit, §. Da GOtt vor ſey, ut diſcordiæ inter filios orituræ per undeviginti arbitros, quorum ſedecim ex Nobilitate ac Civitatibus & duo ex ſupremo Dicaſterio, qui Doctores ſunto, ab utraque parte pari numero & unus ex Univerſitate Marpurgenſi communi conſilio electi fuerint, cognoſcantur & dijudicentur: Quod teſtamentum Filii ejus Anno 1568. in Pacto Familiæ confirmârunt apud Lünigium Teutſchen Reichs-*Archiv P. Spec. Cont. 2dæ* Fortſetzung, 4te Abtheilung, 8ter Abſatz *N. 6. fol. 776 & 796.* Alii arbitri ſunt jurati, quales extant in Teſtamento Ducis Brunſuicenſis Georgii de Anno 1641. d. 20. Martii, quod exhibet Stryk *in Caut. Teſtam. N. 6.* in cujus §. *25. p. 1226.* diſpoſitum legitur, ut controverſiæ inter Principes Regentes natæ a Conſiliariis & ordinibus, conſtituto Præſide vel ſuperarbitro, provincialibus pari numero electis, præſtito prius ad hunc actum juramento, decidi debeant; Si vero pars aliqua gravata ſit, remedium ſupplicationis & adjunctionis unius vel duorum concedatur, ac ſi prioris ſententiæ confirmatoria feratur, res deciſa maneat, ſin autem reformatoria, gravatæ parti iterum beneficium ſupplicationis duorumque adjunctionis permittatur, atque huic ultimæ deciſioni, remotâ omni ulteriore appellatione vel ſupplicatione, ſtandum ſit; Et *in §. 27.* expreſſe præceptum eſt, ut Principes Regentes corporale Juramentum præſtent, ſe ultimam Patris voluntatem inviolabiliter ſervaturos eſſe; Alii vero ſunt injurati, uti fere plerique: Alii quoque a S. Cæſarea Majeſtate ſunt confirmati, uti illi, quos Johannes Georgius I. Elector Saxoniæ Anno 1652. d. 20. Julii in teſtamento ſuo conſtituit ordi-

 nandos,

nandos, ex Consiliariis, Vasallis & subditis pari numero ab utraque parte electis, qui amicabilem causæ controversæ compositionem tentent, rem breviter atque modeste propositam decidant; Si autem discordes sint, ad impartialem aliquam Universitatem vel conventam vel sorte electam acta transmittant, cujus deciso Partes obsequium præstent. Samuel Stryk *in Cautel. Testam. N. 3. p. 1167.* Alii vero ita confirmati non sunt.

§. XXV.

Constituuntur hi arbitri testamentarii, in testamento, codicillis aliâque ultima voluntate, imo in pactis dotalibus mixtis per modum ultimæ voluntatis initis, prout tale exemplum exhibet D. D. Harpprecht *in modo alleg. Cons. 74. n. 13 & 53. cum seqq.* idque ex multis rationibus defendit; nec non in pactis successoriis, quatenus valida, & facultas talia pacta ineundi, mutuusque paciscentium consensus adsunt; Dn. D. Grass *in Collat. J. C. cum Rec. Imp. Sect. 5. th. 1. pag. 1. & seqq. & in Disp. de exceptione nobilitatis th. 16.* B. Dn. D. Harpprecht *Tract. Academ. 9. P. 2. n. 182. & 183. p. 785.* Modo testator testamenti factionem activam habeat, ita nempe, ut necessitatem compromittendi hæredibus aliisque personis injungere possit: Quando enim testamentum, ceu principale, invalidum est, tunc neque aditio hæreditatis vel legatorum acceptatio, neque tacitum s. testamentarium compromissum, tanquam accessorium, valere potest: arg. *L. 43. de solutionibus, L. 175. de Regulis Juris.* Hinc sane omnes, qui testamenta condere nequeunt, ut servus, filiusfamilias, prodigus, furiosus & alii ab hujusmodi arbitrorum constitutione prohibentur: Joh. Baptista *l. 2. c. 18.* Præsertim verò parentum voluntas tale testamentarium compromissum sanciens, a liberis sancte observari debet. *L. 9. de obsequiis parentibus & patronis præstandis*, B. D. D. Harpprecht *Cons. 74. n. 76. seqq.* Cumprimis huc legi merentur §. *26. & 27.* testamenti allegati Ducis Brunsuicensis Georgii. Ipsa quoque ultima voluntas valide debet esse condita, hinc, si in testamento arbitri constituantur, 7. si in codicillis, 5. testium, & in aliis privilegiatis conveniens numerus adhibendus est. Joh. Baptista *l. 6. c. 18.* Nulla tamen differentia intercedit, utrum Testator immediatus, Princeps vel ex Nobilitate immediata, uti in appendice apud Strykium *d. N. 3. & 6.* & Lünigium *d. l.* an mediatus sit, uti in casu, quem B. D. D. Harppr. *laud. Cons. 74.* exhibet, nec non in Testamento Facultati Anno 1722. oblato.

§. XXVI.

Injungitur necessitas illa compromittendi hæredibus, uti ex Peregrino *de fideicommissis Art. 11. n. 112.* qui se ita dispositum legisse refert in testamento Simeonis

meonis Papaitæ, ut ejus hæredes inftituti omnes ex teftamento fuo fuborientes difficultates Sacro Collegio Juriftarum Paduæ inappellabiliter decidendas committere teneantur, tradit D. D. Harpprecht *C 74. n. 51.* fideicommiffariis quoque univerfalibus, D. D. Harpprecht *Refp. 12. n. 323. feqq. & Tract. Academ. 1. P. 1. c. 1. th. 41. fol. 97.* nec non legatariis ac fideicommiffariis particularibus, JCti Argentinenfes *vol. 2. C. 48. n. 30. & feqq.* Urceolus *de tranfact. Q. 62. num 12.* Baptifta *l. 1. c. 9. & 12.* D. D. Harpprecht *Conf. 74. n. 38. feqq.* mortis caufa donatariis, laud. D. D. Harpprecht *d. Conf. n. 58. & 61.* aliisque perfonis in ultima voluntate honoratis: Dummodo dictæ perfonæ teftamenti factionem paffivam habeant, ac aliquid ex teftamentis vel pactis fucceffioriis mixtis capere atque fefe obligare queant; Aliàs enim tacitum compromiffum inire non poterunt. Hinc etiam perfonæ, quæ in judicio ftare poffunt, & poteftatem alienandi, tranfigendi, feque compromiffo includendi habent, requiruntur. Joh. Baptifta *l. 2. c. 18.*

§. XXVII.

Recipere compromiffum teftamentarium poffunt omnes illi, qui conventionales arbitri effe valent, & qui ibidem prohibentur, etiam ab arbitrio teftamentario arcentur. Joh. Baptifta *l. 4. c. 18.* Si vero hæredes, legatarii vel alii, quibus in teftamento aliquid relictum, arbitri conftituti funt, ad arbitrium fufcipiendum compelli poffunt, cum adeundo hæreditatem vel acceptando relicta etiam ad tale onus fufcipiendum fefe obligârint, arg. *cap. 17. 19. x. de teftamentis* Baptifta *l. 5. c. 8.* nifi juftâ causâ fuperveniente fefe excufare valeant, ut fi officio arbitri non poffent fungi, etiamfi vellent, tunc enim minime contra Leges prohibitivas coguntur; Baptifta *l. 12. c. 18.* Quod fi autem relictum non acceptaverint, vel talis arbiter defignatus, cui plane nihil relictum, regulariter cogi nequeunt, fed bene fe excufare poffunt. Baptifta *l. 5. c. 8.* Neque novum eft, ut, fi Confiliarii in teftamento arbitri conftituti funt, interdum illis juramentum, quo Domino adftricti funt, ad actum arbitrandi remittatur, uti patet ex allegato Teftamento Electoris Saxoniæ Johannis Georgii apud Strykium *pag. 1167.* interdum vero novo juramento adftringantur, uti difpofuit Dux Brunfuicenfis Georgius in Teftamenti §. 25. apud Strykium *pag. 1226.* Arbitri hi teftamentarii judices conftitui poffunt etiam in omnibus illis caufis, quæ arbitros compromiffarios admittunt, & ab omnibus caufis, quæ in conventionalibus non admittuntur, arcentur. Baptifta *l. 2 c. 18.* Uti nec in ftatutariis arbitris, qui interpretationem ex Jure communi accipiunt, caufæ exceptæ venire queunt. Baptifta *l. 5. c. 12. 14.* Quandoque verò faltem fuper certis caufis ex teftamento controverfis arbitri teftamentarii ordinantur, uti patet ex Teftamento

mento

mento G. H. Facultati Juridicæ oblato, in quo tunc arbitri constituti, si propter legata inter personas, quæ illa habent, vel prætendunt, lites oriantur; Et Ernestus L. B. de Rechberg in fideicommisso Executores tum demum Judices esse voluit, si puncto in- & substitutionis controversiæ moverentur: Lünig *d. l. N. 326. fol. 549* Quandoque autem omnes causæ compromisso testamentario includuntur; Uti in Testamento Landgravii Hassiaci clausula generalis addita est, daß sie sollten miteinander in Unwillen wachsen. Neque in testamento clausulæ illæ & pacta, quæ compromissis conventionalibus adjiciuntur, rejici possunt, teste Joh. Baptista *l. 2. c. 18.* Hinc quæritur, an clausula, remotâ appellatione, testamentario compromisso adjecta valida sit? Cujus adjectionem in omnibus ultimis dispositionibus hactenus memoratis observavi, uti in Fideicommisso Rechbergensi §. 23. Lünig *d. l. fol. 549.* in pactis illis dotalibus, quæ exhibet B. D. D. Harpprecht *Cons. 74. n. 13. seqq.* nec non in testamentis apud Strykium locis allegatis existentibus. Et affirmare validitatem ejus non dubito; Cum clausula illa etiam in conventionalibus admittatur juxta deducta in §. præcedentis Capitis 20. A conventionalibus verò ad testamentarios valet consequentia, Joh. Baptista, Perusinus *l. 8. & 9. c. 18.* Nec non appellatio pacto tolli, ac quilibet Juri suo renunciare possit, prout ostendi modo dicto §. 20. Et ejusmodi clausulas testamento adjectas valere defendant Doctores plerique, Peregrinus *de fideicommissis Art. 11. n. 117.* D. D. Harpprecht *Cons. 74. n. 34. seqq.* quos noviter A. 1722. Amplissima Facultas in dicto testamento G. H. secuta est. Hinc frustra dissentiunt JurisConsulti Argentoratenses *Vol. 2. Cons. 48.*

§ XXVIII.

Testamentarii compromissi effectus, ratione personarum in ultima voluntate honoratarum in eo consistit, ut hæredes & legatarii ad compromittendum præcise obligentur, neque præstando interesse sese liberare possint: Licet enim aliàs ad factum præcise adimplendum nemo invitus compelli queat; Hæc tamen Regula in obligationibus faciendi legalibus fallit, cùm in his id Juris obtineat, ut ad factum obligatus illud etiam præcise præstare teneatur, ex communi Doctorum sententia, Harpprecht *ad §. 21. n. 12. Instit. de legatis.* Et proinde, sicut ex statuti sive Legis publicæ dispositione ad compromittendum obligati stricte in arbitros compromittere tenentur, neque præstando interesse liberantur, Baptista *l. 5. c. 10. & 11.* ita eadem necessitas illos, qui ex aliqua suprema voluntate ad compromittendum obstricti sunt, pariformiter ligat; Cum testamentarias dispositiones legalibus passim æquiparari *l. 13. §. fin. de manum. testam.* & inter legales ac testamentarias facti obligationes nullam differentiam esse, &

sicuti

ſicuti in illis, ita etiam in his ad factum obſtrictum ad ejusdem implementum præciſe compelli poſſe, doceant B. D. D. Harpprecht *Conſ. 74. n. 113. & 114.* B. D. D. Bardili *in Diſſert. de faciendi obligationibus th. 65.* Voluntas enim teſtatoris totum facit in teſtamentis, hincque in forma ſpecifica adimplenda, *l. 5. quemadm. teſtam. aper. l. 35. §. 13. de hæred. inſtit.* arg. *l. 44. l. 55. de condit. & demonſtr.* & facta teſtamentaria æquiparantur legalibus, quia voluntas teſtatoris Lex dicitur in *Nov. 22. c. fin.* nec non Textus ſatis expreſſi concurrunt, *l. 49. §. fin. de Legatis 1. l. 11. § fin. de legatis 3. L. antepen. de pollicit. l. 39. §. fin. de ſtat. lib.* Obligatio verò illa etiam ad hæredum & legatariorum hæredes tranſit, licèt in teſtamento illorum nulla mentio facta fuerit D. D. Harpprecht *Conſ. 74. n. 91. ſqq.* nec non ſecundum deducta in §. 15.

§. XXIX.

Effectum compromiſſi teſtamentarii, ratione hæredum, excipit effectus ratione arbitrorum ipſorum, qui hic eſt, ut, ſi arbitri tales onus compromiſſi ſemel ſuſceperint, ad id abſolvendum & ſententia ſua finiendum cogantur; Baptiſta *l. 5. c. 8.* imo interdum ad ſuſcipiendum competentibus remediis cogi poſſunt, juxta ea quæ protuli §. 27. Porro etiam hic effectus producitur, ut arbitri teſtamentarii eandem poteſtatem habeant, quam conventionales, nec majorem nec minorem, neque tamen gaudeant jurisdictione, Joh. Baptiſta *l. 1. c. 12. n. 1. & l. 8. c. 18.* Annon vero arbitri in teſtamentis immediatorum conſtituti majore gaudeant poteſtate, & jurisdictio ipſis, uti Auſtregis conventionalibus, §. 18 Cap. præced, attribui poſſit? Quæſtio eſt, quantum mihi cognitum, a nullo hactenus Juris Publici Doctore tacta; Neque deſunt conjecturæ & præſumtiones affirmativam ſuffulcientes; In Legibus enim Imperii publicis Auſtregæ non ſaltem in genere, ſed & in ſpecie, die gewillkührte rechtliche Austräg, Ord. Cam. *P. 2. T. 2.* & in noviſſ. Capitul. Caroli VI. *art. 18.* Auſtregæ conventionales & familiarum, ſub quibus & illi in teſtamentis conſtituti comprehenſi videntur, approbati & confirmati ſunt, ita ut ſub hac generalitate & teſtamentarios incluſos eſſe haud male quis dixerit, cum, nonniſi modo conſtituendi, qui verò rem non variat, differant, & argumentum a conventionalibus ad teſtamentarios rite procedat, Baptiſta *L. 5. C. 8. l. 8. c. 18. l. 9. c. 18.* nec non, uti modo dixi, teſtamentariæ diſpoſitiones legalibus æquiparentur, ſtatuente D. D. Harpprechto *C. 74. n. 110. ſqq.* Et quod de poteſtate dixi, idem de proceſſu dicendum exiſtimo, cum teſtamentarios arbitros omnibus eisdem modis & ſolennitatibus procedere ſententiamque pronunciare, quibus conventionales, ſtatuat Joh. Baptiſta *l. 9. 10. & 11. cap. 18.* Sed quæſtio hic incidit:

Utrum arbiter, an saltem arbitrator in testamento constitutus censendus sit? Et ad mentem magis, quàm ad verba testamenti, respiciendum duco; Hinc, si testator aliquem arbitratorem appellavit, & vel causæ naturæ repugnat, vel adest contraria testatoris mens, hæc potius quàm verba attendenda erit. Laud. Baptista *l. 8. c. 18.* Quamvis interdum mixtam potestatem habere, & utraque conjuncta esse possit, ita ut prius amicabilem compositionem tentare, & deinde rem vel ex æquo & bono vel juxta judiciorum ordinem sententiâ decidere debeat. Baptista *l. 12. c. 18.* Referre huc necessarium duxi dispositionem ultimam Johannis, Senioris, Comitis de Nassau Cazenelnbogen de Anno 1597. exhibitam a Lünigio *Spic. Sec.* 1sten Theils 28. Absatz. *N. 29. fol. 663. & 664.* in qua ordinatum est, ut ortæ inter filios hæredesve lites deferantur ad quosdam familiares, Landsassios, juratosve Vasallos, qui amicabilem compositionem tentent: Qua deficiente ad Executores testamentarios; etiam his frustra tentantibus amicabilem compositionem, ad aliquos proximos agnatos, aut si utilius esse putarent, ad omnes Wetteravicos Comites, qui pro gravitate causæ adhibito Consilio JCtorum summarium processum instituant, sententiamque ferant, remotâ appellatione: Aut si partes nec his contenti essent, omnia acta ad Judicii Cameralis Collegium transmittantur, quod, umb die Gebühr, sententiam ferat.

§. XXX.

Tolluntur & finiuntur compromissa testamentaria iisdem modis, quibus & conventionalia, quia hæc duo compromissorum genera saltem modo constituendi differunt, & aliàs eadem semper illorum est ratio, Baptista *l. 13. c. 18.* Neque tacendum, pœnam privationis relictorum in casu contraventionis dolosæ constitutam etiam compromisso testamentario adjici posse, uti factum in fideicommisso Ernesti de Rechberg §. 24. apud Lünigium *d. l. N. 326. fol. 549.* §. 24. Et si in ultima voluntate quid relictum, ac arbiter ex justa causa ab hoc munere se excusat, neque arbitratur, v. g. si illud in se suscipere nequeat, relictis minime privandus est, cùm licite se excuset, neque culpam committat *l. 8. C. de legatis l. 8. de leg. 1.* Quod si autem absque causa defuncti voluntatem adimplere recusat, perdit sane legatum. *L. 18. l. 32. l. 33. l. 36. de excusat. tut. l. 101. de leg. 1.* Baptista *l. 5. c. 8.* D. D. Schwveder *in Disp. de clausula testamenti personas honoratas ultimæ testatoris voluntati contravenientes relictis privante. th. 30.* An verò si statutum disponat, ut de quolibet compromisso decima pars solvi debeat, ad testamentarium compromissum extendendum sit, disputat. Joh. Baptista *l. 1. c. 12.*

DEO SIT LAUS, HONOR ET GLORIA!

XXVI.

XXVI.
DISSERTATIO DE JURE VIARUM PUBLICARUM,

PRÆSIDE

D. CAROLO OTTONE THYLIO,
Sacri Imperialis Palatii Comite, Status Regiminis & Collegii Revisorii Electoralis Palatini Consiliario, nec non Curiæ Matrimonialis Directore atque Professore Jurium Primario,

Pro Licentia defensa à

LUDOVICO CAROLO Goldschmidt/ Mosbaco Palatino.

HEIDELBERGÆ, 1725.

CAPUT I.
DE DEFINITIONE ET DIVISIONE VIÆ.

§. I.

CUm usu vocum cognito quam sæpissime in rei ipsius perceptionem provehamur, idcirco omnino necessarium est, ante alia, ipsam vocis *Via* appellationem evolvere. Sic igitur, missis aliis derivationibus, illam amplectimur, quâ via dicitur quasi *veha*, unde in vernacula, Weeg, Wage. Martin. Lexic. Etymol. voc. via, & sic simul definitio viæ patet, sc. quod sit solum per quod vehitur, seu planius secundum l. 2. §. 51. ff. ne quid in loc. pub. quæ habet solum publicum relictum ac directum certis finibus in latitudine ab eo, qui jus publicandi habuit, ad hoc, ut in ea publice iretur commearetur.

§. II.

Viæ autem, vel *publicæ* sunt, alias Consulares, Prætoriæ vel militares, Heer- und Land-Strassen, quæ sc. tam amplæ sunt & patulæ, ut integer exercitus erectis hastis & vexillis per eas incedere & commeare possit, & ut intelligantur esse regiæ, Kayserliche, item des Heil. Römischen Reichs Strassen und Baanen vocatæ sunt, quæ porro etiam Glaids-Strassen appellantur

Vid. Besold. Thes. Pract. voc. Land-Strasse, Oettinger de jur. limit. l. 1, c. 9. Vel *vicinales*, eæque iterum vel in utilitatem totius alicujus Universitatis vel certi prædii constitutæ. Illæ *vicinales*, Feld-Weege, Dorff-Strassen, hæ aliquando *agrariæ* plerumque simpliciter Fahr-Weege vocantur.

§. III.

Hæ Jure servitutis in privato fundo competentes sub titulis Instit. & Pandect. de servitut. rust. tractantur, mei vero, quæ illuc pertinent, tractare, non est instituti, sed solummodo præcipua, quæ circa vias publicas observanda veniant, Deo annuente, exponere volo.

§. IV.

Hic tamen obiter adhuc notandum, istas sc. vias *vicinales*, agrariis oppositas, vel ex via publica versus vicos vel agros, rusticorum prata & sylvas decurrere, & aliquando in aliam viam publicam exitum habere, vel aliquando sine ullo exitu intermori l. 3. ff. de loc. & itin. pub. add. l. ult. de S. P. R. quarum illæ, quatenus à publicis vel privatorum agris factæ sunt, quarum memoria non extat, publicarum viarum numero sunt d. l. 3. ff. de loc. & itin. pub. Mindan. tr. de Interdict. tit. 3. n. 6.

§. V.

Huc quoque pertinent plateæ paganicæ, die Dorff-Strassen, quarum usum sed restrictum, pagorum Domini sibi vindicant, nempe ut plurimum linum aliudve frumentum inibi serunt, ita tamen ne viæ per vicum porrectæ neque ingressui in villas officiant, quod Jus jurisdictioni contradistinctum vocatur, die Dorff-Strassen-Gerechtigkeit, neque ad exstruenda ædificia vel arbores perpetui usus gratiâ plantandas extendi debet; singulis autem rusticis id non competit, nisi observantiâ vel præscriptione id acquisiverint, plura hac de re Vid. in Disp. *Gryphisvvald.* Præside Jo. Schack. habita.

CAPUT II.
DE USU VIÆ PUBLICÆ.

§. I.

HIs ita præmissis redeo nunc ad viam publicam. Hæc vero via publica seu regalis, potissimum consideranda est, ratione usus, refectionis & jurisdictionis.

§. II.

Usus vero viæ publicæ promiscuè omnibus patet, cum sit juris gentium: sicuti enim societas inter homines à natura constituta est, consequenter queque quæ ad illam conservandam pertinent, constituta esse necesse est; inter quæ & usum viarum, maxime respectu commerciorum, quæ ad supplendam rerum ad vitam necessariarum indigentiam, instituta fuere, ceu necessarium medium ad finem illum obtinendum, referendum esse, apud omnes in confesso est. Et quod omnia loca naturaliter debeant esse libera transeuntibus luculenter probat Jus Roman. in l. 3. ff. de J. & J. junct. l. 7. ff. de serv. export. l. 24. pr. de damn. infect. l. 2. §. 21. in f. nequid in loc. pub. publicè namque interest, sine metu & periculo per itinera commeari.

§. III.

Quemadmodum autem usus hic absque publica securitate obtineri non potest, per se jam fluit, semper ea loca, per quæ vulgo iter fit eandem securitatem habere debere, sunt verba l. 1. §. 1. & 2. ff. de his qui dejec. vel effud. add. ex sacris literis textum Numer. 20. v. 14. seqq. & 21. v. 21. seqq. quæ securitas nihil aliud est, quam immunitatis ab offensione, damno & quacunque alia injuria tam in persona quam rebus metuenda, justum præsidium, quod vulgo dicitur salvus conductus Germ. sicher Gelaid, de quo infra cap. 4.

§. IV.

Et cum porro ad usum viæ publicæ certum spatium requiratur, de hoc quædam dispicienda sunt. Hoc vero spatium de jure communi debet esse in porrectum, in der Gerade, octo pedum, in anfractum vero seu flexum, in der Krümme, sedecim, l. 8. ff. de S. P. R. cum quo convenit jus Saxonicum per text. in Weich-Bild art. 130. Land-Strassen die sollen zu recht haben in der Weite 8. Fuß, & tanta viæ latitudo requiritur, ut currus, sibi invicem obvii, sine remora prætervehi possint Sächsisches Landr. l. 2. art. 59. des Königs Strassen soll seyn also breit, daß ein Wagen dem andern ausweichen möge; quod cum in locis montanis effici atque angustia viarum emendari non possit dict. art. 59. disponitur: Daß der leere Waagen solle weichen dem Geladenen, und der minder Geladene dem schwerern, der Reitende dem Waagen und der gehende dem Reitenden, seynd sie aber auff einer Brucken und jaget man einen Reitenden oder einen zu Fuß, so soll der Waagen still stehen, so lang, daß sie mögen herfür kommen, und welcher Waagen zu erst auff die Brucken kommt, der soll zum ersten überfahren,

ren, er sey leer oder geladen, quod ita ab aurigis in Provinciis Germaniæ observati, experientia satis testatur.

§. V.

Si tamen eveniat in viis angustioribus, aurigas ob iter distortum, alii alios non advertentes, transitu impediri & neuter obviantium currum velit retroducere, quâ occasione inter aurigas plerumque à verbis ad verbera venire solet, ejus potior est conditio illique de jure cedendum, qui viam prior ingressus fuit; Speidel. in specul. voc. Fuhrmann, hanc rationem reddens, cum, quod in publicos usus destinatum, id primo occupanti concedatur; quam, vis & ipse moneat, discretionis ratione & seposito hoc juris rigore, ei, qui majori onere gravatur, sæpius parcendum esse, quod etiam frequentiori usu receptum esse, testatur apud cit. auth. von der Hoch singul. jur. singul. 21.

§. VI.

Usus vero viarum publicarum gratuitus est, nec olim pro transitu quicquam exsolvi oportuit. Vid. Lehman. Speyerische Chronick lib. 2. c. 44. ibi zu Zeiten der Fränckischen König, quo vero securior esset transitus, olim officium tuendi viatores ab invasoribus vel latronibus, certis personis demandatum, quibus merces aliqua pro comitandi opera soluta, quam vocârunt das Geleite, & præter conducendi officium, viæ, præprimis ubi per sylvas eundum fuit, certo tempore visitari debebant, quod vocabatur den Halt bereiten, der Haltritt, Vid. Schilter. disp. de Amtsassiis insert. Exerc. ad ff. p. 1. stabilita vero pace publica & sylvis magnam partem excisis, officium, conducendi desiisse (de quo plurib. infra) mercede nihilominus retenta, quam omnes viatores exsolvere simpliciter teneantur, sunt qui asserunt.

§. VII.

Verum controvertunt hic adhuc D. D. num pro solo transitu per vias publicas, aliquid nomine pedagii exigi possit? & qui affirmant, hac præcipue nituntur ratione, quod Princeps hodie vias publicas in territoriis ac provinciis suis jure regali posideant illarumque cura ac protectio ipsis incumbat, unde non immerito compensatio damni à transeuntibus petatur: quæ affirmativa etiam ex jure Romano defenditur v. l. 21. ff. de donat. inter vir. & uxor. e contra vero negat Jus Saxon. Landt-Recht l. 2. art. 27. verbis: Ein jeglich Mann soll auch Zollfrey seyn, er fahr, reit oder gehe & paulo post: und mit Recht sey er Geleits frey, wo er seinen Leib oder Gut-Waagen will, ubi tamen casus, wo er Schiffs und Brucken nicht bedarff, excipitur.

Vid.

Vid. Lehmann. loc. cit. quod &, nisi Dominus territorialis id ex privilegio vel præscriptione aut usu & consuetudine cujusque loci obtineat arg. R. J. August. de anno 1548. §. ferner zu noch mehrer, ibi: an Orthen es herkommen, verius esse, æquitati quoque propius accedere videtur. confer. Grot. de jur. B. & P. lib. 2. c. 2. §. 14.

§. VIII.

Interim tamen in quibusdam casibus adhuc justè à transeuntibus seu viatoribus pedagium exigi potest, nempe si necessitas vel utilitas publica hoc efflagitet, vel alia justa causa subsit Klock. de ærar. l. 2. c. 77. n. 21. Everh. cons. 34. n. 26. ita ut non ineptè dicant, qui dicunt, totius hujus rei justitiam ab impensis immensis, quas in viarum & pontium refectiones & exstructiones item & conservationem viarum, damit die Weege und Steege in baulichen Weesen erhalten werden, adversus impetus & inundationas aquarum, tempestates, glaciem, imbres & ventos, Vid. Klock. d. l. collocari oportet, dependere.

§. IX.

Moresii spectamus, illi neque ubivis jus Saxonicum neque Jus Romanum sequuntur, in specie vero Judæi in nonnullis locis, prout in Palatinatu nostro, adstricti sunt, ut pro solo transitu per viam publicam vectigal pendant. Vid. Strick. U. M. ff. l. 39. tit. 4. §. 6. quod tamen alii tunc demum procedere dicunt, ubi præscriptione & usu hoc fuerit obtentum, alias nec illos teneri, asserentes, Dieteric. in not. ad A. Bull. tit. 17. verb. extorqueri consuetas.

§. X.

Nunc videndum de personis, quæ publica securitate commeatus gaudent & de illis quæ hac non fruuntur. Supra vero jam notatum est, usum viæ publicæ promiscue omnibus sc. tam civibus quam peregrinis patere debere, hinc quæritur, num idem etiam quoad paganos obtineat? Et cum usus viarum sit juris Gentium, quod omni generi humano commune est, infidelitas autem seu paganismus illo jure aliquem non privet arg. l. 3. Inst. de J. & J. & l. 2. de Jur. Nat. Gent. & C. l. 3. & l. 5. ff. de J. & J. hinc ipsis quoque securitas publica inter Christianos omnino competere debet: quod & usu sic servari experientia satis docet. Dubium quidem moveri posset ex Matth. 18. v. 17. ibi: sit tibi velut Ethnicus & 2. Cor. 6. ibi: nolite trahere jugum cum infidelibus; sed ibi familiarior tantum Christianis cum infidelibus conversatio interdicitur, ex qua corruptio morum, doctrinæ, & consequenter labefacta-

tio

tio ſacroſanctæ religionis oriri poſſet, neutiquam vero ab uſu juris gentium, quo ſecuritas publica pertinet, gentiles excludit.

§. XI.

De Judæis fruſtra dubitaremus, num etiam hi ſecuritate publica gaudeant, cum non ſolummodo commerciorum capaces per R. I. 1551. §. diſem zu begegnen cui add. Privilegium Caroli V. Judæis conceſſum anno 1532. ſed etiam in pleriſque Provinciis Germaniæ à Statibus Imperii, qui jus recipiendi Judæos, vi ſuperioritatis territorialis, exercent Myller. de Princ. & ſtat. Imp. part. 2. c. 60. §. 2. ita recepti ſint, ut Jure Romanorum vivant & pro civibus Romanis habeantur, qui vocantur Schutz-Juden, unde etiam Privilegiis jurium fruuntur Auth. cit. d. l. §. 9. Strick. U. M. lib. 50. tit. 1. §. 7. & l. 18. tit. 4. §. 12. Vid. omnino Schvveder J. P. part. ſpec. ſect. 2. c. 14. §. 17.

§. XII.

Alia quæſtio ſe offert de hæreticis, num etiam illis ſecuritas publica competere debeat? Et de Jure naturæ & gentium per §. præc. deducta, res omni dubio caret; obſtat quidem, quod eos divitandos eſſe, admoneat magnus gentium Apoſtolus in Epiſt. ad Tit. v. 10. ſed hoc iterum de familiariori converſatione intelligo. Interim tamen non negandum eſt ſummum Imperantem hanc ex jure gentium hactenus deſcendentem libertatem ob rationes civiles reſtringere poſſe arg. l. 6. ff. de I. & I. ſic enim Conſtitutio Imperii contra anabaptiſtas, quorum ſeditioſa colluvies omni poteſtati civili debitum obſequium denegans, ſuperioribus ſeculis Imperio odioſas turbas dedit, lata eſt anno 1529. quæ illis, junct. R. I. 1551. §. nachdem auch, ibi: ſollen vom natürlichen Leben zum Tode mit Feur, Schwerd oder dergleichen gebracht werden, omne commercium & publicam ſecuritatem aufert: cujus conſtitutionis extenſio etiam tentata fuit contra eos, qui à pietatis ſtudio nomen accepere, ſed Fiſcali Cæſ. proceſſus denegatos fuiſſe, teſtatur aut: Delineation: Jur. Cam. pag. 20. quoniam, qui nomen pientiſſimi profiteretur, adhuc fuit nemo, deinde rei ipſius definitio nondum fuit data, in quam omnes conſenſiſſent. Homines vero innocentes vel Theologos publice approbatos ſectæ hæreticæ titulo onerare, juſtitia charitasque non patitur. Controverſiæ autem Theologorum Fiſcali Cæſ. cauſam non præbent agendi contra alteram partem ex diſſentientibus: quamvis fuerint dudum & hodie ſint, qui ſub pietatis ſpecie fanaticiſmum tegant alioſque errores peſtilentiores, quodſi probari poſſit, non dubito, quin conſtitutio illa contra tales extendi poſſit.

§. XIII.

Hoſtes etiam ſecuritate publici commeatus non gaudere, expeditum eſt; ſed ubicunque, non tamen in territorio pacato Grot. de I. B. & P. l. 3. c. 4. §. 8. juſte interfici poſſunt: In quorum numero & partibus etiam habendi ſunt illi, qui hoſtibus nllo modo auxilium ferunt, & qui illis tales res ſubminiſtrant, quæ in bello potiſſimum uſum habent V. Grot. d. l. l. 3. c. 1. §. 5. nec non proditores & transfugæ & qui in hoſtium numerum ſe conferunt: quales etiam illi ſunt, qui cum Turcis aliisve Imp. hoſtibus nefanda conſilia miſcuiſſe probantur, ob id ab Imperio proſcriptionem omniumque bonorum confiſcationem merentes O. Cam. P. 2. tit. 20. §. weiter. Porro huc pertinent deſertores, exploratores, die Spionen, graſſatores, vulgo, Straſſen-Rauber, freybeuther, latrones, qui invicem differunt, illi enim vias obſident & ſpoliant absque cæde, latrones vero, die Mörder, ſimul homicidæ ſunt vitamque cum bonis abripiunt, unde etiam illi his mitius puniuntur, v. infra cap. 4. §. 12. Speidel. ſpecul. voc. Freybeuther, item Zingari ſeu Ægiptii, die Zigeuner P. R. I. 1500. & circumforanei, vagi, absque certo domino graſſantes vicatim ac pagatim oberrantes milites, Herrn loſe Knechte und Land-Läuffer, de quibus V. Ord. Pol. Francof. de anno 1577. tit. 7. hi enim omnes, ceu publicæ tranquillitatis & ſocietatis, quam latrociniis ſuis inrutiſſimam reddunt, turbatores & hoſtes, à ſocietatis humanæ beneficiis omnibus, merito excluduntur. Monopolia exercentes ſecuritate commeatus etiam non gaudent V. Ord. Pol. tit. von Monpolien.

§. XIV.

Speciali huic §. reſervavi bannitos & proſcriptos Imp. die Reichs-Aechtere. Hi vero, quam primum, mediante ſententia declaratoria, quæ requiritur etiamſi delictum ſit notorium V. R. I. 1521. tit. pœn. aller Friedbrecher §. und ob jemands 1548. §. und ob jemands O. Cam. l. 2. t. 10. ex graviſſimis cauſis, communi ſtatuum conſenſu, tales legitime, fuerunt denunciati, omnem viæ ſecuritatem amittunt, ita, ut à quibuscunque libere & impune offendi poſſint A. B. c. 1. §. 2. unde etiam vulgo Vogelfrey vocantur. O. Cam. p. 2. t. 9. & 10. §. und wo es derhalben. Hinc bannitum occidens ob homicidii pœna prorſus liber eſſe Vid. tamen Carpz. Pract. Crim. l. 3. pu. 140. n. 141. & executor juſtitiæ dicitur Bald. in l. reos C. de excuſ. utut vero ſit, mihi omnino tutior & humanior videtur ſententia Dieteric. ad A. B. l. c. qui hoc demum in caſu reſiſtentiæ armatæ, cæterum autem occiſionem banniti plane non permittit, ſive ille ob contumaciam, (quod hodie non niſi in tu-

toribus l. curatoribus contumacibus obtinere poteſt, quia proceſſus banni contra alios contumaces in non comparendo antehac inſtitui ſolitus, hodie p. R. I. 1654. §. 26. ſublatus eſt) ſive aliud delictum, bannitus fuerit; & verba illa, daß er an Leib und Gut frey gemacht wird, hunc habere ſenſum aſſerit, ut à quovis capi & ſuperiori ſiſti debeat bannitus, & ſic quoque reſponderunt Scabini Lipſienſ. ap. Carpz. l. cit. n. 141. add. Limn. ad A. B. c. 1. §. 2. obſ. 14. niſi crimen perduellionis commiſerit bannitus & in litteris banni interfectio banniti permittatur: ubi tamen filio non permiſſum occidere patrem, niſi in caſu l. 35. ff. de religioſ. Vid. Dieteric. l. c. alios effectus banni Vid. apud. Blum. ſub tit. 29. ubi quoque n. 183. legi poteſt quid circa fœminas hoc in caſu obtineat.

§. XV.

Adeo vero exoſi ſunt banniti, ut etiam ipſorum receptatores, niſi ſint parentes, liberi aut conſanguinei Schvved. J.P. part. ſp. ſ. 1. c. 21. §. 6. eadem cum ipſis pœna teneantur & in bannum incidant Land-Fried: de anno 1548. tit. Friedbrecher und Thäter nicht zu hauſen §. welche Obrigkeit aber, proinde neque hi publica ſecuritate commeatus gaudeant. Hic tamen notandum, poſſe Imperatorem uni vel alteri Statui, Privilegium concedere, ut bannitos ſuſcipere ac manutenere queat; quale privilegium Comitibus à Leyningen conceſſum eſt, ita tamen, ut ſi quis tales bannitos convenire velit, dicti Comites coram ſe cauſam examinent & judicialiter procedant juſtitiamque debito modo adminiſtrent; num vero in tali caſu appellare licet bannito? hoc affirmandum videtur per tra. Blum. c. 44. n. 16.

§. XVI.

Viſis nunc perſonis, qui publici commeatus ſecuritate plane non gaudent, porro nunc de reſtricto uſu viæ, ſeu reſtricta libertate tranſeundi per vias publicas quædam dicenda ſunt; quemadmodum vero Princeps naturalem libertatem ob publicam utilitatem reſtringere & quod naturaliter licebat, vetare poteſt Grot. l. c. cap. 2. §. 5. ita quoque non dubitandum eſt, quin etiam tranſitus libertatem, de jure gentium alias omnibus competentem, juſtis ex cauſis limitare ac reſtringere poſſit. Plures autem cauſæ denegandi tranſitum eſſe poſſunt, inter quas etiam, juſtus metus refertur, à Felden. in animadv. ad Grot. d. l. §. 13. Si tamen tranſituri Principis ſecuritati proſpicere & eo nomine cavere parati ſint, ita, ut ſecurus eſſe poſſit Princeps, nullum ſibi damnum inde redundaturum fore, tranſitus innoxius abſque injuria denegari non poteſt, ſed talis denegatio juſtam belli cauſam paret; exemplum

hujus

hujus rei exſtat in Sacro Codice Deuter. c. 2. v. 26. ſeqq. cui add. Grot. d. l. c. 2. §. 13. Cavendi autem modi inter alios ſunt, ut prius à tranſituro poſtuletur tranſitus, ut inermes aut diviſis manibus transmittantur milites, ut impenſa tranſeuntis, is qui tranſitum concedit, ſibi præſidia idonea conducat, ut obſides dentur. Grot. d. l. Si vero Princeps alterius Principis ſubditis absque juſta cauſa per territorium ſuum tranſitum deneget, alter jure retorſionis uti poteſt. Vid. Struv. de Vind. Priv. ita ut quæ civitas alterius civitatis mercatores à nundinis ſuis excludit, illius viciſſim cives ab hac à ſuis nundinis jure hoc excludi poſſint Zaſ. patat: ad ff. quod quisque jur.

§. XVI.

Cæterum per R. I. de anno 1559. §. denne zu begegnen, conſtitutum eſt, ne exterorum Principum exercitibus iter per Imperii fines concedatur: quid vero & quomodo exteri reges aut Principes, ubi tranſitum militum per Imperium impetrant, cavere debeant, videri poteſt in R. I. de anno 1582. §. demnach ſetzen, ordnen, De tranſitu militis vero Imperii domeſtici per ditionem unius vel alterius Status Imp. hæc conſtituta legimus in Inſtrum. pac. Weſtphal. art. 17. §. 9. Ibi: *Quoties milites, quavis occaſione aut quocunque tempore per aliorum territoria aut fines aliquis ducere velit, tranſitus hujusmodi inſtituatur ejus, ad quem tranſeuntes milites pertinent, ſumtu, atque adeo ſine maleficio, damno & noxa eorum, quorum per territoria ducuntur: ac denique omnino obſerventur, quæ de conſervatione pacis publicæ Imperii Conſtitutiones decernunt & ordinant.* Confer. Multz. Regræſ. Maj. Imp. part. 2. c. 5. §. 25. n. 38. Fritſch. tr. de tranſitu militar.

§. XVII.

Pariter quoque viarum publicarum libertas reſtricta eſt, ratione facultatis negotiandi & certarum mercium Vid. Ord. Pol. de anno 1577. tit. 22. quo præcipue pertinent quæ ad militiam ſeu ſuſtentationem hoſti inſerviunt, vulgo Contrebande-Waaren dictæ, cujus generis quædam recenſentur in l. 4. ff. ad l. Jul. Majeſt. l. 2. C. quæ export. non deb. l. 11. ff. de publican. c. 6. & 17. x. de Jud. de qua materia ſpeciali diſſert. egit Horn. de mercibus illicitis ſeu contrebandis, add. Strick. U. M. ff. de contrahend. emption. §. 6. ſeqq.

§. XVIII.

Duas adhuc quæſtiones hic ſubjiciam quæ huc pertinent, quarum prima

ſit, num vicinus Princeps vel Magiſtratus teneatur vicino concedere tranſitum captivi, die Durchführung ſeines Malificanten? & quamvis nulla ratio appareat, qua talis transductio denegari aut reſtringi poſſit, cum reipub. interſit, delinquentes ad locum perpetrati delicti remitti & ibi puniri, neque per hanc transductionem turbetur jurisdictio, ubi ſaltem via publica utitur transducens, quæ, præſertim ad juſtitiæ adminiſtrationem & tuitionem reipub. omnibus patere debet, experientia tamen teſtatur, hoc caſu hodie ſemper à Domino jurisdictionis, literas ſalvi conductus impetrandas & vice verſa reverſales ab illo, qui captivum per territorium alterius ducere intendit, dandas eſſe, man pflegt um ein Geleit alsdann anzuhalten und ſchrifftliche reverſalien von ſich zuſtellen. An vero, qui in alieno territorio, per quod ducitur captivus, evaſit, ibidem, poſtquam ſe in libertatem recepit, capi de novo poſſit, quæritur? & negat Wehner ap. Reincking. de regim. ſecul. & Eccleſiaſt. lib. 2. claſſ. 2. c. 17. §. 97. ſed affirmat dict. Reincking. dicens: ſi maleficum & violatorem pacis pub. quem quis cœpit in ſuo territorio proſequi, in alieno etiam perſequendo capere poſſit, ita tamen, ut ubi captus eſt, juri ſiſtat, multo magis eum, qui jam in ſuo captus in alieno evaſit, ad hunc effectum, ut ibi, ubi denuo captus eſt, juri ſiſti poſſit, capi licebit. Alias etiam è veſtigio poſt perpetratum in ſuis finibus delictum, in vicini territorium fugientem, in ſequi & ibi in continenti comprehendere licet, ita ut ſic apprehenſum, Domino loci ad petitionem remittere neceſſe non ſit, ſed ipſe in territorio ſuo, ubi perſequendi factum eſt initium, puniri poteſt Myler de ſtat. Imp. c. 48. n. 9. modo non ſemel perſecutionem effugerit. Vid. tamen Struv. Ex. 49. th. 13. & ibi alleg. Math.

§. XIX.

Altera eſt quæſtio num absque conſenſu Magiſtratus, per ejus territorium funus ducere liceat? & negat Klock. vol. 1. conſenſ. 10. n. 477. affirmat vero Strick. U. M. ff. de religioſ. ubi tamen hoc denunciandum eſſe aſſerit, non quidem ut funus ducere liceat, ſed ut conſtet, an non morte violenta perierit defunctus, quo ille magiſtratus in authorem criminis inquirat. Funus vero non niſi exſoluto vectigali ſpeciali, dem Toden-Zoll, de loco ad locum transvehi poſſe, immerito prætendi, probavit Beyer. in poſſit. ad ff. de religioſ.

§. XX.

Antequam hoc caput finiamus circa uſum viæ adhuc notandum eſt, viatoribus, equitibus vel aurigis, per terram tranſeuntibus; quanto propinquius

ſecundum viam ſtantes, in loco ampleċti potuerint, ad refeċtionem equi, ipſi equo ſuo porrigere, ut & herba, viridique ſylva pro ſua commoditate & uſu neceſſario ſine vaſtatione, uti licitum eſſe per Conſtit. Friderici II. feud. 27. in f. quam tamen conſtitutionem de ſolo neceſſitatis caſu intelligendam ratio & conſuetudines Germaniæ volunt; extra hunc caſum enim frumentum depaſcens ſed ſecum non auferens, damnum ſarcire debet, Sächſiſches Land-Recht l. 2. art. 29. & 40. & quamvis hodie Germania vicis & cauponis ubique fere abundet, hanc tamen conſtitutionem plane evanuiſſe dici non poteſt.

CAPUT III.
DE REFECTIONE VIARUM PUBLICARUM.

§. I.

Reipublicæ intereſſe tritas eſſe vias & commodas, apud omnes in confeſſo eſt: ſic enim quivis absque incommodo iter facere poteſt, & commerciorum uſus promovetur, imo in ſpecie Principis intereſt, ſi commodæ in ſuo territorio habeantur viæ, cum enim ita commerciorum uſus maxime promoveatur, dum viæ tales magis frequentantur, fiſci quoque reditus reſpeċtu veċtigalium inde maxime augentur.

§. II.

Hinc eſt, quod Romani, tantam curam circa vias publicas adhibuerint; erant enim eleċti nonnulli & conſtituti penes quos viarum cura eſſet, uti patet ex l. 18. §. 15. ff. de munerib. & honor. & in dies in uſu fuit, per conſiliarios purgare vias quibus negotium fuit, per dena ſtadia ſingulos lapides locare & diverticula & diſtantias adnotare Alex. ab Alex. l. 3. gen. dier. c. 13. In ſternendis vero viis non minus utilitatis quam pulchritudinis venuſtatisque ratio habebatur à Romanis, ita, ut tanta olim viarum per totam Italiam magnificentia fuerit, ut ſtraturam earum tribus fabricarum Romanæ Reipub. miraculis adnumeret Halicarn. l. 11. Rom. antiq.

§. III.

Hodie in bene conſtitutis Rebuspub. adhuc idem fere obſervatur, ſicuti in Regno Franciæ adhuc hodie peculiaris regius magiſtratus conſtitutus eſt, qui

curam viarum exercet, qui vocatur, *Maitre des ponts, passages & chemins.* Et dolendum sane, in Imperio nostro Rom. Germ. non meliorem curam viarum haberi, quæ sæpius, exiguis sumptibus parcendo; maximo commerciorum incommodo in ipsum damnum statuum Imp. quo fructus vectigalium non parum minuuntur, qui tamen, si viæ commodæ & stratæ sustinerentur, maxime augeri possent, in plerisque eorum territoriis, negliguntur: ubi tamen interdictis compulsorialibus locum esse contra eos, quos vias sartas tectas tenere & conservare decet, tradit Mindan. de Interdict. tit. 3. n. 52.

§. IV.

Quis vero vias reficere teneatur? DD. non conveniunt, aliis hoc onus Principi sive Territorii Domino, aliis vero subditis illud incumbere, statuentibus. Illi sententiæ suæ argumenta ponunt in variis emolumentis & fructibus, ut v. g. pœnis pecuniariis ob delicta in eis commissa & multis aliis utilitatibus, quas Domini territoriales è viis percipunt, dicentes, æquum esse, ut qui habeat commodum etiam ferat incommodum, quo etiam facit Constit. Friderici II. Imp. de anno 1236. n. 3. apud Goldast. Constit. Imp. 1. p. 28. qua expresse cavetur, omnes, qui vectigalia percipiunt etiam vias, pontes reficere debere. Hi è contra ad Jus Romanum provocant, quo refectio viarum inter munera personalia refertur l. 1. §. 2. ff. de muner. & honor. & subditis incumbit l. 18. §. 15. d. t. alii denique censent cum itinera, viæque publicæ nullius in bonis esse credantur, jure quoque gentium vacent omnibus & usui omnium æque subjaceant, omnes cujusque territorii incolas ad eas reparationes, absque ullo personarum discrimine, pro sua quemque facultate obligari, ita ut etiam Clericos p. l. 7. C. de SS. Eccles. Nov. 131. domusque divinas & venerabiles Ecclesias tam laudabili titulo adscriptas esse, testentur Imperatores in l. 4. C. de privil. dom. August. ibique Perez. in comment. n. 4.

§. V.

Ego, ut inter hanc DDrum. pugnam meam hac de re sententiam apperiam, sic capio. Ante omnia statuta locorum item mores & consuetudines hac in parte sequendas esse. Cæterum autem, quemadmodum hodie status Imp. vi superioritatis territorialis tam ordinarias quam extraordinarias collectas, ubi utilitas & necessitas id postulat, subditis imperare possunt p. R. I. de anno 1654. §. 181. und gleichwie Capit. Leop. Joseph. art. 3. verbo quoties id necessitas utilitasque publica deposcit, præjudicium Cam. Imp. in caa. Comitum ab Ha-

ab Hanau hanc in rem exhibet Schweder. J. P. p. ſ. ſect. 2. c. 15. §. 3. ita etiam ob refectiones viarum & pontium, ceu re utili & neceſſaria, ſubditis collectam indicere poſſe, non dubitandum eſt, l. pen. C. de priv. Dom. Auguſt ſic, ut forenſes, qui agros poſſident in diſtrictu illius civitatis, cujus viæ reficiendæ vel reparandæ ſunt, hoc nomine collectari poſſint, cum non minus uſus & neceſſitas indicendi etiam ex parte ipſorum forenſium interveniat l. 11. ff. de vacat. muner. l. 14. §. 2. & l. ult. §. 22. ff. de muner. & honor. Bocer. de collect. c. 9. n. 18. Franck. var. reſol. l. 28. n. 36. Hodie etiam ad reficiendas vias, operas ſubditis ſæpius per præfecturas indici, obſervare licet.

§. VI.

Pii tamen Principes, qui oves tondere non vero deglubere, demum permitti, intelligunt, præcavere ſcient, ne miſelli homines, qui alias hodie fere ubique collectis ordinariis ſatis gravati, ut ipſis ſæpe vix tantum ſuperſit, unde ſibi ſuisque miſere victum & amictum quærant & exhibeant, his & talismodi collectis extraordinariis nimis graventur. Igitur Status Imp. artificiales & majores expenſas, quæ in reparandis viis deſiderantur, à viatoribus facile & ſine incommodo ſubditorum jure colligere poſſe credo Vid. Ziegler. de Jur. Majeſt. cap. 17. §. 14. n. 19. & ſupra §. 7. cap. 2.

CAPUT IV.
DE JURISDICTIONE IN VIIS PUBLICIS.

§. I.

VIæ publicæ (quarum conſtituendarum poteſtas eſt penes Principem ſeu territorii Dominum, qui talem conſtitutionem edicto publico ſeu proclamatione omnibus notam fieri curat. V. Lim. ad Capitul. Carol. V. p. 250. ubi tamen notandum præſcriptione immemoriali ſi per longiſſima tempora accedente Principis ſcientia per certam territorii partem, commeatus publicus exercitus fuerit, viam publicam etiam conſtitui poſſe arg. l. 1. §. ult. ff. de aquæ & aq pluv. arc.) inter regalia referuntur, vel potius rectius loquendo habentur ſeu poſſidentur jure regali i. e. ſuperioritatis territorialis, quamvis in cap. un. quæ ſint regalia 2. F. 56. non referantur, etenim præter ibi relata adhuc multa alia jura ſtatibus Imp. competunt; & pars juriſdictionis territorialis viæque publicæ adnexum habetur Juriſdictio in viis publicis, & quæ inde profluunt Jura regalibus Juribus adſcribuntur.

§. II.

§. II.

Inter quæ non ultimo loco habendum Jus conducendi per vias publicas euntes redeuntesque seu securum transitum præstandi, quod vulgo vocatur, die Gleitliche Obrigkeit, die Gleitliche Herrlichkeit auff freyer Kayserlichen Heer und Reichs-Strassen zu glaiten. Hoc jus vero procul dubio ad securitatis publicæ tuitionem & ut eo certior viarum publicarum securitas sit, introductum est R. I. de anno 1442. §. 5. quo cavetur, ut in diffidationibus publicis tum temporis usitatis, securitas domestica & itineris mercatoribus & vectoribus mercium præstetur, quod Grotius de J. B. & P. l. 3. c. 11. §. 12. ad æquitatem naturalem refert, ex infirma illa ratione, quod horum vita ab armis aliena esset; nam quamvis vita mercatorum ab armis aliena sit, nervum tamen belli opes suppeditant Bejer. Posit. jur. Germ. lib. 1. c. 14. §. 7.

§. III.

Hodie post pacem publicam introductam non tantum mercatoribus alisque in all. R. I. §. 5. relatis, verum promiscue omnibus conductus præstatur R. I. de anno 1548. §. ferner zu noch mehrer: imprimis autem hodie nundinarum tempore, certi stipendiarii, Ausreuther, Strassen-Bereuther item Geleits-Reuther in Statuum præsertim majorum territoriis, vias securas reddere & viatores conducere debent. Hujus vero Juris effectus potissimum in eo consistit, quod conducens teneatur defendere eum quem conducit & ab omni violentia & injuria conservare tutum R. I. de anno 1555. §. nachdem aber R. I. 1559. §. damit dann quæ præstatio securitatis si denegetur, Mandata compulsorialia-pœnalia S. C. contra denegantes in Cam. Imp decerni, testatum facit Sixtin de regal. c. 2. n. 37. Rosencorb. Obs. Practic. c. 18. n. 3. & Mindan. de Mandat. jud. l. 2. c. 57. n. 5. quæ etiam tunc impetrari possunt, ubi usus viæ & itinera impediuntur, hæc enim & talia facta sunt contra expressas constitutiones Imp. proinde omni Jure prohibita, in quibus à præcepto recte inchoatur O. Cam. p. 2. tit. 22. Rosenth. de feud. c. 5. conc. 21. n. 3. Sixtin. l. c. præjudicium refert Mindan. l. c. in caa. civitatis Eslingensis contra Ducem Wurtenbergiæ, ubi hic civibus Eslingensibus nundinas frequentaturis, securitatem denegans, merces restituere, tum &, ut in posterum ad nundinas ituris, prout in Imperio receptum esset, salvum conductum præstaret, jussus fuit. Vid. Blum. Proc. C. tit. 34. §. 127.

§. IV.

Hic etiam quæri ſolet, num Dominus territorii viatoribus à latronibus ſpoliatis, damnum ſarcire teneatur? quod plures quidem affirmant, ſive transvehentes impetraverint expreſſum ſalvum conductum ſive non impetraverint, modo tamen vectigal ſolverint Lauterb. Comp. tit. de publican. & vectigal. ſub f. & ibi alleg. & pro hac opinione adducunt R. I. de anno 1559. §. damit dann die Obrigkeit ubi ita: ſetzen ordnen und wollen, wofern von Churfürſten, Fürſten, Ständen, oder einiger Obrigkeit, die ſeye wer Sie wolle, jemands Geleit gegeben und derſelbige darüber auff derſelben Churfürſten, Fürſten Stände oder Obrigkeit Geleit-Straſſen thätlich angegriffen und beſchädiget, daß der Stand, ſo ſolch Geleit gegeben, nach Geſtalt ſolches Geleits dem beſchädigten ſeines Schaden Erſtattung zu thun ſchuldig ſeyn ſolle.

§. V.

Verum enim vero, hoc ita indiſtincte cum cit. DD. haud aſſerendum eſſe arbitror; textus enim allegatus loquitur ſaltem de eo caſu, ubi juxta mores veteres in Germania ſalvus conductus, ein lebendiges Geleit durch Geleits-Reuther, actu præſtabatur, propter Jus manuarium dem Fauſt-Recht, variasque deprædationes, quæ illis temporibus turbidis nimis frequentes erant; quod autem ad hodierna tempora, ubi Principes Imp. vectigalia jure ſuperioritatis territorialis magis in compenſationem impendiorum ad reparationem viarum neceſſariorum exigunt, applicari vix poteſt, nec eapropter Dominus territorii viatoribus damnum reſtituere tenetur, ſed ſufficit modo Magiſtratus in inquirendo adverſus deprædatores omnem diligentiam adhibeat Str. U. M. ff. l. c. §. fin. eleganter tamen diſtinguit Carpz. in Pract. Crim. q. 91. n. 61. ſqq. quod tunc demum Dominus territorii ad reſarciendum damnum obligatus ſit, ſi ſpoliatis ſalvum conductum dederit, quo fine qui ſtatuum territoria transmeant, nomina ſua edere & eo nomine certum cenſum perſolvere debent, quod nobis dicitur, das Geleit löſen; tali igitur caſu, ubi hæc intervenerunt & quis hunc cenſum perſolvit (quod hodie nundinarum tempore ab omnibus, niſi qui ſunt privilegiati, quales omnes, qui à vectigalibus immunes ſunt Vid. Str. U. M. ff. tit. de vectig. §. 8. ſeqq. fieri debet) & via regia uſus fuerit, alias enim ſibi ipſi imputet, quod per inſolitas vias vagatus damnum paſſus ſit, & Dominus territorii ſalvum conductum dederit, vid. ſup. §. 3. init. hic damnum rapinæ, quod tamen legitime & ſufficienter probari debet, neque viatorum

Juramento statur Berlich. Decis. aur. 88. n. 43. iter facientibus utique resarcire tenetur, quod etiam verba supr. all. R. I. expresse indicant: wofern von Churfürsten, Fürsten, Ständen oder einiger Obrigkeit jemand Gelaid gegeben: nec aliter intelligendum est præjudicium ap. Gail. l. 2. ob. 46. Hodie igitur extra nundinarum tempus, wann das Gelaid schon wieder abgeführet worden, quo transmeuntes mercatores regulariter expresse non conducuntur, quamvis vectigal solverint, si in via spoliati sint, à Domino territorii quicquam damni perpessi nomine exigere vix posse, mihi persuadeo.

§. VI.

Electoribus etiam eorumve nunciis ad electionem Regis Romani euntibus quamvis sint inimici, conductus a statibus non solum in A. B. tit. 1, expressis verum ab omnibus aliis etiam, præstari debet; quamvis enim alias nemo teneatur hosti vel inimico transitum per territorium ac ditiones suas concedere, hoc tamen aliter se habet eo in casu, ubi conductus necessario Reipub. bono præstandus venit. Et quidem conductus Electoribus præstari debet sub pœna amittendi pro ea vice suffragii si sit Cœlector & perjurii, privationis Feudorum & proscriptionis, si fuerit ex Ordinibus qui negaverit transitum; conductus autem hic tam præsidio dato quam diplomate so wohl schrifft als lebendiges Gelaid, etiam in deviis, si velint, Electoribus præstari debet Dieteric. & alii Commentat. ad A. B. l. c. ubi tamen pag. 17. monet, hodie ob firmatam pacem publicam in Imperio conductum Elector. tam accurate ibi descriptum, fere in desuetudinem abiisse.

§. VII.

Alii etiam Principes alienum territorium transeuntes conduci solent. Verum hic conductus ex alia ratione & maxime ob metum magni plerumque armati comitatus, quem potentiores præsertim Principes, alienum territorium transeuntes, sæpius secum ducunt, invaluisse videtur, ita ut hic conductus quasi instar cautionis sit & signum, quo potentiores ejusmodi transitu sese prohibitos intelligant, nisi veniam transeundi à territorii Domino impetraverint: notabilia hanc in rem sunt verba Electoris Saxonici apud Hortleder. de Caus. Bell. Germ. c. 8. Vid. Strauch. Exerc. Exot. 11. §. 2. qui inde etiam Principem principi damnum, quod hic in transductu passus est, resarcire non teneri asserit. Dissent. Dieteric. l. c. ad §. quisquis.

§. VIII.

§. VIII.

Salvus conductus quem Magistratus ad innocentiam & defensionem deducendam & edocendam delinquentibus concedunt & quem Camera Imper. quibusdam in casibus concedere solet, non est hujus loci.

§. IX.

Conducendi Jus Status Imperii regulariter tantum in suis territoriis exercere possunt & non nisi Domino territorii compeit R. I. de anno 1548. §. ferner zu noch mehrerer R. I. 1555. §. nachdem aber ein jeder & 1566. §. nachdem aber, Jus enim hoc territorio cohæret & viæ publicæ sicuti olim populi sic hodie Domini territorii universalis sunt arg. l. 3. ff. nequid in loc. pub. Gail. 2. obs. 64. n. 2. interim tamen sæpe Principes Imp. in alieno territorio vicino jus ac regale viæ publicæ & juris conducendi (cui tunc etiam inspectio viarum & pro illo fine das Bereuthen der Weege und Haltung der Gelaits-Reuther, item indagatio latronum & similium, das Recht des Ausstreiffens sc. intra non tamen extra terminos viæ publicæ inest, Laud. Hailbronn. l. c. & Schwved. J. P. P. S. S. 2. c. 14. §. 13.) vel præscriptione aut pacto speciali quasi servitutem realem sibi acquisivere Maul. de Jur. cond. tit. 2. n. 38. seq. ubi gravissima oritur quæstio, an qui in alterius territorio habet regale viæ publicæ & juris conducendi, possit simul cognoscere de facinorosis illosque punire, an potius punitio atque cognitio hæc spectet ad territorii Dominum? & quamvis in pto. Juris verior esse videatur illorum sententia, qui cognitionem hanc & punitionem territorii Domino tribuunt, cum ex actu des Gelaits inferri non possit ad alios jurisdictionis & juris territorialis actus Klock. vol. 1. cons. 9. n. 96. & cons. 29. n. 352. seqq. sed hic potius regula obtinere debeat, tantum possessum quantum præscriptum vel pactum; consuetudini tamen Imp. propius accedit opinio contraria; cum enim securitas illa & defensio, quæ Juri Conductus inest, supr. §. 3. aliter consistere non possit, idcirco juri, salvi conductus punitio facinerosorum quoque necessario inesse debet Sixtin. de regal. l. 2. c. 1. n. 39. quæ opinio præjudiciis nititur, quale in caa: Brandenburg contra Nürnberg, die fraysliche Obrigkeit belangend, adducit, T. ylm. de Benign. Syntag. 2. dec. 4 vol. 3. num. 77. & 78. Vid. Carpz. Pract. Crim. q. 110. n. 39. Knichen de jur. territ. c. 4. & ita coercitionem criminum in alieno territorio commissorum, non indistincte tamen ad conducentem, sed illorum saltem, quæ sunt commissa in via publica auff der Geleits-Straffen, & in ipso actu conducendi, reliqua autem crimina extra viam publicam com-

 missa

missa ad Dominum territorii spectare, non inepte statuit Bidenbach. quaest. nobil. 12. n. 4. quod ita etiam obtinet, ubi Serenissimus Elector Palatinus in alienis territoriis, jus conducendi habet; apponam ipsa verba Laudi Hailbronn. quae pag. 9. ita se habent: *delinquentium dum conductus praestatur, tam eorum qui conducuntur inque eorum comitatu sunt, quam qui conducunt, coercitio & poena ex jure conducendi esto Serenis. Electoris. Quicquid autem ultra hac jurisdictionis Civilis seu Criminalis est, ex causa conductus non competit, sed iis, quorum vel jus via publica vel circa hanc territorii quibus & in via delinquentium punitio ut & cadaverum ablatio sine impedimento relinquatur*; ita tamen ut ad pacta & conventiones potissimum respici debeat, dict. Laud. p. 7. in med.

§. X.

Quaeritur etiam, si in confinio territoriorum cadaver interfecti reperiatur, quod utriusque solum parte aliqua corporis premat, ita, ut v. g. caput viam publicam, reliqua vero pars corporis & pedes territorium circum jacens premerent, cuinam de crimine cognoscendi & quae huic annexa sunt, faciendi jus competat; neque ubi caput neque ubi pedes neque ubi pars corporis laesa requiescit, uti putat Limn. de I. P. l. 14. c. 8. n. 100. hic spectandum esse, sed potius ex conjecturis, de quib. vid. Bocer. de regal. c. 2. n. 148. quibus in hoc vel illo loco homicidium commissum intelligitur, rem decidendam esse, respondeo cum Carpz. Pr. Crim. q. 110. n. 34. & ita tota haec res, judicis arbitrio, qui circumstantias, indicia & praesumptiones cujusque facti occurrentes considerare debet, relinquenda est. His vero deficientibus; ad utrumque Dominum cognitio pertinet id ibid. quod & ob paritatem rationis etiam illo casu obtinere arbitror, ubi homo non occisus sed morbo aliquo extinctus, in confinio reperitur.

§. XI.

Quanto sanctior autem securitas viarum esse debet, eo gravius etiam delicta in eis perpetrata puniuntur. Illam enim qui violat, Principis authoritatem maxime offendit ac ea propter non immerito severe punitur. Olim quidem, ubi jus manuatium das Faustrecht in usu fuit, latrocinia & grassationes impune exercebant germani, quod vocabatur aus dem Steigreiff sich nehren, cui rei praecipue nobiles, quos ideo laudat Casp. à Lerch. à Speid. voc. Steigreiff merito reprehensus, juventutis exercendae ac desidiae minuendae causa

cauſa incumbebant, ea quidem licentia & honeſtatis ſpecie, ut ii, qui ducem ſequi detrectarent, in deſertorum ac proditorum der Verräther und Schelmen numero ducerentur, omniumque rerum iis poſtea fides abrogaretur, donec tandem pax publica huic malo finem impoſuit.

§. XII.

Sed hodie adeo exoſum eſt hoc delictum, ut etiam nobili & clerico viatorum graſſatori, pœna ordinaria imponatur nec propter nobilitatem aut dignitatem perſonæ minuetur Covarruv. l. 2. varreſ. c. 9. n. 4. nec etiam in pœna decernenda quantitas & valor rei ablatæ in conſiderationem veniat Stephan. in not. ad Conſtit. Crim. art. 126. unde in Gallia graſſatores, qui viatori etiam tantillum pecuniæ in via regia extra urbes vi armata extorquent, ultimo ſupplicio afficiuntur. Pœna vero graſſatorum eſt gladii Conſt. Crim. l. c. quæ tamen non obtinet, niſi hæc ſingula concurrant, ſc. ut cum ferro aggrediantur & ſpoliare inſtituerint, Steph. l. c. Hæc pœna tamen quoque locum habet in ſola viarum inſidioſa obſeſſione in der Weeglagerung oder halt, etiamſi quis nihil fecerit & in actum perduxerit, quoniam qui homines in viis derobandi & occidendi gratia inſidioſe expectant ad actum proximum acceſiſſe cenſentur, actus proximus autem in delictis atrocioribus pro conſummato habetur V. Berlich. Conc. part. 4. c. 20. n. 4. ſi tamen non doloſe quis, qui dolus manifeſto probari & doceri debet, caa. prædationis vel diffidationis vias obſederit nec deprædationis propoſito vere conſtet ſed dolus tantum per conjecturas probetur, pœna ordinaria non habet locum, & ita in Cam. Imp. in caa. Waldeck c. Bayern judicatum fuiſſe teſtatur Gilhauſ. in ſua arb. jud. crim. c. 2. tit. de pac. pub. 9. n. 4. Si quis collectis & coadunatis hominibus armatis dolo malo & præcedente deliberatione vel in ſylvis vel albi, juxta itinera publica viatores expectet & eos ex inſidiis offendat, etiamſi nec animum rapiendi & ſpoliandi habeat, prædicta pœna gladii imponitur, vel ſi qui ſaltem conſentiant & conſilium ad inſidioſas viarum obſeſſiones ex prædationis caa. præbeant Gail. de pac. pub. c. 1. n. 93. & c. 7. n. 24.

§. XIII.

Non ſolum autem ſi quis caa. prædationis vel diffidationis ſed etiam ex aliis ſimilibus cauſis vias obſidet & aliqnem inſidioſe expectat, dicta pœna locum habet, ſic, ſi quis in ſylvis & aliis locis occultis latet & expectat ut

 matro-

matronam vel puellam aliquam ad ſuam libidinem abripere poſſit, is ob ſolam viarum obſeſſionem, etiamſi propoſitum ad effectum non produxerit, pœna gladii puniendus eſt, gravius enim delictum eſt alicui ſtuprum inferre quam eum bonis ſuis ſpoliare l. iſti quidem 8. §. 2. ff. quod met. caa. Si quis vias, angiporta, trivia & alia loca oppidorum vel pagorum non ex caa. prædationis vel diffidationis ſed ob aliam cauſam, veluti inter compotatores, ubi rixa inter eos orta ſe domum conferunt, ut plurimum de nocte fieri conſuevit, occupat & obſidet, diſtinguendum eſt, an ejusmodi occultatores & viarum occupatores inſidioſi, prætereuntes leviter ſaltem vulneraverint aut pulſaverint, an vero gravis ſit vulneratio aut pulſatio, & illo in caſu carcere vel temporali relegatione puniuntur, hoc vero eis quandoque manus amputantur & in perpetuum exilium mittuntur; hæc tamen pœna quoad nobiles moderari & in arbitrariam cônverti poteſt. Vid. Berl. l. 2. c. n. 15. ſeqq. ubi n. 20. usque 23. tradit, quæ ſint modicæ aut leves & majores & graves vulnerationes. Complices & alii qui auxilia circa ejusmodi vulnerationes præſtiterunt eadem quoque pœna tenentur. In genere notandum omnem injuriam in via publica illatam graviore animadverſione coerceri, ſic oſculum ſaltem invitæ virgini in via publica ereptum, mulcta & ſimul relegatione ad 30. milliaria punitum eſſe, refert Math. de Afflict. dec. 275. quin, illum, qui mulierem nuptam in via publica per vim oſculatus fuerat, gladio punitum eſſe, teſtatur Clar. in Pract. Crim. §. f. q. 83. vers: oſculum inferens, quæ tamen pœna nimis dura atque delicto minime proportionata videtur.

§. XIV.

Coronidis loco adhuc notare lubet: Caſtro cum ſuis pertinentiis ac omnimoda jurisdictione conceſſo, non etiam jurisdictionem circa viam publicam conceſſam eſſe, intelligi, adeo nec cognitionem criminis & quæ inde dependent ad illum cui ſic Caſtrum conceſſum, ſed ad Principem territorii univerſalis pertinere Stephan. tr. de jurisdict. l. 2. part. 1. c. 7. n. 400. ſeqq. & plur. alii. Non enim in generali conceſſione veniunt ea, quæ non niſi ſpecialiter imperari poſſunt. auth. cit. l. 1. c. 2. n. 8. ſeqq. Ultimo, ſi via publica inter duo territoria exiſtit, illa utrimque vicinantium communis eſt Merchelbach. ap. Klock. t. 1. conſ. 5. n. 7. hinc quoque omnia emolumenta cæteraque jura communia ſunt.

COROL-

COROLLARIA.

I.

Successor ex pacto & providentia in feudo regali factum antecessoris præstare ac proinde ad æs alienum defuncti solvendum tenetur.

II.

Princeps Imperii in liberos suos nullam habet jurisdictionem ita ut ne quidem filium delinquentem pœna aliqua præsertim corporali afficere possit.

III.

Præscriptio immemorialis in revocatione bonorum familiæ alienatorum Agnatis successoribus denen noch nicht gebohrnen *Posteris, nocet eosque penitus excludit.*

IV.

Vidua illustris Imperio immediate subjecta per l. un. C. quand. Imper. inter pupill. & Vid. æque electionem & variationem fori habet, quam Vidua civicæ conditionis.

V.

Sponsalia à parentibus liberorum nomine sive puberum sive impuberum, inita, rata & firma non sunt nisi à liberis puberibus expresse vel tacite proprio consensu ratificentur.

VI.

Hinc si pater Illustris nomine filii adhuc in cunis existentis sponsalia contraxit, hic pubes factus non tenetur adimplere hæc sponsalia.

VII.

Minori pœnitenti quod ætatem anticipatam impetraverit adhuc contra ipsam veniæ ætatis impetrationem restitutio in integrum ex justa causa concedi debet.

(o)

XXVII.
DISSERTATIO
DE
VOTORUM PLURALITATE ET PARITATE,

PRÆSIDE

CAROLO OTTONE THYLLIO,

J. U. D. Sacri Imperialis Palatii Comite, Status Regiminis & Collegii Reviſorii Electoralis Palatini Conſiliario, nec non Curiæ Matrimonialis Directore atque Profeſſore Jurium Primario, Juridicæque Facultatis p. t. Decano,

Pro Licentia defenſa à

CASPARO ARNOLDO NACKE, Laſtrupio-Weſtphalo.

HEIDELBERGÆ, 1726.

THESIS I.

VOtum à verbo: *Vovere* derivari, quod ſanctè promittere denotat, pernotum; unde *vota facere*, *vota diſſolvere*, *preces & vota.* Varia autem vocis hujus in Jure ſignificatio, variusque ejus uſus: ſumuntur enim vota pro Nuptiis, *Quonam usque verendus cunctatur mea vota ſocer?* docentibus *L 4. C. De ſponſal l C 16. de Nupt. l. 4. & 10. C. De ſecund. nupt. Aliter* in Jure Canonico, *oſtendente Tot. 7 it.* ✠ *De voto & voti redemptione.* Quo vota eleemoſynis redimi vel in aliud melius commutari, intercedente ſuperioris auctoritate & juſtâ causâ redimendi, vel mutandi, dicuntur. Sic & alteri incolumitatem, proſperitatem devovemus. Hinc *Preces votivæ*, *Ludi votivi.* Cic. in Ver. Plin. Horat. in Epiſt. *Nunquam non* voluntatis noſtræ declarationem in actu à pluribus expediendo, ſignificat Votum, quæ acceptio hujus eſt loci propria. Cujus ſynonymum *ſuffragium* rectè audit, *innuent l. 32. ff. De LL.* verbis: *Namquid intereſt ſuffragio populus voluntatem ſuam,* &c. *L. 5. π. Quod cujuscunque univerſ. nomin.* verb. *Et patris ſuffragium filio proderit* & *filii patri*, identidem *L. 8. π. de*

de Muner. & honor. ibi: *Vel Creati suffragium in curià ferunt.* *Quò Tot. Tit. C. De suffragio respicit.* ibique Gothofr. *Id innuitur hac Constitutione*, ait, *suffragium in Aulâ unicuique eblandiri & peccuniâ elicere, & suffragium modò non sit fumosum, vendere permitti. Ideoque promissorem eo nomine teneri.*

II.

UNde ad oculum definitio voti patescit, hoc nimirum esse vocem & scitum, quo quis vel in Lege ferendâ, Magistratu mandando, Reo condemnando vel absolvendo, aliâque statuendâ re voluntatem suam denudat & indicat. Probant. Text. *L. 1. π. de Offic. Quæstor.* verb. *Sed populi suffragio crearent. L. 6. §. 1. π. de Decur.* verb. *Sed interim suffragium inter cœteros ferre non possunt. Pluralitas* plus ponderis habere creditur, quare & pro consilio alicujus collegii magis magis præsumitur; faciliùs enim invenitur, quod à pluribus quæritur, *Can. fin. Distinct. 20. ibidèmque Gloss. in verb. pluribus. Gail. 1. obs. 33. N. 3.* Cravett, *Cons. 201. n. 18. Paritas* supponit paritatem in gradu, ad paria aliàs Judicari nequeunt, pares quippe, qui non sunt gradu, illi nec possunt esse pares in jure vel facto, *C. 47.* ✠ *De Test.* inde parium eadem Juris dispositio. *Cap. 2.* ✠ *de transl. Episc.* Eadem natura *L. 44. π. Solut. matrim.* atque potentia *l. 1. §. 10. π. De acquir. vel amittend. posses. & l. 13. π. De duob. reis.*

III.

VOtorum Pluralitas & Paritas latissimè se extendit, & quas vis Jurium partes ferè contingit, sic frequentissimus eorum usus in Jure Privato & Publico, Civili & Ecclesiastico S. Canonico Judiciis Civilibus in specie dictis, nec non Compromissis & Criminalibus. Exceptis iis causis, ubi Votorum Unanimitas vel Uniformitas de Jure exigitur, ita, ut nec majora nec minora vota finem negotio imponere queant; cujus in Jure Civili notabilis species *in L. 2. ff. De S. P. R.* occurrit, ubi, iter in fundo communi per unius vel alterius cessionem constitui negatur; sed omnium fundum communem possidentium unanimis requiritur consensus: verb. *Ergo subtili ratione non aliter meum fiet jus, quàm NB. si omnes cedant*; ibique elegantur Gothofr. *in l. d.* Et *Dn. Brunneman. ibidem, Colligitur*, inaniens *etiam, ex h. l. Si tractetur de re communi pluribus ut singulis, omnium consensum requiri, & non præjudicare Cœteris Majorem partem.* De Cœtero conferantur *vindiciæ & Annotationes Nostræ ad Cl. Gail. 2. Obs. 66. n. 2.*

IV.

JUS Juſtinianeum multum votorum pluralitati in judiciis tribuit, ſi enim plures conſentiant, parte judicantium minore diſſentiente ſententia plurium omninò obtinet, *ita dictant L. 36. & L. 39. π. de Re Jud.* quam Votorum Majoritatem ſuprema Imperii Tribunalia etiam ſequntur, Teſt. *Ab Uffenbach Tr. de Excelſiſſ. Conſil. Cæſareo-Imper. Cap. XVI. Sect. VI. Et Illuſtr. Dn. de Ludolph de Jure Camer. p. 283. Sententiam, inquit, format Referens, qui Primus reddit ſuum votum, ſequntur reliqui, & concluditur ſecundùm Votorum conſentientium numerum Majorem.* Quod & in Compromiſſis valere indubium, ubi Laudo eorum, qui numero vincunt in contrariam ſententiam abeuntes, ſtatur, evincent. *L. 27. §. 3. π. de Recept. qui arbitr.* Idem in tutelis tenendum, ſi enim non erit à teſtatore electus tutor aut gerere nollet, tum is gerat, *deciditur in l. 3. §. 7. π. de Adminiſt. & pericul. tutor: cui major pars tutorum tutelam decreverit*; parili modo major pars ſenatus Syndicum conſtituit, *innuent. l. 3. l. 6. §. 1. π. de decret. ab ordin. fac.* vel aliud quid expedire intendit, *juxta l. 19. π. ad municip.* Non aliter etiam Familiæ Erciſcundæ Judicium procedit, ſi enim omnes iisdem ex partibus ſint inſtituti hæredes, nec inter eos, apud quem potiùs eſſe debeant res hæreditariæ, ſortiri eos oportet, aut ex conſenſu vel ſuffragio, apud quem deponantur, eligendus eſt amicus, *decident. l. 5. ff. Famil. Herciſc.*

V.

VErùm enim verò, quemadmodum circumſtantiarum minima deciſionem rei mutat, ita & hîc eam in calculo ſententiæ ferendæ probè attendendam judico, fallerêque hinc omninò plurium Vota Majora, ubi communi juri contraria deprehenduntur, pietati, ſaluti, tranquilitati repugnantia, contraque bonos mores procedentia, & Privilegium aut jus innocentis tertii intervertentia. Conſimili ratione Vota deficiunt Majora, & neutiquam talia prædicari queunt, ſi omnes ad actum ferendi vota ſive in Publicis *L. 2. Cod. de Decur.* ſive *Privatorum cauſis l. 4. C. Quand. provoc. non eſt neceſ.* verb. *Cum Magiſtratus datos judices & unum ex his pronunciâſſe proponas, non videtur appellandi neceſſitas fuiſſe, cùm ſententia Jure non teneat.* legitimè non ſint vocati; quod & in Compromiſſis obtinere extra omnem pugnam ponit, *L. 17. §. fin. ff. de Recept. qui arbitr.* verb. *Quia in plures fuit compromiſſum & potuit præſentia ejus trahere eos in ejus ſententiam.* Et addit ICtus Pomponius *in l. ſeq. 18. Sicuti tribus judicibus datis quod duo ex conſenſu, abſente tertio, judicaverunt,*

verunt, nihil valet, quia id demum, quod major pars omnium Judicavit ratum est, cùm & omnes judicasse palam est. A quo Canonicum Jus *in Cap. 2. De Arbitris in 6.* recedit, sufficere, statuens, duos ex tribus arbitris Electis tertio examinando vel definiendo negotio malitiosè interesse nolente, in unam sententiam, concordare posse, sicut possent, illo præsente.

VI.

P*Aritatem votorum*, quod attinet, difficiliùs nunquam non, hîc, quàm si Majora sint Vota, proceditur, ostendent. *l. 11. §. 6. ff. de Recept. qui arb.* præsertim ubi pares sunt numero judicantes vel arbitrantes. Attamen diversimodè istiusmodi Vota vel ut Decisoria: vel Electitia: aut Consultatoria: & Deliberatoria consideranda esse, existimamus. In Compromissis paria intervenientia vota totum actum quidem irritare, sed ei per Electionem Tertii cujus auctoritati parendum, remedium quæris, JCtus Ulpianus suadet: sed usitatum est, ait, in supra *d. l. 17. §. 6.* etiam in duos compromitti, & debet Prætor cogere arbitros, si non consentiant tertiam certam eligere personam, cujus auctoritati pareatur; Aliud dicendum, quando duo vel plures ratione *quantitatis* vel *numeri* paria ferunt vota, ut in specie *l. 37. §. 3. ff. de Recept. qui arb.* si ex tribus arbitris unus quindecim, alius decem, tertius quinque condemnent. Ubi Julianus scribit, quinque debere præstari, quia in hanc summam omnes consenserunt. Minor summa enim majori inest, *l. 9. §. 3. ff. de hæred. instit. l. 110. ff. de Reg. Jur.* ibique *B. Holterman*, ubi ex Gothofr. compluscula eaque diversissimi generis Exempla ut in implendâ conditione *l. 3. §. 6. ff. De statu lib. l. 1. §. 18. ff. De aquâ quotid.* in usu servitutis: in ademtione legatorum *l. 3. §. 5. ff. de adimend legat.* in Jurejurando in litem. *l. 9. ff. de in litem Jur.* in fidejussione, *l. 8. §. 7. ff. de Fidejus.* in locato *l. 52. in fin. ff. Locati conducti.* in constituto *l. 11. §. 1. de constit. pec.* in pactis de non petendo *l. 27. §. 5. ff. de pact.* in stipulationibus *l. 1. §. 4. ff. de V. O.* affert in quibus variis Juris Articulis in diversitate opinionum excessus nec negotium reddit inutile, nec alius juri præjudicat, cùm & in istis Casibus dicta decidendi Ratio, nimirum Minus Majori inesse, æquè concludat.

VII.

IN judiciis, ubi paria feruntur vota decisoria, causas: numne illæ favorabiles: vel aliæ sint: attendi debere, puta in illis pro favore libertatis statuendum text. *l. 38. pr. ff. de Re Jud.* cui accedit *l. 122. ff. de R. I.* innuunt; idem & in ultimarum voluntatum causis, ubi & publicè expedire ait JCtus

Paulus in *l. 5. ff. Testament. quemadmod. apperiantur.* suprema hominum judicia exitum habere; Et humanius esse pronunciat JCtus Marcellus *in l. 10. pr. ff. de Inoffic. testament.* sequi ejus partis sententiam, quæ secundùm testamentum spectavit. Quâ in Classe Matrimonii & Dotis res continentur; in quibus etiam ambiguis Paulus in *l. 70. ff. de Jure dot.* Et *l. 85. ff. de R. J.* pro dotibus respondendum, melius judicat, hoc est *æquius*, oppositè, ad quamcunque aliam interpretationem; quo & ipso singulare dotis indicatur privilegium, contra rationis tenorem *utilitate* & *æquitate* subnixum. Dotium causa enim *semper* i. e. in dubiis; & *ubique* præcipua est; exprimente *l. 1. ff. Solut. matrimon. Ibique Gothofr.* & hisce accensentur Ecclesia & Fiscus. Idem quoque de Reo Juris dicendum, *præd. text. l. 38.* disertè statuit, Verb. *In aliis autem causis pro Reo.* favorabiliores quippe partes Rei quàm Actoris *l 125. ff. de R. I.* facilior hinc Judex in absolvendo quàm in condemnando *l. 47 ff. de O. & A.* hocque non tantùm in negotiis Civilibus sed & Criminalibus, semper enim, dictant. *l. 56. & l. 155. ff. de R. I.* benigniora præferenda sunt, servari, verba sequentia in hoc ipso textu: *Quod in Judiciis Publicis obtinere oportet*, inculcant. In Criminalibus Causis enim, nisi luce meridianâ clariores probationes redditæ, Reus est liberandus. *l. fin. C. de probat.* si pares sint sententiæ, absolvendus itidem venit Reus. Eleganter hac de re Paulus *4. sent. 12. §. 5. Inter pares sententias clementior severiori præfertur; & certè humanæ rationis est, favere miserioribus, & propè innocentes dicere, quos absolutè nocentes pronunciare non possumus.* Præclarè in hanc rem H. Grotius *de J. B. & P. Lib. II. Cap. V. §. 18. in Senecæ controversiâ quadam est*, ait, *Alter Judex damnat, Alter absolvit: inter dispares sententias mitior vincat; nam sic & in dialecticis collectionibus illatio eam partem sequitur, quæ minùs onerat. Si diversis summis condemnent Judices, minimam spectandam esse, sententia JCti Juliani (Julianus scribit) probat.* V. Gr. Tres Judices pendere Jubent XX. Tres X. Tres Nihil. sententia vincet in X. quæ XX. insunt. Et vix quicquam in Jure Romano frequentius, quàm in dubiis benigniora præferri, probant. tot & tot textt. *l. 7. §. 1. ff. de Restit. integr. l. 27. §. 3. ff. de Rec. de arb. multisque aliis. quos inter singulares l. 8. ff. de Pact. l. 66. ff. de Judic. l. 38. l. 40. ff. de R. V. l. 40. ff. de Eo quod cert. loc.* ibi Judex secundùm Gothofr. interdum actioni inservit, interdum eam excedit, interdum minuit, quippe æquitatem ante oculos habere debet Judex. Ne hili in contrarium faciente *l. 28. ff. Eod.* ubi Modestinus utramque, *parem* sc. sententiam in pendenti esse, respondit; cùm hic textus de Judice pedaneo, probantibus ipsius verbis: *donec competens Judex*, id est: is, qui delegavit, unam earum confirmaverit; ille verò de superiori Judice agat; Et hisce, quantum ad Votorum pari-

paritatem, calculum suum adjicit Gregorius IX. *in Cap. ult.* ⁘ *De sentent. & re Judic. Duobus Judicibus diversas sententias proferentibus*, inquit, *si ex jurisdictione ordinariâ processerunt, tenet pro Reo, non pro Actore sententia, nisi in causâ favorabili, puta: matrimonio, libertate, dote, sive testamento pro ipso fuerit promulgata: si verò ex delegatâ potestate, utraque pendet sententia ex arbitrio delegantis*: Atque hæc omnia, omninò fieri posse Justitiâ adstipulante, cùm in favorabilibus aliàs causis ne quidem contra illam favor, monent. *Cap. II.* ⁘ *de foro competent. & Cap. 6.* ⁘ *De Donat. inter virum & uxorem, & de dote post divortium restituendâ.* concedendus sit, haud addubitamus. Sin alia non in specie sive singulariter favorabilis sit causa: paribus in probatione existentibus, pro possessore pronunciandum esse Judicant. Possessor enim, ab eodem causam habens in titulo præfertur priori *l. 9. §. 4. ff. de public. in rem act.* horsúmque spectat *famosa ista l. 15. quotiens C. de R. V. ibique præclarè Brunnemann.* transfertque possessio probandi onus in Adversarium docente *l. 15. C. de probat.* quin & tanti illam esse, ut Possessor, nullo etiam confirmante Teste pro Domino habeatur, probat *l. 2. §. 21. ff. pro empt.* videat & addat. *Dn. Lauterbach ad ff. Tit. de Acquir. vel amittend. possess. in Effect.* sed quid circa sententias *totis rebus* differentes? verbi causâ: Tres Judices Reum morte puniunt. Tres qui relegant. Sententiæ non veniunt conjungendæ. Non enim in morte est relegatio. Sed nec Trium absolventium vota cum relegantium conjungenda, quia non illud ipsum est, quod sententia dicit, sed per consequentiam inde elicitur; Et semper verum, Eum, qui relegat, non absolvere. Vel sententias illas planè inter se esse diversas. Sed conjungendas tamen, illas non-nunquam esse in eo, in quo conveniunt, Ideoque Senatores dividere sententiam suam plura simul complectentem Juberi ex Plinio & Aristotele Aliisque deducit celebratus Grot. *d. l. §. 19. & 22.* cui jungatur omninò Puffendorff. *de Jure Naturæ, & Gentium Libr. VII. Cap. II. §. 18.* Verùm hîc tenendum, proposita locum in Civitatibus Liberis, ubi Senatores ejusdem Dignitatis & potestatis, non verò sub Rege & Principe, ex cujus voto controversiæ decisio dependet, obtinere. ubi Curtius VII. *S. Variantibus sententiis, se ipsum consideraturum, quod optimum factu esset, respondit.*

VIII.

QUid verò dicendum de votis electitiis, consultatoris, & id genus aliis paribus? tentatâ & repetitâ licet horum collatione, perpensóque rationum pondere, & tamen non secutâ unanimitate vel majoritate, sententia debet ferri pro Possessore Carpzov. *Dec. Illustr. 82.* prospicique, ne alteri in-

feratur injuria, quamvis ſubinde tertio emolumentum accreſcat; magisque illa ſententia eligenda, quæ ab æquitate & benignitate ſe commendat, quæque impendens malum imminénsque periculum præcavet & avertit. Quin & per aſſumptionem alicujus tertii, cui aliàs votum non competit, *arg. l. 5. ff. fam. Erciſc.* verſu: *Aut ex conſenſu vel ſuffragio eligendus eſt Amicus, &c. & l. ult. Cod. Commun. de Legat. & Fideicommiſs.* verb. *An aliquod ei inducatur adjutorium, ut Viri boni arbitratu procedat electio*; aut prudens conſilium etiam, vel ſortem decidi rem poſſe *§. 23. Inſt. de Legat.* verb. *Fortunam eſſe hujus optionis Judicem l. 24. §. 17. ff. de Fideicommiſſ. Libertat.* verb. *Aut ſortiri eos oportebit.* dubitare haud Jura ſinunt.

IX.

PRæterea votorum pluralitas in Electione, quæ triplici modo, per *Scrutinium, compromiſſum, & inſpirationem* peragitur, obtinet; Illa cùm tres fide digni, præſentibus iis, quibus ſuffragandi Jus competit, ſuffragia arcanè explorantes in ſcripturam redigentes aſſumuntur; iſta: quando poteſtas eligendi in unum vel plures idoneos confertur, *Cap. 8.* ✠ *de Elect. & Electi poteſt.*: hæc, cùm, præcedente nullâ conſultatione omnes & ſinguli in unum ſimul conſentiunt. *Cap. 42.* ✠ *d. Tit.* Prælatorum, imô & ipſius Pontificis, maximè, ea quæ per ſcrutinium vel compromiſſum, fit, ſingulariter attenditur; per Majora enim concludi, *Tot. Tit.* ✠ *de his quæ fiunt à major. part. & Cap. XLII.* ✠ *de Elect. & Elect. poteſt.* probatum reddunt. verbis: *Ut is collatione habitâ eligatur, in quem omnes, vel major & ſanior pars Capituli conſentit, vel ſaltem eligendi poteſtas aliquibus Viris idoneis committatur, qui vice omnium Eccleſiæ viduatæ provideant de Paſtore.* Sanior illa pars, Eligendi integritatem, merita, Zelum, & id genus virtutes præſtantiſſimas alias, ante omnia reſpicit. Quæ majora illa vota omninò concomitari, oportet; aliàs minora, ut ſaniora, majoribus iſtis Jure præferuntur; Vincunt autem eligentium absque ulla præſtantia vota, ſi horum pars duplò major ſit: probant. *Cap. 9.* ✠ *de Elect. & Elect. poteſt.* Sic & Electus in Romanum Pontificem à duabus Partibus Cardinalium, nullâ exceptione obſtante, eſt Papa. Electus autem à minori numero gerens ſe pro Papâ, incidit unà cum ſibi adhærentibus in pœnas in *Cap. 6.* ✠ *de Electio. & Elect. Poteſt.* Sancitas, quantùm ad votorum paritatem attinet, idem ferè Jura Canonica, quod Civilia, ſtatuunt, edocent. *Cap. ult. de Arbit. in 6. & Cap ult.* ✠ *de Elect. & Elect. poteſt. nec non Cap. ult.* ✠ *de ſentent. & re iudicat.*

X.

SIc & *votorum pluralitas* itémque *paritas* longiſſimum uſum in Jure noſtro Romano-Germanico publico habet, latiſſiméque ſeſe exſerit & diffundit. *primò* enim in Imperatore per primarios Regni Officiales, die Aertz-Aempter post interregnum ſolos, probant: Exemplo Rudolphi I. à ſolo Palatino, ſcilicet, Ludovico Severo, cui tanquam Arbitro Reliqui Archi-Principes in Electione diſcordes vota detulerant. Et Alberti I. ab iisdem ſolis ſolenniter creati, Lehman: *Chron. Spirenſ. Lib. VI. cap. 104. & Libr. VII. cap. 1.* hodie legitimè per Moguntinum vocatos, diſponent. Ita *A. B. Tit. 1. & 2. nec non ſeqq. ſpec. Suev. P. I. Cap. XXII. & XXIX.* à quo non abludit Jus Canonicum innuent. *Cap. 34.* ✠ *de Elect. & Elect. poteſt.* Non aliter tamen, quàm in Collegio, non ut ſingulos, ceu aliquoties per turbas ante Carolum IV. extra congregationem, imò ante Interregnum Magnum præſente & approbante Populo Coccej. *Prud. Jur. Publ. Cap. VIII.* §. 2. verb. *Cum ſingulis competat, ſed ut membris totius Auguſti Collegii*; ſed ut univerſos, licèt quisque ſuffragium ſive votum ſuum, ut ſinguli totum habeant, Obrecht. *de Electiion. Imp. Rom. German.* §. 17. Strauch. *Diſſert. Exot. II.* §. 2. Eligendo novo, concludit Major non eligentium ſed Collegii pars: Electio enim non ad ſingulos, ſed tanquam ad Collegium ſpectat. Quare & Moguntinus in præliminari, antequam in Conclavi ſuffragia ferantur, monere Collegas ſolet, caſu, quo diſcordes Electorum ſententiæ, Eum pro legitimo Rege iri habitum, in quem major Pars eſſet Conſenſura, probant: *A. B. Cap. 2. ſ. fin.* idque naturali æquitati conſentaneum, veterum teſtimoniis firmat H. Grot. *de J. B. & P. dict. Libr. II. Cap. V.* §. 17. Aliàs ſi tres in uno conveniant, reliqui omnes diverſum, vel unum quisque vel duo unum deſignent, nil confici, certum. Conferat. præterea *Specim. primum Spicilegiorum noſtrorum in Cl. Cocceji Juris Publici Prudent. Theſ. 8.* Temporibus antiquis ſolennis tantúm declaratio ſive inauguratio pro Electione fiebat, quâ nimirum Officiales Imperii, necdum Electores, ſaltem non unici, quamvis præcipui ex eligentibus Jungebantur, ſicut in Ottonis I. Conſtitutione contigit, unde paulatim inde factum, ut Electionis vim ad ſe pertraherent Officiales; Fridericus II. enim ab omnibus adhuc electus, Officiales etiam ſi Electionem proclamarent, *ex prætaxatione Principum* elegiſſe, dicebantur. Verùm, poſt hujus Friderici II. tempora (non ab Ottonis III. ut vulgò perperàm creditum) Officialium uſu, & Principum reliquorum conniventiâ invaluit, ut temporis ſucceſſu Electoribus, id honoris relinqueretur, ut ut ferè ad Carolum IV. usque in unius alteri-

teriúsve Imperatoris Electione Reliquorum Principum Aliqui intervenerint. De quo antiquiſſimo Germaniæ more conſpicuus valdè apud Cl. Coccej. locus in laudat: Tractatu *Cap. XIV. de Juribus Archi-Officiorum inſcripto*, ubi §. *1. 2. 3. 4. & 6.* hanc rem ex antiquiſſimis Scriptorum monumentis pro argumenti dignitate ex aſſe deducit.

XI.

TArdè nimis adveniens legitimè tamen vocatus Elector, in ſtatu, in quo nunc res eſt, admittitur; pauci quoque præſentes aliis à loco electionis, nondum Rege electo, diſcedentibus nullum procuratorem legitimum ſolenniter ſibi ſubſtituentibus, ſicque voti ſui Jacturam ſpontè facientibus, *ſanciente A. B. Tit. I. §. 23.* quamvis eligere vellent, prout poſſent, conſultum tamen fore dicunt, ut ab electione abſtineant, ne imperium turbis involveretur, tradunt: Buxtorff *ad A. B. Th. 25.* Rumel. ad Eand. Diſſert. III. Th. 10. Aliique; Quid verò ſi paria ſint eligentium vota? Itidem nihil actum cenſeri, ratio loquitur ipſa, quare Electio de novo inchoanda, totiésque repetenda eſt, donec aut unanimia, aut Majora inde reſultent Cl. Coccej. *alleg. Tr. Cap. VIII. §. 11.* niſi Electus votis accedat ſibi datis, ut de Imperatore Sigismundo tanquam Electore Brandenburgico ad Comitia vocato, (de quo B. Coccej. *Tt. ſæpè celebrato Cap. III. Sect. V.* §. *73. 74.* videndus) dignitatisque Regiæ gratiâ primò ſententiam de nominando Cæſare rogato, ſe ipſum nominante, ſive votum ſibi ipſi dante Vitriar. *Lib. I. Cap. VI.* §. *15.* teſtatur; ſic & Rupertum Palatinum, ſemet ipſum elegiſſe, idémque de Maximiliano II. Rudolpho II. & Mathiâ, nec non Ferdinando II. Ferdinando III. Ferdinando IV. Leopold. I. Joſepho I. & glorioſiſſimè auſpicatiſſiméque nunc Rerum Potiente Carolo VI. aſſerunt; ferúntque illos Regiâ dignitate ornatos mit aller einmüthigen Stimmen. addat. Pfeffinger *ad allegat.* locum, & *Vitrar. Lit. C. & D.* etiamſi per majora electio facta; Etenim verba: Einhellig, Einmüthiglich erkoren, und erwehlet non obſtantibus Rec. Imp. de Anno 1613. & 1641. ita accipi, vel cùm omnes unanimiter conſentiant, vel eum in ſenſum addi, ubi major pars Electorum in Electionem condeſcendat haud inconveniens. quod & concluſum Imperii Statuum de dato Francofurt die 8. Aug. 1338. apud Lehnmann. Chronic. Spirenſ. *Libr. VII. Cap. XVII.* ſatis ſupérque probat: Hierumb ſo ſetzen und ordnen Wir, durch Ein ſonderbahr Geſätz, ſo in Ewigkeit bleiben ſoll, welcher aus einhelliger Wahl der Churfürſten, oder von Mehrertheit erwehlt iſt, daß derſelb allein aus Krafft der Wahl von allermänniglich vor einen Rechtmäßigen Kayſer gehalten, auch Ihme alle

alle des Reichs Unterthane schuldigen Gehorsamb erweisen sollen, 2c. 2c. prout Exemplum Caroli V. etiam id declarat, qui, Electore Trevirense non consentiente, sed Franciscum Galliarum Regem nominante, nihilominus à Cœteris Coëlectoribus unanimiter electus prædicatur: disponente ita A. B. *Tit.* §. 5. cùm par in hoc ratio sit, majora sc. concludant, minoraque vincant, conferant. DD. ad *Cap. 23.* ꝟ *de Elect. & Elect. potest.*

XII.

SEcundò Votorum pluralitatem in Comitiis Universalibus, in Reichs-Tägen, ubi de communibus totius Imperii causis Consultatio inter tria Statuum Collegia, in quæ Imperii Pròceres dividuntur, putà: Electorum, Principum Ecalesiasticorum, ut & Abbatum & Prælatorum, dignitate Principali non fulgentium, & Sæcularium cum Comitibus & Baronibus; nec non Civitatum, instituitur attendi, Recess. Imperii *de Anno 1512.* verba dissertà satiùs evincunt, §. Es sollen auch. ibi: so sollen die andern, die erscheinen werden, nichts desto minder in Sachen, darumb sie erfordert seynd, fürgehen, und was dieselbe, so erschienen seynd, oder NB. der mehre Theil, aus ihnen auf die Pflicht derhalben abgericht, 2c. dem soll von allen Ständen gefolget, nachkommen, und vollstrecket werden. Hac differentiâ tamen observatâ: quòd Electores & Principes *viritim*, cœteri verò per Scamna, *curiatim*, nempe vota sua pronuncient; eleganter hæc exponente Coccej. *Juris Public. Prudent. Cap. XX.* § *15. & seqq.* & tradente Autore der Grund-Vesten *P. II Cap. V. & Cap.* vid. ibid. *p. m. 143.* Extract. Erklährung der E. Frey- und Reichs-Städte Gesanden über die den *23. Septemb. 1653.* gehaltene Re- und Correlation, versu: also wenig werden die Stätte per omnia & in omnibus denen höheren Ständten gleich zu halten, noch einzubilden seyn, ob sie gleich auch ihr votum decisivum, wie andere Ständte, auszuüben begehren, dieweil sie doch alle vota decisiva & curiata seyn, also einen Effect auch haben sollen; Egregiè laxiùs hæc deducente & probante H. Grotio *de I. B. & P. Lib. II. Cap. V.* §. *17. 18. 19. & 20.* in omnibus Curiis & Collegiis publicis consensu & Jure majoris partis deciditur, proinde nec Universo Statuum Corpore minoris Partis Ratio habenda; Imperii Status ipsi autem inter se per modum *Pacti:* Cives per modum *Legis* obligari dicuntur, quod utrumque à lege naturæ est; Verùm in computatione partis votorum Imperii Statuum majoris non ad Imperatorem, sed ad prædicta Procerum & Populi Collegia solùm respiciendum esse, ità ut Collegiis illis illustrissimis inter se contendentibus Imperatorem nequidem ex plenitudine po-

testatis aliquid decidere posse, etsi unum Collegiorum accesserit deducit Autor der Grund-Veste *P. II. Cap. VIII.* Myler ab Ehrenbach. *de Stat. Imperii Cap. XV.* §. *28. & 29.* Wehner: *Obs. Pract. voc.* Reichs-Tåg, Multique alii. idque Statibus quoque reservatum fuisse, probat *R. I. de Anno 1545.* §. *15.* secùs si duobus Collegiis, sive Electorali & Principum, sive horum uno & Civitatum, cùm hæc tria Statuum Imperii Collegia inter se exæquentur & parificentur, consentientibus tanquam concluso communi Reichs-Bedencken sive Reichs-Gutachten, Imperatoris accedat approbatio; & dicitur tunc Reichs-Schluß à quo utroque singulorum Collegiorum Conclusa Chur-Fürstliche, Fürstliche, Ståttische-Schlüsse distinguuntur, adeò, ut si Statuum Collegia inter se cum Imperatore, minimùm quoad majorem partem, non conveniant, nihil decidatur, Instr. Pac. Westphal. *Art. VIII.* §. *gaudeant 2, ibique Henniges in Meditation.* Majoritas vel Pluralitas illa votorum in Conventibus Deputatorum, Deputations-Tågen non minùs ac in Universalibus, valitura est, *dictant Recess. Imp. de Anno 1576.* §. da dann die Sachen, ibi: alsdann soll das alles in gesambten gemeinen Rath, auch in Beyseyn unserer Kayserlichen Commissarien verrichtet, decidiret, und beym mehreren gelassen werden. Et Recess. Imper. *de Anno 1654.* §. *191.* den zweyten Puncten Unser Kayserlichen Proposition &c. Versu: Fals aber dieselbe auf nechsten Reichs-Tag außgestellt und verwiesen werden, und circa modum das Chur-Mayntzische Reichs-Directorium die allbereits bey demselben zu Nürnberg oder hie eingegebene, oder noch hinführo einkommende casus specificiren, und dieselbe per Ordinari Reichs-Deputation communiciren, von welcher alsdann de ordine ein gewisses statuiret werden soll; und NB. in Causis Politicis die Majora, doch weiter nicht, als dem Instrumento pacis gemåß gelten, &c. de quo Pac. Osnabrug. *Art. V.* §. *51.* satis clarè disponitur, ibique largè B Henniges in Meditation. præterea addat. Coccej. *d. tr. Cap. XX.* §. *5. usque ad* §. *8.* In Regimento Majora olim prævaluêre etiam Vota ostendit des H. Römischen Reichs Regiments-Ordnung zu Wormbs *de Anno 1521.* §. würde sich auch. ibi: und so die Sachen also vortreffentlich wåhren, die keinen Verzug leyden, mögten Stadthalter und Regiment, auch Chur-Fürsten und Fürsten in denen Sachen procediren, und dem, so durch den mehren Theil beschlossen wird, folge thun; Item Reichs-Abschiedt zu Eßlingen *de Anno 1526. in pr.* ibi: So durch den mehren Theil beschlossen wird, folge thun. Ad hæc Jungantur ea, quæ in Commentatione ad Capitulationem Augustissimi Imperatoris Caroli VI. *Artic. V.* adduximus.

XIII.

IDem ferendus calculus de negotiis in Conventibus Electoralibus bey Chur-Fürsten-Tägen, Imperii salutem respicientibus etiam propriis deliberandis & decidendis, de quibus *A. B. Tit. XII.* & præter alia Cap. Carol. VI. *Artic. 4. §. 3. & Artic. 3. §. 4.* agunt, quò tendit derer Chur-Fürsten Brüderliche Vereinigung unio ista Electoralis Generalis de Anno 1438. sub Imperio Friderici III. Anno 1502. Gelnhusæ renovata, & à Maximiliano I confirmata, iterúmque Wormatiæ Anno 1521. repetita, quæ ad duo jam adducta Instrumenta, Brieffe, se expressè refert, in quâ inter alia continetur, quod si Elector Electorem conventurus sit, & speciales Austregæ aliæ cessent, id coram Reliquis Electoribus fieri, & ab horum sententiâ appellari non posse, debeat, addat. B. Mauritius *ad Capitulat. Leopoldin. Art. VI.* plura capita istius unionis recensens; Jungaturque Illustr. B. de Lyncker Commentatio *in Capitulat. Josephin. Art. VI.* ubi & de unione Electorum IV. Rhenanorum speciali Vesaliæ ad Rhenum Anno 1519. tempore Interregni post Maximilianum I. conditâ, ad mutuam defensionem, & bonorum terratúmque & vectigalium conservationem tendente, agit.

XIV.

PArili ratione in Conventibus Circularibus: in denen Creyß-Tägen, quando vel omnium Circulorum Duces, vel eorum aliquot, vel unus tantùm cum membris de negotiis quibusdam v. g. de monetâ, aut de re bellicâ von Creyß-Verfassungen deliberantes congrediuntur, Majora superare Minora vota omnium instar constituit & sancit *R. J. de Anno 1654. §. 183.* in Kriegs-Handlungen sollen über die in der Executions-Ordnung enthaltene, und dahin gehörige Verfassungs-Sachen jederzeit die Majora statt haben, und die mindere Stimmen denen Mehreren nachzugeben, verbunden seyn. Quod in Expeditionibus Bellicis quoque obtinere expeditum, cum Duci Belli, Consiliarii adjungantur Bellici, dictant. *Recess. Imp. de Anno 1542.* §. und diesem Obristen Haubtman seynd zehen Kriegs-Räthe zugeordnet, welche aus denen zehen Creysen des Reichs erwehlet und geschicket sollen werden, also daß ein jeder Creyß einen Geschickten, und der Kriege erfahrnen Mann, nach seyn des Creyß Gefallen, erkiesen und schicken soll und mag. Und seynd nemblich die zehen Creyße: der Chur-Fürsten bey Rhein Creyß, item, der Fränckisch, Bayerisch, Oesterreichisch, Schwäbisch,

bisch, Niederländisch, und Westphälisch, Ober-Sächsisch, Nieder-Sächsisch, und Burgundisch Creyß; und diese der zehen Creyß verordnete Kriegs-Räthe (welche denen Reichs-Ständen verpflichtet seynd, und was einhelliglich oder mit dem mehrerem Hauff, beschlossen würde, dasselbig helffen vollziehen, und darinn dem Obristen Feld-Hauptmann gebührenden Gehorsamb leisten sollen) auch andere erfahrne Kriegs-Leuth, mag und soll der Obrist-Hauptman jederzeit zu ihme forderen, und nach Gelegenheit der Zeit und Läufften rathschlagen, und handlen.

XV.

PRæteræà advertendum, etiam in *Communicatis* quæ Imperatori & Electoribus communia, Majora concludere Vota, ut olim in Feudis Majoribus, die etwas mercklicheß ertragen, Imperio apertis de novo conferendis, de quibus verò longè aliter nunc disponens Capitul. Noviss. Car. VI. *Art. XI.* Versu: wann auch ins künfftige Lehen dem Reich durch Todts-Fälle, 2c. 2c. Item in bonis Imperii alienandis & oppignorandis, similiter *laudat Capitul. Art. X.* abinde recedens probè attendenda: Verbis: weiters und insonderheit sollen und wöllen wir dem Heil. Römischen Reich und dessen Zubehörungen, nicht allein ohne Wissen, Willen und Zulassen der Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen sämptlich nichts begeben, verschreiben, verpfänden, versetzen, noch in andere wege veräusseren, oder beschweren, sondern uns dessen 2c. enthalten 2c. sic & in concedendo Regali Monetæ, considerentur itidem hîc ea, quæ in Capitul. Noviss. Car. VI. *Art. IX.* notabiliter provisa, Verbis: Wir sollen und wollen auch, NB. hinführo ohne Vorwissen, und absonderliche Einwilligung, der Churfürsten, und NB. Vernehmung, auch billiger Beobachtung desjenigen Crayses Bedenckens, darin der neue Müntz-Stand gesessen, niemand wes Standts oder Wesens der seye, mit Müntz-Freyheiten, oder Müntz-Stätten begaben und begnädigen, 2c. Item Verbis: massen dann wir auch den mittelbahren Ständen mit dergleichen und andern höheren Privilegien, ohne Einwilligung der Chur-Fürsten, und Vernehmung, auch billiger Beobachtung, selbigen Crayses Bedenckens, als obgedacht und der mit interessirten viel weniger zu derselben Abbruch nicht willfahren wollen; Cui consequens, hujus modi Regale Juri Territoriali haud connexum, sed ejusdem, cujus Jus stapulæ & vectigalium, quæ *tunc* non nisi unanimi Electorum, *nunc* quoqe aliorum Interessatorum consensu, & quidem Privilegiario aut alio beneficiario modo conceduntur, indolis esse; Conferatur desuper

desuper Commentatio nostra in dictum *Artic. Carolinum IX.* ubi simul memoratum, verba istius *Articuli IX.* und Vernehmung desjenigen Creyßes Bedenckens, darin der neue Müntz-Stand gesessen, in Anterioribus Imperatoriis Capitulationibus, in speciéque Josephinâ, Statuum monitis haud attentis, omissa, ibi noviter inserta esse.

XVI.

FAllere autem illam Regulam, VEL Majora non valere Vota, ubi negotium subjectum non omnes simul *æqualiter* contingit; & non ab omnibus communi nomine expeditur; sed quando Statibus peculiaria sunt usu ac legibus quæsita Jura, in quæ cæteris Constantibus Jus nullum est, cujus Exemplum exhibet Henniges *in Meditat. ad Instrum. Pac. Westv. Mantiss. I. ad Specimen V.* ipsa ratio infert; Et cessat præterea. (1.) Votorum pluralitas in Causis Religionis sive directè, sive indirectè talibus, disertè ita præcavet *Instrum. Pac. Westval. Art. V.* §. 9. *Pluralitas autem votorum in Causis Religionem sive directè sive indirectè concernentibus nequaquam attendatur, &c.* (2) Ubi causæ Singulorum diversæ Religionis Statuum sive prophanæ sive Ecclesiasticæ coram summis Imperii Tribunalibus in disceptationem veniunt, ita disponente dicti Articuli V. §. 56. Consequenter (3.) Status tanquàm unum Corpus, Juxta §. 52. allegati Articuli V. Instrum. Pac. Westval. considerari nequeunt, conferat. desuper omninò Henniges *in Laudat. suis Meditat. ad præfatos* §§os. *9. 52. & 56.* & addatur Illustr. Dn. de Ludolph Tr. de Jure Camerali *pag. 19. & Appendic. III.* ubi de Recursu partium ad Comitia à Judiciis Imperialibus supremis ex professo agitur. (4.) In Collectis & contributionibus edocente *alleg.* §. *52. quod verò ad pluralitatem Votorum in materiâ Collectarum attinet, cùm res hæc in præsenti congressu decidi non potuerit,* Rationes pro & contra adducit Henniges *in d. Tr.* ad præmemoratum §. 52. Jungantur tamen hic omninò Cl. Coccejus *dict. Tract. & loc.* §. *41.* & Burgold *ad Instrum. Pac. Westv. Part. III. Discuss. X.* §. *3.* ubi refert, quod, cùm in Comitiis Anno 1641. habitis, duo superiora Collegia Electorum & Principum ad centum viginti Collectas (vulgò die Römer Monate sententiam suam dirigerent, Civitatum Curia per se restiterit, nec induci potuerit, ut ultra 60. promitterent itaque Comitia fuerit rupta (5.) in fœderibus pangendis, instar omnium videatur Capitul. Novissima Caroli VI. Art. 6. wir sollen und wollen auch vor uns selbst als erwehlter Römischer Kayser in des Reichs-Händeln keine Bündniß oder Einigung mit anderen inn- oder ausserhalb des Reichs machen, wir haben dann zuvorhero der Chur-Fürsten,

Fürsten und Ständen Bewilligung auf einen Reichs-Tag hierzu erlanget, &c. &c. Et dicunt, in hoc præcipuam Germaniæ libertatem esse positam, quæ Analogam Statuum Majestatem, vel superioritatem territorialem supponit arguítque; quorsum etiam tendit Constitutio Imperii in Comitiis Wormatiensibus Anno 1495. sub Imperat. Maximiliano I. condita §. Notatu dignissimo: die Königliche Majestæt ibi: auch sollen wir und unser liebere Sohn Ertz-Hertzog Philipps, auch unsere Chur-Fürsten, Fürsten und Ständte des Reichs, ohne Wissen und Willen jährlicher Versamblung kein Krieg oder Vähd anfangen noch einige Bündnüß oder Einigung mit frembden Nationen oder Gewalten machen, die dem Reich zu Schaden, Nachtheil oder zuwieder seyn möchte. Ad hæc conferantur ea, quæ ad prælleg. Art. VI. Carolin. sigillatimque in Verba: Wir haben dann zu vorhero der Chur-Fürsten, &c. &c. de Fœderibus istius modi, nomine Imperii faciendis adduximus sc. ab omnibus Imperii Statibus desuper deliberandum in Comitiis, sed inevitabilem necessitatem tam exceptam esse, ceu Decretum istud Commissoriale Cæsareum per Electorem Moguntinum ut Imperii Archi-Cancellarium Augustæ Vindelicorum die 24. Martii Anno 1714. occasione Pacis Radstadiensis conclusæ dictatum probet: Verbis: Also, daß bey dieser, biß auf den letzten Augenblick ungewiß verbliebener Handlung allerdings unmöglich gewesen ist, daß Ihre Kayserliche Majst. darüber mit dem gesampten Römischen Reich, nach der sonstigen Erfordernüß ordentlich sich hätten vernehmen können, obwohl, übrigens Hochgedachten Printzens Eugenii Durchl. aus dero allerhöchsten Befehl nicht unterlassen haben, mit denen vorgelegenen associirten Creyssen bey dem Werck allermeisten verwickelten, wie auch einigen anderen Churfürsten, Fürsten und Ständen, so viel es der Nähe halben, und in Eil hat geschehen können, daraus zu communiciren allermassen Ihre Kayserl. Majest. es auch mit denen an dero Hoff befindlichen Standischen Ministris nach und nach haben beobachten lassen.

XVII.

SEd quid si inter Tria Statuum Collegia in Comitiis Vota sint paria? Imperatorem; Statibus ipsis confitentibus; pondus addere, colophonem imponere & decisionem efficere, Recess. Imper. *de Anno 1544. 1545. & 1576.* satis superque probant; ubi inter alia: derhalben unser unterthänigsten Erachtens gantz ohnnötig, hierinnen auf einen und des anderen Theils Bewilligung und zu sehen, oder zu warten sonderen Euer Kayserliche Majest. als das Oberhaupt nnd Handhaber aller Ordnung und Gesätzen, auch Beschir-

Beschirmer und Beschützer der Betrangten, haben diesfals vollkommene Macht und Gewalt zu Verhütung grösseres Unraths und besorgter Weiterung im H. Reich/ Ihr Kayserliches Ambt, zu interponiren. Secùs verò, Collegiis inter se contendentibus, nihil tunc ab Imperatore, ne ex plenitudine potestatis quidem, etsi unum Collegium ei accesserit, decidi posse, *Recess. Imp. de Anno 1548.* §. *18.* satis superque evincit; E contrariò Collegiis omnibus quoque consentientibus verùm Cæsare invito nihil & tunc nunc actum videri, loca apud Cl. Coccejum *sæpe dict. Tr. Cap XX* §. *39.* allegata, ubi dictorum Exceptiones ex allegatis Imperii Recessibus *de Annis 1544.* §. *82. & 1555.* §. *25.* simul inseruntur, ex asse docent, probantque; Insuetum quoque haud est Paribus existentibus Votis sive in *Comitiis* sive Conventibus *Deputatorum*, aliisque Casibus ut in *Visitatione* Cameræ *in Consilio supplicationum* Rem pro ulteriore rei ponderatione & maturiore pensitatione ad alia Comitia deferri. Prout hoc non tantùm in Comitiis Spirensibus Anno 1544. & Ratisbonnensibus Anno 1594. celebratis, sed etiam in Pacificatione Westvalica de Anno 1648. docent *Art. V.* §. *52.* in materia collectandi factum; Verbis: *Cum res hæc in præsenti congressu decidi non potuerit, ad proxima Comitia remissa esto.* Quò etiam Recess. Ratisbon. Novissim. *de Anno 1654.* §. *192.* respicit, sequentibus Verbis disponens: Wann aber bey erstgemelten ordinari-Deputation über die besagte Materien auch Sachen vorfielen, die ohne unser und der gesambten Churfürsten und Ständen Verordnung zu keinem Schluß zu bringen, so sollen dieselbe neben allen anderen, welche dießmahl wegen kürtze der Zeit völlig zu erledigen, nicht möglich gewesen, auf nechstkünfftigen Reichs-Tag außgestellet und verwiesen werden, welchen wir mit der Stände Belieben vor dießmahl, doch ohne Nachtheil und Abbruch der sämtlichen Churfürsten hergebrachten Rechtens, dero vorhergehendte Requisition und Consens zu reassumir- und continuirung des jetzigen innerhalb zweyen Jahren von dato benantlich auf den siebenzehenden May 1656. allhier wieder einzukommen, und was anjetzo hinterständig bleiben, und inzwischen etwa zu gemeiner Berathschlagung noch fürfallen möchte, fürzunehmen, und zu handlen, 2c.

XVIII.

REmedium commodius aliud, quomodo nimirùm in casu, ubi *Deputatorum* Vota deprehendantur Paria, decisio procuretur, Recessus Ratisbon. *de Anno 1579.* §. da dann die Sachen, 2c. subministrat, ibi: Solten aber Vota Paria in einer oder mehr Sachen, über versehens, fürlauffen, deren

deren man sich ja nicht vergleichen könte, da dann dasselbe ahn uns durch unser Kayserliche Commissarien gelanget, seynd wir des Gnädigsten Erbietens, unser Kayserliche Resolution zu eröffnen, und ermelten unseren Commissarien unverlängt zu fertigen lassen: Quod & olim in Regimento, etsi de eo expresse nihil sancitum quamvis istud dudum exoletum prorsusque sit abrogatum obtinuisse, eadem persuadet ratio. In Conventibus Electoralibus, qui ob illas Causas, quas Imperator solus (ut supra memoratum) expedire non potest, instituuntur, Vota illorum præponderare, remur, quibus Imperator accedit; in Circularibus Diætis, verò quando Omnium, vel quorundam Circulorum Duces congregati, paria si existant Vota nullum quidem superesse videtur decidendi medium; attamen & hic locum meliori rerum trutinationi & accuratiori inspectioni vel consultationi super fore donec inde velUnanimitas vel Votorum pluralitas tandem eliciatur,& emergat judicamus; secus autem ubi unius CirculiMembra conveniunt; vel si inter Bellicos Consiliarios DuciBellico adjunctos paria sint vota; ibiDucem respectivèCirculi,velBelli causam juxta suum accedensVotum omninò decidere posse uti supra*Thes.XIV.*allegatum, haud addubitamus. Atque hæc Paucula sunt, Lector Benevole & Candide, quæ circa divitem hanc Materiam, Minerva rudi breviter strictimque proponere animus fuit. TIBI SOLI, ô Æterne DEUS GRATES pro innumeris Tuis Beneficiis NOBIS Benignissime exhibitis, sint æternæ! Et ut Studia Ulteriora Nostra tui solius Sanctissimo Nomini volumus consecrata, ita GLORIA TUA in Excelsis ultimatus omnium Actionum Nostrarum est, eritque

FINIS.

COROLLARIA.

I.

PRinceps Nobiles Vasallos, mit Jagdten, investiens, Venationem & capturam ferarum minorum tantùm, non etiam Majorum, des roth- und schwartzen Wildes, Æquè ac Regalibus simpliciter concessis, non nisi minora, non Majora concessisse creditur Cl. Præsid. in Notis ad Dn. Strickii Examen Jur. Feudal. Cap. IX. quæst. 26. deducente.

II.

Fœmina liberam rerum suarum administrationem habens, Feudum, per Rationes à Cl. Dn. Præside in dictis Notis suis ad Dn. Strickii Examen Jur. Feudal. Cap. V. qu. 23. & 24. allegatas, indistinctè concedere potest.

III.

III.

Et Pater Filio in Feudo, mortalitatis ordine fortean inverso, non obstante *I. Feud. 13. & 2. Feud. 50.* succedit quo de conferant. Cl. Dn. Præsidis Notæ in Dn. Stryckii Examen Juris Feudalis Cap. XVI. qu. 2. 3. 4. & 5.

IV.

Insinuationem Testamenti coram Camera Domaniorum, ob deficientem jurisdictionem non subsistere, existimamus.

V.

In controversiis de possessione aut rei proprietate, non tantùm locus *rei sita*, sed & *Domicilii Rei* forum tribuit.

VI.

Legatum Testamento relictum in monetâ, juxtà valorem, tempore, non Testatoris mortis, sed conditi Testamenti est exsolvendum.

XXVIII.

DISSERTATIO DE HODIERNA AUTORITATE ET RECIPROCA JURIS CIVILIS ET STATUUM IMPERII POTESTATE

Pro Licentia defensa à

GEORGIO HENRICO WILLIO Spirensi.

HEIDELBERGÆ, 1710.

I. N. J.

PARS PRIMA.

CAPUT I.

§. I.

DE Autoritate Juris Romani Scripturus, operæ pretium duxi initii loco ipsius Excellentiam breviter præmittere, ejusdemque dignitatem, si non in totum, tamen in tantum, fugitivo saltem aspicere oculo, dum eam ad amussim demonstrare, angustia harum pagellarum non permittet.

§. II.

Est verò Jus Civile magnæ autoritatis. Quibus verbis Lauterbachio, JCto, famâ suâ majori, compendii sui initium facere, & his verbis Excellentiâm ejus demonstrare, æquum visum est, & quidem non abs re, nam non tantum ejus, sed & reliquorum; haud infimæ Classis Scriptorum tsstimonio, totius ferè Europæ populorum consensu, ob æquitatem & Justitiam suam receptum est, & pro communi quasi jure, utpote ex Juris Naturæ & Gentium præceptis collectum, reputatur, & in Germaniâ tantam habet Autoritatem ut qui Lege nititur Justinianeâ, licet ejusdem observantiam non probet, tamen causam tamdiu fundatam habeat, donec adversarius jus posterius contrarium monstret, Lauterbach. *Conclus. Forens. Ex 1. Concl. 1.* Mev. P. 2. Dec. *99. & P. 4. D. 77.*

§. III.

Non solum ergo Lauterbachius, Jus hoc suo encomio condecorare, sed & permulti, antiquiores & recentiores, eruditione & doctrinâ celeberrimi, tam Ecclesiæ quam Curiæ Antistites, hoc confirmare non dedignati sunt, hinc etiam plerosque magni nominis JCtos ingenium suum ad enodandas Romanorum Leges unicè applicare videmus, nec proinde adulationi affini credi debet insigne elogium, quo acerrimus alias Scriptorum censor Laurentius Vall. *in Præf. in 3. libr. Eleg.* Jus Romanum ornavit, dicens: Perlegi proximè quinquaginta Digestorum libros, ex plerisque Jure Consultorum voluminibus excerptos, & relegi cum libenter, tum vero quadam cum admiratione; primum quod nescias, utrum diligentiâ ne an gravitas, prudentia an æquitas, scientia rerum an orationis dignitas, præstet, & majori laude digna videatur esse. Deinde, quod hæc ipsa ita in unoquoque illorum omnia sunt intelligi egregia & perfecta, ut vehementer dubites, quem cui præferendum putes. Nec minus illustre est Arthuri Duck, *JCti Angli de Usu & Autoritate Juris Civilis, L. 1. c. 2.* testimonium de juris hujus præstantiâ, ita loquens, Deus pro singulari providentiâ suâ in genus humanum erexit & excitavit Gentem Romanam in Imperii fastigium, ut per eam daret Leges orbi terrarum tam pias, justas, & saluteres, quales nec ab ullo Rege populove datæ fuerunt, nec in posterum dari poterunt.

§. IV.

Splendor vero hujus juris non solum politioris ingenii homines, sed & (quod notatu dignum) infidelium, & barbaros Turcarum illuminavit animos, quos Codicem Justinianeum Stylo Turcico redditum, sanctissime asservare videmus

mus, ad quem tanquam ad Sacram anchoram confugiunt, exinde normam & interpretationem haurientes, reliquarum Legum & Actionum, *Wurms. Ex Juris Publ. 7. Q. 9.* cum multis ibi alleg. Autor. infinitis aliis elogiis est encomiis Juris hujus materiam propositam augere possem, sed ob magnam Scriptorum, qui hoc abunde præstiterunt copiam, supersedeo plura addere, ne videar profusè nimis & cum tœdio aliorum his inhæsisse.

CAPUT II.

DE VERO VERBORUM, SIGNIFICATU, DEFINITIONE ET DIVISIONE JURIS.

§. I.

RElictis autoribus, proprius accedendum est ad institutam tractationem, & commodam tractandi rationem, cum vero hæc in scribentis arbitrio posita sit, hinc obiter saltem inspecto nomine, & congruà delineatione demonstrata, rem paulo post uberius persequamur, ne autem laborem illotis, ut ajunt, manibus aggrediar, paucis præmittam definitionem juris. Quod secundum. *L. 1. pr. ff. de J. & J.* est ars boni & æqui, vel juxta Grotium. *L. 1. cap. 1. n. 9. d. J. B. & P.* Regula actionum Moralium, obligans ad id quod rectum est, quæ retineri potest licet Puffendorff. *L. 1. d. J. N. & G. cap. 6. §. 4.* eam reprehendat, quomodo porrò sint intelligenda hæc verba, docet *L. 1. §. 1. ff. d. t. & Interpretes Juris Civilis ad d. T. quib. conf. Colleg. Argent. T. d. J. & J. §. 5. seq.*

§. II.

Unde vero nomen juris derivetur, non operæ prerium erit multa disquirere, an vocis origo derivetur à justitià, secund. *L. 1. pr. d. J. & J.* an à justo, secund. Jus Canon. *Dist. 1 c. 2.* vel denique à jure possidendo, *C. 12. X. de V. S.* magna lis est inter Grammaticos & Logicos, quorum argumenta diligentius inquisivit, & juxta præcepta Philosophica examinavit Hunnius. *Resol. Jur. Civ. lib. 1. Tract. 1. Q. 8.* has vero altercationes in locum ineptarum originationum vocum refert Bœkelmann, *ad ff. T. de J. & J. §. 12.* cui conferri meretur Franzk. *ad ff. hoc Tit. n. 43. seq.*

§. III.

Homonymia, Synonimia, aliisque vocum acceptionibus, prolixoque verborum luxu & apparatu materiam accumulare supersedeo, ratione à scopo, qui re-

ſpici ſolet, petita, nam veræ non ſimulatæ addictus Philoſophiæ, non operoſè ſectabor verborum aucupia, contentus ſi pro ingenii viribus rerum enodavero plagas, nec ulli cuipiam litem movebo, qui vel ex Logicorum vel Criticorum Regulis aliam verborum originationem & interpretationem aſſeruerit; Lectore interim etymologiæ cupido miſſo tum ad Lexica Philologica, tum Juridica, quibus addatur celeberrimus Bœcklerus, *Inſt. Politic. Lib. 2. Cap. 3.*

§. IV.

Sequitur ergo ut materiam propoſitam plenius conſideremus, proponentes ſcil. Diviſiones Juris, quod vix felicius ſuccedet, quam ubi ipſam rem penitius introſpexerimus, itaque paulo altius repetendum præmittendumque videtur, Jus Juſtinianeum & Actiones inde deſcendentes, ratione cauſæ Efficientis diviſas eſſe in *Civiles* & *Prætorias*, illud jus ex Legibus, Plebiſcitis, SCtis, Principum placitis, & Conſtitutionibus, & Prudentum Reſponſis deſcendit, hoc vero Prætores introduxerunt. Quemadmodum autem Juris *Civilis* & *Prætorii* diverſa origo, ita diverſus quoque eorum jurium effectus eſt, inter quos præcipuus, quod Actiones Civiles ſint perpetuæ, Actiones autem Prætoriæ annales, ſecundum annuam Eorum Jurisdictionem. *pr. Inſt. de perpet. & tempor. Act.*

§. V.

Licet vero Actiones Prætoriæ anno incluſæ ſint, iam ea durationis qualitas in quibusdam iis communicata fuit quâ Civiles gaudent, cujus exempla habemus in actionibus rei perſecutoriis, & quæ bonorum poſſeſſoribus dantur, vid. Frommann. *in Diſſert. de Act. c. 3.* neque in totum procedit Actiones Prætorias pœnales annales eſſe, nam & in hiſce exceptio eſt, uti patet in Actione furti manifeſti, it. Actione de Naut. Caup. Stab. & quæ hiſce ſimiles ſunt, Lauterb. apud Schuz. *T. d. diverſ. temp. præſcr. p. 615.* ſic Actio in factum ſi menſor falſum mod. dix. 30. annis præſcribitur, ex ratione quod ſit principaliter ex negotio geſto, & delictum tantum ſupervenerit, vid. *ad pr. Inſt. d. perpet. & temp. Act.*

§. VI.

Non vero ſtatim actio Prætoria cenſetur, vel à Prætore introducta, quam certis applicavit caſibus, quod ipſi conceſſum erat *per L. 7. §. 1. ff. d. J. & J.* & *§. 3. Inſt. de Legit. agn. ſucc.* quarum Legum vi poteſtatem habebant juſta interpretatione, quoties Lex deſiderabat, Jus Civile ſupplere, corrigere & adjuvare, ſi faciliori viâ ad exitum ducere poterant ea, quæ vel ob nimiam Generalitatem ex æquo

&

& bono restringere vel nimis angustis cancellis inclusa dilatare necessitas desiderabat, Colleg. Argent. *d. l. & l.* §. *30.* in totum vero vel expressam Legis sanctionem vel decisionem mutare fas non erat, aliud igitur est dare, aliud introducere Actionem, Oldend. Class. Act. Forens. *Cl. 1. Act. 6. p. m. 43.* sed hæc mittam, unicum adhuc addens, quod tam Juris Civilis quam Prætorii una eademque sit authoritas; idque adhuc procidit licet alter ex antiquis Manuscriptis & Schediasmatibus, equidem rarissimis, leges reperiat aliàs, quoniam hoc jus, longinquâ in Foro receptione & usu, eam quam nunc habet autoritatem accepit, & in quâ formâ, Camera Imperiali Institutâ, Jus fuit inventum, in eâ quoque approbatum, & in hunc usque diem retentum, adeo, ut nemini allegatio ignorantiæ Legis alicujus quicquam proficiat, paucis personis exceptis, uti Militibus, Rusticis, aliisque, Lauterb. Comp. Juris, *Tit. de Cond. indeb. p 203.* quod vero Stryck *in Notis ad Laut. ibid.* limitat, & an clara Juris decisio hâc de re adsit, dubitat, Conf. Brunnem. *ad L. 1. 11. 12. & ult. C. de Jur. & Fact. ignor.*

§. VII.

Jurium denique in Imperio duplex est ratio, ita ut alia sint *Communia*, quæ in Imperio expresse ab Imperatoribus & Statibus Sancita, vel usu recepta & approbata; universe vigent & vocantur des Reichs gemeine Rechte, Abschiede, Gewohnheiten, alia *Particularia*. Quæ in particularibus Provinciis peculiariter introducta, vel vi superioritatis Territorialis constituta, ut sunt *Statuta*, addi possent & aliæ juris Divisiones sc. in *Civile & Canonicum Humanum & Divinum*, *Naturæ & Gentium*, de quibus omnibus integra extant Volumina, quæ, quoniam saltem ex jure Civili stricte sic dicto disserere proposui, nunc mittam, de Jure Canonico hoc addens, quod in Terris Ecclesiæ indistinctè servetur, in Germaniâ vero adhibitâ moderatione quâdam, in Terris Protestantium observatur quando Jus Civile vel deficit, vel æquitas Juris Canonici rigorem Juris Civilis vincit, vel quando Juris Naturalis & Divini vestigia imitatur, idque tam in materia Spirituali, veluti causis Matrimonialibus, & Juramentis, quam seculari, ut in Processu, Usuris, aliisque, interim in dubio inter Jus Civile & Canonicum nulla statuenda est differentia, omnes vero, quæ in aprico sunt, differentias peculiari Dissertatione edidit Dn. Stryck. inscript: Differentiæ Juris Civilis & Canonici, annotata simul in Foro observantia & praxi hujus vel istius Juris. Hisce insuper per crebram Status mutationem accesserunt & alia Jura sc: *Publicum*, *Feudale & Militare*, de quibus alii integros scripserunt Tractatus.

CAP. III.

De Proceribus Imperii Romani, & Authoritate Statuum Imperii circa Jus Civile, & de Statutis.

§. I.

QUoniam ultimo Capitis antecedenris Paragrapho variarum Juris diviſionum & Specierum mentio facta eſt, ideo ratio jubet tempora noſtra intueri, & Authoritatem Juris, primo Capite tam ſpecioſe allatam accuratius examinare, & etiam ex noſtro ævo dijudicare; ex dicto vero paragrapho rem hodie Paulo aliter ſe habere ex variis juris mutationibus & additionibus concludere pronum eſt, in quantum vero hodie, (ſalva tam nihilominus Juris Civilis exiſtimatione) à Conſtitutionibus antiquis tempora noſtra declinaverint, ex novà ſpecierum inductione apparebit, inſpectà inprimis Imperii, ejusdemque Statuum Legislatorià contra Jus Civile conceſſa, nam cum non minus hoc, quam aliæ Civiles diſpoſitiones à Majeſtatis arbitrio dependeant, facile eſt, viciſſim aliquam correctionem, Limitationem, reſtrictionem vel novam additionem ſuſtineant, liquet vero Cauſa & ratio horum non nihil ex præcedentis membri §. *Finali*, ubi mentio fit Jurum *Imperialium* & *Provincialium*, quorum illa vocantur Univerſalia, hæc vero Particularia, ſeu Statuta, quæ in eo conveniunt, quod utraque ex ordinatione Procerum, Imperii vim & autoritatem acceperint in eo autem differunt, quod univerſalia non niſi ab Imperatore & Statibus ſimul in Regno univerſo, hæc vero non niſà Statibus particularibus, etiam inconſulto Imperatore latæ, in particulari territorio vigeant.

§. II.

Ut vero Virtus & veritas horum planius innoteſcat, ſollicitòs nos eſſe oportet in Limine tractationis aſpicere Cauſam Efficientem, ſeu Autores Legum & Statutorum, quod vix felicius ſuccedet quam ubi eorum deſcrptionem Paulo penitius introſpexerimus, quo facilius poſtea perſequamur materiam propoſitam; ita enim & inſtituto noſtro, & ipſi argumento ſatisfacere licebit, Cauſa vero efficiens LL, eſt voluntas Legislatoris, arg. §. *3. Inſt. de I. N. G. & C.* cujus nominis duplex in Imperio noſtro eſt conſideratio, eo enim vel Sacratiſſimus venit Imperator, vel quisque Status, ſive Territorii Dominus, ante diſquiſitionem vero ad meliorem rei cognitionem præmittendum (1.) eſt Caput ſummum, vel Imperator noſter, qui eſt Summus in Imperio noſtro Princeps, ſupremam & Summam

mam habens Majestatem, Potestatem, & inter omnes ubique imperantes supremam dignitatem, qui in Jure dicitur Mundi Dominus *in L. 9 ff. De Leg. Rhod. d. jact. L. 4. c. d. Quadr. Praescript,* quod equidem indistincte affirmari nequit, nec multa contradictione careret, nam allegata *L. 9. ff. d. L. R.* nonsolum est omnium Legum intricatissima, in cujus explicatione optimi ICti valde desudarunt, sed & non credendum est antiquos Imperatores tam crude sibi sumsisse prædicatum Dominii totius terrarum orbis, quod imprimis tunc temporis nemo affectari potuit, interim tamen hujus Tituli usus non inanes secum affert rationes, licet enim nunquam fuerit realis, sed verbalis, neque actuale Imperium omnium populorum denotet, sed illius saltem mundi partis quæ ad imperium pertinet, tam Mundi Dominus est ratione præeminentiæ quà omnibus Mundi Regibus præfertur, Wurmf. *Ex. 3. Q. 2.* Imperator enim Reges subditos habet & Vasallos, de quo vix alius Regum in Occidente gloriari potest, habet Regem Hispaniæ respectu Ducatus Mediolanensis, circuli Burgundici, ditionis Senensis, quæ tanquam Feuda tenet ab Imperatore, Regem Sueciæ respectu Ducatus Bremensis, & Verdensis, item Pomeraniæ &c. Regem Daniæ respectu Ducatus Holsatiæ & Comitatus Oldenburgensis, Regem Bohemiæ, qui quantus quantus est nil nisi Vasallus Imperii est, merito igitur tribuitur Imperatori prærogativa inter Reges Christianos, qui nullatenus controversiam faciunt de primatu honoris, faciunt hoc etiam Barbari & Turcæ, Turcarum enim Sultanus in literis Eum appellat, den fürnehmsten unter den Potentaten JESU itaque in Aulâ Turcicâ Legatus Imperatoris præfertur reliquis, imo debetur etiam Imperatori nostro prærogativa præ Turcarum, Sultano, nunc vero instituto introductum est ut Legati utriusque Imperatoris in campo sibi occurrentes manus sibi invicem porrigant atque se in gyrum agant, ad evitandam controversiam de prærogativà.

§. III.

Post Imperatorem tanquam supremum Imperii caput veniunt II. præcipua Imperii Membra seu status de quibus accuratam & genuinam definitionem afferre difficile videtur, ob altercationes Doctorum Juris publici, cum aliis aliæ placeant definitiones, quas omnes afferre supervacaneum est, nobis breviter ita describere placet, status Imperii sunt qui jus sessionis & suffragii in Comitiis habent, superioritate territoriali gaudentes, Schvveder, *in Introduct. jur. Publ. part. spec. sect. 2. c. 1. §. 3.* conferatur Lampadius, *de Republ. Germ. p. 3. c. 3. §. 1.* aliud quidem requisitum addit Lymnæus, ut scil: etiam Cæsaris, procerumque consensu communi Imperii Matriculæ inscripti sint, *L. 1. C. 7. n. 65.* cui adstipula-

pulatur Wurmſerus, *Ex. 1. Q. 16.* ſeriem etiam Matricularum in medium proferens, ſed horum opinio rem non conficit, infallibilis enim & perfecta Matricula non datur, neque Wormatienſis illa, inter omnes optima, vitiis caret, hinc Schvvederi ſententia ſufficiens erit.

§. IV.

Explicatâ nunc pro inſtituti ratione Cauſâ Efficiente ſeu Legum ſtatutorumque Conditoribus, ulterius procedendum & demonſtrandum venit quod Cæſar & ſtatus authores ſint, tam Legum Univerſalium quam Particularium, Principes enim & Status Imperii in Territorio ſuo Leges & Statuta condere & juri Civili derogare poſſe, omni caret dubio, nam vi ſuperioritatis territorialis, proprio jure & etiam inconſulto Imperatore Leges faciunt, ut ſubditi juxta illas actiones ſuas inſtituant, idque ſecundum ordinariam Legum diſtinctionem, dum Leges commode à fine in *Obligantes & Permittentes* diſtinguantur, Titius *Jur. Priv. Rom. Germ. L. 1. C. 3. §. 1. 10. 17.* quà in re quisque Status majorem habet in ſuò Territorio poteſtatem, quam Imperator in univerſo Imperio, quippe qui non niſi ſtatuum conſenſu Leges condit publicas, uti Receſſus Imperii luculenter demonſtrant, non obſtantibus Legibus civilibus, *L. 1. ff. de Conſt. Princ. §. 6. Inſt. de I. N. G.* C. aliisque, in quibus omnis poteſtas ſoli Imperatori tribuitur, quæ tamen noſtris moribus centro quodam circumſcripta eſt, nec amplius quod Principi placet (quo nomine ſemper in jure Imperator venit) Legis habet vigorem, licet in eà adhuc ſpecies antiquæ poteſtatis & autoritatis remanſerit, ut ſolius Imperatoris nomine obedientià & obſequium injungatur. *Reinck. de Reg. ſec. & Eccleſ. L. 1. & 2. C. 2. n. 123.* cujus ſententiam ſuam quoque fecit Eckholt *ad ff. de LL.* §. *7. R. I. de Anno 1521.* §. Darauff, *& Anno 1521.* §. *1.*

§. IV.

Statuum autem Imperii poteſtas non pari paſſu ambulat, nihilominus proprio jure ipſos habere jus Legum condendarum negari nequit, ita tamen, ut aliquando ex conventione cum Statibus Provincialibus ad horum conſenſum adſtricti ſint, Philippi *uſ. Pract. inſt. L. 1. Ecclog. 9.* Eckoldt *ad ff. de LL.* §. *8.* Lauterb. *in Differt. de Conſiliis th. 4. & 12.* quod uti in Legibus ferendis, ita & abrogandis vel mutandis obſervatur Phil. *de Lib. Eccl. 12.* quamvis autem hæ Leges Provinciales juri communi, etiam in Camerà vid. Ord, Camer. *P. 1. Tit. 13.* §. *1.* Textor. *Diſp. VI. de Juriſdict. Territ. th. 33.* modo ſtatuta legitimè

timè sint condita, publicata, & in usum deducta, nec quid contineant quod non fuit in potestate Legislatoris, Mev. *P. 2. Dec. 74. Part. 3. D. 60.* qumdiu hæc dubia sunt, insistendum juri communi vel Civili, donec Provinciali lege aliud introductum esse probetur. Mev. *p. 2. Dec. 7t. & 275. It. part. 4. D. 77.*

§. VII.

Hæc itaque revocant non ad disquisitionem an & quatenus Princeps, postquam vel ipse, vel per Legatum Comitiis interfuit, Leges iis contrarias condere possit? si recte rem consideremus: difficilis & dubio plena quæstio videtur, imprimis quoniam & ipsos ad observantiam Recessuum adstrictos cernimus, quoad Jus Justineaneum res clara est, ibi enim multa reperiuntur, quæ antiquis illius Imperii moribus & statui accommodata, nostris temporibus non conveniunt, hinc ea statum moderno accommodare utique permissum est, Brunnem. *ad L. 1. C. d. Summa Trinit. & ad* L. *2. C. d. 12. ff. Præf. præt. Orient.* In specie quantum attinet Jus publicum, quod sparsim Præsertim vero tribus posterioribus libris Codicis traditur, hodie propter mutatam rationem Imperium administrandi non in omnibus habet utilitatem, Leges vero fundamentales quantum attinet ibi majora se offerunt dubia, & res paulo altioris est indaginis, consultius itaque negativa amplectenda est sententia, sicuti enim illæ Leges Universales non nisi communi Statuum consensu latæ sunt ita semel latæ, amplius displicere non possunt sed iis obligati manent tam Principes quam ipse Imperator, Furstn. *de Jur. suprem. C. 26.* ideoque, siquis v. g. inducere vellet per jus provinciale, monopolia esse licita; contractus fœneratitios in Imperio prohibitos valere, aut subditis competere beneficium Revisionis, sine dubio nihil ageret, Textor, *Disp. VI. de Jure terit. th. 34. seq.* nisi in promulgatione novi juris protestando caveant, quod facere solet Elector Saxoniæ, tanquam summus juris Saxonici protector. Myler ab Ehrenb. *d. Princ. & Stat. Imperii. Part. 2. C. 29.* §. *8.* Berg. *Resol. LL. obs ad* Laut. *de Const. Pr. Q. 5.* & ab eo cit. Lud. Hugo, *de Stat. Reg. Germ. C. 3.* §. *19.* Titius *L. 1. C. 3.* §. *64.* quæ vero dicta sunt de novà legis latione, etiam intelligenda sunt, de novæ lgis interpretatione, authentica, Mev. *p. i. D. 67.* Brun. *ad L. ii. & 12. C. d.* LL.

§. VIII.

Occasione horum quæ modo dicta sunt, examinanda est quæstio, an & quatenus in reliquis admissa sit statutorum extensio, & an argumentum ad similia valeat? quod negat Brunnem. *ad* L. *2. C. Noxal. act* Brautlach. L. *7. c. 3.* §. *6.* Gail. L. *2. Obs. 124. n. 7. & 8.* docentes stricte esse interpretanda, nec eorum

 poten-

potentiam extra legitimos limites extendendum, imprimis quando juri Communi & Receſſibus Imperii contrariantur, Lauterb. *Ex. 1. Concl. 2.* quo caſu nequidem ex identitate rationis extenſionem admittendam, nam quod eſt expreſſum pro omiſſo habendum, hæc tamen pro parte limitat & extenſionem admittit ſi ſtatutum ita concipiatur, ut Legislator velit tenorem ejus ad ſimilia pertinere Mev. *p. 3. D. 403.* Cui & ego ſubſcribo, his vero deficientibús manet prior Regula, & Camera Imperialis ſecundum conſtitutiones Juris Juſtinianei judicat, quod Aſſeſſoribus juramento injunctum eſt Oro. Cam. *P. 1. tit. 23.* Arth. Duck. *de Autorit. Jur. Civ. L. 2. C. 2. §. 8.* qui eod. *cap.* §. *14. & 15.* plura huc pertinentia profert, Titius quidem, *de jur. priv. Rom.* paſſim valde perſtringit jus Juſtineaneum, & *L. 1. C. 1.* §. *31.* ſeq. eleganti methodo multa oſtendit incommoda, ſi quis Juris prudentiæ Germanicæ privatæ, Leges Romanas fundamenti loco ponere velit, interim tamen tam in antecedentibus quam ſubſequentibus ipſemet fatetur, quod nullum jus ob ubertatem Legum, communia legum naturalium decreta continentium, negotiis humanis melius applicari poſſit, hinc etiam quam plurimas Germaniæ Gentes, quæ ante quam Germani certo jure uſi ſunt ſecundum conſtitutiones Saxonicas jus dicebant, jam ab iis in quam plurimis Caſibus receſſiſſe, & ad jus Cæſareum rediiſſe cernimus, quod & in ipſis Saxoniæ Electoribus conſpicuum eſt, qui jus ſaxonicum ad concordiam cum jure Civili, quantum fieri poteſt redigunt, & interdum rigorem ejusdem, lenitate juris Civilis temperant, uti patet in beneficio Ceſſionis, quod aſperitas illius juris rejecit, ex jure Romano vero admiſit, & hac ratione omnes Germaniæ ſtatus promulgant ſtatuta, & ſecundum ea, cum Romanis Legibus conjuncta, jus dicunt, quod etiam in jure Feudali obſervatur; ſi caſus ex illo jure decidi nequeat, Struv. *S. I. F. c. 1. th. 14.*

§. IX.

Hoc loco autem non inconcinne quæritur, cujnam juris Patti Leges provinciales accommodari poſſint, Juris Civilis nomine eas venire, nulla nos tenet dubitatio, quamvis non pauci ſint, qui hoc jus ad Prætorium referant, Bartol. *in* L. *5. ff. d. V. O. n. 4.* Schneidvv. *ad* §. *1. t. de Obligat. n. 5.* ſed abſque rectà ratione inſpectà enim tam Principum quam Prætorum poteſtate, res ob manifeſtam differentiam erit clara, ſupra jam demonſtratum eſt jus eorum temporale, ob temporalem eis conceſſam poteſtatem, Principum autem Poteſtas eſt perpetua, irrevocabilis & in hæredes tranſitoria, nec obligantur ſuis Edictis ſicut Prætores, uti contra ex Prætorum Edictis nulla Ci-

vilis

vilis actio vel conditio ex lege; ſed ſaltem actio in factum oritur uti Eckolt. *ad ff. T. de LL.* §. *8.* Bachov. πζῶτα *de ſtat. n. 5.* Kulpiſ. *ad Monzamb. p. 2. c. 5. ad* §. *5. p. 77.* præterea Prætores non proprio, ſed ſaltem Imperatoris nomine, præerant Provinciis, Principes vero proprio nomine, omnimodam & perpetuam exercent Jurisdictionem, quæ ne quidem præſente Imperatore ſuſpenditur, Reinck. *d. Reg. Sec. & Eccleſ. L. 1. C. 5. C. 7. n. 3. ſeq.* Hinc etiam Titulo, NOS DEI GRATIA. Utuntur, & ut ſuperioritatem territorialem, eodem, ſi non majori jure quoad ſubditos gaudent, quo Imperator in univerſo Hopp. §. *f. de I. & I.* proinde Obligationes ex novis eorum Sanctionibus ortæ, non ad Prætorias ſed Civiles referendæ ſunt.

§. X.

Huc usque de causâ efficiente ſeu Legislatore, Legislatione, Legum vigore, extenſione & Autoritate, ſequitur Legum ſubjectum, quo comprehenduntur Legislatoris ſubditi, vel in perpetuum, vel ad certum tempus ipſi ſubjecti; (dantur enim ſubditi temporarii;) Dn. Hert. *Diſſ. de Colliſ. Leg. 5. 4.* §. *4.* His enim leges præſcribuntur, ad quarum ſcientiam de Jure Civili & Canonico obligantur poſt duos menſes, *Nov. 66. C. 1. & C. 49. X. de ſent: Excommun:* indeque etiam vulgo concludunt Dd. quod Lex & conſtitutiones provinciales non ſtatim atque promulgatæ ſunt obligent, ſed demum poſt duos à promulgationis die menſes, Carpz. *P. 2. D. 101. n. 20.* quem terminum & Elector Saxoniæ obſervat, & Palatinus *in Ord. Provic. Palat. in Præfat.* termino vero hoc elapſo, obligantur ſubditi ad ſcientiam, & ad obedientiam, etiam inconſcientiâ, *Rom. 13. v. 1. ſeq. 1. Pet. 2. v. 13.* nec integrum eſt iis inquirere rationem vel cauſam impulſivam, in rebus enim mere civilibus vel indifferentibus, in dubio juſta cauſa præſumitur, neque ratio exigitur nam ſtat pro ratione voluntas, quod tamen ſecus eſt de Jure Naturæ & interdum Civili, ſi ſcilicet Princeps ad poſtulationem partis reſcripſerit, ubi ſub & obreptionis quæſtio integra eſt, quà pendente, Reſcripta nullius momenti ſunt, & toties ei locus tribuitur, quoties ad falſa narrata emiſſa, vel judicatis contraria reperiuntur, *Mev. p. 2. D. 183. 197 & 295. n. 11.* Gail L. *2. O. 58.* idque procedit licet Imperatoris Mandatum ſit non enim Imperans ſed referens falſitatis arguitur, ſemperque Regula ſubintelligitur: ſi preces veritate nitantur *C. 2. X. de Reſcript.* Gail. d. l. juncta *L. 5. C. ſi con. jur. vel util. publ.* niſi ex motu proprio, *C. 23. de Præb. in VI.* vel ſecundum mores hodiernos ſine clauſulà ſint, ubi ſimpliciter paritio injungitur Dn Stryck. uſ. mod. *T. d. LL.* §. *7.* quodnam vero inter duo reſcripta ſibi invicem contraria alteri præferendum ſit, docet. Mev. *P. 2. D. 182.*

§. XI.

De ſubjecto nunc tranſeo ad objectum juris, quod comprehendit omnes res, quæ ita comparatæ ſunt, ut leges de iis fieri illisque applicari poſſint, Hopp. *ad* §. *1. d. 7. & 7.*

§. XII.

Finis denique legum eſt ut juſtitia vigeat, ſcopus vero, ut Reipublicæ tranquillitas obſervetur & felicitas vigeat, hæc enim ſuprema lex eſt *T. 5. ff. de Decret. ab ord. fac.*

§. XIII.

Antequam vero tractatu legum abeamus, pauciſſimis ſaltem addendum eſt quod leges regulariter non niſi caſibus futuris applicentur, neque ad præterita, imprimis vero pœnalia extendentur, porro quod ad neminem niſi jam natum & exiſtentem pertineant, & tandem non niſi ſubditos obligent, Knipſch. *de Civ. Imp.* L. *2. c. 10. §. 69.* Phisdp. *Uſ. Pr. Inſt.* L. *1. Eccl. 4.* & de Caſibus fiant frequentibus, de quibus in diſcurſu plura.

CAP. IV.

DE RELIQUIS JURIS SPECIEBUS.

§. I.

EXcellentia materiæ propoſitos nonnihil jubet exire limites & per digreſſum de alio quoque ſollicitum eſſe. Licet enim Rubrica ſaltem Juris civilis mentionem faciat, tamen occaſione legum humanarum campus panditur tranſeundi per reliquas jurium ſpecies & oſtendendi, quatenus hactenus recenſita poteſtas circa jus Civile applicari poſſit Juri Divino, Naturæ & Gentium, de quibus monendum eſt, quod ea huc non adeo quadret, nec ultra legitimos terminos extendenda, & huc trahenda ſit, ordinis ratio, ob dignitatem manifeſta, prærogativam & primum locum tribuit Juri Divino DEUS enim ſupremum omnium Gentium ſeſe conſtituit Regem & Dominum Dominantium, hinc vi Divinæ & legitimæ Majeſtatis Legislatorem egit & Jura populo ſuo præſcripſit, quorum efficatia omnes obligat, adhibitâ tamen diſtinctione inter *Morale*, *Ceremoniale*, *& Forenſe*, hujus iterum in *univerſale & particulare*. Hinc argute Brunnem: *ad* L. *1. C. d.* LL. inquit ubi

ſe

se habet judex ad principem, ita se princeps ad Deum, hinc leges à Divina Majestate latæ, hominum dispositioni non subjacent, nam ut Magistratus Majestatis imperia patiuntur, ita Majestas à Deo dependet, quod Imperator M. Antonius Phil. verissime expressit, inquiens, Magistratus quidem de privatis, Princeps de Magistratibus, Deus autem de principibus decernit, hinc Magistratus nunquam Divinitus institutas leges infringere poterit, quas parendo excipere oportet, ut inferior Superiorum impetrata. Principum Placita & Constitutiones insuper certo saltem populo, Leges autem Divinæ universales perpetuæ, omnique generi humano latæ sunt, Grat. *de J. B. & P. L. 1. C. 1. th. 15. n. 2.* imprimis autem Jus Forense universale; (imo & Particulare, vid. Lauterb. *Diss. de Consil. p. 57.*) præbet utilitatem, ejus præcipuas Leges in compendio quasi allegavit, Titius, sæpe alleg. *C. 3.* §. *5.* cujus verba sunt sequentia, *Lex Politica Universalis & perpetua est Decretum Voluntatis Divinæ expresse promulgatum, quo Deus omnes homines, intuitu actionum indifferentium exactissime obligat, vel iis licite quid agendi jus tribuit, hujus generis esse censentur (I.) Lex pœnalis de homicidiâ capitaliter puniendo, Gen. 9. v. 6. C.. (II.) Dispositio qua Marito Imperium in Uxorem conceditur, Gen. 3. v. 16. 1. Cor. 11. v. 3. (III.) Leges Connubiales, Lev. 18. (IV.) Prohibitio poligamiæ, Gen. 2. v. 22. & 23. 1. Cor. 7. v. 2 seq. 1. Tim. 3. v. 2. (V.) Prohibitio Divortiorum, Gen. 2. v. 23.* quibus adhuc multæ aliæ addi possent, quas tamen brevitatis studio mitto ne falcem in Messem *Dn*: Theologorum mittam, omittenda tamen non est Jurisprudentia Ecclesiastica, quæ versatur circa Divina negotia, quatenus respectus justi in ea cadit, quæ ex summâ potestate Principum fluit, & Principibus nostris jure postliminii asserta est, sec. *Nov. 6. pr. Can. duo sunt. 10. Dist. 96. R. J. d. Anno 1605.* §. und nach dem *Renck. L. 3. Cl. 1. c. 1. n. 14. seq. Carpz. Juris pr. Eccles. Lib. 3. Def. 1. Boehm. de J. & J. §. 7.*

§. II.

Hisce pro instituti ratione excussis, ordinis ratione sequitur jus Naturæ, in quo definiendo dubii hæsere Philosophi & ICti, communiter asserentes esse dictamen rectæ rationis, sed secundum captum meum ita definiri potest, *quod sit regula (seu complexus regularum:) hominibus à Deo mediante intellectu, & interno motu, sub metu iræ, & pœnæ divinæ præscripta, ut secundum illam instituant actiones, honesta faciant, turpia fugiant, ad obtinendum finem ad quem sunt conditi, conf. H. Grot. de I. B. & P. L. 1. C. 1.* §. *10.* Hoc igitur, quoniam Deum autorem habet, sequitur *illud fixum & immutabile esse*, naturalia siquidem jura, quæ apud omnes Gentes peræquè observantur, divinâ qudam providentiâ constituta semper firma atque immutabilia manent §. *11. I. de I. N. G. & C.* §. *f. I.*

de leg. agn. tut. licet argumento *L. 6. ff. de I. & I.* mutationi obnoxium videatur, quæ Lex tamen non fugitivo, sed accuratiori oculo aſpicienda venit, licet enim jus Civile aliquid addere vel detrahere dicatur juri Naturæ, nihilominus tamen firma manet regula quod jus Naturæ ſit immutabile, adeo, ut ne Deus quidem illud mutare poſſit, etſi res de quâ jus naturæ diſponit mutationem recipiat, Brautlach. *jur. Publ. L. 3. C. 1. §. 7.* Struv. *S. I. C. Ex. 1. th. 58. Grot. de I. B. & P. L. 1. c. 1. th. 9. n. 5.*

§. III.

Præter adducta jura etiam aliud occurrit, apud Gentes in viridi obſervantiâ poſitum, quod ICtis & Philoſophis juris Gentium nomine venit, quod ratione originis à communi Legum naturâ & regulis recedit, & ratione cauſæ efficientis â prioribus eſt diſtinctiſſimum, omnes enim leges à ſuperioris ſanctione vim & originem trahunt, hic autem hoc non obtinet. Gentes enim ſibi invicem ſunt pares, itaque videtur nulli Genti poteſtas fuiſſe Univerſalem legem condendi, & ſic jus Gentium deficere, ſed res prorſus aliter ſe habet, dari enim jus Gentium, certos mores & ritus inter Gentes ad certam juris ſpeciem referendos, omnes conſentiunt, exploſâ tamen eorum diſtinctione *in Jus Gentium primævum & ſecundarium*, proprie enim unicum eſt jus Gentium, ideoque termini hujus Diviſionis non ſunt ex jure Civili Conf. Hopp. *ad §. 11. I. de I. N. G. & C.* ortum ipſius ſagaci animo inveſtigavit præter alios etiam Grotius inquiens: quod ſit repertum temporis & uſus, & licet nulla expreſſæ ſanctionis vel divinæ vel humanæ veſtigia extent tamen tacite inter Gentes, receptum eſt, & diu antequam populi ad hunc modum excreverunt, idque propter hominum neceſſitatem & utilitatem communem Colleg. Argentor. *tit. de I. & I. §. 18. 19.* Hinc objectum ejus maxime ſunt adiaphora, non abſolute neceſſaria ſed propter communem utilitatem bona, quæ tamen ex particulari ratione quandoque in hac vel illa republica reſtringuntur, Struv. *S. I. C. Exerc. 1. theſ. 19. Wurmſ. ex ex jur. publ. 1. Q. 3. Ex. I. Q. 1.* Fruſtra autem quæritur an jus Gentium apud omnes Gentes, etiam barbaras in uſu ſit, quamvis enim a barbaris non adeo ſancte obſervetur ut a cultioribus, obligantur tamen nihilominus etiam iſtæ, ita ut cultiores ab iis pœnam poſſint ſumere, ſi id violaverint.

PARS SECUNDA.

CAPUT I.

De Autoritate juris circa Principes & Status Imperii.

§. I.

Dimiſſis anterioribus, ratio jubet ut uberius expendatur materia propoſita, nam Diſſertatio hactenus habitâ de poteſtate Statuum Imperii & Autori-

toritate contra leges communes, revocant nos ad altiora, ut nunc dispiciamus an Legislatiores ipsi legibus vivant vel iisdem soluti sint? & ex antecedentibus forsan quis facile concludere posset, eos ob recensitam in leges potestatem iisdem plane solutos esse, quod & differte dicitur *in L. 31. ff. de LL. L. 14. §. 1. de manumiss.* Ubi Imperator solutus dicitur Legibus & facilis est responsio, scil. legibus naturalibus & civilibus non est solutus, quia horum respectu non consideratur ut Princeps, sed ut homo, Principis enim Potestas saltem est Civilis, unde ea quæ sunt juris Gentium tollere non potest, vid. Franzk. *Ex. 1. q. 8.* neque est solutus legibus fundamentalibus, quibus fidem obstrinxit Jurejurando cum inaugurare tur, hæ enim quasi ex jure Gentium sunt, *C. 33. X. de jurejur.* quin & in legibus Civilibus ratione uti Principem decet, ut nec eas ipse facile transgrediatur, juxta illud aureum Theodosiii *in L. 4. C. de Leg.* Nihil Majestate Regnantis dignius esse, quam legibus se allegatum Principem profiteri, & illis submittere principatum, quod & Antiochus III. laudabiliter observavit, missis ad singulas Civitates litteris his verbis, *Mandatis meis non obtemperetis, si non sint è Republicâ, aut si quid contra leges Statutaque Majorum scripsere*, imprimis autem id notandum, dum à nemine magis fidem servandam esse, quam à Principibus Magnatibus, aliisque personis publicis, nam apud Principes simplex fides tantum valere debet, quantum apud privatos Juramentum valet *Carpz. d.L. Reg. cap. 3. S. 8. n. 8.* nam doctrina quæ fallendi artes docet, ipsum jus naturale evertit, & hominem homini, Civitatem Civitati insociabilem reddit *R. si & d. Jur. publ. L. 1. tit. 1. §. 29.* & maxime pacta cum subditis inita Religiose servent vid. *Instrum. Pac. art. 7.* ibi *salvis pactis cum subditis Rec. I d. Anno 1654. §. 171.* exemploque sint aliis ut nunquam fidem frangant etiamsi sub necessitate publica eo adacti sint, neque enim hoc ipsum nexum obligationis tollit, quia accidens est, quod formam non mutat, neque metus omnis officit *Rhet. d. l. L. 3. T. 2. §. 3. 4.*

§. V.

Misso nunc supremo Principe, inspiciamus, an & hæc statibus Imperii applicari possint? & quidem si illud axioma Commune publicistarum: Tantum posse quemlibet Principem in suo Territorio, quantum Imperator in Imperio, verum foret, quo omnes ferè post Castrensem usos fuisse Testatur *Klock de Contribut. c. 4.* fortassis non frustra de hoc dubitare posses, sed enim vero improbant hunc modum loquendi Paurmaisterus, Limnæus aliique plures, statuentes, periculosam esse hanc loquendi formulam, quasi nefas sit instituere comparationem inter utrumque potestatis genus, alii vero amplius progressi, hoc axioma falsitatis prorsus accusant, videtur tamen hæc assertio

tollerari

tolerari posse si sano sensu intelligatur, fruuntur enim status in ditionibus suis plenissima jurisdictione atque simili ratione qua Imperator Rempublicam universam administrat, ipsi parvam suam administrant, integrum vero & optimum volnmen conscripsit *Mulz*, qui omnia tam Imperatoris quam statuum Jura, præeminentiam, splendorem, dignitatem, elegantissimis verbis accurate proponit, & unum ab altero separat.

§. VI.

Itaque apparet ex his, Imperium Statuum respectu subditorum Regium quidem, & adeo amplum esse ut trahere aliquid è summâ potestate videatur, ipsosque Jurisdictionem ordinariam & omnimodam, non tamen plane absolutam, & supra legum Civilium potestatem constitutam habere, Lud. Hugo. *C. 2. §. 9. & c. 4. §. 5. & 11. p 147.* Knipsch. *de C. I. L. 1. C. 1. n. 43.* licet enim in dijudicandis privatorum litibus recurri debeat ad jura provincialia, & saltem in subsidium jus Civile adhibeatur, tamen in Illustribus res paulo aliter sese habet, hos enim Litigantes Jus civile æque, interdum vero fortiori vinculo stringit quam subditos, nam & Statuum actus secundum jus Civile judicantur, *O. Cam. P. 1. T. 57. O. I. Aulici T. 2. & 5.* ut sic falsum sit quorundam dicterium quod jure militari utantur, qua Status Imperii, quæ sententia merito aliis displicet vid. Stuck. *Conf. 1. n. 22.* neque enim eadem militiæ ratio in ipsis occurrit, quæ jus militare parit, alias quilibet, qui feudum aliquod tenet, jure militari testari posset, certè Leges testamentariæ, in Ordine Maximiliani de Anno 1512. omnibus præscriptæ sunt, unde sequitur testamentum Principis nullum esse, si solennibus juris Civilis careat, vid. Rosenthal *de Feud. C. 12. Concl. 10. n. 15. seqq.* Ludvvel. *P. 1. de Ult. volunt. c. 4.* quin & ipsorum principum interest ut solennitatibus potius utantur, quam ut periculo suppositæ voluntatis alienæ se subjiciant, Lyncker, *de his quæ Princip. Stat. Imper. libert. perp. accens. sect. 2. §. 7. seqq.*

CAPUT II.

Præcipua juris capita huc pertinentia.

§. I.

DIspositiones juris Civilis interdum majorem Illustrium quam privatorum habere rationem, patet in alienatione in potentiorem, ubi alienans rem ligi-

litigioſam jure ſuo cadit, quod ſecus in alienatione in parem vel inferiorem, idque adhuc hodiè pro lege eſt, nullâque contrariâ conſuetudine abrogatum, Mev. *p. 2. D. 124. & 175.* & tanquam exceptio peremptoria in ſecunda inſtantia admittitur, *it. P. 3. D. 49.* modo animo doloſo & fraudulento, & à potentiori exactio jam facta ſit, item *P. 3. D. 50. 51. 52.* plures limitationes habet Brunnem. *ad L. 2. C. Ne. Lic. potent. Patroc. lit. præſt.*

§. II.

In Tutoris datione inſignis ſe offert differentia, Electoralis tutela dependet ex diſpoſitione Aureæ Bullæ *T. 7.* Privatorum vero tutelam lex relinquit liberæ parentum diſpoſitioni, vid. Wurmſ. *Ex. 2. Q. 17.*

§. III.

In Teſtamento, privati pro lubitu inter liberos diſponere poſſunt, ſalvâ tamen legitimâ, Principes vero, ſeu Illuſtres Perſonæ, nihil in præjudicium Primogenituræ faciunt, Brautlach. I. *Publ. L. 2. C. 6. §. 2.* in modo inſtituendi quoque notatu dignum eſt, quod privato hæreditas tam per teſtamentum ſcriptum, quam Nuncapativum relinquatur, Princeps autem per Teſtamentum Nuncupativum, hæres exiſtere nequit. *L. 20. C. de Teſt.* cujus rei elegantiſſimas ſuppeditat rationes, *Brunnem. ad Cit. Leg.*

§. IV.

In teſtamento denique invalido eodem Jure cenſetur quo Privatus, ex eo enim ne Cæſari aliquid debetur, Philipp. *Uſ. pr. L. 4. Eccl. 49.* nam licet ipſe nullis egeat ſolennitatibus juris, tamen ſi privatus in commodum principis teſtamentum condere velit, nullum eſt non adhibitis ſolennitatibus nullumque habet effectum, *§. fin. Inſt. Quib. mod. teſt. infirm. L. 3. C. de Teſt. L. 23. ff de Leg. 3.* idem eſt ſi Litis causâ hæres inſtituatur Princeps Brunn. *ad L. 3. C. d. Teſt.*

§. V.

Ratione delictorum inſignis occurrit quæſtio an ipſe ſtatus Imperii Juriſdictionem ſuam & poteſtatem territorialem in alium Statum in territorio ſuo delinquentem extendere poſſit, quod affirmant plerumpue Dd. *per L. 1. C. ubi ſen. 1. vel Clariſſ.* Lauterb. T. de Jun. quod tamen forte non quoad hodiernos, ſed antiquos Illuſtres procedit, licet Myler. *de Princ. Imp. C. 37. §. 10.*

C. 20. §. *31.* contrarium defendat, cui Knipſchild, *de Civ. Imp. L. 3. C. 5. n. 79. ſeq.* accedit, in ſequentibus tamen hoc limitat, & ratione Principum Imperii ab eâ ſententiâ recedit, §. 114. cui & ego ſubſcribo, nam par in parem nullum habet Imperium, Brautlach *L. 3. C. 1.* §. *13.* Principes & Comites, capitaliter delinquentes ubicunque fuerint, non niſi Cæſarem judicem habent, ex *conſtit. Friderici II. apud Goldaſt. 2.* der Reichs-Satzung Fol. 22. Wo es aber Fürsten und andern hohen Leuten an ihr Leib, an ihre Ehren oder Recht geht daß wollen wir selber richten auf die Weise, wie es in dem Kayserlichen Reich von alten Zeiten herkommen, non tamen ſolet Imperator absque Electoribus, ſi non omnibus, ſaltem quibusdam, & aliis principibus Imperii, in cauſis tanti momenti quæ Reipublicæ tranquillitatem concutere poſſunt; judicare, Vid. tamen Gail. *de Pignor. c. 14. n. 3. & R. J. de An. 1577. tit. 1.* plane in cauſis fractæ pacis, ubi proſcriptio ſeu bannum condemnato periculum capitis & vitæ infert, judicium Camerale & Aulicum Imperii cognoſcere poteſt, (). Cam. P. 2. t. 22. quodſi vero Status Imperii in communi territorio delictum committit, judex non eſt alter condominus, ſed itidem Cæſar unde firmum manet quod par in parem nullum habeat imperium quod bene, ſed fruſtra Conradinus, ultimus Dux Sueviæ & utriusque Siciliæ Rex objecit Carolo Andegavienſi, ipſum injuriâ avitis Regnis Spolianti, & Carnificis manibus ſubficienti cervicem ejus.

§. VI.

Paucis hiſcæ Exemplis rem nonnihil demonſtraſſe ſufficiet, validiora enim ſunt exempla quam verba, & plenius opere docetur quam voce, hâc tamen ratione nec quicquam detrahitur ſtatibus Imperii, Calculo enim rite ſubducto, ratio liquet cur prudentiſſimi LL. conditores, Ordinationes has in Camerâ Imperiali introduxerint, nam ſublatis crebris illis diffidationibus, ad conſervandam pacem & tranquillitatem publicam, Proceres non amplius viâ facti ad arma prorumpere, ſed viâ juris experiri debent, uti præcipiunt divi Imperatores Maximil. I. Carolus V. & alii, qui conſenſu Statuum, ſaluberrimam de Pace publicâ Conſtitutionem promulgarunt, *Gail. de Pace publ. L. 1. C. 1. Lud. Hugo de Stat. Rom. Imp. cap. ult. toto.* Hinc ergo Principes ſpontaneâ voluntate, & quidem vi pacti ad obſervantiam legum ſunt adſtricti, Behm. *Introd. ad ff. p. 20.* idque nonſolum quoad actus inter ipſos, ſed etiam cum aliis celebratos, hinc in certis territoriis reperiuntur Dicaſteria, in quibus etiam ſubditis litigantibus reſpondent, Coccejus *C. 32.* §. *27. 30. 33.* Brautlach. *L. 7. C. 9.* §. *13,* Lampad. *P. 3. C. 16.* §. *15. & 16. ſeq.* quâ tamen benevolentiâ

Subiti

Subiti & Privati cautè utantur, non vero abutantur, secus enim peccarent tam contra Regulas prudentiæ quam debitæ obedientiæ, si enim Legis dispositio præcavet & compescit Parentum & Patronorum in Jus vocationem, uti nos docet *Tit. ff. de in Jus vocando.* multo magis id injungitur subditis, Summum Patronum, seu Patrem patriæ convenientibus, cum quo reverenter agere, & in quantum fieri potest verba in factum temperare, & juramentorum, imprimis vero calumniæ prorsus immemores esse debent.

CAP. III.

CONTRARIA ET LIMITATIONES PROPONES.

§. I.

QUoniam vero nulla Regula sine exceptione, ideo ratio jubet aspicere limitationes & exceptiones ne sinistræ opinioni ansa præbeatur, ac si nullâ inter Illustres & Privatos adhibitâ differentiâ eos uno eodemque modo dijudicare, & Dominum cum subdito confundere velim. Haud enim ignarus sum: Omnes LL. non semper omnibus accommodari posse, hinc etiam nec omnia Jura Civilia ipsis conveniunt, multa enim sunt permissa in familiis Illustrium quæ ad amussim Juris Civilis regulari nequeunt sed ipsi contrariantur, nec in omnibus Causis eorum dispositioni subjecti sunt, ea enim in multis limitatur, in plurimis vero, imprimis autem odiosis prorsus cessat, nam lites privatorum non semper quadrant Causis Illustrium, hinc si non per omnia tamen per nonnulla Juris Capita differentias explanabimus, Prærogativis Juribusque eorum Majestaticis alium in locum reservatis.

§. II.

Statim vero in consideratione Litium statuum occurrit judicium & Forum ubi conveniri debeant, Privati in foro competentis sui Magistratus judicium suscipere, & Legitimo modo neque per saltum omnium superiorem judicem, sed Dominum territorii adire, & primâ instantia alter alterum defraudare nequit, hujus igitur sententiam prius excipere & deinde eam per appellationem ad judicium suppremum devolvere possunt, modo sit Causa ob legitimam summam appellabitis, & Jurisdictio Cameræ in tali processu fundari possit dum non quævis condemnatio ad certam summam licet maximam, sit appellabilis, nisi descendat ex Causa Civili, neque Princeps Jus de non ap-

pellando habeat, constat enim de quibusdam plane non, Mev. *P. 3. D. 187.* nisi in Causa protractæ vel denegatæ justitiæ appellari posse, & talis ordo observatur in Causis Privatorum ne vero Principes & Status Imperii deterioris quam Privati sint Conditionis vel causæ eorum unius instantiæ alea periclitarentur ipsis in primâ instantia concessum est Jus Austregarum de cujus ordine divisione & processu accuratè & latius disserit Coccejus *C. 32. §. 27.* Meier in C. J. A. *Tit. de judic. th. 256. seq.* quia secus vel coram se ipsis litigare vel statim ad supremum Judicium pervenire coacti forent, cum tamen Cameræ ICto in prima instantia nequidem quoad Inmediatos fundata sit Coccejus *C. 32. §. 23.* nisi in casibus exceptis, quos collegit, ab eo cit Gail. 1. *O. 1.* ab his vero austregis parti gravatæ appellatio demum competit ad superius judicium. Non solum autem Jure Austregarum fruuntur, qui actu secundo status sunt, sed etiam Appanagiati, imò liberi omnes utriusque sexus, Principum & Comitum, ut & Uxores.

§. III.

Altera differentia quod scilicet statûs immunes sint, à præstatione Juramenti Appellationis, uti novissimo comprobatum est exemplo in causa Abbatis Fuldensis in Dicasterio Francofurtensi. vid. *R. J. de An. 1654. §. 117. eq.*

§. IV.

Porro in materia processus tertium sequitur privilegium seu differentia, nam privatis incumbit Juramentum Calumniæ, quod vero statibus eorumque intuitu etiam consiliariis eorum actualibus, si Principi patrocinium præstent, remissum est per *R. J. de An. 1654. §. 43.* quia is qui officii ratione agit non censetur Calumniari, accedit Principum ipsorum dignitas, in quam non censetur cadere calumnia vid. tamen de Juramento revisorio *Roding. Pandect. Cam. pag. 932.* Occasione Juramentorum monendum est: est quod Generalis asseveratio Illustrium bey Fürstlichen adelichen Ehren. Hodie de consuetudine vim Juramenti habeat. *Knipschild d. Civit. Imp. p. 229.* Mynf. *Cent. 1. obs. 17. Besold. Thes. pract. voc.* Land und Reichs-Fürsten ic. Fürsten-Recht. Gail. L. *2. O 59. Struv.* S. J. C. *Exerc. 17. th. 11.*

§. V.

In ipso quoque judicio Immunes sunt Illustres à satisdationibus etiamsi

Fide-

Fidejussores haberi possint *Frantz. ad ff. Tit. de Satisdat.* §. *fin. Hopp. pr. Institut. de Satisdat.*

§. VI.

Missa materia formali seu processu sequitur personalis, in eaque primo loco occurrit minorennium Tutela, ubi multa singularia occurrunt, quorum præcipua sunt: quod Tutor Illustris ex bonis pupilli alimenta vel victum & amictum pro se & sua familia capiat, hinc etiam prohibitio donationis Tutorum cessat in Illustribus Tutoribus, nec exigitur redditio rationum administrationis, quam nunquam petitam fuisse Testatur *Coccejus Cap. 29. §. 14.* qui in eod. cap. reliqua docet singularia Tutelæ illustrium.

§. VII.

Ratione tutelæ monendum est, quod ea per Constitutiones Imperii, in Electoribus usque ad annum XVIII. duret, quo impleto ipsis Majorennitas, jus standi in Comitiis & in Conventu Electionis Imperatoriæ concessum est, Coccejus *Cap. 29. passim.*

§. VIII.

Quæstio agitatur inter ICtos, an durante Patriâ potestate, ipsis competat beneficium SCti Macedoniani, quod quidam negant, sed hi de summis loquuntur Principibus, superiorem non recognoscentibus, quorum actus non secundum Jus Civile, sed secundum Jus Gentium dijudicantur, Principes vero Imperii, cum in Contractibns Jure privatorum utantur, idem beneficium habebunt, nam & Patria potestas æque inter Principes locum habet, & causa finalis SCti Macedoniani in Principum liberis non cessat, vid. Schilter. *Ex. 27.* §. *77.*

§. IX.

Ratione Fœminarum Illustrium, quoque occurrit insignis differentiâ & juris dispositio, arbitrium non nisi Mas regulariter ferre potest, quod cessat in Fœminis Illustribus, Jurisdictionem habentibus Bœhm. *T. de Recept. qui arbitr. recep.* §. *2.* hisce vero fœminis, Jurisdictionem habentibus, denegant quidam Beneficium SCti Vellejani, Laut. *h. T.* Schrag *ad ff. h. T.* rationem reddit Carpz. *P. 2. C. 15. Decis. 9.* quia indignum esset has fœminas fragilitatem

allegare velle, & non abs re videtur in hisce cessare hoc beneficium, nam verba & asseverationes eorum, qui regnis vel territoriis præsunt, & Majestatem vel Regalia habent, ferè Juramentis æquipollent, hinc etiam promissiones & asseverationes eorum servandæ sunt, quâ ratione exulat hoc beneficium, sed in reliquis Illustribus res aliter se habet, illæ enim ordinariis juris beneficiis utuntur, Stryck. *in not. ad* Lauterbach *T. de SCt. Vellej.*

§. X.

In multis aliis juris capitibus, egregiæ reperiuntur differentiæ & prærogativæ, quæ etiam in eo conspicuæ sunt, quod donatio 500. solidos excedens, non valeat absque insinuatione judiciali, §. *2. Inst. de donat.* L. *36.* §. *f. ff. h. T.* secus autem est in donatione Principi vel à Principe facta Lauterb. *comp. jur. h. T. Brunnem. ad* L. *34. & Authent. Cod. item à Priv. de Donat.*

§. XI.

In acquirendis rerum dominiis in jure varii permittuntur modi, inter quos etiam inventio, occupatio, venatio, de quibus in *Inst. T. de R. D.* agitur hodie vero Legum dispositio valde restrinxit antiquam licentiam, nam omnes respublicæ, & quæ antea nullius erant, ut Gemmæ, Margarithæ, Succinum, omniaque mineralia, ut & venationes ferarum, Principibus reservantur, nec quis harum rerum usum sibi asserere potest, nisi Concessionem Principis probaverit, secus enim pœnam eum incurrere dicendum est cum Dd. *& Hopp. ad* §. *12. I. de R. D.* cujus fundamentum partim ratione politicâ, partim vero æquitate nititur, nam Grot. L. *2. C. 12.* §. *5.* elegantissimè asserit, quod ex his reservatis, nemini læsio inferatur, & quod æquissimum sit res quæ antea in Dominio nullius erant Principi assignare, quo dignitatem sustinere queat.

§. XII.

Post acquisitionem Dominii sequitur etiam conservatio & amissio ejus, quod non sola traditione, sed alio etiam modo in alium transfertur, unde ortæ sunt usucapiones & præscriptiones, in quâ materiâ juris Rigor limitatur quoad Illustres, nam cum Privatorum Actiones & possessiones rerum mobilium & immobilium, Corporalium & incorporalium, diebus, mensibus, anno, biennio, triennio, decennio, tandemque longâ & longissimâ præscriptio terminentur, constat Principum Actiones, quæ pro Principatu, Reservatis & Regalibus tuendis, vindicandisve competunt, experiri fatum immemo-

memoriale, & præscribi tempore, cujus initii memoria non extat, Illustr. Baro de Lyncker, *Dissert. de Fato* §. *33.* *& in Dec. Jenens. Cent. 4. D. 302. Cent. 13. D. 120.* L. *f. C. de Fund. Patr.*

§. XIII.

Circa acquisitionem Dominii vel traditionem rerum, aliud exemplum nobis præbet materia Pactorum, nam nemo de viventis hæreditate pacisci potest, ob turpitudinem voti captandæ mortis, & hæreditas regulariter non pactis, sed modis à Legibus præscriptis defertur, Brunnem. *ad* L. *15. C. de Pact. &* ad L. *4. C. de Inutil. Stip.* in Illustribus autem omnia hæc cessare, ad oculum demonstrant Pacta Confraternitatum Germ. die Erb-Verbrüderungen. Quæ sinistram in Familiis Illustrium præscindunt opinionem, publicum enim præponderat bonum, & tendunt hæc pacta ad conservationem Illustrium familiarum, faciunt ad Pacem & tranquillitatem Imperii, subditorumque salutem, Wurmf. *Ex. 3. Q. 21.* effectus Confraternitatis magni sunt, jus vero quod ex hisce pactis uterque acquirit, est, quod illa invita alterutra parte, quocunque modo auferri non possit. It. Wurmf. d. l. Q. 22. Coccejus C. *26.* modo in feudis regalibus Imperatoris Autoritas & approbatio accesserit, de quibus omnibus in jure publico fusius agitur.

§. XIV.

Ob mentionem hereditatis factam, addendum est quod nullus privatus Testator hæredibus societatem vel communionem injungere possit, quia litibus ansam præberet, nam mater discordiarum dicitur, secus autem & hoc se habet in Illustribus, hi enim heredes suos ad hoc obligare possunt, sic in his prohibitio Juris Civilis non quadrat, de quâ materia latius pro & contra disserit Stryck. *us. Modern. ad ff. tit. Commun. div. Coccej. C. 27.* §. *7.*

§. XV.

In transactione notandum quod Civitatum Syndici valide transigere possint, non vero Principum seu Cæsaris procuratores ut Syndici, nihil enim in rebus Principis sine speciali voluntate faciendum, proinde & hoc in casu speciale quid est constitutum, *de Transact. Gail.* L. *2. O. 72.*

§. XVI.

Hæc itaque sunto de reciprocâ Juris Civilis & Statuum Imperii Potestate & Autoritate, cui materiæ nunc colophonem addere ratio jubet à benevolo

volo Lectore interim submisse petens, ut hæc ipsa quæ in medium prolata sunt, bono animo suscipiat, de quibus si commodior occasio tractandi in futurum se nobis sit oblatura, non pigebit ad cætera devenisse, interim ad eos, qui de his latius scripserunt provoco & benevolum Lectorem remitto, hic vero subsisto, DEO T. O. M. pro omnibus suis in me collatis beneficiis gratias agens, Laudemque & Gloriam in sempiterna secula tribuens infinitam.

COROLLARIA.

I. Errant qui dicunt jus Justinianeum in Germaniâ non venire nomine juris scripti.

II. Beneficium Legis 2. C. de R. V. etiam competit læsis ex sententiâ arbitri.

III. Regula, quod servus malus sit necessarium malum, in servo est falsa, sed in muliere malâ vera.

IV. Filius non potest succedere Patri in feudo, remisso allodio, agnatus vero id potest.

V. Feuda antiqua & Paterna in effectu non differunt.

VI. Feudum emtum etiam est beneficium, licet titulo oneroso quæsitum.

VII. Secularis Cæsarea Jurisdictio, Legibus soluta est, plane non obstante Capitulatione Cæsareâ.

VIII. Jus Naturæ & Gentium saltem unicum est, & immutabile.

PROBLEMATA.

I. An præcarium sit contractus?

II. An solus verus Dominus Dominium suum alienare possit.

III. An quis invitus Patriæ potestati subjiciatur?

IV. An Legitimatio per subsequens Matrimonium inducat jus primogenituræ?

V. An Contractus feudalis referri possit ad contractus bonæ fidei?

VI. Quale sit feudum, si culpa, e. g. felonia remittatur?

VII. An sit feudum novum vel antiqnum, si Dominus investiat filium, abstinentem à paternâ hæreditate?

XXIX.

DISSERTATIO DE PRÆCEDENTIA LIBERARUM CIVITATUM S. R. IMPERII, PRÆ NOBILITATE IMMEDIATA,

Pro Licentia defensa à

JOHANNE LUDOVICO WINCKLERO Hamburgensi.

ARGENTORATI, 1720.

PROOEMIUM.

Cum inter Civitates Imperiales & Nobiles Immediatos jam dudum lis gravis de Præcedentia sit exorta, inque hac contentione de gradu dignitatis utraque pars suos defensores & oppugnatores invenerit; operæ pretium me facturum existimavi, si hoc argumentum Dissertationis Inauguralis loco examini Eruditorum submitterem. Multa quidem extant Scripta Doctissimorum ICtorum, qui hanc Præcedentiæ materiam in genere tractarunt, quorum Catalogum Vir Celeberrimus Jacobus Gothofredus in Diatriba sua de Jure Præcedentiæ Protheoriæ n. 1. *exhibet; aut interdum ad singulares facti species Consilia sua accommodarunt; interim tamen neminem scio, qui in hoc argumento ex professo Civitatibus suum Calamum dicaverit, omnesque insuper, qui hanc Proedrias materiam attigerunt, ita sunt commentati, ut multum reliquerint alienæ industriæ. Cum vero plures libri in gratiam Nobilitatis Immediatæ vel ab ipsius Equestris Ordinis Consorti-*

bus, vel ab aliis Viris eruditissimis, sint conscripti; placuit mihi, pro Civitatibus, proque Patria mea, aliquid quoque experiri, taliaque afferre argumenta, quæ in decisione tam arduæ controversiæ maxime apta, & in hujusmodi dissidiis in Conventibus publicis communiter recepta inveniuntur. Ita vero hac in re sum versaturus, ut Prima Parte hujus Dissertationis in genere argumenta examinem, ex quibus potissimum præferentia vel prærogativa in sedendo, eundo, & præcedendo alicui competere potest, ubi, considerata necessitate atque utilitate hujus Juris, occasio dabitur, vera atque genuina fundamenta á falsis discernendi. In altera Parte applicationem allatorum argumentorum ad Civitates Imperiales & Nobiles Immediatos faciens, tentabo, comparatis iis, quæ utrisque sunt communia, refutatisque, quantum in me erit, rationibus Hippolyti von Tryßpach/ *ostendere, quod Civitatibus præ Nobilibus debeatur Præcedentia. Uti vero nemini jus suum detractum volo, ita, si quid a me erratum, illud materiæ, circa quam versor, difficultati prolixitatique adscribas; velim.*

PARS PRIMA.

SECTIO I.

IN QUA EX ARGUMENTIS INDUBITATIS NECESSITAS ET UTILITAS JURIS DE PRÆCEDENTIA DEFENDITUR.

SI ulla Juris Publici Materia necessaria atque utilis est, hæcce sane erit, quæ vero eo cautius tractanda, quo certius Magnatibus, ut *Arum. c. 7. de Comitiis* dicit, innatum scimus, circa honoris sui prærogativas scrupulose admodum versari, nec ullius rei solere gravius, quam ejusdem, imminutionem ferre. Sunt quidem nonnulli, qui hanc materiam parvi momenti æstimant, quos videre licet apud *Gothofr. p. 8.* & apud *Arumaeum in c. 7. de Comitiis n. 99.* imo, hanc Contentionem Christiano indignam esse censent, urgentes dictum Salvatoris nostri: Qui se exaltat, humiliabitur, &, qui se humiliat, exaltabitur *Luc. 14. v. 18.* Sed, uti ex hoc dicto

cto illud evincitur, quod ii, qui ambitu, fastu & cupiditate gloriæ de ordinis prælatione contendunt, jure damnandi sint, quippe qui comparandi videntur Pharisæis illis, qui primos ambitus in cœnis, primasque sessiones in Cathedris nimis ambitiose amant; ita minime exinde sequitur, honoris & loci debiti rationem non esse habendam. Laudandi potius illi veniunt, qui ordinem & locum, quem DEUS ejusque ministri, qui in terris ejus locum obtinent, ipsis attribuerunt, omni ratione tuendum quærunt; quod assertum tanquam Jure Divino, Naturali, Civili & Canonico fundatum, atque apud omnes fere gentes religiose observatum paucis jam ostendere lubet.

De *Jure Divino* exempla Angelorum atque Archangelorum id probatum nobis dant, quippe qui non sunt æquales, sed in ordine alter ab altero differt. Probant hocce porro dicta clarissima S. Scripturæ, in quibus DEUS mandat honorem tribui Regibus, Magistratibus, Parentibus, Senioribus, ac demum ipsum timentibus.

Cum itaque ex hoc præcepto appareat, honoris exhibitionem atque ordinem DEO acceptum atque gratum esse, illi injustum nihil faciunt, qui a DEO ordinata & recte stabilita conservare student. Concordat cum hac lege DEI ipsa *Natura* humana, & ex suis principiis educit, illos honore esse afficiendos, quibus DEUS characterem quendam impressum esse voluit. Hinc illa ipsa Natura, & inde deductum Jus, ut verbis *Limnæi Jur. Publ. T. II. L. 4. c. 9. n. 41.* utar, dignitatis notam posuit, dum hominem cæteris animantibus excellentiorem dedit, & inter eosdem masculum fœminæ prælatum voluit, patrem liberis, dominum servis, magistratum subditis. Huc quadrat id, quod Imperator Justinianus *Nov. 5. c. 9.* dicit, *Humana natura talis est, quod neque omnes per ordinem inter summos, neque rursus omnes inter novissimos constituti sint sed procedat quidem secundum gradum præcedentis inspectio.* Facile & exinde hæc veritas poterit asseri, quia innititur immoto illi & perpetuo Juris Naturæ fundamento: Suum cuique esse tribuendum. Inter ea vero, quæ naturâ hominis sunt, uti incomparabilis *Grotius de Jure B. & P. L. 2. c. 17. n. 2.* ostendit, præter vitam recte numeranda venit fama atque honor. Exigit

git vero natura justitiæ, ut non uno omnes habeantur loco & ordine, sed mali pœnis, bene meriti præmiis & honoribus afficiantur, & hac in re fere tota occupata est Justitia illa, quam Dd. distributivam appellare solent, ne injusta dimensio ac distributio præmiorum fiat. Hinc apparet, illos non culpandos, sed maxime laudandos esse, qui pro status dignitate conservanda pugnant, cum hæc status Prærogativa unum ex præcipuis sit objectis, circa quæ Justitia distributiva versari solet, ut proinde ordinis observatio, justitiæ conservatio sit appellanda, inobedientia vero justitiæ eversio sit.

Jura quoque *Pontificia*, ordinum & præcedentiæ dignitatem omnino observandam esse statuunt. Pertinet huc *cap. Solitæ X de Major. & obed. Cap. ut debitus X. de appellatione Cap. ex ore X. de privilegiis Cap. Clerici de Judiciis*. Referendus hic venit *c. ult. 89. dist.* ubi dicitur, ordinem concordiam alere atque fovere, & refert *glossa in l. decernimus C. de Sacros. Eccles.* quod recte de Præcedentia contendere liceat.

Jura Civilia & Principum Constitutiones non minus tuentur hanc Præcedentiam; habemus integrum titulum *C. ut dignitatum ordo servetur*; nota est regula *l. 1. ff. de albo scribendo*: *Digniores cæteris esse præferendos*: hinc *lex Papia* de ordine rogandarum sententiarum, hinc *Novella Valentiniani III.* de honoratis & quis in gradu præferatur, imo totus *liber sextus C. Theodos.* in hoc argumento est occupatus, & *lex ult. C.* de Primicer. expresse dicit, *quod non liceat per ambitionem vel gratiam aut cujuslibet occasionis obtentu publicorum graduum seriem conturbare*. Prætereo jam innumeros alios textus, in quibus passim cautum est, ut dignitatum atque honorum ordo sartus tectusque esse debeat. Hinc ille, qui locum & sessionem sibi jure competentem tuetur atque defendit, extra superbiæ crimen est; nec enim secundum regulam illam Juris videtur vim aut injuriam cuipiam facere, qui jure suo utitur. Adsunt in eum finem legitima remedia tam pro recuperanda, quam retinenda, præcedentia, de quibus prolixe egit *Crusius L. 1. cap. 9.* de Præcedentia. Et *Gothofredus in Protheoria sua th. 4.* dicit hoc Jus Proedrias & extra judicium inculpatæ tutelæ moderamine, & in judicio actione injuriarum vel interdicto s. remedio possessorio

ſorio vindicari poſſe. Quin & Ddres noſtri tradunt, defendi ordinis prærogativam poſſe armata manu, *Pancirollus Conſ. 6. n. 2.* &, qui ea occaſione turbantem occidit, pœna ordinaria non plectendum eſſe, tradit *Riccius deciſ. Eccleſ. 584.*

Quod denique ad conſenſum *moratiorum gentium* attinet, facile probari poterit, gentes uno ore illos, qui bene meritis, potentia ac dignitate alios ſuperant, præ aliis eximio quoque cultu afficere ſolere. Pertinet huc dictum Ciceronis l. 1. offic. *Eos Viros nos ſuſpicimus, maximisque efferimus laudibus, in quibus exiſtimamus nos excellentes quasdam & ſingulares virtutes perſpicere, & admiratione quadam afficiuntur ii, qui anteire cæteros virtute putantur.* Apud Hebræos, quos peculiariter DEUS juribus ſuis dignatus eſt, ex pluribus S. Scripturæ locis apparet, hoc jus Proedrias in uſu fuiſſe, & conſtat, Reges ſemper honoratiorem in conſeſſu locum occupaſſe, magnamque ſemper ſeniorum rationem habitam fuiſſe. Sic Græci & Romani quoque Viris egregiis & de Republ. bene meritis, ob res bello præclare geſtas vel ob ætatem præcedentiam conceſſiſſe paſſim leguntur. Et quis de cæteris gentibus dubitare vellet, cum humilis & abjecti animi ſit, jacturam honoris non æſtimare, Reipublicæque interſit, ut ſua cuique dignitas honor & præeminentia ſervetur. Non opus eſt, multum tempus terere in allegandis exemplis ac ſpeciminibus controverſiarum de Præcedentia ortarum; cum ex hiſtoricis edoceamur, quam acerrime non ſolum jam inter Imperatores Orientales & Occidentales & inter Reges uniuscujusque fere Regni de honoratiori loco fuerit certatum, ſed & facile ex lectione appareat, hanc de præcedentia quæſtionem totas gentes & Nationes occupaſſe, adeo, ut populus populo, Provincia Provinciæ, Civitas Civitati, ordo ordini præferri anhelaverit. Hinc, cum tanti ponderis ſit Præcedentiæ prærogativa, videmus quoque, Legatos pro Regum & Principum ſuorum ſeſſione tanquam pro aris & focis certare; cum enim imaginem ac vicem Principum, a quibus mittuntur, referant, omnem operam impendere debent, ne Dominis ſuis præjudicium afferant. Pertinet huc, quod *Decianus conſ. 21. n. 10.* de Magiſtratibus, & de omnibus,

qui publicum officium gerunt, dicit: Prælationes & ea, quæ pertinent ad dignitates, Juris publici esse, sicut sunt Magistratus, & propterea Magistratum gerens non potest suo facto illius statum & ordinem immutare; hinc Doctores omnes affirmant, Legatum cogi ex officio, unacum dignitate sua Majestatem publicam hac parte vindicare.

Quod si ad ipsos Germaniæ Principes atque Status Imperii nostri veniamus; quotidiana nos docet experientia, eos quidvis potius quam injurias perferre solere, existimantes, quod nullibi magis celsitas & magnitudo animi, quam in conservatione honoris, exerceatur, & ex *Actis Comitiorum* liquet, plerosque ex Ecclesiasticis, omnes fere Seculares Principes in terminis Sessionis controversæ versari.

A publica denique utilitate non leve poterit desumi argumentum ad defendendam Præcedentiam; bene enim *Aristotiles l. 2. de Republ.* dicit, in qua Civitate non maximus virtuti honos tribuitur, in ea optimus Civitatis status stabilis & firmus nullo modo esse potest. Et certe nihil in rerum natura stabile invenitur, quod non ordine colligatum, nihilque pulchrum, quod non eodem constructum est. Hinc *can. ult. dist. 89.* dicit: *sunt ordines & dignitatum gradus favore publico, introducti, ut, dum minor majori præferri non tentat, sed quilibet servat suum gradum, societas humana in pace & concordia conservetur.* Ex quo textu hæc sequela exsurgit, quod illi, qui de ordinis observantia contendunt: eamque tuentur, Rempubl. quantum in ipsis est, defendant, qui vero ordinem turbant, Rempubl. ipsam turbent. Magistratus propterea quoque de justa præcedentia solliciti esse debent, si quis alterius ordinem turbare velit, cum in ea retum Reipublicæ dignitas tum salus versetur, & ut *Freinshemius de Prærog. Elect. & Card. Diatrib. 2. n. 34.* dicit, homines a contemtu facile ad injurias progrediantur, &, quos vilipendere cœperunt, etiam oppugnare audeant.

Cum itaque hæc omnia tam bene sit fundata, ipsiusque Reip. intersit, ut sua cuique dignitas atque honor conservetur, illi injurii in se, in suam familiam & in Rempubl. ipsam erunt, qui posthabita dignitatis ratione jure suo quæsito cedere vellent. Possent hæc omnia adhuc clarius deduci; sed, cum ad rationes ipsas ex quibus Præcedentia

dentia alicui competit, properandum sit, nihil amplius, quam Judicium *Petri Matthei, Historici Regii, L. l. narrrat. ult. n. 14. in vita Henrici IV. Reg. Gall.* hac de re addam, quod ita se habet: *Dici quidem solet, supremam legem esse salutem populi: verum respectus Principis & ordo, quo aliis præferri debet, est in perpetuum immutabilis. Prostant leges, quæ occiduæ & mortales. Prostant & aliæ, quæ perpetuæ & perennes. Illæ durationem suam ex tempore sumunt, has necessitas ipsa semper durabiles reddit, propter perpetuum commodum, quod in earum observatione reperitur. In conditione legum immortalium est Jus præsessionis quoque notatum; nam, qui patitur diminutionem, indignus est incremento.*

SECTIO II.

IN QUA ARGUMENTA FALSA, EX QUIBUS NONNULLI CONTROVERSIAS SESSIONUM DECIDERE VOLUNT, EXAMINI SUBJICIUNTUR.

ANtequam ad ipsas rationes accedamus; primo vox illa *Præcedentiæ* nobis excutienda venit, quam doctissimus *Freinshemius* annotavit *in Diatr. 1. de S. R. Imp. Elect. & Cardin. præcedentia* minus Latinam esse. Sed, cum apud Romanos præcedentiæ aptum nomen non inveniatur, inopia ejus linguæ hoc vocabulum sequentibus temporibus approbavit. Græci felicius hanc vocem expresserunt appellantes πρωτοκλισίαν πρωτοκαθεδρίαν, προεδρίαν; nec mirum, eos in explicanda hacce voce melius incessisse, cum in Græcia ob varias Respublicas, in quibus divisa erat, sæpe & interdum etiam armis quam acerrime hæc de sedis prærogativa quæstio agitaretur; Romanis vero nemo honorem præcedentiæ disputare conabatur, ita, ut adhuc sub libera Republica Legati eorum præ exteris Regibus præcedentiam sibi asseruerint; cum vero Respublica in Monarchiam desineret, ultro Reges sese submiserunt. Notatu dignum est, quod *Suetonius* de *C. Cæsare Caligula* in ejus vita memorat: Cum audiret forte Reges, ait, qui officii causa in urbem advenerant, concertantes apud se super cœnam de nobilitate generis, exclamavit εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς; ita statim lis sta quievit.

Verna-

Vernaculum noſtram Linguam quamvis ſatis amplam, divitem & copioſam eſſe nemo negaverit, illam tamen proprio aliquo vocabulo, quod accurate allegatas Græcas voces exhauriat, deſtitui, ideo Freinshemius aſſerit, quia vocabula: Rang/ Ordnung/ Fürſitz/ Fürgang/ Vorzug/ ſpeciem tantum honoris non vero genus denotant. Verum, cum ipſæ etiam græcæ Voces, ſi penitius inſpiciantur, ita ſe habeant, ut certam non in omnibus, ſed in ſpeciali quadam occaſione præferentiam involvant; non video, quid Græca Lingua præ noſtra hac in re peculiare contineat; imo dixero potius, vocabulum Vorzug/ tam univerſale eſſe, ut omnes græcas ſignificationes ſub ſe comprehendat. Interim, cum voce præcedentiæ ut plurimum hodie ſcriptores utantur, eaque ferme apud omnes gentes Europæas recepta ſit, nihil obſtare videtur, quo minus & illa à me adhiberi potuerit.

In illis, qui eundem ſuperiorem agnoſcunt, res clara eſt, quia omnia a Principis arbitrio dependent, qui, uti dignitatum omnium Oceanus eſt, ita & Regula; ut proinde, quem modum beneficii ſui eſſe velit, ipſe æſtimare atque interpretari debeat ac ſoleat, *argum. l. 191. de R. J.* In horum igitur præcedentiis leges Principis, in quibus particulariter diſpoſuit, ſolum attenduntur; ſed in illis, qui ſuperiorem non agnoſcunt, majori opus eſt cautione. Quamvis vero inter omnes facile conveniat, digniores aliis omnibus eſſe præferendos; attamen, ex quibus rationibus atque argumentis quis alter altero dignior dici poſſit, & per conſequens jus Præcedentiæ ſibi vindicare queat, res eſt ardui & multorum judiciis ſubjecti operis. Antequam autem ad veras cauſas accedamus, ex quibus controverſiæ de Jure προεδρίας decidi debent, prius falſas excutiemus.

1. Multi reperiuntur, qui omnia honoris atque præcedentiæ fundamenta ex potentia metiri ſolent, Illumque præferendum putant, qui vel divitiis, vel reditibus, vel aliis fortunæ bonis alterum ſuperat. Nituntur hoc argumento inprimis Scriptores Hiſpanici, *Vasqius, Valeſius*, &, qui præcipue hic memorandus, *Chifletius in Vindiciis Hiſpanicis cap.* 10. & ex eo Regi Hiſpaniæ Præcedentiam præ Rege Galliarum deberi, contendunt. Sed, uti hæc ſane qualitas ab initio

inter

inter pares non vilem habet autoritatem; ita multis modis demonstrari potest, quam lubrico hæc nixa sint fundamento; id quod etiam fecit Celeberrimus *Puffendorfius de I. N. & G. L. VIII. c. 4. §. 13. sqq.* Quodsi sane bona animi, & merita vitæ, quæ longe præstantiora, non semper in censum veniant; quanto minus attendi debent hæc externa fortunæ bona, &c, licet quidem potentia ad effectum aliquem in vita humana producendum apta sit, ut venerationem imo & terrorem excitare queat: tamen hoc non unicum est honoris fundamentum. Honor enim ita recte definitur, quod sit opinio alienæ potentiæ, sed conjunctæ cum bonitate, quemque idcirco, uti doctissime allegatus *Puffendorfius* probavit, tres affectus, amor, spes & timor concomitari debent: Quod si prior deficiat, timor solus pro honoris indicio nullo modo haberi potest; stultum enim esset, ei non cedere, cui nocendi facultas. Si argumentum à potentia & timore valeret, illi gentilium possent prætextum se excusandi inde quærere, qui Diabolum ob suam potentiam colunt, ne ipsis noceat. Accedit vero præcipue, uti *Puffendorfius* § 14. ostendit, omnia potentiæ indicia nil nisi jus imperfectum ad consequendum ab aliis honorem producere, adeoque eum, qui libertate naturali gaudet, non cogi posse ad tribuendum illum honorem. Quod si vero alter per vim Imperii illum extorquere vellet, tunc sane non esset signum honoris, sed metus potius. Concessi equidem, potentiam ad constituendam primo inter pares præcedentiam nonnihil conferre; sed constitutam jam, altisque nixam radicibus nova alterius felicitas & hesternæ potentiæ vel divitiarum accessio labefactare nullo modo potest. Nam, si ad has externas conditiones confugere velimus, in singula fere momenta omnium Principum præcedentia periclitaretur, neque unquam solida sede consisteret; quandoquidem cum nullo ita comparatum est, ut non dignitatum & regnorum peculia in perpetuo fluxu sint, crescantque, decrescantque. Quodsi hoc fundamentum sufficiens esset, Turcarum Imperator Romanum Imperatorem utique præcederet, & sequeretur exinde hoc absurdum, quodsi fortassis novus Rex aliquis crearetur, cujus fines la-

 tius

tius extenderentur, quam extenduntur regna Imperatoris Germanici, quod ipsi Imperatori propterea esset praeferendus. Hinc recte à Clarissimo *Gothofredo P. I. cap. 3.* dicitur, quod de Regia Majestate hoc semper judicium esse debeat, ut, licet unius scopuli terminis finiatur alicujus regnum, modo superiorem non agnoscat, aequalem tamen dignitatem cum potentissimo habeat, ut *Scholastici* loquuntur *intensive*, etsi non *extensive*, quo etiam Logicus ille Canon: Majus & minus diversas species non constituunt, pertinet: Et doctissime *Puffendorfius l. c.* §. 18. infert, quod si alicui Regi tantum sit virium, ut regnum commode tueri possit, illum sane necesse non habere, ut alteri opibus atque potentia superiori cedere debeat, cum ille in modico ac parvo regno suo idem Imperium, quam alter in laxiori ditione sua, exerceat. Sic Genuensis Civitas, quae solis fere moenibus concludi dicitur, aeque est Respubl. ac Veneta, quae dominium maris Adriatici sibi vindicat. Videmus hinc, etiam in Comitiis eos Imperii Duces, qui potentia, majori Imperii amplitudine, magnarum opum ac divitiarum affluentia gaudent, aliis potentia longe inferioribus postponi; unde *Menochius Cons. 36. n. 51.* recte hanc consequentiam destruit, dicens: non est bona Consequentia: est potentius, Ergo dignius, & *Goldastus L. III. de Regno Boh. c. 13. n. 10.* recte quoque scripsit, quod non in ditionum, provinciarum & regnorum multitudine, non terrarum ambitu vera Majestas contineatur.

2. Porro quidam statuunt, digniorem esse & habendum, qui nobiliora & majora habet Insignia; sed recte & *Limnaeus IV. 9.* & *Crusius* in Tractatu suo *de Praecedentia cap. 5. n. 6.* hoc argumentum tanquam admodum debile exploserunt, cum adhuc in incerto sit, quaenam Insignia nobiliora, an simplicia, an composita, & illa insuper pictoriis & tectoriis fictionibus sint obnoxia. vid. *Spener in Opere suo Heraldico.*

3. Eodem lubrico fundamento nititur pluralitas titulorum, quam nonnulli tam acriter urgere solent. Multi enim ex Principibus felices se praedicant, si multis titulis, multisque regionum nominibus gloriari possunt, quas vel nunquam possederunt, vel

aliis

aliis cedere coacti fuerunt. Laboravit jam hoc ambitionis morbo *Justinianus* Imperator, qui in *Prooemio Instit.* nomina populorum assumsit, quos nunquam deviceerat, imo ne bello quidem lacessiverat. Pertinet huc quoque *lex Rhodia*, ubi Dominum mundi se appellavit *Antoninus* Imperator. Sed, uti merito alii Principes, qui terras illas vere possident, hæc tanquam somnia rident, sic facile exinde apparet, quam leve sit, exinde argumentum Præced. petere velle. Nam hodie eo fere deventum est, ut tituli non rei veritate, sed opinione hominum nitantur, cum unicuique liceat sibi fingere titulos portentosos; ridiculum certamen ex hoc titulorum concursu, uti bene annotavit doctissimus *Freinshemius*, existeret, si superior is esset habendus, qui talibus excogitandis ingeniosior esset aut impudentior. Hinc *Franciscum I.* Galliæ Regem multitudinem titulorum Hispaniæ Regum jam olim risisse, legitur, & loco ambitiosæ Inscriptionis, qua *Carolus V.* Imperator utebatur, præcepisse, ut literis dicto Imperatori præsentandis præfigeretur: Franciscus Dei Gratia Rex Franciæ & Dominus Gonessæ, qui pagus est minimus fere totius Regni. Interim hoc non eo tendit, ac si illa Elogia Regum atque Principum, quibus vel sanctitas muneris, vel vigor administrationis, vel excellentia virtutis indicatur, parvi facienda esse putem. Minime Gentium! sed Doctissimi *Boecleri* b. m. verbis potius ad sensum meum explicandum utar: *In titulis, quibus augusta Regiæ ac Principalis dignitatis majestas insignitur, dubitandum non est, quin adulatio multa invenerit, amplificaverit, novaverit: sed statim detrectare ista aut abolere ne prudentes quidem potuerunt: & admisso semel exemplo inter pares pro injuria est, imparibus titulis ornari. Quo factum est, ut, quod adulatio à principio fuerat, paulatim ratio fieret.* vid. *Ej. Dissert. de Eleg. Mor. Civ. & Aul. p. 500.* conf. *Ej. Diss. de Auspicio Regio.*

4. Accedo jam ad aliud argumentum, ad pluralitatem scil. dignitatum, cui multi quoque præcedentiam adsignare volunt. Et sane multiplicatio dignitatum præcipue inter privatos præeminentiam honoris tribuit, illeque, qui plures dignitates habet, præferendus vulgo est habenti pauciores. Imo hæc quoque ratio fuit

decisionis *Concilii Basileensis*, cur illud in Controversia de Sessionis ordine inter *Ducem Burgundiæ* & *Electores S. R. Imperii* orta, Legati Ducis Philippi prælationem adjudicaverit, quod Burgundus majorum quinque Ducatuum & quindecim Comitatuum, aliorumque præterea plurium eximiæ ubertatis Dominiorum possessor & Dominus esset, quæ *Sanmarthanorum fratrum Regis Franciæ Historiographorum* verba sunt ap. *Chiflet. Vind. Hispan. p. 135.* Sed, cum in honorum ordine collocando non tam personæ atque familiæ ipsius, quam officii, dignitatis, sive administrationis, quam quisque gerit, ratio sit habenda, uti bene docet *Arumæus ad A. B. p. 192.* quæritur, an Patres Synodi Basileensis jure illud fecerint? Ut eò melius mentem meam explicem, videndum est, an multiplex illa dignitas sit major una sola, an æqualis, an minor? In priori casu non ob concursum dignitatum, sed potius ob excellentiam majoris gradus præcedentia tribuenda est. In altero prærogativa temporis erit attendenda, in tertio vero omnino Præcedentiam cum jam sæpius allegato *Gothofredo* denego. Nam is, qui duplici dignitate sive ejusdem sive diversi gradus gaudet, exinde supra eum, qui unicam tantum dignitatem superiorem ex illis habet, non titulum ad præcedentiam sufficientem obtinet, adeo, ut ille, qui plures Comitatus exiguos, e. gr. possidet, exinde non possit præferri habenti magnum Comitatum quendam antiquiorem. Ergo pluralitas non efficit aliquem digniorem, quando singulæ non sufficiunt ad excludendum eum, qui alioquin magnam unam obtineret dignitatem. Objiciuntur quidem leges nonnullæ, quas citat doctissimus *Gothofredus P. I. cap. 3. th. 27.* sed, eas ad hodiernos dignitatum gradus non trahendas esse, ostendit *eod. loco*, uti non magis regulam illam: Duo vincula uno fortiora esse. Dictum enim illud obtinet in vinculis, quæ aut à natura, aut à consilio, non, quæ à fortunæ beneficio promanant. Praxis quoque omnem ejusmodi ratiocinationibus efficaciam præclusisse videtur, nec in Comitiis Comitem & Baronem simul ob duplicem illam dignitatem simplici Comiti præferri unquam, constat, modo hic tempore prior sit.

5. Anti-

5. Antiquitas Regni atque familiæ quoque in hunc Censum venit. Hoc argumentum non in totum rejicio, sed in eo tantum casu, in quantum à multis scriptoribus ad Præcedentiam Regum atque Principum modernorum stabiliendam ridiculo modo gentium ipsarum origines ab *Adami* vel *Noachi* temporibus *Pseudo-Berosi* sæpe ab *Annio Viterbiensi* confícti autoritate arcessuntur. Ostendit Clarissimus *Gothofredus Cap. I. th. 5. & Cap. II. th. 16.* quam varie peccetur, si de vetustiori familia vel domus Principalis ortu disquisitio instituatur, &, quam absurde ad vetustiorem formam assurgatur, ut inde titulos petere velimus. Extant plurima hac de re Exempla Scriptorum Hispanorum, qui res gestas veterum Hispanorum jam inde a *Tubalcaino* ad Regum suorum Præcedentiam arcessunt. Nota quoque est *Ægyptiorum* & *Scytharum* de vetustate concertatio, quam refert *Iustin. L. 2. C. 1.* Similis contentio inter Athenienses & Argivos olim fuit memorante *Isocrate* in *Panathenaico.* Refert quoque *Crusius L. I. C. 6.* multa absurda de Bohemorum, Danorum atque Saxonum aliarumque gentium fabulosa Origine. Sed hæc omnia, quæ de primordiis atque ortu populorum vulgo adferuntur puerilibus fabularum nugamentis, mendaciisque sunt referta, ut illis igitur fides merito sit denegánda.

Ceterum, quamquam in deductione antiquitatis multum fabulis, uti hactenus est ostensum, tribuatur, tamen a me illud impetrare non potui, ut cum Illustrissimo *Puffendorfio*, cujus manes alias summe veneror, durationem temporis plane rejiciendam esse, putem; credo potius, quod si constet de certa originis antiquitate, eam quam plurimum ad dijudicandam inter pares præcedentiæ quæstionem facere. Dicit Illustrissimus *Puffendorfius*, Principatus aut regna modo sint libera, nec ab alio dependeant, parum sane interesse, quamdiu hoc jure sint gavisa. Sed, quamquam non negem, multum fati benignitati & bonæ administrationi regentium adscribendum esse, quod hoc vel illud regnum diutius floruerit, interim tamen jus præcedendi tali regno disputari non poterit.

Dixi jam antea, hanc Præcedentiæ Controversiam ex moribus & consuetudinibus gentium maxime esse dijudicandam; exempla vero, quo meliorum sunt temporum ac populorum, eo plus habere debent autoritatis: Jam vero à moratioribus gentibus semper locus honoratior antiquitati est datus. *Plinius* scribit: Senectutem in urbibus sacram esse *ep. 8. L. VIII. ad Maximum & Bodinus* memorat *L. 1. de Republ. c. 8. n. 149.* Augustum, prout quæque Respubl. antiquitate superior existeret, ita dignitate priorem esse, voluisse. Apud *Romanos* quanti semper fuerit æstimata antiquitas Originis & familiæ, ex appellatione *Novorum hominum* dilucide apparet; dum plebejos, qui claros majores nullos habuerant, quique ipsi primi lucem generi suo attulerant, ita appellare consueverunt. Hinc ex hac antiquitatis & dignitatis perennantis ratione *Rex Franciæ* post Imperatorem primum inter *Regem Hispaniæ* aliosque Principes obtinet locum, quia mox post annum 400. jacta sunt fundamenta Regni Franco-Gallici, cum alia regna in obscuritate adhuc laterent, aut vilis pars servientium essent. Neque etiam *Chifletius* acerrimus Hispanicæ Prærogativæ defensor rejicit hoc præcedentiæ fundamentum, aut antiquitatem hanc *Francici Regni* negat, sed ex his omnibus potius concessis, quamvis infeliciter probare voluit Hispaniæ Regis προεδρίαν, quem vetustiore gradu ex *Merovingica* & *Carolingica* stirpe prognatum *Capetingicos* Reges antevertere, demonstrare voluit *Vind. Hispan. pag. 93.* Et Papa *Pius IV.* cum Legatus Hispanus à sententia Senatorum Venetorum ad Curiam Romanam appellaret, præcipue hac ratione motus declaravit, debere præcedere Legatum Regis Galliæ sub fundamento, quod Galliæ Regnum sit antiquius Hispaniæ.

6. Urgent porro Regulam illam: Ex facto sumitur Jus, ergo facto mutato jus quoque mutari debet, quodque non præteriti, sed præsentis temporis in quæstione de Præcedentia sit habenda ratio. Urget hoc quoque Illustris *Puffendorfius* §.17. *l. c.* dicens: *ex præsentibus quemlibet esse æstimandum, præterita non amplius, futura nondum ad nos pertinere*, & *Besoldus in Dissert. de Præced. p. 133.* hoc quoque argumentum propugnat, & ad Regem Hispaniarum

appli-

applicat, quod sc. cum factum & circumstantiæ ratione Hispani per accessionem multarum ditionum sint mutatæ, merito Jus antiquum Regi Galliarum nihil prodesse debeat. Sed hæc quidem recte procedunt, si talis contigerit mutatio, quæ substantiam dignitatis afficit; tum enim jus possessionis & factum & præcedentiam quoque mutari ac innovari fatendum est; ast, si accidentalia tantum mutantur, & substantia prior dignitatis immutabilis permanet, Jus antiquum minime immutari debet. Probat hoc clarissime *lex 76. ff. de Iudiciis*, ubi JCtus Alfenus illud exemplo a Legione desumto illustrat, quod scilicet illa Legio, ex qua multi decesserunt, & in quorum locum alii subjecti sunt, semper eadem maneat; quodque navis, si etiam adeo sæpe refecta esset, ut nulla tabula eadem permaneret, quæ non nova fuisset, nihilominus eadem semper navis existimetur. Confer ea, quæ Celeberrimus *Gothofredus* de Controversia Præcedentiæ inter Ducem Florentinum & Ferrariensem exorta, & a *Carolo V.* in favorem prioris decisa profert *Cap. I. th. 5. & Cap. III. th. 16.* ubi tamen quædam non male in dubium vocari videntur.

7. Converto me jam ad ordinem scripturæ, quem multi tanquam argumentum omni exceptione majus allegare solent. Ego, quamquam publicis monumentis, Rescriptis Principum atque subscriptionibus Recessuum non parvam autoritatem tribuam, præcipue quando Lege, Albo, aut alia matricula certa dignitatum distributio fit, & illa nominatio expresse facta est ad ordinem inducendum; tamen uti hæc omnia sub limitatione quadam sunt accipienda, ceu infra ostendam, sic, si in genere dicendum quod res est, ex simplici & enunciativa demonstratione personarum vel locorum non tutum Præcedentiæ argumentum desumi potest. Ubi enim constat de majori dignitate vel Præcedentia, ordo Scripturæ nullam conciliat illationem, nec ordo scripturæ spectatur, uti expressum textum *ff. l. 6. de solut.* habemus, sed potius ex jure sumitur id, quod agi videtur. Præter alios Scriptores, qui infinitis exemplis fragilitatem hujus argumenti probarunt, videri hac de re quoque potest jam sæpe allegatus *Gothofredus C. II. th.* 13. ubi

in

in notis etiam triplices hujus rei adducuntur rationes. Prima, quod ſcriptores, dum ſimpliciter enunciare & demonſtrare perſonas atque locos volunt, de ordine minus ſint ſolliciti. Secunda, quod non omnes in materia Præcedentiæ verſati ſint. Tertia, quod nonnulli retrogrado & inverſo ſæpe more a minoribus ad majores aſſurgere eadem oratione interdum ſoleant. Multi quidem obſtare videntur textus tum *Iuris Canon.* tum *Iuris Civ.* ex quibus evinci poſſet, illum, qui poſteriori loco ſcriptus eſt, minoris dignitatis eſſe illo, qui priori loco ſcriptus reperitur, ſed illos commode ex adducta limitatione conciliari poſſe credo. Quod ad argumentum ex *Subſcriptionibus Receſſuum*, ut ſpeciatim jam de Germania agam, petitum attinet; illud à multis urgeri ſolet, & videmus paſſim, ſi in Comitiis de Seſſione inter Principes & Status Imperii lis oriatur, Legatos ad Subſcriptionem Receſſuum inprimis recurrere ſolere: Ego, quamquam illud non prorſus rejiciendum eſſe putem, præcipue, ubi cum aliis ad Præcedentiam ſtabiliendam inſervientibus argumentis concurrit, tamen, ſi nullum aliud quam à ſola Subſcriptione Receſſuum extaret argumentum, illi tuto inhærere nollem. Conſtat enim ex ipſis Receſſibus, Status Imperii promiſcua ſede interdum uſos eſſe, prætereaque frequenter per interpoſitas proteſtationes jura ſua conſervare ſolent, ut adeo ejusmodi ſubſcriptiones nulli ſtatuum præjudicium afferre poſſint. Vid. inpr. *Rec. Imp.* zu Augſpurg *de anno* 1555. §. 142. Es ſoll auch die Seſſion &c.

8. Sunt alii, qui eum digniorem eſſe ſtatuunt, qui vel majorem habet diſtrictum, vel in nobiliores dominatum exercet, quod argumentum connexionem quandam habet cum primo à Potentia deſumto: Sed nec huic opinioni adhærendum eſſe, allegati ſcriptores ſatis ſuperque oſtenderunt. Hæ enim qualitates non ſunt a legibus animadverſæ, ut propterea quis alteri ſit præferendus, &, uti jam ſupra audivimus, quod non ex ſpatiis externæ magnitudinis atque potentiæ regnum aliquod ſit metiendum, ita nec à conſideratione ſubditorum prærogativa dignitatis dependere poteſt. Nam, ſi potentia, divitiæ aliaque externa

bona

bona in ipsis Principibus non debent attendi, multo minus in subditorum personis sunt attendenda. Videmus, idem evenire apud Ecclesiasticos; Episcopus n. ideo non est altero dignior, quod majorem habeat diœcesin, sed ejus dignitas maxime à præstantia ordinis aut prærogativa temporis dependet, nam, qui prius in ordinem est receptus, & si minorem habeat jurisdictionem, alteri præfertur: & sic quoque apud seculares inprimis inter pares amplior ista Jus dicendi Potestas non consideratur sed antiquitas dignitatis. Pertinet huc A. B. textus circa præcedentiam Electorum *c. 23.* ubi §. 2. hæc verba leguntur: *Primum autem vel secundum sive tertium hoc casu, secundum quod prius vel posterius quilibet eorum consecratus existit.* Limitationem tamen hujus Regulæ de promotionis antiquitate observare est in *Codice Theodosiano Lib. VII. Tit. 3. L. 1.* cujus hæc sunt verba: in omnibus qui militiæ nomen dederunt ratio est habenda meritorum, ut is potissimum potiorem adipiscatur gradum, qui meruerit de labore suffragium, *nec quæratur, quis militarit prius, sed quis manserit in studio apparationis adsiduus.* Verum ille quidem textus speciatim agit de promotione in vacantem & superiorem militiæ gradum; potest tamen huc ita traduci, per analogiam juris, ut dicatur promotionis antiquitatem præcedentiam tribuere tantum *ceteris paribus.* Sed & in ipsa promotione aliquando occurrit differentia; ita in *C. Theod. d. tit. l. 2.* disponitur, ordine promotum sive eum, qui per continuatum ordinem laborum *gradatim*, uti vulgo loquimur, ad altiorem militiæ gradum adscendit, præferendum esse ei, qui per *cæleste oraculum*, uti verba habent, id est per Codicillos Principis fuit eò promotus. Hæc tantum obiter. Non igitur ex majori jurisdictione (per quam hic districtum intelligo) neque ex dominatu in nobiliores subditos desumenda est aliqua prærogativa: cum exinde sequeretur, Imperatorem Romano Germanicum hodie nobiliorem esse, quam olim, cum Duces, Comites mera tantum essent Magistratuum nomina, quod tamen nemo dixerit. Respicienda est potius in Præcedentiæ juribus propria Principum dignitas, sive character, juxta quem vel sunt Imperatores, Reges, Duces vel Comites: cui, si illæ temporis aliæ-

que circumſtantiæ ſuperaccedant, ex uſu inter gentes recepto, ad quem ſæpius provocare ſolent, aliquid ad Prærogativam contribuunt.

9. Illud quoque axioma, quod is ſit præferendus, qui à majore dignitatem accepit, cum grano ſalis eſt accipiendum. Quamquam enim à majore ordinatus vel dignitate auctus præcedere debeat à minore ordinatum, & nobilis ab Imperatore creatus præferatur à Duce creato, tamen primo temporis aut aliarum qualitatum paritas hic venit attendenda. Deinde nobilis unius regni non ſemper cedere debet nobili Germaniæ; nam, ut maxime Imperator ceteris Regibus præferatur, attamen ſubſtantia dignitatis Imperararatoriæ cum Regia eadem eſt. Ita quoque videmus Angliæ aut Hiſpaniæ Reges id jus á Cæſare l. à Pontifice non habere, ſed populi eos Reges ſibi conſtituerunt. Cedentne ergo iis Regibus, qui vel à Cæſare vel à Pontifice hanc dignitatem acceperunt? minime Gentium. Comprobari hæc poſſunt, uti *Menochius* oſtendit, veteri exemplo: Cum enim olim Auguſtus Cæſar Provincias cum ſenatu diviſiſſet, in ſuas quos mittebat, Præſides nominabantur, quos vero ſenatus in ſuas mittebat, Pro-Conſules appellabantur. Horum vero dignitas major erat, etſi non à Cæſare, ſed à ſenatu mitterentur. Præſides enim faſces non habebant, Pro-Conſules vero ſex faſcibus & magiſtratus Inſigniis utebantur, atque ſimul ac urbe exiiſſent, ſumebant jurisdictionem Voluntariam etiam extra Provinciam, quam Præſides non exercebant.

10. Quidam etiam Ætati prærogativam adſcripſerunt, id quod lubenter cum Domino *Gothofredo* concedo, ſi paritas dignitatis ac temporis adſit; nam, ubi omnimoda æqualitas, ibi naturales & genuini honores rurſus exoriuntur. Cæterum ætatis & ſenectutis ratio in publicis præcedentiarum controverſiis non debet attendi, & *Cruſius*, qui hoc argumentum tanquam præcipue ad Jus Præcedentiæ pertinens urget, operam hac in re luſiſſe videtur, cum allegata exempla vel ex pacto ſint orta, vel ad Curialia & urbanitatem ſint referenda: Exempla autem *a Goldaſto* in opere ſuo *de Majorit.* allata pactum aliquod atque Conſuetudinem particularem, non generalem, inducunt.

11. Alii, etiam loci atque regionis, cui quis præeſt, rationem

nem habendam esse, contendunt, variaque de locorum præstantia adducunt elogia; sed, quam fragile hoc sit argumentum, omnes de hac materia scribentes agnoverunt. Et, quanquam dignitas & præcedentia Primatuum Ecclesiasticorum olim ex Provinciarum dignitate pependerit, idque principii quasi loco habitum, ut, prout Civitatis dignitas à Principe efferretur, ita & Episcopi simul eveheretur; Ita enim ex vetustatis relatione constat, ordinem Sessionis & subscriptionis Episcoporum observatum fuisse in *Concilio Nicano* non ex cujusque merito, sed ex Urbis & Provinciæ dignitate, cui quis præsidebat: Attamen hæc ad Principum atque exterorum præcedentiam nihil faciunt, cum uniuscujusque præcedentia sit metienda ex sua dignitate, non extra, ac multo minus ex loci ratione. Ridiculum igitur est argumentum, quod *Valdesius* non parum urget, quod scilicet Hispania sit principium & caput Europæ, &, si DEO placet, Virginis, ut Geographi describunt; Quæ omnia vero non digna sunt, ut illis immoremur.

12. Citant quoque huc nonnulli Curialia, eaque omnia, quæ vel jure hospitii, vel urbanitate, vel patientia familiari nonnunquam deferuntur: Ea vero uti nullum jus vetum tribuunt, ita nec alteri præjudicare debent, *argum. L. 31. ff. de operis libert*: adeoque, ubi de actibus possessoriis agitur, à publico præcedentiæ jure diligenter seperanda sunt.

SECTIO III.

IN QUA ARGUMENTA PRÆCIPUA AFFERUNTUR, EX QUIBUS SECUNDUM ICTORUM COMMUNEM SENTENTIAM CONTROVERSIA SESSIONUM DECIDENDA MANET.

POstquam varias Opiniones variaque argumenta Clarissimorum Virorum de finiendis hisce Præcedentiæ Controversiis allgavi, simulque ostendi, has sententias ita esse comparatas, ut neque in Possessorio neque in Petitorio in dijudicanda hacce gravissima lite tuto illis inhærere possimus; Nihil aliud superest, quam, ut ea argumenta adducam, atque examinem, quæ verissime stringunt,

quæque vim atque autoritatem ſibi conciliant, ut quis nitens illis fundatam intentionem habere dicatur.

In tranſitu liceat paucis quæſtionem attingere, qualia ſc. decidendi fundamenta adhiberi debeant, & unde illa ſint deſumenda. Fatendum hic eſt cum Celeberrimo *J. H. Bæcklero b. m.* in *Diſp. „ de Congreſſ. Princip. th. 34.* „ Omnino difficile eſſe, de Præcedentia Principum regulas tradere; cum in eo liceat forte *cras credere, hodie nihil.* Sunt nonnulli, qui omnia ex Jure Civili atque Canonico deſumi poſſe credunt, ſed illa Jura nobis certas atque ſufficientes regulas tradere non poſſe, unicuique liquet, cum *Jus Civile Juſtinianeum* multos Magiſtratus, ſtatuumque ordines ignoret, &, immutatis cum Imperii forma dignitatibus, multa quoque Juris axiomata ſimul ſublata ſint. Interim tamen Jus Civile in his Controverſiis non parvum habet vigorem, & *Gothofredus*, (quem ducem in plerisque ſecutus ſum) in *Protheoria p. 14.* dicit: neque plura neque certiora hanc ad rem principia aliunde, quam ex Jure Civili peti poſſe, Jurisque Conſulti ideo proprium munus eſſe, de Præcedentia reſpondere. Illi igitur mea ſententia recte incedere videntur, qui in hujus Controverſiæ deciſione Jure Civili, in quantum ad præſentem ſtatum noſtrum allegabile eſt, utuntur, potiſſimum vero ejusmodi argumenta urgent, quæ ſine controverſia atque contradictione in Conciliis & Conventibus publicis recepta, & in veteri obſervantia atque moribus fundata reperiuntur. Nam obſervantiæ & conſuetudinis cum in omnibus fere rebus tanta vis ſit, quanta ipſius legis *l. 32. ff. de LL.* tum in hac Diatriba maximum ſibi vindicat locum; quare & allegatus clariſſimus *Gothofredus* totum hoc negotium Prudentiæ Politicæ potiſſimum adſcribit, quod magis in moribus, quam in jure conſiſtere videatur. Licet jam id mihi non ſummam, ut in tam difficili atque ardua materia me recte procedere confidam, tamen lubet aliquid experiri, argumentaque talia producere, quæ ad hujus litis deciſionem maxime apta communiter á ICtis & Politicis creduntur.

Uti autem ſæpe accidit, ut quis diverſo reſpectu digniſſimus, modo minor & minus dignus ſi altero; ita ſecundum diverſitatem

qualitatum,

qualitatum, quibus gaudet, diverſo quoque jure utitur. Multa in Imperio noſtro Germanico exempla habemus obvia, in quibus hæc diverſitas apparet. Sic Rex Sueciæ ratione Ducatus Bremenſis olim, & Pomeraniæ hodiæ, tanquam Status Imperii conſideratur, ratione vero Regni Suecici neminem Superiorem agnoſcit, & hinc etiam ob duplicem hunc diverſum reſpectum diverſa occupat loca. Nam, uti tanquam Rex in regno ſuo primas tenet, ita in Comitiis ſuo ordine juxta receptam antiquitus poſſeſſionem ſedere debet. Hæc omnia bene ſunt obſervanda atque ſeparanda, ne in deciſione hujus graviſſime litis fallamur. Non ſemper enim major dignitas facit aliquem præcedere, niſi illa ſit ordinata ad actum illum, pro quo tractatur de Præcedentia, & ſic pluribus dignitatibus decoratus modo unius reſpectu, modo alterius, aut præcedit, aut ſequitur.

Cæterum in jure Præcædentiæ duplex potiſſimum ordo dignitatum notandus venit, nempe Temporis & Qualitatis ſive Majoritatis: Hinc duplices quoque inde elicimus regulas, quarum prima eſt, quod inter æqualem dignitatem poſſidentes ordo temporis ſit obſervandus, isque alteri ſit præferendus, qui prius dignitatem eſt conſecutus, quam jam ſupra attigi. Altera hæc erit, quod major dignitate minorem, licet ſit tempore prior, præcedat; cumque ordo majoritatis ordine temporis prævaleat, ab hac regula initium faciam.

I. Eſt axioma illud, quod majores dignitate aliis in minore dignitate conſtitutis ſint præferendi, non ſolum notiſſimum, ſed apud omnes gentes moratiores quoque approbatum; inde in Germania alibique illud non modo inter Eccleſiaſticos ſed & ſeculares Principes obtinere videmus. Ita Pontifices Cardinalibus, Archi-Epiſcopi Epiſcopis, Presbyteri Diaconis in Seſſionibus præferuntur, juxta *C. præcipimus ult. diſt. 93.* Eodem modo Reges Principibus, Archi-Duces Ducibus, Duces Comitibus, Comites Baronibus, hosque Nobilibus anteponi, quotidie conſpicimus, & ex actis Comitiorum patet. Infinitæ operæ eſſet hiſtoricæque potius collectionis, hoc argumentum urgere, ſed merito hiſce ſuperſedeo, cum

major dignitas apertus ſit præcedentiæ titulus, qui ſcil. ex manifeſto publiceque conſtituto ſive recepto dignitatum ordine naſcitur. Hinc etiam ſequitur, nullum in hac majoritate obſervandum Te temporis ordinem, ſed illum ſtatim potiorem prioremque eſſe, qui majorem obtinet autoritatem, quia Prærogativa dignitatis & qualitatis altera ſemper prævalet.

II. Converto me jam ad alteram illam regulam, quæ ex ordine temporis vim ſuam trahit, quæque efficit, ut in uno eodemque genere dignitatis is ſit præferendus, qui prius dignitatem eſt conſecutus, eamque actualiter exercuit. Hæc prioritas temporis, uti jam dixi, ſolum inter habentes æqualem dignitatem attenditur, nam inter impares aut inæquales dignitate prima regula locum ſibi vindicat. Conveniens hoc eſt Juri Romano; proinde graviter Theodoſius & Valentinianus in *Conſtitutione de ordine inter Conſules ſervando in l. 1. C de Conſulib. Quis enim in uno eodemque genere dignitatis*, inquiunt, *prior eſſe debuerat, niſi, qui prior meruit dignitatem, Conf. l. 11 de albo ſcribendo & tt. C. Theod. quis in gradu præferatur*, ubi aliquot hujus Regulæ exceptiones habentur, multæque aliæ leges, quas citat *Gothofredus p. 80.* in notis. Probant hoc quoque textus Juris Canonici *cap. 1. de Majoritat. & Obed. cap. Epiſcop. 72. diſt.* & *Grotius* hoc argumento ad ordinem inter pares ſtabiliendum *L. II. c. 5. §. 21. de J. B. & P.* quoque utitur. Hinc videmus, eum, qui titulum Ducalem prius nactus eſt, poſterioribus illum adeptis præferri ſolere. Idcirco Collegia Politica ac Sacra prius publice probata, priusque Sacris uſa aliis præferuntur. Sic etiam reſcripſit Gregorius Magnus *l. 7. Regeſt. ep. 112.* Epiſcopos ſecundum ordinationis ſuæ tempus ſive ad conſidendum in Concilio, ſive ad ſubſcribendum, vel in qualibet alia re, ſua attendere loca decernimus, & ſuorum ſibi Prærogativam ordinum vindicare. Hinc etiam conſtat in Conciliis Epiſcopos in Seſſionibus & ſubſcriptionibus illum locum ac ordinem tenere, quem habent a tempore ordinationis, nec dignitas Eccleſiarum attendi ſolet. Atque hinc recte ſtatuitur, quod, qui prior fuit tempore, potior etiam ſit in honoribus & privilegiis ejusdem

dem dignitatis. Ita inter Romanos Consulares præferebatur is, qui prior gesserat Consulatum, etiamsi posterior bis Consul fuisset. *Cujacius ad l. 2. C. de Consul. l. 12.* Elegantem hujus rei affert rationem Imperator Justinianus, *quod repetiti fasces Consulares virtutes equidem sæpe meriti comprobent, sed dignitatem non augeant; quia nihil est altius dignitate.* Ergo alia est meritorum & sic repetitæ dignitatis ratio, quam Ethica sequitur; alia dignitatis ipsius, quam Politica; ubi vero de Præcedentia agitur, dignitatis solius inprimis habetur ratio; non personæ dignitatem gerentis. Breviter: personæ merita non attenduntur in hoc concursu, sed dignitas ipsa, & circa dignitatem ipsam temporis tantum & Prærogativa & prioritas. Ubi tamen hæc monenda sunt, quod prior tempore interdum à posteriore vincatur, si actu posteriùs dignitatem administraverit, etsi ea dignitate prius altero investitus fuerit: ut ecce pater Consiliarii dignitatem gerens, in filium transtulit vivus spem dignitatis (*il l'a fait pourvoir à survivance*) idque ita adprobatum à Curia: Patre ad mortis usque tempus in officio suo perstante, alii ad Consiliarii munus evecti sunt, idque actu administrarunt: Mox mortuo Patre filius, quem dixi, per mortem patris ad munus Consiliarii jam actu administrandum promotus est: Quæri cœpit an filius illos postea cooptatos, sed qui prius administrarunt, præcedere deberet, an subsequi? Et vero Curiæ Parisiensis & Tholosanæ placita extant A. 1551. 1560. 1596. in spem dignitatis prius acceptum & cooptatum cedere oportere in actu prius constitutis, etsi posterioribus. Ceterum pro asserenda præeminentia hoc firmum manet argumentum, quod, qui prior dignitatem adeptus est, prior quoque fasces sumat, & in Sessionibus, sententiis dicendis & Subscriptionibus merito præferatur.

III. Non minorem in decidendis sessionum controversiis vim obtinet, si Lege, vel Pragmatica aliqua Constitutione loca certa sunt adsignata. Habemus auream Bullam tanquam ejusmodi legem in Imperio nostro Germanico, in qua quoad dissidia Sessionum & Præcedentiæ Electoribus certos terminos atque limites Carolus IV. posuit, eosque præ reliquis Principibus multis maximis

misque Prærogativis condecoravit. Optandum esset, ut in reliquis ordinibus certa quoque sedendi ratio per leges aliquas adinveniretur, sed, uti *Arumæus in Disc. de Comitiis* annotat, singulis fere Comitiis novarum litium clamoribus atria & subsellia personant. In Jure Romano invenimus ejusmodi Constitutiones: pertinet huc *tt. in Cod Theodosiano Libr. III. septimus. Quis in gradu præferatur* item *tt. Cod. Lib. VI. 5tus. Ut dignitatum ordo servetur,* cui parallelus est in *Cod. Justinianæo Lib. XII. tit. 8vus*; Et inter Ecclesiasticos quoad præcedentiam multorum Pontificum bullæ quoque extant. Spectat huc *tt. X. de Majoritate & obedientia Lib. V. tit. 33. Add. dist. 21. 22. & 23. can. 6. dist. 74. c. 5. dist. 8. c. fin. dist. 93. 96. & 99. C. 2. q. 6. c. 12. & 14. C. 8. q. 4. C. 9. q. 3. C. 9. usque ad fin. Dist. 5. de consecr. c. 34. Extravag. Joh. XXII. c. Extravag. comm. Tit. VIII. L. 1.* Et certe, si ejusmodi adsunt leges, illæ omnino sunt observandæ quia justum præcedenriæ dant titulum.

IV. Consuetudo, inprimis vero possessio vel quasi, item actus possessorii non minus, quam lex, ut inter Privatos, ita inter Principes gradu pares justissimum quoque sunt Prærogativæ præsidium. Jus enim Civile non solum dicit, melius esse possidere, quam petere, sed & Jus Naturale, uti *Grotius L. II. c. 23. §. 11.* ostendit, dictitat, in pari causa conditionem possidentis meliorem esse, & consensu quoque gentium approbatum est, magnam semper habendam esse rationem possessionis. Hinc etiam in materia præcedentiæ quoad Possessorium pro Regula ab omnibus Dribus ponitur, quod is tuendus sit, cui Sessio, de qua controvertitur, ex usu competiit. Ex solo enim actu possessionis interdum desumitur decisio, ut testatur *Ruinus*, & *Riccius* notanter asserit, quod is in Præcedentiæ Jure fundatam habeat actionem, qui in possessione tempore motæ litis reperitur. Idque juri nostro maxime est consentaneum; nam pro possessore in dubio est respondendum l. 9. §. 4. *ff. de Publ. in rem act.* & is, qui in possessione est constitutus, defenditur Interdictis retinendæ possessionis, aliisque Remediis, quæ ex Jure possessionis constitutæ descendunt. Vid *Lauterb. Op. Maj. L. XLI. 2.* Ita in Gallia quoque pronunciari solet; *vid.*

vid. Rouillard en ses Reliefs forens. ch. 4. ubi recenset, in conventu Clericorum controversiam circa præcedentiam ortam fuisse inter Abbates Regulares & Commendatarios ab una, & Archidiaconos, Decanos, Præpositos, aliosque in dignitate ecclesiastica constitutos ab altera parte, additque judicatum fuisse pro Abbatibus ex ratione: *qu'ils avoient deja la possession.* Hûc etiam spectat *Constitutio* Regia *de A.* 1695. concernens jurisdictionem ecclesiasticam; ubi art. 45. habetur: *voulons, que les Archeveques, Eveques & tous autres Ecclesiastiques -- soient maintenus dans tous les honneurs, rangs & seançe,* NB. *dont ils ont joui jusqu'a present*; unde patet, generaliter pro fundamento præcedentiæ in Gallia haberi possessionem. Ita apud *DuFresne lib. 3. c. 8.* refertur, ex eodem fundamento pro Præfecto Regio judicii inferioris, qui simul erat Advocatus in *Præsidiali* judicio, quod dicimus, in causa præcedentiæ pronuntiatum fuisse contra omnes reliquos Advocatos, licet antiquiores. Imo nec in Possessorio solum, sed & in Petitorio pro eo, qui per decennium jus præcedendi quasi possedit, recte pronunciari, scribit *Fab. de Anna Cons.* 40. *n. 8.* Probat qnoque *Mevius p. 3. dec. 46. n. 4.* & *p. 6. dec. 173.* quod semper præsumtio sit pro Possessore, etiamsi injuste possideat, *conf. l. 2. ff. uti possid.* Et, licet quis bonam non habeat possessionem, potest tamen manu armata resistere contra illum, qui eum vult amovere; uti docet *Menoch. Cons.* 57. *n.* 41. Non mei jam est instituti, varios illos effectus, qui ex Possessione oriuntur, & quibus possessor defendi potest, latius persequi; hoc tantum monebo, quod hæc Controversia de Præcedentia in Statibus Imperii pariter ex possessione decidi soleat, vid. *Gail. L. I. observ. c. 21.* & hinc est, quod *Knichen* ait: Germaniæ Principes in Comitiis fundare sese concertantes in nuda possessi one Sessuræ vel quasi, allegando actus hinc inde exercitos *c. 2. de Sax. non prov. jur.* Nec desunt hac de re Exempla: Videmus enim *Ferdinandum* Imperatorem in dirimenda lite Ducis *Florentini* & *Ferrariensis* hac potissimum decidendi ratione usum esse, nimirum, quod ita fuerit observatum in aula *Caroli V.* ut *Florentini* oratores præcesserint, & proinde *Florentinus* in quasi possessione con-

ſtitutus obtinuit egregiè, *Modeſt. Piſt. Volum. I. Conſ. 51.* Et expreſſe inſuper declaratur in *Receſſu Imperii Spirenſi de anno* 1570. §. 164. quod quilibet merito in poſſeſſione Seſſionis vel quaſi ſit tuendus, aber inmittelſt ſoll ein jeder bey ſeiner Poſſeſſion vel quaſi, wie die hergebracht/ gelaſſen werden &c. Unde in Reſcripto Electorum & Principum ad Imperatorem ſuper controverſia Seſſionis inter Duces Megapolitanos, & Duces Pomeraniæ, Juliacenſes, Haſſiacos ac Würtenbergenſes Ratisbonæ exhibito d. 16. Aug. an. 1594. inter alia hæc habentur: Indem gleichwohl erachtet wird/ in Erwegung bey etlichen Reichs-Verſammlungen befundener Seſſion, oder anderer im Reich gehaltener Viſitation, Deſignation & Ordnungen/ das Fürſtliche Hauß Mecklenburg in gebührendem Reſpect wohl gehalten werden kan. Ex quibus manifeſto apparet, actus Poſſeſſorios potiſſimum in conſiderationem venire. Hinc & *Corneus Vol. 2. Conſ. 193. n. 14.* tradit, quod actus poſſeſſionis vel quaſi, quod quis in loco ſtetit vel ſedit, antevertendo alium, tribuat prærogativam, quodque talis in eo manuteneri debeat: ut igitur in lite Præcedentiæ his argumentis de Conſuetudine & Poſſeſſione deſumtis ſecundum saniorum Politicorum & JCtorum ſententiam, tanquam peremtoriis, recte uti poſſimus.

V. In Præſcriptione quoque, ea potiſſimum, quæ ſe fundat in immemoriali tempore, magnum auxilium eſt. Volunt nonnulli argumentum hocce plane rejicere, exiſtimantes, præſcriptionem ſolo Jure Civili eſſe introductam, nec alias gentes obligare, fed, quod illa non ſolum apud Romanos, ſed & quasvis moratiores gentes recepta ſit, oſtendit non invalidis argumentis *Conringius in Tract. de Fin. Imp. Germ. c. 19.* & *Grotius L. II. c. 4.* Sic quoque exempla hujus rei in Sacris reperimus literis: Ita *Jephtes Regi Ammonitarum* ſibi vindicanti terras inter Arnonem & Jacobum & ab Arabum deſertis ad Jordanem ſitas, objicit trecentorum annorum poſſeſſionem, & ab eo quærit, cur ipſe ejusque Majores tanto tempore ceſſaverint? Et certe voluit hoc rerum humanarum conditio; quandoquidem nulla reſpubl. firmo ſtaret talo, niſi tale

ſuppo-

ſuppeteret remedium, quo & lites abbreviari, & dominiorum certitudo haberi poſſet: unde haud male *Caſſiodorus* præſcriptionem appellat *patronam generis humani*. Et, quanquam jure Gentium de annorum numero nihil certi determinatum ſit, ſtatuit tamen in genere hoc jus, ſufficere tanti temporis ſilentium in Domino, quantum ad repetendum jus ſuum probabiliter ſatis ſit alii non negligenti & ſufficienter ad repetendum inſtructo, intra quod ſi ſiluerit, jus ſuum pro derelicto habuiſſe cenſebitur. Veriſſime enim *Grotius* dicit: *Credibile non eſt, quemquam ejus, quod vult, longo tempore nullam plane edere ſignificationem idoneam.* Ut adeo Doctiſſimus *Hertius in Diſſ. de modo conſtit. Civit.* recte doceat, præſcriptionem, cum in ipſa naturali ratione fundata ſit, locum inter liberos quoque populos habere, inprimis, ſi priſtinus poſſeſſor tam longo tempore ſiluerit, & acquieverit, intra quod vel juſtis armis, vel ſaltem proteſtatione interpoſita, ſæpe numerò conſulere ſibi potuiſſet. Illi igitur, qui hoc modo jus alterius præſcriptione acquiſiverunt, pleniſſima munitione poſſunt eſſe ſecuri. Hinc Juriſconſulti noſtri dicunt, Præſcriptionem vim habere privilegii *l. fin. ff. de aqu. quotid.* imo vim legis *l. 1. §. fin. in ſumma in princip. ff. de aqu. pluv. arc.* & ipſum titulum eſſe, nec alium titulum deſiderare. Hinc *Menochius* dicit: quod is, qui ſemel renunciavit juri ſuo, non amplius poſſit habere regreſſum ad illud *Conſ.* 401. *n.* 100. & iterum *Conſ.* 16. *n.* 15. Eſt clari juris, renunciantem excludi ab omni jure ſuo, *conf. l.* 14. §. 9. *ff. de Ædilit. edict.* Quare etiam Doctiſſimus modo allegatus *Hertius* in *Diſſert. de Super. Terr. p. m.* 320. certum putat, ex legibus Imperii noſtri præter immemoriale tempus nihil amplius deſiderari; *Receſſ. Aug. A.* 1548. §. 50. Wenn auch/ §. 64. Wo aber/ vid. *Inſtrum. Pac. Oſnabr. art.* 8. §. 4. *art.* 9. §. 2. *art.* 15. §. 2. item *Capit. Leopold. art.* 3. Indubitati igitur videtur juris eſſe, quod quis præſcriptione temporis jus quoque Seſſionis & Votandi & Conſenſum præbendi amittere poſſit per *Cap. penult. de Conſuet. in 6.*

VI. Venit jam aliud argumentum à Re Judicata petitum, quod in hac materia non minimum ponderis habet. Scimus,

quam egregios effectus Exceptio rei judicatæ in Jure nostro producat, quod scilicet actorem omnesque ejus intentatas actiones à Judicio repellat, quod vim legis obtinere debeat *L.* 38. §. *de ll.* & ejusmodi effectus inter Principes liberasque Respl. quoque tuetur, quando scilicet Principes inter se conveniunt, & tertii alicujus arbitrio se submittunt, aut, si rerum perpetuo ubique similiter judicatarum autoritas adsistat, i. e. constanter in eodem controversiæ genere, contradicto etiam judicio, ubique locorum similiter semper decisum fuerit. Et ex hoc capite Imperatori Sacratissimo præcedentia jure adstruitur super omnes Reges: Nam unanimis Christiani orbis Principum & gentium consensus hoc approbat, nec in Conciliis & Conventibus publicis solum, sed & ubique Augustissimis Imperatoribus Reges exteri honoratiorem in Consessu locum sine ulla contradictione tot seculis tribuerunt, vapulante hinc *Auberio*, qui etiam acrem Regis sui censuram expertus est, quod Prætensiones Regis Galliæ super Imperium, ejusdemque prærogativas super Imperatorem adstruere voluerit. Imo ipsi Christianorum & maxime Germanorum atque Imperii capitales juratique hostes, Turcæ, primas Imperatori Romanorum deferunt; vide tamen *Pfeffingerum in Not. ad Vitriar. Institut. Jur. Publ. L. I. tit. V. §. 6. lit. c.* Referri quoque huc debet famosa illa & jam sæpe allegata controversia inter Christianissimum Galliæ & Catholicum Hispaniarum Reges, quæ vero in favorem prioris non solum a Senatu Veneto, a Pontifice, a Concilio Tridentino, a Polono aliisque Regibus decisa est, sed Turcarum Imperatores Amurathem III. & Mahumedem III. pro Regiæ Galliæ quoque pronunciasse, testatur *Leonclavius in Supplem. Annal. Othom.* Tandem huc quoque referenda veniunt testimonia incorrupta, non domestica, quæ non studio partium sunt conscripta, aut extorta, verum, quæ ab exteris potius uno ore profecta, quæ autoritates ad hanc decisionem non parum facere videntur.

VII. Inter pares porro is alteri est præferendus, qui majorem jurisdictionem obtinet. Ex hoc fundamento summi Senatus, quæ *Parlamenta* vulgo vocantur, aliis omnibus Corporibus & Collegiis

legiis præferuntur. Hinc, qui mero & mixto Imperio gaudet, anteponendus est, ceteris paribus, civilem Jurisdictionem tantum habentibus. Et, quanquam majoritas jurisdictionis non semper inferat majorem dignitatem, & præeminentiam, uti hoc videre licet in Judice ordinario, qui, etsi majorem amplioremque habeat jurisdictionem judice delegato a Principe; non tamen semper est illo delegato dignior, nec illi antefertur, sicuti tradunt omnes in *rubr. ff. de officio ejus*, ubi *Purpur. n.* 30. Et majoritas jurisdictionis arguit præeminentiam tantum in ipso actu jurisdictionis, non in omnibus; nam Archi-Diaconus dignior est Archi-Presbytero ratione majoris jutisdictionis, sed tantum quoad jurisdictionalia, non in omnibus absolute, cum in Divinis præferatur Archi-Presbyter: Tamen nihilominus illud ad Præcedentiæ titulos est referendum, cum vulgariter obtinere soleat, ut is, qui major est respectu potestatis sive jurisdictionis ordinariæ, major etiam ab omnibus vulgo putetur, respectu dignitatis & Præcedentiæ. Et, quoniam de majoritate dignitatis agimus, plurimum hic facit habendi modus, prout *Grotius* loquitur *L. l. c.* 3. §. 11. Si de dignitate quæritur, dubium non est, quin ea major sit in eo, cui jus perpetuum datum est, quam, cui temporarium; atque ex hoc Capite *Crusius* Regibus Sueciæ & Daniæ majorem dignitatem adscribit, quia jus regni perpetuum & hæreditarium obtinent, quam Poloniæ Regibus, quibus tantum temporarium ad vitam modo competit. Is tandem major quoque dicitur altero, qui jure suo jurisdictionem administrat, quam alter jure alieno exercet; quia dignior est, qui propria dignitate fulget, quam, qui aliena, conf. *Menoch. Conf.* 902. *n.* 61.

VIII. Iis quoque Præcedentia debetur, qui cohærentiam vel unionem cum Capite habent, ceteris tamen paribus. Qui enim magis cohæret Principi, dignior dicitur; vid. *Felin. de Major. & Obed.* Hinc Cardinales præferuntut aliis Episcopis, & inter Cardinales Ostiensis ceteros præcedit, quia est proximior Domino, ut est *Glossa in §. aliam Inst. de bon. possess.* Hinc Consiliarii secretioris Consilii præferuntur nudis Senatoribus Regiis, licet tempore pri-

oribus. Quare Consiliarius Principis quoque dicitur pars corporis ipsius Principis *l. quisquis ad l. Jul. Maj.* & quidem pars hæc est nobilior illa, quam nudus Senator constituit, sicuti in membris corporis humani unum est altero nobilius & dignius.

IX. Labor quoque muneris dignitatem & præcedentiam ceteris paribus tribuit; nam secundum naturam est, commoda cujusque rei sequi eum, quem sequuntur incommoda *l. 10. de R. I.* & is, qui majores sustinet labores, dignior est illo, qui minores obit, vid. *l. 7. C. de prox. sacr. scrin. it. l 2. C. de Offic. Magist. Offic.* & dignius putatur id, ex quo in publicum major procedit utilitas, per *l. 3. C. de Primipilo l. 1. ad fin. C. de Caduc. toll.* Hinc etiam doctissimus *Puffendorfius L. VIII. c. 4. n. 23.* dicit: *Ordo munerum in universum hic maxime videtur concinnus, si eo major cuique adhæreat dignatio, quo præstantiora negotia & ad summam Reipubl. plurimum facientia per id obeantur*; unde &, qui reapse officium publicum exercent, præferuntur iis, qui muneris tantum titulum & honorem habent, ac inde honorarii e. g. Consiliarii dicuntur, quam in rem illustris est *L. 4. C. Theod. de Primicerio & Notariis*, ad quam omnino conferendus est *Iac. Gothofredi* egregius Commentarius.

Multa adhuc supersunt argumenta, quæ pro titulo Præcedentiæ potissimum inter Reges afferri solent. Ita enim in decidendis hisce Controversiis vulgo ratio habetur rerum bello paceque præclare gestarum, item antiquitatis & prioritatis susceptæ Christianæ Religionis, quam *Chiffletius Vindic. Hisp. cap. 15.* & *Grotius L. II. c. 5. §. 21.* quoque citat, dicens: hunc morem antiquitus in Christianorum Regum ac populorum societate obtinere, ut, qui primi Christianismum professi sunt, in Conciliis ad rem Christianam pertinentibus præcedant ceteros. Sic ab aliis alia arcessuntur argumenta; sed, cum hæc omnia parum ad scopum meum faciant, & magna interdum opus habeant limitatione, illis non inhærendum esse, duxi.

Hoc tantum ultimo loco monendum puto, Præcedentiæ jus semel quæsitum & constitutum perpetuum & immutabile esse, quamdiu videlicet substantia ipsa dignitatis durat atque immutabi-

lis

lis permanet: Quodsi vero hæc dignitas in totum mutata; nam temporariam mutationem jam supra removi; aut præscripta fuerit, tunc etiam Præcedentia ipsa innovatur. Ita, si de Consule Rhetor quis factus fuerit, de Rege Ludimagister, tunc sane priorem locum tueri haudquaquam poterit. Quodsi vero vice versa dignitas aucta atque superior sit quæsita, ut ex Comite in Ducem quis sit creatus, tunc quoque Jus Sessionis mutari necesse erit.

PARS SECUNDA *sive* SPECIALIS.

SECTIO I.

EXHIBENS ARGUMENTA EORUM, QUI NOBILITATI ADDICTI SUNT, INPRIMIS HIPPOLYTI von Treißpach.

SUperiori parte in genere argumenta, ex quibus controversiæ Sessionum dijudicari debent, exhibuimus; superest jam, ut in specie ad institutum nostrum hæc applicemus, quo declaratis parallelis, quæ utrisque tam Civitatibus quam Nobilibus competunt, postea eo facilius de tota quæstione Præcedentiæ judicium ferre queamus. Expendemus autem prius ea, quæ vulgo Equestri ordini adscribuntur. Inter illa inprimis à Nobilibus urgetur.

1. Axioma istud, quod sc. *Majores dignitate* aliis *in minore* dignitate *constitutis* sint *præferendi*. In puncto enim Sessuræ & Præcedentiæ generalis hæc constituta est Regula, ut dignioribus dignior tribuatur locus, *c. Metropolitano dist. 63. c. illud in fin. caus. 8. q. 1. Tiraquellus de Nobilit. cap. 20. n. 51. & 52.* Jam vero secundum Naturam est, ut is dignior & aliis sit præferendus, qui ratione naturalis originis de meliore & nobiliore stemmate ortus est, *Hier. Gigas Cons. 69. num. 74. seq. Natta Cons. 637. num. 7. seq. tom. 3. Coler. Cons. 33. num. 64.* ac in specie, quod Nobiles ignobilibus sint præferendi in Sessionibus, Salutationibus, & id genus præferentiis aliis, manifestum, & communis Dd. traditio est *per l. singuli 2. l. 3. C. de offic. divers. Iudic. l. 1. C. de offic. civil. Iud. l. f. C. ubi Senat. vel Clariss. l. 2. C. ut dignit. ordo serv. Tiraquell. de Nobil. c. 20. n. 51. & seq.*

& seq. Nolden. de statu Nob. c. 13. n. 5. & seq. Hinc omnes moratiores gentes præstantes familias sibi delegerunt, quas colerent & venerarentur. Hoc modo Judæi leguntur coluisse familias eorum, qui à Moyse in Consilium *Sanhedrin* adsciti fuerunt, *Cunæus de Repl. Hebr. l. 1. cap 12.* Græci progeniem Regum ac Heroum; Romani Patricias familias honorarunt. Sic Romulus Romanæ Conditor gentis virtute & genere illustres opibusque præstantes à Plebe discrevit, & Patres appellavit, ex quibus tanquam Seminario perpetuo Senatores omni tempore legerentur, *Dion. Halicarn. L. 2. Antiquit. & lege XII. Tabl.* non permiscebantur Patricii & Plebeji, sed omnino distinguebantur. Quare continuo usu accedente effectum est, ut Nobiles semper maximas Prærogativas præ Plebejis obtinerent. Atque hæc Regula in tantum fundata esse perhibetur, ut etiam consuetudo, quæ minorem majori, ignobilem nobili præfert, nullius ponderis esse existimetur, *Beroj. Cons. 22. num. 20. & seq. Vol. I. Ios. Nolden. de stat. Nob. c. 9. num. 7. seq.* Nec pacto vel consensu expresso id fieri possit, *Rumelin ad A. B. Dissert. I. conclus. 18. & ibi Myler. in addit.*

Hinc nonnulli Interpretes deducunt vocem Adel ab Aquila, vulgo Adler/ & volunt, uti inter volucres illa viribus corporis, oculorum acie perspicaci, & nobilitate quadam animi principatum tenet, sic nobiles quoque supra vulgum & humilem turbam dotibus corporum, bonis animorum & fortunæ muneribus stent ac promineant. *Nold. de Stat. Nobil. cap. 1. num. 12.* Dicuntur Germ. Junckern; quem titulum mutuati sunt à Regum, Ducum, Comitum ac Baronum filiis, quibus olim solus competebat. Asserit namque *Cyriacus Spangenberg l. 5.* der Henneberġischen Chronick *cap. 13. p. 200.* se vidisse antiquum Instrumentum, in quo Regis Daniæ filius subnotatur: Juncker Otto von Dennemarck. Ex his omnibus igitur apparet, Nobilitatem semper in magno honore esse habitam, & adhuc habendam. Unde etiam videmus, qnod, si Imperator aut Princeps alius ob virtutes, præclarasque res gestas aliquem ex plebejis evehere velit, illum plebeja conditione eximere, & in Nobilium classem referre soleat.

2. Ad

2. Ad Basilicas & Collegia Canonica sive Capitula Cathedralia (quæ hohe, freye Stiffter vocantur,) nemo admittitur, nisi nobili stemmate ortus; quod si accidat, ut quis ex patre quidem nobili, matre vero ignobili natus fuerit, tunc non tantum filii ex his nuptiis inæqualibus orti, sed etiam nepotes in tertiam usque stirpem ad ejusmodi honores aspirare minime poterunt. In Ecclesiis Cathedralibus enim nemo Ajax recipitur, nisi cum Ulysse *apud Ovid. L. 13. Metamorph.* sit *Deus in utroque parente.*

i. e. ex Patre & matre nobilis, *Nold. cap. 11. n. 28.* Imo in quibusdam locis etiam ii excluduntur, qui Nobilitatis suæ testimonium a quarto progenitore tam Paterno quam Materno exhibere non possunt. Idem quoque obtinet in ludis equestribus, ad quos nemo admittitur, nisi a quatuor Avis paternis ac maternis nobilitatem docere possit. *Nold. cap. 11. n. 83.* Ita enim expresse *legibus Torneamentorum Henrici I.* cautum est, ut, si quis à Parentibus Nobilibus satus non fuerit, deque sua nobilitate quatuor avorum natalibus docere nequeat, ad ludos equestres non admittatur, per textum in Vertrag und Ordnung über den Thurnier gemacht zu Hailbron von der Ritterschafft der Vierland, und Kayser *Friederich* dem *III. An. 1485. ap. Gold.* in Reichssatz. *part. 3. pag. 25. n. 1. & 2.*

3. Patet quoque exinde Nobilium Germanorum dignitas ac Prærogativa, quod ex iis Reges olim electi fuerint. *Reges ex nobilitate, Duces ex virtute sumunt*; inquit *Tacitus de Moribus Germ. c. 7.* conf. *Cyriac.* Spangenb. im Adel-Spiegel *Part. I. lib. 6. c. 6.*

4. Nobilium porro præ Civitatibus prærogativam ostendit, quod ignobiles capaces non sunt beneficiorum Ecclesiasticorum, (quæ Adeliche Stiffter appellantur,) qui tamen sæpe gradus est, quo nobiles ad altissimas tum Principales tum etiam Electorales perveniunt dignitates; quemadmodum id in Archi Episcopatibus Moguntino, Coloniensi & Trevirensi, itemque in Episcopatibus Bambergensi, Herbipolensi, Augustano, Spirensi, Eichstatensi, Constantiensi aliisque obtinet, quarum omnium dignitatum nulla cadit in personam ignobilem.

5. Pertinent huc quoque Societates, fœdera & Uniones, quas olim equestris ordo in bello & pace cum Comitibus & Baronibus iniit; cujus rei illustria prorsus in Imperatoris, Electorum Principumque Archivis, & in historia Germanica extant documenta. Ita in ludo equestri trigesimo tertio An. 1485. Onolsbaci celebrato, in Societate, quæ ab Urso cognominabatur, præter multos Equites, Marchiones Brandeburgici, Comites Castellenses, Hohenloici, Helfensteinii, Sonnenbergenses, it. Barones Weinspergii aliique continebantur. Idem in Societate à Capricorno denominata, contigisse, refert Casparus

Lerch im ausführlichen Bericht, ob der unmittelbahre Adel ein Stand des Reichs sey? *fol. 18. seq.*

Porro, cum à longo tempore id prærogativæ habuisset nobilitas Germanica, ut in expeditionibus contra Turcas nobilis Germanus Vexillum S. Georgii gereret, atque hoc Privilegium auferre ipsis Bohemi conati essent, factum est vindicandi hujus juris gratia fœdus, cui 27. Comites, 47. Barones, 57. Proceres atque 324. Milites vel Equites adscripti. Sic, postquam Sigismundus Anno 1422. id potestatis nobilibus concessisset, ut ex commodo suo Societates componerent, Civitatesque Imperii in eam reciperent, ortæ hinc sunt variæ consociationes, quæ S. Georgii vocabantur. Comprehensi fuerunt in iis præter nobiles etiam Prælati, Comites, Barones: Id quod illa anno 1488. in octo annos unio confirmat. Unde clarissime patet, sub nomine nobilitatis Imperii, Societatisque San-Georgianæ olim comprehensos quoque fuisse Comites & Barones, ortumque inde nomen *Ordinis Equestris*, quod non speciatim tantum Nobiles, sed & *alii Ordines Imperii* sub eo continerentur. *Casp. Lerch. dict. tractat. fol. 30.* In cujus rei confirmationem producuntur Comites, qui Directores & Duces equestris Ordinis fuerunt, *conf. Dattius in Volum. Rerum Germ. L. II. c. 3.* Producuntur etiam variæ Litteræ à Comitibus, Baronibus & Nobilibus conjunctim sub nobilitatis equestris nomine scriptæ. Hujus quoque Unionis inter Comites Barones & Nobiles argumentum illustre invenitur in Austregarum constitutione, ubi his omnibus communis Austregarum Judex constituitur.

6. Constat, quod hodienum in ordine equestri contineantur plurimæ personæ perillustres, ut in Suevico Vice-Mareschalli Comites Pappenheimenses, Fuggeri &c. in Franconico Comites Hatzfeldenses. Jam vero, si nobili cuidam Baronis dignitas conferatur, si is in matriculam Imperii recipiatur, & in Comitiis comparendi jus accipiat, uti Civitates Imperiales haud dubie ipsi loco cedent; absonum profecto foret, tali noviter creato Baroni plus honoris tribui, quam toti corpori equestri, non unius tantum, sed omnium trium Circulorum; præsertim, cum novi hujusmodi Barones vetustioribus alias facile cedant & ex inveterata consuetudine ad id obstricti sint. Siquidem inter illos, qui dignitate pares sunt, sive eundem gradum & eandem qualitatem dignitatis obtinent, is dignior judicatur, qui prius dignitatem illam nactus est, per leg. 1. de Consulib. conf. *Hippolyt. à* Treysp. *p. 254. seq.*

7. Quodsi vero nobilitatis etiam Equestris territoria, provincias & subditos in tribus circulis consideremus; patebit sane, illam hoc quoque in gradu minime Civitatibus Imperialibus postponendam, sed potius præferendam. Neque enim illustres tantum illæ personæ insignia territoria, sed & plurimi nobiles proprias Civitates, pagos, & vicos possident, quorum ubertate commodisque inde

inde redundantibus cum plurimis Imperii Civitatibus certare possunt, id quod Equestris Nobilitas & Ganerbinatus Fridbergensis testatur, qui Comitatum Kaichensem adhuc hodie possidet.

8. Porro si tempora illa, quibus Equestris Ordo cum aliis Principibus Proceribusque in Comitiis Imperii comparuit, respiciamus; patet sane, illum semper Comitibus, Baronibus & Proceribus immediate successisse, cum ipsis unum Collegium Conciliumque constituisse, atque adeo Civitatibus Imperii fuisse antepositum. Testantur hoc clare *Aurea Bulla*, innumeri *Recessus Imperii, aliaque Imperii Constitutiones*, quas citat *Hippolytus* von Treyßpach *p. 256. 257. 258. 259. & 260.* ubi semper Nobilitatis immediatæ ante Civitates mentio fit. Neque vero in Imperii tantum legibus hæc observantur, sed & in Cæsaris aula hoc stylo exarantur Diplomata, Privilegia, Rescripta, Mandata, Confirmationes, &c. Idem factum in aliis publicis ad Status Imperii & nobiles litteris, quod Ferdinandi II. edita passim anno 1624. ad Circulos commonitoria, & Ferdinandi III. anno 1642. ad Suevicum Circulum datæ litteræ confirmant. Hinc quoque effectum, *uti Hippolytus pag. 261.* memorat, ut comparentibus haud a longe tempore Viennæ Equestris Ordinis & Civitatis quibusdam nuntiis, eandemque sibi horam deposcentibus, qua coram Cæsare comparerent, Imperator tamen Nobilitatis nuntium priorem admitteret, quamquam Civitatis Legatus Litteras Credentiales prior obtulerat. Eandem ordinis prærogativam observant Status Imperii, cum ad alios status, & præsertim ad Ordinem Equestrem & Civitates Imperii scribunt, ubi in toto literarum contextu & in ipsa Inscriptione Nobiles præponuntur. Patet hoc ex illis literis, quas Palatinus Elector, Vicarius anno 1612. edidit, item ex illis, quas Norimbergæ anno 1619. congregati Electores, aliique Status ad Alsaticam Nobilitatem Civitatemque Argentoratensem scripserunt. vid. Treyßpach *pag. 262. 266.*

9. Accedit, quod non in toto solum Romano Imperio, sed in reliqua etiam Europa, ipsi quoque Nobiles Landsassii Civitatibus, quæ Superiorem agnoscunt, præferantur; id quod in Belgicis etiam provinciis (ubi Status est fere Democraticus & popularis) quam maxime observari legimus, cum tamen vel unica tantum Civitas potentior sit, & plus contribuat, quam tota Nobilitas. Idem porro in Dania, Suecia, Scotia, Burgundia, Polonia, jam olim obtinuit, & adhuc dum hodie obtinet. Cum ergo Civitatibus Municipalibus Nobiles Landsassii præferantur, eademque liberarum Civitatum ad Immediatam Nobilitatem sit ratio, quæ Civitatum Municipalium ad Nobiles Landsassios; recte profecto infertur prærogativa Nobilitatis immediatæ, cum nulla ratio diversitatis allegari possit, & absonum plane foret, Nobiles liberos & Imperio immediate subjectos pejoris esse conditionis respectu Civitatum Imperialium, quam Landsas-

ſios reſpectu Municipalium; ubi enim eadem eſt ratio, ibi idem Jus quoque eſſe debet.

10. Indubium eſt, & quotidiana docet experientia, in omnibus ſolemnitatibus, in quibus immediata Nobilitas & Civitates Imperii comparuerunt, harum Legatos illorum Legatis poſtpoſitos, nunquam contradicentibus Civitatibus; Quare ergo non idem obtineat in Conventibus Imperii vel Circulorum?

11. Cumque nullus actus poſſeſſorius vel quaſi ex parte Civitatum allegari poſſit, quo iſtæ in ullis Conventibus prærogativam exercuerint, & e contrario Equeſtris Ordo ex hactenus dictis, ab antiquiſſimo tempore in poſſeſſione vel quaſi juris præcedendi fuerit; nihil profecto eſt, quod illum ab hac poſſeſſione removere poſſit. *vid. Hippol. p. 270. 271. & 272.*

12. Notum eſt, quod Imperator Nobilibus immediatis titulum Veſte, Civitatibus autem Imperii Ehrſame tribuat, idemque faciant reliqui Proceres, dum vocibus, Edle, Veſte, partim etiam: Wohl-Edle, Geſtrenge reſpectu Nobilium utuntur, reſpectu autem vel præcipuarum Imperii Civitatum tantum titulis Ehrſame, vel ad ſummum Ehren-Veſte, Fürſichtige und Weiſe. Quis jam ſincerus rerum æſtimator non judicabit, Nobilium titulum præferendum eſſe titulo Civitatum?

13. Militaris decoris quoque ratio imprimis eſt habenda; cum enim olim nemo niſi nobilis militaverit, & exercitus ſolo fere equitatu conſtaret; tantam inde gloriam ſunt conſecuti, ut illorum ordo Seminarium militiæ vocaretur, & per excellentiam *militum* nomine indigitarentur, ſicuti in *feudorum libris* nomen militis pro Nobili uſurpatur, vid. *Beſold. l. 1. polit. c. 11. th. 45.* Jam vero in maximum præjudicium & imminutionem militaris fortitudinis verteretur, ſi illam prærogativam, quæ Equeſtri Ordini ob officia militaria & ob facta ſua heroica a tot Seculis omnique populorum uſu confirmata reperitur, ipſi denegare vellemus.

14. Nobiles immediati porro, cum non minimum repræſentent Imperii membrum argumento ducto ex *Receſſ. an. 1555.* §. Und in ſolchem Frieden ꝛc. & *Cameræ Ordinatione part. 2. tit. 5.* conſequi neceſſe eſt, ut etiam Status Imperii exiſtant, cum ſine principali membro corpus nequeat ſtare, aut integram retinere ſubſtantiam. Quodque olim Status Imperii fuerint, jusque ſeſſionis & ſuffragii in Comitiis Imperii habuerint, teſtantur leges fundamentales, ex quibus palam eſt, vocationem ad Comitia, comparitionem, & Conſenſum ex æquo illis attribui, uti Electoribus aliisque Principibus. Et, quamquam hodie non amplius in Diæta Imperiali compareant; Status Imperii tamen ideo plane eſſe non deſierunt. Oſtenderunt illud, Viri Ampliſſimi, Conſultiſſimique, inter quos Præceptorem & Patronum venerari licet, & probarunt, exemplo Regis Bohemiæ, Nobiles ex eo ſolo, quod emanſerint, & ad comparendum in Comitiis haud fuerint adacti,

adacti, Status imperii esse non desiisse; imo prætendunt, eos etiam, ubi jus Sessionis & Voti neglexerunt, actu tamen primo Status Imperii & quidem proprie ita dictos mansisse.

15. Extant porro Specialia Privilegia, Dignitates, ac Regalia, quæ Nobilitati Immediatæ particulari lege, consuetudine vel statuto sunt concessa, quorum primum est, quod a Principum territoriali Jurisdictione sint liberi, Imperio & Imperatori immediate subjecti; hincque eundem solum & Cameram pro Superiore recognoscunt Judice; &, sicuti ceteris immediate Imperii subjectis civibus, ita & ipsis Camera vel Imperator Tutores ac Curatores constituit, aut jam constitutos confirmat, *Gail. I. Observ. 1. n. 47.* Hinc 2.) regulariter non minorem, quam ceteri Imperii Status, habent Jurisdictionis, potestatisque in liberis suis castris, pagis, aliisque bonis similibus eminentiam, &, quod in Principibus die Fürstl. hohe Landes-Obrigkeit, in Civitatibus die hohe Landes-Obrigkeit, idem in Nobilibus immediatis die hohe Adel. Dorffs-Obrigkeit, appellatur, conf. *Schweder Introd. in Jus Publ. Part. Spec. Sect. II. c. 18. §. 10.* 3.) Gaudent beneficio pacis Profanæ & Pacis Religiosæ tam quoad professionem, quam quoad exercitium instituendum, vid. *Instrum. Pac. art. 5. §. 28.* ubi ipsis idem Jus, quod Electoribus, Principibus, & reliquis Statibus circa negotium Religionis competit, confirmatur. 4) Habent Jus Austregarum & primæ instantiæ, quo in casu melioris etiam conditionis sunt, quam Civitates Imperii, quæ regulariter hoc beneficio non gaudent. 5.) Homagium a subditis exigunt. 6.) Habent jus collectandi. 7.) Magistratus, Prætores, Præfectos &c. constituunt. 8.) Fruuntur jure conducendi in territoriis suis. 9.) Regalia exercent. 10.) Jus venandi & forestalem Jurisdictionem. 11.) Immunes sunt ab omnibus Vectigalibus, collectis & Contributionibus. 12.) Condunt in suis ditionibus Statuta, Leges, & Ordinationes. 13.) Ganerbinatus constituunt. 14.) Fœdera pangunt. 15.) Cum subditis suis aliorum protectionem subeunt, vel alios in suam suscipiunt. 16.) Exterorum Principum militiæ adscribi possunt. 17.) Conventus indicunt. 18.) Nuntios & Legatos ad Imperatorem aliosque Status & Principes mittunt &c. 19.) Competit illis denique Superioritas Territorialis, quam ipsis inprimis vindicavit Vir Amplissimus, Consultissimusq; Dominus D. Feltzius in Diss. IV. de Statu Nob. imed.

16. Patet tandem Nobilium prærogativa ex plurimis Immunitatibus, Libertatibusque, quas præ aliis ex rerum gestarum gloria, Heroicis facinoribus & fortitudine bellica a Cæsaribus olim hodieque obtinuerunt.

Ex his quædam consistunt in Immunitatibus; ab officiis enim Civilibus personalibus plus oneris quam dignitatis annexum habentibus excusationem merentur. Hinc nobiles tutelæ munus publicum pupillorum ignobilium subire non coguntur; ab onere collectarum & a Vectigalis præstatione immunes sunt, vid. *Discursus formatus a Lendersheim de Jure & Privilegiis Nobil,*

Quædam in reverentia & honoribus Nobilitati deferendis; Nobiles enim sunt reverenter salutandi, in ambulationibus & Sessionibus aliisque id genus præferentiis sunt plebejis præferendi; Si in Judiciis comparent, Judex eos salutare & ad sedendum invitare debet; de Calumnia personaliter jurare non tenentur. Dos iis major ab uxore constituenda vel asportanda. Injuria iis facta gravius punienda, quam, quæ facta plebejo, multaque alia privilegia, quæ recenset *nolden. per tot. cap. 13.*

Quædam in præsumtionibus; Nobiles enim fideliores censentur; hinc ex ipsorum ordine desumuntur quotidie summorum Tribunalium Præsides, Consiliarii; maxima negotia ipsorum fidei creduntur; ab ipsis Reges, & Principes educantur, & bono publico formantur. In testimoniis ferendis iis magis creditur & in Electionibus & aliis quibuscunque actibus, ubi voces undique pares sunt, præferuntur, vid. *Nolden. Cap. 12.*

Quædam denique consistunt in temperandis pœnis. Nobiles enim mitius puniendi, quam Ignobiles; Cruciatibus & torturis regulariter non sunt subjiciendi; in vinculis non sunt detinendi, nec damnandi ad Triremes, neque ignominiosissima laquei pœna plectendi, sed potius decapitandi, vid. *Nolden. cap. 15. & Knipschild. de Jur. Nobil. Lib. 2. cap. 4. per tot.* ubi latius hæc privilegia recensentur. Huc mos Gallorũ pertinet, qui Nobilitatem etiam exinde probare solent, quod forte unus ex Majoribus decapitatus fuerit ob crimen, ob quod alius fuisset suspensus.

SECTIO II.
EXHIBENS FUNDAMENTA CIVITATUM IN HAC LITE, EAQUE VINDICANS AB IMPUGNATIONIBUS NOBILIUM.

Civitates Imperii præter Privilegia illa quæ ipsis cum Nobilitate immediata sunt communia, & infra recensentur, habent adhuc præcipua quædam fundamenta ac jura præ Nobilibus, ex quibus earum dignitas, Excellentia atque Prærogativa deduci potest. Et quidem insignis inter dictas partes intercedit differentia, quod

I. In majore dignitate sint constitutæ Civitates Imperii, quia Statuum numero comprehenduntur, quem charecterem Nobiles immediati sibi hodie saltem quoad actum secundum & ipsum exercitium, juris attrogare amplius nequeunt. Equidem non nego, vocabulum *Status* interdum late ac improprie in *Jure Publico* nostro accipi solere, ita, ut in causis & negotiis Imperialibus illi etiam Status appellentur, qui Imperio Romano immediate subjecti sunt, licet nec in matricula Imp. contineantur, nec in Comitiis Votum & Sessionem habeant; sed mihi jam sermo est de strictiori *Status* significatu, juxta quem illi solum Stände des Reichs dicuntur, qui ad Comitia vocati sessionem & Votum in iisdem habent, &, quibus una cum Imperatore de negotiis Imperii statuendi potestas competit. Explicat hæc Jura Statuum notissimus ille *articuli VIII. Pacis Osnabrugensis* §. 2. dum

ita

ita dicit: *Gaudeant sine contradictione jure suffragii in omnibus deliberaiionibus super negotiis Imperii, præsertim ubi leges ferendæ vel interpretandæ, bellum decernendum, tributa indicenda, delectus aut hospitationes militum instituendæ, nova munimenta intra Statuum ditiones extruenda nomine publico, veterave firmanda præsidiis, nec non, ubi Pax aut fœdera facienda, aliave ejusmodi negotia peragenda fuerint, nihil horum aut quicquam simile posthac unquam fiat vel admittatur, nisi de Comitiali liberoq; omnium Imperii Statuum suffragio & consensu.* Ex hisce verbis exquisitis & ponderosis patet dignitas atque præeminentia Statuum, dum in consortium Regiminis admissi, alteram partem summæ potestatis pro indiviso obtinent, ita, ut, quoties displicent ordinibus, de quibus Imperator ad eos refert, statui ab eo contra eorum voluntatem nihil possit; ut igitur auctor des beständigen Gegen-Berichts der Kayserl. Reichs-Burg Fridberg recte dixerit, *quod præcipuus honor & dignitas sit, esse Statum Imperii, & soli Imperatori, non inferiori statui subjectum esse, cap. 2. n. 14.* quod posterius quidem & Nobilibus competit; prius autem tantum Civitatibus, non Nobilibus. Sunt quidem nonnulli, qui hanc dignitatem Civitatibus Imperialibus denegari ausi sunt, concedentes, eas ad Comitia vocari, in iisque Sessionem & Votum habere solere; sed Votum, quod habent, tantum consultativum non decisivum esse contenderunt, quorum argumenta recenset *Knipschild in L. II. c. 2. de Juribus & Privil. Civit. Imp.* quæ vero omnia miseratione potius, quam refutatione digna sunt: Frustra enim ad Comitia vocarentur, si in illis votum non haberent decisivum; & absurdum esset, eos spectandi tantum causa venire, cum *Recessus Imp.* absque itinerum & pecuniæ sumtibus illis communicari possint. Præterea Civitates sub hac venborum formula ad Comitia vocantur: Daß sie mit und neben allen andern Ständen helffen handeln, rathschlagen und schliessen, quo quidem quid clarius & ad rei hujus probationem dilucidius proponi aut adduci possit, videre nequeo. Porro, si Recessus Imperii vim habent contractus, sicuti illud ex illorum principio & fine apparet: Und demnach haben wir uns mit Churfürsten und gemeinen Ständen nachfolgender Ordnung vereint, vertragen, und deßhalben mit und gegen einander in *Contract* weiß verpflichtet, & Civitates Recessibus Imperialibus obligantur sub nomine & charactere Statuum Imperii per modum contractus, necessario quoque ad eosdem illarum consensus requiritur, cum in contractibus omnium, quorum interest, consensus intervenire debeat, *l. 1. §. Conventionis ff. de Pactis:* Totam vero hanc rem decidit §. 4. *artic. VIII. Pacis Osnabr.* ubi clara hæc verba extant: *Tam in universalibus vero, quam particularibus Diætis liberis Imp. Civitatibus non minus, quam ceteris Imp. statibus, competat Votum Decisivum &c.* Quæ decisio quam pluribus actibus confirmata fuit, ubi Civitates modo Electorum, modo Principum, inter sese dissidentium sententiis accesserunt, & majora conclusa effecerunt. Uti vero in Republ. libera civis

vis ille, qui publicis deliberationibus intervenit, & ſuffragii jus habet, potior & dignior eſt illo, qui a Reipubl. gubernatione remotus eſt: Quo pertinet notabilis ille locus *Ariſtotelis Pol. lib. 3. c. 1.* Πολίτης ἁπλῶς ὐδενὶ τῶν ἄλλων ὁρίζεται μᾶλλον ἢ τῷ μετέχειν κρίσεως καὶ ἀρχῆς: ita, cum civitates non ſolum tanquam Conſiliarii, ſed etiam tanquam Principales Comitiis interſint, ut de Summa Imperii deliberent & ſtatuant, imo ratione modi votandi melioris ſint conditionis, quam ipſi Comites & Prælati, quippe qui non omnes & ſinguli votum in Collegio Principum habent, cum unicuique Civitatum proprium & peculiare Votum competat; quis non, ſi æquus Judex eſſe velit, ipſis præ aliis, qui de hac poteſtate Majeſtatica nihil participant, præcedentiam tribueret? Jam vero, quod Nobiles immediati jure ſtatuum non gaudeant, adeoque non concurrant ad jura illa Majeſt. exercenda, ex Imperatoris, Electorum & Statuum declaratione, imo ex propria illorum confeſſione patet, & infra amplius demonſtrabitur. Neque illud me moratur, quod *Hippolytus* von Treyßpach *Quæſt. II. p. 56. & Quæſt. VI. p. 282.* ex eo indubitatum argumentum deſumi poſſe, contendat, quod Nobiles immediati, cum olim ad Comitia vocati, in iis votum ac Seſſionem habuerint, & Statibus Imperii an̄umerati ſint, ergo & hodie pro talibus ſint habendi, cum a præterito præſumatur ad præſens, *l. 5. §. 6. ff. de re milit.* & regulariter & generaliter omnia præſumuntur in eodem ſtatu manſiſſe & eſſe, in quo ab initio fuerunt, vid. Treyß *n. 124. & 322.* putet fortaſſis quiſpiam, me invidia ductum jam ea negare velle, quæ tamen ipſe in *parte Generali* pro fundamento poſui, dum ſupra dixi, non habendam eſſe rationem præſentis, ſed præteriti temporis: at verba ſequentia ab hac ſuſpicione apud omnes ſinceros rerum æſtimatores me plane liberabunt, notanter enim addidi: ſi ſcil. ſubſtantia ipſa dignitatis perpetua & immutabilis permaneat; quod ſi vero illa mutata aut amiſſa fuerit, tunc etiam *jus Præcedentiæ* tanquam annexum novatum aut amiſſum cenſebitur. Ex eo igitur ſatis apparet, argumentationem a præterito ad præſens nullo ſtare firmo talo, uti hæc quoque probat, *l. 98. in princ. ff. de ſolut.* Illa, quæ ab *Hippolyto* proferuntur, reſpiciunt anteriora tempora, quibus Nobilitas adhuc Statum repræſentavit, hinc ad præſens parum faciunt; nam inter *Nunc* & *Tunc* in rebus Civilibus magna eſt differentia. Cum igitur Nobiles amiſerint Votum & Seſſionem, hodieque in publicis monumentis Statibus ſemper contra diſtinguantur, amiſerunt quoque ea, quæ ei annexa fuere. Ipſe quoque *Hippolytus* von Treyßpach, videns levitatem hujus argumenti, nolens volens demum *pagina eadem* ſupponit, Nobilitatem Statum non eſſe, ſed ex hoc inferri poſſe negat, ideo Civitates Imperiales Nobilibus eſſe anteferendas, cum alias, ſi hoc procederet, etiam Rex Galliæ, Hiſpaniæ, Hungariæ &c. Civitatibus Imp. eſſet poſtponendus; quod aſſertum abſurdum & ridiculum nemo ſanæ mentis unquam defendere poterit. Verum, quam egregium Sophiſtam *Hippolytus* hic agat, ex eo

patet,

patet, quod Statum controversiæ occulte immutare, & talem, quæ Nobilibus immediatis tantum movetur, communem sibi cum Regibus facere tentet. Vera quæstio est hæc: Cuinam inter Civitates Imperiales & Nobilitatem Immediat. tanquam duo membra unius ejusdemque Imperii, si concurrunt, præcedentia debeatur, an Civitatibus an vero Nobilitati, illis ea debeatur, ideo asseritur, quia Civitates Imp. sunt membra, quæ juribus illis, quibus gaudet Nobilitas, etiam fruuntur, & insuper participant de jure aliquo summo Voti nempe dandi in deliberationibus publicis, quod Jus Nobilibus non competit: Nunc vero, quomodo ea, quæ de Regibus ab *Hippolyto* afferuntur, huc quadrent, me latet. Quod si vero tamen ad exteros argumentari velimus, nihil absonum erit, si exinde asseratur, quod, si Civitatum exterarum municipalium e. g. cum Civitatum Imperial. Deputatis concurrent, hi illis in tali concursu præferendi essent. Reliqua, quæ *Hippolytus* in favorem Nobilium ab illorum origine & stemmate profert, huc parum faciunt; nam hic quæstio vertitur inter Civitates & Nobiles, quatenus ut membra & Status Imperii considerantur, & Prærogativa nobilioris originis & familiæ, qua forte contra singulorum in Civitate libera conditionem pugnare possent, Universitati, quæ Status jura habet, & facultatem cum voto decisivo de Republica cum Cæsare & reliquis statuendi, præjudicium nullum facit.

II. Alterum argumentum in prioritate temporis fundatum non parum quoque pro Civitatibus militare videtur. De libertate & immunitate earum *Münsterus Cosmograph. c. 24. p. 456.* ita scribit: Cum post Caroli M. tempora Germania pedetentim magis excoli & habitari cœpisset, Imperatores creasse Principes, iisdemque totas in feudum concessisse provincias, sibi tantum & Imperio immediate reservasse insigniores & ampliores Civitates, quibus postea a subsequentibus Privilegia concessa amplissima, quorum efficacia deinceps dictæ liberæ non Imperiales, licet sub Imperio remanserint. Hinc de *Argentorato* inprimis legimus, quod nullo non tempore immediata & libera permanserit. Romani enim eam inter primarias esse voluerunt universæ Rheno vicinæ ditionis; sed postea tractu temporis tandem sub Francorum potestatem devenit; illorumque regno in Orientale & Occidentale diviso, Argentoratensis libertatis amantes Germanis accesserunt, & sub Imperatoribus Germanicis jure atque immunitate Regiorum Palatiorum gavisi sunt; nominatim quoque ac peculariter hæc urbs a Ducum & Comitum jurisdictione excepta, adeoque a Ducatu Comitatibusque Alsatiæ segregata fuit; donec Sueviæ Ducibus in *Cunradino* extinctis Imperialium Civitatum numero vere pleneque fuit adscripta, vid. *Obrechti Prodr. c. 12. p. 294. seqq.* qui etiam Diploma *Ottonis II.* tanquam testimonium in eam rem irrefragabile citat. adde omnino *Schilter.* ad Königshovii Chronicon Alsat. Annotat. XII. Præterea cis Rhenum in-

inprimis antiquissimæ sunt urbes; partim enim in Rheni ripa, partim alibi conditæ fuerunt Civitates, quæ paulatim in magnitudinem insignem excreverunt; ita inter celeberrimas Germaniæ primæ urbes referuntur, civitas Nemetum, h.e. Spira, Civitas Vangionum, h.e. Wormatia. Potissima autem urbium Germanicarum Agrippina fuit, quod Romana Colonia esse meruisset, ut loquitur *Tacitus* unde Ammianus jam eam vocat *urbem magni nominis*, ut adeo eodem modo, nisi temporis ratio habenda esset, facile ostendere possem, adhuc alias Civitates ex singulari Regum & Imperatorum Germanicorum clementia ejusmodi immunitatibus imo libertate esse donatas; Egregie hæc demonstrat *Conring. in Dissert. de Urbibus Germanicis* §. *113. seqq.* §. *120. seqq.* Ex quibus patet, urbes utique & Civitates libertatem suam & immedietatem ab antiquiori longe, ac Nobilitatem, tempore deducere posse. Ceterum, quamquam non firmiter neque exinde neque ex aliis historiarum argumentis colligere liceat, quo tempore liberæ Civitates Imp. jus Comitiorum acceperint, *Christophorus* tamen *Lehmann. L. IV. Chron. Spirens. c. 3.* probare conatur, jam *Seculo XII.* nonnullas Civitates ejus auctoritatis & dignitatis fuisse, ut Cæsares illas non minus ac reliquos Imperii Proceres ad Comitia vocaverint. Quicquid sit, hoc certissimum est, originem libertatis & potestatem iisdem occasionibus, quoad plerasque Civitates quidem, adscribendam esse, quibus Ducatus, Marchionatus, similesque dignitates successoriæ factæ sunt, adeoque præsumendum, Civitates, cum in iis jam tum temporis præcipuæ opes viresque Imperii continerentur, citius ad Comitia Imperialia accitas fuisse, quam Nobiles Francicos aut Suevicos, utpote qui potestati Ducum atque Comitum, quibus subjecti erant, paulatim atque tractu temporis sese exemisse creduntur.

III. Accedo jam ad argumentum tertium, in quo maximum Præsidium Civitatum Imp. positum est, quod sc. in Præcedentiarum controversiis illud debeamus attendere, quod vel Princeps speciatim disposuit, vel lex diserte definivit. Jam vero habemus legem fundamentalem non ab antiquis temporibus sed noviter latam, & ab Imperatore juramento confirmatam, quæ ita decidit, quod omnes ii, qui Votum & Sessionem in Comitiis habent, aliis sint anteferendi, etiamsi paris alias essent conditionis. Continetur illa *Capitulatione* Augustissimi *Imperatoris hodierni art. 3.* cujus verba ita se habent: Es sollen auch bey Kayserl. und Königl. Crönungen, und andern Reichs-Solennitäten denen Immediat Reichs-Grafen und Herren die im Reich Sessionem und Votum haben, vor anderen Auß- und Inländischen Grafen und Herren, wie auch Kayserl. Räthen und Cammer-Herren, und zwar gleich nach dem Fürsten-Stand vor allen andern, weilen sie im Reichs-Fürsten-Rath Votum und Sessionem hergebracht, deßwegen Ihnen auch billich, wie bey denen *Consultationibus, Oneribus* und Beschwerlichkeiten, also

auch

auch solchen *Actibus solemnibus*, die Stelle, und was deme anhanget, gelassen, und ebenmässig ausser solchen Reichs-*Festivi*täten am Kayserlichen Hof und aller Orten *observi*ret werden. Agitur ibi de Præcedentia Comitum Immediatorum, quibus præ aliis exteris ac domesticis Comitibus, & Baronibus prærogativa ideo defertur, weilen sie im Reichs-Fürsten-Rath Sessionem & Votum hergebracht. *Capitulationes Leopoldina & Josephina* faciunt jam hujus rei mentionem, sed disparibus neque tam efficacibus verbis hæc res in prioribus Capitulationibus deciditur, quam in hodierna. In *art. V. Capit. Joseph.* enim legitur: und zwar gleich nach dem Fürsten-Stand in dessen Reichs-Rath sie erstgedachtes *Votum & Sessionem* hergebracht: hic autem expresse legitur, und zwar gleich nach dem Fürsten-Stand vor allen andern, weil sie im Reich *Votum & Sessionem* hergebracht. Quin & notabilis illa restrictio: am Kayserlichen Hof mit denenjenigen so nicht in würcklichen Kayserlichen Diensten begriffen, hic omissa & clausula ista substituta: am Kayserlichen Hof und aller Orten *observi*ret werden. Imo hæc lex non solum ab Electoribus est præscripta, & ab Imperatore acceptata, sed & ab omnibus Statibus ratificata; nam, quamvis ante conditam isthanc *Caroli VI. Capitulationem* textui *Capitul. perpetuæ* hoc membrum nondum fuerit insertum, consensere tamen Status Imperii in universum, ut, quicquid in hac Carolina Comitum Immediatorum intuitu dispositum invenitur, sine ulla dimunitione etiam *Projecto*, (quod ita vocant,) *perpetuæ Capitulationis* adderetur, sicque adeo Illustrissimi Ordinis splendor & Prærogativa in tuto collocaretur. vid. *Nitschianum Spicilegium Observat. ad Capitulat. Caroli VI. ad h. l.* Ex hac lege igitur, quæ ita sua luce nitescit, ut nulla ampliori declaratione indigeat, patet, quod exemplo horum Comitum omnibus illis, qui Votum in Diætis Imperialibus habent, tam in celebratione actuum Imperii solemnium, quam in aula Imperatoris, & *ubique locorum* Prærogativa competat præ omnibus aliis, etiamsi dignitatis aliâs sint haud minoris, qui hocce jure Comitiali non gaudent. Versamur hic in lege aliqua fundamentali, & in dispositione Imperatoris juramento confirmata, in qua nullum verbum otiose positum, aut sine virtute operandi esse præsumitur. Inprimis hic attendenda ratio, weilen sie im Reichs-Fürsten-Rath *Votum & Sessionem* hergebracht; ex quo apparet *fundamentum Præcedentiæ legale* in Imperio & Jure ejus Publico constitui in Sessione Comitiali; &, qui eam habet, fruitur quoque præ omnibus aliis jure sc. annexo Præcedentiæ; nam, ubi eadem ratio militat, ibi idem jus per *l. 32. ff. ad leg. Aquil.* Imo argumentum a contrario sensu hic est fortissimum, quod scil. omnes illi, qui suffragium in Comitiis non habent, neque Præcedentiam prætendere possint: cum prohibito principali, consequens quoque accessorium prohibeatur quia accessorii subsistentia sine principali nulla est, *cap. accessorium de* Reg. *J. in 6.* Porro notanda veniunt illa verba: vor allen andern,

quæ non ſine cauſa,ſed animo deliberato adjecta ſunt. Si tantum dictum fuiſſet, uti in *Joſephina Capit.* gleich nach dem Fürſten-Stand ꝛc. aliquid adhuc excipi potuiſſet; jam vero, ut omnis anſa præſcindatur exceptionibus, additur: vor allen andern, quæ verba hoc innuunt, quod a nullo unquam, ſub quocunque prætextu, in Jure Præcedentiæ turbari poſſint ac debeant. Colligimus inde, quod, ad quemcunque pertinet Subjectum Principale & Fundamentale, Votum ſcilicet, & Suffragium Comitiale, eidem etiam ob identitatem rationis conſequentia ſint adjuncta, cum acceſſorium ſemper ſequatur naturam ſui principalis, per *l. 2. C. per quas perſon. nob. acquir.* Qui vero principale amiſit, ille ſimul etiam amiſit ea, quæ ipſi annexa fuerunt. Conſequens enim ſine antecedenti nullo modo eſſe poteſt, & qui vult & petit conſequens, in antecedenti debet eſſe fundatus. Nobilitas igitur Immediata, cum nullum votum amplius in Comitiis habeat, neque in iis admittatur, orbata hinc eſt jure annexo dignitatis ſcilicet & Præcedentiæ; Civitates vero Imperiales, dum ſe fundant in lege hac fundamentali, quæ difinitive & ita clare diſponit, ut nullam dubitationem admittat, jus certum habent Præcedentiæ, illique tuto inhærere poſſunt. Quod ſi iterum votum recuperaret Nobilitas Immediata, & quidem ita, ut in Collegio Principum eſſet, tunc ratio dubitandi ſuppeteret, an ſimul etiam Præcedentiam accquireret; ſed huic quidem recuperationi acriter ſe opponent, nec immerito, tum alii Status, tum inprimis Civitates. Interim, quamdiu in exercitio Voti ſunt Civitates, ab eo autem excluſa Nobilitas, citra dubium illæ præcedent, quod nec negavit Vir Ampliſſimus, Conſultiſſimusque, Dn. D. Joh. Henr. Feltzius in Diſſ. de Statu Nob. immed. S. R. J. (in qua tamen alias eam in certo ſenſu Statum adhuc Imp. eſſe, adſtruit) ſed imo eum huic ſententiæ addictum eſſe, ex ore ejus percepi.

Venit jam IV. argumentum a Poſſeſſione vel quaſi juris præcedendi deſumtum, cui non ultimum locum deferendum eſſe, unusquisque facile videbit. Jam ſupra in parte Generali mentionem feci, quanti ponderis ſit commodum poſſeſſionis, ut igitur non opus ſit longiori eorum repetitione. Sufficit, quod, cum pro quovis poſſeſſore præſumatur, *l. 77. de R. V.* conf. *Menoch. VI. præſ. 69.* Judex ſemper debeat manutenere poſſidentem; plus enim juris habet quolibet alio, eo ipſo, quod poſſidet *l. 2. ff. uti poſſid.* imo in tantum inhærendum eſt poſſeſſioni, ut non obſtantibus rationibus ſpecioſis, in Petitorio adductis, nihilominus pro Poſſeſſore ſit judicandum. Nunc, cum Civitates Imperii per ducentos & plures annos in poſſeſſione juris præcedendi ſint cconſtitutæ, ita, ut in Comitiis & Conventibus omnibus extra-Comitialibus immediatum poſt Comites & Barones locum occupaverint; quis adeo iniquus erit Judex, ut non facile Civitatum Præeminentiam perſpiciat, cum poſſeſſio inprimis adeo longa ac continua inſtar privilegii & tituli

tituli legitimi sit, pro qua sec. omnem Dd. sententiam in capite Præcedentiæ pronunciare oportet. *Riccius I. Decis. 132. & c. cum Ecclesia Sutrina X. de causa poss. & propriet.* Atque hæc ipsa possessio ex actibus potissimum possessoriis demonstranda venit, quorum exempla sufficientia prostant. Ita enim in *Conventu Correspondentium Norico,* cum Nobiles Immediati quoque comparerent, & exhibitis literis Credentialibus sessionem ante Civitates Imperiales peterent, Legati Civitatum ipsis cedere noluerunt, sed prætenderunt, ex antiqua possessione sua se non deturbandos, cui justo petito Summa Imperii Membra quoque assenserunt, ita ut præ Nobilibus primas obtinuerint sedes. Conventu Hailbronnæ 1633. habito idem ille ordo sedendi Civitatibus asservatus fuit. Apparet illud clarissime, aus dem unvorgreifflichem Gutachten über die von Ihr. Königl. Majest. zu Schweden, zur Deliberation ausgeschriebene drey Haupt-Puncten, der in Würtzburg des Fränckischen Crayses Ständeund Ritterschafft anwesenden Gesandten und Abgeordneten, id quod *Londorpius* exhibet *in Tom. IV. Act. Publ. ad annum 1633. Cap. XXVII. p. 293.* ubi hæc verba leguntur: bey dem ersten Puncten nun, welcher gestalt eine vertrauliche Vereinigung mit der Cron Schweden und unter den Ständen selbst anzurichten, ist vor rathsam erachtet, daß ad exemplum anderer florirenden Provincien und Stände, ein Consilium Provinciale formatum, oder ein Crayß-Rath solle angeordnet und bestellet werden, dergestalt, daß von dem Fürsten-Stand ein Assessor, von dem Grafen-Stand der andere, von den Reichs-Ständen der dritte, von der Ritterschafft, welche neben andern Ständen in den Anlagen das Onus zugleich proportionabiliter zu tragen, der vierdte beygesetzt werden soll. Et, quanquam Nobiles in Conventu fœderatorio Francofurti anno sequenti instituto iterum præcedentiam urserint, eos tamen Legatis Civitatum cessisse legimus, ita, ut ne quidem ad publicas consultationes admissi fuerint. *Hippolytus a* Treyßpach ad hæc quidem omnia *p. 283. n. 548. seq.* nonnulla regerit, dicens, se negare non posse, Civitates proximum locum post Comites & Barones occupasse; at contendit, hanc possessionem non posse præjudicium afferre ullum Nobilitati Immediatæ, utpote cui liberum erat, comparere vel non comparere; alias enim ipsa intermedium locum tenuisset, & mox post Barones & Comites Votum dedisset. Sed nihil hæc faciunt ad rem; communiter enim tradunt omnes Doctores nostri, per lapsum etiam longi, nedum longissimi, temporis aut immemorialis, juncta actuum frequentia, consuetudinem firmam induci, quæ noceat & præjudicet etiam absentibus. *Schrader. Cons. 14. n. 170.* Sibi ergo soli imputet Nobilitas Immediata, quod ab initio passa sit, ut Civitates Imperii immediate post Comites & Barones sint secutæ, atque hoc jus per longam possessionem ita proprium sibi reddiderint, ut legitimo modo in hac possessione nunc non turbari, multo minus ex ea dejici amplius possint,

Objicit porro *Hippolytus*, quod, cum jam triplex Statuum ordo sit, quorum primus Electores, secundus Principes, Comites, & Barones, tertius denique Civitates Imp. Liberas complectatur, Nobilesque immediati semper secundo annumerati fuerint, nullum exinde Civitatibus enasci præjudicium, quia non peculiarem Ordinem erigere, aut in Civitatum Collegium sese intrudere cupiunt, sed tantum in Principum Senatum jure postliminii restitui volunt. At, unde Antagonista meus probare poterit, Nobiles unquam locum in Collegio Principum occupasse? Divisio hæc in tria Collegia, si conjecturam facere licet, demum sub Friderico III. uti *Arumæus* docte *cap. V. in princ. de Comitiis* notavit, usurpari cœpta est; ante illa autem tempora omnes Status, generali quodam edicto vocati, in uno Senatu conveniebant. Cum vero anno 1459. Electores primitus secessionem a reliquis Principibus fecissent, Senatumque proprium constituissent; subsequentibus demum temporibus triplex ortus est Statuum ordo. Jam vero ex relectione *Recessuum* manifeste apparet, Nobiles Immediatos post novam illam introductam faciem Comitiorum, & inprimis a *Maximiliani I.* tempore non amplius ad Comitia venisse, unde neque Principum Collegio aggregati esse potuerunt. Imo in Comitiis *Ratisbonæ 1471. & Augustæ 1474. & Francofurti 1486. & Norimbergæ 1487. a Friderico* Imperatore indictis nulla Nobilium, sed tantum Electorum, Principum, Comitum, Baronum & Civitatum fit mentio; &, cum *anno 1500.* de auxiliis contra Turcas in Comitiis Augustanis actum esset, Recessui insertum legitur, daß man mit den Ritterschafften zu Francken, Schwaben, & Rheinland handeln soll. Hinc igitur manifestum, Nobiles nullum unquam locum in Principum Collegio occupasse, & certe, quemadmodum, si noviter in Collegium Principum assumitur Status aliquis, contentus esse debet, si ultimus ipsi assignetur locus; ita, si unquam Nobilitas Immed. ad Comitia in posterum admitteretur, & in numerum Votantium recideretur, ut post Civitates Imperii quoque collocaretur, summi juris æquitatisque ratio exigeret.

Quod vero ad ipsos actus Possessorios attinet, ostendere quidem conatur *Hippolytus*, Nobiles semper protestatos fuisse, suumque sibi Jus reservasse; sed primo illud exinde sequitur ad minimum, quod Nobilitas Immediata non semper fuerit in quieta possessione, quod ipsum tamen *pag. 284. num. 548.* affirmare ausus est, his verbis: Dahingegen aber in decidendi rationibus mit unterschiedlichen Præjudiciis & actibus possessoriis ausgeführet, auch noch weiter, wo nöthig, beygebracht werden könnte, daß je und allewege wenn diese beyde Ritterschaft und Reichs-Sädte zugegen gewesen, die Freye Reichs-Ritterschafft allenthalben die Præcedenz und Vorzug vor den Reichs-Städten gehabt, und also in unstrittiger possession vel quasi biß daher begriffen und noch sind &c.

Secundo

Secundo, si protestatione qualitercunque comparata jus Protestantis salvum & illæsum conservaretur, nullus esset litium finis, & concesso quoque, quod Protestationes infirment alterius prætensiones, tamen Nobiles actu contrario, dum scil. Civitatibus cesserunt, pro consentientibus haberi debent, siquidem is, qui post interpositam protestationem facit actum ei contrarium, ab ea recessisse existimandus est; *Cravett. Cons. 463. n. 18.* At dicit Antagonista, quicquid factum, pacis causa factum fuit, denn ob ich etwas Friedens halb, und die Consilia zu befördern, nachgegeben, sed responsio facilis est, quod nemo suum jactare præsumatur, præsertim in rebus tanti momenti. Instar porro, hanc Civitatum Prærogativam in Comitiis tantum Protestantium sive Evangelicorum Particularibus fuisse admissam, quæ vim publici Imperii Conventus non habent, atque adeo Nobilibus præjudicare non possunt; sed unusquisque facile videt, non esse probabile, Nobiles Protestantes cessuros fuisse, nisi jus Civitatum agnovissent. Neque illud ad rem aliquid facit, quod hi Conventus non universales sed particulares quorundam tantum Ordinum Evangelicorum fuerint; a Conventibus enim Particularibus non inepte concludi potest ad Comitia Universalia. Illud vero, quod ultimo loco affert, quod Judicium scilicet Ordinum Evangelicorum hic ideo non sit attendendum, quod non coram Ordinibus Imperii, sed coram Tribunali Imperatoris solum, controversiæ Sessionum sint discutiendæ, meram sapit injustitiam. Nam, etiamsi concederem, neminem nisi Imperatorem hanc decisionem sibi vindicare posse, cur Antagonista *pag.* sequenti 287. Attestatum *Landgravii Wilhelmi Hassiaci, & Marchionis Badensis* tanquam munimentum quoddam producit, in quo a dictis Principibus, Nobilibus cautum est, quod omnia, quæ in Conventibus Francofurtensibus acta sunt, ipsis nullo præjudicio aut damno sint futura? Primo hic excipi posset, hoc Attestatum studio partium esse confectum: deinde Principes Hassum & Badensem illud non nomine ceterorum Ordinum Francofurti congregatorum, sed proprio motu dedisse, ut adeo vel exinde Attestatum, quod in re, quæ ipsis vel plane non, uti antea *Hippolytus* statuit, vel saltem non solis competebat, dederunt, nullius ponderis sit habendum. At liberalis ero, & concedam, per hanc attestationem juribus Nobilitatis Immed. optime esse prospectum, cur igitur vim omnem sententiæ Ordinum Evangelicorum Ulmæ, & Francofurti in hac Controversia latæ derogare vult? Hoc enim quisque in alio recte esse existimare debet, quod ipse sibi jus dici velit, & ipsa æquitas postulat, ut, quod quisque juris in alium statuit, is eo ipso etiam erga se uti patiatur; vid. *tot. tit. ff. quod quisque jur. in al. stat. lex ult. C. de fruct. & lit. expens.* Viderat hanc argumentorum pro Civitatibus firmitatem acerrimas alias Nobilitatis jurium propugnator *Noldenus*, atque hinc expresse dicit *Cap. 9. n. 376. in Principum Conventu, ubi Civitates Imperiales*

les

les & Nobiles immediati simul comparent, Civitates Nobilibus circa Jus προεδρίας præferuntur. Et *Franckenberg* in seinem *Europæi*schen Herold ita scribit: Mit denen Reichs-Städten haben Sie der Præcedence halber lange-zeit-her Streitigkeit gehabt, und haben so viel die Possession betrifft, die Edeln und Ehrbaren freyen Reichs-Städte den Vorzug behalten, daher immittelst bey Correspondenz Tagen, und der Friedens-Handlung zu Münster und Oßnabrüg die Ritterschafft per Deputatos handeln und sich der Sessionen und Raths-Gänge enthalten müssen ꝛc. Imo ipse meus Antagonista in *Quæstione IV.* ubi agitur, an e re Nobilitatis Immed. sit, ut iterum ad Sessionem & Vota Comitialia admittatur, *n. 352.* fateri coactus est, Civitates nunquam Nobilibus esse cessuras. Es ist jedoch zu besorgen, es möchten die Ehrbahren, Frey- und Reichs-Städte, und das gesamte Städtische Collegium wegen der Præcedenz und Vorsitz halber sich starck dawider legen, und mit ihren Gegen-Einwendungen das Werck schwer machen, wie man denn solches bey obangezogenen Nürnbergischen, Haylbronnischen, und Franckfurtischen Zusammenkünfften im Werck mit mehreren verspühret und erfahren. Weilen es nun mühsahm und schwer daher gehen möchte, wenn der freyen Reichs-Ritterschafft in ihren Begehren willfahret, und sie zu denen gemeinen Reichs-Sessionen und Stimmen zugelassen werden sollten, so will rathsamer seyn, dis Suchen einzustellen, und alles in itzigem Stand zu lassen. Sed ponamus quoque, Civitatum Jura adhuc in dubium vocari posse; quamquam, si nulla alia pro illis militarent argumenta, hæc ipsa Possessio sufficientem faciat præsumtionem: cum semper jure & nomine proprio potius, quam alieno, possidere quis credatur. *Menoch. Cons. 395. num. 8.* Exinde insigne tamen habent Privilegium & commodum Civitates, quod in Possessorio sint superiores & ab onere probandi liberentur. Quare etiam hoc nomine prægnantissimum semper Civitatibus restat argumentum, quia, dum impugnans possessionem ea allegat, quæ Jus & merita concernunt, possessor semper manutenendus est, *Natta Cons. 121. n. 95.* &, quod interea temporis, dum Imperator de hisce Controversiis cognoscit, merito quilibet in possessione Sessionis vel quasi tuendus sit, expresse habetur in *Rec. Imperii Spirensi de anno 1570. §. 164.* Aber inmittelst, soll ein jeder bey seiner possession vel quasi, wie die hergebracht, gelassen seyn ꝛc. Manebit ergo hoc argumentum Civitatibus omni loco atque tempore sartum ac intactum, donec in Petitorio cadant; quod vero nunquam fiet, cum præter Possessorium sufficientibus rationibus sint instructæ, ut de victoria nihil habeant, quod timeant.

Sed

Sed properandum ad Quintum. Argumentum, quod in Præscriptione fundatur, magnamque cum priori habet connexionem. Ipse *Hippolytus* maximam vim huic præscriptioni attribuit, dum privilegium illud, in quo Nobiles se fundant, ut in Comitiis comparere non teneantur, præscriptione immemoriali acquisitum esse contendit. Et certe, operatur Præscriptio idem, quod Constitutum, Lex, Privilegium, & Concessio Imperatoria legitime acquisita *Sixtin. Cons. 9.* Hinc videmus, vim Præscriptionis immemorialis tantam esse, ut neque Ecclesiæ, quarum alias maximus est favor, contra eam restitui possint, *L. ult. C. de fund. patrim.* quare & *Rol. a Valle Cons. 59. num. 6. vol. 4.* & *Natta Cons. 222. n. 2.* bene annotarunt, quod Jura alias non præscriptibilia isto temporis suffragio acquirantur & amittantur. Hoc igitur Privilegio Præscriptionis cum Civitates Imperii jam a fine Seculi XV. usque ad hodiernum diem gaudeant, ita, ut semper exclusa a Comitiis Nobilitate, post Comites & Barones locum immediate obtinuerint, quis non Illarum præcedentiam optime fundatam esse videt? cum hæc uti supra ostendi, legale sit consequens Voti Comitialis. Non enim solum hoc ipsum tempus immemoriale statim ex parte Civitatum cum possessione est inchoatum, sed & confirmatum fuit per scientiam & patientiam Nobilium, qui neque contradixisse leguntur. Imo agnoverunt ipsi potius Nobiles, hoc Jus sibi a Civitatibus præscriptum esse, dum Restitutionem anno 1686. quovis modo sollicitarunt: nam, qui restitui cupit, ille hoc ipso fatetur, se jus suum prius amisisse. Neque vero hanc restitutionem Equestris Ordo eo, quo par erat, modo ambivit. Non ad Comitia Imperii publica, ubi res decidi debuerat, & ubi jura Ipsis æque administrata fuissent, rem illam detulerunt; Cæsar ab Ipsis imploratus, quæsita apud Moguntinum Electorem intercessio, res per cuniculos, non manifeste tractata; evidenti prorsus indicio, desperasse tum ipsos Nobiles de obtinenda in Comitiis, qualem quæsiverant, sententia. Sed nec ipse Cæsar, qui alias in ipsos propensissimus, nec reliqui, qui non minus ipsis favere credebantur, ex Ecclesiastico præsertim Ordine Status, ipsorum petito tunc satisfacere potuerunt, quia, perspecta causæ Nobilium imbecillitate, postulato huic repulsam dare cogebantur. Objicis fortasse, repulsam hanc non ex Comitiali Imperii Decreto tulisse Nobiles, adeoque eam contra ipsos parum facere: verum illud quidem non nego, auctoritatem Comitiorum hic non intercessisse, quamquam Singuli Status de hisce moliminibus cognitionem habuerint; at prudentiæ Nobilium adscripseris, quod non intercesserit. Quod si enim res ad istud Forum esset delata, sine dubio petitum illorum fuisset statim rejectum, quod ex Cæsaris, reliquorumque Nobilitatis Fautorum consiliis patet, qui scilicet dissuaserunt, ne res ad Comitia deferatur, ut honori Nobilium prospiceretur, qui lata ista publica repulsa,

pulsa, haud parum fuisset labefactatus. Ipsi etiam Nobiles post illud tempus ita acquieverunt, ut nullam post hac litem amplius Civitatibus moverint. Unde egregium iterum nobis oritur Præscriptionis contra Nobiles argumentum, qui inde ab illo tempore nihil novæ protestationis injecerunt, atque adeo, a petito suo desistentes, præscriptioni cuidam de novo locum dedisse merito censentur. Qui enim juribus sibi competentibus uti, & ea exercere prohibitus est, & acquievit, sibi ipsi præjudicat &c.

Opponit quidem *Hippolytus*, hanc præscriptionem Nobilitati Immediatæ non posse esse noxiam, quia tanquam res meræ facultatis in illorum arbitrio positum erat, ad Comitia venire vel non; quod autem emanserit, factum esse ex certis rationibus, ac demum ita concludit, quod tantum, & non plus præscriptum intelligatur, quantum in specie possessum reperitur, *l. 18. §. 4. ff. de acquir. possess.* Verum opponi hic posset, Jus Voti ac Sessionis in Comitiis ex eorum jurium numero esse, quæ regulariter obligationem habent conjunctam, adeoque in censum rerum meræ facultatis venire non posse; sed silentio hæc involvens, id tantum dico, quod si hæc argumentandi ratio procederet? liberum erat jure aliquo uti, vel non uti, ergo jus illud non potest præscribi, quæ quæso & quomodo unquam locum habere poterit præscriptio? Imo ad omnem præscriptionem valide incipiendam requiritur, ut ille, contra quem præscribitur, liberam habeat voluntatem jure suo utendi, nec coactæ desinat illo gaudere. Tunc ergo Nobilitas Immediata haberet, quod contra præscriptionem adduceret, si probari posset: eam inique & vi a Comitiis injuste fuisse exclusam, & per consequens Civitates Imperii injusto quoque modo proximum post Principum Collegium occupasse & hucusque retinuisse locum. Jam vero sese ipsam accuset, quod emanserit, & Civitatibus non contradixerit, quæ jam & quoad Sessionem & quoad Præcedentiam præter immemoriale illud tempus, per ultimam quoque præscriptionem ab anno 1686. usque ad nostra tempora novum jus sibi acquisiverunt, ut nullo modo illud adimi ipsis queat. Quod ad textus ex Jure Civili allegatos attinet, eos pro mea potius, quam pro contraria sententia stabilienda facere, inde patet, quia dicunt, *tantum præscribi, quantum possessum fuit.* Atqui Nobiles negare non poterunt, Sessionem immediatam post Comites atque Barones fuisse possessam a Civitatibus, & quidem per aliquot jam Secula; quid aliud ergo sequitur, quam, quod hic ipse ordo sedendi & suffragium ferendi post Comites & Barones fuerit præscriptus?

Argumentum VI. a Re Judicata petitum quoque pro Civitatibus magis, quam pro Nobilibus, militat. Primo enim illud dici potest, quod, si non extet sententia quædam definitiva in favorem Civitatum lata, tamen nulla contra eas produci possit, quod ultimum tamen de Nobilibus affirmari haud posse videtur,

videtur. Contraria enim eſt 1.) Sententia Ordinum Proteſtantium, quam ſupra allegavimus, ubi dicti Ordines, perpenſis utriusque partis rationibus in Conventu Correſpondentium Norimbergæ, anno 1619. habito, Legatis Civitatum præ Legatis Nobilium prærogativam tribuerunt, quam poſtea etiam repetitis vicibus in Conventibus pluribus Francofurti habitis obtinuerunt. Nunc lubenter quidem, ut ſupra, agnoſco, Conventus hoſce fuiſſe particulares, in quibus non omnes Electores, Principes ceterique Status congregati fuerunt: at illud tamen Antagoniſta meus mihi quoque largiatur, neceſſe eſt, ex eo clariſſime apparere, ſemper & quovis tempore ex Imperii Ordinibus nonnullos fuiſſe, qui pro Civitatibus Imperii publice deciderunt; e contrario nunquam, quantum ego quidem ſcio, a Nobilitate oſtendi poterit, vel ſemel tantum pro ea publice pronunciatum fuiſſe. Ubi enim Illa in Conventibus particularibus præceſſit, qualia exempla quædam *Hippolytus* adducit; ibi Jus Prærogativæ ſibi proprio motu arrogavit potius, quam quod per ſententiam aliorum Statuum ſimul comparentium obtinuerit. Neque exinde hæc Ordinum Correſpondentium ſententia in totum eſt rejicienda, quia deciſio Præcedentiæ ſoli Imperatori competit; nam, quamquam non negem Tribunal, coram quo ordinarie controverſiæ Seſſionum inter Status Imperii ſunt decidendæ, eſſe aulam Imperatoris; ſunt tamen nonnulli Doctores inter quos præcipuus *Limnæus T. I. de Jure Publ. L. II. c. 9. n. 92.* qui hanc dijudicandi de Seſſione poteſtatem non ſoli Imperatori adſcribunt, propter verba, quæ habentur in *Receſſu Imperii* zu Augſpurg *de Anno 1500. ſub Tit.* Wie die Irrung der Seſſion zwiſchen den Fürſten hingeleget werden ſoll durch das Regiment, §. Weiter nachdem ꝛc. ibi: die Wir den jenigen, die es betrifft, fürter zuſenden, ihr Antwort darinn vernehmen, und alsdann ſolche Schrifften und Antwort unſern Churfürſten zuſchicken, ihren Rath darinn hören, und darnach ſolch Schrifft und Antwort auch mit dem gemeldten unſern und des Reichs Regenten beſichtigen ꝛc. & ſæpe Imperatorem cum Statuum conſenſu id feciſſe, conſtat *ex Imperii Receſſu de An. 1603. Ratiſponæ habito §. 66.* Erklären wir uns abermahlen, daß wir zu Folge unſers bey unterſchiedlichen Reichs-Tägen, als im Jahr 76. 82. 94. und 98. gethanen Erbietens, nach complirten Actis, ſamt etlichen auß Mittel des Heil. Reichs Churfürſten, Fürſten und Ständen Räthe, darzu deputirten Perſohnen, und das jenige was hierunter von den Partheyen einbracht, einkommen, ſo förderlich es möglich referiren, und alsdann, was Recht seyn würde, erkennen und außſprechen wollen ꝛc. Huc pertinet, quod Ferdinandus Cæſar in Comitiis Auguſtæ Vindelicorum 1559. habitis Statibus Imperii promiſit, fore, ut Commiſſarii conſtituerentur, qui amicabilem compoſitionem litium tentarent, quod ſi id fieri non poſſet, ſe aſſumtis

Electoribus & Principibus, qui nullum interesse quoad lites Sessionum haberent, perceptis utriusque partis juribus pronunciaturum, vid. *Recess. Imp.* zu Augspurg *de Anno 1559.* §. als sich denn auch bißhero ibi: Im fall aber, sie darinn allerseits gütlig nicht vertragen werden möchten, wollen wir alsdann auff nächst-künfftiger Reichs-Versamlung, etliche der Sachen unverwandte Chur-Fürsten und Stände zu uns ziehen, und samt denselbigen nach gnugsamer Vernehmung jedes Theils habenden Gerechtigkeiten, in Sachen endlichen rechtlichen Außspruch und Erkäntniß thun ꝛc. Apparet exinde, Cæsarem quidem competentem harum Controversiarum Judicem esse; sed testantur tamen modo allegati *Recessus*, interdum etiam Electores, Principes, aliosque in Consilium admitti, qui cum Cæsare has Sessionum lites componant; ut adeo sententia Ordinum Correspondentium Protestantium non tam parvi sit æstimanda. Sed mitto hæc, & 2.) ad Nobilitatem Alsatiæ Inferioris me converto, utpote quæ *Anno 1615. d. 28. Febr.* per sententiam definitivam Civitati Argentinensi, cum adhuc Imperialis esset, cedere coacta fuit, quæ res judicata legitimum Præcedentiæ titulum Civitatibus omnino tribuit. Regerit quidem *Hippolytus p. 288. seqq.* hoc factum toti Nobilitati Immediatæ ideo nocere non posse; quia res est inter alios acta, Nobilesque Alsatiæ separatum a reliquis Nobilibus Immediatis corpus constituunt; deinde, quia magna Nobilium pars Magistratui Argentinensi subjecta est; sed hæ rationes facili modo explodi atque refutari poterunt. Nam primo, quod res acta inter personas, eandem causam, idemque jus agendi habentes, plenissime probet, testantur omnes JCti; vid. *Riminald. Cons. 628. n. 27. Schrader. Cons. 1. num. 376. Decian. Volum. I. resp. 55. n. 33.* conf. *Menoch. Cons. 1. n. 206.* Jam quidem inficias ire nolo, Nobiles Inferioris Alsatiæ a longo jam tempore neque sub Suevica, neque sub Franconica, neque sub Rhenana Nobilitate comprehensos fuisse; illos tamen non minus partem specialem totius Nobilitatis Immediatæ S. R. Imp. facere, ac omnibus juribus frui, quibus reliqua corpora, eo certius assero, quo evidentius hoc ex Diplomate des Ritterlichen Ordens-Prædicats-Erhöhung *a Ferdinando III. Imperatore Anno 1654.* concesso apparet, ubi hæc verba occurrunt: des Reichs Freyen Ritterschafften der Craysen, Viertel, Ritter-Ort und Bezircken im Land zu Schwaben, Francken, Rhein-Strohm, und des Bezircks im Untern Elsaß. Nunc, si una Nobilitatis Immediaæt pars, quæ origine antiquissima, ac nobilitatis genere æque bene gaudet & gloriari potest, ac Franconici, Suevici, vel Rhenani Nobiles, Argentoratensi Civitati præcedentiam in tantum non dubiam reddere poterat, ut potius per sententiam definitivam a *Camera Imperiali* ipsi injunctum fuerit, Argentoratensi Civitati cedere, reliquæ certe Partes prærogativam eo usque prætendere non poterunt, donec clarissime osten-

ostendant, quænam ipsis præ Nobilitate Alsatiæ Infer. prærogativa competat, eamque tantam esse, ut eo jure, quo, ut ipse Treyßpach fateri cogitur, Nobilitas Alsatica Civitati Imperiali locum cessit, non teneantur. Quod si Archiva singularum Civitatum Imp. perlustrare, atque Acta inter eas & Nobiles penitius inspicere liceret; ex iisdem sine dubio innotesceret, Nobilitatem Immediatam in eodem districtu vel Circulo, ac Civitates, sitam, Civitatibus sæpius postpositam fuisse, ita ut quemadmodum Civitas Argentoratensis in Alsatia præferebatur Nobilibus Immed. Alsaticis, sic quoque Civitates immediatæ in Franconia, Suevia, Nobiles immediatos Franconicos atque Suevicos anteirent. Verum quidem est, Nobiles Judicato *Cameræ Spirensi* non acquievisse, causamque ad Cæsarem pertulisse; sed, & hoc verum est, Cæsarem, utpote qui jam præviderat, se aut justitiæ aut prætensioni Nobilium per Imperiale aliquod decisum contravenire debere, noluisse hanc litem sententia sua definire, sed rem sorti atque alternationi, salvo tamen cujuscunque jure, commisisse, ut neutri displiceret parti. Objicit etiam Treyßpach, sententiam in Camera latam, in judicio ex lege diffamari esse tantum interlocutoriam; verum, quod sententia absolutoria ab instantia vel observatione judicii hic vim definitivæ habeat, probat, qui ex professo in *l. diffamari* commentarium consignavit, *Bartholom. Blarerus cap. IX. n. 44.*

Ad alteram, quam tradit *Hippolytus*, rationem respondeo, eam eo minus habere ponderis, quo clarius demonstrari poterit, minimam tantum Nobilium partem Argentorati degere, & inter hos paucos esse, qui juribus Civitatis fruuntur. Si ergo a potiori, uti hoc ipsum argumentum Treyßpach urget, est desumenda denominatio: Nobiles certe Alsatiæ ideo Civitatibus Alsaticis cedere non cogebantur, quia pauci eorum Civium sese adscripserant numero. Res enim inter alios acta; sunt ipsissima *Hippolyti* a Treyßpach verba; aliis neque prodesse neque obesse, & factum cuique suum, non aliis, nocere debet; vid. *p. 162. n. 292.* Verum instat Antagonista noster ulterius, atque ex eo, quod Nobiles Alsat. Infer. in urbibus degant, probare conatur, hos ipsos non ejus esse conditionis ac dignitatis, cujus sunt Nobiles Franconici, & Suevici &c. ac per consequens nihil inde accedere juris & præeminentiæ Civitatibus Imperialibus, quod Nobiles quidam in Civium se referri passi sunt numerum. Sed liceat cum pace adversarii publice asserere, eos, qui Nobiles Alsatos in rure viventes melioris ac nobilioris conditionis esse, ac Nobiles in Urbibus degentes, quia illi sunt Immediati, hi Mediati, in crassissimo versari errore, quem evitassent, si curatius jura & privilegia Alsaticæ Nobilitatis inspicere voluissent. Habent enim domicilium suum Argentinæ plures ex Illustri & Generosissima Nobilitatis Stirpe oriundi, qui si non meliori, pari tamen passu cum Nobilibus aliis

Immediatis ambulant, de quorum Immedietate eo minus dubitare licet, quo plura hanc in rem nuper demum typis impressa sunt Diplomata a variis Imperatoribus impetrata. Nec video, quid immediati illorum detrahere possit, quod quædam familiæ Magistratus officio in Civitate Argentinensi & olim functæ fuerint, & adhuc fungantur, quidque responderi possit ad quæstionem: an Nobiles Immediati, penes quos ante annum 1332. Summa Imperii in Civitate Argentoratensi erat, reliquis Nobilibus Immediatis, qui hac Magistratus potestate ac dignitate non gaudebant, sed in pagis rusticis suis tantum imperabant, postponi debuissent an præponi? Certe prius affirmare velle, ridiculum plane esset, atque omni rationi contrarium. Sicuti ergo nec antiquitati, nec splendori generis vel natalium obest, membrum esse inprimis imperans, sive caput coimperans Civitatis Imperialis; ita nec Immedietati aliquid decedit, si quis munus Magistratus in illa obit. Sicuti neque illud obest immedietati, si quis in ministerio nobili (als Page) alicujus Principis sit constitutus, aut officio alicui aulico præsit, aut obligatione Vasallatica sit adstrictus Statui; differunt enim die Huldigungs-Pflicht, sive vinculum subjectionis, qua obsequium ac fidem Domino subditi debent; die Lehens-Pflicht, sive vinculum vasallagii, quo propter rem feudalem vasallus Domino feudi ad fidem, non item ad obsequium ita generale, ut subditus, adstringitur; & die Ambts-Pflicht, sive vinculum Officialium, quo, quibus a Principe munus quoddam commissum, aut a civibus in Civitate Imperii delatum, ei sunt devincti, vid. Consultissimi Dn. D. Feltzii *Dissert. I. de Statu Nobilitatis Immediatæ. p. 7. seq.*

VII. Illud quoque Prærogativæ caput, quod majorem Jurisdictionem attinet, si examinare lubet, eo minus in eo difficultatis reperiemus, quo certius est, & supra jam dictum, Civitates esse Status, *Votumque in Comitiis Decisivum* exercere, ut exinde merito nomine *Coimperantium* censendæ veniant, qui, sicut in aliis juribus Majestatis exercendis, ita etiam in *Jurisdictione* cum Imperatore concurrunt. Qui enim, uti de aliis rebus, ita etiam de litibus inter Status e. g. occasione interpretationis Pacis Westphalicæ &c. intervenientibus cum aliis consultat, & decernit, eum revera possumus appellare Civem *Coimperantem*, & ut publicæ administrationis in universum, ita etiam *Jurisdictionis* participem. Jam vero, quem fugit, Civitates ob dictam modo Pacem Westphalicam ad deliberationes publicas, uti circa alia, ita inprimis circa *Jurisdictionem ordinandam* suam conferre partem, ita, ut, si de Visitatione Cameræ e. gr. quæ Jurisdictionem nomine Imperatoris & Imperii exercet, agitur; sine eorum consensu nihil concludi debeat. Manifesto hoc probat nuperum Visitationis Cameræ exemplum, ubi Visitatores repræsentarunt non

non tantum Electorum Principumque, sed & Civitatum Imperialium Legati: Unde patet, eas etiam ad defectus Judiciorum Supremorum corrigendos suo suffragio debere concurrere. Sed & in particularibus Conventibus una cum reliquis Statibus conveniunt, & in negotiis Publicis non tantum, verum etiam ubi controversiæ occurrunt, quæ tales Conventus e. gr. Circulares pro foro competente agnoscunt, in decidendo eodem cum reliquis Ordinibus jure concurrunt. Apparet hinc, Civitates de æquali illa potestate, quam Doctores vulgo Statibus cum Imperatore in Comitiis competere, docent, quoque participare, & nomine ipsarum haud minus, quam reliquorum Statuum Imperii, summam in Imperio Jurisdictionem exerceri, adeoque ratione *Jurisdictionis* etiam Civitates Nobilibus præferri. Id quod & inde porro patet, quod inter Civitates Imperiales reperiantur exemplo Argentorati, quæ *Judicium Camerale Delegatum* habet, ad quod, si summa sit appellabilis, ita, ut lis deferri posset ad Cameram ipsam, solet provocari. Ut adeo, cum ab Imperatore in sollicitudinem Imperii sint assumptæ, *συναρχόντων* nomine veniant, & suffragio suo ad deliberationes & decisiones, uti circa alia, ita etiam circa Jurisdictionem non parum in magno illo corpore, quod Germaniæ fata circumagit, momenti afferant. Hinc appellantur Fulcra & Columnæ Imperii Säulen und Stützen des H. R. Reichs. *Petrus de Andlo de Roman. Imper. L. I. cap. 16.* quodque non minima sint pars roboris S. R. Imperii testatur ipse Imperator Sigismundus in der Geistlichen Reformation de Anno 1436. quæ extat apud *Goldast. Tom. I. Constit. Imperial. fol. 170.* ubi in procemio ita dicit: Darum seind ermahnet deß ersten all ihr edlen Reichs-Städte, wenn das Haupt ist kranck, die Geistlichen und Weltlichen Häupter lassen fallen, was ihm von GOtt empfohlen ist; und wenn man es recht ansieht, so stehet es nur an den Reichs-Stätten, wenn die schlieffen und nicht wachten, so wäre die Christenheit GOttes, und aller seiner Gnaden entfremdet, und wär alles Recht thun GOtt unmär, wenn Göttliche Ordnung erloschen steht. Darumb niemand zu ermahnen ist, denn allein die Reichs-Städt, die höchsten Häupter sind nicht zu ermahnen, denn sie haben das Unrecht inn mit Gewalt. Unser Herr der Kayser oder König, mögen ihren Staat nicht mehr behalten: der Hochwürdige Staat ist abgezogen dem Reich von den Fürsten, und daß unser Reich kranck, blöd, und schwach ist. Darum ihr Edlen Reichs-Städte seind ermahnet bey GOTT dem Vatter, bey JESU Christo, bey seinem Rosin-farben Blut, das er für uns vergossen hat, daß ihr ansehent, wie wir von GOtt gefreyet seyn, wie wir unß halten sollen, wie alle Ordnung kein Gliedmaß hat, die Recht sey. Thut darzu, als die ihr das oberst Glied seyd, auff die in dieser Zeit die Christenheit wohl gebauet

ist.

ist. Jam vero, si Nobiles considerare velimus, eos nihil hac de re participare, intelligimus. Qua ratione enim illos Coimperantes appellare possumus? quorum toto tempore administrationis Reipublicæ nulla habetur ratio, qui ad nulla Comitia vocantur, qui nullam de rebus ad Reipublicæ statum pertinentibus sententiam dicunt, qui ab omnibus Conventibus excluduntur, imo nec certiores interdum earum rerum fieri debent, quas gerendas atque exequendas Imperator & Ordines in Consilio decreverunt. Certe eum cœcum aut invidia ductum esse, omnes rerum sinceri æstimatores judicabunt, qui non agnoscat, præstantiorem hinc quoque esse Civitatum Imperii præ Nobilibus sortem.

VIII. Atque hæc omnia adhuc magis corroborantur, si sequens axioma Prærogativæ de Cohærentia cum supremo Imperii Capite jungamus: nam, uti prius potestatis, sic hoc honoris Civitatum maximum est indicium. Sunt enim Civitates, tanquam Status, Consiliarii Imperatoris & Imperii, nec nudi tantum sunt Consiliarii, sed simul suffragium ferentes, quique tanto majorem intimioremque cum Cæsare, omnibusque Imperii Statibus nexum habent ac cohærentiam, quanto magis istam circa publica negotia deliberandi facultatem exercent. Id vero non exiguum esse, vel exinde patet, quod hunc honorem Suecia obtinuerit, multique Exteri ambiverint. Appellantur hinc Civitates pars Corporis Sacratissimi, & Membra Præcipua, in quibus tanquam Basibus stet & subsistat Imperium ipsum, *Bertram de Comit. Imp. concl. 45.* imo Sanctæ & Inviolabiles idcirco a *Sigismundo* in der weltlichen *Reformation de an.* 1436. ap. *Gold. c.* 10. *pag.* 191. dicuntur, ibi: da wurden die Heilige Reichs-Städte geordnet und gefreyet, darum stehen sie geschrieben heilig, wenn ihnen wird empfohlen alle gerechte und Göttliche Seeligkeit, und wird die Christenheit durch sie gestärcket, *vid. Knipsch. de Civit. L. II. c. 1. num. 1. seq. & Hier. Gigas de Crim. læs. Maj.* scribit, in iis Crimen læsæ Majestatis committi posse. Quod si jam Originem Nobilium indagare velimus, inveniemus, eos Imperatoris servos & famulos olim fuisse & adhuc hodie appellari. Sic ipse *Knipschild.* qui sub nomine *Hippolyti à* Treyßpach latet *L. I. c. 1. n. 37.* de Nobilitate &c. Diplomata Cæsarea & Recessus Imperii citat, in quibus tantum famuli nominantur. In templo Misnensi Epitaphium cum tali inscriptione legitur: anno 1382. obiit Strenuus famulus Henricus de Schleinitz, vid. *Georg. Fabric. L. II. Annal. Urb. Misnens. fol. 54.* ubi addit, quod illo tempore non amplior fuerit Virorum Nobilium titulus, quam, ut strenui famuli nominarentur. Hinc etiam Knechte des Heil. Reichs in *Ordin. Regimenti de anno* 1500. *tit.* Von der Ritter und Knechte Steuer & in multis Recessibus Imp. dicuntur; vid. Coccejus in Jur. Publ. c. XXXI. n. 14. Qualis vero inter Coimperantem, &

& Miniſtrantem notatur differentia, talem quoque inter Civitates Liberas & Nobiles agnoſcendam eſſe, ipſa res ſatis ſuperque docet.

IX. Quodſi denique illud Præcedentiæ caput, quod onera reſpicit, conſideremus; vel exinde quoque facile jus Civitatum præ Nobilibus eliciemus. Non nego equidem, hoc argumentum ſolum ſimpliciter non ſufficete ad Prærogativam ſtabiliendam; interim & hic regula illa ordinaria locum ſibi ſummo jure vindicat, quod ea, quæ ſingula alias non juvant, conjuncta tamen ſint valitura. Unicuique autem notum eſt, nec ab ullo unquam negatum fuit, quod Civitates ad Imperii onera ordinaria pariter ac extraordinaria, ad Cameræ Imperii ſuſtentationem, & ad reliqua tributa centies plus conferant, quam Nobilitas Immediata. Ipſe Treyßpach *Qu. II. n. 225.* fatetur illud his verbis: daß Sie die Ritterſchafft bey den Reichs-Verſammlungen, denen ſie beygewohnet, ſo viel vermercket, daß bey denſelben meiſtentheils von des Reichs obliegenden Beſchwerden und Anlagen conſultiret werde, Sie aber dazu ſich niemahlen verſtehen wollen, ſondern ihre hergebrachte Exemption und Befreyung allegiret, und ihre Dienſte dem Röm. Reich meiſtentheils mit Darſetzung Leibes und Bluthes, und tapffern Ritterlichen Kriegs-Thaten erwieſen, und von uhralters hergebracht, daß Sie niemanden anderſt nicht, als umb gebührenden Sold gedienet, und ſonſten vorhin zu keiner Reichs-Hülffe, an Volck oder Geld, verbunden geweſen, ſie auch vermercket, und im Werck befunden, daß die Beſuchung der Reichs-Verſammlungen groſſe Geld-Speeſen und Koſten erfordert, daß ſolchem nach zu Erſpahrung derſelben, und, weilen Ihnen an Beſuchung der Reichs-Täge nicht alſo hoch gelegen geweſen, Sie ſich von denſelben nach und nach ſelbſten abgezogen ꝛc. Quod nihil quoque ad conſervationem aut executionem Pacis Religioſæ & Profanæ conferre voluerint, teſtatur idem ille Treyßpach *Qu. IV. n. 353.* daß, wiewohl die Hochlöbliche Stände des Schwäbiſchen Creyſes hiebevor vielfältig dahin getrachtet, wie ſie Löbl. freye R. Ritterſchafft an ſich ziehen, und in ihre Verein- und Verfaſſung, ſo Sie zu Handhabung und Execution des Religion- und Profan-Friedens auffgerichtet, bringen mögen ꝛc. auch die Röm. Kayſerl. Majeſtät ſelbſten Löblicher freyen Reichs-Ritterſchafft in Anno 1561. gerathen, ſich mit den Crayß-Ständen dies Orthes einzulaſſen ꝛc. So hat jedoch eine Löbl. Freye Reichs-Ritterſchafft ſich dazu nicht verſtehen wollen, ſondern deßwegen jederzeit bey Ihro Kayſerl. Majeſtät ſich beſter maſſen entſchuldiget ꝛc. Atque hæc omnia eo minus Nobilitati ſunt honorifica, quo certius ipſe Hippolytus affirmare auſus eſt *Qu. VI. n. 483.* Nobilitatem quoad territoria, ditiones, & diſtrictus, Civitatibus non tantum non cedere, ſed eas quoque horum bonorum reſpectu

ſuperare: Und, wenn man für das ſechste der Freyen Reichs-Ritterſchafft in den dreyen Crayſen habende Landſchafften, Burgmannſchafften, Herrſchafften, und Leuth, und was denſelbigen anhängig, conſiderirt, wird ſich befinden, daß in Anſehung derſelbigen Sie nicht geringer zu achten, als die Ehrbare, Freye- und Reichs-Städte, ſondern denſelben auch horum bonorum reſpectu vorzuziehen ꝛc. Cum igitur tam magna Civitatibus incumbat onerum pars; iniquiſſimum ſane erit, Nobiles, qui onera illa atque tributa, ſine quibus nec ſtare Reſpublica nec adminiſtrari recte poteſt, defugiunt, Civitatibus anteponere; cum tritiſſima illa ſit Regula Juris, quod is dignior & aliis merito ſit præferendus, qui majorem Reipublicæ operam navat, majoresque labores ejus cauſa ſuſtinet, vid. *Boër. de auctor. magn. Conſ. num. 145.* & *Peregrin. conſ. 3. num. 16. Lib. 2.*

Agnovit hæc facile *Hippolytus*, cum luce meridiana ſint clariora, ſed parum cauſæ ſuæ profuit, dum dicit, *num. 568. & 569.*: Nobiles per facta ſua militaria majora adhuc ſervitia Imperatori & Imperio præſtitiſſe, quod ſanguinem & vitam, quæ nulla pecunia comparari poteſt, Cæſari conſecraverint, maſculeque ſemper pro Patria pugnantes mortem oppetierint. Quaſi vero civitates nunquam militaverint, nec auxilia Imperio miſerint? Si illud argumentum urgere vellem, certe illud magis pro civitatum, quam Nobilium, gloria ſtabilienda faciet, utpote, quæ præter onera Imperii, præter innumeras collectas atque Tributa, milites quoque inſigni numero ſuppeditarunt, eosque ſuis ſumtibus aluerunt; cum Nobiles, uti modo allegata verba *Hippolyti n. 225.* indicant, Stipendiarii plerumque fuerint, menſtruaque pro ſervitiis acceperint æra, daß ſie niemanden anderſt nicht, als um gebührenden Sold gedienet. Sed urget Antagoniſta ſemper, ita privilegia Ordinis Equeſtris proſtare, majorum ſuorum benemeritis in Rempl. parta, quæ auferre illis injuſtum! Reſpondeo cum Doctiſſimo *Henniges in meditat. ad Inſtrum. Pac. art. XVI. §. 8.* Virtuti & fortitudini, qua Reſpublica juvatur, recte & ex merito ſuam conſtare laudem atque mercedem; ſed iniquum eſſe, ut hoc diſpendio & præjudicio totius publici fiat. Præterea ingens rerum mutatio facta ab illo tempore, quo primum Ordo Equeſtris immunitates ſuas & exemptiones fortibus factis & ſtrenuitate armorum promeruit; tunc non adeo iniquum viſum eſt illos ſtipendiis atque oneribus levari: qua ratione vero Nobiles vetera illa privilegia jam jactare poſſunt, qui, relictis majorum inſtitutis, quorum reſpectu hæc Privilegia olim impetrata fuere, nunc vel plane amplius non militant, aut aliam & diverſam militandi rationem ineunt? Neque inſtantia a Belgio Confœderato allata aliquid ad rem facit, cum jam ſæpe dixerim, ab Exterorum exemplis, apud quos alia Imperii atque Regiminis forma, male ad noſtrum Statum concludi.

Nec tandem exceptio Regis Bohemiæ, Auſtriacæ Domus, aliorumque Ordinum nobis obeſſe, vel Nobilibus prodeſſe poteſt; jam ſupra enim ab initio dixi, hoc argumentum de Oneribus non ſimpliciter valere, ſed ceteris paribus; adeoque cum Regum & Archiducum dignitas per ſe nobilior ſit, onerum ratio hic nulla habetur; at, cum civitatum Nobiliumque inter ſe de prærogativa ſit certamen, hoc de oneribus argumentum quam maxime hic applicari poſſe credo.

Et hac ratione ſuperius tradita argumenta, ex quibus Seſſionum Controverſiæ decidi debent, ad noſtram litem accommodavi; quorum quidem plura porro allegandi mihi ſuppetiiſſet copia, niſi ex omnibus præcipua tantum ſeligenda fuiſſe prolixitatis evitandæ cauſa exiſtimaſſem; ſimulquoque ea, ab Adverſarii objectionibus in Quæſtione ſua VI. allatis, pro viribus vindicare allaboravi. Quamquam vero illa capita de præſtantia ſubditorum & de majori diſtrictu deſumta, quorum *Hippolytus p. 293. & p. 295.* mentionem facit, attingere ſupervacaneum, vel ſaltem non firma ſatis eſſe, ab initio oſtenderim, atque adeo refutatione vel vindicatione iſtorum opus non eſſe crediderim; Illud tamen ita intellectum volo, quod ſigillatim & ſola meo inſtituto parum profutura fuiſſent; At, ſi iis, quæ hactenus declaravi, & hæc ſuperaddidero, ſi hæc argumenta cum prioribus conjunxero, vel ipſis quoque ſuam vim atque robur non denegandum eſſe, confidenter affirmo.

Reſtant adhuc alia Jura & Privilegia civitatum, quæ, cum maxime quoque ad Præcedentiam faciant, ſilentio quidem præterire nequeo; at, cum præter expectationem hæc Diſſertatio creverit, civitatumque prærogaaiva ex jam adductis argumentis ſatis aſſerta videatur, breviſſimis ea tantum ſum recenſurus, remittens Benevolum Lectorem ad *Knipſchildium*, aliosque Scriptores, qui de Regalibus, Juribus ac Immunitatibus civitatum ex profeſſo egerunt. Inter ea potiſſima ſunt, quod neminem niſi Imperatorem Superiorem agnoſcant, Imperioque incorporatæ ſint, non minus, quam Imperii Principes, Prælati & Comites. Ad illarum dignitatem & prærogativam porro quoque ſpectat, quod Liberæ dicantur, & in diplomatibus & Privilegiis Cæſareis Nobiles appellentur, quod ultimum reſponſionis loco eſſe poteſt in controverſia illa, quam citat & refutare conatur *Hippolytus p. 291. num. 561.* an ſcilicet poſſeſſio Baronatus & Comitatus præferentiam aliquam tribuat? Antagoniſta illud negat, ſed neceſſarium inſuper eſſe aſſerit, ut Imperator declaret, ſe præter hoc ipſum, dum civitatem Imperii de feudo Nobili quodam inveſtit, velle, ut pro Nobili habeatur, atque reputetur; Ergo, ſi voluntatem hanc Imperatoris probavero, habebo, quod volo. Probo autem hanc ex variis diplomatibus Cæſareis, ubi eas Nobiles & Nobilia Imperii S. Rom. membra Edel, und Edle

Bbb bb 2 Glieder

Glieder des Heil. Röm. Reichs nominat. vid. *Sixtin. de Regalib. l. 1. cap. 4 n. 80. Paurmeist. de Jurisd. L. II. c. 2. n. 45. &c.* Et certe, quæcunque Civitas pro persona publica juribus principum gaudente communiter habetur, illa opus non habet, ut nobilitatem suam aliis argumentis probet; sed hæc tantum obiter dicta esse volui. Exercent præterea Civitates Superioritatem Territorialem, uti alii Status, jure proprio, &, si vulgatam Doctorum conclusionem sequi velimus, in territoriis, ditionibus & districtibus tantum possunt, quantum Imperator in Imperio, vid. *Gail. II. Obs. 57. n. 7.* In Regimento uti olim suos assessores habuerunt, ita adhuc Visitationibus Cameræ intersunt. Gaudent pace Religionis, &, uti ceteri Ordines, jus belli & armorum, jus fœderum, protectionis & Legationum plenissime exercent. Habent insuper omnia Regalia, & gaudent pleræque earum jure monetas cudendi, quod Nobilitati Immediatæ non competit. Constituunt Magistratus, condunt statuta & jura, homagia a subditis exigunt, collectas, vectigalia, ceteraque tributa ipsis imponunt, & in genere in suis ditionibus, ut reliqui Status, omnimodam habent Jurisdictionem, liberamque rerum suarum administrationem. Et, quamquam hæc pro Nobilibus adduci posse quoque videantur, tamen nec omnia, nec tam illustri atque tam eminenti modo ipsis competunt, ut adeo vel exinde civitatibus præ Nobilibus Præcedentia omnino sit adjudicanda.

SECTIO III.

In qua argumenta pro Nobilitatis præcedentia stabilienda inpr. ab Hippolyto *in Quæstione sua VI. allata, brevissimis refutantur.*

EXaminatis igitur simulque vindicatis juribus & argumentis, quibus civitates præ Nobilibus gaudent, ad refutationem illorum, quæ *Sectione I.* hujus partis ab iis, qui Nobilitati addicti sunt, fuere prolata, me accingo. Plurima, quibus *Hippolytus à* Treyßpach Nobilitatis Immediatæ præcedentiam præ civitatibus Imperialibus adstruere conatur, argumenta eò redeunt, ut probent, *eum, qui ex nobiliori stemmate est genitus, esse anteponendum, & semper anteponi illi, qui ex ignobiliori stirpe natus est.* Sed, quam ficulnea, & levia hæc ipsa sint argumenta, exinde patet, quod non probent id, quod probare debent. Status enim controversiæ nunc non est, an Nobilis præferatur ignobili? Sed, an in Imperio R. G. Civitatibus Imp. præponenda vel postponenda sit Nobilitas Immediata? Jam, quomodo quæso huc applicari poterunt ea, quæ generaliter de Nobilium prærogativa *Hippolytus* jactat? Cum autem hoc unicum fere sit argumentum, quod semper & ad nauseam usque urgetur; huic inhærere cogor. Inest Nobilibus, præsertim autem iis, (nam de illis, qui sanguini suo virtutis eruditionisque pretium jungunt, sermo mihi non est,)

qui

qui nihil aliud ad ſui commendationem habent, quam inanem prope fugitivam majorum ſuorum memoriam, contemptor animus, & ſuperbia adverſus illos, quos non genus ſed propria virtus nobilitavit; cum tamen in conferendis honoribus & dignitatibus non nobilitas ſanguinis, ſed animi ſit inſpicienda; hic enim ſolus vere nobilem hominem efficit. Agnoverunt hoc ipſi etiam Gentiles, quorum dicte nonnulla hanc in rem merentur huc apponi. *Seneca*, qui ipſe ètiam Eques fuit, *L. III. de beneficiis* oſtendit, quisnam altero ſit nobilior: *Eadem omnibus principia, eademque origo: Nemo altero nobilior, niſi, cui rectius ingenium & artibus bonis aptius. Qui imagines in atrio exponunt, & nomina familiæ ſua longo ordine, ac multis ſtemmatum illigata flexuris in parte prima ædium collocant, noti magis, quam nobiles ſunt: Unus omnium parens mundus eſt, ſive per ſplendidos, ſive per ſordidos gradus, ad hunc prima cujusque origo perducitur.* & epiſt. 44 *Quis ergo generoſus? ad virtutem a natura bene compoſitus. Hoc unum eſt intuendum. Alioqui, ſi ad vetera revocas, nemo non inde eſt, ante quod nihil eſt, a primo mundi ortu uſque in hoc tempus perduxit nos ex ſplendidis ſordidisque alternata ſeries. Non facit nobilem atrium plenum fumoſis imaginibus, nemo in noſtram gloriam vixit: nec, quod ante nos fuit, noſtrum eſt. Animus facit nobilem, cui ex quacunque conditione ſupra fortunam licet ſurgere.* Digna quoque eſt, ut legatur, elegantiſſima oratio *Marii* apud *Salluſtium in bello Jugurthino*, in qua, veram nobilitatem in ſola virtute conſiſtere, eleganter oſtendit. Ex recentioribus Illuſtris *Boileau* ſtylo Satyrico perſtrinxit quoque vanos illos antiquitatis ac generis jactatores, ab aliisque virtutibus vacuos, itt canens Satyra V.

- - - Mais enfin lis preuves ſunt claires;
Tous les livres ſont pleins des titres de Vos Peres:
Leur noms ſont echappés du naufrage des tems.
Mais qui m'aſſurera, qu'en ce long cercle d'ans,
A leur fameux Epoux Vos Aieules fidèles
Aux douceurs des Galans furent toûjours rebelles?
Et comment ſavés Vous, ſi quelque audacieux
N'a point interrompu le Cours de Vos Aieux;
Et ſi leur ſang tout pur, ainſi que leur nobleſſe,
Eſt paſſé juſqu' à Vous de Lucrece en Lucrece?

Ex his teſtimoniis, quorum adhuc vel mille adducere poſſem exempla, niſi temporis ratio habenda eſſet, apparet, quam vana illorum ſit Nobilium jactantia, qui ſingularem ſibi præ aliis innatum characterem, & ſanguini, ex quo ortum trahunt, ſpeciales quasdam qualitates, ignobilium ſanguini non adhæ-

rentes, impudenter sibi arrogant. Unde merito in nobilitatem, quæ virtute caret, ludit *Charron de la Sagesse l. I. c. 59.* ex illo *Osea IX. vers. 11.* *Gloria illorum omnis a partu & ab utero & conceptu*, si a majoribus descendat; sin ex Principis beneficio sit, *c'est* ait, *une noblesse en parchemin*, nobilitas illa, cui virtus deest, membranacea est, pecunia aut favore redempta. Si quis igitur pro verè nobili haberi vult, ei non satis est, jactare nobilitatem generis & res gestas majorum suorum,

Nam genus & proavos, &, quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra puto;

Ovid. L. XIII. Metamorph. sed necesse est, ut suis meritis quoque nobilitatis gloriam a Parentibus acceptam illustret atque augeat. Quodsi autem nunc vel maxime concederem majorem propositionem argumenti illius ab *Hippolyto* prolati; nondum tamen video consequentiam E. Nobilitas Immediata in Imperio R. G. est præferenda civitatibus Imperialibus. Primo enim civitates Imp. non privatorum numero veniunt, uti olim omnes civitates etiam amplissimæ, sola excepta Roma, pro privatis fuerunt habitæ. Hodie enim, cum alia Rerumpubl. & Civitatum Imperialium facies sit & conditio, illud jam sunt civitates, dum Status Imperii repræsentant, quod olim de Roma dicebatur, ut adeo pro personis publicis habendæ, illarumque jure gaudere debeant. Deinde & hoc absurdum ex generali de Nobilitate argumento sequeretur, quod Nobilis Landsassius, vel Mediatus quoque præferendus esset civitati Imperiali, quæ tamen est Collegium sive Universitas ex plebejis & plurimis Nobilibus sæpe etiam Immediatis constans; cum Nobilis Landsassius quoad ipsum nobilitatis characterem idem habeat, quod Nobilis Immediatus; quod ipsum tamen assertores jurium Ordinis Equestris nunquam propugnare vel asserere audebunt. Præterea civitates perperam in ignobilium referuntur ordinem; de illis enim dicere nequeo, quod ex ignobili stirpe natæ sint, cum civitates sint personæ mysticæ, quæ non ex sanguine, sed ab eo tempore ortæ dicuntur, quo in Universitatem illi coivere, qui corpus hoc Mysticum primi constituebant, quam civitatum Originem si non magis nobilem, multo tamen antiquiorem esse, ac Originem Nobilitatis Immediatæ, ex supra allegatis innotescit. Quod enim hic objicitur, civitates ex plebejis constare, leve illud est, cum non sequatur, singula corporis alicujus membra utpote plebeja (quod tamen de omnibus civitatibus Imp. ne quidem affirmari poterit) cedunt Nobilibus; E. etiam omnia simul considerata, & Collegium vel Civitatem componentia, iis cedere debent: fallit hic Regula illa: *quod potest dici de partibus, illud etiam dici potest de toto.* Ita scimus, singulos in Monasterio Immediato Monachos postponi Nobilibus, quis vero dixerit, Monasterium vel hujus nomine Prælatum, licet etiam plebejum,

bejum, Nobilitati Immediatæ præcedentiam relinquere debere? Praxis ſane ac Obſervantia Imperii a multis jam Seculis in Imperio R. G. ſtabilita reclamat. Quid, quod in Gallia Nobilitas, quæ maximis alias juribus gaudet, Collegiis, quæ vulgo Parlamenta ſive Summa Regis Tribunalia appellantur, & ex plurimis ſæpe, qui nativitate plebeji aut ſaltem Nobilitatis haud antiquæ fuerunt, componuntur, cedat, tota die videmus. Deinde in civitatibus multa quoque ſunt Membra atque cives, qui, licet non ex nobili ſtemmate ſint orti, tamen ob officiorum dignitatem non ſolum Nobilibus æquiparandi, ſed anteferendi. Sic Romæ, poſtquam per legem Canulejam plebejis aditus ad honores antea obvallatus patere incepit, Magiſtratibus Majoribus & eorum poſteritati Nobilitas acquirebatur.

Hodie Imperatoris Conſiliarios, ejusque Aulici & Cameralis Judicii Aſſeſſores, die Reichs-Hof-Räth und Cammer-Gerichts-Beysitzer, nobiles fieri, Cæſareæ Aulæ conſuetudo & quotidiana teſtatur experientia, uti docet *Mauritius de Nobilitate imprim. Germanica num. 19.* Et, quemadmodum virtus nobilitatem generans duplex eſt, vel Militaris, quæ legionibus, vel Civilis, quæ legibus paratur; hinc duas alas & ſcalas Nobilitatis eſſe, unam, quæ Sagatam, alteram quæ Togatam vitam inſequitur, ait *Nic. Betſius de pact. fam. illuſtr. c. 10. p. 721.* denotans hac re inprimis eos, qui gradibus Academiis & privilegiis ſummis ſunt inſigniti. Condecorantur enim illi non ſolum eodem honoris titulo, uti Nobiles, in *l. 2. §. fin. ff. de excuſat. l. 2. §. fin. ff. qui pet. tut. l. 7. C. de poſtul. l. 2. §. 9. C. de Vet. Jur. enucl.* ſed ſingulari quoque ſeſe veſtiendi libertate ac prærogativa præ Illis gaudent, per *Rec. Imp. de Anno 1500. tit.* von Uberflüßigkeit der Kleider, conf. *Coccejus in Jur. Publ. cap. XXXI. num. 24.*

Unde evidentiſſime patet, ſi vel maxime inter ſingulos comparatio inſtituatur, tot hinc inde in civitatibus reperiri cives, qui Nobiles dignitate non æquent tantum, ſed plane ſuperent, ut adeo nec hac ratione Nobiles præ Civitatibus prærogativam urgere poſſint. Verum hæc omnia plane huc non pertinent; cum Civitates hic nobis non in ſingulis Civibus conſiderandæ veniant, ſed tanquam Univerſitas quædam & Corpus Myſticum excellenti & illuſtri quodam charactere, inſeparabili ſcil. dignitate Status, condecoratum. Ad etymologicas circa vocem Adel argutias *Hippolyti* reſpondere, ſupervacaneum puto, cum materiæ gravitas dignitasque illuſtriora longe requirat. Quicquid vero ex etymologia vocis Adel, deduci poteſt, id etiam Civitatibus prodeſt, quæ non tantum Ehrſam, (qui titulus tamen olim adeo magni fuit habitus, ut etiam Comitibus tribueretur, vid. *Goldaſt.* Reichs-Satzungen *Part. II. p. 106.*) ſed etiam Edle vocantur.

Quod

Quod *Secundo de Capitulis Cathedralibus & de Torneamentis* profert Antagonista, quod scil. nemo ad ea admittatur, nisi nobili stemmate ortus, illud utrumque magnam suam habet limitationem, nihilque ad rem facit. Si enim prius de tota aliqua Civitate intelligit, lubenter ipsi largior, nullam unquam Civitatem Imperialem ad Canonicatum adspirasse, sicuti vicissim adversarius inficias ire non poterit, nullum dari exemplum, ubi tota Nobilitas Immediata Canonici munere sit functa: Si vero de membro aliquo sermo est, ostensu facile erit, non solum plures Nobiles in Civitatibus Imp. ad Canonicatum admissos fuisse, sed nec vicissim Ignobiles in totum excludi debere a Collegiis & Beneficiis Ecclesiasticis. Ostendit illud claris verbis *Articuli V. Instrumenti Pacis Westphal. paragraphus decimus septimus*, in cujus fine legitur: *Nobiles, Patricios*, & *Gradibus Academicis insignitos, non debere excludi a Beneficiis Ecclesiasticis, ubi id fundationibus non adversatur;* dum enim clausulam adjicit illam, nisi singulariter ipsa lex fundationis eos excludat, manifeste indicat, extra talem casum id fieri posse, atque debere. Habemus præterea Jus Canonicum nobiscum consentiens, *in cap. enim 37. X. de Præbendis* Gregorius IX. Pontifex contra Capitulum Argentinense ejusque consuetudinem, juxta quam, nullum nisi Nobilem & liberum, & ab utroque Parente illustrem ad Canonicatus admittebat, expresse statuit: non generis sed virtutum Nobilitatem vitæque honestatem esse admittendam. Digna videntur, quæ huc adducantur, verba integra: *Non igitur attendentes, quod non generis, sed virtutum Nobilitas vitæque honestas gratum Deo faciunt & idoneum servitorem, ad cujus regimen non multos secundum carnem nobiles & potentes elegit, sed ignobiles ac pauperes: eo, quod non est personarum acceptio apud ipsum, & vix ad culmina dignitatum (nedum ad Præbendas) Viri eminentis scientiæ valeant reperiri, exceptiones hujusmodi non duximus admittendas*: (& infra) *Discretioni vestræ mandamus, quatenus, si Vobis constiterit, prædictam Præbendam vacasse, quando ipsam dicto I. contulit Episcopus memoratus, ipsum ad eam recipi faciatis.* Quod si forte objicietur, non solere tamen tales homines præter Nobiles admitti: breviter replicari potest axioma illud notissimum: *non videndum, quid Romæ fiat, sed, quid fieri debeat.*

Quod ad alteram rationem de Ludis Equestribus allatam attinet, ubi adversarius dicit, articulis Torneamentorum cautum fuisse, ut, qui se a quatuor in ascendenti linea Nobilibus descendisse probare non possit, non sit admittendus; illud quoque magna cum cautione intelligi debet. Nam primo in genere notari merentur verba *Illustris Bœcleri L. XII. c. 8. in Not. Imp.* qui ita dicit: *Cum celebritas hastiludiorum negari non possit, vix tamen aliquid de hac re ad Leges Universales Imperii referri potest, cum pleraque in arbitrio eorum posita fuerint,*

qui

qui vel instituerunt talia Spectacula, vel illis quasi Magistri præfuerunt. Prorsus, sicut hodie in istis longe facilioribus ludis (Ringel-Rennen) *qui Magnatum solemnitatibus solent interponi, accidere consuevit.* Secundo illud praxi est contrarium, quia Imperator, cujus solius est statuere, quænam privilegia Nobiles noviter a se creati habere debeant, sæpissime, dum Nobilem aliquem creat, hoc jus ipsi tribuit, daß er Lehens-Turnier genoß und Rittermäßig sey, auch der Beneficien auff Thum-Stifftern fähig seyn solle, allermassen, als wenn seine Ahnen, Vatter, Mutter, und Geschlechter beyderseits durchauß Edel-gebohren, Turnier-Genossen, und Rittermäßige Edelleuthe gewesen.

Tertium argumentum ridiculum & miseratione dignum est, dum ex eo, quod olim Reges ex Nobilibus fuerint electi, aliquam Prærogativam illis adtribuit; nam tempora Germanorum ad nostrum Statum plane non accommodari possunt: deinde, si antiqua historiarum monumenta excutiamus, Polonia pariter atque Bohemia, aliaque adhuc Regna, non unum nobis suggerunt exemplum Regis non ex Nobilitate, sed ex ipso quoque Civium gremio, electi. Ita Piastus ignobilis plane Civis sceptro admotus a Polonis Seculo IX. referente *Cromero in Hist. Polon.* & in Bohemia Seculo VIII. *Premislaus I.* ab aratro ad Solium Principale evectus fuit, ut adeo vanitas hujus argumenti omnium facile animos feriat.

Quartum argumentum nihil quoque ad rem facit; nam, si ex Nobilibus ad altissimas dignitates nonnulli evehantur; plebejis vicissim eodem jure summæ patuere, & adhuc patent dignitates. Notissimum est Willegisii Archi-Episcopi Moguntini exemplum, cujus Parens Carpentarius fuit; ita quoque *Ottonis III.* Præceptor Gerbertus, post Episcopi & Archi-Episcopi dignitates tandem *Sylvestri II.* nomine Pontificiam tiaram consecutus est, ut infinita alia Cardinalium & Pontificum historia exempla transeam. Hodie quotidie videmus ex Plebejis Episcopos & Prælatos eligi, qui ob dignitatem Ordinibus Imperii adhærentem non solum illis præferuntur, qui alias natalium præstantia antecellunt, sed ipsis etiam Comitibus & Baronibus. Habent igitur hac in re Nobiles nihil præcipui præ Plebejis. Suppetit vero adhuc alia respondendi ratio; si enim vel maxime concedere vellem, solis Nobilibus ejusmodi dignitates conferri solere, quid hoc ad nostram quæstionem? Eo ipso enim, dum Nobiles Immediati ad Episcopatum & ad Status eminentiam evehuntur, non amplius manent nudi Nobiles, sed novo sub charactere, qui Status Imperii dignitatem annexam habet, jus Præcedentiæ novum sibi acquirunt, quod Civitates Illis nunquam dubium reddere sustinebunt.

Ita *quinto* nec Nobiles juvat, quod Socii & Fratres Ducum, Principum, & Comitum fuerunt appellati; nam non ex ea conjunctione, sed ratione & di-

gnitate *Status* Prærogativa æſtimatur. Præterea poſſunt in fœdere conjungi perſonæ diverſæ plane conditionis, nec unus ſociorum alteri ſtatim communicat ſuam dignitatem: &,ſi Nobiles Comitibus juncti ſunt, manent tamen Nobiles, nec inde fiunt Comites aut Barones. Huc enim male quadrat tritum illud: *Noſcitur ex ſocio, qui non cognoſcitur ex ſe*: & in genere argumentum a Societate deductum potius ad falſas, quam ad genuinas, Præcedentiæ rationes trahendum eſſe, unusquisque facile videt. Ut taceam, quod hodie non amplius conjuncti ſint cum Comitibus, dum hi ſeparati a Nobilitate Immediata jam votum in Collegio Principum habent. Quod porro *Hippolytus* de jure portandi Vexilli jactat, quod nemo ſcilicet niſi Nobilis Vexillum San-Georgianum ferre auſus fuerit, quodque Comites Nobilium Capitanei & Directores fuerint appellati; idem jus etiam Civitatibus competiit, quibus Vexillum Imperiale in Expeditionibus Imperii, inde ab antiquo concedi ſolitum fuit, idque cum inſigni prærogativa Reipublicæ Argentoratenſis, cui primus in ferendo Imperiali Vexillo honor tribuebatur. Quodque Comites etiam in ſervitio militari Civitatum fuerint, ex hiſtoria notum eſt, ſicut *Albertum Habſpurgicum Rudolphi I.* Imperatoris Patrem, ipſumque etiam *Rudolphum* Vexilliferos Urbis Argentoratenſis *Paralipomenon ad Abbatis Urſpergenſis Chronicon Scriptor* vocat: quos Præfectos militares Civitatis Argentoratenſis fuiſſe *ex Gerardo de Roo. L. I. p. 7. & 9. Hiſtor. Auſtr.* diſcimus; vid. *Illuſtris Obrechti Diſſertatio de Vexillo Imperiali c. 4. & 5.* & *Kulpiſius ad Monzambanum.* Quod ſi vero gloria ac præeminentia exinde deduci poſſet; illa ipſis certe Civitatibus Imperii majori competeret jure, quippe quæ Fœdera & Societates cum Summis Imperii R. G. Membris non tantum, ſed & Extraneis Principibus ac Regibus, & quidem ad ipſorum preces, non una vice iniverunt; quemmadmodum hoc ex illuſtri Fœdere Suevico, Hanſeatico & ex Actis, in Archivo Civitatum Imperii ſervatis, ad oculum, ſi in dubium vocaretur, demonſtrare poſſem; ut adeo ex hac illatione, quod olim Comitibus ſociati fuerunt, nihil juris aut prærogativæ pro Nobilibus concludi poſſit, uti non magis ex eo, quod

Sexto ab *Hippolyto* affertur, quo ſcilicet, cum Civitates Baroni noviter creato lubenter cedant, iniquiſſimum ſit toti Corpori Equeſtri illud denegare velle. Nam ſola dignitas Baronis non efficit, ut quis in Comitiis comparere queat, ſed requiritur præter conſenſum Imperatoris conſenſus Statuum, inprimis Collegii illius, in quod recipi deſiderat, uti illud manifeſte ex Capitulationibus apparet. Hinc nihil eſt abſurdi, ſi Civitates tali Baroni aut Comiti, in quo tanquam Subjecto capaci Suffragii facultas exiſtere incipit, primas cedant; nam præcedit Baro, non ut Nobilis, ſed ut Imperii Status, qui Votum in Comitis habet, & ad Regimen Univerſi concurrit. Studioſe enim hæc poteſtas, quam

quam Status in rebus ad totum Imperium concernentibus habent, distinguenda venit ab illa, quam quisque in suo territorio adversus eos, qui sibi subjecti sunt, exercet. Prior illa potestas, quæ fundata est in Sessione Comitiali, titulum præcedentiæ legalem, uti supra ostendi, tribuit, qua iterum ablata, vel amissa, Prærogativa quoque cadit. Hinc vel leviter attendenti manifestum fit, crassissimum esse errorem, quem *Hippolytus* ad thesin suam fundandam committit, dicens num. 480. da jedoch dergleichen neue Frey-Herren denjenigen, so den Frey-Herrn-Stand zuvor erlanget, von selbsten die *Precedence* gerne gönnen, nam ii, qui Barones Imperii actu sunt, e. gr. *Fleckensteinii olim Walpott de Bassenhaim etc.* Baronibus Landsassiis, licet prius dignitatem Baronis nacti sint, nunquam sunt cessuri, id quod praxis & usus quotidianus luculenter probat.

Septimum argumentum, quod *Hippolytus* de territoriis & subditis Nobilium adducit, parum habet in recessu. Supra jam probatum dedi, ex sola potentia & amplitudine territorii haud solide judicari posse ad Præcedentiam stabiliendam: Quodsi vero hanc argumentationem tanquam validam admittere vellem, exinde non solum paritas, sed & præeminentia quædam Civitatum præ Nobilibus probari poterit. Nam, licet nonnullarum Civitatum Imperialium (quarum numerus tamen admodum parvus) potestas vix ultra mœnia Urbis progrediatur; multæ tamen vicissim Comitatus & Baronatus possident; ut igitur horum etiam bonorum respectu Civitates Nobilibus sint anteferendæ: conf. ea, quæ dixi pag. 95. in fine.

Sed properandum est *ad Octavum Argumentum*, scilicet ad Ordinem Scripturæ, quem Antagonista tanquam legem & regulam allegat, ex qua totam rem potissimum decidendam esse, putat. Quamquam vero jam in parte generali per argumenta indubitata ostenderim: Ordinem scripturæ ad decisionem harum controversiarum allegari non posse, ut exinde certus Ordo dignitatum cognoscatur; cum non res scripturæ, sed scriptura rei inserviat: tamen, cum adversarius huic argumento tanquam authentico & immutabili innitatur, invitus cogor hic subsistere. Prævidit ipse quidem *Hippolytus* fragilitatem hujus argumenti, dum in *Qu. VI. n. 498.* fateri cogitur, quod non Ordo scripturæ sit spectandus, sed potius ex Jure sumendum id, quod agi videtur *juxta Paulum JCtum in l. 6. ff. de Solut.* & Ordo Scripturæ non impediat causam Juris & Voluntatis *sec. Papinianum, in l. 77. §. 12. ff. de Legat. 2.* & tamen pagina antecedenti hoc argumentum tanquam palmarium urget; ut adeo sibi ipsi contradicens, sententiam contra se pronunciasse videatur. Verum dato, sed non concesso, quod Ordo Scripturæ Prærogativam tribuat, ex parte Civitatum non minus Leges Publicæ, Recessus, & Acta quoque extant, in quibus Illa-

rum præ Nobilibus fit mentio. Ita primo omnes atque ſingulæ Civitates Imperiales ſub appellatione Statuum (quod nomen Electores, Principes, Prælatos ac Comites, qui indubitanter Nobilitati præcedunt, compræhendit) ſemper & ubique continentur, *vid. Art. V.* §. *29. Pac. Weſtphal.* quod ſolum, uti *Clariſſimus Henninges* annotat, ad h. l. ſufficere debet, ne inter ſe & Status Superiores Ordo Equeſtris medium locum capiat. Deinde expreſſe Civitates anteferuntur in der Regiments-Ordnung *de Anno* 1500. rubr. von der Steur der Frey und Reichs-Städte cum 4. ſeqq. Policey-Ordnung *de Anno* 1530. rubr. Bürgern in Städten ꝛc. cum ſeq. & *de Anno* 1548. rubr. von des Adels, und ihrer ꝛc. §. 2. Item, welche Grafen, Herren, *& tit.* 10. cum ſeq. im Reichs-Abſchied *de Anno* 1576. wir wollen auch zu mehrer ꝛc. & ſeqq. *de Anno* 1582. § wir wollen daneben ꝛc. cum ſeq. *de Anno* 1613. §. und damit dem Erb-Feind ꝛc. Quis hinc non videt, ex Ordine Receſſuum ſibi neque alias ſatis, neque hic præſertim conſtanti, firmiter ad rem ipſam concludi non poſſe, Quare *Limnæus Tom. I. addit. ad L. IX. c. 1. n. 210.* expreſſe dicit, ordini in ſubſcriptione, præſertim antiquorum Receſſuum, non adeo inhærendum eſſe, poſtquam in illis varie erratum fuerit. Ita in Comitiis Ratisbonenſibus *de Anno* 1641. *teſte eodem Limnæo* Legatus Elwangenſis affirmavit: Es ſey kundbahr, daß in *Subſcription* ſonderlich der alten Reichs-Abſchiede, auch ſonſten in mehr Wege verſtoſſen, & *Tom. II. addit. ad L. IX. c. 1. n. 210.* allegat Epiſcopum Eichſtadienſem, qui hiſce verbis affirmavit, ſubſcriptionem non ſuppeditare firmum argumentum ad probandam præcedentiam: Es iſt nicht genug des Vorſitzens wegen, ſich auf die *Subſcription* der Reichs-Abſchieden zu beziehen, ſondern es iſt nach der Reichs-*Obſervance* vonnöthen, ſolche *Subſcriptiones*, bevorab ſelbige nicht von denen Fürſten und Ständen eigenhändig zu geſchehen pflegen, mit denen Reichs-*Protocollis* zu *juſtificiren.* Id adhuc adjici debet, quod ſi etiam antiquus ſtylus Curiæ pro Nobilibus militet, tamen illud non in illorum favorem amplius verti poſſe. Sed potius contra eos, quia amiſerunt jus Voti, jam applicandum venit triſte illud Proverbium: *Fuimus Troes;* ut taceam, quod in ejusmodi rebus non ad præteritam, ſed ad præſentem rerum faciem, & ſtatum hodierni temporis ſit attendendum. Apparet illud *argumento Commiſſionis Cæſareæ* 1684. *menſe Sept. Civitati Francofurtenſi atque Nobilitati Wetteravicæ demandatæ, ubi, cum Nobilitatis Commiſſarii votando & ſedendo præcedere conarentur, oppoſuerunt ſe Francofurtenſes, literis deſuper ad Cæſarem datis, quibus primas ſibi relinqui, aut Commiſſionem in alium transmitti, petierunt, obtinueruntque. Anno 1685. Ablegante Cæſare ad Circuli Suevici Comitia Frobenium Mariam Fürſtenbergium, cum credentialibus, ſequentis inſcriptionis:* Denen Hoch- und Ehrwürdigen, auch Hochgebohrnen,

bohrnen, unserm lieben Freund, Vetter und Fürsten, auch Ehrsamen Wohlgebohrnen, Edlen, unsern lieben Andächtigen, und des Reichs getreuen N. N. Prälaten, Grafen, Ritterschafften und Städten des Schwäbischen Crayses ꝛc. *protestabantur pariter Civitates*, baten auch ihre schrifftliche *Protestation* nicht allein dem auffrichtendem *Receß* einzuverleiben, sondern auch dem Kayserlichen Herrn *Commissario* zu dem Ende bekandt zu machen, damit inskünfftig denen Reichs-Städten an ihrer *Præcedentz* vor der Ritterschafft hiedurch nichtes *præjudici*ret, sondern selbige vielmehr bey dem gesamten Crayß-*Corpore* von Fürsten, Prälaten, und Grafen, ohne *Intercalation* der *Noblesse*, beybehalten werden möchten. *Querelas etiam has non solum approbaverant reliqui Ordines, sed & eas Commissario Cæsareo communicaverant, factum errori Cancellariæ imputanti, data fide, illud Civitatibus nullatenus præjudicaturum*, quemadmodum hæc dua exempla *Pfeffingerus in notis ad Vitr. L. III. t. 14. §. 6. ad lit.* (*c*) citat. Quod ad casum attinet, quem *Hippolytus* producit, ubi Legatus Nobilitatis Immediatæ prælatus fuisse dicitur Legato Civitatum Imper. merito de illo dubitari potest, cum nihil in Actis Publicis hac de re relatum legamus, & non credendum, Civitates juris sui, quod hactenus mascule defenderunt, adeo negligentes fuisse, ut saltem non contradixerint. Ne nunc de eo dicam, quod, cum *Hippolytus* ipse Syndicus Nobilitatis fuerit, testimonium ejus, utpote in propria causa, valde suspectum sit, adeoque non magnopere attendi debeat. Quodsi vero præter expectationem casus extiterit, breviter hic replicari potest, quod non exemplis sed legibus pugnandum sit. Et, si maxime etiam verum esset, quod Nobilis prius fuerit admissus; unde probatur, Civitatibus id cognitum fuisse, quod Nobiles Immediati Credentiales suas literas post Civitates demum præsentaverint? Potuerunt enim ex eo ipso, quod prius audientia Legato Nobilitatis fuerit concessa, putasse, etiam Credentiales prius fuisse exhibitas.

Ad *Nonum* Argumentum, quod de observantia aliorum Regnorum, & de Civitatibus Mediatis, utpote quæ omni loco ac tempore Nobilitati Mediatæ cedunt, urgetur, non arduum est, respondere. Nam ab aliis Regnis & Rebuspublicis ad Imperium R. G. non valet consequentia, cum illorum Status multum distet a forma Reipublicæ nostræ, & illis Urbibus non eadem insit, quæ Imperii Civitatibus, conditio, utpote, quæ regiminis participes, tanquam Fulcra & Columnæ Imperii passim celebrentur. Deinde negatur & pernegatur, quod, qualis sit ratio Nobilium Mediatorum erga Civitates Municipales, talis etiam Nobilium Immediatorum erga Civitates Imperiales esse debeat. Immedietas enim sola rem non conficit, nam, licet omnes Status necessario Immediati esse debeant, neutiquam tamen sequitur ordine inverso E.

omnes Immediati ſunt Status, & res Imperii moderantur; dari enim Communitates ac Pagos Immediatos, docet *Inſtrum. Pacis Art. V.* §. 2. qui tamen non ſunt Status. Porro in Comitiis Provincialibus Civitates Mediatæ non ſolæ comparent, ſed etiam Nobiles Mediati; in Comitiis vero Imperii tantum Civitates Imperiales, & quidem excluſis Nobilibus Immediatis, comparendi jus habent; ut adeo quam maxima inter dictas partes intercedat differentia. Civitates enim cum Imperatore tanquam Status in communione publicæ ſunt adminiſtrationis, & in omni fere rerum gerendarum articulo in partem regiminis veniunt; qua prærogativa vero Nobiles Immediati carent, dum neque conſuluntur, neque volentes ad Comitia admittuntur.

Sed provocant *Decimo* ad Solemnitates & alios Congreſſus Extra-Comitiales, & contendunt, quod, uti in illis Civitatum Legati ſemper Nobilibus ſunt poſtpoſiti; ſic idem quoque in Conventibus Imperii & Circulorum obtinere debeat. Sed nunquam illud conceſſum fuit à Civitatibus, & aberrat adverſarius a veritate, dum dicit, Civitates nunquam contradixiſſe. Ponamus quoque, (quod jure factum tamen nunquam concedo) Legatos Civitatum interdum Nobilibus ceſſiſſe, illud proprio marte fecerunt, quo facto Civitatibus, tanquam Dominis, nullo modo præjudicium facere potuerunt. Cum enim Legati imaginem ac vicem eorum, a quibus mittuntur, referant; conſequens eſt, ut regulariter etiam eadem ipſis competat Seſſio, quam Legantes Civitates, ſi ipſæ præſentes eſſe poſſent, habituræ fuiſſent. Quod vero prior locus Civitatibus etiam in Solemnitatibus aliisque congreſſibus Extra-Comitialibus debeatur, oſtendit itidem *Capitulatio Imperatoris hodierni* expreſſis verbis: Und ebenmäßig auſſer ſolchen Reichs-Feſtivitæten am Kayſerlichen Hof, und allen Orthen, obſeviret werden. Hæc verba und allen Orthen totam rem conficiunt, & vel leviter attendenti indicant, Præcedentiam Civitatibus ubique locorum competere. Etiamſi enim hic locus expreſſe & diſerte non de civitatibus, ſed de Comitibus Imp. agat; manifeſta tamen eſt ex ratione adjecta ad civitates Imp. concluſio; ſi enim ideo, quoniam votum habent in Senatu Principum in Comitiis Comites, debent non tantum in ſolennibus Imperii Curiis, ſed in Aula etiam Cæſarea, & ubique, und allen Orthen præcedere alios Comites; etiam civitates, quæ immediate cum ſuo Collegio in Comitiis ſequuntur Collegium Principum, hunc locum ubique aller Orthen tueri debere, patet, ita, ut locus intermedius Nobilitati Immediatæ concedi haud queat.

Ad *Undecimum*, quod dicit, nullos actus Poſſeſſorios vel quaſi ex parte noſtra allegari poſſe, jam ſupra reſpondi, & nunc quoque provoco iterum ad Conventus *Norimbergæ 1619. & Francofurti 1631. 1633. & 1634.* habitos, ubi primum locum quidem Nobiles ante civitates affectarunt; his tamen antiqua

qua Prærogativa servata fuit. Hinc sæpe jam allegatus *Crusius L. IV. de Præced. c. 28. n. 23.* expressis verbis dicit: *Civitates Imperiales Nobilibus circa jus προεδρίας præferuntur. Quapropter, tametsi Anno 1619. mense Octobri in Conventu Correspondentium Norico, Ordo Equestris Franconiæ Sessionem ante Civitates liberas Imperii peteret, Legati tamen Civitatum Imperialium ipsis cedere noluerunt, obtinueruntque.* Tempore *Pacificationis Westphalicæ* Ablegatus Nobilitatis *Wolffgangus a Gemmingen* post Legatos Civitatum nominari dedignatus est; cum vero hi, si secus fieret, secessionem minitarentur, Ordines ac Principes Evangelici in Conventu Lengerano in vim temperamenti, ut loquuntur, id proposuerunt, ut, duobus confectis libelli exemplis, uno quidem civitates, altero vero Nobiles priori ponerentur loco, eaque simul offerrentur; sed, quamquam in fine clausula adjecta fuerit, ne iste actus in præjudicium cujuscunque partis valeret; tamen civitatum Legati hoc non contenti fuerunt, & effecerunt, ut eodem, ac in Pace Religiosa, modo, primo Electores, Principes ac Status absque interruptione, interque eos civitates implicite ponerentur, mox Nobiles subjungerentur cum suis gravaminibus, denique civitatum expressa rursus, ea tamen conditione, mentio fieret, quod priori quidem loco sub vocabulo Status comprehensæ, hic autem majoris evidentiæ causa denuo nominatæ sint. Qua scilicet re satis ostensum fuit, Illas Nobilitatem antecedere, cum inter Status suo sint loco civitates, post quas demum Libera Imp. Nobilitas ponatur. Ubi illud quoque observatu dignum videtur, quod initio Pacificationis, cum lis recrudescere inciperet, Civitates sex diversis vicibus, in Propositione a Suecico Legato facta, in Responsione Cæsarea ad eundem data, inque Gravaminibus Ordinum Evangelicorum & Catholicorum priori sint positæ loco: id quod ipse *Wolffgangus a Gemmingen* in memoriali suo ad Suecicum Legatum scripto, quod *Londorpius Tomo suo II. cont. c. 43. p. 109.* exhibet, fatetur: ex quo satis apparet, Imperatorem, ceterosque Status Imperii & ipsum Plenipotentiarium Suecum in ea sententia fuisse, civitatibus præ Nobilitate Præcedentiam omni jure competere.

Transeo ad *duodecimum Argumentum*, ubi Antagonista ex digniori titulo, quem præ civitatibus sibi tribui Nobilitas Immediata gloriatur, aliquam Præcedentiam extorquere vult. Sed primo ridiculum est, ex titulis ad Præcedentiam argumentari velle; quodsi enim, ut supra amplius ostendi, & *Theodorus Hœpingius in tract. de jure insignium cap. 22. §. 7. n. 213.* fusius monstrat, ex titulis eminentia quædam tribuenda esset, infinitarum litium inde subsequerentur miriades, & hodie ob luxuriam, & intempestatem titulorum eo deventum est, ut homines etiam infimæ sortis non contenti sint, si appellentur Edel, Wohl-Edel. Ast ponamus, titulum esse justum Prærogativæ fundamentum,

mentum, num igitur civitates minoribus titulis gaudent? tantum abest, ut potius dicendum videatur, Eas adhuc excellentioribus encomiis præ Nobilibus honorari. Appellantur enim, uti jam ſupra paſſim monui, in Diplomatibus & Privilegiis Cæſareis *Nobiles, & Nobilia Imperii S. R. I. Membra.* In individuo illarum dignitas reſplendet ex *Reformatione Imperatoris Sigismundi de Anno* 1436. qui eas non ſolum die Würdige Reichs-Städte appellat, *& libertatem ſuam à Chriſtianitate habere*, inquit in der Geiſtlichen *Reformation cap. 3. verſ. 11.* Verum etiam eas expreſſe indigitat heilige, in der Weltlichen *Reformation cap. 10.* vid. *Knipſchild. de Civit. L. II. c. 1.* Imo quasdam Illuſtrium titulo, & Inſcriptione Dominos Clementes, Gnädige Herren, exornari, teſtatur *Dauth in Diſcurſu Generali & Speciali de Rebuspubl. inf. Sax. p. 36.* Ipſe Imperator nomen Edel ipſis dat, cum Nobilibus tantum prædicatum, Veſte, uti ipſe *Hippolytus* teſtatur, tribuat: Sic Colonia Agrippina in Huldigungs-Brieff Imperatoris Sigismundi vocatur, die Edle Stadt, und daß dieſelbe vor andern Städten in Teutſchen Landen Edler fundiret, und mit mancherhand Freyheiten und Ehre mannigfältig gezeichnet ſey. *Beſold. de jur. Civit. Imp. num. 5.* Quodſi igitur ex titulorum concurſu verum ratiocinium pro ſtabilienda præcedentia deduci poſſet, illud magis pro Civitatibus, quam pro Nobilitate militare, unusquisque facile videt.

Sed progredior ad *decimum tertium* Argumentum, in quo militaris decoris rationem haberi poſtulant adverſarii, utpote, in cujus imminutionem verteretur, quicquid Equeſtri Ordini decederet. Quaſi vero militaris gloria Nobilitati ſoli ſit propria, nec in civitatibus quoque refulgeat? Certe, ſi Acta Publica civitatum evolvamus, reperiemus, eas merita ſua quoque habere, & quidem majora & extantiora, quam ipſam Nobilitatem. Hinc *Thuanus L. I. & IV.* eas non minimam roboris S. R. Imperii partem eſſe judicat. Quod robur etiam non raro contra Principes inibi quæſiverunt Imperatores, idque effectu maximum ibidem reſidere comperti ſunt; ſicuti de *Ludovico Bavaro*, cum contra eum *Carolus Moraviæ Marchio*, poſtea *Carolus IV.* dictus, eligeretur, commemorat *ex M. Alberto Lehmannns Chron. Spirenſ. L. VII. c. 32. in fine.* Unde hoc ſentientem Carolum IV. in extollendis & augendis Civitatibus, quarum opes & robur didicerat, admodum ſedulum fuiſſe, refert *Bertram. de Comit. Imp. concl. 45.* Apparet hinc, ut multa alia ſilentio præteream exempla, civitates æquæ ac Nobiles ſanguinem Patriæ conſecraſſe, imo plus ipſis Nobilibus præſtitiſſe. Nam, ſi numerum probe ineas, pro uno Nobili vicenos ſuorum Urbes in commune bonum ſuppeditaverunt, & adhuc ſuppeditant, cum mos ille jam dudum evanuerit, quo Nobiles ipſi ſuis ſtipendiis ſumptibusque meruere. Mirare hinc lector verborum jactantiam, quibus adverſarii ſui

pro

pro Patria sanguinis generosam profusionem, vitæque contra hostes impendium passim ostentare solent.

Sed id jam agendum videtur, ut quæ in *paragrapho sequenti* fuerunt objecta, diluantur. Quod itaque primum attinet, quo asseritur, eum, qui membrum Imperii repræsentat, quoque Statum esse, illud haud quaquam concedendum puto: nam, qui membrum Imperii est, propterea tamen non etiam Status protinus censeri debet, stricta & propria illa significatione Status, quæ jure publico receptissima est, utpote, qua eum Statum dicimus, qui cum Immedietate jus suffragii ferendi conjunctum habet. Siquidem aliud est, dici Membrum Imperii Immediatum etiam, aliud, Statum esse, uti id constat præter alios innumeros textus, *ex Rec. Imp.* 1576. in cujus principio dicitur, dessen angehörige Glieder, Stände und Unterthanen bey gutem, beständigem, friedlichem Wesen zu regieren, zu beschützen, und zu hand haben, auch die Stände zu keiner unnöthigen Reichs-Versammlung zu bemühen. *Mens & intentio Maximiliani II.* (verba hæc sunt *Arumæi c. 4. de. Comit. num. 1.*) *fuit, Imperii Membra & Status, Subditos pacifice regere & Status etiam ad non necessaria Comitia minime vocare; qui ergo ad Comitia vocantur, illi Status* oder Stände *dicuntur: reliqui quidem vel Membra Imperii, vel subditi sunt, sed Comitiorum jus non habent.* Apparet illud clarissime etiam exemplo Principum Italicorum, qui quidem tanquam Membra immediate recognoscunt Imperatorem, non tamen Status sunt; ut adeo argumentum quidem recte negative procedat: Non est Membrum Imperii E. ad Comitia non vocatur, non itidem affirmative. Notabiliter hinc *Bœclerus* dicit *in Notitia S. R. J. L. V. c. 1. Membra Imperii latius patere, quam vocabulum Statuum, notius est, quam ut dici debeat.* Ad alterum, quod objicitur, Nobiles scilicet olim jus sessionis & suffragii in Comitiis Imperii habuisse, jam supra respondi, nec ita injurius sum in Nobiles, ut illis hoc jus olim competiisse, contra tenorem documentorum, contra testimonia historicorum, & contra effata ipsorum Imperatorum in dubium vocare velim; sed consequentiam illam, E. *adhuc sunt Status*, minus solidam esse, contendo. Antiquis temporibus quidem eos de Summa rerum Imperii cum aliis Statibus consultasse, certum est, se ab eo, quod olim usurpatum fuit, & a præterito ad præsens arguere, non aliud est, quam mundum *revangisare*, ut *Baldus* loquitur.

Ast opponunt Viri celeberrimi, Nobiles ex eo solo, quod non comparuerint in Comitiis, propterea Status Imperii esse haud desiisse, idque probant per Privilegium illis concessum, & per Exemplum Regis Bohemiæ. Sed, quod ad Privilegium quidem attinet, ne volam unquam illius in Legibus Fundamentalibus me reperisse memini, ita, ut in illorum arbitrio constitutum fuerit, velintne in Comitiis comparere, nec non, cum tamen Privilegia regulariter sint

facti, adeoque probanda. At de Rege Bohemiæ documenta certa extant, in quibus Privilegium olim obtinuit, ut ad Curiam vocatus aut requifitus venire non teneatur, nifi Imperator Curiam Norimbergæ, Bambergæ, aut Martispurgi celebret, quod Privilegium licet fpeciale fuerit, tractu temporis tamen fecundum *Limnæum* in generale tranfiiffe credibile eft; ut quocunque locorum in Imperio Comitia inftituantur, ad eadem non teneatur nifi volens accedere. Sed non illud urgebo, concedam potius, Nobiles hoc privilegium vetuftate & immemorialis temporis præfcriptione acquifiviffe. Quomodo autem illud pro Privilegio jactari poteft, cui etfi renunciare velim, mihi tamen non liceat aliorum Statuum jure uti? Cum enim pluribus vicibus, inprimis vero *anno. 1686.* in Aula Cæfarea readmiffionem ad Seffionem & Votum peterent, non admiffi fuerunt; &, quamquam Archi-Epifcopi Moguntini, & reliquorum Sacri præfertim Ordinis Principum, ipfiusque Cæfaris commendatione fubnitebantur, nihil tamen impetrarunt. Jam autem hæc omnia Privilegio clare funt oppofita, cum Privilegium id velit, ut quis ad omnia Comitia vocandus fit, & venire poffit, fed non teneatur comparere fi nolit. Neque exemplum Regis Bohemiæ hic applicari poteft; licet enim Privilegium habuerit, ut ad Comitia vocatus comparere non teneretur; exiftimant tamen multi Doctores, & quidem non fine ratione, illud ex confuetudine abrogatum effe, & Regem Bohemiæ omni in Comitiis decidendæ fententiæ jure ob diuturnum illum non ufum excidiffe. Hoc quidem cum Clariffimo *Henninges* concedo, quod, fi vox Status in latiffima fignificatione pro Eximio & Immediato Imperii Membro accipiatur, Regem Bohemiæ nequaquam excludi debere ab hoc Ordine, qui Elector & Vafallus Imperii ab hoc Regium & Illuftre Feudum tenet; Sin autem Status fecundum fupra allegatum paragraphum 2. artic. VIII. Pacis Weftph. definiatur, *ut quis fine contradictione jura Suffragii in omnibus deliberationibus gaudere debeat*, illum in hanc claffem non admittendum effe, facile patebit. Probari enim illud poteft præter innumera alia argumenta quæ profert Arumæus c. 4. de Comitiis, tum ex Subfcriptionibus Imperii, in quibus fex Electorum frequenter, at nulla Regis Bohemiæ, mentio confpicitur; tum potiffimum ex eo, quod Imperator & ceteri Ordines Imperii ipfi Jus Comitiorum aperte denegaverint. Nam, cum in Comitiis Viennenfibus 1470. nonnulli vellent, ut Rex Potiebradius ad ea vocaretur, a Friderico III. & plerisque Ordinibus, Eum honore illo indignum effe, conclufum fuit *Hagec. p. 2. anno 1476. in Chron. Boh.* Ita, cum Electoralis Congregatio Norimbergæ 1611. celebraretur, reliqui Cardinalem Clofelium, a Bohemiæ Rege ad hunc Conventum ablegatum, admittere noluerunt. Sed quid opus eft pluribus teftimoniis, cum ipfe Ferdinandus I. Rex Bohemiæ Carolo V. in Comitiis Auguftæ 1548. celebratis, uti illud *Arumæus*

meus C. IV. n. 58. exhibet, professus fuerit, Reges Bohemiæ non amplius inter Status referri debere, cum neque ad Comitia vocentur, neque in illis Votum & Sessionem exerceant. Verba ita se habent: zudem, daß ein König zu Böhmen zu einigem Reichs-Tage nicht beschrieben würde, auch weder Stand noch Stimm im Reichs-Rath hätte &c. ut adeo Regis Bohemiæ exemplum magis obsit, quam prosit Nobilibus.

Sed respondendum est ad alteram objectionem, quod tamen Status sint ad minimum quoad potentiam proximam, vel actu primo, quodque adeo, si Prærogativa Status urgenda sit, Illi neque ex hoc capite Civitatibus cedere debeant. Sed omnino hic Nobilibus deneganda videtur Statuum Imperii dignitas vel ipso etiam actu primo; quodsi enim actu primo i. e. jure fuissent Status, exercitium profecto hujus Juris in illorum fuisset potestate. Jam vero non fuit in illorum potestate, exercitium hujus actus primi; dum anxie apud Cæsarem illud quæsiverunt, qui Illis minime exercitium denegare potuisset, si fundati fuissent in actu primo, cum ipse Amplissimus Dominus D. Feltzius, pag. sua 72. fateatur, *actum primum plane inanem fore, imo Statui jus ipsum ademtum dici posse, si exercitium interdicatur;* quod idem est, ac non admittatur. Verum posito, quod dentur Status in potentia proxima, quodque Nobiles tales sint; tamen Præcedentiæ Civitatum hac in re nullum præjudicium affertur. Apparet illud ex claris verbis *Capitulationis Caroli VI. art. III.* quæ licet supra jam allegaverim; tamen ob vim & efficaciam digna sunt, ut & hic repetantur: deßwegen Ihnen auch billich, wie bey denen *Consultationibus*, *Oneribus*, und Beschwerlichkeiten, also auch solchen *Actibus solemnibus* die Stelle, und, was deme anhanget, gelassen &c. Ex quibus verbis, ut mentem meam eo melius explicem, tale struo argumentum: Si ille, qui particeps est Consultationum & onerum Imperii, præferendus est in Coronatione, aliisque Solemnitatibus ei, qui hoc jure non gaudet; sequitur, Civitates Imperii habere Præcedentiam præ Nobilitate Immediata, A. E. Unusquisque facile videt, Præcedentiam hanc non se fundare in eo, quod quis Status sit in potentia proxima, vel actu primo, sed in eo, quod quis Status sit in actu secundo. Verba enim: wie bey denen *Consultationibus*, *Oneribus* und Beschwärlichkeiten, &c. actualem Curam & Sessionem involvunt. Quod autem Nobiles non sint Status in actu secundo, ex *Instrumento Pac. Westph. art. III. & V.* ubi Statibus Imperii expresse opponuntur, luce clarius elucescit. Et, quid opus fuisset in Capitulationibus, ut toties fere, postquam Statuum mentio facta, expresse adderetur formula: *Comprehensa quoque Nobilitate Immediata*, si pro Statibus haberentur, vid. *Henninges, in meditat. ad art. III. §. 1. lit.* (e.) Patet illud porro ex *Replica Ferdinandi I.* in Comitiis Augustanis ap. *Lehmannum de pace*

Religionis L. I. c. 16. p. 72. ubi expresse dicit, hos Nobiles non esse Status Imperii; Item, ex declaratione Electorum & Statuum Catholicorum in Conventu Compositionis *Francofurti habito 1631.* ubi ita legitur; dieweil die Fränckische Ritterschafft weder ein Stand des Reichs ist, noch in völligen Reichs-*Deputation*en, oder andern *Conventibus Sessionem & Votum* hergebracht, vid. *Vitriarius in Jure Publ. L. IV. tit. 1. §. 34.* ubi etiam ad objectiones *Hippolyti*, qui in *Qu. II. n. 123. usque ad n. 134.* Nobiles Immediatos adhuc hodie Status esse, multis fundamentis probare annisus est; solidissime respondet. Sed totam rem conficit ipsa illorum Confessio, quam 1619. d. 11. Nov. Norimbergæ Correspondentibus Statibus exhibuerunt, ibi: Weil die Reichs-Gefreyte Ritterschafft, als ein sonderbahr, doch der Römisch-Kayserlichen Majestät, und dem Heil. Reich, sowohl als die Reichs-Städte, ohne Mittel zugethane *Corpus* in die Reichs- und Creyß-*Matricul*, auch Dero Anschläge nicht begriffen, und auff die Reichs-*Deputation* und Creyß-*Convent* nicht beschrieben zu werden pflegte ꝛc. Cum igitur propria Confessio, quæ vim habet rei judicatæ, uti *tot. tit. de Confess.* ostendit, adsit; nihil jam addendum puto, sed brevissimis pergo

Ad Privilegia, Dignitates & Regalia Nobilium, quibus Treyßpach non minimum ponderis tribuit. Et negari non potest, Eos multis gaudere privilegiis, quibus Nobiles Mediati seu Landsassii carent. Interim tamen sunt quoque nonnulla jura, quorum Treyßpach *pag. 273.* mentionem facit, quæ a Doctoribus Juris Publici & a Viris haud contemnendæ eruditionis adhuc in dubium vocantur. Imprimis, quod ad Superioritatem Territorialem attinet, non quidem plane ea ipsis denegatur, sed contendunt plurimi Doctores, quod: quamvis Nobiles in territoriis suis & in subditos pleraque jura exerceant, & exercere possint, quæ alii Status in suos subditos; tamen jura ista ipsis non competant vi Superioritatis Territorialis, sed nomine tantum privilegiorum. Ast, non est instituti mei, hanc controversiam meam facere, aut hic excutere; sufficit allegare iterum Clarissimum *Henninges*, qui in *Mantissa sua de Superior. Territor. §. 15.* his verbis utitur. *Cæterum, quin hoc ipsum Jus Superioritatis territorialis Statibus Imperii, stricte ita dictis, quodammodo plenius & perfectius tribuatur, adeoque de illis per excellentiam prædicetur, non dubito. Ejus, quod dico, argumentum est haud leve, quod Instrumento Paces Osnabr. art. VIII. dum liberum Juris Territorialis tam in Ecclesiasticis, quam Politicis, exercitium confirmatur, Statuum unice fiat mentio; cum tamen aliis in rebus, &, ubi Nobilitatis interest, eam comprehendi conditionibus conventis, illius etiam meminisse, non sit infrequens. Vereor etiam, an Civibus Immediatis, qui non sunt Status, majora illa Jura Territorialia, ut est jus belli, jus fœderum incundorum, jus*

Legationis,

Legationis, *jus Legum ferendarum*, *jus tributa imperandi*, *jus extruendorum fortalitiorum &c. tribuere fas sit.* Sed ponam liberali manu, omnia enumerata jura Nobilibus pleniſſime competere; quid vero aliud exinde conſequitur, quam paritas quædam, haud vero præeminentia, quam Nobilitas cum Civitatibus æqualem habet. Et certe, ſi ad ſpecialia jura Civitatum deſcendere velim, ex enumeratione, quam *Knipſchild.* aliique tradunt, patebit, Civitates Imperii non ſolum iisdem, ſed adhuc majoribus privilegiis gaudere; id quod prolixius demonſtrare in proclivi eſſet, niſi nimium excreſceret hæc diſſertatio: itaque illud conflictui amico reſervans

Ad *ultimum* denique reſpondeo, in enumeratione Prærogativarum Nobilium, quæ in *Immunitatibus*, *in Reverentia*, *in Præſumtionibus*, *& in Pœnis temperandis conſiſtunt*, multa merito deſiderari, id quod neminem, qui diligenter illa excuſſerit, latere poterit. Unde, quod de *Tiraquello* non veritus eſt aſſerere *Loyſeau tract. de Ordin. c. 5. n. 69.* eum, plus quam viginti ridicula & falſa privilegia Nobilibus tribuere, illud quoque de *Hippolyto* dici poteſt; id quod etiam nuperum in Gallia exemplum demonſtrat, quo Comes horrendo rotæ ſupplicio ob atrocia crimina affectus fuit. Deinde illæ Prærogativæ æque bene Civitatibus quoque competunt; nam & illæ magno honore afficiuntur, nec torquentur, nec ad Triremes damnantur, nec ulla ignominioſa pœna plectuntur. Ut jam nihil nunc de eo dicam, quod multi etiam Cives ſint in Civitatibus, qui ob bene merita, & ob ſtudia ſua iisdem privilegiis gaudent, quemadmodum illud *Itterus de Honor. ſ. Grad. Academ. in c. XII. & XIII.* fuſius oſtendit. Sed, ſi quoque concederem, Nobiles variis prærogativis gaudere præ aliis, nihil aliud exinde ſequeretur, quam Nobiles privilegiis frui, quæ non habent Plebeji, & ceteris paribus præferri ignobilibus: jam vero vel centies dictum, a præferentia Nobilis præ Plebejo, ſi omnia cætera ſunt paria, male argumentum deduci ad Præcedentiam Nobilitatis Immed. præ Civitatibus Imperialibus.

Atque ita tandem excuſſis, quæ ultro citroque afferri ſolent, refutatisque Adverſariorum rationibus, Civitatum præ Nobilibus eminentiam demonſtraſſe me puto. Plura fortaſſis cauſæ huic inſervientia adduci potuiſſe nullus dubito; at Conflictui Academico hæc ſufficere poſſe, æquus Lector facile judicabit. Neque ego, dum jura hæc vindicare inſtitui, id arrogare mihi volui, ut quicquid limatiſſimum Ingenium invenire poſſet, producerem; ipſius argumenti cauſæque juſtitia ac evidentia fretus, hoc quicquid eſt laboris, eo facilius promptiusque in me ſuſcepi, relicturus reliqua Exercitatiſſimis in publica rerum ſcientia Viris. Neque id etiam, dum hæc ſcriberem, intendi, ut Ordinis Equeſtris, quem maxime alias venerari ſoleo, & ea, qua decet, reverentia

prosequor, Jura vel Dignitatem lacessere, aut contemnere vellem; sola veritatis ratio, quam post serium examen invenisse mihi videor, Speciminisque Academici edendi obligatio ad hæc scribenda me induxit; unde majorem quoque Lectorum æquitatem mihi exposco, pariterque promitto.

SOLI DEO GLORIA.

XXX.

DISSERTATIO JURIDICA, DE JURE EXIGENDI COLLECTAS AD ELOCATIONEM FILIARUM ILLUSTRIUM, Von Fräulein-Steuer/

PRÆSIDE
CASPARE ZIEGLERO,
JCto, Antecessore, Consil. Elect. Saxonico, nec non Facultatis Juridicæ Ordinario
habita Witteberga
Anno 1686.

A & Ω

I.

NOn præter rem *Tacitus*, neque quietem gentium, ait, sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi posse *lib. 4. hist. c. 74.* Hinc sine dubio jus enatum est Principibus, ut plebi aliquid oneris in tributis pendendis imponerent. Ut enim sine iis securitas Reipubl. ac defensio expectari nequit: ita multi, dum tributi fumum fugere conati sunt, in servitutis ignem se præcipitarunt, ut est apud *Joh. Matthia*

Matthia de Contrib. c. 1. n. 35. Quapropter cum correlativa sint Schatzung und Schutz, & tum divino *Matth. VII. 25. Luc. IV. 12.* tum humano *l. 7. C. de Vectigal.* jure permissæ; iniquum non erit, ut Magistratus ob necessitatem & utilitatem publicam licitas imperet exactiones. *arg. l. 16. ff. de R. J.* Quas vulgari nomine *Collectas* appellamus.

II. Occurrit hoc vocabulum in *Auth. Item nulla. C. de Episc. & Cler.* Et derivatur a colligendo. Ciceroni usurpatur pro pecunia, quæ exigitur. *lib. 2. de Or.* Galli vocant: *La taille, l'aide, le tribut, le peage,* Germani: Steuer, quod vocabulum generale est, Anlage, Schoß, Schatzung, Hülff-Geld, *Contribution.* Quod odiosum nomen legimus in *l. 32. §. 6. ff. de admin. tut.* Cui non dissimile est *Capitationis* illud. Parum Suaviores appellationes invenire licet *in tit. C. de Indict. in tit. C. de Annon. & Tribut. c. 23. caus. 24. q. 3.* ubi Exactioens dicuntur. Blandis vocabulis exprimitur per *Collationem 2. F. 6. Subsidium, subventionem, auxilium, Preces,* quas quidem preces necessitate admistas esse, *Tacitus* docet 16. *Annal.* etss. Barbare nominatur *Steura, Berna.* Hinc ortum esse comm. putant vulgarem loquendi modum: Einen Behren anlegen, i. e. collectas indicere. *Schüz. J. P. Vol. 11. Ex. XI. th. 3. lit. a.* Antiquas Collectarum appellationes videsis apud *Caspar. Klockium de Contribut. cap. 1. n. 115. seqq.*

III. Sunt autem Collectæ pensiones ratione rerum s. facultatum & possessionum in usum Reip. a subditis exigendæ. Intelligo vocabulum *pensionis,* prout accipitur in *l. 3. pr. ff. de ann. legat.* ut nihil aliud sit, quam præstatio rerum temporibus & terminis divisa. *Becman in M. P. cap. 20. th. 1.* Subjectum constituunt. *Subditi.* Quo ipso patet, Collectas differre (1) *a Donativis,* quæ sui juris populi ex pacto speciali sibi aliquando solvere tenentur, non quidem in recognitionem superioritatis, sed tranquillitatis publicæ gratia. Sic v. c. Pensio illa, quam superioribus annis Rex Galliæ præstitit Regi Suediæ, ut durante bello assisteret sibi, tributum non est appellandum. Multo minus hoc nomine veniet ea pensio, qua Imperator Rom. Maximilianus II. 30000. aureorum a Selymo Turcarum Sultano inducias pactus est. Quorsum vid. *Piasec. Chron. p. 53.* (2) ab illa pecuniarum oblatione, quam Domino suo ex liberalitate præstant Vasalli, quam vulgo das Præsent - oder Donativ - Geld appellamus. Collecta enim de rebus Allodialibus est præstatio Realis, Præsent-Geld autem obligatio personalis *Carpzov. p. 2. c. 46. d. 35. n. 19.* Jus enim Vasallagii non facit Subditum. *arg. c. 5. X.* de judic. Sed subjectio proprie ex eo metienda est, an quis in territorio Domini domicilium habeat. *Hen. a Rosenthal. de Feud. cap. 5. conclus. 78. n. 4.*

IV. Ju-

IV. Jus exigendi collectas est potestas imperandi præstationes illas, de quibus modo diximus. Idque ei tantum competit, qui summam in Republ. habet Majestatem. *2. F. 56.* Ratio est, ne subditorum bona e contrario expilentur, & libidini cujusque sine imperio imperantis obnoxiæ sint. Vid. *Dn. Zieglerus de Jur. Maj. lib. 2. cap. 1. n. 16. & 17.* ubi simul eorum rejicitur opinio, qui Collectas indicendi potestatem ad Jurisdictionem referunt.

V. Ex communi Dd. opinione vel *Ordinariæ* sunt Collactæ, vel *Extraordinariæ.* Quæ divisio fundata est in *l. 6. § fin. ff. de Muner. l. 6. ff. de Vacat. mun. l. 239. §. 3. de V. S.* Ordinariæ certam, regularem ac *perpetuam* habent præstationem; *l. 6. §. 4. ff. de mun. & bon. l. 5. C. de Annon. & trib. l. fin. C. de omni arg. desert. XI.* quamvis non semper Statæ atque annuæ sint, quales in terris Sax. sunt Schoß s. Schutzgeld, quæ pro bonis immobilibus imponitur, sed *Temporariæ* tantum, ut pontium, castellorum etss. reparatio. It. Collectæ Imperiales s. Universales, Römerzug, Reichs-Hülff, R. A. *de Anno 1542.* §. Es sollen auch in fin. Item Collectæ ad sustentationem Cameræ. R. A. zu Augspurg de An. *1566.* §. damit auch diese Acht. Perpetuum enim omne id recte dicitur, quod causa, actu vel potentia perpetuum est. *Magnif. Zieglerus c. l. n. 14.* Et ut ordinaria Collecta dici possit, requiritur, ut (1) a supremo Magistratu (2) ob causam ordinariam & successivam & (3) uniformiter imponatur. *Klock. d. tr. c. 2. n. 6.*

VI. Extraordinariæ, quas Galli vocant: *Les tailles en certains cas, Ferrerius in add. ad Guid. Pap. qu. 57.* necessitate & utilitate publica suadente, extra ordinem, & ex improviso imponuntur. *l. un. C. de Vacat mun. l. 8. §. 3. ff. eod.* Nec hæ perpetuæ sunt; sed tamdiu durant, quamdiu necessitas easdem invexit. *Limn. Jur. publ. lib. 2. c. 18. n. 35. arg. l. 43. ff. de vulg. subst. L. un. C. de Caduc. toll.* Quales sunt Indictiones bellicæ, Collectæ Turcicæ, Türcken-Steuer, Circulares Creyßsteuer/ Accisa de Cerevisia Tranck- oder Bier-Steuer, Exactiones Provinciales, Landsteuer, quæ non nude insignum subjectionis & superioritatis, sed etiam pro fructibus & emolumentis Reip. ut & pro curis & laboribus, nec non pro compensatione expensarum, quas Domini & facere & pati debent, pro pace & quiete tenenda inter subditos & pro sua dignitate servanda exiguntur, prout fere loquitur *Simon de Pratis Consil. 100. n. 1.* Quo sigillatim spectant *illæ, quæ ad elocationem filiarum Illustrium subditis indicuntur.* Die Fräulein-Steuer.

VII. Hæc cum in Praxi frequentes sint, & multis implicatæ controversiis, operæ pretium esse duximus, ut expositis iis, quæ ad generalem Collectarum explicationem pertinere videbantur, speciatim earundem naturam perlustremus.

VIII. Ut

VIII. Ut autem rem ab ovo, quod dici ſuevit, exordiamur, diſquiſituri ſumus primum : *Ex quo loco natales ſuos hoc jus arceſſat ?* Quod quidem certo definire non auſim, eo quod ubique fere receptum eſſe videamus. Servari in plerisque Galliæ Provinciis, teſtis eſt *Argentræus in Conſuet. Ducat. Briton. artic.* 87. *not.* 1. *n.* 1. Item obtinet in regno Siciliæ, ubi Rex hoc caſu quinque millium unicarum auri ſummam exigere a ſubditis valere perhibetur *a Mar. Muta in Capit. Regn. Sicil. c.* 6. *&* 7. *tom.* 1. Neque in Anglia id ignotum eſt, ubi a tempore Henrici I. ad noſtram ætatem Reges eo uſi ſunt. In Suecia Regem pro maritagio filiæ 100000. thalerorum præter ſuppellectilem exigere poſſe, docet *Autor Theſauri polit. in relat. de regn. Suec. pag.* 326. Simile cuſtoditur in Burgundia Aquitannia & aliis locis plurimis, uti videre eſt apud *Ber. deciſ.* 126. *n.* 2. *ſqq.* In Germania quoque ſic uſu venire, præter *Mynſinger. cent.* 5. *obſ.* 21. evidentiſſima probat experientia. Et, ſi recte colligo, videtur ejus origo repetenda vel a Romanorum clientibus, quod confirmat *Plutarch. in Romulo*; vel, quod veroſimilius eſt, ex illa parte juris, quæ de libertis eſt. Hi enim quia ſub clientela Patronorum erant, id circo iis obſervantiam debebant, & ſi neceſſitas poſtulabat, ad dotandas eorum filias munera conferebant. Quod patet ex *l.* 7. §. 3. *de oper. libert. l. ult. ff. de liberal. cauſ.* Quorum munerum *Terentius in Phorm. Act. I. ſc.* 1. ita meminit: *Herilem filium duxiſſe audio uxorem : credo munus hoc corraditur. Add. l.* 13. §. *fin. de Admin. tut. l.* 1. §. 5. *de tutel. & rat. diſtrahendi.* Hinc probabile eſt receptam fuiſſe, ut Vaſallis & ſubditis ex conventione vel præſcripta conſuetudine Patroni collectas imponere ſoleant.

IX. Magna inter Dd. contentio eſt : *An jure ſubditi ad elocationem filiarum illuſtrium teneantur conferre ?* Affirmantium funem ducit *Roffredus Beneventanus in tr. ordinis judiciarii p.* 5. *rubr. de Sacramentis p.* 364. quem ſequuntur *Ludolph. Schrader. tr. Feud. part.* 6. *cap.* 6. *n.* 102. *Jacobin. de S. G.* Negat vero *Roſenthal. d. tr. c.* 5. *concl.* 77. *n.* 4. *Klockius de Contr. cap.* 8. *n.* 27. & alii. Illi fundamentum ponunt (1.) in utilitate & tranquillitate publica, quæ ſuadet, ut urgente ſingulari neceſſitate jura Majeſtatis præter modum ordinarium exerceantur. Jam v. jus indicendi tributa Majeſtatis eſt, cum quo concurrere deinde dicunt dominium eminens, quando ex ſingulari neceſſitate enormia plane indicuntur tributa. Ergo, &c. Accedit. *l.* 2. *ff. de jur. dot. l.* 32. §. 2. *de Condict. Indeb.* (2.) in eo, quod Pater de neceſſitate teneatur dotare filiam. *l.* 19. *ff. de R. N. l. ult. verſ. utramque C. de dot. prom.* Ne ergo tali dotatione diminueretur patrimonium & dignitas Domini, ſubditos aſſerunt ad præſtandum Domino ſubſidium eſſe obligatos. Hi vero, negantes ſc. ſententiam ſuam ſtabiliunt (1) ex eo, quod neque ulla lex, neque Conſtitutio neque

feudalis consuetudo præcipiat, ut subditi tunc, cum agitur de filia in matrimonium elocanda, suo auxilio Domino subvenire cogantur. Erubescimus autem sine Lege loqui. *Novell. 18. c. 1.* (2.) quod dotem fœminis constituere is tantum cogatur, qui Legibus expresse jubetur. Ita e. c. nec Mater tenetur dotare filiam *l. 14. C, de jur. dot.* Nec frater sororem. E. multo minus Vasalli Domini filiam. (3.) Allegant Causam **Hanau** contra **Hatgau** coram tribunali Cameræ Imperialis A. 1590. agitatam, ubi probatum non fuit, quod simili in casu subditi collectas præstitissent, referente *Rosenthal. c. 5. concl. 77. lit. c.*

X. Mea sententia Princeps collectas tales omnino imponere potest, *non quidem ipso jure*; sed tum demum, quando vel cum consensu subditorum id facit, vel longissima consuetudine sive immemoriali præscriptione jus collectandi acquisvit. Sic in *Consuetud. March. ex edit. Scheplizii part. VI. Tit. 12.* **von der Landsteuer** legimus seqq. **Es ist aber die Landschafft/ der Landbethe und steuer befreyet worden A. 1472. durch den Churfürst** Albertum, **ausgenommen 3. Fälle: (1.) wegen geschehener grosser Niederlag/ (2.) wegen eines Land-Krieges/ und (3.) zu Aussteurung der Herren-Fräulein.** Sic quoque Illustrissimo I. Duci H. in investitura jus imponendi collectas pro maritandis filiabus concessum est, & ipsi confirmatum An. 1593. Cum enim eo tempore inter Ducem H. & Status provinciales Ducatus H. controversia hæc ventilaretur, ita rescriptum est: **Und wir vernehmen/ ꝛc. zu geschweigen/ was etwan der Unterthanen verweigerte Erbhuldigung und abgeschlagener Fräulein-Steuer vor gefährliche und der Obrigkeit** præjudicir**liche vortheil und Eingang dem löbl. Hauß** H. **bringen/ und auff die Nachkommen mit sich ziehen möchte; Als haben wir nicht unterlassen wollen. ꝛc.** Vid. plur. *Consil. Marpurg. 35. vol. 3. n. 41.*

XI. Quæ tamen Consuetudo generalis non est, nec proinde ad Juris necessitatem trahenda. Ex quo colligimus, quod, ubi neque consuetudine nec privilegio nec conventione hoc jus introductum est, ibi temere eo uti non possit Magistratus. Id quod patet ex Responso Scabinorum Lipsiens. M. Jul. 1662. ad Consultationem **H.** H. M. **Graffens zu Stolberg.** P. P. **Haben vor wenig Jahren zwey E. Gräfl. Gn. Baasen und Fräulein von Stolberg/ so E. Gn. im dritten Grad ungleicher linien mit Bluthfreundschafft verwand/ sich verehlichet/ und die älteste Ew. Gr. Gn. Herrn Brudern/ Heinrich Ernst Graffen zu Stolberg/ die jüngste aber Fürst Lebrechten zu Anhalt Plötzcke geheurathet/ darüber gewisse** pacta dotalia **auffgerichtet/ und von E. Gr. Gn. beneben dero Herrn Bruder darum einer jeden 4000. Gfl.** pro dote **dergestalt versprochen/ und solch** quantum **von dero gesambten Unterthanen einzubringen zugesagt/**

worauff

worauff auch/ auf beschehenes andeuten/ Graff Heinrich Ernstens Unterthanen ihr antheil abgeführet/ E. Gr. Gn. Unterthanen aber haben sich dessen geweigert/ und daß der Fräulein H. Vatter ausser der gesamten Hand kein Recht gehabt/ sie hätten auch solche Steuren niemahls gewilliget/ uud wären in possessione libertatis, vorgeschützt/ hätten auch von Chur- und Fürstl. Sächß Ober- Hoffgericht zu Leipzig deswegen Inhibirion ansgebracht/ &c. Vid. *Joh. Philip libr. 5. Eccl. 13. n. 5.* Caveat igitur Princeps, ne aliquam innovationem vel violentiam subditis inferat. *l. 23. §. 1. vers.* Caveant. *C. de Agric. & Censit. libr. 11. l. 2. C. de stat. & imag. t. t. C. Ne Rusticus ad nullum offic. libr. 11. l. 10. l. 11. C. de SS. Eccl. t. t. C. Vectigalia novo institui non poss.* Siquidem ante omnia Princeps proprium debet excutere marsupium, reditusque suos ordinarios expendere; quam ad Extraordinarias hujusmodi exactiones deveniat, ne Tyranni speciem præ se videatur ferre, neve plebejorum animos exulceret. Cives enim istis floribus non sunt absimiles, qui leniter contracti suavissimum odorem spargunt; sed si duriusculæ comprimas, odorem adeo insuavem ac capiti noxium diffundunt, ut ex eo facile vertiginem contrahere liceat.

XII. Diximus Reges, Principesque superiores hoc jus, si consuetudo ferat, juste exercere posse. *Sed forte aliud observabitur in iis, qui a Principibus feudum, sed absque jure Regalium impetrarunt?* quales Duces, Comites & Barones Germania nostra non paucos numerare potest. Videtur dicendum, quod sic. Quia enim tantum merum & mixtum imperium habent, cujus respectu non nisi voluntaria collecta constituitur, *arg. l. un. C. de Superindict. libr. 10.* non poterunt exigere collectas, nedum extraordinarias. Et refert Bodinus otdinationem Moliens. ubi Carolus IX. Francorum R. vetat Collectas a subditis exigi, additque ejusmodi jura tanquam publica & soli Principi reservata præscribi non posse. Contrarium tamen verius est. Neque opposita ratio quicquam efficiet. Cum, si de jure loquamur, neque Regibus ipsis & Principibus superioribus charitativum hoc subsidium a Vasallis deberi, certum sit. Sæpius enim diximus, ejusmodi Collectas tantum consuetudine vel pactis, vel necessitate urgente, ob Principis forte tenuitatem imponi. *Cic 2. Offic.*

XIII. Hinc complures familias tam in Germania, quam in Italia aliisque locis hac potestate videmus uti. *Boer. decis. 126. n. 2.* in tantum, ut hoc postea per consuetudines & pacta ad Nobiles quoque sit traductum. Et quidem quod Consuetudinem concernit, communis Doctorum regula est: Etiamsi quid jure non valeat, tamen, si de facto observetur, in disputationem vocari non debere. *Job. Köppen. Decis. 32. n. 18.* Omnis enim hic vis in consuetudine sita est, & ubi hæc consuetudo non est, ibi jus illud locum non habet.

Schulz. Synops. Inst. Tit. de his, qui sui vel al. vers. Effectus. Sic de se ipso testatur Guido Papa, quod homines villæ suæ S. Albani ipsi dederint 30. florenos, cum filiam suam Franciscam elocasset Nobili Guidoni de Dorgesia. Vid. *Guid. Pap. quæst. 57. n. 3.* Neque dubium est, quin pacto ad id adstringi queant subditi, cum ea pacta, quæ non sunt contra bonos mores, servanda sint *l. 7. § 7. ff. de pact. c. 2. de Supplend. neglig in 6.* Quin imo testatur & cit. *Köppen. d. l.* tale subsidium, quod Baronibus, Nobilibusque fit, in Marchia vocari **Orbede.**

XIV. Quod attinet Principes, Duces & Comites Apanagiatos, **abgefundene/ oder verziehene Herren/** eos hæc Consuetudo nil juvat: Quoniam ipsis Lege pragmatica tanta alimoniæ provisionalis assignatio facta est, ut pro dignitate generis vivere possint. Hinc quia a regno sunt segregati, ad exemplum filiarum elocatarum nihil pro se suisque amplius petere possunt. Vid. *Ernest. Gotthmann. Cons. 3. & 4.*

XV. Nova exsurgit quæstio: *An illis locis, ubi talis mos increbuit, Collecta salvi debeat tantum pro una filia nuptui danda?* Quod quidem omnino asserendum videbatur, cum odiosa stricte accipi, neque ad casus verbis non expressos extendi debeant. *C. 22. de Elect. in 6.* Sed recte negat hoc *Matth. de afflict. decis. 265.* & reliquis quoque competere filiabus hoc jus nullus dubitat, ex Annalib. Franciæ demonstrans, Philippum Pulchrum pro dote secundæ filiæ Isabellæ, quæ Regi Angliæ nupserat, tributum subditis indixisse. Eodem jure usum Fridericum II. testatur *Ferrer. Addit. ad Guid. Pap. qu. 57. p. m. 66.* Ubi addit hanc opinionem pluribus JCtis & Arrestis Parlamenti Tholos. approbatam esse, sigillatim extare Arrestum pro Domino *de la Brosse* contra subditos suos. Hinc colligo in iis locis ubi ejusmodi consuetudo viget, non obstante priori ratione, pro omnibus filiabus elocandis collectas exigi posse *Matth. Steph. in discurs. Acad. 7. vol. 1. th. 13.*

XVI. Cæterum hoc intelligendum est de prima nuptiarum vice. Nam si filia ad secunda vota transeat, subditi ulterius non conferunt: Sed illa priori dote contenta erit. Fundamentum hujus assertionis est in *l. 89. §. 1. ff. de V. S.* Ex qua lege Dd. regulam conficiunt, sermonem simpliciter prolatum de primo intelligi, s. primo actu finiri. e. g. Si cui res ea conditione legata sit, ut, si eam legatarias perdiderit, heres rursus præstet; hic eam, si forte amissa fuerit, semel præstando liberabitur. *l. 11. §. 18. ff. de Legat. 3.* Qua de re vid. *Goedd. ad d. l. 89. n. 2.* Casus igitur filiæ elocandæ est quidem reiterabilis in personis plurimarum filiarum; non autem unius filiæ. *Steph. c. l.*

XVI. *Quid autem juris, si filia sit Naturalis?* Resp. De jure Can. quo Pater & alere & dotare eam tenetur. *cap. 5. in fin. X. de eo, qui dux. in matr.*

quam

quam poll. eodem beneficio frui videtur filia Illegitima, si Dominus ex suo Patrimonio commode ipsi dotem constituere nequeat. *Schrad. p. 6. cap. 6. n. 102.* A quo tamen alia jura secessum faciunt. Nec male. Concesso enim, dotem hanc alimentorum loco succedere ; non tamen exinde sequitur : E. Vasallus dotet. Cum Vasallus alimenta Domino non debeat. Quod ita probo : Si tum, cum Dominus jurato promisit alicui quid solvere, Vasallus non tenetur eum liberare a periculo animæ ; multo minus poterit cogi ad liberandum Dominum a periculo Corporis ratione alimentorum. Siquidem animæ hominum quibuscunque rebus præferuntur. *l 21. in fin. C. de SS. Eccles.* Sed prius est. *2. F. 26. vers. Licet Vasallus* E. & posterius. Quod si vero Vasallus non tenetur Domino alimenta præstare ; multo minus exhibebit filiæ, & adhuc minus Illegitimæ. Nec enim ubique cum detrimento suo Domini utilitatem promovere debet Vasallus. Secus est, si consuetudine, conventione aut præscriptione aliud sit introductum. *Godofr. Anton. Disp. Feud. 7. th. 9. tit. g.*

XVII. Quod si vero Pater obierit, relicta filia, filioque successore, quæritur : *An tum pro elocanda sorore filius ad instar Patris subsidium charitativum exigere valeat ?* Præsuppositis cæteris requisitis affirmare id non veremur. Mors enim Patris filiæ præjudicio esse non debet ; multo minus ipsi auferre favorem, vi cujus ex publica collecta dotem sperare poterat. *Petr. Friderus lib. 2. mandat. cap. 45.*

XVIII. Id dubitationem adhuc recipit : *An hac consuetudo ad nuptias quoque filii extendi possit ?* Affirmandi rationes sunt (1.) quod filius non debeat esse deterioris conditionis, quam filia, (2.) Quod, quemadmodum masculinum includit fœmininum, *l. 2. ff. de V. S.* ita fœmininum in se quoque contineat masculinum. *§. 16. J. de R. D. l. 5. §. pen. ff. de A. R. D. l. 4. §. 1. de Legat. 1. l. 19. ff. de Cond. & dem.* Verum has tanti esse momenti non existimo, ut communem eamque verissimam Dd. sententiam labefactare possint, qua Dominum nihil petere posse pro nuptiis filii constanter asserunt : quoniam tum dotem non expendat, sed accipiat. *Schrad. cap. 5. concl. 79. n. 5.*

XIX. Sunt & aliæ collectæ Extraordinariæ, ad quas Domino Vasallus obligatus est : Siquidem conferre is tenetur pro redemptione Domini, si ab hostibus captus sit : Tenetur ad æs alienum fortasse ex facto & culpa Vasalli vel in ejus commodum contractum : & quæ his sunt similia. Sed eas in præsenti exponere, alienum a nostro instituto est. Nobis enim sufficit, potiora capita pensionis, quæ pro elocanda Principis filia, ab subditis exigitur, non pro materiæ dignitate quidem, pro viribus tamen exposuisse.

XX. Cæterum quæ hac de materia breviter simpliciterque scripsi, ea confido, non plane improbata esse omnibus. Quod si forte quid imperite

 factum,

factum, quod homini commune est, *arg. l. 44. ff. de acqu. poss.* id ut ætatis infirmitati partim, partim vero perexiguo temporis spatio, quod mihi iter meditanti relictum fuit, adscribatur, ab æquo Lectore magnopere contendo.

DEO SIT LAUS ET GLORIA!

COROLLARIA

Ex JURE NATURÆ

Jus naturæ & Gentium differunt.

Ex JURE CIVILI

Pupillus, cujuscunque ætatis sit, sine Tutoris autoritate ne quidem naturaliter obligatur, nisi ubi locupletior factus est. L. 59. de O. & A. *vel ubi dolum commisit.* L. 37. §. 1. in fin. de minor. *vel ubi actio ex re venit.* L. 46. de O. & A.

Pactum Creditorum plurimum præjudicat privilegiatis. L. 7. §. ult. L. 8. sequ. ff. de Pact.

Ex JURE CANONICO

Juramentum, quod sine dispendio salutis æternæ servari potest, servandum est. c. cum contingat. 28. X. de Jurejur.

Juramentum contra bonos mores non est obligatorium. c. 58. de R. J. in 6to.

Ex JURE FEUDALI

Vasallus regulariter de re feudali testari nequit. 1. F. 8. cap. 1. *Filius naturalis ad successionem feudi non admittitur.* 2. F. 26. §. naturales.

Ex JURE SAXONICO

Jure Saxonico non nisi duæ habentur species præscriptionum: una Annalis binnen Jahr und Tag / *altera Tricennalis*, binnen dreyßigk Jahr / Jahr und Tag. Land R. lib. 1. art. 28. & 29.

JOHAN-

JOHANNIS BACKMEISTERI,

Juris-Consulti,

TRACTATIO JURIDICA,

DE

RENUNTIATIONE FILIARUM ILLUSTRIUM,

Von

Fräulein-Verzieg;

IN

FLORENTISSIMA AC CELEBERRIMA ARGENTINENSIUM UNIVERSITATE

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

Anno 1682. habita.

B. C. D.

IN res creatas hominibus competens facultas, non tantum efficit, ut iis libere uti, ſed & abuti *L. 25. §. 11. de petit. hæred.* imo jure quoque ſuo ſe abdicare poſſint *L. 29. C. de pact.* id enim eſt privilegium a natura ipſa Liberis hominibus conceſſum, ut habeant plenam poteſtatem faciendi ea, quæ cuique facere libet. *§. 1. de I. perſ.* modo non officiant conſervationi totius, ad hanc ſiquidem omnia dirigenda, & ne tertio cuipiam præjudicium creetur, factum enim cuique ſuum, non alteri nocere debet *L. 27. §. 4. de pact. L. 155. de R. J.* Hinc nec Juri communi renuntiare licet, ſi e. g. ſocii præjudicium ſubſit vel res commode dividi nequeat. *Gail. 1. O. 40. 11. 40. Mynſ. 5. O. 63. t. t. C. de comm. rer. al.* Nam ſi hæc diviſionem non recipiat, ne quidem pro parte renuntiantis ſubſiſtet *L. 17. de pact. dotal. L. 7. de poſtul. L. 8. §. 2. de procur. Gipbam. de Renunt. c. 3. p. 552.* Atque ideo uti cuilibet licet patrimonium ſuum quocunque licito modo augere ac conſervare, ita quoque in favorem tertii Juri proſe introducto renuntiare *L. 41. de Minor.* quod enim Lex mihi mea cauſa dat, eo mihi etiam non uti licebit, *Cic. 3. in Verrem.* idque in omnibus Juribus, quæ in bonis renuntiantis ſunt, ejusque proprium intereſſe concernunt *L. 27. §. 4. de pact.* procedit, ſive illud ſit Jus rerum, ſive perſonarum, illudque vel in re, ut Dominium, tam plenum *§. 40. 44. 46. de R. D.* (modo quid externum animum renunciandi declarans accedat *L. 17. §. 1. d. a. l. a. poſſ. L. 2. §. 1. L. 5. §. 1. pro derel.*) quam minus

nus plenum, ut Emphyteus. *t, t. C. de J. Emphyt. Aurel. Corbul. de Emphyt.* Feudum, quod proprie dicitur refutatio *2. F. 9. 38. 49. Mynf. 5. O. 65. Struv. S. J. F. c. 12. §. 14.* quo faciunt quoque modi dominii acquirendi, sive sint ex J. Gentium, ut Venatio *§. 12. de R. D.* & aliæ occupationes in littore alibive factæ, quibus tacite quasi renuntiatur, dum Principibus solis hæc jura exercere concessum. vid. *L. 7. de divers. & temp. præsc.* sive ex J. Civili, ut Usucapio, *pr. J. de Usuc. L. 30. §. 4. de a. l. a. poss. Mynf. 4. O. 37. n. f.* Donatio *L. f. C. d. pact. int. E. & V. Giphan. de Ren. c. 5. p. m. 396.* &c. Servitus *L. 20. & 31. de S. U. P. L. 20. & 24. d. S. R. P.* Pignus *L. 17. §. 2. de pact. t. t. C. de remiss. pignor.* Possessio *L. 3. §. 6. L. 17. §. 1. L. 30. §. 4. de a. l. a. poss.* Hæreditas, de qua mox, sive ad rem, idque oriatur vel ex contractu, tam vero, eoque vel reali *L. 23. de Donat.* vel verborum *L. 77. §. 16. de Leg. 2. N. 136. c. 1.* vel Literarum *L. 4. C. de non num. pec.* vel Consensuali *L. 10. de a. l. a. poss. L. 15. §. 4. Locati. L. 65. §. 3. L. 4. §. f. pro Socio L. 22. §. f. Mandati,* quam quasi, sicuti hoc per omnes quasi contractuum species ostendit, *Thoming. de Renunt. Th. 17. lit. G.* vel ex delicto, hocque tam vero quam quasi delicto, privato vel publico, observatis tamen juris regulis ac distinctionibus, uti hoc fusius demonstrat laudatus *Thoming. in sequ. lit. I.* Nec personarum Jura aliena sunt a facultate senunciandi: potestati enim ad Libertatem proclamandi *L. 4. quib. ad Lib. procl. non lic.* Item Juri Civis & Incolatui *L. 34. ad Municip. Instr. pac. Cæs. Suec. art. 5. §. 12.* nec non Familiæ *§. 6. & 8. J. quib. mod. patr. pot. solv. L. 5. C. de Emanc. Libb.* renuntiare licite quis potest: quin & in Officiis, hisque tam Ecclesiasticis, ut Pontificatu *c. 1. de Renunt. in 6.* Episcopatu, Prælatura, *t. t. X. de Renunt. Reink. de R. S. & E. cl. 1. c. 1.* Jure Patronatus *c. 14. X. de J. Patron. c. un. Eod. in 6.* quam Secularibus, ut Imperio, Regno, vid. *Lamp. de Rep. Rom. Germ. P. 3. c. 2. §. 7. seqq. ibique Conr.* officio vel munere publico, *Dalner de Renunt. c. 1. n. 10. 11.* Renuntiatio locum habet, quales Renuntiationes speciali nomine vocantur Resignationes. Sed his omnibus pertractandis, cum vix magna Volumina, ne dicam exiguæ hæ pagellæ sufficiant, placuit unicum Renuntiationis Objectum, HÆREDITATEM nempe seligere, paucisque perlustrare, quamvis ne hoc quidem quoad omnes suas partes, sed quod ea tantum jura, quæ sequiori sexui circa illud competunt: Nec tamen ea pro materiæ dignitate enucleare vel temporis & loci ratio, vel ingenii imbecillitas permittit; quare accuratiora commodiori occasioni ac tempori reservamus, inter ea tamen B. L. submisse rogamus, præsentia hæc, qualiacunque sint, æqui bonique consulere ne dedignetur.

I.

VIX ulla in Juris parte Leges Civiles adeo deprehenduntur sollicitæ, quam circa dispositiones Hæreditatum: summam enim hic adhibuere curam, ut vita decedentes *debiti* pariter sui ac *officii* admonerentur, ne Libertas ejus quod,

quod iterum non redit, arbitrii impediretur, & tamen æqualia jura iis, quo natura æqua sorte nasci voluit, sine ulla ætatis sexusque discrimine distribuerentur, parique successionum jure amicitia fraternaque dilectio conservaretur *L. 6. §. 2. C. de bon. quæ Libb. L. f. C. comm. utr. jud. L. 77. §. 20. de Leg. 2.* quantas enim inæqualis successio excitaverit discordias, quæ in parricidia, fratricidia & alia detestanda facinora erupere, ostendit *Bets. de pact. & Stat. fam. ill. c. 5.* quod ipsum ob summam ac evidentem æquitatem posteriora secula sanctæ custodierunt: Successu tamen temporis inter Illustres potissimum Nobilesque Familias invaluit, ut in successionibus suis ætatis sexusque differentiam denuo introducerent, uti ex recepto Primogenituræ & Majoratus jure, usitataque Filiarum illustrium renuntiatione apparet.

II. Quemadmodum autem consuetudine introductum, ut ætas major minorem repellat. *Tiraqu. de I. primog. præf. n. 3. sequ. Schickhard. de I. regio n. 3.* ita quoque diuturni mores, consensu utentium comprobati, sexui Masculino præ fœminino prærogativam tribuerunt, in tantum ut hodie in plerisque familiis ac provinciis orbis terrarum in Jus fere abierit hæc Fœminarum renuntiatio, teste *Fichardo T. 1. Cons. 3. n. 8, Knipsch. de fideic. fam. illustr. c. 8. n. 206.* In quibus moribus nihil est quod Juri f. Naturæ f. Divino contrarietur, quin potius omnia iis consentanea sint: illa enim dignitatis præeminentia sexui masculino a Natura tributa, nec non præstantia judicii, ut & fortitudinis aliæque multæ prærogativæ satis innuunt, naturæ haud absonum esse, in successionibus etiam sexus rationem haberi. *Musc. de succ. conv. & anom. cl. 1. concl. 4. lit. B. n. 111. Knipsch. c. tr. c. 8. n. 173. Arnis. de Rep. l. 2. c. 2. Sect. 12. n. 61.* Quibus non officit, quanto Liberi a Natura ad Parentum hæreditatem vocari, paternaque bona Liberorum causa acquiri asseritur, ut a *Paulo Apostolo in Epist. ad Rom. 8. v. 17.* & *ad Galat. 4. v. 7.* & Paulo *ICto in L. 7. pr. de bon. damnat.* ne dicam barbarica notetur observantia ipsamque naturam accusans, quæ filias a Parentum successione excludit. *L. 4. C. de Libb. præter. L. 14. C. de Legit. hæred. §. 15. L. de hæred. quæ ab int. def. N. 21. pr. & c. 1.* Etenim licet successio Liberorum sit naturalis, Liberique æqualiter ad Parentum hæreditatem vocentur, Juri tamen Civili relictum determinare quantitatem, quæ ad minimum in testamentis vel pactis successioriis observanda: aliquam enim portionem Liberis relinquendam natura jubente constat, quanta autem & qualis illa esse debeat, hoc est, quod non natura sed Legibus est definitum, sunt verba *Illustris Enenckelii, Baronis Hobeneccii, in tr. de priv. par. & Libb. priv. 14. P. 1. c. 12. n. 4. vers. Aliquam &c.* Imo etiam si hoc non esset, prævaleret tamen salus publica, tanquam suprema in Republica Lex *L. Un. §. 14. C. de caduc. toll. L. 3. C. de primipil.* Licet igitur præceptum Naturæ sit, ex se natos sine sexus discrimine diligere, attamen & hoc rationis naturæque socialis præceptum est, ma-

gis diligere patriam, illiusque salutem in omnibus nostris actionibus & negotiis cuilibet privatæ utilitati anteponere *L. 19. §. f. de capt. & postl. reverf. L. 6. C. si contr. Jus l. util. publ. Aut. Res quæ, in f. C. comm. de Legat. N. 38. c. 1.* habebitque hic locum vulgata regula: In concursu duorum præceptorum Juris, quorum alterutrum tantum servari potest, levius fortiori cedere debet. *Vid. L. 35. de Rel. & sumt. fun.* unde multa contra rationem ob utilitatem publicam recepta dicuntur, in *L. 51. §. 2. ad L. Aquil.* Add. *Petr. Ant. de Petra de pot. Princ. circa Ius quas. toll. c. 32. qu. 4. n. 5. & cit. Ill. Baro Enenk c. l. priv. 1. c. ult. n. 24. sequ.* & in *tr. de priv. l. Civ. c. 6. n. 4.* ubi Rempublicam primam dicit esse caussam, ob quam Jus alterius imminuere licet. Nec peccat Majestas Civilis, tale quid constituens, contra Ius naturæ: quin potius illud prudenter explicat. *Lansius de L. Regia th. 89. & in Diss. de Lege & cura Rel. th. 30.* Salvo igitur Jure naturæ non Lege solum sed & pacto constitui potest, ut iis, qui ex conjugio, quoad cœtera justo & legitimo, nati sunt, alimenta tantum præstentur, aut illi a præcipua hæreditate excludantur. *Puff. de l. N. & G. L. 4. c. 11. n. 8. Grot. de l. B. & P. l. 2. c. 7. §. 23.* qui & in *d. c. §. 11.* tradit, hanc succedendi rationem naturali conjecturæ maxime esse consentaneam, non vero ex J. N. necessariam, proinde quæ ex diversis caussis voluntatem humanam moventibus posse variari.

III. Consentit Jus revelatum in præcepto populo Judaico dato. *Num. 27. v. 8.* quod exstinctis omnibus Masculus filias demum ad avitam successionem accedere jubet. Vid. *Zepper. de LL. Mosaic. L. 4. c. 23. p. 611. Selden. de Success. Hebr. c. 1.* Et quamvis constitutio hæc ad Jus divinum morale referri nequeat, minus nos Christianos ad observantiam obliget, juxta commune Theologorum & JCtorum axioma, quo de vid. *Reink. de R. S. & E. L. 2. cl. 2. c. 3. n. 12. Grat. c. tr. l. 1. c. 1. §. 16. n. 7.* obligabit nos tamen sub ratione doctrinæ generalis, quatenus videlicet optimam J. N. determinationem exhibet, ostenditque, quid DEus approbet, justumque esse censeat. *Hoffenref. in Loc. Theol. l. 3. Loc. de Lege. August. de vera Rel. c. 31. Hugo de Roy. tr. de eo quod just. est l. 2. t. 3. §. 1. Gaudent. de fœm. Excl. a succ. c. 1. & 2.* Add. *Petrus Pythæus in coll. LL. Mos. Selden. de Succ. Hebr. & Grot. c. l. §. 17.* Pariter in divisione terræ Canaaniticæ nulla fœminarum habita est ratio, *Seld. c. tr. c. 19.* quem & *c. 23.* de filiarum Zelaphehadis successione latius vide.

IV. Hanc Juris divini dispositionem æquissimam judicantes plurimæ gentes, eam sibi propriam fecere, uti de tota Asia & Africa testatur *Bodinus de Rep. l. 5. c. 5. Vult. Cons. Marp. V. 2. Cons. 29. n. 36.* De Italia *Menoch. de A. l. Quæst. cas. 149. pr.* Italiæque Provinciis, Mantua, Florentia, Luca, &c. *Tusch. lit. S. Concl. 666.* De Gallia, *Gothofr. ad L. 3. C. de collat. lit. K. Springsfeld, de Apan. c. 12. n. 64.* De Hispania, *Cov. & Gutierez ad c. quamvis d. pact. in C. Fontanella d. pact. nupt. claus. 9. gloss. un. P. 2.* & præter alia recentissimum Reginæ Christianissimæ exemplum:

sicut

ſicut & de Anglia noviſſima Duciſſæ Aurelianenſis renuntiatio. De Brabantia, *Everh. Conſ. 96.* De Burgundia *Chaſſon. in Conſv. Burg. rubr. 7. §. 12. pr.* De Germania *Fichard. V. 1. Conſ. 3. n. 8. Arniſ. de Rep. l. 2. c. 2. Sect. 12. n. 49. Klock. T. 3. Conſ. 101. n. 3.* Quæ gentes, ut moratiores, I. Cantabris, ſolas filias inſtituentibus, *Strabo L. 3. Geogr. I.* Tarentinis, filiis præter arma nihil relinquentibus, *Gvevar. horol. Princ. l. 2. c. 36. n. 378.* merito erunt præferendæ. Add. *Anton. Robert. rer. jud. L. 2. c. 4. Knipſch. c. tr. c. 2. n. 209.*

V. Jus Romanum Juſtinianeum magis huic conſuetudini refragari videtur, dum enim Lex XII. Tabb. præponeret Maſculorum progeniem *pr. I. de SCto Tertull.* & Lex Voconia ultra quadrantem Mulierem hæredem inſtituere vetaret. *Paul 4. Sent. 8. Auguſt. de LL. & SCtis p. 154.* mediæ vero Jurisprudentiæ commodius videretur ita Jura conſtitui, ut plerumque hæreditates ad Maſculos confluerent *§. 3. I. de Leg. Agn. Succ. §. 15. I. de hæred. quæ ab int. def.* Valentinianus, & Theodoſius, & Arcadius Imperatt. in L. 4. *C. Theod. de Legit. hæred.* ſexus differentiam ſuſtulerunt, quæ Lex aliquatenus mutilata exſtat in L. *9. C. de ſuis & Legit. hæred.* quorum ſententiam ipſe Juſtinianus confirmavit in L. 14 *C. de Legit hæred. N. 21. pr. c. 1. N. 118. c. 1.* Accedit communis Statuum Imperii conſenſus in *R. I. de anno 1521. & 1529.* quibus ſanctionibus Juris Civilis contraria Statuta condere odioſnm dicit *Betſ. de pact. fam. ill. c. 10. p. 640. Alb. Gentil. de I. Belli L. 1. c. 3. p. 26. Borell. Conſ. 49. n. 66.* Sed ſicuti antiquam L. Voconiæ & XII. Tabb. nec non mediæ Juriſprudentiæ determinationem ratione modi ſuccedendi Divis principibus intervertere licuit, tanquam diſpoſitionem Juris poſitivi, quæ, ob evidentem Reipubl. utilitatem, per ſe, ſicut cætera omnia, inſtabilem ac mutabilem, *N. 7. c. 12.* ſemper mutari poteſt *L. 32. de LL.* mutata rurſus utilitate & neceſſitate publica, ſequentibus quoque temporibus antiqua Jura revocare & antiquarum Legum reverentiam novitati Legum anteponere licuit. L. 14. *verſ. hujusmodi C. de legit. hæred. Conſt. Tanta. §. 10. de confirm. forum.* idque vel expreſſe, per Legem contrariam, vel tacite, per diuturnos mores conſenſu utentium comprobatos, qui Legem imitantur *§. 9. I. de I. N. G. & C. L. 35. & 37. de LL. L. 2. C. quæ ſit long. conſv B eul. de Renunt. cauſ. 1. c. 2. n. 8.* qui *c. 3.* oſtendit neceſſitatem publicam introducendæ hujus Conſvetudinis, & *Muſcul. de ſucc. conv. & anom. membr. 2. cl. 1. concl. 4. lit. B. n. 125.* ex Orlosh. conqueritur, Juſtiniani conſtitutionem multa generoſæ Nobilitatis capita ſepeliviſſe, multas Illuſtrium Virorum ſtirpas eradicaſſe. Textus Receſſuum Imperii in contrarium adducti nil movent, ſiquidem ibi Statuum Imperii mens non fuit omnem ſexus differentiam in Succeſſionibus tollere, ſed ſaltem amputare materiam litis, quæ ex ambiguitate textuum Juris communis circa Succeſſionem Liberorum Fratrum ſine Thiis ſuis patruo ſuccedentium, utrum ſcilicet tum in ſtirpes an in capita fieri deberet, ſæpius orta, & a magni

nominis JCtis pro & contra erat agitata, quorum argumenta maximam partem exhibet *Bach. ad Tr. V. 2. D. 16. th. 5. lit. B.* Add. *Stryck. de Succ. ab int. c. 4. art. 1. §. 5. 6. & 7.*

VI. Ex dictis de rationabilitate hujus Consvetudinis sufficienter constare credo, ea siquidem consvetudo, quæ bonum publicum intendit, nec juri Naturali vel Gentium adversatur, merito pro rationabili habetur. *Reink. de R. S. & E. 2. cl. 2. c. . n. 10.* De diuturnitate autem temporis actuumque frequentia satis testantur Renuntiationum Instrumenta, videnturque hæc esse ita notoria, ut ulteriori probatione non indigeant. *c. 3. X. de Testib. cog. Gail. 2. O. 31. n. 17. Carpz. P. 2. C. 3. D. 22. n. 4.* Ex quibus consensus illius, penes quem est Legem ferendarum potestas, colligitur. *Gail. c. l. n. 9. & 15. Mynf. 6. O. 41. Vult. V. 1. Conf. Marp. 33. n. 75.* Quæ perpendentes Ecclesiæ Romanæ Præsules, renuntiationes hasſce, tanquam bonis moribus neutiquam contrarias, modo juramento confirmatæ, & aliquid dotis nomine relictum, servari quoque voluerunt, sicut hoc ex decreto Bonifacii VIII. in *c. quamvis 2. de pact. in 6.* luculenter apparet, cui capitulo, etsi nonnulli, ex ipsis quoque Pontificiis, non adeo magnam tribuant autoritatem, & illud non tam Juris Romani, sub prætextu religionis, servandi scil. Juramenti, corrigendi, quam privatæ potius utilitatis causa conditum tradant, quo nempe Bonifacius VIII. Antecessoris sui Cœlestini V. factæ renuntiationis Pontificialis dignitatis justitiam demonstraret ac commendaret: Verum cum ex multis Juris Canonici locis appareat, quanta fuerit Summorum Pontificum Sanctorumque Patrum cura in custodiendis & servandis juramentis rite celebratis, vid. *c. 28. X. de Jurej. c. 2. Cod. in 6.* præterea etiam usus & observantia dispositionem hujus capituli approbet, de ipsius validitate dubitare nolo. Add. *Fontanel. de pact. nupt. clauf. 9. Gloss. un. Part. 2. Kohl. de pact. dotal. P. 2. n. 7. Forster de succ. ab int. L. 4. c. 24.*

VII. Ipsa jam Renuntiatio ex hac consuetudine profluens quoad potissima sua requisita haud incongrue ita poterit describi, ut dicamus esse juris succedendi ab intestato debiti in favorem agnationis & utilitatem publicam a fœminis facta remissio, plerumque jurata, usu & consvetudine introducta & permissa. De nominali Definitione, quare non fuerimus solliciti, fecit aliorum cura, qui prolixiori calamo Renuntiationis materiam sibi pertractandam sumsere, quibus addi merentur, *Pardulph. Prat. in Lex. in Jur. verb. Renunt. Brisson de V. S. lib. 16. verb. Renunt.* Generis loco nobis commodum visum fuit Remissionis vocabulum, quoniam hæc Renuntiatio liberat a vinculo Obligationis & naturalis & Civilis illos, qui fœminis vel legitimam relinque, vel bono æqualiter cum iis partiri debuissent. *Kellenb. de Renunt. qu. 1. n. 18.* Nec enim Refutationis aut repudiationis nomina satis huc quadrant, siquidem illud in Jure proprie Feudis tantum tribuitur, hujus

jus autem a renuntiatione differentiam pluribus demonstrat, *Kellenb. c. I. n. 29. & Besold. P. 4. Conf. 271. n. 40.* quanquam in praxi quoad hanc materiam Renuntiatio promiscue tam de jure delato, quam deferendo dicatur.

VIII. Causa Renuntiationum Efficiens proxima est *Consensu Fœminæ renuntiantis*, certum enim est omnem renuntiationem præsupponere animum & consensum renuntiantiantis *L. 14. §. 9, de Aedil. Ed. c. quam periculosum 8. VII. qu. 1.* testanturque omnia Renuntiationum Instrumenta, illas non ex necessitate sed libera voluntate procedere, hæc enim vel similia verba in omnibus Instrumentis leguntur, **mit Unserm rechten guten wissen / willen und fürbetrachtung / ohn allen Betrug und Furcht.** Et hoc videtur verum esse, sive de Renuntiatione in aliqua familia introducenda, sive de jam introducta quæratur: De priori omnes consentiunt, de posteriori vero controvertitur, per ea, quæ habet *Nic. Everb. Iun. V. 1. Conf. 6. n. 9. & V. 2. Conf. 29. n. 6. Springsfeld. de Apan. c. 12. n. 60. seqq.* quæ tamen nihil aliud probant, quam consensum in renuntiationi introducta conditionatum esse & restrictum quadantenus ad consuetudinem s. pacta l. statuta familiæ, quem tamen etiam consensum esse, probat *L. 21. §. 5. quod met. caus. arg. L. 22. d. R. N.* Vid. *Bers. de pact. & stat. ill. c. 8. p. 367. & 404. seqq. Mynf. Dec. 1. Resp. 10. n. 31. seqq. Kell. de Renunt. qu. 7. n. 6.* idque in tantum verum videtur, ut nec nuda promissio de renuntiando Effectum veræ renuntiationis producere valeat, sed differat adhuc a vera Renuntiatione ut pactum de emendo vendendoque ab ipso Emtionis & Venditionis contractu, *Muscul. de succ. conv. & anom. cl. 1. membr. 2. concl. 5. lit. F. n. 234.* quam tamen sententiam cum *Covar. ad c. quamvis de pact. in 6. Rel. 3 pr. n. 5.* limitat. *Kellenb. c. tr. qu. 7.* si promissio illa jurato facta. Add. *Gipban. do Renunt. c. 1. p. 312.*

IX. Illius quoque, cujus hæreditati renuntiatur, nec non ejus, in cujus gratiam renuntiatio suscipitur, consensus erit requirendus, idque ideo, ne ratione prioris Renuntiatio tertio illis insciis facta inducat votum captandæ mortis, sitque plena tristissimi & periculosissimi eventus *L. f. C. de pact. Pistor. P. 4. quæst. ill. 1. n. 2. & qu. 6. n. 40. Carpz. P. 2. C. 35. D. 10. & 17.* qui & *D. 19.* subsequentem consensum sufficere tradit. Add. *Ant. Faber in Cod. L. 2. tit. 3. Def. 10. n. 2. Covar. c. l. Rel. 3. pr. n. 6.* Ratione posterioris vero constat ex Legibus, pactum ad alios, quam cum quibus est initum, non esse porrigendum *L. 27. §. 4 de pact.* nec rem inter alios actam aliis præjudicare, *t. t. C. inter al. act. l. jud. al. non praj. L. 63. de re jud.* censeturque renuntiatio in dubio ejus contemplatione facta, cui fit, nec ad alias, quam personas expressas, extenditur. *Gadd. Conf. Marp. V. 1. Conf. 26. n. 190. & 218. Vult. V. 3. Conf. 35. n. 238.*

X. De populi denique vel Statuum regni consensu quæritur, an & ille sit necessarius in Renuntiationibus Fœminarum, quibus ex naturæ regni quoque

ad coronam adspirare licet? Quod negat *Belluga in Speculo Princ.* contraria tamen exempla passim reperiuntur. Et sane in regnis, quæ modum habendi acceperunt a populo, & ex libero populi consensu facta sunt hæreditaria, affirmativa magis atridet, in tantum, ut, licet de fœminarum successione in delatione regni nihil plane dispositum, ob præsumtam tamen populi voluntatem fœminas, ultimo quamvis loco & omnibus demum Masculis exstinctis, vocantem, ejus consensum adhibere, si non juris, quod tamen simpliciter non negaverim, certe consilii esse, existimem. Vid. *Grot. de I. B. & P. L. 1. c. 5. §. 11. & L. 2. c. 7. §. 12.*

XI. Personæ renunciantes sunt Fœminæ proxime ad hæreditatem ejus, cui renuntiare volunt, venientes, ita tamen, ut illarum renuntiatio etiam reliquis in remotiori gradu constitutis noceat *§. 1. I. de. succ. cogn. Mantic. de conject. ult. volunt. L. 11. tit. 14. n. 6.* Licet enim in Nepote ex filia mutetur sexus, non tamen mutatur ratio exclusiva, quæ est favor publicus conservandarum familiarum *Albert. Brunn. Comm. sup. stat. excl. fœm. art. 6. n. 89. seqq.* quod & ad nepotem ex filio extendit, *Muscul. c. tr. cl. 1. membr. 2. Concl. 6. lit. C. n. 242.* Quod si fœmina renuntians Parentum fata antevertat, Nepotes ex ea natos hæc Renuntiatio ab avita hæreditate haud removebit *Gutierez ad c. quamv. d. pact. in 6. summ. nec redundet. n. 2. 3. Covarr. ad id. Rel. 3. §. 2. n. 4. & §. 3. n. 6.* non enim ex Jure Parentum sed ex Jure proprio succedunt *Maranth. Dis. 10. n. 30. seqq.* inprimis si Mater nullam dotem accepit. Idem §. 2. n. 7. Add. *Kell. q. 33. per tot.* nisi Statuto Renuntiatio introducta, vel Parentes pro se & suis hæredibus renuntiarint. *Carpz. P. 2. C. 35. D. 12.* Dum autem fœminarum tantum mentionem facimus, non omnem Masculorum renuntiationem negamus, uti quidem nonnulli facere conantur, ea potissimum inducti ratione, quod hic cesset causa renuntiationum finalis. Vid. *Zas. in L. 61. de V. O. n. 46. Muscul. c. l. concl. 4. lit. B. n. 153.* Contrarium enim ostendunt. *Gutierez. c. l. summ: a filia n. 4. Bach. ad Tr. D. 6. th. 8. Covarr. Rel. 3: §. 1. n. 2. Breul. de Renunt. caus. 4. c. f. Kellenb. qu. 1. n. 17.* Sed de his agere nostri non est instituti.

XII. Solæ igitur Fœminæ constituunt Subjectum hujus Renuntiationis, inter eas vero præcipue Nobiles & Illustres, utpote quibus præ aliis quædam concedenda. *c. 28. X. de prab. Bucholtz. in Resp. Jur. pro matr. Princ. cum Def. Vx. sorore n. 63. seqq. ibique all. Muscul. c. tr. concl. 5. lit. G. n. 229.* qui & inter plebejos eam nonnunquam locum invenire ostendit. Nec interest Majores sint l. Minores, per *Aut. Sacram. pub. C. si advers. vend. Dauth. ad c. quamvis de pact. in 6. n. 60. seqq. Covarr. c. Rel. 3. §. 1. n. 4.* imo & juxta eundem *c. l. n. 5.* Impuberes pubertati proximæ, Habilis enim ad nuptias habilis est ad omnia pacta & congrua & solita. *Du Moulin sur la Coustume de Blois art. 161.* & ætas sufficiens contrahendis nuptiis, sufficere quoque debet

ineundi

ineundis pactionibus decoris & solitis, sine quibus nuptiæ fere non contrahuntur, non obstante *L. f. C. si maj. fact. rem rat. hab. Carpz. P. 2. C. 35. D. 9.* Sive in potestate Parentum sint constitutæ, atque sic sui hæredes, sive Emancipatæ, cum quoad Jus succedendi post *N. 118. c. 1.* Sui & emancipati æquari, modo tantum manente diverso: Circa dotationem etiam quædam occurrit differentia, de qua in §. 24.

XIII. Cum vero omnis Renuntiatio consensu constet, necesse est Renuntiantes gaudere facultate renuntiandi a Natura vel Lege non impedita, quale quid accidit illis, quarum ætas nimis tenera est §. *9. I. de Inutil. Stip.* quæ tamen Tutore autore recte renuntiant, arg. *pr. I. de Aut. Tut.* vel quas fati infeliciras sana mente in corpore sano privavit §. *8. & 9. d. t. L. 12. ad L. Corn. de Sicar.* His æquiparantur illæ, quibus nimius vini usus mentis induxit exilium, *c. 14. X. de vit. & bon. Cler. c. 7. XV. qu. 1.* quod in fœminis rarius: vel iræ impetus quasi extra se constituit, *L. 3. de Divort. L. 48. de R. I.* vel furor amoris continentiæ frena laxavit *N. 74. c. 4.* quod in fœminis frequentius: Nihil enim in fœmina modicum; si amat, uritur, odio implacabilis est, contempta, amens fit. Imo ingenere omnes, quæ non valide pacisci nec valide renuntiare possunt, in quamplurimis enim argumentum a pactis ad Renuntiationes procedit. Vid. *Castil. de Alien. c. 36. §. 1. n. 4.*

XIV. Objectum diximus Successionem ab intestato, s. illa per mortem Parentum delata jam sit, s. vivis adhuc illis tantum debita. Quod enim & delatum repudiari, vel potius liberi a delato abstinere possint, ostendunt. *L. 1. §. 7. de Success. Ed. L. 35. C. de Ineff. Test. L. 11. C. de Transf.* Vivente autem Patre quin spei succedendi renuntiare possint non videtur esse dubium, licet nonnulli multis rationibus id infringere conentur, quos citat *Illustr. Enenck. de priv. Par. Libb. priv. 14. P. 1. c. 13. n. 16.* Inter exiguas tamen, quas adducunt, rationes prævalet illa, quod Juri futuro non possit renuntiari, quam regulam idem confirmat in *tr. de priv. I. Civ. c. 16. n. 16.* Sed ipse *c. l.* ostendit, hic non tam renunciari Juri futuro, quam illi, quod sub conditione aut in diem debetur, competit enim Liberis Parentum hæreditas ex debito quodam naturali, vigore cujus vivis Parentibus Liberi quodammodo dicuntur Domini bonorum paternorum §. *2. I. de hær. qual. & diff. L. 7. de bon. damnat. N. 1. pr. Grot. de I. B. & P. L. 2. c. 7. §. 4.* ut proinde in iis non tam successio sit quam dominii continuatio *L. 11. de Libb. & posth.* & sine aditione ipso jure jam sint hæredes, *L. 1. §. 6. si quis omis. caus. Test.* actu scilicet primo, ut vero & tales sint actu secundo factum hominis requiritur, quod vocatur immixtio *L. 12. L. 71. §. 4. de acquir. l. o. hæred.* quæ ex LL. XII. Tabb. erat necessitatis, ita ut invitis quoque suis hæredibus obtingeret hæreditas *L. 5. de cond. & demonstr.*

a Præto-

a Prætoribus tamen per beneficium abstinendi postea est mirigatum *§. 2. de hær. qual. & diff. L. 17. pr. de a. l. o. hæred. L. 39. de Leg. 1.* Idem dicendum de jure Liberis in bona defuncti alterutrius Conjugum nonnullibi locorum competente, quod Devolutionis vocant, de quod vid. *Stockman. de Jure Devolut. c. 18.* Et quamvis sint qui asserant Patris hic subesse turpitudinem filiam contra Jus fasque excludentem, vel saltem de hæreditate sive successione renuntianda cum ea paciscentem, injurii tamen hi sunt in Parentes, cum hujus renuntiationis ratio ex familiarum ac Reipublicæ utilitate quærenda: Imo si adesset quænam turpitudo, quanquam nondum ostensa, tolleretur tamen per consuetudinem Renuntiationem introducentem, quod enim Lege, tam tacita, quam expressa, permittente fit, turpe dici nequit.

XV. Dicta de hæreditate paterna locum quoque invenient in hæreditate materna, ad utriusque enim Parentis hæreditatem ex charitate sanguinis liberi æqualiter vocantur, *L. 5. §. 2. de agn. & al. Libb. Barz. Decis. Bonon. 97. n. 34. Cravetta P. 3. c. 486. n. 7.* Ubi tamen Patri ratione Usus fructus sibi in bonis maternis competentis nullum creatur præjudicium, *§. 1. l. per quas pers. cuique acquir. L. 6. pr. C. de bon. quæ Libb.* Sed is ipsi salvus manet, modo non renuntiationi filiæ expresse consenserit, tum enim per consensum juri suo se abdicasse censetur, ita ut amplius ex persona filiæ Usumfructum petere nequeat. Idem obtinere volunt, si Mater testamento alium loco filiæ renuntiantis hæredem instituerit. Vid. late *Gutierez & Covarr. ad c. quamvis* quorum ille *in summ. nullum ad bona &c.* hujus *in Rel. 3. §. 2.* cum *Paul. de Castro in L. f. pr. C. de bon. quæ Libb.* sententiam conciliat.

XVI. Naturalis denique ratio, ponens primo amicitiam Parentum & Liberorum, ad fratrum de in amorem exinde ortum progreditur, unde & fraterna bona ab intestato ad Fratres Sororesque devolvuntur *L. f. C. quor. bonor.* atque sic pariter Objectum Renuntiationis constituunt. Uni tamen Fratrum facta renuntiatio portionis ab altero fratre ab intestato ad se venientis reliquis non prodest, cum Renuntiationes stricte sint interpretandæ. Secus si Renuntiatio bonorum paternorum uni Fratrum facta, ibi enim reliqui ad partem renuntiatam simul admittuntur, arg. *L. 9. ff. de suis & Leg. hæred.* nisi insuper illi, cui renuntiatio facta, res specialiter donata, vel alias donationis præsumtio adsit, arg. *L. 9. in f. pr. de Donat. L. 23. C. de pact. Gutierez ad c. quamvis. n. 6. seq. Kellenb. qu. 16. per tot.* Sic quoque filiæ simpliciter renuntiantes, vel Statuto a successione exclusæ, non numerantur inter Liberos, nec partem faciunt in computatione Legitimæ. *Vinn. quæst. Ill. L. 1. qu. 21.* Si vero sub assignatione certi alicujus dotis renuntiarunt, non quidem quoad augendam Legitimam

gitimam in numerum Liberorum erunt referendæ, bene tamen quoad eam minuendam. *Carpz. P. 3. C. 10. D. 14. Struv. S. I. C. Ex. X. th. 32.*

XVII. Nihil autem refert bona illa mobilia ſint an immobilia, *Breul. de de Renunt. cauſ. 2. c. 4. n. 7.* corporalia an incorporalia, præſentia an futura, unde & a quo illa quoque ſint quæſita, intuituque familiæ in eum, cujus hæreditati renuntiatum, translata, an alio reſpectu: eſt enim renuntiatio pura & ex tempore interpoſitionis æſtimanda, executione quamvis in caſum delatæ hæreditatis ſuſpenſa, hoc enim diſpoſitionem aliquam non reddit conditionalem per *L. 5. C. qu. dies Leg. ced. L. 49. de Leg. 1. L. 48. de V. O. Kellenb. qu. 42. n. 62. ſeqq.* & hæc ſententia rationi & cauſæ Renuntiationum finali valde videtur conveniens, utpote quæ conſervationem familiarum reſpicit ad quam divitiæ opesque neceſſariæ, *Kellenb. c. l. Carpz. P. 2. C. 35. D. 4. n. 4. ſeqq.* Nec quicquam facit clauſula: *Rebus ſic ſtantibus*, quam omnibus Renuntiationibus tacite ineſſe volunt, *Gœdd. V. 1. Conſ. Marp. 27. n. 183. Kellenb. qu. 27. n. 7. Carpz. c. l. D. 23. n. 2.* easque non poſſe extendi ad non cogitata, *Id. c. l. D. 15. n. 3.* add. *L. f. C. de non num. pec. L. 77. de C. E. V. c. 16. X. de Iurej.* qua de clauſula vid. *Tiraquel. ad L. ſi unquam C. de Revoc. Don. n. 165. Alb. Gentil. de I. Belli l. 3. c. 14. p. 599. Vult. Conſ. Marp. 21. V. 3. n. 255.* qui omnes eam non ad bona quibus, ſed perſonas, quarum cauſa renuntiatum referunt, ita ut deficientibus Maſculis fœminis denuo pendatur aditus ad hæreditatem renuntiatam. *Muſcul. membr. 2. Concl. 6. lit. L. 1. 270.*

XVIII. Eſt vero neceſſe bona eſſe allodialia, de Feudalibus enim ex Jure Feudali conſtat, in iis omnem diſpoſitionem Vaſalli ratione modi ſuccedendi eſſe prohibitam *1. F. 8. pr. in f. Schrader. de Feud. P. 7. c. 2. n. 22.* & citra renuntiationem ex ipſa conſtitutione Conſuetudinum Feudorum fœminæ jam ſunt excluſæ a ſucceſſione in Feudis, *1. F. 8. 1. F. 13. 2. F. 11. 31. & 36.* etiamſi Feudum ſit fœmineum *2. F. 11. 30. & 50.* vel etiam in Feudi acquiſitione ſpeciali pacto fœminis proſpectum *1. F. 1. §. 3.* cum nec his fœminæ prius ſuccedant, quam ubi nemo ex Maſculis ſupereſt *cit. text.* imo nec in Feudo hæreditario, multis licet diſſentientibus. vid. *Carpz. P. 3. C. 28. D. 11. Struv. S. I. F. c. 4. th. 13. & c. 9. th. 8. Kellenb. qu. 26. n. 14.* Emphyteuticis vero bonis recte renuntiatur, cum in illis quoque fœminæ ſuccedant. *N. 7. c. 3.* ſpeciali tamen hic renuntiatione opus, *Kellenb. qu. 27.* quod & de Subſtitutionibus fidei commiſſariis dicendum, *Id. q. 30. Muſcul. membr. 2. concl. 7. lit. F. n. 363. ſeqq.*

XIX. Tot vero modis valide renuntiatur, quod conſenſus ac voluntas rite demonſtrari poteſt, quod fit vel expreſſe per verba directe ad renuntiationem tendentia, arg. L. 35. §. 1. 2. *C. de Inoff. Teſt. L. f. C. qu. Mul. Tut. off. fung. L. 6. de R. C.* vel tacite, per facta aut actus Renuntiationem neceſſario infe-

rentes; vid. *L. 2. §. 1. de pact. l. 142. de R. I. l. 77. de a. l. o. hæred. Enenck. c. tr. Priv. 14. P. 1. c. 13. n. 8. seqq.* vel per actum inter vivos, e. gr. pactum, stimulationem, vel per ultimam voluntatem, *arg. t. t. de Liber. Leg.* Hinc profluunt Renuntiationum divisiones in Expressas & Tacitas, *Gail. 1. O. 116. Dalner. de Renunt. c. 3. Enenk. de priv. I. Civ. l. 3. c. 15.* Conventionales & citra conventionem, *Dalnerus l. c. c. 17.* nudas & non nudas *Giphan. c. 1. in f.* simplices & juratas, *Dal. c. l.* Judiciales & Extrajudiciales, Scriptas & non scriptas: quibus addi meretur divisio in Generales, Speciales & Specialissimas s. Subalternas, de qua vid. *Tiraqu. ad L. Si unquam 8. C. de Revoc. donat. Carpz. P. 2. C. 17. D. 1. Giphan. de Renunt. c. 1. p. 317.* nec non partitio in personales & reales, *ex Wes. ad tit. de pact. n. 4. Gail. 2. O. 2. Dalner. c. 1. in f.*

XX. Ipse Renuntiationis actus ut rite peragatur, certa quædam observanda sunt requisita, quæ vel personæ renuntianti & cui renuntiatur communia, vel etiam alterutri harum personarum propria. Ad illa spectat *Præsentia*, de qua *Gutierez ad. c. quamvis pr. n. 52. Covar. Rel. 3. pr. n. 6.* quod tamen ad personas Renuntiatiationem celebrantes restringendum, nec enim necesse est fratres esse præsentes, si paternæ hæreditati renuntietur, nisi vel ipsis fratribus, cum consensu tamen Patris, renuntiatio fiat, vel etiam expresse uni alterive filiorum renuntietur. *Covarr. c. l. n. 8.* Procuratorem tamen ab utraque parte intervenire posse existimo, in omnibus siquidem causis Civilibus, ubi de privato commodo agitur, Procurator intervenire potest. *L. 26. C. de procurat.* quod in plerisque locis receptum, & de dulcissimæ Patriæ consuetudine testatur *Cothman. V. 2. Resp. 99. n. 103.* ibi Renuntiationem nomine filiarum ab illarum Maritis vel Consanguineis peragi posse.

XXI. Ex certa quoque Scientia & libera Voluntate procedere debet Renuntiatio. Consensus enim duo habet principia, Intellectum & Voluntatem, actus igitur ex consensu mutuo proveniens, non potest dici perfectus, nisi hisce duobus sit stabilitus, quod de Scientia probant *l. 19. vers. nec enim C. de Inoff. Test. 12. de Novat.* de voluntate vero *l. 4. §. 4. si quis caut. jud. sist.* Ex hisce Dd. ad certiorationem Mulieri renuntiandæ faciendam argumentantur, *Schurpf. cent. 1. cons. 96. n. 1. Vult. V. 1. cons. Marp. 24. n. 177. Muscul. concl. 7. lit. I. n. 372.* cum Müllerus Jus ignorare credantur *l. 9. pr. de I. & F. ign. Breul. c. tr. caus. 3. c. 8. Enenck. de priv. Par. & Libb. priv. 14. P. 1. c. 13. n. 28.* quanquam sint qui Certiorationem superfluam existiment, tum propter clausulam in omnibus Renuntiationibus comprehensam. *Ex certa Scientia, Gail. 2. O. 41. n. 6.* tum etiam propter juramentum, quod vigore c. quamvis omnibus Renuntiationibus accedit, & loco certiorationis esse creditur, juramentum autem non est vel saltem non debet esse vinculum iniquitatis *c. 58. de R. I. in 6.*

c. 26. &

c. 26. & 28. X. de Iurej. c. 2. XXII. qu. 2. Hahn. de Jure rerum c. 18. n. 24. Kellenb. qu. 4. habetque vim geminati conſenſus, *Schrader. Conſ. 12. n. 272.* cui ineſt vis clauſulæ Ex certa ſcientia, rationemque enixæ voluntatis comprehendit *Goedd. Conſ. Morp. 27. V. 3. n. 33. & Conſ. 32, n. 221.* Idem de patrimonii valore dicendum, cum ejus Vires uxor ſcire præſumatur, *L. 1. in f. de A. E. V. L. 2. §. 33. Depoſiti*, nec in patrimonio paterno præter Legitimam quicquam prætendere poſſit, cui per dotis conſtitutionem ſatisfactum: quamvis forſan Kellenbentzii diſtinctio inter ſucceſſionem futuram & delatam non adeo ſit incongrua. Add. *Guid. Papa Deciſ. 227. Bened. in c. Rainutius 16. in. verb. duas habens filias, X. de Teſtam, n. 27. & 260.*

XXII. Ex parte Fœminæ renuntiantis Dd. vigore *d. c. quamvis 2. de pact. in 6.* requirunt Juramenti præſtationem *Breul. cauſ. 3. c. 6. Muſcul. membr. 2. concl. 5. lit. E. ibique citati*, quam adeo neceſſariam eſſe volunt, ut nec per æquipollens poſſit adimpleri, *Kellenb. qu. 3. n. 6. Bartſchamp. Theſ. pract. c. 31. §. 1. & c. 3. 57.* præſertim cum juramentum hic ad ſolennitatem requiri videatur, *Weſ. Conſ. 23. n. 56.* Invaluit tamen in plurimis Germaniæ provinciis, aſſeverationem factam, bey Fürſtl. Gräfl. und Adel. Ehren / vim juramenti habere. *Gail. 2. O. 59. Muſc. c. l. n. 204. Breul. conſ. 3. c. 7.* quod in praxi obtinere cum alleg. docet *Habn. de I. rerum c. 18. n. 21. Beſ. de pact. & Stat. faml. illuſtr. c. 7. p. 266.* Imo in nonnullis locis renuntiatio nuda promiſſione facta vim habet Renuntiationis juratæ, uti de Auſtria teſtatur *Illuſtr. Baro Enenck. c. tr. pr. 14. P. 1. c. 13. n. 19.*

XXIII. A parte ejus cui renuntiatur requiritur Dotis conſtitutio, non in uno nummo l. roſa conſiſtentis, qualem exiſtente Statuto filias dotatas a ſucceſſione excludente ſufficere voluerunt Baldus, Jaſon, aliique, vid. *Muſc. membr. 2. cl. 1. concl. 4. lit. B. n. 127. in f. & concl. 5. lit. F. n. 221.* quos reprehendit illuſtris *Enenck. cit. l. c. 12. n. 4. in f.* ſed congruæ, pro facultatibus Patris & dignitate Mariti, *L. 69. §. 4. de Jure dot.* quod & tenori d. c. quamvis & intentioni conſuetudinis renuntiationem introducentis videtur convenientiſſimum, cum non præſumatur Conſuetudinem plenarie filias a ſucceſſione Parentum removere voluiſſe, ſed potius illis Legitimam, vel aliquid loco legitimæ ſervare, ut proinde alimentorum conſtitutionem ad dies vitæ ſine aſſignatione dotis, in caſum matrimonii, non ſufficere tradant Dd. cum tunc nihil ſit, quod loco legitimæ ſuccedat, *Beſ. c. tr. c. 8, p. 378.* Quod praxis communiter obſervat, teſtantibus omnibus Renuntiationum Inſtrumentis, vid. *Springsfeld. de Apan. c. 12. n. 60. Spreng. inſt. I. publ. l. 2. c 41.* Nec ſupplebit hic dotis defectum religioſa jurisjurandi aſſeveratio Renuntiationi addita, ita ut dote promiſſa non ſoluta vigore juramenti præſtiti Renuntians nihilominus obligetur ad ſervandum quod juratum, & a ſucceſſione abſtinendum, uti vult *Kell. qu. 42. n. 27.* Si enim filia tempore renun-

renuntiationis nihil pro dote acceperit, dolo censetur facta Renuntiatio, nisi ex singulari ratione filia Parenti Jus dotandi remittere, sibique ex propriis bonis dotem velit & possit constituere, *Covarr. Rel. 3. §. 2. n. 7.* Dote autem a Patre promissa, Renuntiatio hæc mutuam includit obligationem, habetque respectum alterius promissionis, quibus actibus si juramentum addatur, eatenus illud servandum, quatenus & alter implet promissum, *c. 3. X. de Iurej. L. 5. ff. de L. Commiss. Grot. de I. B. & P. L. 2. c. 13. §. 16.* add. *Covarr. in c. quamvis, P. 1. §. 4. n. 6. de pact. in 6. Bets. de pact. fam. ill. c. 7. p. 305. sequ. & p. 313.* Videtur autem in hisce Renuntiationibus dos eo magis necessaria, quia hic quasi Legitimæ locum intrat, *Vult. V. 2. Cons. Marp. 29. n. 49.* & quadantenus in locum alimentorum succedit, *Campez. Comm. super stat. excl. fœm. n. 44. Everh. in Loc. Top. Legal. loc. ab alim. ad dotem & contra.* Ut adeo hic quam maxime favor dotis obtineat, quem Leges non tantum ratione fœminarum ei tribuunt, quo eo ipso æquam nubendi conditionem sibi parent, *L. 2. de Iur. dot. L. 18. de reb. aut. Jud. poss.* sed & respectu novorum Conjugum, ut succurratur oneribus matrimonii novis Maritis sustinendis, alimentationi v. gr. uxoris, liberorum, &c. *L. 29. C. de Iur. dot.* totiusque familiæ, *L. 22. §. 8. sol. matr.* & multis aliis, vid. *L. 21. §. 1. de Donat. inter. V. & U. L. 20. C. de Jur. dot.* quibus Dos regulariter non sufficit, *L. un. C. de impon. lucr. descr. c. 16. x. de Usur.* Maritus tamen non fert hæc onera, quia dotem accepit, sed dotem accipit, quia fert onera, unde dote licet non accepta, uxorem tamen expellere nequit, *L. f. C. de Repud.* In iis vero, qui continentiæ votum suscepere, in favorem familiarum & Agnationis, ex benigna interpretatione, alimenta Legitimæ vicem supplere dicuntur.

XXIV, Est autem Dos illa præstanda ex bonis paternis, si Patri renuntiatio facta, *L. f. C. de dot. promis. Alb. Brunn. Com. sup. stat excl. fœm. art. 6. n. 235. sequ. Bened. ad c. Rainut. verb. duos habens filias x. de Test. 173. sequ.* ex aliis enim bonis si dotaretur filia, quæ illi jam ultro competunt, e. gr. maternis, non posset dici Dos, cum Pater, hæc bona tradendo, Liberis potius sua restituat, quam revera dotet, arg. §. *14. I. de Legat.* Unde quoque filia, in totum licet exclusa, non tamen censetur exclusa ratione dotis, *d. L. f. add. L. 19. de R. N. Honded. V. 2. P. 1. Cons. 11. n. 6.* nec satisfacit Pater officio suo dotandi, si filiæ loco dotis ea bona, quorum habet Usumfructum, pleno jure assignet, sicuti in Camera judicatum esse tradit *Mynf. 5. O. 22.* Vid. tamen *Tulden. in Cod. tit. de dot. promiss.* Nec liberabit regulariter Patrem ab onere dotandi, quod filia aliunde habeat, quo se dotare possit, necessitas enim dotandi simpliciter Patri incumbit, *Gail. 2. O. 95. n. 4. Enenck. c. tr. priv. 8. c. 3. n. 4.* nisi Pater ipse egeat. Quod si maternis etiam bonis renuntiatum, a Matre quoque dotem constituendam esse vult *Hahn. de I. Rer. c. 18. n. 19.*

XXV.

XXV. Nec sufficit dotem esse promissam, sed data sit & accepta requiritur. Dos enim promissa, vera dos non est, cum dos per rei traditionem demum plenarie constituatur, *L. 13. §. 2. de fund. dotal. L. 5. in f. sol. matr. L. 1. C. de dot. caut. Gail. 2. O. 47. n. 13.* non obst. *L. 6. C. de dot. promiss.* & aliis textibus a Diss. *Carpz. p. 3. C. 23. D. 3. n. 9.* adductis, non enim sequitur, Dos promissa etiam vocatur Dos, E. vera est Dos, Sponsus enim nonnunquam in Jure dicitur Maritus, nec tamen vere est Maritus. Sicut igitur pactum de mutuo contrahendo differt ab ipso mutuo, ita dos promissa a vera. Quod verum, si filia tempore renuntiationis jam tum nubendi conditionem invenerit, Dos siquidem sine matrimonio esse nequit, *L. 56. §. 1. de I. dot. L. f. C. de don. ant. nupt.* In nondum Maritatis vero sufficiet nuda dotis promissio, *Tiraqu. de Retr. conv. §. 7. ad fin. tit. Gloss. 2. n. 39.* cujus exsolutio in tempus contracti matrimonii differtur *L. 21. de Iure dot. c. 1. X. de adult.* ita tamen ut innuptæ nec de hac dote promissa disponere, nec eam aliis testamento relinquere, arg. *L. 41. de Condit. & demonstr.* nec, ab intestato decedentes, illam in hæredes suos transmittere possint. *Carpz. P. 2. C. 46. D. 20. Springsfeld. de Apanag. c. 12. n. 67.* Interea tamen alimenta ex dote & pro quantitate dotis solent præstari, ita ut si dos sit 4000. thalerorum, quotannis 200. pro alimentatione præstentur vid. *Enenck. Priv. 14. P. 1. c. 12. n. 5. Springsfeld. de Aapn. c. 5. n. 11.* quanquam in personis illustribus majores ratione dotis concedi solent Usuræ quam in aliis contractibus, vid. *L. f. §. 2. C. de Jur. dot.* ubi sedes materiæ Usurarum dotis. Patri autem Jus alendi competit, *L. 5. §. 1. de Jur. dot.* Mater tamen in subsidium quoque alimenta præstare tenetur, *Carpz. P. 2. C. 10. D. 19. Selden. de Succ. Ebr. c. 9.* qui & *sequ. 10.* de taxatione alimentorum agit.

XXVI. Hujus dotis quantitas, uti dictum, æstimanda ac determinanda ex facultatibus Patris & dignitate Mariti, *L. 43. ff. de Leg. 3.* quibus an conveniat, constabit ex arbitrio Judicis vel boni Viri, *Carpz. P. 2. C. 35. D. 5. n. 5.* vel etiam ex Constitutione Parentum, siqui adsint, propter salutare consilium, quod pro Liberis capere præsumuntur. *L. 35. C. de Transact. L. f. C. qui & adv. quos. Frantzk. L. 2. Res. 4. n. 49. Vult. V. 2. Cons. Marp. 29. n. 46. & 48.* qui tamen n. 51. cum multis male existimat, dotem Legitimæ omni ex parte debere correspondere, ipsa enim legitima minui potest, uti late ostendit *Muscul. c. tr. concl. 7. lit. B. n. 29.* & pluribus *Illustr. Baro Enenck. Priv. 14. P. 1. c. 12. n. 4.* quibus addi merentur *Dietrich. ad A. B. tit. 25. verb. patrim, facult. Merlin. de Legit. l. 5. tit. 1. qu. 6. n. 6.* ut & plane tolli, ex justa nimirum exhæredationis causa, *Peretz. ad tit. C. de Inoff. Test. n. 3. Enenck. c. l. c. 13. n. 3. Ant. Faber in Cod. Def. 19. add. Grot. L. 2. I. B. & P. c. 7. n. 4.* Omne enim pretium, sicut ipsa successio, accipit a commodo aut incommodo Civilis societatis, uti eleganter demonstrat τὸ πάνυ *Conringius, in not. ad Lamp. P. 3. c. 4. §. 8.* Dotis igitur constitutio ad norman Legi-

timæ adeo exacte non erit dirigenda, sed pro ratione circumstantiarum vel major vel minor constituenda, quod & in Apanagio obtinere videmus, *Dietrich. ad A. B. tit. 25.* cujus cum hac dotatione magna est convenientia. Dotes tamen filiarum majores debent esse quam fructus apanagii, quoniam dotes semel dantur, fructus apanagii vero annuatim percipiuntur. *Limn. ad A. B. c. 25. §. 2. Obs. 12. inf.* Nec locum hic invenit distinctio Boerii, Maranthæ, aliorumque inter dotem ab Extraneo & inter dotem a Patre constitutam, Patri enim semper necessitas dotandi incumbit, inprimis in Renuntiationibus, & quidem ex bonis propriis, determinatio tamen dotis, utpote Juris privati, pro arbitrio dotantis nunc major erit nunc minor, *Muscul. c. l. n. 299. Honded. V. 1. P. 1. Consult. 10. n. 14.* Add. *Kell, c. tr. qu. 42. n. 36.*

XXVII. In determinatione autem dotis non tempus mortis, ut in Legitima, *L. 6. C. de Inoff. Test.* sed renuntiationis inspiciendum *Covar. Rel. 3. §. 4. n. 15.* addatur ratio supra §. 15. allata, cui accedit, quod filiæ renuntiantes ab intestato succedere nequeant, *Kellenb. qu. 1. n. 9. Muscul. c. l. n. 284.* Quo ipso cadit illorum sententia, qui auctis bonis dotem quoque augeri volunt. *Gutierez. ad c. quamvis, summ. Filia n. 7. 8. Giphan. de Renunt. c. 6. p. 311.* præter allata enim finalis quoque Renuntiationum causa iis refragatur, *Kellenb. qu. 42. n. 66. in med. Carpz. P. 2. C. 35. D. 4. n. 4. Covarr. d. l. §. 1. n. 3.* Nec enim diminutis bonis dos minui potest, *Boerius Decis. 62. per tot.* ob dubium, fortunæ casum, qui pariter dotis augmentum impediet. Præterea semel legitime factum supervenienti casu non annullatur *L. 2. de Itin. act. priv. L. 25. C. de adm. Tut.* Dos autem hic tempore Renuntiationis censetur fuisse Legitima.

XXVIII. Eadem erunt dicenda in filia spirituale matrimonium contrahente *c. 10. XXVII. qu. 1.* per ea quæ habet *Laur. de Palat. Comm. super stat. excl. fœm. n. 89. seq. Covarr. §. 2. n. 4. inf. Honded. V. 2. P. 1. Consult. 11. n. 12.* nisi quod majorem dotem nubentibus quam cælibem vitam eligentibus assignandam putet *Boer. Dec. 3. n. 13. Muscul. cl. 1. membr. 2. concl. 5. lit. F. n. 226.* Mortuo autem priori Marito filia tempore primarum nuptiarum & renuntiationis rite & legitime dotata, non denuo erit dotanda. *Aut. sed quamvis C. de R. U. A. N. 97. c. 5.* Hic enim Dos post mortem prioris Mariti non revertitur ad Patrem viduæ, sed pleno jure apud eam remanet. Et semel dotata, non est iterum dotanda, licet perdat dotem, *Chass. ad Consu. Burg. Rubr. 7. §. 12.*

XXIX. Sive autem hæ Renuntiationes nuptias præcedant, sive eas sequantur, nihil interest. Omni enim tempore locum habet ratio cum quamvis, non obst. quod ibi dicatur, nuptui tradebatur, ponit enim facti narrationem, non Juris dispotionem, *Bened. ad c. Rain. verb. Duas habens filias X. de Test. n. 260.* Et aliquod dies post copulationem demum renuntiatum fuisse illustri exemplo

probat

probat *Springsfeld de Apan. c.12. n.62.* quamquam utplurimum ante ingressum thori maritalis fiat. Non tamen necesse Sponsum vel Maritum consentire. *Breul. caus.3. c.9.* quanquam tutius existimem consensum Mariti, præprimis si illustris, & in summa potestate constitutus, adhibet: nec Liberorum, præsertim Majorum, consensum negligendum puto, ne hi defunctis Parentibus illarum Renuntiationes impugnare conentur. Majoris quoque certitudinis gratia, Renuntiatione celebrata, solent fœminæ literas Reversales manu propria, Sponsique, si quis adsit, munitas, quæ vulgo Verziegbrieffe vocantur, tradere. *Sprignsfeld de Apan. c.12. n.60.*

XXX. Finis harum Renuntiationum non Familiarum tantum conservationem, sed & Reipubl. utilitatem concernit. Masculi enim soli familiam conservant & illustrant, & in Agnatis proprie familia consistit, L.195. *de V. S. Enenck. d. tr. priv. 14. P.1. c.12. n.12. Muscul. membr. 2. concl. 4. lit. B. n. 123. Arnis. de Rep. l. 2. c.2. Sect. 12. n. 59. & 60.* qui belli pacisque tempore Reip. inserviunt, ejusque onera gerunt *L. 2. de R. I. L. 3. §. 3. de Mun. & Hon. Reink. in L. f. C. de pact. n. 196. Bets. de pact. fam. ill. c. 4.* E contra fœminæ familiæ suæ finis sunt, *L.195. §. 5. L. 196. §. 1. de V. S.* nec ob sexum publica Reip. munia subire, *L. 2. de R. I. Arnis. c. l. n. 69.* possunt: nec enim Magistratus, nec Sacerdotia, nec triumphi, nec insignia; nec dona aut spolia bellica his contingere possunt, inquit *L. Valerius in Orat. pro abr. Leg. Oppiæ apud Liv. l. 34. c. 7.* aliasque ob sexus masculini præstantiam in multis juris articulis longe deterioris sunt conditionis quam Masculi, *L. 1. pr. de Senat. l. 9. de statu hom.* Et unus Vir, ex sententia Iphigeniæ apud Euripidem, lucis aspectu dignior est quam mille fœminæ. Ut propterea etiam filiæ facilius excludantur ab hæreditate paterna quam secundogeniti, *Bets. c. tr. c. 8. p. 384. & c. 10. p. 640. Gaudent. Diss. de fœm. excl. add. tr. de Inst. sec. mor. c. 9. Enenck. c. l. c. 12. n. 19.*

XXXI. Ut autem Masculi familiæ splendorem sustentare queant, opibus & divitiis opus est, vid. *L. 3. §. 6. de Leg. 2.* teste siquidem Experientia per divitias, præsertim inveteratas, sustinentur & crescunt, familiæ Nobiles, sine illis vero decrescunt, sordescunt & pereunt, *Monald. V. 2. Cons. 13. n. 5. Knipsch. de fideic. fam. Nob. c. 7. n. 11. seqq.* egestate quippe sordentibus vita est supplicium & mors solatium, *L. 5. C. ad. L. Iul. Maj.* & absque facultatibus lubrica & manca dicitur Nobilitas, *Muscul. membr. 2. cl. 1. concl. 4. lit. B. n. 116. Bened. ad c. Rainut. vers. duas habens filias X. de Testam. n. 129. seqq.* Unde licet duæ sint præcipuæ alæ, teste *Bets. c. tr. c. 10. p. 721.* quibus omni tempore sese. Nobilitas a contemtu vindicare, & e sordibus ad excelsa honorum fastigia eluctari queat, Literæ nempe & arma, ut tamen in hisce a teneris statim unguiculis exerceri, & postea foris virtutes togatas pariter ac bellicas

licas addiſcere poſſit, pecunia opus eſt, ſine illa enim nihil fiet quod opus, cum bona ſint nervus rerum gerendarum, & ſicut ſanguinis vitæ naturalis, ita bona vitæ Civilis vehiculum ſunt, ſine quibus nec familiæ dignitas nec perſonæ poteſt ſtare authoritas. *Reink. ad L. f. C. de pact. n. 125. Klock. T. 3. Conſ. 182. n. 147.* Hinc Juvenalis:

Haud facile emergunt, quorum Virtutibus obſtat
Res anguſta domi.

& Euripides:

Curia Pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores,
Inde gravis Judex, inde ſeverus Eques.

XXX. Reipublicæ quoque ſalus & utilitas hoc exigit: Intereſt enim Reipublicæ Ordinum ac familiarum de Republica bene meritarum dignitatem eſſe ſalvam, *L. 1. §. 13. de Ventr. inſpic. L. 9. C. de quæſt. Molin. de Hiſp. prim. Iure L. 2. c. 1. n. 3. Webner. obſ. pract. voce* Kräyß/ Kräyßtag/ *p. 449.* Maxime vero Illuſtrium & Nobilium, utpote quibus inprimis tam pacis quam belli tempore Reſpubl. in paribus ſui concreditur gubernanda, ita ut illis tanquam columnis Reſpublica magna ex parte innitatur, & firmamentum munimentumque regalis potentiæ ex illuſtri Nobilium familiarum dignitate ſit reputandum. *Anton. Robert. rer. jud. L. 2. p. 352. Muſcul. membr. 2. cl. 1. concl. 4. lit. B. n. 17.* Unde qui amplificandis & augendis illuſtribus familiis ſtudet, ille publicæ utilitati principaliter proſpicere dicitur. *Knipſch. c. tr. c. 7. m. 7. n. 4. ſeqq.* Hinc *Petrus Ant. de Petra in tr. de pot. Princ. circa Ius quaſ. toll. c. 32. quæſt. 5. n. 38.* propter publicam inquit utilitatem, quæ conſiſtit in conſervatione familiarum, in agnatione poteſt lædi pietas per Principem, condendo v. gr. Statutum, quod excludat Matrem a. ſucceſſione filiorum, quamvis enim hæreditas Parentibus pietate quadam relinqui debeat, ordine mortalitatis turbato, nihilominus, quia divitiis conſervantur familiæ familiarumque dignitas, propter inopiam vero honeſtas perit, conſervatio autem dignitatis ac familiæ ad publicam pertinet utilitatem, publica hæc utilitas vincere debet ſupra dictam pietatem. Nec ſtatim filiabus & fœminis hoc inutile dici poteſt: quod enim publice utile eſt privatis quopue erit utile, cum a ſalute dignitate Reipublicæ privatorum etiam dependeat ſalus & utilitas, nec enim id tantum ſervandum, quod privatim unius ex ſociis intereſt, ſed quod ſocietati communi expedit, dicitur in *L. 52. §. 5. pro ſocio.*

XXXIII. Operantur hæ Renuntiationes mutuam quandam Obligationem inter Renuntiantes, & illos, quorum hæreditati renuntiatur, vigore cujus illis dos cauta præſtanda & alimenta, hi vero fœminas Renuntiantes exceptione removere poſſunt, arg. *§. 3. I. de Except.* ſolentque in Camera Imperiali mandata

data sine clausula decerni contra fœminas, quæ Renuntiationi stare detrectant. *Betf. c. tr. c. 8. p. 365.* quod non tantum in illis sed & in illorum descendentibus obtinet, juxta regulam universalem a *Seld. de Succ. Hebr. c. 2.* traditam: Ubi quis est successione hæreditaria præferendus, universa etiam proles, quæ e femore ejus egreditur, est præferenda. Datur igitur & his Exceptio, nulla vero actio, cum Renuntiatio non impediat delationem hæreditatis, sed ejus acquisitionem, *Musc. cl. 1. membr. 2. concl. 6. lit. L. n. 774. in f.* Pro dote vero exigenda datur vel condictio ex Lege, *L. 6. c. de dot. promiss.* vel actio ex Stipulatu, licet nulla stipulatio intervenerit, *l. un. §. 1. & 13. c. de R. U. A.* In sola siquidem materia dotis Jura nostra tacitam fingunt intervenisse stipulationem, quæ alias sine certa verborum solennitate, in interrogatione verbali & congrua ac in continenti facta responsione consistente, peragi nequit, *pr. I. de V. O. L. 1. §. 1. Eod. l. 1. §. 1. de O. & A.*

XXXIV. Dicta obtinent in Masculis naturalibus & Legitimis simul, an vero & in Legitimatis per subsequens matrimonium inter Dd. controvertitur. Negativam multis defendit *Petr. Ant. de Petra de pot. Princ. in jur. quæs. tol. c. 32. n. 10. seqq.* Affirmativam vero communiorem dicit *Caval. in Spec. com. opin. quæst. 2. n. 14.* Mihi tutissima media videtur via, quam & *Tiraqu. in tr. de I. prim. pr. quæst. 34.* ad Jus primogenituræ accommodat, ut scilicet Fœmina, quæ renuntiavit, præferatur Masculis post Renuntiationem per subsequens matrimonium legitimatis, secus si ante legitimati. Aliis tamen legitimatis semper præferri existimo, nec enim facile Princeps per suum Rescriptum Naturales legitimat exstantibus Legitimis, *Aut. præterea C. de Natur. lib. n. 89. c. 9. Gail. 2. O. 142.* Add. *Brun. Com. sup. stat. excl. fam. art. 12. n. 47. Betf. c. 6. p. 190.*

XXXV. Fœmina vero ita per Renuntiationem exclusa a Successione, non in totum vel in perpetuum censetur exclusa, sed tantum dum Masculi existunt: Jus enim fœminæ non penitus exstinctum, sed interea dum Agnatio floret, dormit & in suspenso est. *Mynf. Resp. 97. n. 12.* Nec licet Masculis in fœminarum, quæ renuntiarunt, præjudicium statuta vel pacta facere latiorem exclusionem inducentia, *Betf. c. tr. c. 4. p. 89.* Omni autem agnatione exstincta admittitur Cognata, licet fœminæ ab Agnato ultimo adsint, *Kell. qu. 19.* sive clausula: auff einen ledigen Anfall / adjecta, sive non. Renuntiationes enim non facile præsumuntur factæ a fœminis sine causa, & sine reservatione alicujus spei succedendi, cum liberæ sint, *L. 29. c. de pact.* Semel autem ob non existentiam Masculorum admissa, si postea masculi superveniant, ex quo est semel admissa nunquam excluditur, *Gabriel de statut. concl. 4. n. 8.* Vid. de hac aliisque Renuntiationibus adjici solitis clausulis, *Vital. de Gamban. de Clausul.*

XXXVI. Cum autem in Juris sui cessione seu Remissione verba, quan-

tumvis generalia, restringi debeant ad ea, de quibus verosimiliter cogitatum, *Grot. de I. B. & P. l. 2. c. 16. §. 12. Puff. de I. N. & G. l. 5. c. 12. § 13. Carpz. P. 2. c. 46. D. 12. n. 6.* præterea Renuntiationes sint stricti Juris, stricta quoque in iis servanda erit Interpretatio, nec ultra casus & personas in ea expressas extendenda, *l. 21. c. ad SCt. Vellej. Honded. v. 1. p. 3. cons. 29. n.* 107. ut adeo fœmina generaliter successioni renuntians, ad successionem in Emphyteusi recte admittatur, *Kellenb. qu. 26. n.* 13. & filia renuntians hæreditati paternæ fratris successionem recte capiat, licet in illa sint bona nisi paterna, *Natta T. 4. cons. 687.* Renuntians tamen hæreditati ex testamento nullo modo neque de J. Civili neque Prætorio admittitur, & simpliciter renuntians videtur omni juri hæreditatem quærendi renuntiasse, arg. *L. 13. §. 2. & 3. ff. de Jurej. Natta T. 3. cons.* 315. *n.* 16. Cum vero ratione fœminarum odiosæ sint, in illarum favorem erunt interpretandæ *Musc. cl.* 1. *concl. 4. lit. A. n.* 105. & 108. *concl. 7. lit. E. n. 353. Vult. V. 3. Cons. Marp.* 21. *n. 247.*

XXXVII. Ejusmodi Renuntiatio, quoad omnia rite ac legitime celebrata, nec ob læsionem ultra dimidium ex *l. 2. c. dec. vend.* nec ob supervenientiam Liberorum, arg. *l. 8. c. de Revoc. donat.* infirmatur. *Gutierez cons. 22. n.* 31. *Muscul. c. l. concl. 7. lit. B. Carpz. P. 2. C. 35. D. 4.* Dolo tamen metuve extorta neutiquam subsistit, sed dabitur renuntianti actio de dolo, si a tertio dolo inducta, quod etiam fit, si falso asseratur renuntiationem in familia esse usitatam, mendacium enim sine dolo esse nequit, *l. 8. 9. 37. de dolo, L. 43. §. 3. de furtis.* si vero a Patre vel Matre, actio subsidiaria in factum, *l. 5. in f. c. de dol. mal. Hahn. de Jure rerum c.* 18. *n.* 22. 23. *Covarr. Rel. 3. §. 4. n.* 2. adeo ut & Metus reverentialis obstare videatur, propter *l. 4. de R. I.* & quia minor Metus in fœmina quam in Mare sufficit, *Kellenb. qu. 42. n. 74.* Ut tamen tum Renuntiatio effectu destituatur, Renuntians recte absolutionem a juramento, si quod accesserit, petet. *Id c. l. n. 77.* Pater quoque testamento filiam, quæ suis bonis renuntiavit, instituens, consetur tacite renuntiationem remisisse, *Gutierez ad c. quamvis, n.* 11. Pariter pactum Patris cum filia, quæ renuntiavit, initium, Renuntiationem, statuto quamvis introductam, modo absque tertii præjudicio fieri possit, infringet, pactum enim per Patrem cum Liberis factum in ultimam voluntatem convertitur, habetque vim supremi judicii, nisi tam ex testamento, quam ab intestato filiæ exclusæ, *Bets. de pact. fam. illustr. c. 4. pag. 76.*

XXXVIII. Affinia jura sunt, Jus Primogenituræ & Majoratus, de quibus vid. *Tiraquel. Engelbrecht. Joan. de Cirier, Jac. a Saa,* aliique, nec non Dd. ad *tit. 25. A. B.* De differentia vero horum duorum Juriuminter se vid. *Arnold. Engelbrecht. de Jurisd. vet. Reip. n.* 142. *Springsfeld de Apanag. c. 5. n. 8. seqq.*

Et

Et pauca hæc eaque exigua de illuſtri ac ampliſſima hac materia delibaſſe ſufficiat, plura, & limatiora annuenti divino Numine commodior occaſio ſuppeditabit.

Anhang

XXXI.

ORATIO
DE
NEXU STUDII CRITICI CUM PRUDENTIA JURIS PUBLICI,

Pro Loco habita à

JOH. JACOBO MOSER, J. U. Dd. & P. P.

TUBINGÆ,

Anno 1728.

DIcturus modò, Auditores, ſolenni hac in Panegyri: *de nexu Studii Critici cum prudentiâ Juris publici*, vereor, ne novaturire Veſtrorum plurimis, neque Thema frugi, dignumve, quod pro capeſſendô munere Profeſſoriô deducatur hanc in Chathedram, ſelegiſſe videar. Ecquis enim Veſtrûm, Auditores, vel fando inter nos audivit hactenus, eſſe aliquem Critices cum prudentiâ Juris publici nexum, eſſe aliquem illius in hoc addiſcendo poliendove uſum? Et quotusquisque eſt ex Vobis, qui de Arte Criticâ alium ſibi formet conceptum, quàm quod ſit ſcientia quædam propria Grammaticis & Verborum Regulis, (*a*) quibus quid cum Jure Imperii noſtri Romano-Germanici publicô ejusve prudentiâ rei ſit, non apparet? Liberabitis me verò, Auditores, ita confido, à ſuſpicione novaturiendi criminis, diſcetisque juſtum Studio Critico ſtatuere pretium; concipietis verò ſimul

PRÆLOQUIUM Continet Excuſationem *Thematis*.

Hhh hhh 2

(*a*) Ita in univerſum Criticos, ſed non ſine ſale nimiô, appellitat Gottlieb Gerhard Titius im teutſchen Lehen-Recht *Cap.* 3. §. 30. *p. m.* 75.

ſimul quoque dignum erga Criticaſtros indignationem, quorum ſcilicet ineptiis eò res evaſit, ut in oris literariæ Reipublicæ quamplurimis propter abuſum Critices etiam damnatus fuerit verus atque neceſſarius ejusdem Artis uſus, & ut res ipſa commendata fuerit, debacchatum verò in ſolum artis nomen, at quam innoxium! (a) Et hinc illæ lacrymæ! inde eſt, quod ſit tam exoſum paſſim hoc genus hominum, qui ſe appellitant Criticos, quodque tam malé Studioſæ Juventutis ſaluti conſuluiſſe cenſeatur, huic quoque Eruditionis parti litandum, ſuasque hîc & curas horasque & ungues impendendos eſſe ſubinde à bonarum artium cultoribus, dicere qui fuerit auſus: atque agnoſcetis denique, non me tempus malè collocaturum, aut in devia à rectô Regioque ſolidioris Eruditionis tramite itinera Vos me fore ſeducturum, quodſi & in poſterum quoque aliquam literarii mei otii partem hujusmodi curis conſecravero, & in Scriptis meis ac Prælectionibus publicis æquè ac privatis utrumque Studium, ubi id ſcitu neceſſe, ubi utile, ubi & jucundum viſum fuerit, commodè junxero. Hæc ſcilicet omnia intelligetis jam, Auditores, cùm dictô de Themate, & quidem primô locô, *de neceſſariô*, & ſecundô, *de genuinô Critices cum prudentiâ Juris publici nexu* per breve tempus jamjam verba facturo aures præbebitis faciles, animos faventes. Ad ea verò protinus excitanda in Vobis cùm vel ſolum ſermonis mei argumentum aptum ſit ſatis ſuperque, hinc ulteriori benevolentiæ, quam vocant, captatione, precibusque & obſecrationibus lubens ſuperſedeo, & ad rem ipſam potius me ſtatim accingo. Indicabitis autem, Auditores; hæc noſcendi aviditatem in me audiendò patientiâ, adprobationem Veſtrô ſilentiô.

PROPOSITIO.

CAPUT I. de *NECESSARIO NEXU* STUDII CRITICI CUM PRUDENTIA JURIS PUBLICI.

§ I. Definitio *Artis Criticæ.*

Ars Critica, (b) Auditores, eſt illa ſcientia, quæ circa Linguas, Verba ſtylumque verſatur, ita, ut de illis, non verò de re ipſâ illiusve veritate judicet. Cum

(a) Nomen enim ab eo accipit, quod ejus ope *judicemus* de Verbis, & ſtylo &c. Jo. CLERICUS *in Art. Critic. Præf. Sect. I. §. 1. p. m. 1.*

(b) Inter Scriptores Artis Criticæ Studioſis commendanda eſt præcipuè Commentatio CHRISTOPHORI AUGUST HEUMANNI, præmiſſa ejusdem *Parergis Criticis* Jenæ 1712. in 8. editis, ubi ſumma ſcientiæ hujus Capita ſuccinctè quidem, at nervoſè atque erudit tèrperactat.

Cùm autem varient admodum objecta, circà quæ Judicium Criticum occupari existimatur communiter, dum ex. gr. mox de authentiâ, mox de interpolatione, mox de ætate, mox de Autore Libri cujusdam aliisve quæritur; hinc pronô indè fluit alveô, esse quoque diversas & multiplices Criticorum partes & officia, atque amplos esse limites, quos intrà regnare, quos intrà curare, ne quid detrimenti Orbis literatus capiat, iis est concessum. Est itaque jam nostrum, instituere finium regundorum judicium, atque definire, usque quò in Orbem Criticorum exspatiari Consultis Juris publici Germanici sit impune, & sit honestum, & sit utile atque necessarium. §. II. *Criticorum Officia sunt multiplicia.*

Est autem, Auditores, Criticorum *primò*, (*a*) inquirere in indolem atque naturam Linguarum, ut, quis sit ejus, de quâ quæritur, nostrâ tempestate status, & quid ejus genius nostris secum ferat temporibus, non solùm probè teneant, verum &, quomodo per singula Secula & ætates comparatum cum eà fuerit, non ignorent, denique &, quid eidem, tùm in universum, tum in istâ vel istâ Epochâ in specie conveniat, vel repugnet, in numeratô habeant, cùm argumenta fortissima haud raró inde petantur. Ex. gr. Si de authentiâ libri Controversiam oriri contingit, Criticæ artis regulis probè instructus, si genio Linguæ Scriptura conveniat, cæteris paribus pronunciabit omninò pro ingenuitate, rejiciet verò eandem vel solô hoc criteriô motus, si nimium quantum ab indole Linguæ recedere eam deprehendet. §. III. 1. *Inquirere in* indolem & naturam Linguarum.

Jam verò & hæc suum in prudentiâ Juris publici usum præstant egregium, ubi, uti & in omni Jure aliô, planè frequentes sunt casus hujusmodi, in quibus ad Etymologicum Studium, & notiam naturæ Linguarum confugiendum nobis est, veluti, cúm quanam Linguâ hæc vel illa Lex, hic vel ille Codicillus & Diploma primitus fuerit conscriptum, pro certô non constat, interest tamen vel maximè, ut sciatur, ubi sanè, aliis circumstantiis, ut in oppositam concedamus sententiam, haud suadentibus, vel ex solö, & secundum solum hoc criterium judicium erit formandum. §. IV. Applicatio *ad Jus publicum.*

Sit nobis locô Exempli Lex Germaniæ Fundamentalis, Aurea Bulla, de quâ sanè, ut apparebit inferius, (*b*) non otiose quæritur: §. V. Exemplum *Aurea Bulla*

 Tex-

(*a*) Heumann *l. c.* §. 5, *p.* m 9.
(*b*) §. XXX.

Textusne Latinus, anne verò Germanicus pro authenticô ſit reputandus, & uter horum alteri ſit præferendus? Hîc verò Criticæ qui gnarus eſt Scientiæ, facilè Latino palmam tribuet, cùm ipſi Germanicæ Linguæ indoli omnibus ævis atque Seculis uſitatæ repugnet Textus Germanicus, & ſæpè nullum, ſæpè mancum, ſæpè depravatum, ſæpè planè contrarium aliis Imperii tùm temporis conditis Legibus atque Obſervantiæ Imperii eum continere quivis perſpiciat, qui vel obiter tantum eundem unquam inſpexit.

§. VI. 2. *Scrutari* Origines Vocum & Adagiorum.

Secundum Criticorum officium dicunt eſſe hoc, (*a*) ut ſcrutentur Origines atque Natales vel vocum ſingularium, vel etiam dicteriorum, Parœmiarum & Proverbiorum, quando ſcilicet Hiſtoriâ hîc deſtituimur, & non, niſi ex judiciô atque ratiociniô Criticô res dependet. Nec verò hîc eorum circà hoc Caput munus ſubſiſtere cenſendum eſt, ſed & eſt eorum, verum vocis vel adagii ſenſum elicere atque eruere & quid in receſſu ea, idve habeat, exponere.

§. VII. Applicatio *ad Jus publicum.*

Hac autem ſcientiâ inſtructum eſſe debere Doctorem Juris publici indè ſatis patere arbitramur, quod in arduis, maximique momenti Quæſtionibus atque Controverſiis, Prætenſionibus Illuſtribus, & Deductionibus, quas vocant, immò & in argumentis theoriam reſpicientibus indè ſæpius robuſta ſatis momenta depromantur.

§. VIII. Exempla *Vox Mareschalli.*

Cujus rei innumera cùm clare liceret ſpecimina, interque ea domeſtica, & recentiora quidem, ex notiſſimis ſuper Archi-Vexilliferi S. Rom. Germanici Imperii munere litibus, aliud tamen, idemque itidem noviſſimum (*b*) & priori affine malumus ſeligere: Scilicet cùm de munere ſupremi Stabulorum Præfecti tanquam Archi-Officiô quodam in Potentisſimum Hannoveranum Electorem conferendô modernis in Comitiis nuper demum adhuc agitarentur conſilia & conferrentur ſententiæ, atque, id ne fieret, Saxoniæ Elector Potentiſſimus intercederet, Archi-Mareſchalli Imperii, quô Is gaudet, muneri annexam eſſe Stabulorum curam obtendens, inter alia quoque (*c*) hoc in argumentô Suæ cauſæ præſidium haud leve quæſivit, quod ipſum Mareſchalli vocabulum origetenus Stabulorum Præfectus

(*a*) HEUMANN. *l. c.*

(*b*) Ubi, ſibi velit vox: Sturmfahne / &c. variè diſputatum fuit. *Vid.* ipſa Acta apud THUCELIUM *in Elect. Jur. Publ.*

(*c*) *Communicatis*, ut vocant, *Ratisbonenſibus*, *Novelliſque* publicis teſtibus.

ctum apud Germanos ſemper denotaverit. Quæ verò ex Dicteriorum & Proverbiorum indagatione Criticâ in doctrinam Juris, etiam publici, reſultet utilitas, Illuſtris Gieſſenſium quondam Cancellarius, incomparabilis HERTIUS, (*a*) aliique (*b*) qui in Brocardica Juris publici (nam & hæc hûc pertinent,) commentati ſunt, integris Diſſertationibus ipſô factô comprobarunt. *De Adagiis remiſſivè.*

§. IX. *3. Interpretari obſcura.*

Critici muneris *Tertia*, (*c*) eaque planè neceſſaria atque præſtantiſſima pars hæc eſt, ut obſcurius vel ambiguè poſitorum verborum phraſiumque, aut integrorum locorum atque Scriptorum adæquarum ſenſum nobis ſuppeditet, & quæcunque talia commodè interpretandi Regulas monſtret, adeoque de verô Autoris ſenſu ſecuros nos reddat, quæ ipſa Critices pars ſpecialis Hermenevticæ artis nomine efferre amant Scriptores.

§. X. Applicatio ad *Jus publicum.*

Hac verò dexteritate, hac ſcientiâ qui carere poterunt JCti, quorum non eſt verba tantùm Legum tenere, verùm &, & præcipuè quidem vim earum atque poteſtatem, & qui in ſpecie carere eâ poterunt publici Juris noſtri Doctores atque Conſulti, cùm & ipſæ Imperii Leges atque Conſtitutiones, præſertim antiquiores ſæpius adeò ſint obſcuræ, ut divinatrice Criticorum virgulâ non adhibitâ in ſenſu eliciendô operam oleamque tempusque & curas eum perdere ſit neceſſe, quisquis is ſit, qui hoc ſuſcipiat, & quantocunque Ingenii atque Eruditionis flore is præ aliis gaudeat: cùm & porrò ita exulcerata ſint hæc noſtra tempora, fex & ſentina Seculorum, ut nihil tàm ſanctè caveri, nihil tàm circumſpectè poni, nihilque tàm clarè poſſit edici, quin dentur homunciones, (publici Juris Conſultos ſe mentiri non erubeſcunt,) qui nodum in ſcirpo quærere, ſumma imis miſcere, & quascunque Imperii Sanctiones ad maleſani ſui cerebelli normam redigere & tractare conentur, adeò, ut ad Analogiam dicti Ciceroniani: quod nihil ſit tàm abſurdum quin id ipſum dicatur ab aliquo Philoſopho, ingemiſcere nobis liceat: nihil tàm clarè

(*a*) In *Diſſertationibus*, queis impoſuit Titulum: *Epidipnides Paræmiarum Juris privati & publici Germanicarum.* Gieſſæ. 1699. 4. & *Epidipnides Parœmiarum Juris Germanicarum.* Gieſſæ. 1710. 4.

(*b*) Ex. gr. Ill. Dn. CHRISTIANUS THOMASIUS *in Diſſertatione de Brocardico: quæ ſunt in territoriô, præſumuntur eſſe de territoriô.* Halæ. 1709. 4.

(*c*) HEUMANN. *l. c.*

clarè in Imperii Legibus posse poni, quin evertatur à quodam, qui publici Juris Consultus vult videri, vult haberi.

§. XI. Exemplum. Cujus veritatis testimonia cum prostent infinita, adeoque cuivis Corinthum hîc adire liceat, ne ex odiô certarum Personarum in medium protulisse nos ista quis existimet, transeant; addimus tamen prioris generis exemplum è plurimis unicum, iterum ex Aureâ Bullâ decerptum, quando scilicet Palatinus Elector Serenissimus in eâdem (a) audit Imperii Vicarius partibus Rheni, Sueviæ & in Jure Franconicô, ad quem locum, utut plurium Virorum doctissimorum Sententiæ atque conjecturæ extent, à nullô tamen horum ita luce hactenus fuit donatus, quin vel obscuritas remaneret, vel conjecturis nimium quantum levibus superstrueretur explicatio, vel Antiquitatibus, fidei Historicæ, atque Observantiæ Imperii manifestè repugnaret, cùm tamen Criticô tantum, qui per medium profundum ire haud recuset, locus ille indigere nobis videatur. *de Vicariatu Electoris Palatini.*

§. XII. 4. *Indicare* Stylum. *Quartò* & id incumbit Critico, (b) Auditores, ut indicet stylum vel certi generis hominum & Sectarum, vel certorum individuorum, & ut, prout is secundum diversas ætates diversam quoque formam induerit, probe distinguere sciat. Et in specie hîc demonstrabit Criticus, quænam verba phrasesque & loquendi formulæ temporibus singulis usu frequentatæ, & quâ ratione modoque integri Libri & Diplomata scribi tùm consueverint.

§. XIII. Applicatio *ad Jus publicum.* Jam verò, si non omnem penitus artis Diplomaticæ in prudentiâ Juris publici usum tollas, cùm eadem ars quoad isthoc Caput merè sit Critica, nec hujus insignem in eadem utilitatem ire poteris inficias. Immo vix est, ut præsumamus, quenquam tam obesæ naris fore, ut in sententiam hanc nostram pedibus ultrò concedere respuat. Testantur sanè tot Germaniæ nostræ bella Diplomatica, quorum integrum Catalogum & Historiam nuper demum magno cum Eruditionis & multiplicis lectionis adparatu exposuit Ill. Halensium JCtus Jo. PETRUS à LUDEWIG; (c) Testantur sanè, inquam, ista bella, sæpius actum, conclamatum atque desperatum planè futurum fuisse integris de Rebuspublicis, quod si Criticos ii non reperiissent, qui causam eorum ultimum ferè trahentem Spiritum integritati

(a) *Capitulô V. §. 1.*

(b) HEUMANN. *l. c. pag. 10.*

(c) *In præf. ad Relinqu. MSStorum. à §. 16. ad §. 33. p. m. 36. 74.*

gritati reddidissent, & Hannibalem portis Romæ jamjam imminentem velut alteri quidam Fabii, non quidem cunctando, sed scribendo restituissent.

§. XIV. Exemplum *Lindaviense Diploma.*

Exempla si poscitis, auditores, recolite, quantis animorum motibus agitata fuerit Lindaviensis lis illa Diplomatica ad octoginta usque annos protracta, & fortè adhuc gliscens sub favillâ incendium; nolo tamen, cum omnium nostrorum oculis adhuc obversentur ejus Acta, cum & ipsi Vos, Illustres Domini JCti atque Excellentissimi Domini Philosophi manus hîc strenuè conseruerits, nolo hinc, inquam, in his recoquentis tempus insumere, horamque valde ruentem fallere. Adeant, qui rerum ignari sunt amœbeas HEIDERI, WAGNERECKII, CONRINGII, BALLUZII, FÜRSTEMBERGII, RASSLERI, SAGITTARII, TENZELII atque WEGELINI Epistolas, Dissertationes, Tractatus & Volumina, *(a)* adeant, & convicti de veritate nostrorum dictorum mox recedent.

§. XV. 5. *Demonstrare* Spuria.

Quintô loco & id quoque muneris est Critici, *(b)* ex recensitis partim hactenus, partim & ex aliis Criteriis demonstrare, utrum hic vel ille Codicillus & Diploma atque Constitutio sit authentica, sit genuina, anne verò supposititia, spuria atque conficta?

§. XVI. Applicatio ad *Ius publicum.*

Habere autem & hîc opus Critico publicum Jus nostrum Ejusque prudentiam, iterum in propatulo est positum, cùm & ipsarum Legum Imperii, præsertim antiquiorum splendidis sub Titulis venditentur plures Constitutiones, quæ notam suppositionis & censuram Critici haud effugiunt, & quæ vix Seculo antè, immò & vix mense ante, quàm typis eæ ad decipiendos incautos exprimerentur, enatæ sunt in cerebello Impostorum sive doctorum sive indoctorum licet enim hîc ad Analogiam Horatii canere.

Fingimus indocti doctique Diplomata passim.

§. XVII. Exempla.

Sed pergamus ad Exempla, quæ inter fictorum, quod apertè constet, Diplomatum, vero tamen propê similium, messis haud adeò larga est, quia illâ ipsâ de causâ doctis quoque Viris se insinuant, magnaque vi animi sæpè eorum ab his patrocinium suscipitur. Nuper tamen demùm Ill. Dn. à LUDEWIG pro tali Diplomatum eruditè fictorum fabro se publicis in Scriptis haberi atque ac-

Iii iii cusari

(a) De quibus fusius agit Ill. Dn. à LUDEWIG *l. c.* §. *23. p. m. 55.*
(b) HEUMANN *l. c. pag. 11.*

cusari literati Orbis Proceribus est conquestus, (*a*) cui verò suas res tutandas nos relinquimus,

Cum nostrum non sit tantas componere lites.

Ecquis verò illorum numerum inire audeat, quæ νοθείας atque suppositionis non arguuntur solum, sed & aperte convincuntur Privilegiorum & Diplomatum? Exemplum tamen ex more dabimus unicum, idque integrum, cùm ita lepidè, dicam & stolidè id sit confictum, & à misero quodam Monacho confarcinarum, ut Catone severior sis oportet, quodsi ad recensionem somniorum tàm suavium, & commentorum tàm futilium subridere recuses. Arrigite ergò aures, Auditores, & percipite C. Julii CÆSARIS, Romani Orbis moderatoris festivum Diploma: (*b*) *Nos Julius Imperator, nos Cæsar & Cultor Deorum, nos Supremus terræ Imperialis Augustus, nos Sustentator Orbis universi. Plagæ Orientalis Terræque suæ Incolis Romanam veniam & pacem. Vobis mandamus per nostrum Triumphum, quod Vos illi præcelso Senatori avunculo Parentis, quoniam nos eidem & suis hæredibus suæque domûs descendentibus donavimus vos fœdatariam possessionem perpetuò tuendam, sibi & suis Posteris in perpetuum relinquentes, quod nullam potestatem super eos statuere debemus, nos eis & dictis Successoribus suis largimur omnes utilitates terræ Orientalis memoratæ. Insuper nos eundem avunculum nostrum & omnes ejus Successores assumimus Consiliarium in secretissimum Consilium Romanorum, totaliter, quod deinceps nullum perpetuum negotium, sive causa fieri debeat suo sine scitu. Datum Romæ, Capitalis Mundi, die Veneris, Regni nostri Anno primo, & exactionis duri Annô primô.* Eccur verò immoramur hisce, quæ, pro genuinis qui agnoscit, helleboro & nasturtio habet opus, & quæ Caroli IV. Imperatoris tempestate, eaque barbarâ, jam pro nugis plusquam puerilibus ab emunctæ naris Viro (*c*) fuere declarata publi-

C. Jul. Cæsaris Diploma.

(*a*) *l. c. §. 3. p. m. 69.* Cui bello ansam dedisse Ducatum, ex mente Ill. D. à LUDEWIG, Brandenburgicum, nemo non ignorat.

(*b*) Quod & sistit Dn. LÜNIGIUS in des Reichs *Archivs-Continuat.* vierdt. Forsetz. 1. Absatz. *p. m. 1.* num adhibitô judiciô a. i. edixerunt.

(*c*) LAURENTIO VALLA, Criticorum superioris ævi Principe *in Epistolâ ad Carolum IV. Imp.* ubi verbis ἐμφατικωτάτοις id exagitat.

publicè. Jungat tamen huic, cui volupe eſt, alias Imperatoris Conſtantini M. ſcilicet, ſi Diis placet, Donationem Sylveſtro I. Romanorum Epiſcopo factam, cum quâ olim tàm pulchra, tàm venuſta, tàm tota & ſecura ab omnibus Imperatorum in ſe juribus fortiſſimis ſibi viſa eſt Romanenſis Eccleſia, quam verò à multo jam tempore, longe adhuc antè, quàm per B. Lutheri emendationem Religionis reſtitueretur & bonarum artium cultura, adeoque ipſius Romanenſis Eccleſiæ Filii (a), qui & eruditione florucre, & qui polluere judicio, & quibus veritate nihil fuit prius nihil antiquius, nec ipſa Sanctæ Sedis proſtitutio, fabulam, commentum, figmentum deprehenderunt, ita deprehenſum pro tali pronuntiarunt, pronunciata ſua defenderunt, talemque Conſtitutionem iſtam ab omnibus haberi voluerunt, juſſerunt, mandarunt. Jungat hunc Codicillum, inquam, cui volupe eſt, priori Cæſaris Diplomati, & omninò is gloriari poterit, habere ſe par nobile fratrum. Nos, cum alia dicenda reſtent, pedem promovemus, Auditores, qui & Legum ſuppoſitarum Specimina deguſtare geſtiunt, remittentes ad Collectiones Legum Imperii Seculo ſuperiori à GOLDASTO factas, quarum de fide dubiâ, querelas eruditorum qui ignorat, monoculum eum eſſe neceſſe eſt publici Juris Conſultum vel Studioſum, carentem quippe altero prudentiæ Juris noſtri publici lumine, literariâ hiſtoriâ.

Sextum Critici Officium hoc eſt, (b) ut in clariſſimâ luce ponat, annon ipſe liber, ipſa Lex, ipſum Diploma integræ quidem ſit fidei, atque absque dubio Autori, cujus nomen in fronte gerit, tribuendum, interpolatum tamen Gloſſematibus, quæ, ſive malitiâ, ſive imperitiâ, ſive errore, impoſtoris, librarii & Scriptoris eò irrepſerint. §. XVIII. *6. indicare Gloſſemata.*

Decet verò & hîc vel maximè Juris publici Conſultum agere Criticum, cum in oculos omnium, immò & eorum, qui naſum obeſum haud habent, ſæpe hæc non incurrant, ſaltem non primo ſtatim intuitu, & quandoque contingat, ut à rerum non ſatis peritis ob Gloſſema tale integra Lex, Diploma integrum rejiciatur ut ſpurium, quod tamen ſublato Gloſſemate pro genuinô agnoſcent iidem ipſimet, §. XIX. Applicatio *ad Ius pub cum.*

(a) Interque eos ſingulari Declamatione laudatus modò VALLA.
(b) HEUMANN *l. c.*

met, cùm & hac fraude plerumque utantur, centonibusque genuinorum adſuant falſa Diplomatum Legumque nebulones falſarii.

§. XX. Exemplum *in Aureæ Bullæ Cap. XI. §. ult.* Gloſſema hujusmodi irrepſiſſe in Auream Bullam, quam iterum in rem præſentem vocare amamus, & quidem in Capitulum XI. communis omnium ad dictam Legem Commentatorum fert ſententia, quippe qui §. ejus ultimum cujus initium hoc eſt: Hanc autem Legem propter quædam dubia &c. pro adulterinô proclamare haud dubitarunt, in quô tamen præcipitanter eos agere, nec reperiiſſe hîc, non quod in fabâ pueri, ſed ſanum utique eſſe locum, integrosque ejus natales peculiari Diſſertatione aliquando comprobabimus.

§. XXI. 7. *Indigitare* & emendare mendoſa. *Septimum* Criticorum penſum eſt, (*a*) indigitare loca Scripti genuini, quæ in mendô cubant, & quâ ratione ea poſſint emendari ſive adjumento MSStorum Codicum, ſive & his deficientibus, immò & quandoque ſuppetente horum copiâ, ope Critici & pragmatici judicii.

§. XXII. Applicatio *ad Ius publicum.* Hîc verò continere me nequeo, quin optem atque peroptem, ut exſurgat demùm aliquis è tantô eorum numerô, publici Juris noſtri ſcientiam ſolidiorem qui crepant, exſurgat, & eò nervos intendat ſuos, ingenium ſuum & induſtriam, ut concinnum, adæquatum, emendatum, ordina tum publicorum Imperii Jutium corpus nobis exhibeat, Jus Imperii publicum ab incertitudine, quam vel ob ſolam erratorum incuriâ illapſorum multitudinem vix effugiet; ſuppleat omiſſa; exterminet ſuperflua, eliminet menda, in ordinem denique in omnia redigat; Immortale promerebitur nomen, gratias agent JCti, agent Judices, aget ipſa Juſtitia & Imperium univerſum & præcipuâ quâdam induſtriâ memoriam ejus ſervabit æternitati. Verum enim verò vereor ne

verba miſer fruſtra nil proficientia perdam.

Herculei labores molientem opus exſpectant; Augiæ quoddam ſtabulum venit expurgandum, alia multa, quæ ſudorem movent, exantlanda ſunt; & hæc omnia denique in te ſi receperis, tunc nec molam id inſtruit farinariam, nec patent ad id oppidò neceſſariorum Archivorum atque Tabulariorum Principalium aditus, nec denique & privatis, etſi facientibus hûc ſubſidiis literariis ii ſint inſtructi, communi publico ſerviendi hoc modô ulla intentio, ulla cupido, malumque potius poſt mortem ſuam ea

De-

(*a*) IDEM *ibid.*

Deferri in Vicum vendentem thus & odores,
Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis.

Sed vel iſta referre tædium creat atque indignationem movet.

§. XXIII. Exemplum.

Poſceret inſtitutum, ut & jam floſculos hujusmodi proferremus in medium; ſed cùm & MAURITIUS, (*a*) & HOFFMANNUS, (*b*) aliique integros eorum faſciculos jam decerpſerint, horum ſcrinia expilare, cùm & ſuperfluum, & cùm moleſtum id nobis foret, unicum, quod aures titillare aptum eſt, ſubjicimus aus der Kayſerl. Erklähr. wegen der Religion zu Augſpurg. Tit. 12. §. penult. ubi in Editionibus omnibus legitur: Hiemit wollen wir dem Ungehorſam nichts abziehen/ den die Kinder ihren Eltern ſchuldig/ cùm quivis ſanâ ratione præditus perſpiciat, è diametro contrariam fuiſſe Imperatoris mentem.

ex CorporeReceſſum Imperii.

§. XXIV. 8. *Subodorari* Lacunus.

Octavô locô & hic Critico labor incumbit, (*c*) ut ſubodoretur, annon in Textu Legis, vel in Diplomate &c. aliquid deſit, & quomodo hæ lacunæ expleri debeant, ſcilicet ex MSStis, aut ſi planè hæc deficiant, neque etiam ex aliis locis ſive Circumſtantiis vel ſenſus eorum locorum poſſit reſtitui, ut ſaltem id monſtret, quid & quantum deſit.

§. XXV. Applicatio ad *Ius publicum.*

Indiget veró iterum & hic absque dubiô manu oculisque Criticis Imperii Receſſuum atque Conſtitutionum Corpus noſtrum, quippe in quô latuiſſe hactenus lacunas multas nemini JCtorum anteà obſervatas, ſatis jam apparet, tùm ex additis in noviſſimis Editionibus, tùm & ex editis ab Ill. Dn. DATTIO noſtrate, (*d*) B. SCHILTERO, Conſult. (*e*) Dn. MÜLLERO, (*f*) aliisque Legibus, Imperii ineditis quam plurimis, ad quæ & in ipſis editis Receſſibus partim fuit provocatum.

§. XXVI. Exemplum.

Et latere hodieque adhuc alias hujusmodi Imperii Leges is mox animadvertet, qui ipſum Receſſuum Corpus ſedulâ lectione vol-

(*a*) *In Diſſertat. de Receſſib. Imper. th. 60.* inter EJUSD. *Opuſc.* ab HERTIO edita *p. m. 132.*

(*b*) *De rat. interpret. LL. Imp. Rom. Germ. publ. Cap. 3. §. 9. p. m. 37. ſq.*

(*c*) Prætermittit hoc, ſed male, HEUMANNUS *l. c.*

(*d*) In egregiô Volumine *de Pace publicâ.*

(*e*) *In Inſtitut. Jur. publ. Tomo II.*

(*f*) Im Reichs-Tags-Staat und *Theatrô.*

volvet atque revolvet, ubi & deprehendet adhuc Remissiones ad priores Constitutiones, quæ tamen cum Orbe eruditô nondum sunt communicatæ, quod, ut firmemus exemplo, proferimus Recessum Imperii Ratisbonensem de Anno 1541. in cujus §. 60. Recessus secundarii fit mentio, qui tamen hucusque dictô in Corpore non conspicitur.

§. XXVII. *9. Discernere Originale & Versiones.* Porrò & *Nonô* locò inter Officia Critici connumerandum & id præsertim est, (*a*) ut ostendat, quanam Linguâ originaliter Lex vel Liber quidam exaratus fuerit, adeoque, utrum exemplum, uter textus fontis, uter rivuli & copiæ locô sit habendus.

§. XXVIII. Applicatio *ad Ius publicum.* Neque verò & hoc nullam in prudentiâ Juris publici utilitatem præstare censendum est, cùm & habeamus Leges, quæ nùm Latinô, num verò Germanicò idiomate sint conceptæ, contentionis serram hodieque semet inter reciprocant Doctores Juris publici: jam verò expedit, ut de veritate alterutrius sententiæ simus certiores, cùm, Latinum textum si inspicias, aliter, aliter &, si Germanicum consulas, statutum inveniatur, in rebus & causis, quæ in Jura Statuum, immò & totius Imperii nostri influunt, atque horum in præjudicium, admissâ oppositâ sententiâ. vergunt.

§. XXIX. Exemplum *Ipsa Aurea Bulla.* Suprà dicere antevertimus, non otiosê quæri, quonam Idiomate Aurea Bulla sit congesta? utrum Latino? anne verò Germanico? Nostrum est, ostendere jam, quid sit ergò, quod ex hujus controversiæ, ut videtur, curiosæ tantùm evolutione & decisione pendeat. Scilicet, Latinus Textus quodsi est authenticus, ex. gr. Vicariatus Electoris Palatini pendet à Comitatu Palatinô, adeoque etiam demtâ illi Dignitate Electorali penes Palatinum Rheni Comitem remanet: Contra verò Germanicum præstare Textum si verum est, Vicarii S. Rom. Germanici Imperii in partibus Rheni, Sueviæ & in Jure Franconicô Dignitas muneri Electorali inhæret, adeoque in Electorem Bavarum translatum id fuisse, dicendum est; alia ut modò siccô pede prætereamus.

§. XXX. *10. Dijudicare ætatem Libri vel Diplomatis.* Est & Criticorum *decimò* (*b*) dispicere, quam ætatem Liber vel Diploma, de quô quæstio incidit, præ se ferat, & quô circiter tempore compositum id sit literisve mandatum; id quod, si sit Apographum tantùm, aut planè codex impressus, cujus de ætate sermo est,

(*a*) Licet & hoc omittat HEUMANNUS. *l. c.*

(*b*) HEUMANN. *l. c. p. m. 11.*

eſt, dignoſcet Criticus, ſive, quod hic idem, eſt, Diplomaticus, tum ex recenſitis ſuprà Criteriis, ſcilicet ex indole & ætate Linguæ atque ſtylo, cùm ex aliis; MStum verò ſi ſit, quô de quæritur, dijudicabit id præterea & ex Materia, & ex literis, earumque ductibus, atramento, numeris, Sigillo, aliisque, quæ minutiarum locô fortè haberet alius.

Jam, ſi de Applicatione atque uſu hujus partis Critices dubium Vos exerceat, Auditores, hanc reſponſionem capite. Teſtatiſſimum illud eſt, quod antè diximus, graviſſimis litibus involvi haud ratò Germanici noſtri Imperii Status & Reſpublicas per conficta & ſuppoſita Diplomata, ſæpè tantâ cum ſpecie veri ex centum aliis concinnata, ut, quod carpas in re ipſâ, deſideres in ſtylo, vellices in formulis, ſugilles in aliis non ſuperſit. Quid ergò? Confugiendum hîc erit tanquam ad aram ſacramve anchorum, ad ipſum, qui pro originariô exemplô venditatur Codicillum, hîc deprehendendæ notæ ſuppoſitionis, hic figmenti convincendus, in ſalvô rem tuam collocare ſi volueris. §. XXXI. *ad Jus publicum.*

Ita plus quam mathematicè demonſtravit CONRINGIUS, demonſtravit WEGELINUS, demonſtrarunt alii, quod, licet vel maximè in ipſis Diplomatis formulis nihil eſſet peccatum, ſed rectè ſe haberent omnia, ex ſolâ tamen Authentici inſpectione pluribus ex argumentis falſitatis poſſit damnari Lindavienſis Cœnobii prætenſum Diploma. Ita, ut & Controverſiæ de impreſſô Diplomate demus exemplum, quam de Expeditione Romanâ Conſtitutionem edidiſſe fertur Carolus Craſſus, atque Commentariô integrô ipſâ Conſtitutione præſtantiore illuſtravit MARQUARDUS FREHERUS, ad eam ſaltem ætatem non pertingere, maximam partem ex indiciis anteà tactis demonſtrarunt plurimi. §. XXXII. Exemplum *Lindavienſe Diploma.*

Denique & *undecimô* (*a*) locoque ultimô circà id quoque Criticum verſatur Studium, ut quis librum vel Diploma nullum vel fictum Autoris Parentisque nomen in fronte gerens ſit enixus, vel quô Autore atque Suaſore in lucem id fuerit protruſum detractô glaucomate patefaciat & in apricô ponat. §. XXXIII. 11. *Detegere* Autores Pſeudonymos vel Anonymos.

Equidem hæc cognitio intrà ſolam vanamque curioſitatem & ſcientiam quandam ſubſiſtere, adeoque ad Jus publicum, ſaltem practicum, cum fructu traduci haud poſſe videtur. Verum enimverò §. XXXIV. Applicatio *ad Jus publicum.*

(*a*) DUMANN *l. c.*

verò non ita, Auditores, non ita iſta res ſe habet: habet omninò aliquid præter vanam ſcientiam in Receſſu! Refert ſcire, quis Legis vel Diplomatis Autoris nomen præ ſe haud gerentis lator ſit, ſcilicet, ut inde concludamus, eò num & nos adhuc teneamur ſtare.

§. XXXV. Exemplum *Aureæ Bullæ Cap. XI. §. ult.*

Exemplum poſcitis, Auditores? dabimus! Juvat hîc rurſus in partes vocare allatum jam ſuprà famoſum illum Aureæ Bullæ Capitulo XI. ſubjectum paragraphum, cujus de Conditore, num ipſemet Carolus IV. num verò Wenceslaus (horum enim alterum ſtatuiſſe eum evincemus) eundem reliquis Aureæ Bullæ Conſtitutionibus addiderit, licet ſit valdè obſcurum, viridi tamen is adhuc eſt in obſervantia, eademque, fremant licet, qui authenticum eſſe negant pernegantque, ac reliquæ hujus Codicis Leges vi & autoritate hodieque pollere certum eſt & indubium.

§. XXXVI. Epilogus *Capitis.*

Et ſic jam, Auditores, fines totius Regni Critici obambulavimus atque perluſtravimus, vidimus, quam ea ſint egregia, quam jucunda, quam amœna, quantamque tùm in omni eruditionis genere, tùm verò vel maximè in Imperii noſtri publicorum Jurium prudentiâ utilitatem præſtet, uſum habeat ars Critica. At verò dicenda reſtant adhuc alia, quæ tamen, ut poteſt fieri, admodum paucis efferemus.

CAPUT II. de GENUINO NEXU STUDII CRITICI CUM PRUDENTIA JURIS PUBLICI. §. I. Transitio.

Scilicet audiviſtis hactenus, Auditores, commendantes nos quam maximè operam JCtorum, publibi Juris noſtri ſcientiæ ſolidiori, qui jungunt Studium Criticum: cùm verò nihil hîc æquè facilè contingere ſoleat, quam ut

Incidat in Scyllam, qui vult vitare Charybdim:

Hinc noſtrarum partium omninò & id porrò eſſe exiſtimamus, ut jam, quantum per anguſtos, queis circumſcribimur, temporis limites nobis erit integrum, per Compendium Vobis demonſtremus, quâ demum ratione modoque prætervehere hos ſcopulos, has Scyllas hasque Charibdes vobis incumbat, & quomodo ergò ſe habeat & GENUINUS Studii Critici cum prudentiâ Juris publici nexus.

§. II. Contenta *Capitis.*

Nec verò id jam poſcetis à me, Auditores, arbitror, ut quibus in caſibus eſſe neceſſarium utilemque Studii Critici cum prudentiâ Juris publici nexum antè expoſuimus, quæ iſtis in ſingulis ſervandæ Vobis ſint cautelæ, tenendæque Vobis ſint Regulæ ordine jam exponamus, cùm.

Si nobis centum linguæ ſint oraque centum,

dies tamen prius deficeret quam materia; nec id quoque noſtrum

jam

jam esse existimamus, ut de vitiis Criticorum, quæ sanè sunt quam plurima, Catalogum modò texamus sistamusque Vobis; sufficiat tetigisse & commemorasse potiora, eaque ubi facilè cespitare, ubi labi sæpè contingit.

§. III. Cautela I. *Ne ars Critica pro ipsâ Eruditione capiatur, sed pro mediô ad eandem.*

Cavebitis ergò, Auditores, si qui sunt, quos sermo hic nòster, quos Oratio hæc nostra de præstantissimô Critici Studii usu cum Jure publicô eo induxit, subsecivum tempus suum curis & observationibus hujusmodi, quam nihil aut malè agendo, ut malint terere atque consumere. Cavebitis, ne in ipsius Eruditionis solidæ penetralia abditosque recessus penetrasse Vos existimetis, Criticam si callueritis artem, Criticas ad unguem si renueritis Regulas; ita enim certissimè Vos expectabunt fata, quæ CEBES ille Thebanus, in Programmate, quô Actui huic solenni prælusit Magnificus Dominus RECTOR, communia Criticis esse rarus est, nempe in septum veræ solidæque Eruditionis nunquam ingrediemini. Via scilicet est Ats Critica, quâ manu quasi ducimur ad veritatem; semita est, quam qui prudenter calcant frequentes, rectò ad Parnassum tramite contendunr, & est medium, quò ad obtinendum finem, quò ad consequendam Eruditionem maximô cum emolumentô uti nobis est integrum, immò & eô uti oportet; ipsa tamen ipse finis non est, non est ipsa Eruditio. Quemadmodum autem eum, qui dum intrare Regiam gestit, in viâ tamen lutoque semper hæret, vel ipsô communi omnium animantium ratione præditorum sensu carere nemo non jure optimô maximô esset arbitraturus: ita &, qui solis in Regulis & arte Criticâ subsistere, eoque se immergere solùm voluerit, is sanè verum de verâ Eruditione conceptum sibi non format, is nunquam emerget.

§. IV. Cautela 2. *Ne Minutiis inhæreant, qui artemCriticam tractant.*

Sed & de hoc valdè communi Criticorum malô atque morbô Vobis, ut caveatis, Auditores, estis monendi, ne scilicet qualibet ex muscâ elephantum, & velut ebrii quolibet ex stramine nescio quam pilam atque columnam Vobismet ipsi fingatis, clarius dicam, ne minutiis, quisquiliis, & quæ, sive scias, sive nescias, perinde est, immoremini. Eam enim viam, istud iter si inibitis perversum sanè inibitis, Ipsique Vos ipsos nasò suspendetis aduncô, omnemque Vestram illam scientiam, tantum abest, ut pro Eruditione, ut ne pro curiositate quidem, nisi vanissima, nisi futilissima levissimaque habituri sint omnes, queis habitat meus sana in corpore sano. Et sic occinendum Vobis foret LIPSIANUM (a) illud: Græcorum iste mor-

Kkk kkk bus

(a) *de Brevitat. vitæ, p. m. 508. 509.*

bus fuit, quærere, quem nmuerum remigum Ulyſſes habuiſſet: prior ſcripta eſſet Ilias an Odyſſea, præterea, an ejusdem eſſet auctoris: alia deinceps hujus notæ: quæ ſive contineas, nihil tacitam conſcientiam juvant, ſive proferas, non doctior videberis ſed moleſtior. &c. Ecce Romanos, (ecce Germanos) quoque invaſit inane Studium ſupervacua diſcendi! Et ſic doctore CHRISTOPHORO MATHANASIO quodam vobis foret opus, qui multô ſale perfricando iſtud Veſtrum ſupercilium, iſtud cerebellum, ridendoque Veſtras Vobis ineptias exponeret, & intra oleas Vos reduceret.

§. V. *Cautela 3. Ut caveant ſibi Critici à pedanticô quodam ſuperciliô.*

Denique & de alterâ Pædantiſmi Critici ſpecie Vobis cavebitis Auditores, inani & ſtolidâ illâ multorum Criticorum ſuperbiâ, qui ſolis ſibi micas ſalis eſſe & ſuper aſtra planè evolaſſe ſe ſuam per ſcientiam exiſtimant, ubi diſcunt.

- - - - quanta ſub nocte jaceret.
Noſtra dies - - - - - - - -
Sub pedibusque vident nubes & ſidera Daphnis.

Etenim eſt plerumque ſuperbum animal & faſtuoſum genus hominum, Critici elogiô qui ſuperbiunt, qui, cùm in ſcriptis antiquiorum recenſendis deploratum, ut loquuntur, cujusdam Comœdi vel Tragœdi locum in integrum reſtituerunt, aut etiam in pejus mutarunt, videntur ſibi ægrum valetudinis conclamatæ mortis è faucibus eripuiſſe ac vitæ & ſanitati reddidiſſe, (*a*) ita, ut præ tripudio Veritates haſce ſuas ſanguine quoque ſuô obſignare quandoque iis pulchrum eſſet. Immò, cùm leve eis videatur, ſum â ſibi Dictatoriâ in Republicâ literariâ autoritate quadam, ac veluti cùm Æolus in clauſo ventorum carcere regnat, ſtrepitum ciere atque intonare illud: ita ego lego, ita legi jubeo, meô periculo ita legas &c. ſubinde egregiâ hac diriſque devovendâ clauſulâ Lectiones ſuas muniunt ab eorum impetu, quibus metum hæc injiciunt: Inſanit, quicunque mecum non ita legit, & quæ ſunt alia, quæ piget vel adducere, cùm nemo ſit tam ſtupidus, quin videat, lernarum in contuberniô prognata fuiſſe ejus generis dicteria, eorumque maleſanos Autores.

§. VI. *Coclusio.*

At jam verò tandem iterum, Auditores, canendum eſt receptui, convaſanda nobis ſunt vaſa retesque, votisque & precibus ſermo hic noſter eſt finiendus.

Primas

(*a*) Vide locum LUDOVICI MOLINÆI *in Caracter. Morum. p. 168.* apud HEUMANNUM *l. c.* §. *7. p. m. 14.*

Primas TIBI partes debeo, ô æterne Deus, benignisſime Pater. Infinita fuit TUA in me conducendô nullô non tempore bonitas: Eximia fuit TUA gratia, indulgendo mihi nil talia merito innumeras & fortunæ & mentis corporisque dotes atque dona: Singulare eſt præſertim hæc præſens mearum rerum conditio, hic meus Status TUÆ opus Providentiæ: agnoſco, fateor, veneror! Quid ergo? Eripe me mihi, TIBIque mancipa totum, ita demùm felix, ita beatus ero. Et ſi ulterius immenſam TUAM clementiam precibus impetere fas eſt, fac, quæſo, ut quas conceſſiſti mihi hactenus incorruptas animi corporisque vires, integras & porrò ſentiam in obeundo meô hoc munere graviſſimô: fac, ut & mihi hac in Spartâ periculoſâ conſtituto nihil ſit prius, nihil antiquius bonô publicô & ſalute Reipublicæ, normatâ ad amuſſim omnium Legum ſupremæ, TUÆ, Venerandum Numen, Voluntatis utique Sanctiſſimæ. Denique & hoc fac, bone Pater, ut & meis ex ſcholis prodeant in poſterum homines, qui non, niſi TUAM promovere gloriam geſtiant, TUIS ſervire cupiant, publico prodeſſe anhelent! PRECES *ad* DEUM.

Ad TE jam devolvor, qui Secundum in his terris à Numine tenes locum, Potentiſſime PRINCEPS, Clementiſſime Domine. Da, quæſo, Sereniſſime PRINCEPS, Servo TUO ſubmiſſiſſimo, ut, quæ deguſtanda mihi præbuiſti pluries ſummæ gratiæ & favoris TUI Principalis luculenta plane Specimina, ſacrô hic ſilentio tegam atque venerer, atque potius, quas infucata in Principem pietas, & qui non poteſt non omnibus iis, queis VOTUM I. *pro* PRINCIPE.

de meliore lutô finxit præcordia Titan,

inſitus eſſe igneus in Patriæ Patrem indulgentiſſimum amor exprimit & ſuppeditat, preces fundam, Vota nuncupem. Deus TE ſervet, Sereniſſime PRINCEPS, & concedat, lætus ut intuearis iterum aliquando Nati Natos, & qui naſcentur ab Illis, & quamdiu inter mortales eris, neminem TUORUM mortalem eſſe ſentias, ſed productis in immenſum Virtutum opumque TUARUM laudibus cum Sereniſſimâ GENTE TUA univerſa multâ poſteritate creſcas atque vivas!

TE quoque DEUS beniginſſimè ſervet, Sereniſſime PRINCEPS, avitarum ditionum harum digniſſime Hæres, Domine pariter Clementiſſime, &, Quæ divinitis TIBI fuit juncta, Sereniſſimam CONJUGEM, Principem REGIAM, Seculi delicium, Spem patriæ unicam! Quot per Hyblæos colles volitarut olim examina, 2. pro PRINCIPE HÆREDITARIO.

 tot

tot felicitates VESTRA cingant tempora, quod frondes texere quondam Ceraunia, tot VOBIS à DEO obveniant æternùm duratura munera: & præsertim, quæ votorum Summa est omnium, Summus in Cœlis DEUS TE, Serenissime PRINCEPS, semper nobis præstet similem Serenissimis TUIS MAJORIBUS, similem Potentissimo Domino PARENTI TUO, similem TIBImet IPSI, qualis scilicet fuisti nobis hactenus; & præstet TE nobis ab excessu Fortissimi nostri Davidis, quem quam diutissimè Numen avertat, Salomonem suavissimum atque prudentissimum.

3. pro ADMINISTRIS PRINCIPIS.

Servet & VOS DEUS, qui Atlantes estis Patriæ, & venitis in partem curarum, quas pro nobis & felicitate nostrâ gerit Serenissimus. Sint & porrò fortunata VESTRA ista Consilia, faustisque rerum successibus ad invidiam usque coronata. Sint verò & VESTRÆ sollicitudines ulterius quoque directæ in hanc Academiam, & cum primis integram nobis linquatis libertatem, non effrenem quandam nullisve planè limitibus circumscriptam, quæ communis esse solet multis lasciviente hoc in omnem proterviam propendende Seculô, sed innoxiam, Academicam, evehendis Disciplinis aptam atque nenecessariam, ut, quæ velis, (volemus autem semper licita) sentire, quæ sentis, dicere, præjudicatas opiniones, superstitiosum receptarum sententiarum cultum, & quæ sunt hujus generis alia, pessum dare, verbo dicam, ut emergere liceat. Ita & nos de eô erimus solliciti, ut probemus ipsô factô, melius ita Reipublicæ consuli, excitari ita præstantissima ingenia, provehi ita solidam Eruditionem & Scientias.

4. pro PROFESSORIBUS Academiæ.

DEUS quoque & VOS servet, Academiæ nostræ Patresconscripti, Excellentissimi Domini Professores, quos magnâ ex parte Præceptores veneror, Patronos omnes. Concedat VOBIS Idem Numen benignissimum fluentem ad Vota felicitatem omnigenam, vitam longævam, sanitatem inconcussam, gloriam promeritam. Et cùm VESTRO Exc. Dn. JCti ex Ordine inclyto plerique jam sint veterani copiarum ductores in castris literariis, rogatos Vos volo, quam possum, enixissimè, ut me quoque noviter in Ordinem VESTRAM allectum, sicubi deprehenderitis aberrare reducatis; sicubi cespitare, confirmetis; sicubi veritatem tueri, defendatis: habebitis vicissim in obeundis laboribus, socium indefessum; in præstandis obsequiis Cultorem venerabundum; in exhibendis Officiis amicum integerrimum.

Deni-

Denique & VOS, Auditores reliqui, Commilitones optimi, adimplete læti ſpem Patriæ, Voluntatem Parentum, deſiderium Præceptorum; Spem facite ſubſecutorum aliquando feliciorum temporum; Decurrite ſtrenuè in ingreſſo ſtudiorum ſtadio, & ad Eruditionis ſolidæ palmam aſſequendam citatô gradu mecum contendite alacres; ubi pariter certi eſtis, pergite mecum; ubi pariter hæſitatatis, quærite mecum; ubi pariter errores admiſſos agnoſcitis, revertimini mecum; & ubi pariter alios à ſcopo abludere cernitis, eos revocate mecum. Ita Regiam ad veræ Eruditionis culmen viam ingrediemur; ita demùm indultas nobis à Deo dotes animi rectè collocabimus; ita non intermorituram noſtri nominis gloriam aſportabimus. ADHORTATIO ad AUDITORES.

Vivant ergò, iterumque vivant Sereniſſimi noſtri PRINCIPES! & florebit Patria. Vivant EORUM ADMINISTRI Illuſtriſſimi! & florebit Academia. Vivant hujus Excellentiſſimi PROFESSORES! & florebit Eruditio. Sequemini hos, Auditores, & vivetis in æternum:

Vivitur ingeniô, cætera mortis erunt!

DIXI.

Anhang

XXXII.

DISSERTATIO

DE

JURE DETRACTUS,

Von der

Nachſteuer oder dem Abzugs=Recht.

PRÆSIDE

DN. JOHANNE THEODORO SHEFFER, U.J.D, COMITE PALATINO CAESAREO PROF. JUR. PUBL. ORD. reliq.

Pro Licentia defenſa ab AUCTORE

JOHANNE NICOLAO CRONNAGEL, *Dinckelsbühl.* Supremi quod hic eſt, Dicaſterii Würtembergici Advocato.

Tubingæ, 1730.

B. L. S.

Arduum ſane eſt & quotidiana in praxi occurrens hoc, quod mihi Speciminis Inauguralis loco elaborandum propoſui, Thema: Animo quidem conſtitueram prius, illud pro eximia ſua & inſigni, quam in Republica habet, utilitate paulo ſpecialius deducere; Cum tamen vix una alterave elapſa fuerit hebdomas, ubi almam hanc adierim Univerſitatem & hoc ipſo temporis ſpatio non modo conſueta pro obtinendo Gradu Doctorali ſuſtinuerim examina, præterea que in numerum supremi, quod hic floret, Dicaſteru Würtembergici Advocatorum gratioſiſſime receptus fuerim, ſed etiam, quod magis eſt, ob proxime inſtantem Actum promotionis ſolennem ad elaborationem Thematis nihil ferè temporis mihi fuerit relictum, propoſitum mutare, & ob has ipſas, in quas præter opinionem incidi anguſtias, materiam hanc, aliâs maximè practicabilem & quotidianam, non quantum ſatis eſt, plena eruditaque tractatione elaborare, ſed primas ſaltem eas lineas ducere digitoque quaſi monſtrare fontem, unde jus hoc deſcenderet, coactus fui; Quodſi tamen aliquando plus otii fuerimus nacti & cognoverimus, æquam in partem hæc, quæ ſcripta ſunt, accepta fuiſſe, ea quæ reſtant: de perſonis, quibus hoc jus competit, contra quas exerceatur &c. alio tempore uberius & forſan per modum perfectionis Tractationis explanaturi ſumus. Satis igitur excuſatos nos habebis B. Lector! & ſi aliqua irrepſerint, quæ minus rectè dicta videbuntur erroris veniam exiguo temporis ſpatio & concatenatis, qui præterea Excellentisſimum Dominum Præſidem undiquaque occupatum tenent, laboribus ſummæque materiæ difficultati adſcribes; Hoc eſt quod abs Tua humanitate ſperamus atque flagitamus. Sit igitur Diſſertationis noſtræ

Cap. I.
DE
Etymologia Juris Detractus, ejusque Homonymia, Synonyma, deſcriptione reali & Diviſione.

§. I.

QUamvis Terminorum explicatio magis ad Philologorum, quam JCtorum pertineat forum & Leges noſtræ Civiles, quæ jubent, ut rerum potior, quam verborum habenda ſit ratio, *arg. Nov. 15. pr. in fin.* ſub rigidum Grammaticorum imperium revocari nequeant, prætereaque in Jure operam navantes officio ſuo ſatisfeciſſe communiter credant, ſi ea, quæ ſapiunt pulverem, *uti vocant*, Scholaſticum, ſicco potius prætereant pede, quam ut operoſe iis inſiſtant: Nihilominus tamen, cum quævis Diſciplina ſuos habeat terminos technicos & ſuas artificiales ſignificationes, ſine quorum intellectu ad ipſius rei interiora pedem transferre nemini liceat, inſuperque infiniti ex verborum æquivocatione facile oriantur errores,

rores, ante omnia in vocum significationes erit inquirendum: quod ipsum è veterum JCtorum in perscrutandis verborum ductibus adhibita ingenti solertia abunde satis apparet; Nobis igitur quis vitio vertat, non scimus, si illorum præsertim *ULPIANI in L. 1. pr. de J. & J. L. l. §. l. de pact. l. 1 pr. de R. C. PAULI in L. 2. §. 2. eod. & in L. l. pr. de furt. GAZI. in l. 1. d. O. J. & JULIANI in L. 51. pr. ad L. Aquil.* Immo ipsius *SACRATISSIMI* Imperatoris *JUSTINIANI* vestigiis de quid vid. *§. 5. J. quib. mod. Jus P. P. salv. § 2. J. de Tutel. cum simil.* inhærentes priusquam ad ipsius rei pertractationem deveniamus terminos in rubro *Dissertationis nostræ* occurrentes brevissimis exponamus.

II. Vocabulum *Juris* unde derivetur, & quam varios istud in Jure nostro Civili Romano accipiat Significatus vel Dupondiis notum est, & luculenter apparet ex *L. penult. & ult. ff. de Just. & Jur.* Hic accipitur pro *facultate morali personis circa aliquid competente* sive pro *libertate agendi. vid.* B. Dn. Lauterb. *in Colleg. Theor. Pract. d. tit. §. 20. & Illustr.* D. Boehmer. *in Introd ad ff. eod. n. 11.*

III. Vox *Detractus* vero est, uti omnibus liquet, nomen verbale & derivatur à præpositione *de* von vel ab & verbo *trahere*, ziehen/ ejusque supino *detractum*, de qua tamen voce rectius consuli poterunt Lexicographi, quorsum etiam B. Lectorem remittimus.

IV. Germanis hoc ipsum *Jus Detractus*, quod alii etiam *Deductionem*, *Censum*, vel *Jus Emigrationis. Gabellam Detractionis*, itidemque *Collectam* & *Jus Gabellarum* appellant, vernacula lingua dicitur: Die Nach-Steuer/ das Abzugs-oder Abfahrts-Recht/ ingleichen der Nachschoß/ die Abschiedung/ Außnahm-Geld/ Außkauff/ Auß-oder Weeglossung/ Zehende Pfennig etc. vid. Besold. *in Thesaur. pract. voc.* Abschoß/ Nach-Steuer. ibique Dietherr. & Wehner. in *observ. pract. ad easd. voc. add.* B. Dn. Hert. in *diss. de superiorit. territ. n. 55.*

V. *Jus Detractus* verò in genere describi potest, quod sit *potestas Principi sive Magistratui competens de Civium emigrantium vel exterorum hæreditates capientium bonis alibi transferendis certam portionem detrahendi.*

VI. Estque *duplex*; Jus sc. *Detractionis* in *specie* sic dictum, & Jus *Emigrationis. Illud* est, quo de rebus peregrino hæredi vel legatario per successionem ab intestato aut testamentum sub illo Magistratu acquisitis & alio transferendis in foro rei sitæ quota certa deducitur. *propriè*, der Abzug oder Abschoß/ wann nemlich das Erbe aus denen Gerichten/ oder dem Territorio, in ein frembdes abgefolgt wird. Vid. Philoparchi kluger Beambter *part. 1. cap. 28. §. 1.* Dicitur alias *Detractus realis* vid. Illustr. Dn. de Berger *Oeconom. Jur. lib. 1. tit. 2. §. 18.* & de hac materia *pecul. dissert.* B. Dn. Cocejii de *Jure Detractus, per tot.*

II. *Jus*

VII. *Jus Emigrationis* verò est, vi cujus Cives e Civitate alio migrantes Principi sive Magistratui, cui subsunt, de omnibus eorum bonis, tam mobilibus, quam immobilibus, tempore discessus possessis certum quid solvere coguntur. Hocque appellatur **die Nach-Steuer-oder der Nachschoß** / Philoparch. *d. l.* & vocatur *Detractus personalis*, III. Dn. de Berger. *d. l.* quamvis si rem ipsam consideremus, exigua vel nulla prorsus horum vocabulorum sit differentia, quæ causa quoque est, cur termini isti sæpius confundantur, ac promiscuè usurpentur, vid. Recess. Imp. *de an. 1594.* §. **und so viel. 82.** B. Dn. Sam. Stryck. in *disp. de Resignatione, Juris Civit. cap. 5. §. 3. & 4.* & Knipschild. *de Civit. Imper. Jur. & privileg. lib. 2. cap. 20. n. 8.*

VIII. Alias autem *Jus Migrationis* respicit *Subditos* vel *venientes* vel *abeuntes*, hinc rursus *induplici* accipitur *significatu*, quatenus scil. solvitur vel Civitatis *adipiscendæ*, vel *deserendæ* causa. Jacob. Bornit. *de ærario lib. 4. cap. 7.* Illud dicitur **das Burger Geld / die Auffnahm /** it. **der Burger-oder Pflicht Pfennig.** vid. Wehner. ad voc. **Burger-Recht** & Limn. *in Jur. Publ. tom. 2. lib. 7. cap. 25. in addit. p. 228.* nec jam nostri est Instituti; hinc illud hac vice consultò hic omittimus, & duas saltem illas species, quarum in Descriptione mentionem injecimus, retinemus.

IX. Utrumque vero fundamentum suum habet in Domino illo Universali, quod Principi sive Magistratui in personas & bona subditorum asseritur. Vox *Principis* verò vel *Magistratus* hic tam latè sumitur, ut omnes, qui τὸ κύριον in Republica gerunt, sub se comprehendat. Sed ne circa hoc ipsum Caput ultra propositum nostrum prolixiores simus, accedimus ad

Caput II.
de
Libertate Migrandi tam in Genere, quam in Specie.

§. I.

Hic si naturalem intueamur Libertatem, deprehendimus Naturam, nulli nos certo loco tanquam adscriptitios alligasse, sed potius totum orbem inhabitandi facultatem nobis concessisse; cuilibet igitur in tali libertate constituto integrum manet & manebit domicilium suum pro lubitu variare, ac unam Regionem cum altera cnmmutare.

II. Aliud tamen dicendum, si talis homo, qui antea nullius agnovit Imperium, vel agnovit quidem, sed eo jam solutus est, sponte sese alicui Civitati adjungit, tunc enim casus probe sunt discernendi: Talis enim liber homo vel sibi in pacto subjectionis, quod societatem necessariò præcedere debet, licentiam emigrandi expresse reservavit, vel non, *priori in casu* standum erit conven-

ventioni, nec invitus detineri poterit in Civitate, *posteriori* vero *in casu*, si in subjectionis pacto nulla prorsus licentiæ hujus fuerit facta mentio an tunc quoque discessus ipsi integer & salvus maneat, inter maximi nominis Scriptores adhuc sub Judice lis est.

III. *Negativam* hujus sententiæ tueri videtur Grot. *de J. B. & P. Lib. 2. cap. 5. §. 24. Affirmativæ* vero inhæret. B. Dn. de Pufendorf. existimans: licentiam pro arbitrio migrandi liberum hominem sibi semper reservasse, utque adeo *mundanum* se potius, cum Socrate, quam *Glebæ certæ* adscriptum facere voluisse præsumatur & hanc in rem adducit loca ex Valer. Flacco, Diodor, Sicul Cicerone *aliisque*. Qui enim, *inquiens*, Civitati se adjungit, ille cura sui ac rerum suarum haud quidquam sese abdicat; Sed id potius agit, ut in signe sibi firmamentum circumponat; Quia tamen sæpe contingit, ut publicum Regimen privatis alicujus rationibus parum expediat, aut alibi commodius iisdem queat prospici: & verò postulari nequit, ut ad unius aut paucorum lubitum Respublica reformetur: proximum erit, ut ipsis sit concessum per migrationem, rebus suis consulere. *Et porro:* talibus licentiam migrandi denegare velle, idem foret atque liberis hominibus imperare, ut supra parentum suorum conditionem nunquam adspirare audeant, sed & ipsæ civitates ex hac migrandi licentia commodum sentire posse adscitis aliunde egregiis viris. Id Pufendorf. de *Jure Nat. & Gent. Lib. 8. c. 11. §. 2.* Cui adstipulatur, & simul argumentis Grotiis satisfacere conatur. B. Dn. Dr. Hochstetter *in Colleg. Pufend. exerc. 11. §. 56.*

IV. Rectius tamen cum Grotio *cap. 5. §. 24. n. 2.* arbitramur, emigrationem istam prohiberi posse, si societatis intersit, ne quis ex ea discedat adeoque expressum Imperantis vel Civitatis consensum semper requiri. vid. egregiè hac de re differentem. Ulr. Huber. de Jure Civit. *lib. 2. Sect. 2. cap. 1. n. 28. mult. sqq.* & Exc. Dn. Prof. Rœsler. in Themat. Jurisprud. Natur. *lib. 2. cap. 18. §. 16. & 17.*

V. Duplex enim ex ipsius Pufendorfii doctrina ad constituendam Societatem civilem semper requiritur pactum: *Unum*, idque præcedens, quod ipsam constitutionem civitatis, *alterum* vero, quod formam regiminis respicit: Pufend. *Lib. 7. cap. 2. §. 7. & 8.* Licet enim priori pacto renuntiare Civibus semper integrum maneat, ex posteriori, tanquam fortiori, tamen non naturalis tantum, sed civilis oritur obligatio, quæ ex natura fœderum est dijudicanda, & quo mediante concivibus non tantum, sed summo præsertim Imperanti Jus aliquod tribuitur quæsitum. Adeundus igitur hic ipse erit, qui cognoscere potest, num emigratio damno vel fraudi sit Reipublicæ, nec ne? prius si deprehendat, rectissime denegabit discessum. vid. Bodinus *L. 1. de Republ. cap. 6. p. 90. (58.)* qui ita sentit: *omnibus tamen Principibus ac Civitatibus pro jure Majestatis Imperii Cives domi continere semper licuit ac licebit.* Sin vero nullo vel exiguo civitatis

commodo discessum & simul fortunam Civis remoretur Princeps, regulariter quidem cogi non poterit: quo vero jure id faciat & an non peccet contra officium æqui ac boni Principis alia est quæstio, quam nos hic relinquimus intactam, interim vid. B. Dn. Hert. *in not.* ad Pufendorf. *d. lib. 8. cap. 2. §. 2.*

VI. Et hæc non tantum dijudicanda veniunt ex regulis *Decori*, quod vult Pufend. *d. cap. 11. §. 3.* dum dicit: *cum Civitatis plerumque intersit, nosse Civium numerum, indicet de suo discessu*, sed ex regulis quoque *justitiæ* & *prudentiæ* civilis, quas Princeps præsertim potest habere cognitas.

VII. Hinc omni planè caret dubio, publicis locorum statutis emigrationem posse impediri, quæ lex inprimis in Moscovia, China, & Ducatu Parmensi suos propugnatores invenit. Plura hac de re nobis infert Simon *in not. ad Grotium d. l. 2. c. 5. §. 24.* ubi quoque notandum, quod de Jure Civili Romano quidem Domicilium habitationis quilibet pro arbitrio mutare potuerit, atque animo emigrandi bonis suis alium in locum translatis, Jus Civitatis amiserit, per *L. 20. & 27. §. 1. ff. ad municip.* Domicilium vero originis penes ipsos quoque immutabiles erat, & Civis originarius illud neque per renunciationem, neque per mutationem tollere poterat, sed quocunque se vertebat, jus illud retinebat. *L. 6. ff. & L. 4. seq. C. eod.* vid. Gylmann. *Symphorem. Supplicat. Tom. I. part. 3. vol. 2. n. 2. seq.* & Mev. ad *Jus Lub. l. 1. tit. 2. n. 16.* & talem civem, etiamsi emigrandi licentiam nactus fuerit, ob hoc ipsum vinculum & alia beneficia ante percepta antiquæ patriæ permanere obligatum, quatenus novæ status patitur, comprobatur exemplo *Joh. Storrii*, nativitate Angli, qui, utut Hispaniæ Regis subditus postea fuerit juratus, quod multa contra Angliæ Regnum machinatus esset, ex insidiis captus Majestatisque damnatus fuit; ratio addebatur, quod nemo patriam, in qua natus, exuere, neque solum natale aut Principem pro libero arbitrio posset ejurare. Vid. Camdenus *ad ann. 1571.* & Joh. Meursius *in vita Gulielim. Auriac. l. 5. ad ann.* 1569.

VIII. Statum *Germaniæ* nostræ antiquum si consideremus, abunde satis patescit Status Imperii in vindicandis iisdem suis juribus semper fuisse tenacissimos, testatur id ipsum Imperator Carolus IV. *in Aur. Bulla tit. 16. per tot.* ubi ejusmodi civis absque impetrata venia è civitate discedens æquiparatur belluæ, jugum originariæ subjectionis abjicere quaerenti. Digna sunt verba Augustissimi Imperatoris, ut hic adducantur: Ita enim ibi: *Ceterum, quia nonnulli Cives & subditi Principum, Baronum & aliorum hominum, sicuti frequens ad nos querela perduxit, jugum originariæ subiectionis quærentes abjicere, imo ausu temerario contemnentes, in aliarum Civitatum Cives recipi se procurant & frequentius in præterito procurarunt & nihilominus in priorum dominorum, quos tali fraude præsumserunt vel præsumunt deserere, terris, civitatibus, oppidis & villis,*

& villis corporaliter residentes civitatum ad quas hoc modo se transferunt, libertatibus gaudere & ab eis defensari contendunt, qui in partibus Allemanniæ Pfalburgeri consueverunt vulgariter appellari. Quoniam autem patrocinari non debent alicui fraus & dolus, de Imperatoræ potestatis plenitudine omnium Principum Electorum, ecclesiasticorum & secularium, sano accedente consilio, ex certa conscientia statuimus & præsenti lege perpetuâ valitura sancimus: quod prædicti cives & subditi eis, quibus subsunt, taliter illudentes in omnibus terris, locis & provinciis sacri Imperii à præsenti die in posterum, Civitatum, in quarum cives tali fraude recipi se procurant, juribus & libertatibus in nullo potiantur. A. B. d. tit. 16. §. 1. & 2.

IX. Hoc tamen non obstante plurimi iique non infimi subsellii DD. contendunt, quod, per consuetudinem universalem in Germania nostra receptam domicilium etiam originis quoad omnia per renunciationem tolli & amitti, & quilibet civis, modo alias liber homo sit, domino etiam invito jus civitatis resignare, alio migrare aliamque Civitatem pro lubitu adire possit. Laudatur hanc in sententiam Matth. de Afflict. *Dec. 384.* à Gail. *lib. 2. Obs. 36. n. 7.* add. Mev. *ad Jus. Lub. l. 1. tit. 2. art. 2. n. 69.* in tantum ut statutum mutationem domicilii prohibens pro nullo & libertati naturali noxio habeant, arg. *L. 28. & 71. §. 2. de cond. & demonstr.* Henr. Klock. *de vectig. Concl. 63.* Schepliz *ad consuetud. Brandenb. p. 4. tit. 14. §. 2. n. 8.* Myler ab Ehrenbach. *de Princip. & Statib. Imp. part. 2. cap. 63. §. 4. & in addit.* ad Rumel. *Comment. ad* A. B. *p. 2. diss. 5. §. 5. & plur.* Knipscild. *de jur. & privileg. Civit. Imp. lib. 2. cap. 20. n. 2. seq.*

X. Pro stabilienda hac sua sententia plures quidem hic adducunt non tantum textus Juris Civilis & inter illos præsertim *L. 5. §. fin. de Captiv. & postlim. revers. cum simil.* sed & Recess. Imp. *de anno 1555.* §. **Wo aber unser.** & Instrum. Pac. *Art. 5. §. 12.* quin imo & argumento, quod ex Aur. Bulla deduci potest, pro more suo solidissimis argumentis obviam it Illustr. Dn. de Ludewig **in der vollständigen Erläuterung der güldenen Bull.** *art. 2. tit. 16. §. 1.*

XI. Sed cum textus illi Juris Civilis sicut in aliis plurimis causis, quæ præsentem Germaniæ nostræ statum concernunt ita & hic adæquatè allegari nequeant, atque *Constit. d. Recess. Imp.* propriè tantum de eo casu, si quis religionis & pietatis ergo tristi ac lamentabili emigrandi beneficio uti velit, loquatur. Vid. Rumel. *d. p. 2. diss. 5. §. 5.* & Rudolph. Gottofred. Knichen in Op. Politic. *lib. 2. part. 2. sect. 2. §. 2.* Prætereaque mens illustr. Domini Ludevvigi eo tantum redeat, ut domonstrare velit libertatem emigrandi civibus Imperii non simpliciter esse prohibitam, & gabellam Detractionis **die Nach-Steuer/** non esse confundendam **mit dem Laß Geld/** de qua vid. ipsum latè in *erudit. tract. de jure Clientel. Germ. in. feud. & colon. Sect. 3. Cap. 5.* Cuncta hæc & si quæ alia proferri velint tanti ponderis non existimamus, ut nos moveant, ut ab iis prin-

cipiis, quæ ſupra fundamenti loco poſuimus, recedamus: quin immo firmiori ſemper iis inhæremus pede:

XII. Quid denique ſi illi ipſi qui in contrarium abeunt DD. confitentur ad unum fere omnes, plures dari caſus, in quibus emigratio ſubditis non ſit permiſſa, veluti ſi ſeceſſus fiat gregatim, ſi intempeſtive, ſi in fraudem concivium, itemque ſi ad certum tempus ſocietas fuerit inita: Vid. Pufendorf. *d. lib. 8, cap. 11, §. 2.* vel ſi ſtatuto aut moribus libertati iſti fuerit derogatum, quod expreſſe aſſerit modò inter diſſentientes allegatus Mev. *d. art. 2. n. 70.*

XIII. Noſtram igitur ut tandem de vexatiſſima hac quæſtione ſubjugamus ſententiam, illa breviſſimis eò redit: poſſe Principem vel Statum quemvis Imperii emigrationem quandoque ſubditis vel penitus prohibere vel etiam ſub certis conditionibus eandem permittere, vid. Stamm. *de ſervit, perſonali. lib. 3. cap. 12. §. 11.* Bextorff. Arum. & Rumel. *ad A. B. d. art. 2. tit. 6.* adeo, ut negligentium bona per arreſta ſiſti poſſint, nec conſtitutio Imperii ſuper arreſtis hic allegari aut locum invenire queat. Vid. Magnif. Dn. Dr. Schvveder introduct. Jur. Publ. part. ſpec. ſect. 2. c. 15. §. 4.

Cap. III.

De
Origine & æquitate Iuris Detractus.

§. 1.

ORiginem Jutis Detractus quod attinet, illam quidem communiter referunt ad temqora *D. Augusti*, qui, cum ob varia bellorum impendia maximis pecuniis opus haberet, reſtaurandi & adaugendi ærarii militatis gratia *Legem* tuliſſe fertur *Papiam*, quæ diverſa continebat Capita; Interque ea erat, *Primum*, ut ſiquis extraneus hæres inſtitutus fuiſſet, is priusquam hæreditatem adiret, viceſimam partem fiſco impendere teneretur, à qua tamen lege filii & proximiores hæredes erant exempti, teſte Dion. Caſſ. *Hiſtor. Lib. 15. Alterum*, ut ſi hæres inſtitutus vivente teſtatore, vel ante aditam hæreditatem, deceſſiſſet, fiſco bona addicerentur. *Tertium*, ut, de eo quod vir uxori vel uxor viro legaſſet, decima pars fiſce attribueretur, ſi filios non haberent Andr. Alciat. *Diſpunct. Lib. 3. Cap. 6.* cui addunt leges quas idem Imp. Auguſtus de maritandis ordinibus tulit, quibus eos qui poſt annum quintum & vigeſimum uxorem non duxiſſent; aut duxiſſent quidem, ſed liberos non procreaſſent, hæreditatum quas creviſſent, & legatorum quæ ſibi relicta eſſent partem caducam in fiſcum inferre cogebat; Quam ob rem ſummam Auguſti prudentiam pluribus laudat Bodinus *de Republica lib. 6.* pag. (661.) 1034. ſed *primum* ſaltem hujus conſtitutionis Imperatoriæ caput noſtrum tangit ſcopum, quemadmodum alias etiam ſimilium fere

jurium

jurium vestigia legere licet in *L. 2. §. 44. de O. I.* ubi dicit, quod *Ofilius*, qui in equestri ordine perseveraverit & Cæsari familiarissimus fuerit, de *Legibus vicensima* (vicesimæ) primus scripserit, quem, teste Godofred. *in not. ibid.* sequutus est Æmilius Macer. jung. *tot. tit. C. Quando & quibus quarta pars L. nn. C. Non licere habitator. metrocom. L. fin C. de Edict. Div. Hadr.* toll. Jul. Cæs. Bulenberger *de tribus. Pop. Rom. cap. 21. & 27.*

II. Etsi autem magna hæc inter jura sit conformitas & similitudo, ita ut nonnulli arbitrentur, vicesimam istam ansam præbuisse, qua hæc nostra decima vel potius jus detractus in Germania fuerit introductum; tantum tamen abest ut hic origo ejus possit quæri, quantò clarius constat vicessimam istam posteriobus LLbus, (num bene aut male fuerit factum judicio aliorum relinquimus) rursus fuisse abrogatam & jam tempore D. Justiniani in consuetudinem abiisse per *d. L. fin. C. de Edict. D. Hadr. toll.* Quod autem semel abrogatum est in totum, id ut rursus valeat, valorem a se ipso habere nequit, sed ab alio, qui priorem statum restituere potest, pedi debet: nec statim illud quod mihi occassionem aliquid faciendi præbet, etiam origo rei faciendæ vel postmodum factæ dici potest, uti communiter loqui amant DD.

Anhang
ADAMI CORTREJI
Observata ad Instrumenti Pacis Westphalicæ Art. 11. §. 2.
Ex Autographo edita

ARTICULI XI. §. Teneatur item. 3.

Argumentum

DE Manutentione Comitis à Tattenbach in possessione Comitatus Rheinstein, deque Investitura ab Archi-Duce Austriæ Leopoldo Gvilielmo, ut Episcopo qvondam Halberstadiensi, consensu Capituli facta, ab Electore Brandenburgico ut Principatus Halberstadiensis Domino Hereditario renovanda; Deque controversiâ inter Potentissimam Domum Brandenburgicam & Serenissimam Dominum Brunsvico-Lunæburgicam, Lineâ Tattenbachianâ exstinctâ, subortâ & adhuc pendente.

Tenor Instrumenti Pacis,

Teneatur item Dominus Elector Comitem a Tattenbach in possessione Comitatus Rheinstein conservare, Eidemque Investituram a Domino Archi-Duce de consensu Capituli concessam renovare.

Synopsis Observatorum.

(1.) Exspectativam Comitatus Rheinstein, Prosapiâ Comitum ad ultima properante, obtinet Dux Brunovicensis Julius â Filio Henrico Julio Halberstadiensium Episcopo suffragante Capitulo Anno MDLXXXIII. unà cum reali Investiturâ in eventum futuræ consolidationis. (2.) Comitatum Rheinstein multis seculis ab Episcopatu Halberstadiensi, ut Feudum recognoverunt Comites Rheinsteinenses. (3) Tenor Investituræ. (4) Post obitum Ducis Brunovicensis Julii Filius Ejus Henricus Iulius, qui Patrem defunctum Comitatu infeudaverat, Investituram Ejus, priori omninò conformem, â Capitulo Halberstadiensi accipit. (5) Lineâ Rheinsteinensis, morte Comitis Johannis Ernesti Anno MDXCIX exspirat. (6) Investituram Comitatus putam à Capitulo Halberstadiensi Anno MDC. Brunovicensium Dux Henricus Julius impetrat. (7) Post Ejus ex hâc vitâ decessum Comitatu Rheinsteinensi Anno MDCXVI. ab Episcopo Christiano investitur Dux Brunovicensium Fridericus Ulricus juxta tenorem in Observatis hisce exstantem. (8) Clausula Litteris Exspectativis de Anno MDLXXXIII. in quâ Sernissimæ Domui Brunovicensi Jura, si quà Ipsi in quasdam Comitatus partes competant, reservata, in Investiturâ Episcopi Christiani purâ, perpensis ante Eam omnibus Comitatus partibus, ex certâ scientiâ omissa. (9) Dux Christianus, ut Episcopus Halherstadiensis, Clausulam Reservatoriam in Investiturâ haut prætermisset, si ex hoc actu Domui suæ Gvelpherbytanæ præjudicium inferri nôsset, utpote qui, naturali ductu, majorem rationem habuit Ducatus Hereditarii ac Episcopatus temporarii. (10) Investituræ Episcopi Christiani puræ sigillatim intextæ sunt Sylvæ Forestales ac Lignariæ, qnæ Abbatissa Gandersheimensis Sophia Episcopatui Halberstadiensi Anno M. D. LXXXVII. cessit. (11) Post decessum Ducis Christiani ab Episcopatu Halberstradiensi Comitatu Rheinsteinensi Anno MDXXIV. denuò Dux Brunovicensium investitus est. (12) Serenissima Domus Ducalis Gvelpherbytana Comitatum Rheinsteinensem quinquies ab Episcopatu Halberstadiensi in Feudum obtinuit. (13) Comitatum Rheinsteinensem, cum omnibus Pertinentiis, ad Ducatum Brunsvicensem minimè pertinere, sed esse Feudum Halberstadiense perpetuum Duces Brunovicenses Imperatori Ferdinando II. Electoribus ac statibus Imperii, imò Conventui Superioris Saxoniæ Anno MDCXXVIII. scriptis publicis operosè demonstrant. (14) Dux Brunovicensis Fridericus Ulricus adducit Capitulum Halberstadiense, ut Imperatori Jura Episcopatus, quoad Comitatum Rheinsteinensem, plenè ostendat, &, salvis Juribus vasalliticis Domus Ducalis Brunovicensis, possessionem Comitatus apprehendat. (15) Capitulum desiderio Ducis annuit, & in possessione Comitatûs apprehensâ, sine ullâ contradictione, perstitit, usque Dum Anno

no MDCXXXVI. Archi Dux Austriæ Leopoldus Guilielmus, Imperatoris Ferdinandi. II. Filius, Episcopatum obtineret, & possessionem Comitatus Rheinsteinensis apprehenderet, initio ab antiquâ Comitum Residentiâ facto. (16) Renovationem Investituræ serenissimâ Domo Guelpherbytana haut requirente Anno MDCXLIII. Archi Dux, ut Episcopus, adstipulante Capitulo, Comiti â Tattenbach Wilhelmo Leopoldo Investituram, ob præstita Imperatori servitia, petenti Comitatum Rheinstein in Feudum concedit. (17) Comes, inscio Episcopo & Capitulo, non quidem Comitatum totum sed Pertinentia Ejus in Litteris Exspectativis de Anno MDLXXXIII. expresse, quibus ab Episcopatu Halberstadiensi ante annum infeudatus erat, Anno MDCXLIV. à Serenissimis Ducibus Brunovicensibus in Feudum accipit. (18) Perfidia Comitis, justo Dei judicio, ignominiosâ Familiæ Ejus exstirpatione punita. (19) Comes de viribus Infeudationis Serenissimorum Ducum Brunovicensium desperans, durantibus Pacis Tractatibus, ope Plenipotentiariorum Cæsareanorum, obtinet, ut futurus Dominus Episcopatus Halberstadiensis Hereditarius, Potentissimus Elector Brandenburgicus, Archi Ducis Leopoldi Wilhelmi Investituram renovet, nec minus Duces Brunovicenses ac Lunæburgenses Confirmationem Investituræ â se factæ, & pacti cum Comite initi, obtinent. (20.) Obtigit Investitura non solùm Comiti Wilhelmo Leopoldo sed etiam Heredi Ejus scripto Johanni Erasmo. (21) Elector, post Investituram Comitis Wilhelmi, de Infeudatione Ducum Brunovicensium, ante Pacificationem Osnabrugensem susceptam, certior factus, contra Eam protestatur solenniter, & Comiti, sub privatione Feudi, interdicit, ne quemvis alium ac Electorem pro Domino Comitatus Directo reputet. (22) Jura Comitum à Tattenbach cum Comite Johanne Erasmo, Anno MDCLXIX Mense Decembri, Majestatis reo, indeque capite truncato in Comitatu Rheinsteinensi intereunt. (23) Elector Brandenburgicus Fridericus Guilielmus Magnus, Gloriosissimæ Recordationis, ut Princeps Halberstadiensis, Comitatus possessionem ritè apprehendit. (24) Possessione apprehensâ Elector id denunciat Brunovicensium Duci Rudolpho Augusto, ut, si quid Ipsi circa Comitatus particulas dubii esset, amicè inter se de scrupulo contenderent. (25) Dux, nullâ habitâ denunciationis ratione, Scribam Blanckenburgensem, cum Notario & Testibus, in Comitatum Rheinsteinensem mittit (26) Amanuensis noctù, sub prætextu hospitii quærendi, cauponam vici intrat, glebas tollendo ac festucas è januâ cædendo. (27) Interrogatus à quo, & quò fine missus, respondere negat, indeque à Regimine Halberstadiensi custodiæ traditus, sub spe fore, ut Dux Serenissimus relaxationem Amanuensis quæreret, & in Eum animadverteret. (28) Hic, post habitâ requisitione, Scribam ducentis militibus, de noctu, custodiâ

stodiâ eximit, & Electorales ex fodinis & Sylvis Rheinsteinensibus expellit. (29) Elector ostendit Duci, quàm incongruè invasa sint Loca in Territorio suo, extra controversiam, sita, si quid Duci prætensi Juris esset, aliâ, quàm violentâ, viâ componi posse. (30) Dux replicat, se vim vi, Jure Naturæ ductum, repulisse, & Amanuensem suum â violentâ manu liberâsse. (31) Electori Potentissimo Serenissimi Duces Brunovicenses ac Lunæburgenses, unitâ manu, ostendunt, caussam ad se attinere omnes. (32) Elector Ducum Insignia, pro tuendâ possessione Comitatus affixa, refigi curat. (33) Elector apud Cæsarem de vi Territorio suo illatâ conqueritur. (34) Imperator omnes actus violentos, sub pœnâ in Pacificatione determinatâ, interdicit, & caussam amicâ compositione, aut per modum justi, tractare jubet. (35) Werningerodæ instituitur congressus, Mediatore Electore Saxoniæ. (36) Legatus Saxonicus compromisso Caussam esse terminandam censet. (37) Legati Electorales Brandenburgici compromisso renuunt, eò quod in aprico esset, Duces Brunovicenses Comitatum Rheinsteinensem ab Episcopatu Halberstadiensi quinquies accepisse in Feudum, Agnatis autem Lunæburgensibus nullam planè competere prætensionem, quippe, quod Investituram Comitatus simultaneam ab Episcopo Halberstadiensi quæsitam haut obtinuerint. (38) Prensant Legati Electorales, ut Desideriis Electoris, Duci Brunovicensi expositis, in congressu præsenti satisfaciant Ducales. (39) Hinc Propositio, Duces suos nil egisse iniqui, ablegando milites, possessionis tuendæ caussâ. (40) Castrum Rheinstein, ex mente Dominorum Brunswicensium, fuit nudum, jussu Imperatoris Henrici Aucupis à Ducibus Brunswicensibus extructum, &, Familiâ crescente, à quibusdam Comitibus inhabitatum, quorum Posteri Nomen Comitum Rheinsteinensium assumserunt, ut Linea Blanckenburgensis & Rheinsteinensis constaret differentia. (41) Lineâ Blanckenburgensi ante Rheinsteinensem Anno M. CCC. XLIII. exspirante, Comites Rheinsteinenses, assentibus Dominis Brunovicensibus, deserûere Arcem Rheinstein, & sedem transtulêre Blanckenburgum, utriusque Comitatus Titulo adscito, & sic Comitatum esse unitum. (42) Exspectativam Comitatus Duci Brunovicensi Henrico Julio â Filio Ejus & Capitulo Halberstadiensi Anno M. DLXXXIII. concessam erroribus scatere, ob loca intexta, ad Episcopatum minimè pertinentia. (43) Fidei lapsum ab incendio Blanckenburgensi derivant Domini Brunovicenses. (44) Errores, clausulâ Litteris Exspectativis adjectâ, probare si satagunt Domini Brunovicenses. (45) Lineâ Rheinsteinensi penitus deficiente vindicant Serenissimi Duces Brunsvico-Lunæburgenses, quæ jure consolidationis sibi debere existimant. (46) Sylvarum, quas pro Suis vendicant, nec in Investiturâ de Anno MDLXXXIII. nec Archi Ducis Leopoldi Guilielmi de

de Anno MDCXLIII. fieri mentionem contendunt. (47) Ex Archivis Ducalibus Brunsvico Lunæburgensibus deducere allaborant, Rupem, seu Arcem Rheinsteinensem, cum adjacentibus sylvis, antiquitus fuisse Feuda Brunovicensia, præsertim ex Litteris Feudalibus Comitis Ulrici. (48) Confessio Comitis illius à Comite Tattenbach in Pacto de Anno MDCXLIV repetita. (49) Pactum hoc in Pacificatione Osnabrugensi roboratum, & in Tractatibus Pacis Exeqvutivis Norimbergæ ad effectum deductum. (50) In feudationem Archi Ducis nil præjudicii inferre potuisse Investituræ Ducum Brunovicensium, utpote in antiquiori possessione radicatæ. (51) Facta Agnatorum ex Domo Guelpherbytana, quorum Linea exspirâsset, modernis Ducibus Brunsvico Lunæburgensibus, utpote de Ducatu simultaneè investitis haut esse nociva. (52) Investituræ de Anno MDCXVI. non constare vigorem integrum, nec subscriptionem Ducis Friderici Ulrici manui Ejus esse consentaneam. (53) Replica Dominorum Brandenburgensium, se nec animo nec mente complecti posse, quomodo Serenissimi Duces Brunsvicenses vindicare vellent, quæ Majores Ipsorum ab Episcopatu Halberstadiensi quinquies in Feudum accepissent. (54) Duces Lunæburgenses Anno MDCXXIV. simultaneam Comitatus Investituram studiosè, ast frustrà quæsivisse. (55) Duces Brunovicenses Anno MDCXXVIII. scriptis publicis renunciâsse Comitatui Rheinsteinensi, & nihil hunc cum Terris Brunovicensibus ac Lunæburgensibus habere adfine demonstrâsse, ipsissimis Ipsorum verbis ostenditur. (56) Non esse de præsenti in qvæstione, cujus jussu Castrum Rheinsteinense conditum, nec â quo antiquitùs inhabitatum, nec utrum Comitatui Blanckenburgico olim fuerit incorporatum, Sed in quo statu fuerit, Lineâ Tattenbachensi exstinctâ. (57) Comitatum Rheinsteinensem tempore truncati ultimi Comitis â Tattenbach, fuisse Feudum Halberstadiense, sine rubore neminem diffiteri posse. (58.) Separatos fuisse ab antiquo Comitatus Rheinsteinensem ac Blanckenburgensem, & hodienum separatos esse, docetur ex Recessibus Imperii & propriâ Ducum Brunovicensium confessione. (59) Investituram Ducis Christiani de Anno MDCXVI. ad statum pervenisse integrum & subscriptionem Ducis Friderici Ulrici esse intemeratam, ex eo patescere, quòd Duces Lunæburgenses eam approbaverint, & simultaneam Investiruram Rerum Infeudatarum quæsiverint. (60) Agnovisse omnes Serenissimos Duces Brunsvico-Lunæburgenses Deductionem de Anno MDCXXVIII. in quâ confessi, Comitatum Rheinsteinensem non pertinere ad Dictiones Brunovico-Lunæburgenses, propriis Illorum scriptis demonstratur, (61) Duces Brunsvicenses ac Lunæburgenses, ut successores Universales in Rebus Feudalibus æquè ac Allodialibus Agnatorum facta præstare teneri. (62) Diluuntur, quæ contra Designationem Bo-

norum Feudalium Comitis Ulrici objiciunt Domini Brunſvicenſes ac Lunæburgenſes. (63) De valore Litterarum Inveſtituræ de Anno MDLXXXIII. non amplius eſſe diſceptandum, eò quòd Domini Duces Lunæburgenſes, quærendo ſimultaneam Inveſtituram, Infeudationem Epiſcopi Chriſtiani de Anno MDCXVI. approbaverint. (64) Sylvas, aliaque Loca, nec in Litteris Inveſtituræ Anno MDLXXXIII. nec Archi Ducis Leopoldi Guilielmi expreſſas, Infeudationis Documento Epiſcopi Chriſtiani eſſe partim intextas, partim Dotalitii loco, ab Epiſcopo Halberſtadienſi confirmati, Comiti Ulrico aſſignatas. (65) Nominato Comitatu Rheinſteinenſi toto, nominatum quoque eſt Caſtrum ſub Comitatu complexum. (66) Documenta à Dominis Brunovicenſibus ac Lunæburgenſibus adducta nil facere contra Inveſtituras, â Majoribus pro validis declaratas, & contra Pacificationem Osnabrugenſem, utpote Legem Imperii Fundamentalem, etiamſi omni carerent vitio. (67) Conciliatio Articuli XIII. §. 10. cum Artic. XI. §. 3. Pacificationis Oſnabrugenſis. (68) Pactum Ducum Brunovicenſium cum Comite Tattenbach clauſulam, Salvo Jure Epiſcopatus Halberſtadienſis in poſſeſſorio & petitorio expreſſè continet. (69) Nec ad Evictionem ſeſe adſtringere voluerunt Duces. (70) Eliduntur, quæ ex Repartitione in Tractatibus Pacis Exequutivis Norimbergæ Anno. MDCL. objiciuntur. (71) Cauſſa ad Auguſtiſſimum Cameræ Imperialis Judicium delata adhuc pendet, Electore, nunc Rege in poſſeſſione Comitatus perſiſtente. (72) Autor ſine arbitrio expendis.

OBSERVATA

(1) Proſapiâ Comitum Rheinſteinenſium antiquâ ad legitima vitæ propendente, Sereniſſimus Dux Brunſvicenſi Julius à Filio ſuo Henrico Julio Epiſcopo Halberſtadienſi, ſuffragante Capitulo, Anno MD.LXXXIII. Expectativam id Comitatum Rheinſtein quem multis inde ſeculis ab Epiſcopatu Halberſtadienſi, ut Feudum, recognoverant Comites Rheinſteinenſes, ſimul & realem Inveſtituram, in eventum futuræ conſolidationis, obtinebat. Tenor ejus hic eſt. Von GOTTES Gnaden wir Heinrich Julius Poſtulirter Biſchoff zu Halberſtad / Adminiſtrator des Stiffts Minden / Hertzog zu Braunſchweig und Lüneburg ꝛc. Thun kund und bekennen hiemit für uns und unſere Nachkommen an dem Stifft Halberſtad / daß wir aus zeitigem gehabten Rath und gutem Wiſſen und Vorbetrachtung mit Conſens und Verwilligung der Ehrwürdigen und Ehrenveſten unſer lieben andächtigen / Hrn / Thum Dechanten Senior und Capitul-Gemeinde unſer Biſchofflichen Kirchen zu Halberſtad / den Hochgebornen Fürſten Herren Julium Hertzogen zu Braunſchweig und Lüneburg ꝛc. Unſern freundlichen lieben Herren Vater und Gevattern / und ſeiner Lieb-

Liebden Männliche Leibes Lehens-Erben/ um Sr. Liebden uns und unserm Stifft/ auch Thum Capitul zu Halberstad in viel wege erzeigter vätterlicher und gnädiger Hülffe/ Gunst und ersprießlicher Beförderung willen/ so seine Liebden uns und unserem Stifft auch fürter wohl thun/ erzeigen und leisten können/ sollen und mögen/ mit der wohlgebornen unser lieben getreuen Graffen Bothens/ und seiner jungen Vettern/ Graffen Ernsts wohl löblicher Gedächtnus Söhnen/ Graff Ernsten und Graff Martin/ aller Graffen und Herren zu Rheinstein/ auch allen und jeden ihren Ein- und Zubehörungen/ nichts ausgeschlossen/ beantwortet/ auch zu gesamter Hand realiter investiret und beliehen haben/ Beantwarten investiren realiter und beleihen Sr. Liebden und dero Mitbemeldeten damit zu gesamter Hand/ wir antwartungs/ realis Investituræ auch gesamten Mann Lehns-Recht weise/ Herkommen und Gewohnheit ist/ in Krafft und Macht dieses unsers Brieses für uns und alle unsere Nachkommen am Stifft Halberstad/ auch in bester und beständigster Form/ wie solches von Recht und Gewohnheit wegen/ am bündigsten und kräfftigsten immer geschehen kan/ soll und mag/ mit allen und jeden nachgesetzten Stücken; als nemlich der Graffschafft Rheinstein/ mit aller ihrer Ein- und Zubehörungen/ wie einer Graffschafft eigenet und zustehet/ keinerley weise ausgeschlossen/ mit den Dörffern/ Zehenden/ und/ wie hernach folget/ mit den Bergwercken/ und allerley Metall gesucht und ungesucht/ nichts ausgeschlossen/ item mit nachfolgenden Dörffern/ nemlich/ Westerhausen; Warnstad/ Wedersleben/ Thal/ etwa genand Rheinsted/ und diese obgenannte Dörffer mit Gericht und Recht/ Oberst und Unterst über Halß und Hand/ mit Teichen und Teich-Stäten/ Trifften/ Weyden/ Waßern/ Waßerläuffen mit den Mühlen in- und für denselben Dörffern mit aller ihrer Ein- und Zubehörunge/ keine ausgeschlossen/ und mit allen anderen Gerechtigkeiten und Dörffern/ besetzet und unbesetzet/ deren Nahmen nicht ausgedrucket und zu der Graffschafft von Rheinstein gehörig/ mit allen und jeden geistlichen Ritter- und Affter-Lehnen/ item dem Schloß und Burg Westerburg mit Gericht und Recht/ oberst und niederst/ über Halß und Hand/ mit allen Geistlichen/ Ritter- und Affterlehnen/ auch aller seiner Ein- und Zubehörung/ nichts ausgeschlossen/ auch die Bergwercken/ wie berühret/ item dem Dorffe Röersheim auch mit allen Rechten/ wie die fürgewandten Dörffer/ nichts ausgeschlossen/ item den Dörffern Deteleben/ Dingelstad und Dersem/ was wir des in den Dörffern

 haben/

haben / mit Gericht und Recht / wie vorberühret / item den Dörffern Redeben / Grossen und Kleinen Uxlingen / Rettorff / Sommeringen / Wolckenstad / Seedorff / Benungendorff / Obern Renßdorff / und die- diese obenverzeichnete Oehrter alle mit Gerichten und Rechten über Halß und Hand / oberst und niederst / mit Acker / Wiesen / Zinßen / Diensten und allen anderen Gerechtigkeiten / wie die anderen vorge- nanten Westerhausen und Warnstad / nichts ausgeschlossen / item dem Dorff Aderstedt / auch mit Gericht und Recht über Halß und Hand mit dem Kirch-Lehen / und allen anderen Affter-Lehnen nichts ausge- schlossen / wie die Spiegel solches von der Herrschafft zu Lehen getra- gen / item den Gehöltzen allenthalben am Huje und Fallstein / auch mit Gericht und Recht über Halß und Hand nichts ausgeschlossen / mit der grossen Kohling / dem Steinberg rc. Groß und klein Holtzmarckt / mit allen anderen Gehöltzen die wir darum lang und fürter verlehnet / item den Zehenden zu Mertdorff / den zehenden zu Badenbreck / den Zehenden zu Luitzke für Blanckenburg / den Zehenden zu Westerhau- sen / den Zehenden zu Warnstad / den Zehenden zu Wedersleben / den Zehenden zu Thal / den Zehend zu Hatzensted / den Zehenden zu Wiegenrode / den Zehenden zu Eggerderoda / den Zehenden zu He- deroda den Zehenden zu Elbingeroda / den Zehenden zu Haselfelde / den Zehenden zum Stiege / den Zehenden zu Allerderoda / den Zehen- den zu Heimker / den Zehenden zu Goldarff / den Zehenden zu Heil- dorff / den zehenden zu Greßdorff / den Zehenden zu Latken Dietfurt / den Zehenden zu Dumesleben / den Zehenden zu Schlangensted / den Zehenden zu Wolffersted den zehenden zu Krottorff / den Zehenden zu Schwannbeck / den Zehenden zu Neuedorff zwischen Weggeleben und Nienhagen / item allen Güthern zu Weltheim und den Zehenden daselbst / die fürter von dem Grafen verliehen seynd / den Zehenden zum Nienhagen / den Zehenden zu Wybi / den Zehenden zu Hetters- leben / den Zehenden zu Altensted für dem Huje / den Zehenden zu Treiben / den Zehenden zu Egelin / den zehenden zu Germersleben / den Zehenden zu Dreste / den Zehenden zu Fördersted / den Zehenden zu Supplingen / den Zehenden zu Kroppensted / den Zehenden zu Ertzlerfelde / den Zehenden zu Redebar / den Zehenden zu Achsted / den Zehenden zu Schaaffsted / den zehenden zu Adersleben / den Ze- henden zu Rimmick / den Zehenden zu grossen Rodensleben / den Ze- henden zu Rickersleben / den Zehenden zu Quermike / den Zehenden zu Falckensted / den Zehenden zu Gadenroden / den Zehenden zu Stei- nem /

nem / den Zehenden zu Neundorff bey Schwenbeck / den Zehenden über drey Hufern Laudes zu Quensted / den Zehenden zu Archsleben unter Heimburg den Zehenden zu Helxede / über die von Worthausen den Zehenden zu grossen Sulde / den Zehenden zu Oldenroden / den Zehenden zu Allendorff / den Zehenden zu Kebeling / den Zehenden zu Eggersdorff / den Zehenden zu Lüdersdorff / den Zehenden zu Ischersted / den Zehenden zu Aschersleben / item Sechszehen Schock-Zehenden zu Brumsted / den Zehenden zu Wilßleben / den Zehenden Ambßdorff / den Zehenden zu Gittelden / den Zehen zu Queroden / den Zehenden zu Vilroden / den Zehenden zu Marßfeld / den Zehenden zu Ellingerode / den Zehenden zu Herckeroda / den Zehenden zu Volmeroda / den Zehenden zu Erckersleben / den Zehenden zu Harxeln / den Zehenden zu Quetewenden / den Zehenden zu Albested / den Zehenden zu Zollingen bey Ballensted / den Zehenden zu Scheidorff bey Nadesleben / den Zehenden zu Himzigenroden / den Zehenden zu Uxlingen / den Zehenden zu Achtenshagen / den Zehenden zu Neptingeroden / item der Voigtey über Sieben Hufen Landes zu Seinensleben / den Zehenden zu Eigernfelde über Quedlinburg / den Zehenden zu Hedenburg / den Zehenden zu Aldenburg / den Zehenden zu Seehausen / den Zehenden zu Nerberg / den Zehenden zu Hodal / den Zehenden zu Pabstdorff / den Zehenden zu Langelde / den Zehenden zu Falckensted / den Zehenden zu Harmersdorff / den Zehenden zu Walckensted / den Zehen zu Niengadenhausen / den Zehenden zu Schmerthausen / den Zehenden zu alten Dietfurt / den Zehenden zu Arxesleben / den Zehenden zu grossen und kleinen Börmicken / den Zehend zu Kattelden / den Zehenden zu Rincken / den Zehenden zu Momichedorff für Grüningen / den Zehenden zu Lütgen Schippsted über Wasser / den Zehenden zu Saldersleben / den Zehend zu Zilling und Hedebe / alle freye Ritter-Lehen / die von der Herrschafft Rheinstein zu Lehen gehen / item fünff und Sechzig Malter an Acker zu Hedeben an fünff und zwantzig Hufen Landes / den Zehenden zu Darsem / den Zehenden zu Netdorff / den Zehenden zu Lusingen / den Zehenden zu Benningendorff / den Zehenden zu Wettaborn / den Zehenden zu Könningerode / den Zehenden zu Kattel / den Zehenden zu Ertzfelde und Bachtenfelde / den Zehend zu Heiniken / den Zehend über Dreyroden / über Darsem / den Zehend zu Sotz / den Zehenden zu Niebreßdorff / den Zehenden zu Hatzkerode / den Zehend zu Ballingerode / den Zehend in lan-

gen und kurtzen Roden zwischen Quedlinburg und Neunsted/ den Zehenden zu Kleid/ den Zehenden zu Hartzdorff/ den Zehenden zu Endorff/ den Zehenden zu Hadenberg/ den Zehenden zu Obervetzleben/ den Zehenden zu kleinen oder Lütken Soldersleben im Felde und Dorffe/ den Zehenden zu Lütken Ditfort/ den Zehenden zu Drondorff bey Freickleben/ den Zehenden zu Aßmersleben/ den Zehenden zu langen und kurtzen Roden zwischen Quedlinburg und Wegeleben/ item zweyen Hufen Landes zu Geversleben/ zweyen Hufen Landes zu Lohrn/ der Voigtey zu Dippingerode/ der Voigtey zu Hakensted/ der Voigtey über die Marck zu Alversleben/ der Mühlen zu Zillingen und einer Hufen Landes/ zweyen Hufen Landes zu Haßler/ den Güthern zu Quensted/ zweyen Hufen Landes zu Langelde/ acht Hufen/ und einer Wiesen zu Aebersdorff/ der Voigtey über Sieben Hufen zu Saßberge/ das Holtz zu Grentzleben/ einer Hufen Landes zu Lindele/ item vier Hufen Landes zu Hillingerode/ und einen Morgen/ item anderthalben Hufen Landes zu Schiershofen/ und noch neun Hufen mit einem Baumgarten auch zweyen Holtzblöcken und einer Wiesen/ und noch einem Holtz genant das zinnt/ item einer halben Hufen Landes und drey Morgen zu Adorff/ item zu Lutken Hartzleben so viel Ackers/ der giebet aicht Schilling und fünff Schilling/ item zweyen Hufen Landes auf dem Felde zu Schwansbeck/ item drittehalb Hufen Landes auf dem Felde zu Hartzleben/ item vier Hufen Landes zu Anderbeck/ item drittehalb Hufen zu Wegeleben/ item einen Holtzblock auf dem Saßburg hat vor Zeiten Chr. Ludolph von Sundhausen gehabt/ item den Hoff zu Niendorff für den Brandeschlevischen Holtz mit Acker/ Wiesen Trifften/ Weiden/ Teichen/ Teichstäten und Holtze/ mit Gericht und Recht über Halß und Hand/ nichts ausgeschlossen/ wie jetzunder der von Aßeburg im Gebrauch und Besitz möge haben/ und von der Herrschafft Rheinstein zu Lehen haben/ und mit den Zehenden/ und mit allen und jeglichen Gütern/ so die Grafen von Rheinstein von Rechts wegen von uns und unserm Stifft Halberstad zu Lehen haben/ oder ja billig haben sollen/ und allhier nicht specificiret und mit Nahmen angezeiget seyn; So wir hierin auch etwas zu viel/ daß die Grafen von Rheinstein von andern/ und sonderlich unserm Fürstl. Hause Braunschweig zu Lehen tragen sollen/ gesetzt hätten/das soll ihren Lden. Lden. und uns unschädlich seyn. Wir geben auch hiemit hochgedachtem unsern Herren Vater/ Hertzogen

Julio

Julio zu Braunschweig und Lüneburg ꝛc. und seiner Lden. Männlichen Leibes Lehens-Erben vollkommene Macht und Gewalt / wo sichs / da GOtt für sey / zutrüge / daß wohlgedachter Graff Bothe und obernante seine junge Vettern / Grafen von Rheinstein / oder ihre maanliche Leibes-Lehens-Erben / auch alle und jede derselben Mannes-Erben und Lehnsfolgere nach ihnen über kurtz oder lang / ohne hinterlassene Männliche Lehns Erben verfallen / und also der Gräffliche Mann-Stamm zu Rheinstein gäntzlich abgehen und erlöschen würde / daß alsdann und auf diesen gesetzten Fall hochgedachter unser Herr und Vatter Hertzog Julius zu Braunschweig / Wolffenbüttelischer Linien / so dann zur Zeit seyn wird. gut Fug / Recht / Macht und Gewalt haben / hiermit auch von uns und unseren Nachkommen gemächtiget und befehliget seyn / sich solcher unserer alsdann erledigten / und ihren Lden. Lden. eröffneten und heimgefallenen Rheinsteinischen und Braunschweigischen samt Lehn Stücke als ihrer Lden. Lden. verschriebenen realiter investirten erhaltenen und ins gesamt besitzenden Lehns / sonder einige weitere Ersuchung / Immission oder auch Zusperrung und Verhinderung unser selbst / oder unser Nachkommenden Bischoffe am Stifft noch auch unsers Thum-Capituls zu zu Halberstadt anzumassen / dieselbe für sich selbst anzugreiffen / und nach bester ihrer L. L. Gelegenheit zu genutzen / zu geniessen und zu gebrauchen. Allermassen die Grafen zu Rheinstein / die bißhero für unsere besondere Lehen von unß / unsern Vorfahren Stifft Halberstad gehabt und getragen / besessen / genutzet und gebrauchet haben / auch jetzo noch inne haben / besitzen / geniessen und gebrauchen / und ferner thun mögen / wie wir sein unsers Herrn Vaters / Hertzogen Julii Liebe und dero mitbemeldte auch hiemit und durch darreichung unsers Barreits / in eine ruhige / würckliche / Possession solcher Rheinsteinischen Lehen-Stücke / jetzo alsdann / und dann als jetzo setzen und gesetzet haben wollen / da seine Lden. und dero Mitbeschriebene auch mit wohlgedachten unsern Lehn Graffen zu Rheinstein zu mehrer Beständigung und Befestigung dieser unser Anwartung / Gedings und Belehnung zur samten Hand auch Investituræ realis weiter einlassen / sich mit ihnen ins gesamte enger und näher zusammen setzen / ihren Liebden auch die jetzigen obernandten Grafen von Rheinstein für sich die würckliche Tradition und Anweisung der gesamten Possession und Eventual-Huldigung der zu der Graffschafft Rheinstein und andern obbemelten Lehn-Stücken gehörigen Landschafft und Unterthanen

terthanen wissentlich und gutes Willens selbst thun und eihräumen / auch hochgedachter unser Herr Vatter / Hertzog Julius zu Braunschweig &c. und seiner L. Lehens-Erben ferner die gesamte Possession und den Besitz an diesen Rheinsteinischen Lehn-Güthern / wie auch die Eventual-Huldigung der dazu gehörigen Landschafft und Unterthanen mit oder ohne Mitwissen und Bewillung der Grafen zu Rheinstein per Jactum lapilli oder in / und durch andere Mittel und Wege / wie das innere seyn mag / nehmen / apprehendiren und ergreiffen würde / das alles sollen und wollen wir und unsere Nachkommende Bischöffe / wie auch nicht weniger das Thum-Capitul zu Halberstad genehm halten / ratificirren / confirmiren und bestätigen. Immassen wir solches auch hiemit / und in Krafft dieses für uns und alle unsere Nachkommen genehm halten / ratificiren / confirmiren und bestätigen / dagegen auch nichts weder in-noch ausserhalb Rechtens thun / fürnehmen / noch anderen Verhengen oder Gestalten / inmaßen wir und unsere Nachkommen dann auch über diese Rheinsteinische Lehen alle / oder auch znm Theil dieser Unser Anwartung und Belehung zu sambter Hand atch reali Investituræ zuwieder / und Hertzogen Julio nnd seiner Liebe Lebens Erben zu Nachtheil / Abbruch und Vorfang / Niemand anders keine weitere Anwartung / Geding / Verbrüderung / Zusammensetzung / oder Belehung / zur gesammten Hand nach realem Investituram geben / bewilligen / zulassen noch einräumen wollen noch sollen; Da auch gleich unsere Vorfahren auf die vorbemelde Reinsteinische Lehenstücke / jemand einiges Gedinges / Anwartung / Verbrüderung / Zusammensetzung und Belehung zur gesamten Hand gegeben und Bewilliget hätten / oder wir und unsere nachkommende Bischöffe auch Thum-Capitul zu Halberstad künfftiglich und noch dato dieses geben würden / wie doch nicht seyn soll / so sollen dieselbe unser Anwartung / Verschreibung rnd Belehnung zur samten Hand / auch reali Investituræ unserm Herrn Vatter / Hertzogen Julio zu Braunschweig und Sr. Lden. Lehens-Erben gegeben / nicht fürgezogen werden / sondern solches alles und jedes insonderheit hiemit Macht loß / genichtiget und gantz und gar tod und ab seyn und bleiben. Wir wollen und unsere Nachkommen sollen auch auf und an diesen unsern Rheinsteinischen Lehn-Stücken weder gantz noch zum Theil hiernechst und noch dato dieses Brieffes in favorem der Graffen zu Rheinstein noch sonsten jemands zu Gnaden und Gunst / hochgedachtem Sambt belehneten Fürsten zu Braunschweig &c. aber zu Nachtheil und Vorfang / auch ohne ihre

Mit-

Mit-Bewilligung, keine Versetzung, Verpfändung, neue Affter-Belehnung, vielweniger Erbliche Verkauffung, oder Verwechßelung, noch einige andere Alienation, Entäußerung und Beschwehrung der Reinsteinischen Lehn-Stücke ohne Mit-Bewilligung der Fürsten zu Braunschweig vor Consentiren, belieben, bewilligen, confirmiren noch bestätigen, oder auch sonsten genehm haben, noch gut heißen und paßiren lassen, sondern solches alles und jedes zu jeder Zeit wiedersprechen, anfechten, vernichtigen, cassiren und aufheben, und, da gleich diesem zugegen in einem oder mehrern gehandelt, auch von Unß und Unseren Nachkommenden Bischoffen und Thum Capitteln zu Halberstad einiger Consens und Bewilligung diesem zuwieder gegeben würde, oder werden wolte, und darbey und über nicht auch vielhochgedachter Fürsten zu Braunschweig ꝛc. ausdrücklicher Schrifftlicher Consens und Mitbewilligung befunden würden, So soll doch solches alles und jedes auch nicht kräfftig, bündig, noch auch Wohlgedachten Grafen zu Rheinstein, oder auch den Pfandträgern, Käuffern, noch sonsten jemand anders fürträglich und fruchtbarlich, sondern gantz nichtig und Machtloß, auch den Samt Belehneten Fürsten zu Braunschweig unabbrüchig, Ihr Lbden Lbden dadurch auch auf alle Fälle, wie GOtt der Allmachtige die schicken mögte, nirgends zu verbunden seyn, noch obligiret und verstricket werden in keine Weise noch Wege. Was aber für dato diesen Unser Samtlichen Belehnung an den Obberührten Gräfflichen Reinsteinischen Lehn-Stücken, Affter-Lehn, auch mit Unserer Vorfahren Unsers Selbst auch Unsers Thum Capituls zu Halberstad, Consens und Verwilligung versetzet und verpfändet gewesen, und noch ist, dasselbe bleibet billig in seinen vollen Würden und Kräfften, soll auch von den Sambt Belehneten Fürsten zu Braunschweig in alle Wege und sonderlich auf dem Fall der Devolution und Eröffnung der Lehen ohne Disputation, In- und Wiederrede festiglich gehalten und verfolget werden; Wir und Unsere Nachkommen sollen und wollen auch dem Viel Hochernanten Fürsten, Hertzog Julio zu Braunschweig, Unserm Herren Vater und S. Lbden Lehens Erben dieser Anwartung und Belehnung zur Gesamten Hand realis Investituræ gegebenen und ferner ergreiffenden und Annehmung würcklicher Possession rechte bekennige Herr und Gewehren seyn, Ihr Lbden Lbden dabey in- und ausserhalb Rechtens vertreten, schützen und handhaben helffen, so offt das an Uns gesuchet wird, Wir auch in Recht zu thun schuldig seyn. Derentgegen hat Hochgedachter Unser Herr Vater, Hertzog Julius zu Braunschweig ꝛc. Uns durch einen von Adel, als Levin von Marenholtz, Seiner Liebe Hoff-Marschalcken, an Sr. Lbden und Eydes stat

 glaub-

glaubwürdig versprochen und zugesaget, daß Seine Liebe wollen, auch Dero Mit Belehnete sollen Uns und Unsern Nachkommenden Bischoffen auch dem Stifft Halberstad getreu und hold seyn, Unser und Unsers Stiffts Halberstad Bestes wissen und Nachtheil wehren, so viel Ihrer Liebe und Ihren Mitbemelten müglich, auch eignen und gebühren wil, daneben auch Uns und unseren Nachkommen die gebürliche Roß-Dienste auf der Grafen zu Rheinstein Fall und Abgang, und gleich Sie unseren Vorfahren und Uns bißhero gethan, und noch thun, durch taugliche darzu substituirte Graffliche oder Adels-Personen thun und leisten, auch so offt diese Lehne zu Fall kommen, denen gebürliche rechte Folge thun, und hierüber Uns Sr. Lbden Revers-Brieff geben. Wie dann wir und unsere Nachkommende Bischoffen, Stifft Halberstad, hiemit obligiret und verbunden, auch schuldig und verpflichtig seyn wollen und sollen, auf jedesmahliges erstes Ersuchen und Anhalten hochgedachten Unsers Herren Vaters und Sr. Lbden Männlichen Lehens-Erben diese unsere Anwartung und Belehnung zur samten Hand und realem Investituram unweigerlich auch ohne alle Ein- und Wiederrede, in bester beständigster Form zu renoviren, zu erneuern auch zu confirmiren und zu bestätigen. Wo auch für den Abfall des gantzen Grafflichen Rheinsteinischen Mann-Stammes von Unserm Herren und Vater und Sr. Lbden bemelten in einem oder mehr Fällen, oder auch keinmahl die Renovation und Erneuerung dieser unser Anwartung realis Investituræ und Samt-Belehnung, bey Uns und unseren Nachkommen gesonnen, gesucht, erhalten und ausbracht, oder auch Wir und unsere nachkommende Bischoffe am Stifft Halberstad die Renovation und Verneuerung dieser unser Belehnung von Bischoffen zu Bischoffen nicht geben würden, oder geben wolten, (welches doch keines Weges seyn, noch verweigert werden soll) So sollen nichts desto weniger, und in einen Weg wie den andern diese unsere Anwartung realis Investitura und Belehnung zu samter Hand für und für in würcklichen Kräfften, auch dadurch ungeschwächet, solche Nichtsuchung der Samt belehneten Fürsten zu Braunschweig, oder auch unsere und unserer Nachkommen Verweigerung und Nichtgebung der Renovation, auch unserm Herren Vater und Sr. Lieb Mit-Beschriebenen an dieser Anwartung, reali Investitura und Samt-Belehnung ohne Nachtheil und gantz unabbrüchig seyn und bleiben, alles getreulich und ohn alle Argelist und Gefährde. Und seynd hiebey als Gezeugen an und über gewesen die Ehrwürdigen und Ehrenvesten, unsere Liebe Andachtigen und Getreue, Ehr Ludowig von Britzke, Thum-Dechant, Ehr Johann von Spitznaß, und Ehr Johann von Harrlingen beede Thum-

herren

herren unserer Bischofflichen Kirchen zu Halberstad, Curt von Schweichelde der Jüngere Unser Hoffmeister, Matthias Bötger, Meyer in unser Stad Halberstad, beederseits Unser Cammer-Rähte, auch Quirinus Dauß, unser Cammer-Secretari. Uhrkundlich haben Wir auch diesen unsern Brieff mit eigenen Händen unterschrieben, und unser Fürstl. Groß Insigel wissendlich daran hangen lassen &c. &c.

Und Wir Ludwig von Britzken Thum-Dechant, Johann von Marenholtz Senior und Gemein Capitul der Bischofflichen Kirchen zu Halberstad, bekennen und uhrkunden für Uns und unsere Nachkommen an diesem selben Brieffe, daß vorgemeldete Anwartung, realis Investitura und Sambtliche Belehnung mehr Hochgedachten Hertzogen Julio zu Braunschweig &c. Unserm Gnädigen Herren, S. F. G. Mannliche Lehns-Erben auf die Graffschafft Rheinstein, und alle obgesetzete Stücke, auch ihre Zubehörungen mit unserm guten Wissen, Willen, Consens und Belieben geschehen sey; Wir geben unsern Consens und Willen auch darzu, und belieben solchen Anwartungs und Lehen-Brieff zur samten Hand, wie auch die realem Investituram in allen und jeden seinen Stücken, Articuln und Puncten, Clausulen, Worten und Inhaltungen, nichts ausgenommen, wie obstehet, für Uns und alle unsere Nachkommen, hiemit und in krafft dieses; Wir wollen und unsere Nachkommen sollen auch dafür seyn, daß solche Anwartung, realis Investitura und Belehnung zur samten Hand für und für, von Uns und unseren Nachkommen vestiglich und unverbrochen gehalten, und sonderlich auch kein Nachkommender Bischoff zu Halberstad von Uns und unsern Nachkömlingen eligiret, postuliret, vielweniger confirmiret, bestätiget und eingeführet werden soll, Er habe dann diese Anwartung und Samt-Belehnung auch realem Investituram neben Uns und unsern Nachkommen am Capitul renoviret, confirmiret und bestätiget, oder je das zu thun in den Pactis Episcopalibus sich vestiglich obligiret, verbunden und verschrieben. Welches auch also von Bischoffen zu Bischoffen für und für zu ewigen Zeiten vestiglich gehalten werden solle, und, wo von Uns und unsern Nachkommen solches gleich nicht geschehe, und verschafft, oder auch von den künfftigen Bischoffen nicht verfolget würde, oder werden wolte (welches doch auch keines Weges seyn, noch geschehen soll) So soll nichts desto weniger diese Anwartung, realis Investitura, und Belehnung zur samten Hand vielhochgedachten Fürsten zu Braunschweig allewege kräfftig und beständig seyn, und seine Vollmacht und Würckung für und für haben und behalten, Wir und unsere Nachkommen auch dagegen nichts thun verhengen oder vornehmen, noch auch von andern gethan zu

werden, verhengen noch gestatten, Alles ohne Argelist und Gefährde. Dessen zu Uhrkund haben wir neben Unsers Gnädigen Herren, des Postulirten Bischoffs Fürstlichen Unser Kirchen Groß Insigel wissendlich an diesen Brieff hangen lassen, und gegeben ist dieser Brieff auf dem Hauße Grüningen den 25ten Maji. Anno 1583.

(4) Quumque Altè Memoratus Dux JULIUS Anno MDXCII. fato concederet, Filius Ipsius Primogenitus HENRICUS JULIUS, qui Patrem defunctum Comitatu infeudaverat, Investituram Ejus priori omnino conformem â Capitulo Halberstadiensi accepit, & quidem hujus tenoris.

Wir Caspar von Kanenberg, Thum-Dechant, Johann von Britzke Senior und Capitul Gemeinde der Bischofflichen Kirchen zu Halberstad ꝛc. Thun kund und bekennen hiermit vor Uns und unsere Nachkommen an bemeldetem Stiffte offenbar, daß nach Absterben weyland des Durchlauchtigen Hochgebornen Fürsten und Herren, Herren Julii, Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg ꝛc. hochseeligst Christmildester Gedächtniß unsers gnädigen Fürsten und Herren; Wir an stat und von wegen Eines Ehrwürdigen Thum-Capituls Seiner Fürstlichen Gnaden vielgeliebten Sohn, Herren Heinrichen Julium Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg ꝛc. Unsern gnädigen Fürsten und Herren, als den Altisten und regierenden Hertzogen zu Braunschweig ꝛc. auch Sr. Fürstl. Gnaden Männliche Leibes Lehens Erben, und, wann deren keine mehr verhanden, alsdann mit Behuff und insamt Seiner Fürstl. Gnaden Freundliche Liebe Brüdere, Herren Philippum Sigismundum, Herren Joachimum Carolum und Herren Julium Augustum, alle Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg ꝛc. um Seiner Hertzogen Julii auch Hertzogen Heinrichen Julii F. F. Gn. Gn. Uns und unserm Stifft Halberstad in viele wege erzeigeter gnädiger Hülffe, Gnad und ersprießlicher Beförderung willen, so J. J. F. F. Gn. Gn. Uns und unserm Stifft gethan, auch fürter wohl thun, erzeigen und leisten können, mit der Wohlgebornen unser Lieben Getreuen Graff Bothens, und seiner Jungen Vettern Graffen Ernsts wohlloblicher Gedachtnis Söhnen Graff Ernsten und Graff Martin, aller Graffen und Herren zu Rheinstein und Blanckenburg von unserm Stifft Halberstad habenden und tragenden Lehn-Gühtern der Graffschafft Rheinstein auch allen und jeden ihren Ein- und Zugehörungen, nichts ausgeschlossen, beanwartet, auch zu gesamter Hand realiter investiret, und beliehen haben, beanwarten, investiren realiter und beleihen Seine Fürstl. Gnaden und Dero Mitbemeldeten damit zu gesamter Hand, wie Anwartungs, realis Investituræ, auch gesamten Mannlehns Recht, Weise, Herkommen und Gewohnheit ist, in Krafft

und

und Macht dieses unsers Brieffes vor Uns und alle unsere Nachkommen am Stifft Halberstad, auch in bester und beständigster Form, wie solches von Rechts und Gewohnheit wegen am bündigsten und kräfftigsten immer geschehen kann, soll und mag, mit allen und jeden nachgesetzten Stücken; Als nemlich der Graffschafft Rheinstein mit aller ihrer Ein- und Zubehörungen, wie einer Graffschafft eigenet und zustehet, keinerley ausgeschlossen mit den Dörffern, Zehenden, und wie hernach folget, mit den Bergwercken und allerley Metall, gesucht und ungesucht, nichts ausgeschlossen, Item mit nachfolgenden Dörffern, nemlichen Westerhausen, Warnstet, Wedersleben, Thal etwa genant Neinstet, und diese oben verzeichnete Dorffer mit Gericht und Recht, Oberst- und unterst, über Halß und Hand, mit Teichen und Teich-Städten, Trifften, Weiden, Wassern, Wasser-Läufften, mit den Mühlen, in- und für denselben Dörffern mit aller ihrer Ein- und Zubehörung, keine ausgeschlossen, und mit allen anderen Gerechtigkeiten und Dorffern besetzet und unbesetzet, derer Nahmen nicht ausgedrucket, und zu der Graffschafft von Rheinstein gehörig, mit allen und jeglichen Geistlichen Ritter- und Affter-Lehnen, Item dem Schloß und Burg Westerburg mit Gericht und Recht, Oberst und Niederst, über Halß und Hand, mit allen Geistlichen, Ritter- und Affter-Lehnen, auch aller seiner Ein- und Zubehörung, nichts ausgeschlossen, auch mit Bergwercken, wie berühret, item dem Dorff Rörsheim, auch mit allen Rechten, wie die fürgenandten Dörffer, nichts ausgeschlossen, item den Dörffern Dedeleben, Dingelstat und Dersem, was wir des in den Dörffern haben mit Gericht und Recht wie vorberührt, item den Dörffern Redeber, Großen und Kleinen Upplingen, Nettorff, Sommeringen, Wolckenstedt, Sehedorff, Bönungendorff, Obern Rohnßdorff, und diese oben verzeichnete Dörffer alle mit Gericht und Recht, über Halß und Hand, Oberst und Niederst, mit Aecker, Wiesen, Zinsen, Diensten und allen anderen Gerechtigkeiten, wie die anderen vorgenandten Dörffer Westerhausen und Warnstedt, nichts ausgeschlossen, item dem Dorffe Aderstedt, auch mit Gericht und Recht über Halß und Hand mit dem Kirch-Lehn und allen andern Affter-Lehnen, nichts ausgeschlossen, wie die Spiegel solches von der Herrschafft zu Lehen getragen, item den Geholtzern allenthalben am Huje und Fallstein, auch mit Gericht und Recht über Halß und Hand nichts ausgeschlossen, mit der großen Kohling, dem Steinberg ꝛc. groß und kleinen Holtzmarck, mit allen andern Gehöltzern, die wir darum lang und fürter verlehnet, item den Zehenden zu Märdorff, den Zehenden zu Badenbeck, den Zehenden zu Lintzke für Blanckenburg, den Zehenden zu We-

sterhausen, den Zehenden zu Warnstet, den Zehenden zu Wedersleben, den Zehenden zu Thal, den Zehenden zu Katzenstedt, den Zehenden zu Wiegenroda, den Zehenden zu Eggerberode, den Zehenden zu Hüllingeroda, den Zehenden zu Hedenroda, dem Zehenden zu Elbingeroda, den Zehenden zu Haselfelde, den Zehenden zum Stiege, den Zehenden zu Allerderoden, den Zehenden zu Heimker, den Zehenden zu Goltorff, den Zehenden zu Hondorff, den Zehenden zu Gerßdorff, den Zehenden zu Lütken Ditfurth, den Zehenden zu Dumesleben, den Zehenden zu Schlanstet, den Zehenden zu Wolfferstet, den Zehenden zu Crottorff, den Zehenden zu Schwanebeck, den Zehenden zu Neindorff zwischen Wegeleben und Nienhagen, item allen Gütern zu Veltheim und den Zehenden daselbst, die fürder von dem Graffen verliehen sind, dem Zehenden zu Nienhagen, dem Zehenden zu Wyby, dem Zehenden zu Hetersleben, dem Zehenden zu Altenstet für dem Huje, den Zehenden zu Treyben, dem Zehenden zu Egeln, dem Zehenden zu Germersleben, dem Zehenden zu Dröste, dem Zehenden zu Förderstedt, dem Zehenden zu Süpplingen, dem Zehenden zu Croppenstedt, dem Zehenden zu Ortzlaffelde, dem Zehenden zu Redebar, dem Zehenden zu Achstedt, dem Zehenden zu Schaffstedt, dem Zehenden zu Adersleben, dem Zehenden zu Rimnick, dem Zehenden zu Großen Rodensleben, dem Zehenden zu Rickersleben, dem Zehenden zu Quarmike, dem Zehenden zu Falckenstet, dem Zehenden zu Gadenroden, dem Zehenden zu Steinem, dem Zehenden zu Neündorff bey Schwabeck, dem Zehenden über drey Hufen Landes zu Quenstat, dem Zehenden zu Archsleben unter Hoinburg, dem Zehenden zu Hölpede über die von Northausen, dem Zehenden zu Großen Silde, dem Zehenden zu Oldenroden, dem Zehenden zu Allendorff, den Zehenden zu Kebeling, den Zehenden zu Eggersdorff, den Zehenden zu Lüdersdorff, dem Zehenden zu Ischerstet, dem Zehenden zu Aschersleben, item Sechtzehen Schock Zehenden zu Brunsted, dem Zehenden zu Wilßleben, dem Zehenden zu Amßdorff, dem Zehenden zu Gittelden, dem Zehenden zu Queroden, dem Zehenden zu Wilroden, dem Zehenden zu Marßfelde, dem Zehenden zu Ellingerode, dem Zehenden zu Harckenrode, dem Zehenden zu Wolmerode, dem Zehenden zu Eckersleben, dem Zehenden zu Harpeln, dem Zehenden zu Quetewenden, dem Zehenden zu Albestat, dem Zehenden zu Zollingen bey Ballenstat, dem Zehenden zu Scheidorff bey Radesleben, dem Zehenden zu Hintzingenroden, den Zehenden zu Uplingen, den Zehenden zu Achtenshagen, den Zehenden zu Reptingeroden, item der Voigtey über sieben Hufen Landes zu Seinensleben, dem Zehenden zu Eigerfelde über Quedlinburg, dem Zehenden zu Hodenburg, dem Zehenden zu Altenburg,

burg, dem Zehenden zu Seehausen, dem Zehenden zu Rörberg, dem Zehenden zu Hodel, dem Zehenden zu Pabstorff, dem Zehenden zu Langelde, dem Zehenden zu Valckenstedt, dem Zehenden zu Harmeßdorff, dem Zehenden zu Walckenstedt, dem Zehenden zu Neu Gadenhausen, dem Zehenden zu Schmerthausen, den Zehenden zu Utzleben, den Zehenden zu Wieghausen, den Zehenden zu Hatten Ditfurt, den Zehenden zu Arxleben, den Zehenden zu Großen und Kleinen Bernicken, den Zehenden zu Hattelde, den Zehenden zu Rincker, dem Zehenden zu Mönichedorff für Grüningen, dem Zehenden zu Lütgen Schiepstet über Wasser, dem Zehenden zu Salдersleben, dem Zehenden zu Zilling und Hedebar, alle freye Ritter-Lehn, die von der Herrschafft Rheinstein zu Lehen gehen *item* Fünf und Sechtzig Malder an Acker zu Hedebar an Fünf und Zwantzig Hufen Landes, dem Zehenden zu Darsen, dem Zehenden zu Nettdorff, dem Zehenden zu Lusingen, dem Zehenden zu Benningendorff, dem Zehenden zu Wetteborn, dem Zehenden zu Könningerode, dem Zehenden zu Kattel, dem Zehenden zu Ertfelde und Bachtenfelde, dem Zehenden zu Heiniker, dem Zehenden über Drey Roden über Darsen, dem Zehenden zu Sortz, dem Zehenden zu Rieberßdorff, dem Zehenden zu Hatzkerode, dem Zehenden zu Ballingeroden, dem Zehenden in Langen und Kurtzen Roden zwischen Quedlinburg und Neinstat, dem Zehenden zu Kleid, dem Zehenden zu Harßdorff, dem Zehenden zu Endorff, dem Zehenden zu Hodenberg, dem Zehenden ofer Desleben, dem Zehenden zu kleinen oder Lütgen Saldersleben im Felde und Dorffe, dem Zehenden zu Lütken Ditfort, dem Zehenden zu Derndorff bey Freickleben, dem Zehenden zu Aßmersleben, dem Zehenden zu Langen und Kurtzen Roden, zwischen Quedlinburg und Wegeleben, *item* zweyen Hufen Landes zu Gepersleben, zweyen Hufen Landes zu Lehra der Voigtey Dippingeroda, der Voigtey zu Hakenstedt, der Voigtey über die Marck zu Alversleben, der Mühlen zu Zilling und einer Hufen Landes, zweyen Hufen Landes zu Hoßler, den Gütern zu Quenstet, zweyen Hufen Landes zu Langelde, acht Hufen und einer Wiesen zu Ebersdorff, der Voigtey über sieben Hufen zu Saßberde, das Holtz zu Granetzleben, Einer Hufen Landes zu Lindede, *item* vier Hufen Landes zu Küllingerode, und einen Morgen, *item* anderthalben Hufen zu Schießhofen, und noch neun Hufen mit einem Baumgarten, auch zweyen Holtzblecken und einer Wiesen, und noch einem Holtz, genant das Zint, *item* Einer halben Hufen Landes und dreyen Morgen zu Aldorff, *item* zu Lütken Harßleben so viel Ackers, der giebet acht Scheffel, und fünff Schilling, *item* zweyen Hufen Landes uf dem Felde zu Schwanenbeck, *item* drittehalb Hufen Landes auf dem

Felde

Felde zu Harßleben, item vier Hufen Landes zu Anderbeck, item drittehalben Hufen zu Wegeleben, item einem Holtzbleck auf dem Saßburge, hat vorzeiten Ehr Ludolff von Sundhausen gehabt, item dem Hoffe zu Niendorff für dem Brandeslevischen Holtz mit Acker, Wiesen, Teichen, Teichstaten und Holtze, mit Gericht und Recht über Halß und Hand, nichts ausgeschlossen, wie jetzunder Der von der Aßeburg in Gebrauch und Besitz müge haben, und von der Herrschafft Rheinstein zu Lehen haben, oder ja billig haben sollen, und alhier nicht specificiret und mit Nahmen angezeiget seyn; So Wir hierin auch etwas zu viel, daß die Graffen von Reinstein von andern, und sonderlich dem Fürstlichen Hause Braunschweig zu Lehen tragen sollen, gesetzet hätten, daß solle Ihren LLden und Uns unschädlich seyn. Wir geben auch hiemit hochgedachtem unserm Herren Vatern, Hertzogen Julio zu Braunschweig und Lüneburg ꝛc. und Seiner Liebden Mannlichen Leibes Lehens-Erben, vollnkommene Macht und Gewalt, wo sichs, da GOtt für sey, zutrüge, daß wohlgedachter Graff Bothe und seine obernandte Junge Vettern Grafen zu Reinstein, oder ihre Mannliche Leibes Lehens-Erben, auch alle und jede derselben Manns-Erben und Lehens-Folgere nach ihnen über kurtz oder lang ohne hinterlassene Männliche Lehens-Erben verfallen, und also der Graffliche Mannstamm zu Reinstein gäntzlich abgehen und erlöschen würde, daß alsdann und auf diesen gesetzten Fall, hochgedachter unser Herr und Vater, Hertzog Julius zu Braunschweig ꝛc. und Seiner Liebden Mannliche Lehens-Erben, und sonderlich der regirende Herr unsers Fürstlichen Hauses Braunschweig, Wolffenbüttelischer Linien, so dann zur Zeit seyn wird, gut Fug, Recht, Macht und Gewalt haben, hiemit auch von Uns und unsern Nachkommen gemächtigt und befehliget seyn sollen, sich solcher Unserer alsdann erledigten, und Ihren Liebden eröffneten und heimgefallenen Rheinsteinischen und Braunschweigischen Samt Lehnstücke, als Ihrer Liebden verschriebenen realiter investirten erhaltenen und in gesamt besitzenden Lehens, sonder einige weitere Ersuchung, Immission oder auch Zusperrung und Verhinderung unser selbst oder unser nachkommenden Bischoffe am Stifft noch auch unsers Thum-Capituls zu Halberstad anzumaßen, Dieselben für sich selbst anzugreiffen, einzunehmen und nach bester Ihrer LLden Gelegenheit zu genutzen, zu geniessen und zu gebrauchen, allermassen die Grafen zu Rheinstein die bißhero für Ihr besonder Lehne von Uns, unsern Vorfahren und Stifft Halberstad gehabt und getragen, besessen, genutzt und gebraucht haben, auch ietzo noch inne haben, besitzen, geniessen und gebrauchen, und ferner thun mögen, wie wir Sein unsers Herren Vaters Julii Liebden und dero

Mitbe-

Mitbemeldete auch hiemit und durch Darreichung unser Barreits in eine ruhige würckliche Possession solcher Rheinsteinischen Lehen-Stücke jetzo als dann, und dann als jetzo setzen und gesetzet haben wollen; Do Seine Liebden und dero Mitbeschriebene auch mit wohlgedachten unsern Lehn-Grafen zu Rheinstein zu mehrer Bestärckung und Befestigung dieser unser Anwartung Gedings und Belehnung zur samten Hand, auch Investituræ realis weiter einlassen, sich mit Ihnen ins samte enger und näher zusammen setzen, Ihren Liebden auch die jetzigen obernandten Grafen zu Rheinstein, oder ihre Erben und künfftige Grafen zu Rheinstein für sich die würckliche Tradition und Anweisung der gesamten Possession und eventual-Huldigung der zu der Graffschafft Rheinstein und andern obbemeldeten Lehn-Stücken gehörigen Landschafft und Unterthanen wissendlich und gutes Willens selbst thun und einräumen auch hochgedachter unser Herr Vater Hertzog Julius zu Braunschweig rc. und Seiner Lieb Lehens-Erben ferner die gesamte Possession und den Besitz an diesen Rheinsteinischen Lehn-Gühtern, wie auch die eventual-Huldigung der darzu gehörigen Landschafft und Unterthanen, mit oder ohne Mitwissen und Bewilligung der Graffen zu Reinstein per jactum lapilli oder in- und durch andere Mittel und Wege, wie das immer seyn und geschehen mag, nehmen, apprehendiren und ergreiffen würde, des alles und jedes sollen und wollen Wir und unsere Nachkommende Bischoffe, wie auch nicht weniger das Thum-Capitul zu Halberstad genehm halten, ratificiren, confirmiren und bestätigen. Immaßen Wir solches auch hiemit und in Krafft dieses, für Uns, und alle unsere Nachkommen, genehm halten, ratificiren, confirmiren und bestätigen, dargegen auch nichts weder in- noch ausserhalb Rechtens thun, fürnehmen, noch andern verhengen oder gestatten, Immassen wir und unsere Nachkommen, dann auch über diese Rheinsteinische Lehen alle, oder auch zum Theil dieser unser Anwartung und Belehnung zur samten Hand, auch reali Investituræ zuwieder und hochgedachten Hertzogen Julio und Seiner Liebden Lehns-Erben zu Nachtheil, Abbruch und Vorfang niemand anders keine weitere Anwartung, Gedinge, Verbrüderung, Zusammensetzung oder Belehnung zur samten Hand, noch realem Investituram geben, bewilligen, zulassen noch einräumen wollen noch sollen. Do auch gleich unser Vorfahren auf die vorbemeldete Rheinsteinische Lehnstücke jemand einiges Geding, Anwartung, Verbrüderung, Zusammensetzung und Belehnung zur gesamten Hand, gegeben und bewilliget hätten, oder Wir und unsere nachkommende Bischoffe, auch Thum-Capitul zu Halberstad künfftiglich und nach dato dieses geben würden, wie doch nicht seyn soll, so sollen dieselben dieser unser

Ooo ooo Anwar-

Anwartung, Verschreibung und Belehnung zur samten Hand auch reali Investiturae unserm Herren Vater, Hertzogen Julio zu Braunschweig, und Seiner Liebden Lehens-Erben gegeben, nicht fürgezogen werden, sondern solches alles und jedes insonderheit hiemit Machtloß, genichtiget, und gantz und gar tod und abe seyn und bleiben. Wir wollen und unsere Nachkommen sollen auch auf und an diesen unsern Rheinsteinischen Lehn-Stücken weder gantz noch zum Theil hiernechst und nach dato dieses Briefes in favorem der Grafen zu Rheinstein noch sonsten jemand zu Gnaden und Gunst, hochgedachten Samt belehnten Fürsten zu Braunschweig etc. aber zu Nachtheil und Vorfang auch ohne ihre Mitbewilligung keine Versetzung, Verpfändung, neue Affter-Belehnung, vielweniger Erbliche Verkauffung oder Wechßelung noch einige andere Alienation, Entäußerung und Beschwerung der Rheinsteinischen Lehen-Stücke, ohne Mitbewilligung der Fürsten zu Braunschweig, verconsentiren, belieben, bewilligen, confirmiren noch bestätigen, oder auch sonsten genehm haben, noch gut heissen und paßiren lassen, sondern solches alles und jedes zu jederzeit wiedersprechen, anfechten, vernichtigen, cassiren und aufheben, Und do gleich diesen zugegen in einem oder mehren gehandelt, auch von Uns und unseren nachkommenden Bischoffen und Thum-Capitul zu Halberstad einiger Consens und Bewilligung diesen zuwieder gegeben würde, oder werden wolte, und dabey und über nicht auch viel hochgedachter Fürsten zu Braunschweig etc. ausdrücklicher Schrifftlicher Consens und Mitbewilligung befunden würde, so soll doch solches alles und jedes auch nicht kräfftig, bündig, noch auch wohlgedachten Graffen zu Rheinstein, oder auch den Pfandträgern, Käuffern, noch sonst jemand anders fürträglich und fruchtbarlich, sondern gantz nichtig und Machtloß, auch den Samt belehneten Fürsten zu Braunschweig unabbrüchig, Ihre LLden dadurch auch auff alle Fälle, wie GOtt der Allmächtige die schicken mögte, nirgends zu verbunden seyn, noch obligiret und verstricket werden in keine Weise noch Wege. Was aber für dato dieser unser samten Belehnung an den obberührten Gräfflichen Rheinsteinischen Lehnstücken, Affter-Lehen, auch mit unserer Vorfahren, unsers Selbst, auch unsers Thum-Capituls zu Halberstad Consens und Verwilligung versetzet und verpfändet gewesen, und noch ist, dasselbe bleibet billig in seinen vollen Würden und Kräfften, soll auch von den Samt Belehnten Fürsten zu Braunschweig in allem Wege und sonderlich auf dem Fall der Devolution und Eröffnung der Lehen ohn alle Disputation In- und Wiederrede festiglich gehalten und verfolget werden, Wir und unsere Nachkommen sollen und wollen auch dem vielhochernahmten Fürsten,

sten, Hertzog Julio zu Braunschweig 2c. unserm Herren Vater, und Seiner Liebden Lehens-Erben dieser Anwartung und Belehnung zur gesamten Hand, realis Investituræ gegebenen und ferner ergreiffenden und Annehmung würcklicher Possession, rechte bekennige Herr und Gewehren seyn, Ihre Liebden dabey inn- und ausserhalb Rechtens vertreten, schützen und handhaben helffen, so offt das an Uns gesuchet wird, wir auch im Recht zu thun schuldig seyn.

(5) Exspirante demum Familiâ Comitum Rheinsteinensium per obitum Co-
(6) mitis JOHANNIS ERNESTI Anno MDXCIX. puram à Capitulo Halberstadiensi Anno MDC. impetravit Investituram HENRICUS JULIUS
(7) Episcopus. Et hoc ad Sedes Cœlestes translato, ab Episcopo Halberstadiensi CHRISTIANO Brunovicensium ac Lunæburgensium Duce Anno MDCXVI. investituram Comitatus Rheinsteinensis FRIDERICUS ULRICUS Dux Brunovicensium quum verò Capitulum advertisset, defunctum Ducem HENRICUM JULIUM quum in vivit esset perniciosa de intervertendo Comitatus Rheinsteinensis Dominio Directo agitâsse consilia Ducem FRIDERICUM ULRICUM investire noluit, prius quàm omnia de Comitatu isto hactenus controversa plenè sint abolita. Conventum itaque de his & aliis difficultatibus est d. XII. Augusti dicti Anni XVI. hoc modo:

Von GOttes Gnaden Wir Philippus Sigismundus postulirter Bischoff der Stiffter Oßnabrügk und Vehrden, Dohm-Probst zu Halberstadt, und von denselben Gnaden Wir Friedrich Ulrich beyde Hertzöge zu Braunschweig und Lüneburg Gevettern, vor uns unsere Lehns-Erben und Nachkommen am Fürstenthumb Braunschweig, Wolffenbüttelscher Lienien; Dann auch Wir Geordnete zum Ausschuß aller dreyer Stände in Fürstenthumb Braunschweig, Wolffenbüttelschen und Calenbergschen Theils hiemit uhrkunden und bekennen, Nachdem ohnlängst durch tödtlichen Hintritt Weyl. des Hochwürdigen Durchleuchtigen Hochgebohrnen Fürsten und Herren, Herren Rudolphs Postulirten Bischoffen zu Halberstadt, Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg Unsers Freundtlichen Lieben Herren Vettern und Bruders, und gnädigen Fürsten und Herrn Hochlöbl. Christmilden Angedenckens, der löbliche Freyer Stifft Halberstadt dem Wohl-Ehrwürdigen und Treu-vesten Ehren Dohm Dechent Senioren und Capitul gemeinder Bischofflichen Kirchen daselbst unsern lieben Andächtigen und Günstigen auch Gnädigen Großgünstigen Herren vermöge algemeiner Geist- und Weldtlicher Rechte, Kreyß und Königlicher Fundation und uhralten unverrückten Herkommens, zu deroselben freyen Administration,

stration, Wahl und Postulation eröffnet und heimb gefallen, dieselbe auch aus sonderbahrer Providenß und Versehung GOttes des Allmächtigen wegen dero zu dem Fürstl. Hause Braunschweig jederzeit gehabten und tragenden guten Affection und Zuneigung, nach gehabten reiffen Rath und vor Betrachtung GOtt dem Allmächtigen zu Lob und Ehren, Erhaltung ruhesahmen gedeylichen Frieds, algemeinen Wohlfahrts und zu sondern Zier und Ehren erst hochermeldeten unsers Fürstl. Hauses, den Durchläuchtigen Hochgebohrnen Fürsten und Herren, Herren Christianum Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg unsern auch freundtlichen Lieben Herren Vettern und Brudern, auch gnädigen Fürsten und Herren zu ihren Bischoff communi consensu & consilio zu Recht bestimbter Zeit und uhralten wohl continuirten Herkommen nach, Inhalts darob verfertigten und gebührlichen insinuirten Decreti Capitularis postuliret gesetzet und erhoben, Als haben wir Uns mit wollgemeldten Dohm-Capitul auf nach beschriebene Puncten folgender massen vergleichen, zum Theil für und anstadt des postulati, theils für Uns selbst Fürst-Adelich, und zum verbündtlichsten obligiret zugesaget und versprochen, vor Uns, unsere Lehns-Erben und Nachkommen bey unsern Fürst- und Adelichen Ehren Würden Treuwen und Glauben daß Wir:

1.) Fürs Erste sambt und sonders daran sein befodern und schaffen wollen, daß gemelter Postulatus, wann derselbe das Achtzehende Jahr Alters, völlig compliret zur Administration und Verwaltung des Stiffts eingeführet, dabevor aber S. Lbde und Fürstliche Gnaden die von Einen Wohl-Ehrwürdigen Dohm-Capitul abfassende und begriffene Pacta Recess und Capitulation, laut dero mit unsern geliebten Herren Brudern und Vatern, auch Gnädigen Fürsten und Herren hochsehl. Gedächtnuß verrückter Jahr getroffen, und aufgerichteter Capitulation, Recessen, Reversen nnd wie es in andern benachbahrten Reformirten Stifftern Magdeburg und sonsten gebräuchlich, ohne einige Disputation und Wiederrede, wie die Nahmen haben mögen, vollenziehen sigeln und mit einen Cörperlichen Eyde confirmiren und beteuren, Im Fall aber Seine Liebden und Fürstliche Gnaden sich in ein- oder andere Wege, dessen verweigern, und uff was maße solches geschehe, wiedrigen bezeigen würden, daß alsdann obgedachte ergangene postulatio, durch solch unverhoffendes nichthalten und verweigern ipso facto resolviret erloschen, dann als itzo und ietzo alsdann von Unwürden und Unkräfften sein und bleiben, wohl gemeldetes Dohm-Capitul auch Fug und Macht haben, ohn Eintrag und Verhinderung des Hauses Braunschweig aus einen anderen Chur- oder Fürstlichen Stamb, auch sonsten

sten woher sie wollen, einen andern Bischoff zu erwehlen und zu postuliren, mit dieser ausdrücklichen und beyderseits beliebten Bedingknus und reservation daß diese postulatio dem alten Keyserlichen Freyen Stifft anhabenden Privilegien Hoch- und Freyheiten ohnschädtlich, auch in künfftigen quocunque modo sich zutragenden Vacantien freyer Wahl und Postulation keinesweges hinderlich und nachtheilig seyn,

2.) Dann auch vors andere zumahl die bevörige in annis Eintausend Fünffhundert vier und achtzig, Eintausendt Fünffhundert drey und neunzig, Ein tausendt Fünffhundert neun und neuntzig, und sonsten beschehene promissiones de postulando, durch die, von diesem ergangene Wahl und Postulation Herren Henrici Caroli, und nachgehens Herren Rudolffs beyder Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburgk, Christmilden Angedenckens, erfüllet allgäntzlich cassiret todt und abe seyn, inmassen dann auch damahls nach beschehener Insinuation des Decreti Postulationis Henrici Caroli, wir offt wohl gemeldten Dohm-Capitul die Originalien sothaner pollicitationum de postulando hinwieder tradiret, zugestellt und ausgeantwortet haben, daß Wir und unsere Nachkommen an unsern Fürstlichen Hause Braunschweig, Uns solcher erfülleter und cassirter Promissionen gegen Ein Wohl-Ehrwürdig Dohm-Capitul und deren Successoren in Ewigkeit nicht gebrauchen, noch in vorfallenden Vacantien in einigerley Wege anziehen und urgiren wollen.

3.) Do beneben und vors Dritte zu Seiner Liebden und Fürstlichen Gnaden Annehm- und Verwaltung des Stiffts bey Röm. Keys. Majest. Unsern Allergnädigsten Herren auf Ihrer des Dohm-Capituls Nebenschreiben Indult und Dispensation ausbringen, und viel woll gemeldten Dohm-Capitul auffs ehist einschaffen.

4.) Vors virte von Uns und aus unsern Fürstl. Hause Braunschweig der Stifft Ein Wohl-Ehrwürdiges Dohm-Capitul Stände und Unterthanen, wegen dieser Postulation gegen Manniglich auf unsern Kosten und Darlage schadeloß gehalten, und daferne dem Postulato dieserwegen einige Wiederwertigkeit Schade und Nachtheil, in was wegen das geschehen möchte, zugezogen, oder auch dessen entsatzt würde, das Dohm-Capitul zu nichts verbunden seyn,

5.) Demnach auch fürs fünffte, bey Lebzeiten unsers gnädigen und vielgeliebten Herren Brudern, Vaters und gnädigen Fürsten und Herren, Christmilder Gedechtnüß, die löbl. Reformation dieses Stiffts aus allerhandt hochbewegenden Uhrsachen fürgenommen und durch GOttes gnädige Hülffe und Verleihung introduciret und eingeführet worden; Als

verpflichten Wir uns hiermit kräfftiglichen diesen einmahl Reformirten Stifft, und desselben Persohnen bey solcher Christlichen Reformation und dazu gehörigen und eingeführten Mitteln, wie dieselbe beschaffen und was Nahmen sie auch haben möchten gegen allerhandt wiedrige heimliche und offenliche Beginnen jedesmahls wann wir darumb angelanget werden Fürstlichen zu defendiren schützen und zu vertredten, auch den Postulatum so bald derselbe zu seiner in künfftigen (gebe GOtt) glücklichen Residentz schreiten und gelangen wird, dahin anzuhalten daß Seine Liebden und Fürstliche Gnaden dis alles gleichfals mit belieben so wohl ratificiren und bekräfftigen.

6.) Fürs Sechste, Des Postulati Hoff-Haltung, mit Recht und Vorwissen des Dohm-Capituls, anstellen und deromaßen anordnen, damit dem Stifft keine Beschwerung auffwachsen zu maßen dann ein Wohl-Ehrwürdig Dohm-Capitul, so wenig als die Landtstände sothane, und derogleichen fort mehre gemachte Schulden, abzutragen, keines weges verpflichtet und unverbunden seyn,

7.) Fürs Siebende wegen der Grentz, Jurisdiction und anderer Sachen zwischen dem Stifft und Fürstenthum albereit oder in künfftig vorfallener Differentien, keine Thätlichkeit gegen einander vornehmen sondern erstl. durch schreiben oder beschicken beyzulegen versuchen zu Entstehung aber durch beyderseits geordnete friedliebende Commissarien in Handelung ziehen und zu gut und schiedtlicher Richtigkeit befoderen, ein Theil auch dem andern in keinerley wege beschwerlich seyn;

8.) Vors Achte damit auch der Stifft aus obliegenden und von Einem Wohl-Ehrwürdigen Dohm-Capitul verconsentirten und zu bezahlen uff sich genommen: und verwilligten dranckflichen Schulden, gelangen und erleichtert werden möge, Sr. Lbden und Fürstl. Gnaden die Introduction und Einführung zur Stiffs-Administration und Verwaltungs nicht suchen oder begehren Dieselbe habe dann als obgesatzt das Achtzehnde Jahr Ihres Alters völlig compliret, der Stifft von Schulden erfreuet und was inzwischen von Einen Wohl-Ehrwürdigen Dohm-Capitul in Regierungs- und andern Sachen gehandelt, verordnet, verschrieben, eingenommen und ausgeben, vermöge der Capitulation beliebet und ratificiret, wie dann auch S. Lbden und Fürstliche Gnaden zumahl dieselbe absonderlich An- und Zulage aus J. Liebden und Fürstl. Gn. Erb-Ländern und Fürstl. zu unterhalten dem Stifft allein unerträglich, ein gewisses allejährlich dahero zugewendet, ausgefolget und eingeliefert werden,

9.) Vors

9.) Vors Neunte. Die Appellation, Directum Dominium, Superiorität, und was denen allerseits anhengig, in der Herr- und Graffschafften Rein- und Hohenstein respective Lohra Clettenbergk und Walckenriedt, dem Stifft Halberstadt, wie es bey Zeiten der Herren Churfürsten zu Sachsen, Graffen und Abten gewesen und gehalten ist, verbleiben, und von Einen Wohl-Ehrwürdigen Dohm-Capitul, denen daselbst geist- und weldtlichen Administratorn, Officialen Ständen und Unterthanen, solches notificiret, an gebührende Ohrten publiciret, auch hinführo die Belehnung und Reverse nach denen jetzigen begriffenen Vergleich und Verfassung dirigiret und observiret werden ꝛc. Der Corveysche Consens auch von Uns Hertzog Friedrich Ulrichen ꝛc. ohnverlangt so bald ein neuer Abt erwehlet ausgebracht und eingeschafft, und der Stifft und Ein Wohl-Ehrwürdig Dohm-Capitul, so wohl auch deroselben Vasalli an ihren Lehn-Gütern und Rechten nicht gehindert werden,

10.) Fürs Zehende: Die Holtzflöße uff der Bode durch die Graffschafft Reinstein und andere unsere Fürstl. Braunschweigische Gebiete, neben uns ein Wohl-Ehrwürdig Dohm-Capitul, jedoch daß dadurch so viel als müglich unsere und unser beyderseits Unterthanen Schade verhütet, zugelassen und verstadtet, die Straßen und Commercia, niemanden versperret, Zoll und Wege-Geldt gegen das Stifft Unterthanen nicht erhöhet und gesteigert, und daferne durch Kriegeswesen oder andere von Uns und unsern Fürstl. Hause Braunschweig herrührende Unruhe durch unser Volck der Stifft Halberstadt oder dessen Unterthanen, Schaden Nachtheil und Verderb, an Haab Gütern und Leuten leiden und nehmen würden, wir solchen Schaden stehn gelten und erstatten sollen und wollen.

Obgesatzte Puncte und Articul verpflichten und versprechen Wir uns nochmahls sambt und sonderlich bey Fürstlichen Ehren Würden stett nechst und in allen ihren Begreiffungen unverbrüchlichen zu halten,

Renunciiren verzeihen und begeben Uns darauf aller und jeder Beneficien und Wohlthaten gemeiner beschriebener geist- und weldtlicher Rechte auch in specie aller Keyser- und Königlicher Privilegien Rescripten Indulten und Begnadungen Uns nicht allein als Fürsten des Heil. Römis. Reichs vor Uns als Bürgen Assecuranten Promitten und Contrahenten sondern auch ex personâ & minorennitate postulati zu stadten kommen möchten Insonderheit das Beneficium restitutionis in integrum majoribus vel minoribus competentis rei inter alios vel minus solemniter gestè cujus cunque læsionis & quod renunciatio generalis non valeat absque enumeratione specialium & quod ad similia vel majora expressis & quibus quis in specie admonitus non renun-

renunciasset non extendatur und aller andern wie die Nahmen haben mögen die wir sambt und sonders nichts überall ausgeschlossen als ob sie in specie angezogen haben und halten wollen, also daß hierunter nichts als Fürstl. auffrichtige Treuw und Glauben gelten und in Acht genommen werden soll, Getreuwlich und sonder Gefehrde.

Uhrkundtlich haben Wir Philippus Sigißmundus Postulirter Bischoff der Stiffte Oßnabrügk und Vehrden Dohm-Probst zu Halderstadt und Wir Friedrich Ulrich beyde Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg wie auch Wir zum Ausschuß Geordnete sambt und sonders diese unsere Assecuration Obligation Constitutum und Zusage mit eigener Hand unterschreiben und unseren Fürstlichen auch angebohrnen und gewöhnlich anhangenden Insigull wissentlich bekrefftigen lassen Geschehen und geben Montages post Laurentii wahr der zwölffte Monathstagk Augusti des Eintausend Sechshundert und Sechzehenden Jahrs ꝛc.

Philip Sigismund. Friedrich Ulrich. Matthias von Oppen DohmDech.

Henricus Abt zu Riddagshausen. Johannes Abt von Cl. Macrethal. Johann von Ußlar Dr. nomine Capit. ad S. Bonif. zu Hameln.

Henrich Christoffer von Weberfaden.

Ehrich von Bennefen. Ernst von Henrodt.

Levin Hacke. Henricus Ernst wegen Helmstedt.

B. Heinrich Derring wegen Alfelt.

Wegen des Raths zu Münden Henrich Konig & Ludolph Hacke.

Litteræ Investituræ ita se habent:

Wir Christianus Postulirter Bischoff zu Halberstad, Hertzog zu Braunschweig und Lüneburg, Thun kund und bekennen, hiemit vor Uns und unsere Nachkommen an bemeldetem Stiffte offenbar, daß nach Absterben weyland des Wohlgebornen und Edlen Johann Ernsts, Graffen und Herren zu Rheinstein und Blanckenburg, und dann fürters uf tödlichen Hintrit des Hochwürdigen Hochgebornen Fürsten und Herrn, Herren Heinrichen Julii, Postulirten Bischoffen zu Halberstadt, Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg ꝛc. Unsers gnädigen und vielgeliebten Herren Vaters, als Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg hochseel. Christmilder Gedächtnüß, Wir als Postulirter Bischoff zu Halberstadt dem hochgebornen Fürsten und Herrn Herrn Friederich Ulrichen Hertzogen zu Braunschweig

schweig und Lüneburg, unserm Freundlichen Lieben Bruder, als den einigen regirenden Hertzogen zu Braunschweig, auch Sr. Fürstl. Gn. Männliche Leibes Lehns-Erben, und, wann deren keine mehr verhanden, alsdann zu Mitbehuff und gesamter Hand unser und unsern Freundlichen Lieben Vettern Herrn Philipp Sigmund und Herrn Julii Augusti, als Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg, und unsere auch JJ. LL. allerseits Mannliche Leibes Lehens-Erben Wolffenbüttelischer Linien, und förters nicht mit wohlgedachtes Herrn Grafen zu Rheinstein, und nachgehends Hochermeltes Herren Heinrich Julii Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg, Unsers freundlichen und vielgeliebten Herren Vaters, als Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg ꝛc. wohl- und hochseel. Andenckens von unserm Stifft Halberstad gehabten Lehn-Gühtern, auch allen und jeden ihren Ein- und Zugehörungen, nichts ausgeschlossen, realiter, purè und würcklichen investiren und beleihen S. Lbden als den Aeltesten und einigen Regirenden Landes-Fürsten des Hertzogthums Braunschweig, Wolffenbüttelischer Linien, und Sr. Lden Mannliche Leibes Lehens-Erben purè und realiter, und, wann deren keine mehr vorhanden, alsdann deroselben Mit-Belehneten, wie obstehet, derogestalt und also, daß der regirende Landes-Fürst zu Wolffenbüttel stets allein absque divisione & jure repræsentationis diese Lehn-Gühter, Rechts und Gewohnheit nach haben und besitzen soll, und daferne S. Lden nach GOttes Willen ohne Mannliche Leibes Lehens-Erben versterben würden, daß alsdann der regirende Landes-Fürst zu Wolffenbüttel aus dieser ietzo mitbelehneter Wolffenbüttelischen Linie, sothane Lehn-Gühter unzertheilet alleine, jure repræsentationis & agnationis prorsus remoto besitzen, wie Mannlehns Recht, Weise, Herkommen und Gewohnheit ist, geniessen und gebrauchen solle und möge, Thun das alles in Krafft dieses unsers Briefes vor Uns, unsere Nachkommen, und alle künfftige regirende Bischöffe zu Halberstad, auch in bester, beständigster Form, wie solches von Recht und Gewohnheit wegen am beständigsten und kräfftigsten immer geschehen soll, kann und mag, Und beleihen S. Lden und deroselben Mitbeschriebene mit allen und jeden angehörigen Stücken, **als nemlich der Graffschafft Reinstein mit allen ihren Ein- und Zugehörungen,** wie einer Graffschafft eignet und zustehet, nichts ausgeschlossen, mit allen ihren Zubehörungen, Dörffern, Zehenden, Bergwercken und allerley Metall, gesucht und ungesuchet, dem Schloß und Stad Derneburg mit allen zugehörigen Gühtern, mit Recht und Gerichten über Halß und Hand, Obersten und Niedersten, den Breiten,

ten, so um und vor Derneburg liegen, der Voigtey über Derneburg, dreyen Hufen Landes zu Ganßhausen, Sechs Hufen zu Brockenstad, Achtzehn Hufen und sechs Höfen zu Wieghausen mit der Voigtey über dasselbe Dorff, Sechs Hufen zu Utzleben, einen Holtzmarck zwischen Reinstein und Langenstein, item Fünffhundert Wulff Angel von dem Vorwerg zu Wieghausen, Item einer Hufen Landes zu Großen Godenhausen, einer Hufen zu Neuendorff, einer Hufe zu Wedeschleve, einer Verßhufe zu Redebehr, und die Mühle und vier Morgen Ackers daselbst, item zweyen Hufen zu Marßleven, item den Wurmberg, da man Kyfersteine bricht bey der kalten Bade, zweyen Pfund Geldes zu Waschleben, und 50. Malter Korn daselbst, einen Holtzmarckt, das Haynholtz genand, und zweyen Höfen daselbst, item einem Holtz vor dem Schildeberge, item den Gühtern Elbingerode, item Neun Hufen zu Orden, der Voigtey über den Wald zu Falckenrode, Zweyen Hufen Landes zu Siefershausen, und allen Gühtern, so die Graffschafft liegen hat zu Redebehr, einen Holtzmarckt zu Bentzingeroda mit einem Garten, zweyen Hofen zu Mürschleben, und allen Gühtern, so die von Homburg gehabt haben zu Godenhausen, und der Voigtey über alle die Gühter, so nach Gandersheim gehören, von dem Theil des Bruchs mit allen andern Gühtern, so die Herren Grafen von Reinstein, und S. Lden vielhochermelt von unserem Stifft zur Lehn gehabt, sie seyn genannt oder ungenannt, Item allen den Gühtern am Hartz so zwischen diesem Creutze gelegen, nemlich von der hohen Straßen über den Günthers-Berge bis an die Beethe, von der Beethe bis zu dem Ponnikenstein, von dem Ponnikenstein bis zu dem Heydenstiege, von dem Heydenstiege bis zu Elbingerode, von Elbingerode bis zu dem Braachfelde, bis auf das Feld zu Haselfelde, das Felde alle um bis wieder an das Braachfeld, und allem, was darin an Holtz und Holtzstäten oder andern Gühtern nichts ausbescheiden, item das Dorff Tonested mit aller Zubehör, Gericht und Recht über Halß und Hand, dem Dorff Westerhausen, Warmstad, Wedersleben, Thal, etwa Wenthausen genant, das Dorff Niensted und diese oben verzeichnete Dörffer mit Gericht und Recht, oberst und unterst, über Halß und Hand, mit Teichen und Teichstäten, Trifften, Weyden, Wasser und Wasserläuffen mit den Mühlen in und vor denselben Dörffern mit aller ihrer Ein- und Zugehörung, keine ausgeschlossen, und mit allen anderen Gerechtigkeiten und Dörffern besetzet und unbesetzet, derer Nahmen nicht ausgedrucket, und zu der Graffschafft Rheinstein gehörig, mit allen und jeden Geistlichen- Ritter- und Affter-Lehnen, item dem Schloß und Burg Westerburg, mit Gericht, Recht und Gerechtigkeit, oberst und niederst über Halß und Hand,

Hand, mit allen Geistlichen- Ritter- und Affter-Lehnen, auch aller seiner Ein- und Zugehörungen, nichts ausgeschlossen, auch mit Bergwercken, wie beruhret, item dem Dorff Rödersheim, auch mit allen Rechten, wie die vorgenandten Dörffer, nichts ausgeschlossen, item den Dörffern Dedeleben, Düngelsted und Dorsem, was Wir des in Dörffern haben, mit Gericht und Recht wie vorberührt, item den Dörffern Redebehr, Großen und Kleinen Upplingen, Nettorff, Sommeringen, Walckensted, Seedorff, Vonningendorff, Ober Rünstorff, und diese oben verzeichnete Dörffer mit Gerichte und Recht über Halß und Hand, Oberst und Niederst mit Acker, Wiesen, Zinßen, Diensten und allen anderen Gerechtigkeiten auch Affter-Lehnen in- und ausser der Graffschafft an allen und jeden Ohrten, wo die gelegen oder zu finden seyn mögen, wie die anderen vorgenanten Dörffer Westerhausen und Warnstad, nichts ausgeschlossen, item dem Dorff Aldersted, auch mit Gericht und Recht über Halß und Hand, mit dem Kirch-Lehen und allen andern Affter-Lehnen, nichts ausgeschlossen, wie die Spiegel solches von der Herrschafft zu Lehen getragen, item den Gehöltzen allenthalben am Huy und Fallsteinen, auch mit Gericht und Recht, über Halß und Hand nichts ausgeschlossen, mit der Großen Köhling, dem Steinberge, Groß und Kleinen Holtzmarck mit allen anderen Gehöltzen, die wir darum lang und fürter verlehnet, item den Zehenden zu Mardorff, den Zehenden zu Linck, Kest vor Blanckenburg, den Zehenden zu Westerhausen, den Zehenden zu Warnsted, den Zehenden zu Wedersleben, den Zehenden zum Thal, den Zehenden zu Kettensted, den Zehenden zu Wiegeroda, den Zehenden zu Eggeroda, den Zehenden zu Hüsingeroda, den Zehenden zu Hiddenroda, den Zehenden zu Elbingeroda, den Zehenden zu Haselfelde, den Zehenden zu Stiege, den Zehenden zu Alderoden, den Zehenden zu Heineken, den Zehenden zu Gelldorff, den Zehenden zu Hohedorff, den Zehenden zu Gerßdorff, den Zehenden zu Lütken Ditfurt, den Zehenden zu Dumeschleben, den Zehenden zu Schlansted, den Zehenden zu Wolffersted, den Zehenden zu Crottorff, den Zehenden zu Schwanebeck, den Zehenden zu Neindorff zwischen Wegeleben und Nienhagen, den Zehenden zu Wieberg, den Zehenden zu Hetersleben, den Zehenden zu Altensted für dem Huje, den Zehenden zu Dreyleben, den Zehenden zu Egeln, den Zehenden zu Germersleben, den Zehenden zu Drose, den Zehenden zu Fördersted, den Zehenden zu Supplingen, den Zehenden zu Croppensted, den Zehenden zu Ertzlafelde, den Zehenden zu Redebeer, den Zehenden zu Achsted, den Zehenden zu Schapffsted, den Zehenden zu Adersleben, den Zehenden zu Rinnike, den Zehenden zu Großen Radensleben, den Zehenden zu Rinckers-

 leben,

leben, den Zehenden zu Quermike, den Zehenden zu Falckensted, den Zehenden zu Godenroda, den Zehenden zu Steinem, den Zehenden zu Neindorff und Schwanebeck, den Zehenden über drey Hufen Landes zu Quensted, den Zehenden zu Arxleben unter Hoimburg, den Zehenden zu Holpede über die von Northausen, den Zehenden zu Großen Silde, den Zehenden zu Oldenroden, den Zehenden zu Allendorff, den Zehenden zu Kůblinge, den Zehenden zu Eggersdorff, zu Lůdersdorff, den Zehenden zu Ischersted, den Zehenden zu Aschersleben, item 16. Schilling Zehenden zu Brunsted, den Zehenden zu Wischleben, den Zehenden zu Anßdorff, den Zehenden zu Gittel, den Zehenden zu Queroden, den Zehenden zu Wilroden, den Zehenden zu Marßfelde, den Zehenden zu Elbingerode, den Zehenden zu Harckerode, den Zehenden zu Wolmeroda, den Zehenden zu Eckersleben, den Zehenden zu Harpke, den Zehenden zu Quedewenden, den Zehenden zu Zillingen bey Ballensted, den Zehenden zu Allensted, den Zehenden zu Scheidorff bey Radesleben, den Zehenden zu Huirzingenroda, den Zehenden zu Uplingen, den Zehenden zu Archtenschagen, den Zehenden zu Reptingeroda, item der Voigtey über sieben Hufen Landes zu Semensleben, den Zehenden zu Eigernfelde über Quedlinburg, den Zehenden zu Hadenburg, den Zehenden zu Altenburg, den Zehenden zu Seehausen, den Zehenden zu Rorwergk, den Zehenden zu Hodel, den Zehenden zu Gebstorff, den Zehenden zu Langelde, den Zehenden zu Nelckensted, den Zehenden zu Harmßdorff, den Zehenden zu Molckensted, den Zehenden zu Nien Godenhausen, den Zehenden zu Schmerthausen, den Zehenden zu Utzleben, den Zehenden zu Wieghausen, den Zehenden zu Hatten Ditfurt, den Zehenden zu Arxleben, den Zehenden zu Großen und Kleinen Berniken, den Zehenden zu Hattelde, den Zehenden zu Nincken, den Zehenden zu Mönchdorff vor Grüningen, den Zehenden zu Lůtken Schiersted über dem Wasser, den Zehenden zu Sellersleben, den Zehenden zu Zilling und Hadebehr, alle freye Ritter-Lehn, die von der Herrschafft Reinstein zu Lehen gehen, item 65. Malter an Acker zu Hedebeer an 25. Hufen Landes, den Zehenden zu Darsem, den Zehenden zu Nettorff, den Zehenden zu Lusingen, den Zehenden zu Benningendorff, den Zehenden zu Betteborn, den Zehenden zu Küningeroda, den Zehenden zu Kattel, den Zehenden zu Gettfelde, und Bachtenfelde, den Zehenden zu Heiniken, den Zehenden über der Roden, über Darsen den Zehenden zu Sortz, den Zehenden zu Riebersdorff, den Zehenden zu Hatskeroda, den Zehenden zu Ballingeroda, den Zehenden zu Langen und Kurtzen Roden zwischen Quedlinburg und Neunsted, den Zehenden zu Kleide, den Zehenden zu Harßdorff, den Zehenden zu Enßdorff, den Zehenden zu Hedenberg

denberg, den Zehenden zu Osfendesleben, den Zehenden zu Kleinen oder Lütken Saltersleben im Felde und Dorffe, den Zehenden zu Lütken Ditfurt, den Zehenden zu Branddorff bey Frachenleben, den Zehenden zu Aßmersleben, den Zehenden im Langen und Kurtzen Roden zwischen Quedlinburg und Wegeleben, item 2. Hufen Landes zu Genersleben, 2. Hufen Landes zu Lohra, der Voigtey zu Dippingeroda, der Voigtey zu Hakensted, der Voigtey über die Marck zu Alvensleben, der Mühlen zu Zilling und einer Hufen Landes, 2. Hufen Landes zu Haßler, den Gühtern zu Quensted, 2. Hufen Landes zu Lengelde, 8. Hufen und 1. Wiesen zu Ebersdorff, der Voigtey über 7. Hufen zu Sasperoda, das Holtz zu Granschleben, einer Hufen Landes zu Lindele, item 4. Hufen Landes zu Küllingerode und einen Morgen, item Anderthalben Hufen zu Schiershafen und noch 9. Hufen mit einem Baum-Garten und 2. Holtz-Flecken und eine Wiesen, und noch ein Holtz genannt das Ezint, item Eine halbe Hufe Landes und 3. Morgen zu Adorff, it. zu Lütgen Harßleben, so viel Ackers der gibt 8. Schillinge und 5. Schillinge, item 2. Hufen Landes uf dem Felde zu Schwanenbeck, item drittehalb Hufen Landes zu Harßleben, item 4. Hufen Landes zu Anderbeck, item drittehalb Hufen Landes zu Wegeleben, item einem Holtz-Fleck auf dem Saßberge, hat vorzeiten Herr Ludolph von Sundhausen gehabt, item den Hoff zu Niendorff vor dem Brandeschlebischen Holtze mit Acker, Wiesen, Trifften, Weiden, Teichen, Teichstäten und Holtze, mit Gericht und Recht über Halß und Hand, nichts ausgeschlossen, die ietzund die von der Aßeburg in Besitzung und Gebrauch haben, wie ingleichen mit allen alhier im Stifft gelegenen Affter-Lehnen, so die Lehnleute in Besitz und Gebrauch haben, und von der Herrschafft Reinstein Ihren Unsers Herren Vaters Lbden hochermelt, Hoch- und Wohlseel. Andencken zu Lehen getragen, und mit den Zehenden, und mit allen und jeden Gütern, so die Grafen von Reinstein von Rechts wegen von Uns und unserm Stifft Halberstad zu Lehen gehabt und getragen, oder je billig hätten haben sollen, und alhier nicht specificiret, und mit Nahmen angezeichnet seyn, nach bester Sr. Hertzog Friederich Ulrichs und dero Mitbeschriebenen Gelegenheit zu nutzen, zu geniessen, und zu gebrauchen, Allermaßen die Grafen zu Rheinstein, und hochgemeldter unser vielgeliebter Herr Vater, Hertzog Heinrich Julius hochlobl. Andenckens dieselbe dabevor, vor Ihr besonder Lehn von Uns, unsern Vorfahren und Stifft Halberstad gehabt und getragen, besessen, genutzet, und gebrauchet haben, auch wie Sr. Hertzog Friderich Ulrichs Lden dieselben ietzo innen haben, besitzen, geniessen und gebrauchen, und ferner thun mögen, wie Wir denn Sr. Liebden und dero Mitbelehnete hiermit in

eine ruhige, würckliche Possession solcher Rheinsteinischen Lehn-Stücke setzen und gesetzet haben wollen, was aber vor diesem an den berührten Gräffl. Reinsteinischen Lehn-Stücken, derselben Affter-Lehnen, auch mit unserer Vorfahren und Dom-Capitul des Stiffts Halberstad Consens und Verwilligung versetzet und verpfändet gewesen und noch ist, dasselbe bleibet billig in seinen vollen Würden und Kräfften, soll auch von denen Belehneten Fürsten zu Braunschweig in alle Wege ohne Ein- und Wiederrede festiglich gehalten und verfolget werden. Wir und unsere Nachkommen und künfftige Bischoffe am Stifft wollen und sollen auch vielhochgemeldten unsern Freundlichen Lieben Bruder, Herren Friederich Ulrichen Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg ꝛc. und Sr. Lden Mit Benanten dieser würcklichen Belehnung rechte bekennige Herren und Gewehr seyn, Sr. Liebden und dero Mit-Gedachte dabey in- und ausserhalb Rechtens, vertreten, schützen und handhaben helffen, so offt das von Uns gesuchet wird, Wir auch in Recht zu thun schuldig seyn. Darentgegen hat hochgedachter unser Geliebter Herr Bruder als Hertzog zu Braunschweig Uns durch Sr. Lden Braunschweigischen Cantzler und Geheimen Rath N. N. an stat Sr. Lden vermittelst eines Cörperlichen Eydes versprochen und zugesaget, daß Sr. Liebden wollen, auch Dero Mitbelehnete sollen Uns und unseren Nachkommen, auch dem Stifft Halberstad getreu und hold seyn, unser und des Stifftes Bestes Wissen und Nachtheil wehren, so viel Sr. Lden und Ihren Mitbelehneten von Rechts und Gewonheit wegen eigent und gebühret, auch Uns und unseren Nachkommen die gebürliche Roßdienste, gleichwie die Grafen zu Reinstein den vorigen Bischoffen und dem Stifft hiebevor gethan, durch taugliche darzu substituirte Gräffl. oder Adels-Personen thun und leisten, auch so offt diese Lehn zu Fall kommen, denn gebürliche rechte Folge thun, und hierüber Uns Sr. Lden Revers-Brieff geben, die Wir und unsere künfftige Bischoffe am Stifft Halberstad Uns hiermit obligiret und verbunden, auch schuldig und pflichtig seyn wollen und sollen, auf iedesmahliges erstes Ersuchen und Anhalten Hochgedachten unsers vielgeliebten Herren Bruders Mit Belehnete diese Unsere Belehnung zu samter Hand und realem Investituram unweigerlich, auch ohne alle Ein- und Wiederrede in beständiger Form zu renoviren, zu verneuern, auch zu confirmiren und zu bestätigen, Alles Getreu und ohne Argelist und Gefährde. Und seynd hiebey als Gezeugen an und über gewesen die Ehrwürdige und Ehrenveste unsere Mit-Herren und Liebe Getreue N. N. und N. N. Dessen zur Uhrkund haben Wir unser Bischoffl. Groß-Insigel wissendlich an diesen Brieff hangen lassen, der gegeben ist zu Halberstad

berstad am Tage des Monahts Augusti nach Christi JEsu unsers HErren und Seeligmachers Geburt im 1616. Jahr.

Friedrich-Ulrich.

(8) Post impetratam Investituram Dux FRIDERICUS ULRICUS Litteris specialibus se ad omnia obstrinxit, quæ olim præstiterant Comites. Tenor Litterarum Reversalium talis:

Von GOttes Gnaden Wir Friederich Ulrich Hertzog zu Braunschweig und Lüneburgk vor Uns und unsere Erben, hiemit öffentlich thun kundt und bekennen, Nachdem der Hochwürdigen Hochgebohrn Fürst Herr Christian Postulirter Bischoff zu Halberstadt, Hertzog zu Braunschweig und Lüneburg ꝛc. Unser Freundtlicher Lieber Bruder als Postulirter Bischoff zu Halberstadt, Uns nach Absterben Weylandt des Wollgebohrnen und Edelen Johann Ernst Graffen und Herren zu Reinstein und dann fürters uf vorgangenen tödtlichen Hintridt des Hochwürdigen Hochgebohrnen Fürsten Herren Heinrichen Julii Postulirter Bischoff zu Halberstadt Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg ꝛc. Unsers gnädigen und vielgeliebten Herren Vaters hochsehl. Christmilder Gedächtnüß, als Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg Uns und unsere Männliche Leibs Lehns Erben als Regierenden Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburgk, und wann der keine mehr verhanden, alsdann zu Mitbehuff einer gesambten Handt Seines unsers Freundtl. Lieben Bruders Herren Christians als Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburgk ꝛc. und unser Gevettern der Hochwürdige, auch Hochgebohrnen Fürsten Herren Phielipp Sigismundt Postulirten Bischoffen zu Oßnabrügk und Vehrden Dohm Probsten zu Halberstadt, und Herren Julii Augusti Abten des Closters Michaelsteins und Probsten unsers Stiffts S. Blasii in unser Stadt Braunschweig, Alle Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburgk Wolffenbüttelscher Lienien allein, und nicht weiter als der einigen Regierenden Landes Fürsten des Hertzogthumbs Braunschweig zu Wolffenbüttel ꝛc. absque divisione feudi, & remoto jure repræsentationis & agnationis mit der Graffschafft Reinstein sampt allen dero Ein und Zubehörungen laut des Lehnbrieffes würcklich beliehen hat, welcher Lehnbrieff von Worten zu Worten also lautet, Inseratur tenor.

Daß Wir uns gegen S. Lden und derselben Nachkommen kräfftigster Weise obligiret und verpflichtet haben Obligiren und verpflichten Uns auch hiemit und in Krafft dieses Brieffes, vor Uns unsere Männliche Leibes Lehns Erben und Mitbelehnete, bey unsern Fürstlichen Würden und Ehren, daß wir vermöge daß durch unserer Abgesandten N. N. gethanen

Cörper-

Cörperlichen Lehneydes, Ihnen und Ihren Nachkommen, auch künfftigen Bischoffen am Stiffte treuw und holt sein, deren und desselben Nutz, Auffnahmen und Gedeihen, so viel an Uns Fürstl. und getreuwlichen befürdern, Schaden und Nachtheil wehren, daneben auch ihnen und dem Stiffte die gebührende Roß Dienste, auch alles anders, so gedachter Graff von Reinstein dem Stiffte geleistet oder zu leisten schuldig gewesen, durch Tägliche Gräffliche oder Adeliche Persohnen thun und leisten, auch den Lehnen, so offt die zu Falle kommen gebührliche Folge thun und dem Stifft an seinen in und eüßer der Graffschafft habenden Affterlehnen wo die auch gelegen sein mögen, nichts entziehn vereüßern, verpfenden, noch von Andern in feudum recognosciren; Inmaßen Wir Uns hierneben vor Uns und unsere Mitbeschriebene verpflichten, do wollgemeltes Dohm Capitul Ihre Nachkommen, und folgende Bischoffe, von jemandes hohes und niedriges Standes, so an solchen Reinsteinischen Lehngüttern einig Gedingk Anwarttungk, Verbrüderung Belehnung zur gesampter Handt, oder was das sein möchte, gegeben und verschrieben were oder daran zu haben vermeinten und deßwegen, und dieser ihrer ferner Beleihnungk halber conveniret und besprochen in Güte oder zu Rechte, oder sonsten in einige andere Wege molestiret, und beunruhiget werden sollten das Wir und unsere Mitgesetzte als itzige Possessores & utiles Domini der Graffschafft Reinstein auf erstes Ihr Ersuchen, Sie Ihre Nachkommen, und dem Stifft Halberstadt in und ausserhalb Rechtens auf unsern eigenen Unkosten und Gefahr, ohn Ihr Zuthun, wider dieselben defendiren, und vertredten, auch da über Verhoffen wieder Sie und den Stifft das Interesse oder Erstadtung eines Feudi æquivalentis halber, oder was das sein möchte, zu Recht erkandt werden solte daß Wir Sie, und das Stifft, deswegen Fürstl. benehmen, und in alle wege schadeloß halten, und da Wir restituiren müssen den Stifft um kein æquipollens, Schaden Unkosten, oder einigerley besprechen wollen noch sollen. Dieweil auch etliche Stücke in den Lehnbrieffen gesetzt, so gedachter Graff und seine Prædecessores bey ihren Leben nicht in possessione und Gewehr gehabt, sollen und wollen S. Lden und der Stifft, Uns und unsere Mitgeschriebenen, Krafft dieser Beleihnungk zu gewehren nicht obligiret noch verbunden, Wir Hertzogen auch zu dem, was Uns nicht eingeräumet wirdt, zu antworten nicht schuldig sein, sondern was vor dieser Real Investitur und respectivè sämbtlichen Beleihnungk, von den Gräfflichen Reinsteinischen Lehnstücken, in und ausser der Graffschafft, in welchen Fürstenthumb und Ohrte es sein und liegen möchte veraffterlehnet, oder von den Possessoribus sonsten rechtmäßig præscribiret und was mit S. Lden Vorfahren und des Stiffts Consens

sens verkaufft alieniret, distrahiret, versetzt und verpfändet, auch Wir einen Ehrwürdigen Dohm Capittul als das Dorff Rhedeber neben Hoffe Mulncke, desgleichen das Dorff Danstedt, Mandorff, und Böhnßhausen, sambt sambt deren darzugehörigen Gerichten, Recht Gerechtigkeiten, Feltmarcken, Holtzungen, Ein und Zubehörungen nichts überall ausgeschlossen, laut der Concession Brieff, inmaßen Sie solches alles und andere Güter itzo in Besitz und Gebrauch haben gratitutionis ergo toniret und abgetredten, dasselbe soll in seinen vollen Würden und Kräfften bleiben auch von Uns unsern Mänlichen Leibes Lehns Erben, und sambt Belehnten Fürsten zu Braunschweig und Lüneburg in alle wege ohn Ein und Wiederrede unwiederrüfflich- und festiglich gehalten werden;

Solches alles haben Wir wie obstehet vor Uns, und unsere Mänliche Leibes Lehns Erben Mitbelehnte und Nachkommen an unsern Fürstl. Hause Braunschweig, Wolffenbüttelscher Lienien stet fest und unverbrüchlich, bey Unsern Fürstl. Würden und Ehren zu halten durch unsern Abgesandten Mündtlichen angeloben und zusagen lassen;

Verzeihen und begeben Uns auch hiermit vor Uns Unsere Mänliche Leibes Lehns Erben und Mitbelehnten aller Privilegien und Beneficien, Geistlicher und Weltlicher Rechte, so Uns wieder diese unsere obligation defendiren und schützen möchten, Uhrkundtlich haben Wir unser Fürstl. Insigull an diesen Brieff wissentlich hangen lassen und Uns mit eigen Handen unterschrieben ꝛc. Geschehen

Friedrich Ulrich.

(9) Tam etsi verò Litteræ Exspectativæ de Anno MDLXXXIII. hâc clausulâ sint vestitæ, So Wir hierin auch etwas zu viel, daß die Grafen von Reinstein von andern, und sonderlich unserm Fürstlichen Hause Braunschweig zu Lehen tragen sollen, gesetzet hätten, das soll Ihren Lden Lden und Uns unschädlich seyn. Perpensis tamen ante Investituram Episcopi CHRISTIANI omnibus Comitatus pertinentibus, deprehensum est, nil Eorum, quæ in Litteris Exspectativis exstant, ad Serenissimam Domum Brunsvico-Lunæburgensem spectare. Ideò, re altius repetitâ & maturiùs deliberatâ ex certâ scientiâ, omissa est illa Exspecta-
(10) tivarum clausula in hâc purâ Investiturâ, quod non fecisset Dux CHRISTIANUS, si hoc actu præjudicium Domui Suæ Guelpherbytanæ inferri nôsset, quippe, quòd, naturali ductu, majorem habuerit rationem
(11) Domus Suæ Serenissimæ ac Episcopatus temporarii. Imò intextæ sunt huic Investituræ puræ sigillatim Sylvæ Forestales ac Lignariæ, itidem, quæ

quæ Abbatiſſa Gandersheimenſis SOPHIA Epiſcopatui Halberſtadienſi Anno MDLXXXVII. ceſſerat. Sollicitus equidem pro Familiâ ſuâ Sereniſſimâ pro Agnatis ſuis Inveſtituram ſimultaneam ſingulari quâdam Legatione à Capitulo petebat Menſe Martio Anno MDCXXIV. Prout ex Documentis ſequentibus apparet:

Propoſitio Legatorum Ducis CHRISTIANI ita ſe habet:

Poſt Generalia ſolita ac conſueta, haben Seine Fürſtliche Gnaden Einem Hoch-Ehrwürdigen Dom Capitul anzuzeigen Uns gnädig befohlen, daß nicht weniger, Weyland dero Hochgeehrte, Chriſtſehlige Vorfahren, als Sie ſelbſten Ihnen allemahl hoch angelegen ſeyn laſſen, mit dem Uhralten Löblichen Stifft Halberſtadt, beſtändige Nachbarliche Correſpondentz zu halten, undt wiſſentlich nichts, was zu noch mehrern deſſen Auffnehmen gereichen könte, oder möchte, zu unterlaſſen, nicht zweiffelnd, Ein Hoch-Ehrwürdig Dom Capitul, würde bey jetziger Sedis Vacantz, gleicher geſtalt ſolche hergebrachte hocherſprießliche Vertrauligkeit zu continuiren vermeinet ſeyn, Darbey dann Seine Fürſtliche Gnaden Ein HochEhrwürdig Dom Capitul und beyderſeits Unterthanen, zumal bey dieſen leider zerrütteten, ſchwürigen und gefährlichen Zeiten, wegen Nachbarlicher Aſſiſtentz, Fortſtellung der Commercien, und ſonſten ſich wohl befinden, und noch ferner proſperiren würden. Nächſt dieſem wären Seine Fürſtliche Gnaden, als der Aelteſter unter itzigen Regierenden Hertzogen zu Braunſchweig und Lüneburg, nicht unbillig ſorgfältig, dero Uhralt Hochlöblich Fürſtlich Hauß Braunſchweig Lüneburgk aller Linien bey guten auffnehmlichen vermögſamen Flor und Zuſtande, darinn es durch GOttes reichen und milden Seegen nunmehr über die 1400. Jahre geweſen, ferner zu erhalten, und darunter die Liebe Poſteritæt nach Mögligkeit zu bedencken, Ob nun wohl beyde Fürſtliche Braunſchweigiſche Lüneburgiſche Zelliſche und Wolffenbüttelſche Linien, GOtt Lob noch in dem Stande, daß Seine Fürſtliche Gnaden zu deren gedeylichen Propagation, vermittels gnädiger Göttlichen Verleihung ihre gewiſſe Sperantz und Hoffnung machten, So wären Sie doch nicht zu verdencken, daß Sie noch bey ihren Leben, ihre Conſilia, und Actiones dahin dirigirten, daß alles was anjetzo, bey dem Hochfürſtlichen Hauſe Braunſchweig-Lüneburg an Kayſerlichen und Affter-Lehnen verhanden, dabey ingeſambt continuiret werden möchte, geſtalt Sie ſich dann auch, dero Behueff, mit dem Durchläuchtigen Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herren Friederich Ulrichen, Hertzogen zu Braunſchweig und Lüneburg, auff Zulaſſung der Rechte, einer in den Rechten Begründeten,

und bey Chur- und Fürstlichen Häusern hergebrachten Erb-Verbrüderung verglichen, und darauf bey der Römischen Kayserlichen Majestät, Unsern Allergnädigisten Kayser und Herrn gehorsambst erhalten, daß die Graffschafften Hoya, Diepholtz, und Bruchausen, aufs neue absonderlich zu gesambten Reichs-Lehnen gemachet, und solches dem gemeinen Kayserlichen Lehn-Brieffe, bey jüngster Belehnung, ausdrücklich mit inserirt, Weiln sich dann befünde, daß Seine, Hertzog Friedrich Ulrichen, Fürstl. Gnaden, dero Freundtlicher Lieber Bruder Hertzog Christian zu Braunschweig und Lüneburg, und beyderseits Thalsteigende Männliche Nachkommen, von dem Löblichen Stifft Halberstadt, mit beyden Graffschafften, Hohnstein und Regenstein belehnet, und Seine Fürstliche Gnaden gerne sehen, daß Sie dero Freundtliche Liebe Gebrüdere, Vettern und allerseits Thalsteigende Fürstliche Männliche Nachkommen in die gesambte Belehnung mit genommen werden möchten, Seine Fürstliche Gnaden auch zu Einem HochEhrwürdigen Dom Capitul die gute Zuversicht hätten, Ihro und den Ihrigen solch noch ungewisses, in GOttes Händen stehendes Increment zu gönnen, und es zu bewilligen, nicht alleine bey Einem HochEhrwürdigen Dom-Capitul, als dem rechten Erbherrn, zumahl bey itziger Sedisvacantz lediglich stünde, und zu allem Uberfluß ermeldter Punct, daß er vom künfftigen postulando zu ratificiren, der Capitulation mit einverleibet werden könte, sondern auch daß es geschehe, zu des Stiffts eigen Wohlfarth mit gereichete, in Betrachtung, anitzo die Fürstliche Braunschweigische Linie, alleine dem Stiffte Halberstadt mit Lehns-Pflichten verwandt, derer propagatio von dem lieben GOtt zu bitten, und zu gewarten, anitzo aber die Zellische Linie in gleiche Pflicht gestracks mit eintrette, auf den Fall, dero erfolgenden propagation beyder Graffschafften in nichts zu geniessen hätte, und gleichwohl die Anzahl auch Macht Fürstlicher nahend am Stifft residirenden Mächtigen Lehnleute, von der Zeit an zu mehrer des Stiffts Versicherung mercklich gestärcket würde, und es des Stiffts Unterthanen an Fortstellung der Commercien, und sonsten wegen der Vicinität, zu jeden Begebenheiten, höchlich zu geniessen, also, daß desfalls, gestallten Sachen nach, kein sonderlicher Abgang, sondern vielmehr des Stiffts Auffnehmen und Wohlfarth darbey fort zu stellen. Als gesinneten Seine Fürstliche Gnaden dem allem nach, günstig, Ein HochEhrwürdig Dom-Capitul wolle unbeschwert, Seine Fürstliche Gnaden, dero Gebrüdere und Vettern, auch allerseits Männliche Nachkommen in die gesambte Lehn mit einnehmen, und dadurch ihre gute Affection, gegen das gantze Hochlöbliche Fürstliche Hauß Braunschweig Lüneburg contestiren, Derentgegen wären Seine

Fürstliche Gnaden, dero Brüdere und Vettern erbötig, bey Empfahung der gesambten Lehn, dem Stiffte sich pflichtbar zu machen, demselben alles was Rechtens und gebräuchlich zu leisten, auch über das zu jeden Begebenheiten, dem Löblichen Stiffte, zu Eines HochEhrwürdigen Dom-Capituls guten Contento zur Hand zu gehen, dabey sich dann das Stifft zumahl bey diesen schwürigen und gefährlichen Zeiten, besser als wann es an Land und Leuten zunehmen befinden und verhoffentlich prosperiren würde, in specie aber wolten Seine Fürstliche Gnaden dem Löblichen Stifft gegen die Herren Graffen zu Schwartzburg aller Ansprüche und Gefahr entheben und benehmen helffen, wie darvon ferner tractiret werden könte, daran geschehe allen anitzo lebenden und künfftigen Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburgk ein besonder angenehmer Will und Gefalle, und Ihre Fürstl. Gn. werden es günstig zu erkennen unvergessen bleiben. Zu Ew. Hoch-Ehrw. beharrl. Favor Uns dienstlich empfehlend. Signat. Halberstad den 18. Mart. Anno 1624.

Julius von Bülauv.

Erich Hedeman.

Ast fructu caruit hæc Legatio; Denegata etenim fuit Manus conjuncta Serenissimis Agnatis Ducis Christiani.

(12) Sed & post Resignationem Ducis CHRISTIANI, ab Episcopatu Halberstadiensi Dux FRIDERICUS ULRICUS eodem Anno MDCXXIV. Investituræ renovationem petiit, & seqvens breve Attestatum einen Muhtschein obtinuit:

Wir Arend Spiegel zu Pickelsheim Thum-Dechand, Joachim Johann Georg von der Schulenburg, Senior und Capitul Gemein der Bischofflichen Hohen Stiffts Kirchen zu Halberstadt &c. vor Uns und unsere Nachkommen, hiemit uhrkunden und bekennen, daß, nach beschehener Resignation des Durchlauchtigen und Hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Christians Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg &c. Unsers gnädigen Fürsten und Herrn, der Durchlauchtiger und Hochgeborner Fürst und Herr, Herr Friedrich Ulrich Hertzog zu Braunschweig und Lüneburg &c. Wolffenbüttelischer Lineen, unser auch Gnädiger Fürst und Herr, als der Aelteste und regirende Hertzog zu Braunschweig und Lüneburg &c. vor sich und Seiner Fürstl. Gnaden Mit-Belehnete die vom Stifft Halberstad habende und tragende Lehen, heute dato &c. in gebührender Rechts Zeit gnädig gesonnen, und dieselben wiederum zu recognosciren und zu empfahen sich offeriret und angemeldet haben, und wollen darauf hochgedacht Sr. Fürstl. Gnaden zu Wieder-Empfahung der Lehen, Außantwortung gewöhnlicher

wöhnlicher Revers-Brieffe, Ablegung der Lehens-Pflichte, auch der Lehen und was dero anhängig, und des Stiffts Nohtdurfft erfordert, allerseits gebührende Folge zu leisten, einen gewissen Tag fürderlichst ernennen und ansetzen; Immittelst ist Seiner Fürstlichen Gnaden dieser Schein unter unserm Capitular Secret mitgetheilet, und geben Halberstad den 4. Decembris Anno 1624.

(13) Et sic Serenissima Domus Ducalis Guelpherbytana Comitatum Rheinsteinensem quater ab Episcopatu Halberstadiensi in Feudum obtinuit.

(14) Et ideo, quum Anno MDCXXVIII. Sacra Cæsarea Majestas Comitatum Rheinstein & Blanckenburgensem ad Fiscum Imperialem redigere intenderet, & Comitatum Rheinsteinensem Duci Fridlandiæ sub pacto retrovendendi pro quinquaginta mille Florenis Rhenanis venderet, demonstrabat Serenissima Domus Brunovicensis ac Lunæburgensis in scripto publico sub Rubro: „Kurtze und Gründliche Information und beständiger waarer Bericht, was es um die Graffschafft Hohn- und Reinstein ꝛc. für eine eigendliche Bewandnüß habe impresso Guelpherbyti Anno MDCXXVIII. Comitatum Rheinsteinensem esse Feudum Halberstadiense perpetuum & ad Ducatum Brunovicensem minimè pertinere, & quidem pag. Informationis illius 4. formalibus sequentibus: Und so viel nun Erstlich die Graffschafft Rheinstein betrifft, ist es an dem, daß die Grafen zu Rheinstein von dem Stifft Halderstad von vielen Seculis her, etzliche ansehnliche zu solcher Graffschafft gehörige Stücke zu Lehen getragen, und bis uf gäntzlichen Abgang ihrer Famili, besessen, genossen und gebrauchet, als aber in Anno 1583. Hertzog Julius zu Braunschweig und Lüneburg ꝛc. Christseeligen Angedenckens für sich und uf Seiner Fürstlichen Gnaden Descendentes, von damahligen Bischoffen Hertzogen Heinrich Juliussen zu Braunschweig und Lüneburg ꝛc. mit Vorwissen und ausdrücklicher Einwilligung des Thum-Capituls, und zwar nicht ex merâ & purâ gratiâ, sondern nach laut der Formalien „um dero dem Stifft und Thum-Capitul zu Halberstad, in viel Wege erzeigeten Hülff, Gunst und ersprießlicher Beforderung willen in formâ amplissimâ auf solche Rheinsteinische Lehn-Stücke, beanwartet, expectiviret, und Sr. Fürstl. Gnaden zur gesamten Hand damit beliehen, so gar, daß vorgemeldetes Thum-Capitul ufs verbündlichste versprochen, zugesaget, verschrieben, und sich verpflichtet, daß diese Anwartung, Investitura und Belehnung zur samten Hand, für und für von Ihnen und ihren Nachkommen festiglich und unverbrochen gehalten, und sonderlich auch kein nachkommender

Bischoff zu Halberstad von Jhnen und ihren Nachkommen eligiret oder postuliret, vielweniger confirmiret, bestätiget und eingeführet werden solte, Er habe dann solche Anwartung und sambt Belehnung, neben Jhnen und ihren Nachkommen am Capitul renoviret, confirmiret und bestätiget, oder je das zu thun, in den Pactis Episcopalibus sich festiglich mit obligiret, verbunden und verschrieben, welches auch also von Bischoffen zu Bischoffen, für und für zu ewigen Zeiten festiglich gehalten werden solte, deme dann zu Folge Hertzog Heinrich Julius zu Braunschweig und Lüneburg 2c. hochloblicher Gedächtnüß, auf Absterben seines Herren Vaters ietzt hochermeldet, ebenmäßig die Sambt Belehnung erlanget Lit. B. und nachdem der letzte Graff zu Rheinstein Johann Ernst, den 4. Julii Anno 1599. verstorben, die würckliche Possession plenè ergriffen. Solcher Besitz ist nach Seiner Fürstlichen Gnaden tödtlichen Hintritt in Anno 1613. von Deroselben Eltesten Herren Sohn, Hertzogen Friederich Ulrichs Fürstl. Gnaden abermahls erhoben, geruhig bis dahero continuiret, und die Beleihung von Fällen zu Fällen jedesmahl renoviret; Als solches der jüngeste Muhtzettul Lit. C. daß es diesfalls seine unstreitige Erfolgung habe, gnugsam erweiset; Nicht weniger ist Land- und Reichskündig, daß Jhre beederseits F. F. Gn. Gn. alle und jede actus Superioritatis Dominii und Possessionis, wie die auch Nahmen haben, bis uf diese Zeit daselbst geruhiglich exerciret, ersessen und herbracht; Sie seynd auch in eâ qualitate im gantzen Reich dafür respectiret, geachtet und gehalten worden; Transmiserunt hoc Scriptum Serenissimi Duces non solùm ad Imperatorem FERDINANDUM II. sed & ad Electores & Status in Circulo Superioris Saxoniæ congregatos. (15) Imò Serenissimus Dux FRIDERICUS ULRICUS Capitulum Halberstadiense adducebat, ut Jura Episcopatus quoad Comitatum Rheinsteinensem Sacratissimo Imperatori plenè ostenderet, ac, salvis Juribus Vasalliticis Domus Ducalis Brunsvicensis, possessionem Comitatus Rheinsteinensis apprehenderet. (16) Quod & feliciter cessit. Capitulum itaque in possessione Comitatus apprehensâ perstitit, usque dum Anno MDCXXXVI. Archi-Dux Austriæ LEOPOLDUS GUILIELMUS Imperatoris FERDINANDI II. Filius Electus Episcopus Episcopatum Halberstadiensem ingrederetur, atque Comitatus Rheinsteinensis possessionem cum omnibus pertinentiis apprehenderet, initio ab antiqua Comitum Residentiâ facto. (17) Ad hæc Anno MDCXLIII. Archi-Dux, ut Episcopus, adstipulante Capitulo, Comiti à Tattenbach WILHELMO LEOPOLDO, Equiti Melitensi & Consiliario Cæsaris

Militari, Investituram, ob præstita Imperatori officia, petenti, Comi-
(18) tatum Rheinstein in Feudum concessit. Litteræ Investituræ hujus sunt tenoris:

Wir Leopold Wilhelm von GOttes Gnaden Ertz-Hertzog zu Oesterreich, Hertzog zu Burgundt, Steyer, Cärndten, Crain und Würtenberg, Administrator des Hochmeisterthumbs in Preussen und Meister Teutschen Ordens in Teutsch und Welschen Landen, Bischoff zu Straßburg, Halberstadt, Passaw und Olmitz, Administrator der Fürstlichen Stiffter Herschfelt, Murbach und Lüders, Graff zu Tyroll und Görtz ꝛc. thun kund und bekennen hiermit vor Uns und unsere Nachkommen am Stifft Halberstadt, daß wir aus zeitigen gehabten Rath, guten Wissen und Fürbetrachtung, mit Consens und Verwilligung der Ehrwürdig und Ehrnvesten, Unseren Lieben Andächtigen Herrn Domb Dechandten, Seniorn und Capitul Gemein unser Bischöfflichen Kirchen zu Halberstadt, den Hoch- und Wohlgebohrnen Wilhelm Leopold, des Heiligen Römischen Reichs Graffen zu Tettenbach, Frey und Pannier-Herrn zu Ganowitz, St. Johannis Hierosolymitani Ordens Rittern, Commendatorn zu Klein Oelß, Fürstenfelt, St. Peter Mellung, Eyer, Breßlau, und Heylenstein, Römischer Kayserl. Majest. Feld-Kriegs- wie auch unseren Geheimbden Rath und Obristen Cämmerer, und seines Bruders Gottfrieds Graffens zu Tettenbach nachgelassene Männliche Leibes-Erben, als Hanß Erasmum, und Gottfried Wilhelm Graffen zu Tettenbach, und deroselben künfftigen Ehlichen Männlichen Leibes-Erben absteigender Lini umb seiner Uns und unserem hochlöblichen Ertz-Hause Oesterreich auch unserm Hochstiffte Halberstadt in viele Wege geleistete Treu und gute Dienste, so er Uns und unserm Hochlöblichen Ertz-Hause, auch Hoch Stiffte Halberstadt fürter wohl thun, erzeigen und leisten kan, soll und mag, die Graffschafft Reinstein sambt allen und jeden ihren Ein- und Zubehörungen, nichts ausgeschlossen, zu gesambter Hand realiter investiret, und gnädigst beliehen haben, investiren realiter und beleihen Ihn Graff Wilhelm Leopold zu Tattenbach ꝛc. und dessen Mitbemelten, damit zu gesambter Hand, wie Anwartungs realis Investituræ auch gesambten Mann-Lehens Recht, Weise Herkommen und Gewohnheit ist, in Krafft und Macht dieses Unsers Brieffes, für Uns und alle unsere Nachkommen am Stifft Halberstadt, auch in bester und bestendigster Form, wie solches von Rechts und Gewohnheit wegen, am bündigsten und kräfftigsten immer geschehen kan, soll und mag mit allen nachgesetzten Stücken, als nemblich der Graffschafft Reinstein mit aller ihrer Ein- und Zubehörungen, wie einer Graffschafft eignet und zustehet, keinerley ausgeschlossen, mit den Dörffern, Ze-

henden, und wie hernach folget, mit den Bergwercken und allerley Metall gesucht und ungesucht, nichts ausgeschlossen, item mit nachfolgenden Dörffern, nemblichen Westerhausen, Warnstett, Weddersleben, Thall etwa genant Neustett, und diese oben verzeichnete Dörffer, mit Gericht und Recht, oberst und unterst, über Halß und Handt, mit Teichen und Teichstetten, Trifften, Weiden, Wassern, Wasserlauffen, mit den Mühlen in und für denselben Dörffern, mit aller ihrer Ein- und Zubehörung keine ausgeschlossen, und mit allen anderen Gerechtigkeiten, und mit Dörffern besetzt und unbesetzt, deren Nahmen nicht ausgetruckt, und zu der Graffschafft von Reinstein gehörig, mit allen und jeglichen geistlichen Ritter und Affterlehn, Item dem Schloß und Burgk Westerburg, mit Gericht und Recht, Oberst und Niederst, über Halß und Hand mit allen Geistlichen Ritter und Affterlehen, auch aller seiner Ein- und Zubehörung, nichts ausgeschlossen, auch mit dem Bergwerck wie berührt, Item dem Dorff Vorßheimb, auch mit allen Rechten, wie die vorgenandten Dörffer nichts ausgeschlossen, Item den Dörffern Dedeleben, Dingelstedt, und Darsem, was wir deß in den Dörffern haben, mit Gericht und Recht wie vorberürt, Item den Dörffern Rodeber, Grossen und Kleinen Uplingen, Rettorff, Sommeringen, Wolckenstedt, Sehedorff, Bonungendorff Ober Ronßdorff, und diese oben verzeichnete Dörffer, alle mit Gericht und Recht, über Halß und Hand, Oberst und Niederst, mit Acker, Wiesen, Zinsen, Diensten und allen anderen Gerechtigkeiten, wie die andern vorgenandten Dörffer Westerhausen und Warnstedt, nichts ausgeschlossen, Item dem Dorff Aderstedt, anch mit Gericht und Recht über Halß und Hand, mit den Kirchlehen und allen anderen Affterlehen nichts ausgeschlossen, wie die Spiegell solches von der Herrschafft zu Lehen getragen, Item den Gehöltzern allenthalben am Hüe und Fallstein auch mit Gericht und Recht über Halß und Hand nichts ausgeschlossen, mit der grossen Kohling dem Steinberg groß und kleinen Holtz Marck mit allen anderen Gehöltzeren, die Wir darumb lang und fürter verlehnet, Item dem Zehenden zu Märdorff, dem Zehenden zu Badenbeckh, dem Zehenden zur Lintzke für Blanckenburg, dem Zehenden zu Westerhausen, dem Zehenden zu Warnstedt, dem Zehenden zu Weddersleben, dem Zehenden zum Thall, dem Zehenden zu Kagenstedt, dem Zehenden zu Wernigeroda, dem Zehenden zu Eggerode, dem Zehenden zu Hüllingeroda, dem Zehenden zu Hedenroda, dem Zehenden zu Elbingeroda, dem Zehenden zu Haselfelde, dem Zehenden zu Stiege, dem Zehenden zu Allenroden, dem Zehenden zu Hemiker, dem Zehenden zu Gottorff, dem Zehenden zu Horndorff, dem Zehenden zu Gerstorff, dem Zehenden zu Lütken Dittfurth, dem

Zehenden

Zehenden zu Dumeßleben, dem Zehenden zu Schlaustedt, dem Zehenden zu Wollfferstedt, dem Zehenden zu Crodorff, dem Zehenden zu Schwanbeck, dem Zehenden zu Niendorff zwischen Wegeleben und Nienhagen, Item allen Gütern zu Veltheimb und den Zehenden daselbst, die fürter von dem Graffen verliehen seind, dem Zehenden zu Nienhagen, dem Zehenden zu Wybi, dem Zehenden zu Hedersleben, dem Zehenden zu Altenstedt vor dem Huw, dem Zehenden zu Treyben, dem Zehenden zu Egelin, dem Zehenden zu Germersleben, dem Zehenden zu Dreste, dem Zehenden zu Forderstedt, dem Zehenden zu Suplingen, dem Zehenden zu Croppenstedt, dem Zehenden zu Ertzlafeld, dem Zehenden zu Redebor, dem Zehenden zu Achstett, dem Zehenden zu Schlaffstedt, dem Zehenden zu Adersleben, dem Zehenden zu Remnick, dem Zehenden zu Grossen Rodersleben, dem Zehenden zu Rinckersleben, dem Zehenden zu Gnerincke, dem Zehenden zu Falckenstedt, dem Zehenden zu Gadenrode, dem Zehenden zu Steinem, dem Zehenden zu Niendorff bey Schwanbeck, dem Zehenden über drey Hueffen Landes zu Quenstedt, dem Zehenden zu Archsleben unter Hoimburg, dem Zehenden zu Holpede über die von Northausen, dem Zehenden zu Grossen Silde, dem Zehenden zu Oldenrode, dem Zehenden zu Allendorff, dem Zehenden zu Kebeling, dem Zehenden zu Eggersdorff, dem Zehenden zu Luderstorff, dem Zehenden zu Ischerstedt, dem Zehenden zu Aschersleben, Item Sechszehen Schock Zehenden zu Brinstedt, dem Zehenden zu Wilsleben, dem Zehenden zu Amßdorff, dem Zehenden zu Gittelden, dem Zehenden zu Generoden, dem Zehenden zu Willroden, dem Zehenden zu Marßfelde, dem Zehenden zu Ellingerode, dem Zehenden zu Harckerode, dem Zehenden zu Wolmerode, dem Zehenden zu Eckersleben, dem Zehenden zu Harpelen, dem Zehenden zu Gwedewenden, dem Zehenden zu Albestedt, dem Zehenden zu Zollingen bey Ballenstedt, dem Zehenden zu Scheidorff bey Radesleben, dem Zehenden zu Hintzigenrode, dem Zehenden zu Upling, dem Zehenden zu Achtershagen, dem Zehenden zu Heytingeroden, Item der Vogtey über sieben Hueffen Landes, zu Sewesleben, dem Zehenden zu Eigerendenfelde über Quedlinburg, dem Zehenden zu Hodenburg, dem Zehenden zu Altenburg, dem Zehenden zu Seehausen, dem Zehenden zu Hodall, dem Zehenden zu Pabstdorff, dem Zehenden zu Langelde, dem Zehenden zu Vönckenße, dem Zehenden zu Harmestorff, dem zu Wolckenstedt, dem Zehenden zu Niengadenhausen, dem Zehenden zu Schmerthausen, dem Zehenden zu Utzleben, dem Zehenden zu Wichhausen, dem Zehenden zu Halten Ditfurt, dem Zehenden zu Arxsleben, dem Zehenden zu Groß und Kleinen Vörnicken, dem Zehenden zu Hatteldən, dem Zehenden zu Rincker, dem Zehenden

henden zu Mönnichsdorff, für Gröningen, dem Zehenden zu Luitken Schiepstedt über Wasser, dem Zehenden zu Saldersleben, dem Zehenden zu Zilling und Hedeber, alle freye Ritter-Lehn, die von der Herrschafft Reinstein zu Lehn gehen, Item Fünff und sechtzig Maider, an Acker zu Hedeber, an fünff und zwantzig Hueffen Landes, dem Zehenden zu Darssen, dem Zehenden zu Rettorff, dem Zehenden zu Lasingen, dem Zehenden zu Beringedorff, dem Zehenden zu Wetteborn, dem Zehenden zu Kiningeroden, dem Zehenden zu Kattel, dem Zehenden zu Erdfelde und Bachtenfelde, dem Zehenden zu Heinicker, dem Zehenden über Drey Roden über Darssen, dem Zehenden zu Sortz, dem Zehenden zu Reberstorff, dem Zehenden zu Hartzkerode, dem Zehenden zu Ballingeroden, dem Zehenden im Langen und Kurtzen Rhoden zwischen Quedlinburg und Neinstedt, dem Zehenden zu Kleid, dem Zehenden zu Harßdorff, dem Zehenden zu Endorff, dem Zehenden zu Hedenberg, dem Zehenden auf Erdesseleben, dem Zehenden zu Kleinen oder Luetken Saldersleben im Felde und Dorffe, dem Zehenden zu Luitken Dittfurth, dem Zehenden zu Draudorf bey Frickeleben, dem Zehenden zu Aschersleben, dem Zehenden zu Langen und Kurtzen Rhoden, zwischen Quedlinburg und Wegeleben, item 2. Huffen Landes zu Gewersleben, 2. Hueffen Landes zu Lohra der Vogtey zu Dippingerode, der Vogtey zu Harckenstedt, der Vogtey über die Marck zu Alversleben, der Mühlen zu Zillingen und 1. Hueffen Landes: 2. Huffen Landes zu Haßler, dem Güteren zu Quenstedt, 2. Hueffen Landes zu Langelde, 8. Hueffen und 1. Wiesen zu Ebersstorff, der Vogtey über 2. Hueffen zu Sasberde, das Holtz zu Brometsleben, einer Hueffen Landes zu Lindede, Item 4. Hueffen Landes zu Küllingerode und 1. Morgen, Item Anderthalb Hueffen zu Schushoffen, und noch 9. Hueffen mit einem Baumgarten, auch 2. Holtzblecken und einer Wiesen und noch einem Holtze genandt das Zeit, Item einer halben Hueffen Landes und 3. Morgen zu Adorff, Item zu Luitgen Harßfeld so viel Ackers, der giebet 8. Scheffel und 5. Schillinge, Item 2. Hueffen Landes auf dem Felde zu Schwanbeck, Item 2. und eine halbe Hueffen Landes auf dem Felde zu Harßleben, Item 4. Hueffen Landes zu Anderbeck, Item 2. und eine halbe Hueffen zu Wegeleben, Item einen Holtzbleck auf dem Saßburge, hat vorzeiten Ehr Ludolff von Sundhausen gehabt, Item den Hoff zu Niendorff für dem Brandeslebischen Holtze, mit Acker Wiesen Teichen und Teichstetten, und Höltzern mit Gericht und Recht über Halß und Hand, nichts ausgeschlossen, wie jetzung der von Asseburg ihn gebrauchen möge und von der Herrschafft Reinstein zu Lehen haben, und mit den Zehenden, und mit allen und jeglichen Gütern so die Graffen von Reinstein von Rechts wegen von

uns

uns und unserm Stiffte Halberstad zu Lehen haben oder ja billig gehabt haben sollen, und allhier mit specificiret, und mit Nahmen angezeiget seyn so wir hierin anch etwas zu viel daß die Graffen von Reinstein von andern etwa zu Lehn getragen haben sollen, gesetzt hatten, das soll Uns und ihnen unschadlich seyn.

Wir geben auch hiermit vorgedachten Graffen Wilhelm Leopold zu Tattenbach vollkommene Macht und Gewalt, daß wo sichs etwa zutrüge, daß mehr besagter Graff von Tettenbach über kurtz oder lang verfallen sollte, seine Mitbelehnte alsdenn, oder auch derselben Manns-Erben und Lehns-Folgere, guten Fug Macht, Recht und Gewalt haben, hiermit auch von uns und unsere Nachkommen gemachtiget und befehligt seyn sollen sich solch unserer alsdenn erledigten und ihnen eröffneten und heimgefallenen Reinsteinischen sambt Lehnstücken, als ihnen verschriebenen realiter Investitirten erhaltenen und ingesambt besitzenden Lehns-Immission oder auch Zusperrung und Verhinderung unserer selbsten oder unserer Nachkommenden Bischöffen am Stiffte noch auch unsers Dom-Capituls zu Halberstadt anzumassen, dieselbe vor sich selbsten anzugreiffen, einzunehmen und nach bester ihrer Gelegenheit zu genützen, zu geniessen und zu gebrauchen, allermassen die Graffen von Reinstein die vor diesen für ihr besonder Lehn von unsern Vorfahren und Stifft Halberstadt gehabt und getragen, besessen genützt, uud gebrauchet haben, wir ihm Graffen Wilhelm Leopold zu Tattenbach und dessen Mitbemeldte auch hiermit und durch Darreichung unsers bereits in eine ruhige würckliche Possession solcher Reinsteinischen Lehenstücke jetzo alsdenn und denn als itzo setzen und gesetzet haben wollen, iedoch daß sie bey allen Fällen bey uns oder unsern Nachfolgern die gewöhnliche renovationem Investituræ suchen. Da auch er Graff Wilhelm Leopold und dessen Mitbeschriebene zu mehrer Bestärck und Befestigung die Belehnung zur sambten Hand auch Investituræ realis ferner die gesambte Possession und den Besitz ohne diesen Reinsteinischen Lehngütern wie auch die eventual-Huldigung der dazu gehörigen Landschafft und Unterthanen, per jactum Lapilli oder in und durch andere Mittel und Wege wie das immer seyn und geschehen mag nehmen apprehendiren und ergreiffen würden, das alles und jedes sollen und wollen Wir und unsere Nachkommende Bischöffe, wie auch nicht weniger das Domb Capitul zu Halberstadt genehm halten, ratificiren confirmiren und bestetigen, inmassen wir solches auch hiermit und in Krafft dieses vor Uns und alle unsere Nachkommen, genehm halten, ratificiren, confirmiren, und bestetigen, dargegen auch nichts weder in- noch ausserhalb Rechtens thun, führnehmen noch anderen verhengen oder gestatten, Inmassen

massen Wir und unsere Nachkommen denn auch über dieser Reinsteinischen Lehn, alle oder auch zum Theil dieser unser Belehnung zur sambter Handt, auch reali Investituræ zuwieder und mehr erwehnten Graffen Wilhelmb Leopoldt, und seinen Mitbemeldten zum Nachtheil, Abbruch und Verfang, Niemandt anders keine weitere Anwartung, Geding, Verbrüderungen, Zusammensetzungen oder Belehnungen zur sambten Hand noch realem Investituram geben, bewilligen, zulassen oder einraumen wollen, noch sollen. Da auch gleich unsere Vorfahren auf die vorbemeldte Reinsteinische Lehnstücke jemandts eines Geding, Anwartung, Verbrüderung, Zusammensetzung und Belehnung zur gesambten Hand gegeben, und bewilliget hätten, oder wir und unsere Nachkommende Bischöffen, auch Domb Capitul zu Halberstadt künfftiglich und nach dato dieses geben würden, wie doch nicht seyn soll, so sollen dieselbe dieser unser Verschreibung und Belehnung zur sambten Handt, auch reali Investituræ Ihm Graff Wilhelm Leopoldt, und dessen Mitbelehnten nicht vorgezogen werden, sondern solches alles und jedes insonderheit hiermit machtloß, genichtiget, und gantz und gar todt und abe seyn und bleiben.

Wir wollen und unsere Nachkommen sollen auch auf und an diesen unseren Reinsteinischen Lehnstücken weder gantz noch zum Theil hernechst, und nach dato dieses Brieffes vorermelten sambt belehnten Graffen zu Tettenbach 2c. zu Nachtheil und Verfangen auch ohne ihre Mitbewilligung, keine Versetzung, Verpfändung, neue Afftterbelehnung, vielweniger erbliche Verkauffung oder Verwechßlung, noch einige andere alienation, Enteuserung und Beschwerung der Rheinsteinischen Lehenstücken ohne Mitbewilligung der Graffen zu Tettenbach verconsentiren, belieben, bewilligen, confirmiren noch bestetigen oder auch sonsten genehmb haben, noch gut heissen und paßieren lassen, sondern solches alles und jedes zu jederzeit wiedersprechen, anfechten, vernichtigen, cassiren und auffheben, und da gleich diesem zugegen in einem oder anderen gehandelt, auch von Uns und unseren Nachkommenden Bischöffen und Domb Capitul zu Halberstadt einiger Consens und Bewilligung diesem zuwieder gegeben würde, oder werden wolte, und dabey und über nicht auch vielgedachter Graffen zu Tettenbach austrücklicher schrifftlicher Consens und Mitbewilligung befinden würde, so soll doch solches alles und jedes auch nicht kräfftig, bündig, noch auch dem Pfandtträgern, Käuffern, noch sonst jemand anders, fürträglich und fruchtbahrlich, sondern gantz nichtig und machtloß, auch den sambt belehnten Graffen zu Tettenbach unabbrüchig, dieselbe dadurch auch auf alle Fälle, wie GOtt der Allmächtige sie schicken möchte, nirgends zu verbunden seyn, noch obligiret

ret und verstrickt werden, in keine Weise noch Wege, Was aber für dato dieser unser sambten Belehnung an den obberührten Gräfflichen Reinsteinischen Lehenstücken, Affterlehen auch mit unserer Vorfahren, Unsers selbst, auch unsers Domb Capituls zu Halberstadt Consens und Verwilligung, versetzt und verpfendt gewesen, und noch ist, dasselbe bleibet billich in seinen Würden und Kräfften, soll auch von den sambt belehnten Graffen zu Tettenbach in allewege, und sonderlich auf den Fall der Devolution und Eröffnung der Lehen, ohn alle Disputation Ein- und Wiederrede festiglich gehalten und verfolget werden, Wir und unsere Nachkommen wollen und sollen auch die mehr ernandte Graffen zu Tettenbach und deren respectivè Männlichen Leibs- und Lehns-Erben dieser Belehnung zur gesambten Hand realis Investituræ gegebene und ferner ergreiffenden, und Annehmung würcklicher Possession rechte Belehnunge Her- und Gewehren seyn, Sie in- und ausserhalb Rechtens vertreten, schützen und handhaben helffen, so offt das an Uns gesucht wird, Wir auch in Recht zu thun schuldig seyn, dargegen sollen Uns und unsere Nachkommen Er Graff von Tettenbach und seine nachfolgende Lehns-Erben alle gebührliche Roß-Dienste, gleich wie die vorige Vasallen unseren Vorfahren und Uns bishero gethan, durch taugliche darzu substituirte Gräffliche oder Adeliche Personen thun und leisten, auch so offt diese Lehn zum Falle kommen, denen gebührlichen Rechten Folge thun, und jederzeit die gebührende Investituras zu suchen und zu begehren schuldig seyn, welche ihnen denn ohn eintzige Wiederrede und Auffzug erfolgen sollen; Worüber obbesagter Graff Wilhelm Leopold zu Tettenbach durch seinen Vettern Adolph Graffen zu Tattenbach auf St. Märten 2c. als Gevollmächtigten neben von Handengebung eines gebräuchigen Lehns-Revers heut untergesetzten dato die gewöhnliche Lehns-Pflicht und Jurament, würcklich geleistet, und alles zu thun versprochen, was getreue Lehns-Leute ihrem Lehns-Herren, von tragenden Lehns wegen zu thun schuldig und von Alters Herkommen, auch unsers Hochstiffts Halberstadt Lehns-Gewohnheit ist 2c. Dessen zu Uhrkundt haben Wir diesen Brieff mit unserer eignen Hand, Unterschrifft und auffgetrückten Ertz-Fürstl. geheimden Hoff Cantzley Secret-Insigul bekräfftiget, So geben zu Passau den 24. Junii Anno 1643.

Leopold Wilhelmb mpp.

(L. S.) Ad mandatum Seren:mi ac Rever:mi Dni Archi Ducis Episcopi Halberstadiens. proprium

Joannes Kaltschmidt mpp.

Jacob Pfendler mpp.

Consensus, Capituli ita se habet:

Zu wissen, Demnach der Hochwürdigste, Durchläuchtigste Hochgebohrne Fürst und Herr Herr Leopoldt Wilhelm Ertz-Hertzog zu Oesterich Hertzog zu Burgundt (Tit.) Als Bischoff zu Halberstadt, dem Hochwürdigen Hochwohlgebohrnen Herren, Herren Wilhelm Leopolden Graffen zu Tettenbach 2c. der Römischen Keyserl. Majest. Hoff- und Krieges-Rath St. Johannis Ordens Rittern und J. Hochfürstl. Durchl. Obristen Cammerern, ohnlengst die Graffschafft Reinstein, zu Lehn gnädigst conferirt und angesetzet, dero Behuff hochgemeldeter Herr Graff bey einen Hochwürdigen Dohm Capittul zu Halberstadt nöthigen Consens gesuchet, und beyde Theile darüber zu Tractaten kommen, daß heute dato folgende Capitulation darüber zwischen Ihrer Hochgräfl. Excell. und einen Hochwürdigen Dohm Capitul abgeredet verwilliget und geschlossen worden,

Als Erstlich wollen und sollen J. Hochgräffl. Excell. vor sich und ihre Lehnsfolger, Ein HochEhrwürdig Dohm Capitul und der Graffschafft Reinstein, Ritterschafft und Stände per Reversales bey Verlust Ihres und ihrer Mitbeschriebenen an der Graffschafft Reinstein erlangte Rechtens, auch formaliter auf die Weise wie des Herren Bischoffs zu Halberstadt Hoch-Fürstl. Durchl. sich in Capitulatione verschrieben, sambt Verzicht aller per se vel alios erhaltenen Dispensation Absolution und Indulten aufs aller kräfft- und bündigste versichern daß die Stände und Unterthanen selbiger Graffschafft Reinstein, bey dem freyen offenen Exercitio der Unveränderten Augspurgischen Confession und darzu gehörigen Mitteln auch allen ihren habenden Privilegien Frey- und Gerechtigkeiten, sollen unbehinderst zu ewigen Zeiten gelassen manuteniret und geschützet werden, worüber auch der Röm. Kayserl. Majest. und Reverendissimi Serenissimi Episcopi aller und gnädigste Confirmation auf eigenen Kosten aus und einzubringen, Ihr. HochGräffl. Excell. ungespahrten Fleisses aufs aller eüserste gehalten seyn will.

(2.) Jura patronatus betreffende, So wird allein das PfahrLehn zu Heydebeer unter dem Ambte Zillie gelegenen Reverendissimo Capitulo abgetredten, übrige zu mehr gemeldeter Graffschafft gehörige bleiben Ihro Hochgräffl. Excell. vorbehalten, jedoch wollen dieselbigen schuldig seyn die Pfarren, Kirchen und Schulen, in selber Graffschafft in dem Stifft Halberstadt und denen Ohrten woselbst das exercitium Augustanæ Confessionis üblich keine andere als tüchtige der unveränderten Augspurgischen Confession mit Hertz und Mund zugethane Subjecta zu præsentiren und damit zu besetzen, solte aber sich finden daß denen p. t. gewesenen Herren Graffen zu Reinstein etzliche Jura Patronatus in Ahnhäldischen Fürstenthumb auf den Eißfelde

und

und sonsten an andern Ohrten woselbst etwa die Catholische oder eine andere Religion exerciret würde, zustünden; So mögen sich Ihro Hochgräffl. Excell. mit den Præsentandis nach Gelegenheit des Ohrts und der Gemeine welcher ein Pfar vorgestellet werden soll, reguliren, was sonsten der Kirchen und Schulen Visitationes und andere dahin gehörige disposition anreichet, so sollen dieselben Reverendissimo Capitulo, gleichwie in übrigen gantzen Stifft, also auch in der Graffschafft Reinstein per expressum vorbehalten und dieses alles denen Reversalibus einverleibet werden;

So wollen auch (3.) Ihro Hochgräffl. Excell. sich auf das aller eüserste bemühen, damit von des Herren Bischoffs Hochfürstl. Durchl. Reverendissimum Capitulum durch ein sonderbahres Rescript versichert werde, daß diese Collatio der Graffschafft Reinstein Dero cum Reverendissimo Capitulo getroffenen Capitulation allerdings unpræjudicirlich seyn, und die Graffschafft Hohnstein und andere Appertinentien nach wie vor bey dem Stifft Halberstadt immediate verbleiben möge;

Wie ingleichen (4.) der Herr Graff nach eüserster Möglichkeit respective bey dem Kayserlichen Hoffe und Fürstl. Hause Braunschweig sich treu eyferich bewerben, auch proprio sumptu verhoffentlich erhalten will, daß alle von Hochgedachten Hause sonst an die Graffschafft Reinstein herfür gesuchte Prætensiones und Ansprache in specie wegen Mulmcke, Redebeer, Mandorff, Danstedt, Böhnshausen, dem Oster Holtze wegen Hut und Trifft bey dem Hause und Ambte Langenstein, in Heerße und was dessen etwan mehr seyn möchte gäntzlich fallen, remittiret denenselben vom gesambtem Fürstlichen Hause renunciiret, Reverendissimum Capitulum dabey manuteniret, und dieserwegen nicht weiter beunruhiget werden mögen, gestaldt denn eventualiter alle diese Manutenentz und Process propriis expensis, Ihre Hochgräffl. Excell. zu erlangen, und auszuführen gehalten seyn will,

Wie dann (5.) auch dieses abgeredet und hinc inde verwilliget daß was ein HochEhrwürdig Dohm Capitul von Reinsteinischen Zehnden, Geholtzungen, und Gütern, sie haben Nahmen wie sie immer wollen, possidiret, selbiges alles sonder einige Ansprache denselben ruhiglich sine ulla recognitione erb- und eigenthümblich pleno Jure verbleiben, was dem Reverendissimo Capitulo ratione factæ alienationis tertiis possessoribus an Reinsteinischen Gütern verconsentiret, selbiges genehmb gehalten, was davon Jure pignoris & hypothecæ vel etiam per modum venditionis revocabiliter vereüsert, oder uff dergleichen Ahrt in der anderen Hände kommen, und von Rechts wegen eingelöset werden kan, zu reluiren, Ihro Hochgräffl. Excell. frey stehen, insgemein aber keiner, er sey wer er wolle, so da Jure pignoris aliove titulo von

Gräffl.

Gräffl. Reinsteinischen Gütern etwas besitzet, ohne vorgehenden ordentlichen Process Richterliche unverdächtliche Erkäntnüß seines Besitzes und Rechtens entsetzet oder benommen werden soll, was aber Ihr. Hochgräffl. Excell. oder ihre Mitbeschriebene von oppignoratis venditis aliove titulo translatis durch Erlegung des Pfandt- oder Kauffgeldes Consensu Possessorum wieder reluiren, oder zur Graffschafft Reinstein bringen werden, solches alles soll nach Abgange des Gräffl. Tettenbachischen Mannstamms dem Stifft Halberstadt sonder Entgeldt anheimb fallen,

Fürters verpflichten sich (6.) J. Hochgräffl. Excell. wie ohne dem Rechtens, daß sie sich sonder expressen vorhergehenden Consens Reverendissimi Capituli, keiner Oppignoration, Permutation, oder Alienation, sub nulla specie, einiger Gräffl. Reinsteinischen Güter unternehmen wollen,

Und (7.) die Ober-Hoheit, nach Lehns Gebrauch, dem Stifft Halberstadt bleiben, auch die Appellationes, nach wie vor, und der Graffschafft Reinstein an die Halberstädtische Regierung gehen sollen;

Nachdem auch (8.) HochEhrwürdigen Dohm Capitul und gesambten Stiffts-Ständen nicht wenig daran gelegen, daß die zwischen Reverendissimo Serenissimo Episcopo & Capitulo getroffene Capitulatio von Römischer Kayserl. Majest. allergnädigst confirmiret, und wegen des Exercitii religionis Augustanæ das gesambte Stifft gleichmäßig gesichert werde, so haben Ihro Hochgräffl. Excell. sich umb Ein HochEhrwürdig Dohm Capittul und die Stiffts-Stände so viel mehr bedienet zu machen, dahin gnädig erkläh-ret, daß Sie pro ultimo posse unerspahrtes Fleisses auf ihren eigenen Kosten, sich allereüserst bemühen wollen, bey der Römisch Kayserl. Majestät nicht alleine dero allergnädigste Confirmation zu erhalten, über die mit Ihrer Hochfürstl. Durchl. dem Herren Bischoff wegen des Bischoffthumbs Halberstadt aufgerichtete Capitulation, und dieser wegen den Ständen ausgefertigten Reversalen, sondern auch das Reverendissimum Capitulum und die Stände, darumb allerunterthänigst an J. Kayserl. Majest. suppliciren werden, ein Special-Privilegium daß im gantzen Stifft durchgehendt das Exercitium der unveränderten Augspurgischen Confession frey und ungehindert getrieben werden möge gleicher Weise auf Sr. Hochgräffl. Excell. eigenen Kosten aus und zuwege zu bringen;

Desgleichen (9.) wegen Erleichterung der Krieges-Kosten dem Stifft zum Besten allen müglichen Fleiß bey der Römisch Kayserl. Majest. und Ihro Hochfürstl. Durchl. anzuwenden, damit die Völcker abgeführet, die Contribution gelindert, und männiglich gute Respiration überkommen möge,

Letzl.

Letzl. (10.) verstehet sich an ihm selbst, daß nechst des Herrn Bischoffs Durchl. Ihro Hochgräffl. Excell. und Ihre Mitbeschriebene Einem Hoch-Ehrwürdigen Dohm Capitul getreuw und hold soll zu seyn schuldig verbleiben, wie sie sich denn auch noch hierüber gnädig anerbethen, einem jeden von itzigen Herrn Dohm Capitularn mit einer solchen Discretion an die Handt zu gehen, auch Dero Syndicum und Secretarium also gnädig zu remuneriren daß sie daraus allesambt Ihro Hochgräffl. Excell. wohlgeneigtes Gemüth in effectu zu verspühren haben sollen,

Endtl. und (11.) wollen Ihro Excell. förderlichst Reverendissimo Capitulo eine richtige Specification aller der zur Graffschafft Reinstein gehörigen Pertinentien einliefern,

Womit also gegenwertige Handelungen beschlossen, obige Puncta allesambt zwar diejenigen so in ihrer eigenen Gewalt bestehen, purè und absolutè die übrige aber so factum tertiorum & Superiorum concerniren, pro ultimo posse treu eiferig zu erfüllen, von Ihro Gräffl. Excell. bey dero Gräfflichen Ehren und wahren Wordten, in Krafft dieses, wie nicht weniger durch einen sonderbahren Revers, hingegen drauf von Ew. HochEhrwürden Dohm Capitul alsdenn den gebethenen Consens über die Graffschafft Reinstein zu ertheilen versprochen worden Alles getreulich und sonder Gefehrde, Zu dessen mehrern Uhrkundt obgesetzete Puncta doppelt abgefasset, von beyden contrahirenden Theilen wissentlich mit dero respectivè Gräffl. und Capitular-Insigul bedrücket und nebst Ihro Hochgräffl. Excell. von Herrn Dohm Dechandt auf Ansuchen dessen mit Herren und eigenen Handen unterzeichnet worden. Datum Halberstadt den $\frac{10.\ Julii}{30.\ Junii}$ Ao. 1643.

(L. S.)	(L. S.)
Wilhelm Leopoldt Graff zu Tettenbach mppria.	**Ahrendt Spiegel von Pickelsheimb Dohm Dechandt** mpp.

(19) Hic verò, inscio Episcopo & Capitulo Halberstadiensi, Anno MDCXLIV. pactum quoddam de investiendo, quoad certas quasdam Comitatus partas quas ante annum ab Episcopo WILHELMO LEOPOLDO in Feudum acceperat, iniit hujus tenoris:

Im Nahmen der Hochgelobten Heyligen Dreyfaltigkeit Amen rc. Kundt und zu wissen sey hiermit jedermänniglichen rc. Als nach tödtlichen Abgang der Herren Graffen zu Reinstein und Blanckenburg, das Fürstliche Hauß Braunschweig Lüneburg, unlängst erloschener Wolffenbüttelscher Linie,

nie, sich aller und jeder deren hinterlassenen Güter und Jurium angenommen, folgends aber nach Weilandt des Durchlauchtigen Hochgebohrnen Fürsten und Herren, Herren Friederich Ulrichs, Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburgk, als Letzten der Fürstlichen Braunschweigischen Wulffenbüttelschen Linie Hochsehl. Abtritt, zwischen des Herren Bischoffen zu Halberstadt Hochfürstl. Durchl. und dem Hochlöblichen Fürstl. Hause Braunschweig Lüneburgk, wegen etzlicher Lehnstücke, welche das Stifft Halberstadt dem Graffen von Reinstein und Blanckenburg, wie auch nachgehends hochermeldeten Fürstl. Hause Braunschweig der Wolffenbüttelschen letzt erloschenen Linie zu Lehen angesetzet haben, und nunmehro vor eröffnet halten, das Fürstl. Hauß Braunschweig Lüneburgk aber dessen nicht geständig seyn wollen, sich Streit und Jrrungen erhoben, bey solchen Verlauff denn auch erfolget, daß der Hochwürdige, Hochwohlgebohrne Graff, Herr Wilhelm Leopold, des Heiligen Römischen Reichs Graff von und zu Tettenbach, Pannier und Freyherr zu Gannowitz, St. Johannis Hierosolymitani Ordens Ritter, Commentator zu Klein Oelß, Fürstenfelt, St. Peter Melling, Eger, Breßlau, nnd Heiligenstein, Römisch Kayserl. Majest. Ertz-Hertzogl. Oesterreichischen respectivè Hoff- Kriegs- auch Geheimder Rath, und Obrister Cämmerer, von dem Hochwürdigsten, Durchlauchtigsten Fürsten und Herren, Herrn Leopold Wilhelm, Ertz-Hertzogen zu Oesterreich, Hertzogen zu Burgund, Steyer, Kärndten, Crein, und Würtenberg, Graffen zu Tyrol und Habspurg, Bischoffen zu Straßburg, Olmütz, Halberstadt und Passau, Hochmeistern des Teutschen Ordens im Teutsch- und Welschen Landen, Administratoren des Ordens in Preussen, wie auch der beyden Fürstlichen Stiffter Murbach und Lüders &c. mit Consens des Dom Capittels zu Halberstadt mit der Graffschafft Reinstein und solchen streitigen Lehnstücken belehnet, womit ob zwar die Durchleuchtige, Hochwürdiger und Hochgebohrne Fürsten und Herren, Herr Friederich und Herr Augustus, Hertzoge zu Braunschweig und Lüneburgk, respectivè postulirter Coadjutor des Stiffts Ratzeburgk, Erwehlter Thumb-Probst des Ertzstiffts Bremen &c. nicht einig seyn wollen, so haben dennoch J. J. Fürstl. Fürstl. Gnaden Gnaden mit gedachtes Herren Graffens Excellentz, in Ansehung dero, wegen des gantzen Fürstlichen Hauses Braunschweig und Lüneburgk, gehabten vielfältigen kostbahren Mühwaltung, und demselben erwiesene gute Dienste sich obbemeldeter streitigen Stücke halber, jedoch höchst und hochermeldter Jhro Hochfürstl. Durchl. als Bischoffen zu Halberstadt, und dessen Hochstiffts, wie auch des Hochfürstl. Hauses Braunschweig und Lüneburgk allerseits jurium tam in possessorio quam petitorio per expressum vorbehaltlich nachfolgender

gender Gestalt verglichen, 1.) Wollen hochgedacht J. J. Fürstl. Fürstl. Gn. Gn. mit Consens des auch Durchleuchtigen, Hochgebohrnen Fürsten und Herren, Herrn Christian Ludwigs, Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg ꝛc. des Herren Graffen von Tettenbach Excellentz, wegen des Hoch-Fürstl. Hauses gehabten vielfältigen Mühwaltung, und demselben erwiesenen Freundschafft, wie auch dessen Bruder, und zwey unmündige Vettern, als Herren Hansen Eraßmus, Herren Gotfriedt Wilhelmen, und Herren Georg Sigißmunden alle Graffen zu Tettenbach, und deren Männliche Leibes Lehens Erben beliehen mit nachfolgenden Dörfferen und Stücken, als den Dorffschafften, Westerhausen, Warnstedt, Weddersleben, Thall, und Nienstedt, dem grossen Teiche bey Westerhausen, auch mit aller solcher Dörffer und Güter Nutzung und Gebrauch, Hoch- und Gerechtigkeiten, Ober- und Untergerichten, Jagten und Zubehör; Jmgleichen mit den nachfolgenden Zehenden, als den Zehenden zu Heimburg, Elbingerode, Stiege, Haselfelde, Westerhausen, Weddersleben, Warnstedt, Hiddenrode, und Blanckenburg, jedoch so viel den Zehenden zu Blanckenburg, als den Zehenden betrifft, soll derselbe bey dem Ambt Blanckenburg forthin unperturbiret verbleiben, bis die Hauptsache zwischen dem Fürstl. Hause Braunschweig Lüneburgk und dem Hochstifft Halberstadt, oder Ihrer Hochgräfl. Excellentz zu Gute oder Recht ausgeführet sey.

So wollen auch vors Andere J. J. Fürstl. Fürstl. Gnad. Gnad. vor hochgedacht des Herren Graffen von Tettenbach Excellentz, und ihre Mitbeschriebenen, zu noch mehrer Bezeigung dero gegen dieselbige obbemelter Meriten halber, tragenden Affection würcklich belehnen mit dem halben Theile des Hauses Westerburgk, sambt allen zu solcher Helffte gehörigen Dörffern, Hoheit, Ober- und Untergerichten, Jagden, Diensten, Zehenden, Holtzungen und allen andern Pertinentien.

Jmgleichen, dahero wollen vors Dritte J. J. Fürstl. Fürstl. Gn. Gn. mehr hochgedachtes Herren Graffen von Tettenbach Excellentz und ihre Mitbeschriebene würcklich belehnen, mit dem grössesten Theil des Thalischen Forstes, welcher auf jener Seiten der Bode, nach dem Fürstenthumb Anhalt und Stifft Quedlinburg gelegen, wie derselbige in seinem Bezircke begriffen, gleicher massen aus dem Klein Thalischen Forst, welcher dieser Seit der Bode nach dem Thall gelegen, mit nachfolgenden Bergen, nemblich dem Barthamsberge, Hundessincke, Kahlehelle, Wintzenburg, Grabe, Zielershei, Roßtrap, Lindthal, Lüdersberge, Endtenstieg, Kotbach, Claußholtz, Holeweg und dem Sonnenberge, so beym Dorffe Dahl gelegen, ferners aus dem Allerodischen Forst, dem Laubthall, Schlackenborn, Grossen und Klei-

nen Clovenberge, Wiederteufferey, und dem Brandholtz, mit aller selbiger Berge, so weit die in ihrem Bezirck begrieffen, Herrligkeit, Hoheit, Forst-Gerechtbahrkeit, jure lignandi, venandi, auch aller anderen Rechten und Nutzen, wie dieselbe genennet werden möchte, deren sich Ihro Hochgräffl. Excellentz und dero Mitbelehnte frey ohne J. J. Fürstl. Fürstl. Gnad. Gnad. dero Nachkommen oder der Ihrigen Hinderung gebrauchen sollen, So viel die Wässere anbetrifft, ist es dahin verabredet: An denen Oertern da Ihro Hochgräffl. Excellentz an beyden Seiten der Uffere vermüge dieses Vergleichs, das Territorium allein haben, allda bleibet alle Hoheit und Nutzbahrkeit des Wassers, und also auch die Fischereyen, hoch ermeldeter Ihro Hochgräffl. Excellentz, und dero Mitbelehnten allein. Hingegen derer Oerter aber, da das Fürstliche Hauß Braunschweig Lüneburgk an einer, des Herren Graffen Excellentz aber an der anderen Seiten der Uffere das Territorium haben, da verbleibet jeglichem Theile auf seiner Seiten die Hoheit, und was darvon dependiret, allein vorbehalten, die Fischerey aber beyde Theile insgemein, Jedoch was in gemeldeten Forsten, Bergen, Thalen und Wassern einen oder mehren privatis, es seyen gantze Dörffer oder Particulier-Personen, Adel und Unadel, vor Gerechtigkeit, an Garten, Gehöltzen, Hude, Trifft, Weide jure lignandi oder sonsten zuständig seyn möchten, dabey werden dieselbe billig gelassen, und darin keines weges turbiret, „Es will aber das Fürstl. Hauß Braunschweig Lüneburgk, Ihrer „Hochgräffl. Excellentz, und dero Mitbelehnten zu keiner præstation evictionis „derer hierinnen und in vorigen Articulen, ihrer verliehnen Stücken ver„bunden seyn.

Vors Vierdte, will man sich beyderseits fürderlichst über die proportion, was zu dero in der Reichs- und Crayß-Matricul der Graffschafft Reinstein und Blanckenburg assignirten quoten, die vermöge dieses Vergleichs jedem Theile verbleibende Stücke aufzubringen, eines gewissen quanti vereinbahren, wovon der Herr Graff und seine Mitbeschriebene, was seinem Antheil zukommen möchte, absonderlich zu collectiren und immediate zu der Reichs- und Crayß Cassen auszuzahlen hat.

Vors Fünffte, in Ecclesiasticis soll es itzo und künfftig zu ewigen Zeiten in gemelten Oertern, womit von dem Fürstl. Hause des Herren Graffen Excellentz und dero Mitbeschriebene belehnet worden, in jetzigem Stande verbleiben, und thun Ihro Hochgräffl. Excellentz für sich und dero Mitbelehnte vi hujus pacti gegen das Fürstl. Hauß Braunschweig Lüneburgk sich hiermit verpflichten, keine Aenderung in Religions-Sachen, und was deme anhängig, neque per directum neque per indirectum anzustellen, sondern die

sämbt-

sämbtliche Unterthanen und Eingesessene bey den freyen offenen Exercitio der Augspurgischen Confession, wie dieselbe Anno 1530. Carolo Quinto dem Römischen Kayser Glorwürdigster Gedächtniß übergeben, unbehindert zu lassen, dieselbe darbey gegen jedermänniglichen zu schützen, keines weges aber weder durch sich, die Ihrige oder andere zu beeintrechtigen, zu hemmen, zu hindern oder deßwegen anzufeinden und zu verfolgen, weniger einer anderen Religion, wie die auch genennet werden möchte, publicum exercitium einzuführen oder zu gedulden; die Kirchen- und Schul-Dienste auf erfolgende Vacantz, mit qualificirten, der Augspurgischen Confession zugethanen, an Lehr und Leben untadelhafften Personen, auf gebührende præsentation, jedes Orts Patronen, da deren vorhanden, wieder zu ersetzen; Alle Reditus bey Kirchen und Schulen ohn einige Einrede zu lassen; Auch zu Behuff der jährlichen Visitationen, und Cognition in Kirchen, Schulen und anderen geistlichen Sachen allemahl, so offt dergleichen Actus zu verrichten, jemand von gelehrten qualificirten Geistlichen Personen, welche keiner anderen, als der Augspurgischen Confession verwandt und zugethan zu verordnen: Und soll es bey Einrichtung des Kirchen-Regiements und Administrirung der Justitz in denen zur geistlichen Jurisdiction gehörigen Sachen, bey denen Constitutionibus und Kirchen-Ordnungen, welche in den benachbahrten der Augspurgischen Confession zugethanen Reichs-Ständen Kirchen gebräuchlich, und biß dahero an gemeldeten Orten üblich gelassen, auch die Ordinationes der Pfarherren entweder zu Helmstedt oder auf andere der Augspurgischen Confession zugethanen Universitäten verrichtet werden, Gestalt denn Ihro Hochgräffl. Excellentz die vorgemelten Unterthanen und Eingesessene, vorgesetzten allen vor sich und ihre Successoren durch absonderliche ausstellende Documenta auf Begehren allemahl versichern wollen. Solte auch das Stifft Halberstadt bey diesem Religions und regimine Ecclesiastico sich eines oder anderen unterfangen wollen, hat das Fürstliche Hauß ihm darwieder alle competirende jura und remedia tam in possessorio quam in petitorio vorbehalten.

Vors Sechste, weil die Landsteuer beyder Graffschafften Reinstein und Blanckenburg, so lange sie bey dem Fürstl. Hause Braunschweig Wolffenbüttelscher Linie gewesen, ein Corpus einer Landschafft gemacht und constituiret, und sich etwa befinden möchte, daß etliche Landtschulden von solcher Landschafft contrahiret, welche aus denen zu dero Behuff verwilligten Collecten bezahlet werden müssen, so ist verabredet, daß alsdenn alle solche Landschulden fürderlichst in ein gewisses Corpus gebracht, die obbemelte Ihro Excellenz, vermüge dieses Verglichs verbleibende Stücke und Güter,

darvon ihren Antheil nach billicher proportion der üblichen Steuren, und des darinnen bißhero gehaltenen modi collectandi unweigerlich zu agnosciren und den Creditoribus abzutragen schuldig seyn sollen, nach Bezahlung solcher Schulden aber cessiren die zu solcher Behueff etwa angesetzte Collecten von ihnen selbsten.

Vors Siebende, haben sich Ihro Excellentz dahin erkläret, daß sie alle und jede Unterthanen und Eingesessene derer zur Lehn angesetzten Oerter, bey ihren Privilegien, Frey- Gerechtig- und guten Gewohnheiten, wie sie dieselbe ersessen und hergebracht, lassen und darbey schützen, auch diejenige, welche von den abgestorbenen Herren Graffen zu Reinstein und Blanckenburg oder der vorigen Fürstl. Braunschweigischen Wolffenbüttelschen abgangenen Linie über Lehn, Erbenzinß, Zinß, oder andere Güter, welche alienari oder sub infeudari solitæ und also zu den Gräffl. Reinsteinischen Cammergütern und Intraden nicht gehörig gewesen, rechtmeßige Belehnung, Verschreibung oder andere Contractus und Concessiones erlanget, darbey verbleiben lassen, doch daß hierunter die etwa sich findende vitiosæ possessiones wiederrechtlich nicht attendiret werden sollen,

Dann auch das bey der Blanckenburgischen Regierung und Cantzley an Sententien, Decreten, Transactionen, Confirmationen und anderen rechtlichen Handlungen super rebus & juribus privatorum, worunter obbemelte Gräffl. Reinsteinische Cammer-Güter und Intraden nicht zu verstehen, fürgangen, so wohl für als gegen die Unterthanen und Eingesessene deren zu Lehen angesetzten Oerter in ihren völligen Vigor unstreitig bleiben, und darüber gehalten, auch die in Process etwan befangene Sachen, in dem Stande darinn sie itzo befindlich, gelassen und reassumiret, dero Behueff auch die in solchen Sachen ergangene Acta innerhalb vier Wochen nach Schließ- und Vollenziehung dieses, wie denn auch die Nachrichtungen und Uhrkunden so zum Haußhalt der beliehenen Oerter von nöthen, und etwa bey dem Fürstlichen Hause vorhanden, Ihro Hochgräffl. Excellentz Extracts Weise communicirt und abgefolget werden sollen.

Damit auch zum Achten, wegen der Gräntzen kein Streit entstehe, sollen durch J. J. Fürstl. Fürstl. Gnad. Gnad. und des Herren Graffen darzu Verordnete selbige innerhalb drey Monath nach Schließ- und Vollenziehung dieses, besichtiget, und wofern an einen oder anderen Ort Irrungen, Mißverstände oder Streit befunden würde, denselben durch solche Verordnete und Beystände, entweder in der Güte (dabey denn so wohl ocularis inspectio, als andere Motiven reifflich zu erwegen, und bona fides in alle Wege zu beobachten) alsofort abgeholffen werden oder aber in Entstehung

hung solcher gütlichen Vergleichung beyderseits Räthe und Bevollmächtigte dahin lauterlich instruiret seyn sollen, ehender nicht von einander zu ziehen, biß dieselbe sich wegen eines austräglichen Gerichts, entweder nach Inhalt der Kayserl. Cammer-Gerichts Ordnung, oder sonsten eines anderen engen modi circa processum vergleichen und vertragen.

Als auch zum Neundten, wegen etzlicher bey Westerhausen belegenen Wiesen Streit vorgefallen, so hat man sich darüber derogestalt verglichen, daß wofern an Seiten des Fürstl. Hauses Braunschweig Lüneburgk erwiesen und dargethan wird, daß selbige Wiesen ein dem Ambt Blanckenburg zugehöriges Pertinenz-Stück, und nur etwa majoris commoditatis causa nach Westerhausen gebraucht worden, dieselbige alsdenn wieder nach Blanckenburg gefolget werden sollen. Wenn auch solcher Beweiß von Ihrer Excellenz etwa für genugsam nicht gehalten werden wolte, soll es mit Entscheidung dieser Streitigkeit, wie beym vorigen Achten Articul disponirt, gehalten werden.

Vors Zehendte, die Reinsteinische Lehnschafften, die in dem der erloschenen Fürstl. Braunschweigisch Wulffenbüttelschen Linie von dem Stifft Halberstadt Anno 1592. den 13. Augusti ertheilet, wie auch dem Stiffte Hildesheimischen Reinsteinischen Lehn-Brieff specificiret, oder auch sonst aus andern genugsahmen documentis und Uhrkunden, als zu dem Reinsteinischen Halberstädtschen oder Hildesheimbschen, Lehnschafften, Erbenzinß und Zinß-Güter gehörig, von Ihrer Hochgräffl. Excellentz auf gebührliches Erfordern, wie Rechtens bescheiniget, und bestärcket werden müchte, bleiben bey vor hochgedachter Ihrer Excellenz und deroselben Mitbeschriebenen, den Besitzern wie hergebracht, fürters unverhindert zu conferiren.

Was aber in besagtem Halberstädschen und Hildesheimschen Lehn-Brieffen nicht enthalten, oder von mehrer Hochgedacht Ihrer Hochgräffl. Excellenz, als zu den Reinsteinschen Halberstädschen und Hildesheimschen Gütern gehörig, obberührter massen wie Rechtens nicht bescheiniget, noch bestärcket werden möchte, darvon bleiben Fürstl. Hause Braunschweig und Lüneburgk alle und jede dero Jura, und Befugnissen reserviret und vorbehalten. Würde aber über ein oder ander Lehnstücke, Irrungen und Mißverstände, zwischen dem Fürstl. Hause und den Herren Graffen vorfallen, soll es mit Entscheidung solcher Streitigkeit, wie oben beym Achten Articul disponiret, gehalten werden.

Zum Eilfften, was nun also in mehr berührten der erloschenen Fürstl. Braunschweigischen Wolffenbüttelschen Linie den 13. Augusti Anno 1592. vom Stifft Halberstadt ertheilten, wie auch in denen Stifft Hildesheimbschen

schen Lehn-Brieffen enthalten, oder Ihro Hochgräffl. Excell. vermöge dieses Vergleichs verbleibet, darinn wollen J. J. Fürstl. Fürstl. Gnad. Gnad. und dero Fürstl. Nachkommen, seine des Herren Graffen Excell. und dero Mitbelehnte keines weges turbiren oder beeinträchtigen, sondern dieselbe vielmehr dabey, und bevorab so viel dessen in J. J. Fürstl. Fürstl. Gnad. Gnad. Territoriis gelegen, gegen jedermänniglich kräfftiglich manuteniren und schützen, auch gegen obbemelte Vasallen, Erbenzinß, Zinßleute, uud alle detentatores solcher und anderer Stücke und Güter schleunige und rechtliche Hülffe ertheilen.

Hingegen haben vors Zwölffte des Herren Graffen Excell. und ihre Mitbelehnte versprochen, dem Fürstl. Hause Braunschweig Lüneburgk in und bey allen denjenigen, was Ihr hochgedacht Excell. vermüge dieses Vergleichs nicht zukömt, oder deroselbigen reserviret und vorbehalten, und in specie den Forsten (so viel darvon Ihr Hochgräffl. Excell. in diesem Vergleich nicht verbleibet) Eisenhütten, Schneide- oder Sage-Mühlen, und was darzu gehöret, wie auch deren Nutz und Gebrauch, keinen Einhalt, Abbruch, oder præjudiz zuzufügen, auch dahin nach Vermügen zu sehen, daß keine turbation an Seiten oder unter dem Nahmen des Stiffts Halberstadt darinnen vorgenommen werden.

So viel aber die von Ihro Hochgräffl. Excell. wegen des Alten Reinsteins, der daran stossenden Mühlen Thäle, des Graffen Holtzes, Isenburg, Reinenberges, des Goltorfischen Teiches, und des Gehisigs, movirte, an Seiten des Fürstl. Hauses aber nicht gestandene Prætensionen betrifft, seynd dieselbe bis zu fernerer Güte oder Recht tam in possessorio ordinario quam in petitorio ausgesetzet,

Und haben sich vors Dreyzehende so wohl Ihro J. Fürstl. Fürstl. Gn. Gn. als des Herren Graffen Excell. nochmahls hierbey verwahret, daß dieser Vergleich dem Fürstl. Hause Braunschweig Lüneburgk, an dessen etwa competirenden respectivè Zuspruch und Exceptionen gegen das Stifft Halberstadt, sowohl an dem, was J. J Fürstl. Fürstl. Gnad. Gnad. in diesem Vergleich Sr. Hochgräffl. Excell. zu Lehen angesetzet, als allen übrigen was J. J. Fürstl. Fürstl. Gnad. Gnad. sonst zu besprechen vermeinen, oder von dem Stifft Halberstadt gegen und wieder J. J. Fürstl. Fürstl. Gnad. Gn. besprochen werden müchten. Hingegen auch dem Stifft Halberstadt, an dessen etwa competirenden respectivè Zuspruch und Exceptionen gegen das Fürstl. Hauß Braunschweig Lüneburg, sowohl an deme, was J. J. Fürstl. Fürstl. Gnad. Gnad. in diesem Vergleich Sr. Hochgräffl. Excell. zu Lehen angesetzet, als allen übrigen, was das Stifft Halberstadt sonst zu besprechen

vermey-

vermeynet, oder von vor hochgedachten Fürstl. Hause gegen und wieder das Stifft besprochen werden mūchte, und also einem Jeden an seinen Juribus und Gerechtsamen tam in possessorio quam in petitorio gantz nicht præjudicirlich seyn oder angezogen werden solle; Gleicher gestalt denn auch Jhro Hochgräffl. Excell. und dero Mitbelehnten Jhr etwa comperirende Actiones, Zusprüche, Exceptiones und Jura, tam in possessorio quam in petitorio, an allen dem, was sie noch ausserhalb darob zu Lehen in diesem Vergleich ihro angesetzten Gütern gegen das Fürstl. Hauß Braunschweig Lüneburgk haben möchte. Dagegen auch nicht weniger hochgedachtem Fürstl. Hause dessen Actiones, Zuspruch, Exceptiones und Jura tam in possessorio quam in petitorio hiermit vorbehalten seyn sollen.

Vors Vierzehnde, haben Jhro Hochgräffl. Excell. sich erkläret, so bald die zwischen dem Fürstl. Braunschweig Lüneburgk und Jhrer Excellenz etwa noch schwebende Differentien verglichen, nebst andern ihren müglichsten Fleiß anzuwenden, damit die zwischen dem Hochermelten Fürstl. Hause und dem Stifft Halberstadt sich enthaltende Reinsteinische und Blanckenburgische Differentien forderlichst in der Güte beygelegt, dasjenige was hochgedachtes Stifft von Gräfflichen Blanckenburgischen Gütern und Pertinentien ohne Befugnüß etwa in Handen haben möchte, dem Fürstl. Hause restituiret, auch demselben die gesambte Hand auf alle die des Herren Graffen Excellenz von gemelten Stiffte zu Lehen angesetzte Reinsteinische Stücke (auf den Fall das Stifft dasjenige, so zwischen dem Fürstl. Hause und dem Stiffte etwan streitig, durch Güte oder Recht behaupten würde) ertheilet werden mügen.

Und haben vors Funffzehehende J. J. Fürstl. Fürstl. Gnad. Gnaden wegen des Fürstl. Hauses versprochen, wenn über kurtz oder lang zwischen Jhnen, und dem Stifft Halberstadt alle oder etzliche diese Sache betreffende Controversien in gütliche Wege oder durch rechtlichen Ausschlag beygeleget wurden, daß dennoch nicht desto weniger Jhr. Hochgräffl. Excell. dero Mitbelehnte und Mannliche Leibes Lehens Erben, auf allen Fall, bey ihrer Investitur, wie dieselbe in diesem Vergleich behandelt, verbleiben, und darwieder in keinerley Weise oder Wege beeintrechtiget werden sollen, Würde auch über kurtz oder lang durch Mittel und Wege, wie obbemeldet, ein oder ander Stücke, oder auch alles einen oder anderen contravertirenden Theile zugeeignet oder adjudiciret werden, soll S. Hochgräffl. Excellentz und dero Mitbelehnte das oder diejenige Stücke, von keinem andern, als dem dieselbige zugeeignet oder adjudicirt worden, zu Lehen recognosciren.

Dessen zu Uhrkund, steter und fester ohnfehlbahrer Haltung haben J. J. J. Fürstl. Fürstl. Fürstl. Gn. Gn. Gn. allerseits wie auch des Herren Graffen zu Tettenbachs Hochgräffl. Excell. alle offt hochgemeldet diesem Vergleich mit dero respectivè Fürstlichen und Gräfflichen Insigel und Unterschrifft wissentlich corroborirt. So geschehen und geben am 28. Decembr. Anno 1644.

Daß dieses obgesetztes alles in seinen Articuln, Puncten und Clausuln, bey diesen nunmehro geschlossenen Tractaten also abgeredet und verglichen worden, solches thun im Nahmen unser gnädigsten Fürsten und Herren Wir dero Abgeordnete Krafft habender Instruction, wie auch Wir Wilhelm Leopold Graffe von und zu Tettenbach mit unser Subscription, und unsern respectivè Gräfflichen Insigel und Pittschafften beurkunden, Gestalt denn dieses bis zu ferner Ausantwortung der Haupt-Originalien, ausgestellet worden. So geschehen in Braunschweig den 28. Decembr. Anno 1644.

(20) Quæ perfidia, justo Dei judicio, ignominiosâ Familiæ Ejus exstirpatio-
(21) ne punita. Quandoquidem verò totum Episcopatum Halberstadiensem, in vicem Pomeraniæ Suecis, redimendæ Pacis caussâ, ab Electore Brandenburgico Potentissimo cessæ, pleno jure ad Eundem transire adverteret Comes à Tattenbach, & de viribus Infeudationis Serenissimorum Ducum Brunovicensium, conscientia irritatus, desperaret, sollicitus erat ut sibi de possessione Comitatus Rheinstein, quem ab ultimo Halberstadiensium Episcopo in Feudum acceperat, prospiceretur, &, opitulantibus Plenipotentiariis Cæsareis, ex tricis emersit, utque futurus Dominus Directus Comitatus Rheinsteinensis, Altissimè Memoratus Elector Brandenburgicus Potentissimus, Investituram ultimi Episcopi Archi-Ducis LEOPOLDI GUILIELMI renovaret, in Tabulis Pacis statueretur. Nec quieverunt Domini Brunovicenses ac Lunæburgenses, ut Infeudationis à se Anno MDCXLIV. factæ, & Pacti cum Comite initi ratio in Pacificatione haberetur. Et enim Arcem Rheinstein à Majoribus suis asserebant adstructum, & paludes sumtibus Ipsorum exsiccatas; Ast demonstratum erat, structuram à proventibus Præsulatus esse nutritam, fossam autem, amoenitatis gratiâ, excavatam, quò cymbâ Gruningam adpellere possent. Et quamvis postulatis Dominorum Brunswicensium cæteri Imperii Ordines graviter refragarentur, miris tamen artibus Illi & Cæsareos & Suecicos Plenipotentiarios adduxêre, ut & huic & aliis Dominorum Brun-
(22) svvicensium ac Lunæburgensium desideriis annuerent. Post Pacificationem promulgatam Anno MDCL. Comes WILHELMUS de Tettenbach

Lega-

Legatum pro obtinendâ Comitatus Rheinsteinensis Investiturâ ad Aulam Electoralem Brandeburgicam mittebat; Ast Elector denegabat Eam usque dum Comes Ipse præsens Investituram peteret. Hinc Sacratissimus Imperator pro Comite intercedebat, ut per Legatum admitteretur hâc verborum structura:

Ferdinand der Dritte, von GOttes Gnaden Erwehlter Römischer Kayser, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs.

Durchlauchtigster, Hochgebohrner Lieber Oheim, und Churfürst rc. Uns hat der Ehrsame, Wohlgebohrne, Unser Lieber Andächtiger und des Reichs Getreuer Wilhelm Leopold, Graff zu Reinstein und Tattenbach, Malteser Ordens Ritter, Unsers Freundtlichen geliebten Bruders Ertz-Hertzog Leopolden Willhelms zu Oesterreich Liebd. Geheimder Rath, und Obrister Cämmerer, unterthänigst zn vernehmen gegeben, was maßen er neulicher Zeit zu Ewr. Liebd. nach Berlin seine Gevollmächtigte abgeordnet, die Lehns-Investitur über die Graffschafft Reinstein zu empfangen, nicht anders verhoffend, dann daß solche Investitur den Seinigen, als wann er selbst anwesend wäre, conferirt würde, daß doch Ew. Liebd. Jhm solche ehender nicht ertheilen wolten, es sey dann, daß bey deroselben Er sich in Person einstellen thue, mit unterthänigster Bitte, Wir geruheten Jhme hierin Unsere Kayserliche Vorschrifft an Ew. Liebd. zu dem End zu ertheilen, damit er der Persönlichen Erscheinung erlassen werden möchte; Wann Wir nun ermeldten Graffen zu Reinstein und Tättenbach, zumahlen jetziger Zeit seiner in Unsern J. O. Erb-Landen Geheimbten Raths, auch Kriegs-Præsidenten so wohl, als auch wegen seiner tragenden Ordens-Aembter obhabenden Verrichtung, einer so weiten Reise gerne überhoben und verschonet seyn, auch dahero Unsere Kayserliche Vorschrifft an Ew. Liebd. umb so viel weniger verweigern mögen. Als gesinnen Wir an Ew. Liebd. hiermit freundtlich Oheimb und gnädiglich, Sie wollen mehr besagten Graffen zu Reinstein und Tättenbach dies Ort der begehrenden Persönlichen Erscheinung erlassen, und an statt seiner die suchende Lehns Regalia seinen Abgeordneten verleihen, und ertheilen. Das gereicht Uns von Ew. Liebd. zu angenehmen gnädigen Gefallen, Dero Wir bey nebenst mit Freundschafft Kayserlicher Hulden und allem Guten, jederzeit vorderst wohl beygethan. Geben in Unser Stadt Wien, den 28. Sept. Anno 1650. Unserer Reiche, des Römischen Reichs im Vierzehenden, des Hungarischen im Fünff und Zwantzigsten, und des Boheimschen im Drey und Zwantzigsten.

(23) Elector velificabat Imperatoris Intercessioni hoc modo:

Allergnädigster Kayser und Herr rc. Ewr. Kayserl. Majestät Kayserliches

ches Schreiben, vom 28. Septembr. des nechst verwichenen Jahrs, in welchem Dieselbe an mich allergnädigst gesinnen, dem Wohlwürdigen, Hoch-Wohlgebohrnen, Wilhelm Leopold, Graffen zu Reinstein und Tettenbach, Maltheser Ordens Ritter, die Lehns-Investitur, über die Graffschafft Reinstein, weil derselbe, wegen vornehmer auf sich habender Chargen, und dahero obliegender Verrichtung, in der Person ohne große Ungelegenheit nicht wohl abkommen könte, seinen abgeordneten Bevollmächtigen wiederfahren zu lassen, ist mir gestriges Tages insinuiret worden, und von mir mit schuldiger Reverentz empfangen, und verlesen; Wiewohl nun ein beständiges Herkommen in meinem Chur-Fürstenthumb und Landen ist, daß von den Neuen Vasallis das juramentum fidelitatis in der Person geleistet, und denselben die Investitura dagegen conferiret worden, So will doch Ew. Kayserlichen Majest. zu allerunterthänigsten Ehren, und umb dero an mich ergangenen Kayserlichen Vorschrifft willen, ich geschehen lassen, daß der Herr Graffe, durch seinen nächsten Agnaten und Vettern, darzu er sich dann in seinen an mich gethanen Schreiben erbothen, die Beleihung gedachter Graffschafft empfahen mag, Ich habe aber zu Annehmung einer eigendtlichen Zeit, vor itzo, wegen einiger auf mich habenden unabwendigen Reisen, nicht gelangen können, dahero ich ihm, mit dem förderlichsten einen gewissen terminum zu Richtigmachung dieser Lehns-Sache, zu præfigiren erbötig, So Ewr. Kayserl. Majest. Ich in allerunterthänigster Antwortt hinwieder zu erkennen geben wollen, Deren ich mich und mein Chur-Fürstlich Hauß zu beharrlichen Kayserlichen Gnaden und Hulden empfehle, und Ew. Kayserl. Majestät alle schuldige ꝛc. Geben zu Cölln an der Spree, am 11. April. Anno 1651.

An die
Röm. Kayserl. Majestät.

(24) Obtinebat itaque Investituram dictus Comes de Tettenbach Mense Septembri Anno MDCLIX. hâc Formula:

Wir Friedrich Wilhelm von GOttes Gnaden, Marggraff zu Brandenburg, des Heiligen Römischen Reichs Ertz-Cämmerer und Chur-Fürst, zu Magdeburg, in Preussen, zu Jülich, Cleve, Berge, Stetin, Pommern, der Caßuben und Wenden, auch in Schlesien zu Croßen und Jägerndorff, Hertzog, Burggraff, zu Nürnberg, Fürst zu Halberstadt, und Minden, Graff zu der Marck und Ravensberg, Herr zu Ravenstein ꝛc. Thun kund und bekennen hiermit, für Uns und unsere Nachkommen, am vormahligen Stifft, jetzo Fürstenthum Halberstadt, daß Wir unsern Lieben Getreuen, den Hoch- und Wohlgebohrnen Graffen, Wilhelm Leopold, des Heiligen Römi-

Römischen Reichs Graffen zu Tettenbach, Frey- und Pannier-Herrn zu Gannewitz, St. Johannis Hierosolymitani Ordens Rittern, des Königreichs Böheim Grand Priorn, auf Striekanitz, und Commendatorn zu Fürstenfeld, Preßlau, Wien, Melling, S. Peter, und Heilenstein, dero Römischen Kayserlichen Majestät Geheimen- und Feld-Kriegs-Rath, und dero Landen Hoff-Krieges-Præsidenten, wie auch Ertz-Hertzoglichen, Oesterreichischen Geheimen Rath, und respect. Obersten Hoff-Meister rc. zur Mitbehuff und gesamter Hand seiner Brüder, benanntlich, Gottfried und Georg Sigismunden nachgelassenen Söhnen, successivè in stirpem, als Hans Erashemb, und Gottfriedt Wilhelm Gebrüdern, dann auch Hans Christoph, und Otto Friederich, auch Gebrüdern, allen Graffen zu Tettenbach, und dero künfftigen Männlichen Ehelichen Leibes Lehns Erben absteigender Linie, nach Anweisung des Instrumenti Pacis, und üm seinen Uns und unserm Fürstenthum Halberstadt, treu geleisteten Diensten, so er Uns und unserm Fürstenthum fürter woll thun erzeigen und leisten, kann, soll und mag, die Graffschafft Reinstein, sambt allen und jeden ihren Ein- und Zubehörungen, nichts ausgeschlossen, zur gesambten Handt, realiter investiret, und gnädigst beliehen haben; Investiren realiter, und beleihen Ihn Graff Wilhelm Leopold zu Tettenbach, und dessen Mitbemeldete, damit zu gesamter Hand, wie Anwartungs, Realis Investituræ, auch gesamten Männlichen Rechten, Weisen, Herkommen und Gewohnheit ist, in Krafft und Macht dieses unsers Brieffes, für Uns, und alle unsere Nachkommen am Fürstenthum Halberstadt, auch in bester und bestendigster Form, wie solches von Rechts und Gewohnheits wegen, am bündigst- und kräfftigsten immer geschehen kann soll und mag, mit allen und jeden nachgesetzten Stücken, als neimblich, der Graffschafft Reinstein, mit allen Ihren Ein- und Zubehörungen, wie einer Graffschafft eignet, und zustehet, keinerley ausgeschlossen, mit den Dörffern, Zehendten, und wie hernach folget, mit den Bergwercken, mit allerley Metal, gesucht, und ungesuchet, nichts ausgeschlossen, item mit nachfolgenden Dörffern, nemblich Westerhausen, Warnstedt, Weddersleben, Thal, etwa genant Neinstedt und die oben verzeichnete Dörffer, mit Gericht und Recht, Oberst und Niederst, über Halß und Hand, mit Teüchen und Teüch-Stätten, Trifften, Weiden, Wassern, Wasserläuffen, mit den Mühlen, in- und für denselben Dörffern, mit aller Ihrer Ein- und Zubehörung, keine ausgenommen, und mit allen andern Gerechtigkeiten, und mit Dörffern besatzt, und unbesatzt, deren Nahmen nicht ausgedrücket, und zue der Graffschafft von Reinstein gehörig, mit allen und jeglichen Geistlichen Ritter- und Affter-Lehnen, item dem Schloß und Burg Westerburg mit

 Gericht

Gericht und Rechten, Oberst und Niederst, über Halß und Hand, mit allen Geistlichen Ritter- und Affter-Lehnen, auch aller seiner Ein- und Zubehörungen, nichts ausgeschlossen, auch mit dem Bergwerck, wie berühret, item dem Dorffe Roßheimb, auch mit allen Rechten, wie die vorgenandten Dörffer, nichts ausgenommen, item, den Dörffern Dedeleben, Dingelstedt, und Därßen, was Wir in den Dörffern haben, mit Gericht und Recht, wie vorberühret, item den Dörffern Redeber, Großen und Klein Uplingen, Nittorff, Sommeringen, Wolckenstedt, Schedorff, Boningendorff, Obern Roßdorff, und diese oben verzeichnete Dörffer, alle mit Gericht, und Recht, über Halß und Hand, Oberst- und Niederst, mit Acker, Wiesen, Zinsen, Diensten, und allen andern Gerechtigkeiten, wie die andern vorgenanten Dörffer Westerhausen, und Warnstedt ausgeschlossen, item dem Dorffe Aderstädt, auch mit Gericht und Recht, über Halß und Hand, mit dem Kirchen-Lehn, und allen andern Affterlehn, nichts ausgeschlossen, wie die Spiegel, solches von der Grafschafft getragen, zur Lehn, item, den Gehöltzen, allenthalben, am Hay und Fallstein, auch mit Gericht und Recht, über Halß und Hand, nichts ausgeschlossen, mit der Großen Kölling, dem Steinbergk, großen und kleinen Holtz-Marck, mit allen andern Gehöltzern, die Wir darumb lang und fürter verlehnet, item, dem Zehenden zu Mährdorff, dem Zehenden zu Badenbeck, dem Zehenden zu Lintzke, für Blanckenburg, dem Zehenden zu Westerhausen, dem Zehenden zu Warnstedt, dem Zehenden zu Wedersleben, dem Zehenden zu Thal, dem Zehenden zur Klagestedt, dem Zehenden zu Werniegerode, dem Zehenden zu Elbingerode, dem Zehenden zu Hüllingerode, dem Zehenden zu Hederoda, dem Zehenden zu Eggeroda, dem Zehenden zu Hasselfelde, dem Zehenden zu Stiege, dem Zehenden zu Allergeroda, dem Zehenden zu Heinecker, dem Zehenden zu Gottorff, dem Zehenden zu Harndorff, dem Zehenden zu Gersdorff, dem Zehenden zu Lütgen Ditfurt, dem Zehenden zu Dumeschleben, dem Zehenden zu Schlanstedt, dem Zehenden zu Wolfferstedt, dem Zehenden zu Crodorff, dem Zehenden zu Schwanebeck, dem Zehenden zu Niendorff, zwischen Wegeleben und Mienhagen, item allen Gütern zu Veltheim und dem Zehenden daselbst, die fürter von den Graffen verliehen seynd, dem Zehenden zu Nienhagen, dem Zehenden zu Wiben, dem Zehenden zu Hedersleben, dem Zehenden zu Alterstedt, für dem Hey, dem Zehenden zu Treiben, dem Zehenden zu Egeln, dem Zehenden zu Germersleben, dem Zehenden zu Dräste, dem Zehenden zu Förderstedt, dem Zehenden zu Saplingen, dem Zehenden zu Croppenstedt, dem Zehenden zu Ertzelnfeld, dem Zehenden zu Redeber, dem Zehenden zu Achstedt, dem Zehenden

henden zu Schlaffstedt, dem Zehenden zu Adersleben, dem Zehenden zu Rinick, dem Zehenden zu Großen Radersleben, dem Zehenden zu Rückersleben, dem Zehenden zu Querfische, dem Zehenden zu Falckenstedt, dem Zehenden zu Gadenrode, dem Zehenden zum Steinen, dem Zehenden zu Niendorff, bey Schwanebeck, dem Zehenden über die drey Huffen Landes zu Quenstedt, dem Zehenden zu Arschleben, unter Heimburg, dem Zehenden zu Holperden über die von Nordhausen, dem Zehenden zu Großen Silden, dem Zehenden zu Oldenroden, dem Zehenden zu Allendorff, dem Zehenden zu Hebeling, dem Zehenden zu Eggersdorff, dem Zehenden zu Lüdersdorff, dem Zehenden zu Yscherstedt, dem Zehenden zu Aschersleben, item, Sechszehen Schock Zehenden zur Bromstedt, dem Zehenden zu Wilßleben, dem Zehenden zu Arensdorff, dem Zehenden zu Guttelden, dem Zehenden zu Queroren, dem Zehenden zu Wilroden, dem Zehenden zu Marschfelden, dem Zehenden zu Elbingerode, dem Zehenden zu Harckerode, dem Zehenden zu Wolmerode, dem Zehenden zu Eckersleben, dem Zehenden zur Härpelen, dem Zehenden zu Quiedewenden, dem Zehenden zu Abbestedt, dem Zehenden bey Zöllingen, bey Ballenstedt, dem Zehenden zu Scheidorff, bey Radesleben, dem Zehenden bey Hertzingerode, dem Zehenden bey Uplingen, dem Zehenden zu Achtershagen, dem Zehenden zu Hörtingerode, item der Vogtey, über sieben Huffen Landes zu Semsleben, dem Zehenden zu Eierfelden, über Quedtlinburg, dem Zehenden zu Hadeburgk, dem Zehenden zu Altemburg, dem Zehenden zu Seehausen, dem Zehenden zu Rohrberg, dem Zehenden zu Hadal, dem Zehenden zu Pabstorff, dem Zehenden zu Langelte, dem Zehenden zu Unckenstedt, dem Zehenden zu Hermesdorff, dem zu Wolckenstedt, dem Zehenden zu Niengaderhausen, dem Zehenden zu Schmetthausen, dem Zehenden zu Utzleben, dem Zehenden zu Withausen, dem Zehenden zu Halden Ditfurt, dem Zehenden zu Arxleben, den Zehenden zu Groß und Klein Varucken, dem Zehenden zu Kattelden, dem Zehenden zu Kinckern, dem Zehenden zu Lütgen Schiepstedt, über Wassern, den Zehenden zu Saldersleben, den Zehenden zu Zilling und Hedeborn, Alle freye Ritter-Lehn, die von der Herrschafft Reinstein zur Lehen gehen, item Fünff und Sechzig Malter an Acker zu Hedebern, an Fünff und Zwantzig Huffen Landes, dem Zehenden zu Dersen, den Zehenden zu Netdorff, den Zehenden zu Lüstringen, dem Zehenden zu Bennigedorff, dem Zehenden zur Wedebahrn, den Zehenden zu Quaningerode, dem Zehenden zu Quatteh, dem Zehenden zu Erdtfelde, und Bachtenfelde, dem Zehenden zur Hemickern, dem Zehenden über Drey Rohden, über Darffen, den zu Sartz, dem Zehenden zu Rittersdorff, dem Zehenden

zu Hatz-

zu Hatzkerode, dem Zehenden zu Ballingerode, den Zehenden in Langen und Kurtzen Rohden, zwischen Quedlinburg und Reinstedt, dem Zehenden zu Kleidt, dem Zehenden zu Harßdorff, dem Zehenden zu Endorff, dem Zehenden zu Hedenberg, dem Zehenden zu Offerdesleben, dem Zehenden zu Kleinen oder Lütgen Saldersleben, im Felde und Dorffe, dem Zehenden zu Lütgen Ditfurt, dem Zehenden zu Trandorff, bey Freyckleben, dem Zehenden zu Ascherleben, dem Zehenden zur Langen und Kurtzen Rohden, zwischen Quedlinburg und Wegeleben, von zwey Huffen Landes zu Geversleben, zwey Huffen Landes zu Lohra, der Vogtey zu Lippingerode, der Vogtey zu Hackenstedt, der Vogtey über die Marck zu Alvensleben, der Mühlen zu Zilling und einer Huffen Landes, zweyen Huffen Landes zu Haßler, den Gütern zue Schwenstedt, zweyen Huffen Landes zu Langelde, Acht Huffen und einer Wiese zu Ebersdorff, der Vogtey über sieben Huffen zu Saßberden, das Holtz zu Brambtsleben, einer Huffen Landes zu Lindede, item, Vier Huffen Landes zu Küllingerode, und einen Morgen, item Anderthalb Huffen zu Schierßhoffen, und noch Neun Huffen mit einem Baumgarten, auch zweyen Holtz Blecken und einer Wiesen, und noch einem Holtze genant das Zeit, item einer Huffe Landes und drey Morgen zu Adorff, item zu Lütgen Harßfeld, so viel Ackers, der gibt acht Scheffel und 5. Schilling, item, Zwey Huffen Landes auf dem Felde zu Schwanbeck, item Drittehalbe Huffe Landes auf dem Felde zu Harßleben, item Vier Huffen Landes zu Anderbeck, item Drittehalbe Huffe zu Wegelem, item einen Holtzbleck auf dem Saßberge, hatte vor-zeiten Ehr Ludolff von Sundhausen, gehabt, item den Hoffe zu Riendorff, für dem Bradeslebischen Holtze, mit Acker, Wiesen, Trifft, Weiden, Teichen, Teichstädten und Höltzern, mit Gericht und Recht, über Halß und Hand, nichts ausgeschlossen, wie jetzunder der von Asseburg im Gebrauch, möge, und von der Herrschafft Reinstein zu Lehn haben, und mit dem Zehenden, und mit allen und jeglichen Gütern, so die Graffen von Reinstein von Rechts wegen von Uns und unserm Fürstenthum Halberstadt zu Lehn haben, oder billig gehabt haben sollen, und allhier nicht specificiret, und mit Nahmen angezeiget seyn, So wir hierinnen auch etwas zu viel, daß die Graffen von Reinstein von andern etwa Zinßlehn getragen haben sollen, gesetzet hätten, das sollte Uns und ihnen unschuldig seyn. Wir geben auch hiemit vorgedachten Graffen Wilhelm Leopold zu Tettenbach, vollkommene Macht und Gewalt, daß, wo sichs etwa zutrüge, daß mehr besagter Graff von Tettenbach über kurtz oder lang verfallen sollte, seine Mitbelehnte alsdenn oder auch deroselben Manns-Erben und Lehns-Folgere, gut Fug, Macht, Recht und Gewalt

walt haben, hiemit auch von Uns und unsere Nachkommen berechtiget und befehligt seyn sollen, sich solch unsern alsdenn erledigten und Ihnen eröffneten und Ihnen heimgefallenen Reinsteinischen sambt Lehn-Stücken, als Ihnen verschrieben, realiter investiren, erhalten und ingesambt besitzenden Lehns-Immission, oder auch zu Sperrung und Verhinderung unser selbsten oder unser Nachkommenden Fürsten anzumaßen, dieselbe für sich selbst anzugreiffen, einzunehmen, und nach bester ihrer Gelegenheit zu genutzen, und zu geniessen und zu gebrauchen, allermassen die Graffen von Reinstein, die für diesem für ihre besondere Lehen von unsern Sehligen Vorfahren gehabt und getragen, besessen, genutzet uud gebrauchet haben, wie Wir ihn Graff Wilhelm Leopold zu Tettenbach, und dessen Mitbemeldte auch hiemit und durch würckliche Beleihung in eine ruhige würckliche Possession und Besitz an die Reinsteinische Lehn-Güter wie auch eventual-Huldigung der darzu gehörigen Landschafft und Unterthanen per jactum lapilli, oder in- oder durch ander Mittel und Wege, wie das immer seyn und beschehen mag, nehmen, apprehendiren, und ergreiffen würden, das alles und jedes sollen und wollen Wir und unsere Nachkommen genehm halten, ratificiren, confirmiren, und bestätigen, immassen wir solches auch hiermit und Krafft dieses, für Uns, und alle unsere Nachkommen genehm halten, ratificiren, und confirmiren, und bestetigen. Dagegen auch nichts weder in oder ausserhalb Rechtens thun, führnehmen, noch andern verhengen, oder gestatten, Immaßen Wir und unsere Nachkommen, dann auch über dieses Reinsteinische Lehn alle oder zum Theil dieser unserer Belehnung zu gesamter Hand, auch reali Investituræ zuwieder, und mehr erwehnten Graff Wilhelm Leopoldten und seinen Mitbelehnten zum Nachtheil, Abbruch und Verfang, niemand anders keine weitere Anwartung, Geding, Verbrüderung, Zusammensetzung, oder Belehnung zu samter Hand, nach realem Investituram geben, bewilligen zu lassen, noch einräumen wollen, noch sollen. Da auch gleich unsere Vorfahren, auf die vorbemeldete Reinsteinische Lehnstücke jemandes eintziges Geding, Anwartung, Verbrüderung, Zusammensetzung oder Belehnung zu gesamter Hand gegeben und bewilliget hätten, oder Wir und unsere Nachkommen künfftiglich und nach dato dieses geben würden, wie doch nicht seyn soll, so sollen dieselbe dieser unser Beschreibung und Beleihung zu gesamter Hand, auch reali Investituræ, Ihm Graff Wilhelm Leopold, und dessen Mit-Belehnten, nicht vorgezogen werden, sondern solches alles und jedes insonderheit hiemit Macht-los, genichtiget, und gantz und gar tod und abe seyn und bleiben; Wir wollen und unsere Nachkommen sollen auch auf und an diesen unsern Reinsteinischen Lehnstücken, weder

gantz noch zum Theil hiernechst und nach dato dieses Brieffes, vorbemeldten samt belehnten Graffen zu Tettenbach, zu Nachtheil und Verfang, auch ohne ihre Mit-Bewilligung keine Versetzung und Verpfändung, noch neue Affter-Belehnung, viel weniger Erbliche Verkauffung, oder Verwechselung, noch einige andere Alienation, Enteüsserung oder Beschwerung der Reinsteinischen Lehn-Stücken, ohne Mit-Verwilligung der Graffen zu Tettenbach, verconsentiren, belieben, bewilligen, confirmiren noch bestetigen, oder auch sonst genehm halten, noch gut heissen, und passiren lassen, sondern solches alles und jedes zu jeder Zeit wiedersprechen, anfechten, vernichtigen, cassiren und aufheben. Und da gleich diesem zugegem, in einem oder mehren gehandelt, auch von Uns und unsern Nachkommen einiger Consens und Bewilligung, diesem zuwieder, gegeben würde, oder werden solte, und dabey, und über nicht auch vielgedachten Graffen zue Tettenbach, ausdrücklicher schrifftlicher Consens und Mit-Bewilligung befundeu würde, so soll doch solches alles und jedes auch nicht kräfftig, bündig, noch auch den Pfandt-Trägern, Käuffern, noch sonst Jemand andern vorträglich und fruchtbarlich, sondern gantz nichtig und Machtloß, auch den Samt Belehnten Graffen zu Tettenbach unabbrüchig, dieselbe dadurch auch, alle Fälle, wie GOtt der Allmächtige sie schicken möchte, nirgend zu verbunden seyn, noch obligiret, noch verpflichtet werden, in keine Weise noch Wege, Was aber für dato dieser unser gesamten Beleihung, an den obberührten Gräfflich Reinsteinischen Lehn-Stücken, Affter-Lehnen, auch mit unser Vorfahren, und unser selbsten Consens und Einwilligung versetzet und verpfändet gewesen, und noch ist, dasselbe bleibet billig in seinen Würden und Kräfften, soll auch von den sambt belehnten Graffen zu Tettenbach, in alle Wege, und sonderlich auf den Fall und devolution und Eröffnung der Lehn, ohne alle disputation Ein- und Wiederrede festiglich gehalten und verfolget werden. Wir und unsere Nachkommen sollen und wollen auch die mehrernannten Graffen von Tettenbach, und deren respectivè Männliche Leibes und Lehns-Erben, dieser Belehnung, zur gesamten Hand, und realis Investituræ gegebener und ferner ergreiffenden und Annehmung würcklicher Possession, rechter Belehnungs Herr und Gewehr seyn, sie inn- und ausserhalb Rechtens vertretten, schützen und handthaben helffen, so offte das an Uns gesuchet wird, Wir auch in Rechten zu thun schuldig seyn; Dargegen sollen Uns und unsern Nachkommen Ehr Graff von Tettenbach und seine Nachfolgende Lehns-Erben, die gebührliche Roß-Dienste, gleichwie die vorige Vasallen unsern Vorfahren, und Uns bißhero gethan, durch taugliche darzu substituirte Gräfflich oder Adeliche Personen thun und leisten, auch so offte

offte diese Lehne zu Falle kommen, denen gebührlichen Rechten Folge thun, und jederzeit die gebührende Investituras zu suchen, und zu begehren schuldig seyn, welche Ihnen dann, ohne eintzige Wiederrede und Auffzug erfolgen sollen. Worüber offt besagter Graff Wilhelm Leopold zu Tettenbach, durch seinen Vettern Hans Crassem, Graffen zu Tettenbach ꝛc. als Gevollmächtigten, neben von Handengebung eines gebührlichen Lehn-Reversus heute unten angesetzten dato, die gewöhnliche Lehns-Pflicht und Jurament würcklich geleistet, und alles zu thun versprochen, was getreue Lehns-Leute ihren Lehns-Herren, von tragenden Lehns wegen zu thun schuldig, und von Alters Herkommen, und unsers Fürstenthums Halberstadt Lehns-Gewohnheit ist. Dessen zu Uhrkund haben Wir diesen Lehns-Brieff mit dem bey unser Halberstädtischen Regierung gebräuchlichen Cantzley-Secret zu bekräfftigen, wie auch durch unsere respective Geheimbde und Halberstädtische Regierungs- und Lehns-Räthe und Directoren, auch Lehn-Secretarium, und Liebe Getreue, denselben zu unterschreiben gnädigst und wohlwissendtlich anbefohlen. Der gegeben ist in Unser Stadt Halberstadt, Mittwoches vor St. Michaelis, war der 28.ste Septembr. Ein Tausend Sechs Hundert, Neun und Funfftzig.

(25) Reversales, quas post Infeudationem, exhibuit Comes hujus sunt structuræ:

Zu wissen, Demnach der Durchlauchtigste Fürst und Herr, Herr Friederich Wilhelm, Marggraff zu Brandenburg, des Heiligen Römischen Reichs Ertz-Cämmerer und Chur-Fürst, zu Magdeburg, in Preussen, zu Jülich, Cleve, Berge, Stettin, Pommern, der Caßuben und Wenden, auch in Schlesien zu Croßen und Jägerndorff Hertzog, Burggraff zu Nürnberg, Fürst zu Halberstadt, und Minden, Graff zu der Marck, und Ravensberg, Herr zu Ravenstein ꝛc. Dero zur Regierung des Fürstenthumbs Halberstadt verordneten Herren Stadthaltern, Directorn, Vice-Cantzlern, und Räthen ꝛc. gnädigst rescribiret und anbefohlen, den Hochwürdigen und Hochgebohrnen Graffen und Herrn Herrn Wilhelm Leopoldt, des Heil. Römischen Reichs Graffen zu Reinstein und Tettenbach, Frey- und Panier-Herrn zu Ganewitz, St. Johannis Hierosolymitani Ordens Rittern, des Königreichs Böheimb Grand-Priorn, auf Streibenitz, und Commendatorn zu Fürstenfeld, Preßlaw, Jvien, Melling, St. Peter und Heilenstein ꝛc. dero Römischen Kayserlichen Majestät Geheimen und Feld-Kriegs-Rath, und dero Landen Hoff-Kriegs-Præsidenten, wie auch Ihr. Ertz-Fürstl. Durchl. Ertz-Hertzog Leopold Wilhelms zu Oesterreich Geheimten Rath und respective Obersten Hoffmeistern ꝛc. auf dessen beschehenes inständiges, unter-

thänigstes Ansuchen, nach Anweisung des Instrumenti Pacis, hinwiederumb zu belehnen, und dann Hochgedachter Herr Graff hierzu selbst zu erscheinen obliegender hohen Kayserlichen Geschäfften halber verhindert worden, und dahero Mir dero Vettern, Hanß Erashem, auch Graffen zu Reinstein und Tettenbach, als Mitbelehnten vollkommene Vollmacht und Gewalt uffgetragen, die Lehne an seine Stelle zu empfahen, und dabey alle hergebrachte Præstanda zu præstiren, und ich mich dann auf ergangene Citationes dero Behuff heute zu Ha berstadt in Chur-Fürstlicher Cantzley persönlich sistiret, vorhero aber, ehe die würckliche Belehnung werckstellig gemachet worden, etzliche Gravamina schrifft- und mündlich vorgetragen, und denen vorhero ihre Erledigung und abhelffliche Maße zu geben instendig gebethen; Die Chur-Fürstliche Brandenburgische Herren Director und Lehns-Räthe, aber die Sachen mehrentheils so beschaffen zu seyn geurtheilet, daß sie vor sich hierunter etwas nachzugeben sich nicht bemächtiget befunden, sondern solches an Seine Chur-Fürstl. Durchl. zu Brandenburg bloser Dinge remittiret, jedoch sich dahin erklähret, alles dasjenige, was allbereits entweder remonstriret worden, oder hiernechst noch weiter beygebracht werden möchte, Seiner Chur-Fürstl. Durchl. bestermassen zu hinterbringen, und zu dero gnädigsten Verordnung die Erledigung solcher Gravaminum unterthänigst gehorsambst, zu stellen, unterdessen aber zu Reservation Ihrer ChurFürstl. Durchl. zustehenden Jurium, auch Ihrer der Herren Räthe, eigner Verwahrung, gewisse Reversales von mir begehret, so thue ich hiermit und in Krafft dieses, vermöge habender Vollmacht, im Nahmen meines Herren Vettern, Herrn Wilhelm Leopoldt, Graffen zu Reinstein und Tettenbach euch verreversiren und versprechen, im Fall bey höchstgedachter Seiner Chur-Fürstl. Durchl. in denen sonderlich gegen die berührte Capitulation und andern geführten Beschwehrungen über Verhoffen einige gnädigste Remittirung und Enderung nicht erlanget werden solte, daß dann diese jetzige beschehene Belehnung gegen die angeregte Capitulation nicht angezogen, auf solchen Fall durch diesen Actum und Revers so wenig jetzo höchsten gedachter Seiner Chur-Fürstlichen Durchl. als meines Herrn Vettern Excell. und dero Mitbelehnten, an deren bey dieser Graffschafft und ihren habenden Juribus, wie dann auch dem Tertio, der darzu berechtiget, und befugt zu seyn beybringen könte, einig Præjuditz, es sey wie es wolle, nicht zugezogen werden, sondern jedem Theile in alle Wege seine Jura reserviret verbleiben sollen; Nächst dem erklähre und verobligire ich mich in habender Vollmacht, dahin zum kräfftigsten und bündigsten, daß hochgemeldter mein Herr Vetter, und dessen andere Mitbelehnte Herren Vettern,

Vettern, Graffen zu Reinstein und Tettenbach, die Ihme verliehene Graffschafft Reinstein, und alle darzu gehörige Hoheiten, Regalien, Appertinentien, Güter und Stücke, samt und sonders, nichts davon ausgeschlossen, treulich verwahren, und verdienen, die Lehne zur rechter Zeit muthen, sinnen und empfahen, davon ohne Consens nichts vereüsern, noch verringern, sondern dieselbe vielmehr vermehren, und verbessern, anch in keinem Rath oder That seyn, so wieder Seine Chur-Fürstliche Durchlauchtigkeit und dero Fürstenthumb Halberstadt vorgenommen werden möchte, sondern vielmehr dero Nutzen und Bestes überall suchen, schaffen und befodern, Schimpff, Schaden und Nachtheil aber warnen und abwenden, und sonsten überall, wie treuen Vasallen und Lehn-Leuten eigenet und gebühret, sich bezeugen solle, und wolle, allermaßen ich, an seiner statt, diesen Pflicht und Eyd abgestattet habe; So will und soll Er auch schuldig und gehalten seyn, sämbtliche Stände Einwohner und Unterthanen der Graffschafft Reinstein, bey dem freyen hergebrachten Exercitio der Evangelischen Religion, und Augspurgischen Confession, ungeändert und unbeeinträchtiget auch sonsten einen jedweden bey seinen hergebrachten beweißlichen Privilegiis, Freyheiten und Gerechtigkeiten zu lassen und zu schützen, Treulich sonder arge List, und Gefährde. Dessen zu wahrer Uhrkund und fester Haltung habe ich diesen Revers und Erklährung eigenhändig unterschrieben, und mit meinem Gräfflichen Insiegul bekräfftiget. So geschehen zu Halberstadt, den Acht und Zwantzigsten Septembris des 1659.sten Jahres.

(L. S.) Hanß Eraßamb Graff zu Reinstein, und Tettenbach.

(26) Simul ac autem Electori post Infeudationem innotescebat Comitem à Ducibus Serenissimis Brunovicensibus infeudationem petiisse, seriò interdicebat, ut ne alium Dominum Feudi, quam ipsum agnosceret, obsecundavit interdicto Comes; Elector namque Ipso adhuc vivente Jus collectandi & præsidii in Comitatu Rheinsteinensi exercuit, plurimæque caussæ ad Electorale Principatus Halberstadiensis Regimen è Comitatu per viam Appellationis delatæ, & confirmationes super Contractibus in illo Comitatu celebratis à Laudato Regimine Electorali petitæ ac impetratæ
(27) sunt. Mortuo Comite LEOPOLDO WILHELMO Anno MDCLXIV. inter Agnatos Ejus nata est de Successione controversia, Eaque ad Electorem Gloriosissimæ Memoriæ, utpote Dominum Feudi, delata, & caussâ cognita, JOHANNES ERASSAMB, à Defuncto, ut Primogenitus Fa-

 milia,

miliæ, scriptus, declaratus est Heres. Obtinuit ergo Investituram D. XXX. Augusti dicti Anni MDCLXIV. Serenissimis Ducibus Brunovicen-
(28) sibus in nullo Actu Feudali contradicentibus. Formale Investituræ ita se habet:

Wir Friedrich Wilhelm von GOttes Gnaden, Marggraff zu Brandenburg, des Heiligen Römischen Reichs Ertz-Cämmerer und Chur-Fürst, in Preussen, zu Magdeburg, Jülich, Cleve, Berge, Stetin, Pommern, der Cassuben und Wenden, auch in Schlesien, zu Croßen, und Jägerndorff Hertzog, Burggraff zu Nürnberg, Fürst zu Halberstadt, Minden und Camin, Graff zu der Marck und Ravensberg, und der Lande Lauenburg und Bütaw rc. Hiermit für Uns und unsere Nachkommen, am vormahligen Stiffte itzo Fürstenthumb Halberstadt, uhrkunden und bekennen, daß Wir unsern Lieben Getreuen, den Hoch- und Wohlgebohrnen Graffen Hanß Erasamb, des Heiligen Römischen Reichs Graffen zu Reinstein und Tettenbach, Frey- und Pannier-Herrn zu Gannewitz, Landsberg rc. dero Römischen Kayserlichen Majestät würcklichen Cämmerern, und der Landschafft des Hertzogthumbs Steyer Verordneten, und dessen rechten Ehelichen Männlichen Leibes Lehns Erben, und wann deren keine mehr verhanden, alsdann und nicht ehe, seinen Bruder, den auch Hoch- uad Wohlgebohrnen Graffen Gottfried Wilhelmen, und dessen rechten ehelichen Männlichen Leibes Lehns Erben, und wann deren auch keine mehr vorhanden seyn werden, alsdann und nicht ehe zu Mitbehueff und gesambter Hand ihren beyden Vettern, Christoph und Otto Friedrichen, Gebrüdern, auch Graffen zu Reinstein und Tettenbach, und ihren allezeit rechten Ehelichen Männlichen Leibes Lehns Erben, absteigender Linie, successivè in stirpem & secundum Jus primogenituræ, nach Anweisung des Instrumenti Pacis, und umb der Uns und unsern Fürstenthumb Halberstadt treu geleisteten Dienste willen, so er Uns und unserm Fürstenthumb und Landen ferner thun kann, soll und mag, mit der Graffschafft Reinstein, sambt allen und jeden ihren Ein- und Zubehörungen, nichts ausgeschlossen, realiter investiret und gnädigst beliehen haben, investiren realiter und beleihen auch ihn, Graff Hans Erasamb, zu Tettenbach, und dessen Mitbemeldte, damit zu gesambter Hand, wie Antwartungs Realis Investituræ, auch gesamten Mann-Lehns Recht, Weise, Herkommen und Gewohnheit ist, in Krafft und Macht dieses unsers Brieffes, für Uns und alle unsere Nachkommen im Fürstenthumb Halberstadt, auch in bester und bestendigster Form, wie solches vor Recht und Gerechtigkeits wegen, am bündigsten und kräfftigsten immer geschehen kann soll oder mag, mit allen und jeden nachgesetzten Stücken, als nehmlich der Graff-

Graffschafft Reinstein, und aller ihrer Ein- und Zubehörungen, wie einer Graffschafft eignet und zustehet, keinerley ausgeschlossen, mit den Dörffern, Zehenden, und wie hernach folget, mit den Bergwercken, und allerley Metall gesuchet und ungesucht, nichts ausgeschlossen, item mit nachfolgenden Dörffern, nemblich, Westerhausen, Warnstedt, Weddersleben, Thal, etwa genant Neinstedt und diesen oben verzeichneten Dörffern, mit Gerichte und Rechte, Oberst und Unterst, über Halß und Hand, mit Teichen, und Teichstätten, Trifften, Weyden, Wassern, Wasserläufften, mit den Mühlen, in und für denselben Dörffern, mit aller Ihrer An- und Zubehörung, keine ausgeschlossen, und mit allen andern Gerechtigkeiten, und Dörffern, besatzt und unbesatzt, deren Nahmen nicht ausgedrucket, und zu der Graffschafft von Reinstein gehörig, mit allen und jeglichen Geistlichen, Ritter- und Affter-Lehnen, item dem Schloß und Burgk Westerburgk mit Gerichte und Rechte, Oberst und Niederst, über Halß und Hand, mit allen Geistlichen Ritter- und Affter-Lehnen, auch allen seinen Ein- und Zubehörungen, nichts ausgeschlossen, auch mit Bergwercken, wie berühret, item dem Dorffe Rorsheimb, auch mit allen Rechten, wie die fürgenanten Dörffer, nichts ausgeschlossen, item den Dörffern Dedeleben, Dingelstedt und Darßen, was Wir des in den Dörffern haben, mit Gerichte und Rechte, wie vorberühret, item den Dörffern Redeber, Großen und Kleinen Uplingen, Nettorff, Sommeringen, Wolckenstedt, Sehedorff, Boningendorff, Obern Ronßdorff, und diese oben verzeichnete Dörffer alle mit Gerichte und Rechte, über Halß und Hand, Oberst und Niederst, mit Acker, Wiesen, Zinsen, Diensten, und allen andern Gerechtigkeiten, wie die andern vorgenandten Dörffer, Westerhausen, und Warnstedt, nichts ausgeschlossen, item dem Dorffe Aderstädt, auch mit Gerichte und Rechte, über Halß und Hand; mit dem Kirch-Lehn, und allen andern Affter-Lehnen, nichts ausgeschlossen, wie die Spiegele solches von der Herrschafft zur Lehne getragen, Item den Gehöltzern allenthalben am Huy und Fallsteine, auch mit Gerichte und Rechte, über Halß und Hand, nichts ausgeschlossen, mit der Großen Kohling, dem Steinberg, Groß und Klein Holtzmarck, mit allen andern Gehöltzern, die Wir darumb lang und fürter verlehnet, item, dem Zehendten zu Mahndorff, dem Zehendten zu Badenbeck, dem Zehenden zu Lintzke, für Blanckenburg, dem Zehenden zu Westerhausen, dem Zehenden zu Warnstedt, dem Zehendten zu Wedersleben, dem Zehenden zum Thal, dem Zehendten zu Katzenstedt, dem Zehenden zu Wiegenroda, dem Zehenden zu Eggerderode, dem Zehenden zu Hüllingerode, dem Zehenden zu Hedenrode, dem Zehenden zu Elbingerode, dem Zehenden zu Haßelfelde, dem

Zehen-

Zehenden zum Stiege, dem Zehenden zu Allerderode, dem Zehenden zu Henicker, dem Zehenden zu Gottorff, dem Zehenden zu Hohndorff, dem Zehenden zu Gersdorff, dem Zehenden zu Lütgen Ditfurt, dem Zehenden zu Deümersleben, dem Zehenden zu Schlänstedt, dem Zehenden zu Wolfferstedt, dem Zehenden zu Crottorff, dem Zehenden zu Schwanebeck, dem Zehenden zu Neindorff, zwischen Wegeleben und Nienhagen, dem Zehenden zu Wibi, dem Zehenden zu Hedersleben, dem Zehenden zu Attenstedt, fürm Huy, dem Zehenden zu Treiben, dem Zehenden zu Eglen, dem Zehenden zu Germersleben, dem Zehenden zu Dröste, dem Zehenden zu Förderstedt, dem Zehenden zu Suplingen, dem Zehenden zu Croppenstedt, dem Zehenden zu Ertzelnfelde, dem Zehenden zu Rederber, dem Zehenden zu Achstedt, dem Zehenden zu Schaffstedt, dem Zehenden zu Adersleben, dem Zehenden zu Reineck, dem Zehenden zu Großen Radersleben, dem Zehenden zu Rickersleben, dem Zehenden zu Quernicken, dem Zehenden zu Falckenstedt, dem Zehenden zu Gadenrode, dem Zehenden zu Steinen, dem Zehenden zue Neindorff, bey Schwanebeck, dem Zehenden über drey Huffen Landes zu Quenstedt, dem Zehendten zu Arxleben, unter Hoymburgk, dem Zehenden zue Holpte über die von Nordthausen, dem Zehenden zu Großen Silde, dem Zehenden zu Oldenrode, dem Zehenden zu Allendorff, dem Zehenden zu Kebeling, dem Zehenden zu Eggersdorff, dem Zehenden zu Lüdersdorff, dem Zehenden zu Ischersstedt, dem Zehenden zu Aschersleben, item Sechzehen Schoß Zehenden zu Brunstedt, dem Zehenden zu Wilsleben, dem Zehenden zu Amßdorff, dem Zehenden zu Gittelde, dem Zehenden zu Queroden, dem Zehenden zu Wilroden, dem Zehenden zu Morßfelde, dem Zehenden zu Elbingerode, dem Zehenden zu Harckerode, dem Zehenden zu Wollmerode, dem Zehenden zu Eickersleben, dem Zehenden zu Harpeln, dem Zehenden zu Quitewenden, dem Zehenden zu Albestedt, dem Zehenden zu Zollingen, bey Ballenstedt, dem Zehenden zu Schidorff, bey Radersleben, dem Zehenden zu Hintzingerode, dem Zehenden zu Upplingen, dem Zehenden zu Achtenshagen, dem Zehenden zu Riptingerode, item, der Vogtey über sieben Huffen Landes zu Sinnensleben, dem Zehenden zu Eigernfelde, über Quedtlinburg, dem Zehenden zu Hodburg, dem Zehenden zu Altemburg, dem Zehenden zu Seehausen, dem Zehenden zu Röhrbergk, dem Zehenden zu Hodall, dem Zehenden zu Pabstorff, dem Zehenden zu Langelde, dem Zehenden zu Volckenstedt, dem Zehenden zu Hermsdorff, dem zu Walckenstedt, dem Zehenden zu Nien Gadenhausen, dem Zehenden zu Schmerthausen, dem Zehenden zu Utzleben, dem Zehenden zu Wighausen, dem Zehenden zu Holten Ditfurt, dem Zehenden zu

Arxleben,

Arxleben, dem Zehenden zu Großen und Kleinen Borücke, dem Zehenden zu Katzelde, dem Zehenden zu Neincker, dem Zehenden zu Mahndorff für Grüningen, dem Zehenden zu Lütgen Schiepstedt, über Wasser, den Zehenden zu Saldersleben, dem Zehenden zu Zilling, und Hedeber, alle freye Ritter-Lehn, die von der Herrschafft Reinstein zur Lehn gehen, *item* Fünff und Sechtzig Malter an Acker zu Hedeber, an Fünff und Zwantzig Huffen Landes, dem Zehenden zu Dartzen, dem Zehenden zu Nothorff, dem Zehenden zu Lüsingen, dem Zehenden zu Beningendorff, dem Zehenden zu Wetteborn, dem Zehenden zu Köningerode, dem Zehenden zu Kattel, dem Zehenden zu Erdfelde und Bachtenfelde, dem Zehenden zu Heinecker, dem Zehenden über 3. Rohden, über Dardeßen, dem Zehenden zu Sartz, dem Zehenden zu Ribbersdorff, dem Zehenden zu Hatzkerode, dem Zehenden zu Ballingerode, dem Zehenden in Langen und Kurtzen Rohden, zwischen Quedtlinburgk, und Neinstedt, dem Zehenden zu Kleidt, dem Zehenden zu Harsdorff, dem Zehenden zu Endorff, dem Zehenden zu Hedenberg, dem Zehenden zu Oferdesleben, dem Zehenden zu Kleinen oder Lütgen Sandersleben, im Felde und Dorffe, dem Zehenden zu Lütgen Ditfurt, dem Zehenden zu Drondorff bey Feickleben, dem Zehenden zu Aßmersleben, dem Zehenden zu Langen und Kurtzen Rohden, zwischen Quedtlingburgk und Wegeleben, *item* zweyen Huffen Landes zu Gevensleben, zweyen Huffen Landes zu Lohra, der Vogtey zu Dippingerode, der Vogtey zu Hackenstedt, der Vogtey zu Alversleben, der Mühlen zu Zilling, und einer Huffen Landes, zweyen Huffen Landes zu Hoßlar, den Gütern zu Quenstedt, zweyen Huffen Landes zu Langelde, Acht Huffen und einer Wiesen zu Ebersdorff, der Vogtey über 7. Huffen zu Saßburg, das Holtz zu Granetsleben, einer Huffen Landes zu Lindede, *item*, 4. Huffen Landes zue Küllingerode, und einem Morgen, *item* Anderthalbe Huffen Landes zu Schiershoffen, und noch Neun Huffen, mit einem Baumgarten, auch zween Holtz-Blecken und einer Wiesen, und noch einem Holtze genant das Zint, *item* Einer halben Huffen Landes und 3. Morgen, zu Ahdorff, *item* zu Lütgen Harsleben so viel Ackers, der gibt acht Scheffel und 5. Schilling, *item* Zwene Huffen Landes uff dem Felde zu Schwanbeck, *item*, Drittehalben Huffen Landes, uff dem Felde zu Harsleben, *item* 4. Huffen Landes zu Anderbeck, *item* Drittehalbe Huffen Landes zu Wegeleben, *item* einen Holtzbleck aufm Saßberge, hat für zeiten Chr. Ludolph von Sundhausen gehabt, *item* dem Hoffe zu Niendorff, fürm Brandeslebschen Holtze, mit Acker, Wiesen, Trifften, Weiden, Teichen, Teichstädten, und Holtze, mit Gerichte und Rechte, über Halß und Hand, nichts ausgeschlossen, wie jetzunder

tzunder der von der Asseburg im Gebrauch und Besitz möge haben, und von der Herrschafft Reinstein zur Lehen haben, und mit dem Zehenden, mit allen und jeglichen Gütern, so die Graffen von Reinstein von Rechts wegen von Uns und Fürstenthum Halberstadt zu Lehne haben, oder ja billig gehabt haben sollen, und allhier nicht specificiret, und mit Nahmen angezeiget seyn, Allermassen dann notorium, und Landtkundig ist, daß noch viel andere Güter und Stücke, sonderlich das alte wüste Residentz-Hauß der Alte Reinstein genant, und darzu gehörige Gebirge, Wälder, Holtzer, und gantzer District, dann der Grosse und Kleine Thalische Forst, und alles was darzu gehörig, wie auch etliche andere Förste, und Wälder, Wildbahnen, und dergleichen Herrlichkeiten, im Hartze und andern Orten belegen, zu der Graffschafft Reinstein gehörig seynd, die aber in diesem Lehn-Brieffe nicht specificiret, beschrieben, und ausdrücklich mit gesetzet seynd, so wollen wir Uns doch deren keines Weges begeben, sondern solches alles und jedes tam in genere quam in specie hiermit expresse Uns und unsern Nachkommen, und unsern Vasallen denen Graffen zu Reinstein, und deren Nachkommen, reservirет und vorbehalten, und Sie mit denen Stücken, sambt und sonders ebener Gestalt, als wann sie sämtlich hierinn specificiret, und mitgesetzet weren, realiter investiret, und beliehen haben; So wir hierinnen auch etwas zu viel, daß die Herren Graffen von Reinstein von andern etwa zu Lehn getragen haben sollen, gesetzet hätten, das solle Uns und Ihnen ohnschädtlich seyn. Wir geben auch hiermit vorgedachten Graffen Hanß Crassamb zu Tettenbach vollkommene Macht und Gewalt, daß wo sichs etwa zutrüge, daß mehr besagter Graff von Tettenbach über kurtz oder lang verfallen sollte, daß seine Mitbelehnte alsdann oder auch derselben Manns-Erben und Lehns-Folgern gut Fug, Macht, Recht und Gewalt haben, hiermit auch von Uns, und unsern Nachkommen bemächtiget und befehliget seyn sollen, sich solch unserer alsdann erledigten, und Ihnen eröffneten und heimbgefallenen Reinsteinischen samt Lehnstücken, als Ihnen verschriebenen realiter investiren, erhalten, und ingesambt besitzenden Lehns-Immission, oder auch zu Sperrung und Verhinderung unser selbst oder unser Nachkommenden Fürsten anzumaßen, dieselbe für sich selbst anzugreiffen, einzunehmen, und nach bester ihrer Gelegenheit zu genützen, zu geniessen, und zu gebrauchen, allermassen die Graffen von Reinstein, die für diesen für ihr besonder Lehn von unsern Sehligen Vorfahren gehabt, und getragen, besessen, genützet und gebrauchet haben, wie Wir Ihn Graff Craßamb zu Tettenbach, und dessen Mitbemeldte, auch hiermit und durch die würckliche Beleihunge in eine ruhige Possession solcher Reinsteinischen Lehnstücke, jetzo als dann, und

dann als jetzo setzen, und gesetzet haben, jedoch daß sie bey allen Fällen, bey Uns oder unsern Nachfolgern die gewöhnliche renovationem Investituræ suchen. Da auch Er Graff Hanß Eraßamb und dessen Mitbeschriebene zu mehrer Bestärck- und Befestigung, die Belehnung zu gesambten Hand, Investituræ realis ferner die gesambte Possession und den Besitz, an diesen Reinsteinischen Lehn-Gütern, wie auch eventual-Huldigungen, der darzu gehörigen Landschafft und Unterthanen, per jactum lapilli, oder in und durch andere Mittel und Wege, wie daß immer seyn und beschehen mag, nehmen, apprehendiren, und ergreiffen würden, das alles und jedes sollen und wollen Wir, und unsere Nachkommen genehm halten, ratificiren, confirmiren, und bestätigen, immassen Wir solches auch hiermit, und in Krafft dieses für Uns und alle unsere Nachkommen genehm halten, ratificiren, confirmiren, und bestetigen, dargegen auch nichts weder in- noch ausserhalb Rechtens thun, fürnehmen, noch andern verhengen, oder gestatten, Gestalt Wir und unsere Nachkommen, dann auch über diese Reinsteinische Lehne, alle oder auch zum Theil dieser unser Belehnung zu gesambter Hand, auch reali Investituræ zuwieder und mehr erwehnten Graffen Hans Erassamb, und seinen Mitbemeldten zue Nachtheil, Abbruch und Verfang, Niemand anders keine weitere Anwartung, Gedinge, Verbrüderung, Zusammensetzung oder Belehnung zur gesambten Hand, noch realem Investituram geben, bewilligen, zulassen, noch einräumen wollen noch sollen, Da auch gleich unsere Vorfahren auf die vorbemeldte Reinsteinische Lehn-Stücke jemandes eintziges Gedinge, Anwartung, Verbrüderung, Zusammensetzung und Belehnung zur gesambten Hand gegeben und bewilliget hätten, oder Wir und unsere Nachkommen künfftiglich und nach dato dieses geben würden, wie doch nicht seyn soll, so sollen dieselbe dieser unser Beschreibung und Beleihung zu gesambter Hand, auch reali Investituræ, Jhm Graff Hanß Eraßamb, und dessen Mit-Belehnten nicht vorgezogen werden, sondern solches alles und jedes insonderheit hiemit machtlos genichtiget, und gantz und gar tod, und abe seyn und bleiben; Wir wollen und unsere Nachkommen sollen auch auf und an diesen unsern Reinsteinischen Lehn-Stücken weder gantz, noch zum Theil hiernächst und noch dato dieses Brieffes, vorbemeldten sambt belehnten Graffen zu Tettenbach, zu Nachtheil und Verfang, auch ohne ihre Mit-Bewilligung keine Versetzung oder Verpfändung, noch neue Affter-Belehnung, viel weniger Erbliche Verkauffung oder Verwechselung noch einige andere Alienation, Enteüserung und Beschwerung der Reinsteinischen Lehn-Stücken, ohne mit Beywilligung der Graffen zu Tettenbach verconsentiren, belieben, bewilligen, confirmiren, noch bestetigen,

oder auch sonsten genehm halten, noch gut heissen und passiren lassen, sondern solches alles und jedes zu der Zeit wiedersprechen, anfechtigen, vernichtigen, cassiren, und aufheben; Und da gleich diesem zugegen, in einem oder mehren gehandelt, auch von Uns und unseren Nachkommen einiger Consens und Bewilligung diesem zuwieder gegeben würde, oder werden solte, und dabey und über nicht auch vielgedachten Graffen zue Tettenbach, ausdrücklicher schrifftlicher Consens und Mit-Bewilligung, befunden würde, so soll doch solches alles und jedes auch nicht kräfftig, bündig, noch auch den Pfandträgern, Käuffern, noch sonst Jemand andern verträglich und fruchtbarlich, sondern gantz nichtig und Machtlos, auch den Samt Belehnten Graffen zu Tettenbach unabbrüchig, Dieselbe dadurch auch auf alle Fälle, wie GOtt der Allmächtige sie schicken möchte, nirgends zu verbunden seyn, noch obligiret und verpflichtet werden, in keine Weise, noch Wege, Was aber für dato dieser unserer gesambten Belehnung, an den obberührten Gräfflich-Reinsteinischen Lehn-Stücken, Affter-Lehnen, auch mit unser Vorfahren, und unser selbsten Consens und Einwilligung, versetzet, und verpfändet gewesen, und noch ist, dasselbe bleibet billich in seinen Würden und Kräfften, soll auch von den Sambt-belehnten Graffen zu Tettenbach, in alle Wege und sonderlich auf den Fall der Devolution und Eröffnung der Lehne, ohne alle Disputation Ein- und Wiederrede festiglich gehalten und verfolget werden. Wir und unsere Nachkommen sollen und wollen auch, die mehr ernannten Graffen von Tettenbach, und deren respectivè Männliche und Leibes Lehns-Erben, dieser Belehnung zur gesambten Handt, und realis Investituræ gegebener und ferner ergreiffenden, und Annehmung würcklicher Possession-Rechte Belehnungs Herr und Gewehr seyn, sie inn- und ausserhalb Rechtens vertretten, schützen, und handthaben helffen, so offte das an Uns gesuchet wird, Wir auch in Rechte zu thun schuldig seyn; Dargegen sollen Uns und unsern Nachkommen Er Graff von Tettenbach und seine Nachfolgende Lehns-Erben, die gebührliche Roß-Dienste, gleichwie die vörige Vasallen unsern Vorfahren, und Uns bißhero gethan, durch taugliche darzu substituirte Gräfflich- oder Adeliche Personen thun und leisten, auch so offte diese Lehne zu Falle kommen, denen gebührlichen Rechten Folge thun, und jederzeit die gebührende Investituras zu suchen und zu begehren schuldig seyn, welche Ihnen dann, ohne eintzige Wiederrede und Auffzug erfolgen solle, Worüber offt besagter Graff Hanß Erastus zu Tettenbach, durch Herrn Johann Friedrich von Teutsch, Dom-Herrn zu Halberstadt, als seinem Gevollmächtigten neben von Handengebung eines gebräuchlichen Lehn-Reversus heute unten gesetzten dato die gewöhnliche Lehns-Pflichte und Jurament

ramenz

rament in Seine des Graffen Seele würcklich schweren, alle præstanda præstiren, und sonsten alles zu thun versprechen und angeloben lassen, was getreue Lehns-Leute ihren Lehns-Herren wegen zu thun schuldig und von Alters Herkommen, und unsers Fürstenthums Halberstadt Lehns-Gewohnheit ist, Dessen zu Uhrkund haben Wir diesen Lehn-Brieff mit dem bey unserer Halberstädtschen Regierung gebräuchlichen Cantzley-Secret zu bekräfftigen, wie auch durch unsern Geheimbten Rath und Cantzlern, auch Lehn-Secretarium zu Halberstadt, und Lieben Getreuen, denselben zu unterschreiben gnädigst und wohlwissend anbefohlen, Der gegeben ist in Unser Stadt Halberstadt, den 30. Aug. im Ein Tausend, Sechs Hundert, Vier und Sechsichsten Jahre. ꝛc.

Friedrich von Jena ꝛc.
Johann Friedrich von Peine ꝛc.

(29) Post Investituram Reversalibus sequentibus obstringebat sese Comes:

Zu wissen, Demnach der Durchlauchtigste Fürst und Herr, Herr Frie derich Wilhelm, Marggraff zu Brandenburg, des Heiligen Römischen Reichs Ertz-Cämmerer, und Chur-Fürst, in Preussen, zu Magdeburgk, zu Jülich, Cleve, Berge, Stettin, Pommern, der Caßuben und Wenden, auch in Schlesien zu Croßen und Jägerndorff Hertzog, Burggraff zu Nürnberg, Fürst zu Halberstadt, Minden und Camin, Graff zu der Marck und Ravensberg, Herr zu Ravenstein, und der Lande Lauenburg und Bütaw ꝛc. Mein Gnädigster Chur-Fürst und Lehns-Herr im Fürstenthum Halberstadt zur Lehns-Cantzley daselbst verordneten Cantzler und Räthen gnädigst rescribiret, und anbefohlen, Mich Hans Erassamb, des Heiligen Römischen Reichs Graffen zu Reinstein und Tettenbach ꝛc. Frey- und Panier-Herren zu Ganowitz und Landsberg, dero Römischen Kayserlichen Majestät würcklichen Cämmerern, und der Landschafft des Hertzogthums Steyer verordneten Præsidenten auf mein beschehenes inständiges unterthänigstes Ansuchen, nach Anweisung des Instrumenti Pacis mit der Graffschafft Reinstein, mich hinwiederum zu belehnen, und ich dann hierzu selbst zu erscheinen, obliegender hohen Kayserlichen Geschäfften halber, verhindert werde, und dahero ich dem HochEhrwürdigen und HochEdelgebohrnen Herrn Johann Fridrich von Deutsch, Dohm-Herrn zu Halberstadt vollkommene Vollmacht und Gewalt auffgetragen habe, die Lehne an meine Stelle zu empfahen, den Lehn-Eydt in meine Seele zu schweren, und sonst dabey alle hergebrachte præstanda zu præstiren, welches dann auch am 30.sten nächst verschienen Monats Augusti zu Halberstadt würcklich und solenniter geschehen, vorhero

aber, ehe die Belehnung werckstellig gemachet worden, Ich meine Deputirte, als meinen bestellten Rath, Johann Gluntzen, der Rechten Doct. und Hoffmeistern Johann Georg de Samoth an höchstgedachte Seine Chur-Fürstliche Durchl. gnädigste schrifftliche Resolution und Erklährung mir zu gekommen, und also nunmehr noch übrig ist, daß ich der Halberstädtschen Lehns-Cantzley behuffige Lehns-Reversalien, dem Herkommen, und meiner Schuldigkeit gemäß, ausstelle, und einliefere, Gestalt dann solches meine Gevollmächtigte und Deputirte bey der neulichen Investitur und Belehnung, münd- und schrifftlich versprochen haben; So verreversire, verpflichte, verobligire, und erklähre Ich mich dahin, für mich und meine Jure primogenituræ succedirende Männliche Descendenten, dann auch vor alle andere meine, Krafft der darüber â primo acquirente errichteten und confirmirten disposition successivè in stirpem folgende Mitbelehnte, Bruder, Vettern und Agnaten zum kräfftigsten und bündigsten hiemit, daß Ich und Sie die Uns verliehene Graffschafft Reinstein, und alle darzu gehörige Hoheiten, Regalien, Appertinentien, Förste, Wälder, Wildbahnen, Fischereyen, Wasser, Weyden, Bergwercke, und alle andere darzu gehörige Herrligkeiten, Güter und Stücke, sambt und sonders nichts überall davon ausgeschlossen, treulich verwahren und verdienen, die Lehne zu rechter Zeit muthen, sinnen und empfahen, davon ohne Consens nichts veräusern, noch verringern, sondern dieselbe vielmehr verwahren, und verbessern, auch in keinem Rath oder That seyn, so wieder Seine Chur-Fürstl. Durchl. dero Staat oder auch dero Fürstenthum Halberstadt vorgenommen werden möchte, sondern vielmehr dero Bestes überall suchen, schaffen und befördern, Schimpff, Schaden und Nachtheil aber warnen und abwenden, und sonsten überall, wie einem getreuen Vasallen uud Lehnmann eignet und gebühret, mich alle Wege bezeigen soll und will, Allermaßen dann die geleistete Lehns-Pflichte, mich meine Jure primogenituræ succedirende Männliche Descendeuten, und übrige dicto successivo jure primogenituræ folgende Mitbelehnte dahin anweisen und verbinden. So sollen und wollen auch Ich und berührte meine Mitbelehnte, über vorhergehendes ferner schuldig und gehalten seyn, die sämbtlichen Stände, Einwohner, und Unterthanen der Graffschafft Reinstein bey dem freyen hergebrachten Exercitio der Evangelischen Religion Augspurgischer Confession ungeendert, und unbeeinträchtiget, auch sonsten einen jedweden, bey seinen hergebrachten beweißlichen Privilegiis, Freyheiten und Gerechtigkeiten zu lassen und zu schützen, und so wohl in Regiments- als Amts- und allen andern Sachen, es dergestalt, wie es bey dero vorigen Graffen zu Reinstein Zeiten, und also von Alters hero observiret worden, auch

auch sonsten an sich Recht ist, verbleiben zu lassen, Treulich sonder Argelist und Gefehrde. Dessen zu wahrer Uhrkund, und fester Haltung, habe ich diesen Revers eygenhändig unterschrieben, und mit meinem Gräfflichen Innsiegel bekräfftiget. So geschehen Grätz, den 3. Octobr. Anno 1664.

Hanß Erasamb / Graff zu Reinstein und Tettenbach.

(L.S.)

(30) Quum vero Comes iste JOHANN ERASAMB Anno MDCLXX. Ma-
jestatis reus, deprehenderetur, adeoque cum Eo Jura Comitum à Tat-
(31) tenbach in Comitatu Rheinsteinensi interirent, Elector Brandenburgicus
Potentissimus FRIDERICUS GUILIELMUS Magnus, Gloriosissimæ
Recordationis, ut Princeps Halberstadiensis, d. VIII. April. eodem Anno
Comitatus possessionem ritè ac nemine contradicente apprehendebat,
(32) Eumque præsidio ab aliorum impetu securum reddebat. Possessione
Comitatus apprehensâ denunciabat id Elector Potentissimus Serenissimo
Brunovicensium Duci RUDOLPHO AUGUSTO, Piissimæ Memoriæ,
ut, si quid Ipsi circa Comitatus particulas dubii esset, amicè inter sese de
(33) scrupulo contenderent; Ast nullâ habitâ hujus denunciationis ratione,
Altè memoratus Dux d. XIV. dicti Mensis Aprilis scribam Blanckenbur-
gensem, cum Notario & Testibus, in Comitatum Rheinsteinensem
(34) mittit. Hic noctu sub prætextu Hospitii quærendi, cauponam vici in-
(35) trabat, glebas tollendo, ac festucas e januâ cædendo; Quumque inter-
rogatus, à quo & quâ fini missus esset, respondere nollet, Regimen
Principatus Halberstadiensis custodiri ipsum curabat, confidens, fore, ut
Dux Brunswicensis Serenissimus relaxationem Amanuensis quæreret, &
(36) in Eum animadverteret; Ast posthabitâ requisitione, Dux, per ducentos
milites, captivum de noctu, custodiâ in libertatem eximere, & Electo-
(37) rales ex fodinis & sylvis Rheinsteinensibus expellere jubet. Ægrè id fe-
rebat Elector, ideoque Litteris Duci ostendebat, quam inconditè invasa
essent loca, Territorio suo, extra controversiam incorporata: Si quid
Ipsi in partes quasdam Comitatus prætensi juris esset, id aliâ, quàm vio-
(38) lentâ, viâ componi posse. Ad hæc replicabat Dux: Quandoquidem
milites Electorales scribam, possessionis aucupandæ gratiâ, missum in viâ
publicâ abripuissent, ideo se vim vi, Jure Naturæ ductum, repulisse, &
(39) Amanuensem suum â violentâ manu liberâsse. Repræsentabant quoque
Serenissimi Duces Brunovicenses ac Lunæburgenses, unitâ manu, Altissi-
(40) mè Nominato Electori, caussam hanc ad se attinere cunctos. Quin &
pro tuendâ possessione Insignia affigi intendebant Duces, quæ tamen re-
figi

figi Elector curabat, utpote possessione ante sex dies legitimè apprehensâ
(41) gavisus, indeque turbationi resistens. Ad arma itaque Anno MDCLXX. inclinabat negotium, quippe, quòd Serenissimi Duces Brunovicenses ac Lunæburgenses copiam militum ingentem in Comitatu Blanckenburgensi, Rheinsteinensi vicino cogerent; Quibus Elector, postquam hostilia minitati erant Duces, copiis suis resistebat, eò quod in possessione antiquiori esset, inque eâ turbari nollet, sed eam per quævis media efficacia retinendam esse censeret. Vid. Wolffgang. Jacob. Geier. Tom. X. Theatr. Europ. ad Annum MDCLXX. fol. 187. Edition. Francofurtens.
(42) 1675. Sepositâ autem viâ facti ad Justitiam provocabat Elector, apud Cæsarem de vi Territorio suo, contra Tabulas Pacis Osnabrugensis, illatâ conquestus, & contendens, Imperator Superioris Saxoniæ Circulo injungere vellet, ut tuerentur Ipsum in illis, quæ vigore Pacificationis
(43) Osnabrugensis competerent. Hinc Imperator d. VI. Jun. Anni MDCLXX. sub pœnâ in Pacificatione illâ determinatâ omnes actus violentos interdicit Ducibus Serenissimis, & caussam amicâ compositione, aut per modum
(44) justi tractare jubet; Ad hæc Serenissimæ utrique Parti Congressus Wer-
(45) ningerodæ, interventu Potentissimi Electoris Saxoniæ placuit. Dicebatur dies compositionis VI. Julii eodem anno septuagesimo, ubi principio Congressus Electoralis Saxonicus Carolus, Liber Baro de Friesen, com-
(46) promisso terminandam esse caussam censebat. Ast Electorales Brandenburgici compromisso repudium mittebant, eò, quod Jura Electoris in aprico essent; Diffiteri enim Duces Brunsvvicenses neutiquam posse, Majores ipsorum Comitatum Rheinstein ab Episcopatu Halberstadiensi quinquies accepisse in Feudum; Agnatis verò Eorum Serenissimis nullam planè competere prætensionem, eò, quod Investituram Comitatus ab
(47) Episcopo Halberstadiensi quæsitam non obtinuerint. Prensant itaque Legati Electorales, ut desideriis Electoris, quæ Brunsvvicensium Duci RUDOLPHO AUGUSTO Serenissimo exposuerat, in præsenti congressu
(48) satisfacerent Legati Ducales. Excipiunt Ipsi, Duces suos nil egisse iniqui nec injuriosi, ablegando milites in Comitatum Rheinsteinensem posses-
(49) sionis tuendæ caussâ. In propatulo enim esse, Rheinsteinium fuisse Castrum nudum, prout rudera adhuc exstantia ad oculum demonstrent, jussu Imperatoris HENRICI Aucupis à Ducibus Brunovicensibus exstructum, &, Familiâ Comitum crescente â quibusdam inhabitatum, quorum Posteri Nomen Comitum Rheinsteinensium assumserint, ut Lineæ
(50) Blanckenburgensis & Rheinsteinensis constaret differentia. Quum verò Blanckenburgica ante Rheinsteinensem Anno MCCCXLIII. exspirâsset,

Comites

Comites Rheinsteinenses deseruisse Arcem & Blanckenburgum sedem transtulisse, utriusque Comitatus Blanckenburgensis & Rheinsteinensis
(51) Honore & Titulo adscito, & sic Comitatus esse unitos. Exspectativam Duci Guelpherbytano HENRICO JULIO à Filio Ejus Episcopo & Capitulo Halberstadiensi Anno MDLXXXIII. concessam erroribus scatere, quippe, quod Ei intexta sint loca multa Episcopatui Halberstadiensi minimè addicta, sed diversis Territoriorum Dominis propria, inque illis
(52) numerari quoque Comitatum Rheinsteinensem. Hunc autem fidei lapsum â spuriâ designatione Rerum Feudalium proficisci, quam Comes Rheinsteinensis ULRICUS Episcopo Halberstadiensi, sub pœnâ privationis jussus exhibuerat. Designationis verò adulterinæ caussam esse incendium Blanckenburgicum Anno MDXVI. subortum, in quo cuncta Comitatus Documenta, unà cum eorum custode, igne absumta. Quumque Comiti Rheinsteinensi facultas discernendi deesset, quæ Comitatus loca Episcopatum Halberstadiensem, quæve alios Dominos recognoscerent, Episcopus autem Rerum Feudalium seriem à Comite transmissam
(53) Litteris Exspectativis inseri curaverit, adjectâ tamen hâc conditione expressâ, ne quid ex hac Exspectativâ Serenissima Domus Brunsvvico-Guelpherbytana detrimenti quicquam caperet, si litteris illis quædam
(54) inserta, essent, quorum Investitura Ipsi competeret. Lineâ autem Rheinsteinensi nunc penitus exstinctâ vindicare Serenissimos Duces Brunovicenses ac Lunæburgenses meritò, quæ jure Consolidationis sibi deberentur, prædium nempe & pagum Westerhausen, una cum reliquis pagis, Warmstad, Wedersleben, Thal & dimidiam partem Nienstedii ad Ditionem Brunsvicensem pertinentem, Westerburgum etiam, Ejusque accessiones pro dimidio, Jus verò Territorii in Westerburgum in solidum, pariter ac locum paludosum das Bruch, propè Westerhausen usque ad Helsingen, & sex prata specialiter, quorum ususfructus quondam Blanckenburgo Westerburgum fuerit trajectus: Decimas itidem Westerhusanas Westerstedenses, Heimborgenses, Huttenrodenses, Elbingerodenses, Wederslebenses, Thalenses & Valckenstedenses, & tres quidem ultimas jure Dominii Directi, insuper omnia quæ in litteris Investiturarum Halberstadiensibus, Comitibus Rheinsteinensibus quondam exhibitis haut numerantur, utpote Bona Ducum Brunsvvicensium Censitica & Emphyteutica, ad Comitatum Blanckenburgensem, quem Comites Rheinsteinenses, quamdiu erant, â Serenissimâ Domo
(55) Brunsvicensi in Feudum tenuerant, pertinentia. Nec Sylvarum, quas sibi vendicent, in Investiturâ de Anno MDLXXXIII. nec in Infeudatione

Archi-Ducis LEOPOLDI GUILIELMI Halberstadiensium Episcopi men-
(56) tionem fieri ullam. Exstare potius in Archivo Ducum Suorum Documenta ab Annis ducentis, & ultra, quæ satis probatum dent, Rupem seu Arcem Rheinsteinensem, cum adjacentibus Sylvis, Muhlenthal, Gehesig Renneberg, Friderichsberg, Gravenholtz, Isenburg à Ducibus Brunsvicensibus ut Feudum pendere, Castrum Rheinstein in Litteris Investituræ Halberstadiensis nominetenus haut expressum, in Chartophylacio autem Blanckenburgico de Anno 1258. hæc exstare verba: Regenstein & Sylvam attinentem tenet Comes à Domino de Braunsvveig. In Registro etiam Feudali Lunæburgensi de Anno 1344. hoc esse consignatum, quod mortuo Principe OTTONE de Braunsvveig Comites de Rheinstein in Feudum acceperint inter alia quoque Regenstein & attinentia. Et hoc ipsum manu suà confessum esse ULRICUM Comitem Rheinsteinensem in Reversalibus Feudalibus de Anno MDXXX. Wir hebben von der Herrschafft tho Braunschweig tho Lehen diese nachgeschriebene Güeder, Borck und Schlott, als nemlich de Borg und
(57) Schlott Blanckenburg, Rheinstein. Quin & Comitem de Tattenbach Confessionem istam Anno MDCXLIV. in Pacto cum Ducibus inito repe-
(58) tiisse. Idque Pactum in laudatâ Pacificatione Osnabrugensi Artic. XIII. §. 10. esse roboratum, & in Tractatibus Pacis Exequutionis Norinbergensibus Anno MDCL. ad Exequutionem deductum. In Repartitione etenim sive distributione quinque Millionum, & quod excurrit, Thalerorum Imperialium ad satisfactionem Militiæ Suedicæ per Circulos Imperii compositâ & approbatâ d. XXV. Junii ejusdem anni Plenipotentiariis Suedicis exhibita sub Rubro: Circulus Saxoniæ Inferioris hæc exstare: Comitatus Rheinstein Blanckenburg AUGUSTUS & CHRISTIANUS Duces Brunsvico-Lunæburgici cum Comite Tattenbach pro suâ portione 3204. & sic pactum illud denuò esse confirmatum & observantiâ com-
(59) probatum. Archi-Ducem ut Episcopum Halberstadiensem infeudando Comitem de Tattenbach Serenissimæ Domui Brunovicensi ac Lunæburgensi nil præjudicii inferre potuisse, quippe, quod Jura ipsius possessione
(60) longè antiquiori sint munita. Nec Facta Agnatorum quorum Linea in Serenissima Domo Guelpherbytana exspirâsset, Ipsis, ut simultaneè Inve-
(61) stitis de Ducatu, esse nociva. Nec Investituræ Ducis ac Episcopi Halberstadiensis de Anno MDCXVI. vigorem constare integrum, nec subscriptionem Ducis FRIDERICI ULRICI manui ejus esse consentaneam, & Informationem Anno MDCXXXVIII. Imperatori, Electoribus ac Statibus Imperii Ducem FRIDERICUM ULRICUM sine præscitu & suffragio

gio cæterorum Ducum Brunovicensium ac Lunæburgensium exhibuisse.
(62) Replicabant Domini Electorales Brandenburgenses in Congressu, & postea in Scriptis prolixè, se nec cogitatione nec mente complecti posse, quomodo Serenissimi Duces Brunsvicenses jure proprietario vindicare vellent, quæ quinquies ab Episcopatu Halberstadiensi in Feudum obti-
(63) nuissent Majores eorum. Multo minùs se adjungere his posse Agnatos Serenissimos Duces Lunæburgenses, quorum Majores simultaneam Investituram Comitatus Rheinsteinensis omni studio quidem contenderint, ast non obtinuerint; Constare etenim satis, Ipsos peculiari quadam Legatione simultaneam Comitatus Investituram cum Serenissimâ Domo Brunovicensi ab Episcopatu Halberstadiensi ambivisse, utque eò feliciùs progrederentur, Serenissimum Ducem Brunovicensem FRIDERICUM ULRICUM realiter investitum adjunxisse Ipsorum Legatis Consiliarium
(64) suum Jacobum Lampadium. Ast frustra; Et mirandum esse, quod Serenissimi Duces Brunovicenses in illis rebus juris quicquam prætendant, de quibus Anno MDCXXVIII. in laudatâ supra Informatione publicè confessi essent, ac Imperatori FERDINANDO II. totique Imperio solidè demonstrâssent, Dominium Comitatus Rheinsteinensis Directum solita-
(65) riè pertinere ad Episcopum Halberstadiensem indubitatè. Nec esse in præsenti Quæstionem, cujus jussu castrum Rheinsteinense conditum sit, & quis illud inhabitaverit, nec, utrum Comitatui Blanckenburgico antiquitùs incorporatum fuerit, sed, in quo statu fuerit, Linea Tatten-
(66) bachensi exstinctâ. Fuisse autem, tempore truncati Comitis Tattenbachii ultimi, Feudum Principatus Halberstadiensis neminem sine rubore
(67) diffiteri posse, & separatos esse Comitatum Blanckenburg & Rheinstein, ad sensum patescere communem ex confessione Dominorum Ducum publicâ in scripto sæpius dicto de Anno MDCXXVIII. Ferner und zum Vierdten ist gerührtes Ohrtes diß- und jenseits des Hartzes die Graffschafft Blanckenburg und das Ambt und Hauß Hohnstein belegen, welche von den Halberstädtischen Lehn-Stucken gantz separat seyn, und damit im geringesten niemahls zu schaffen gehabt und noch. Elucescit quoque hoc ex Recessu Spirensi de Anno MDXXIX. In ejus etenim subscriptione post ERNESTUM Comitem de Mansfeld conspiciuntur Jost Ulrich & Bernhard Gebrüdere Grafen zu Rheinstein. In Recessu Augustano de Anno MDLXXXII. post Comitem de Ost-Frießland exstat subscriptio, Und dann in Vormundschafft Ernsten und Martin Grafen zu Rheinstein und Herren zu Blanckenburg, Georg Wild der Rechten Licentiatus und der Stadt Northausen Syndicus.

Recessum Ratisbonensem de Anno 1641. nomine Comitatus Hohn- & Rheinstein subscripsere Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Halberstadiensis & Episcopatus Cancellarius his verbis. Wegen der Graffschafft Hon- und Reinstein Johann Friederich Teutsch von der Keule des Stiffts Halberstadt Canonicus, Heinrich Jordan der Rechten Doctor Fürstlicher Halberstädtischer Cancellarius. In Recessu Ratisbonensi de Anno MDCLIV. disertissimè distincti sunt Comitatus Blanckenburgicus & Comitatus Rheinsteinensis, prout subscriptio sequens demonstrat. AUGUSTI Hertzogen zu Braunschweig und Lünenburg, als Inhabern der Graffschafft Blanckenburg Johann Schwartzkopff beeder Rechten Doctor und Cantzlar, und Chrysostomus Köhler, beeder Rechten Doctor und Raht Nomine Comitatus Rheinsteinensis verò post LUDOVICUM Comitem de Barby & Muhlingen, ipse Comes de Tattenbach hoc modo: Wilhelm Leopolden Grafen zu Rheinstein und Tat-
(68) tenbach, wegen Rheinstein Investituram Ducis CHRISTIANI de Anno MDCXVI. ad Statum pervenisse integrum & subscriptionem Ducis FRIDERICI ULRICI esse intemeratam, ex eo patescere, quod Duces Lunæburgenses eam approbaverint, & simultaneam Investituram Rerum
(69) à Duce illo infeudatarum quæsiverint. Informationem A. MDCXXVIII. non præscitu modò sed assensu omnium Serenissimorum Ducum Brunsvvico-Lunæburgensium Imperatori oblatam esse ostendunt Litteræ Ipsorum ad Eminentissimum Collegium Electorale d. XI. April. MDCXXIX. quibus Informatio illa associata, satis disertè.

Ew. L. L. L. L. L. können Wir, erheischender Nothdurfft nach, nicht bergen, und werden Dieselbe ohne des aus dem gemeinen Beruff vernommen haben, was gestalt im abgewichenen 1628sten Jahre mit unsern Hertzog Friederich Ulrichs Graffschafften, Hohen- Rheinstein, Blanckenburg und dem uhralten Fürstlichen Braunschweigischen Hauß-Ambt und Herrschafft Hohenstein ein unvermuhtete Veränderung vorgenommen, und zwar die Herrschafft Hohnstein dem Graffen von Thun um 60000. fl. Rheinstein aber Hrn Maximilian von Wallstein um 50000. fl. Pfandweiß assigniret werden wollen. Wiewohl Wir nun bey dem Obristen Beckern, nachdem Uns äußerliche Nachrichtung zugekommen, daß demselben solche Anstellung anbefohlen seyn solle, unsere ohnstreitige in gemeldeten Graffschafften habende Gerechtsame umständig anführen, und da beneben um Abschrifft der angezogenen Commission, immittelst aber mit deren Effectuirung so lange still zu stehen, beweglich ansuchen lassen, bis an die Römische Kayserliche Majestät Unsern Allergnädigsten Herren Wir die Nothdurfft gehorsamst vor-

vorbringen und Dero anderweite milde Resolution erlangen mögten; So hat doch deren keines verfangen wollen; Wir haben auch dasieder die unterthänigst gesuchte Redintegrirung nit allein noch nit erhalten können, sondern müssen vielmehr mit hertz-bekümmerlicher Bestürtzung erfahren, daß bey Ihrer Kayserlichen Majestät Wir von neuen mit unerfindlichen Suggestionen angetragen und gantz eiferigen Fleisses getrieben und sollicitiret wird, daß man Uns unsers Fürstenthums Calenbergischen Theils entwehren, und dasselbe anderen um eine hohe Summe Geldes einräumen sollen. Vernehmen daneben, daß noch zu mehrer unser Verunglimpf- und Betrübung von etlichen Affectionirten wieder Uns, in unserer Stad Braunschweig, und vielleicht an anderen Ohrten mehr allerhand weit aussehende, gefährliche, in allen Rechten verbotene und im Heiligen Römischen Reich unerhörte Inquisitiones, wiewohl ohn einigen Grund angestellet werden, Nun haben Ew. LLLL. Selbst hochvernünfftig zu ermessen, wie tieff und schmertzlichen Uns sambtlichen Gebrüdern und Vettern dieser unsere Fürstliche wohlhergebrachte Ehre, Stand und Reputation, auch Land und Leute berührender unverschuldeter Verlauff so wohl der nahen Blut-Verwandnüß, als auch unsers kundbaren hohen Interesse halber, zu Hertzen gehet, dann unsers gäntzlichen Verhoffens die selbst redende Notorietät bezeugen wird, mit was aufrechter Treu und Standhafftigkeit Wir Uns bey denen in- und ausserhalb des Reichs eingefallenen schweren Motibus an die pro tempore gewesene Römische Kayser, hindan gesetzt aller Gefahr, Verfolgung und Offensionen jederzeit gehorsamst gehoben, und dadurch vielerhand fürgewesenen Besorgnüßen verhüten helffen; Und ob zwar Wir Hertzog Friederich Ulrich Uns in Anno 1625. unseren Bluts-Verwandten aus offenen Teutschen Hertzen getrauet, und Uns nach der Lauenburg bewegen lassen; So können Wir doch mit GOtt und unserm reinen Gewissen bezeugen, daß Uns dabey nie in unser Hertz gestiegen, so gar das geringeste berathschlagen oder schliessen zu helffen, so zu Ihrer Kayserlichen Majestät oder Chur-Fürsten und Stände des Reichs Displicentz gereichen könte, Gestalt Wir dann mit hohen Fürstlichen Personen, obs von der Noht, jederzeit überflüßig verificiren können, daß Wir Uns deswegen lauter und hochbedinglich verwahret; Wir haben auch den darauf zu Braunschweig erfolgeten Creyß-Abschied niemahls anderst, zumahl aber weiter nicht, dann bloß in terminis Defensionis nach Anleitung und Inhalt der Executions-Ordnung verstanden und placidiret, Als wir aber verspüret, daß Ihrer Kayserl. Majestät nachgehends solch Kriegs-Gewerb für verdächtig und unzuläßig gehalten, darauf die mit Ihrer Majestät allergnädigster Beliebung angestel-

lete Pacifications-Handelung zu Braunschweig, ohneracht et alles unsers treueyferigen Erinnerns, Bitten und zu Gemühte führens, ohne Fruchtschaffung zergangen, und Uns dero allergnädigstes Schreiben unterm dato Wien den 24. Martii hiebey sub Num. I. in Julio hernacher zukommen, auch kurtz hernacher das Avocatorium kund worden, so haben Wir unsere Teutsche ungefarbete Devotion mit einem solchen Gehorsam und Realität unausgesetzt contentirt und befestiget, daß Ihre Kayserliche Majestät selbst ein allergnädigstes hochwohlgefälliges Contento daran gehabt, unsere Person anderen Fürsten und Ständen in- und ausserhalb des Nieder-Sächsischen Creyses zur Löblichen Nachfolge fürgestellet, und Uns mit Dero Kayserlichen Wort, auch allergnädigsten zu mehrern mahlen durch Hand- und andere Schreiben wiederholeten theuren Versprechnüssen des Religion- und Profan-Friedens unserer Land und Leute, Recht und Gerechtigkeiten gantz mildiglich und kräfftigsten versichert, darauf man sich auch als gegen der höchsten von GOtt fürgesetzten Obrigkeit sicherlich zu verlassen hält, wie Wir solches an andern Ohrten, und insonderheit bey letzter zu Mühlhausen gehaltener Chur-Fürstlichen Zusammenkunfft Sonnenklärlich ans Licht gestellet, und werdens Ew. LLLL. im Fall sie sich zu dessen Ersehung ohn beschwer abmüßigen könten aus den wahrhafften Abschrifften, so der Deduction von Lit. Q Q. bis zu Ende beygefüget, nach aller Nohtdurfft befinden, was Wir auch eben um des willen für unzehlig Ungemach, Gefahr, Despect, Machinationes, Hertzleid und Verfolgung, von Fremden und Unterthanen, eigenen Dienern, Freunden und Feinden ausgestanden, solches ist gleicher gestalt der gantzen Welt bekand, wollen auch Ew. LLLL. Wir damit zur Ungebühr nicht aufhalten, gleichwie nun wir gesamte Vettern und Brüder des Hauses Braunschweig Lüneburg an dieser Sache ohne das nit alleine der ohnzweifentlichen Folge und gesamter Hand, sondern auch anderer rechtmäßigen Umstände und Befugniß halber, wie nit weniger in Krafft unterschiedlicher von den Römischen Kaysern confirmirten Erb-Verträge de præsenti zum höchsten interessiret seyn, und Uns zwar nimmermehr die Gedancken machen wollen, noch sollen, daß Ihro Kayserliche Majestät, als der gerechteste Kayser und Brunnquell der Justitz, gerührten oder auch andern dergleichen unrechtmäßigen Prætensionen im geringesten condescendiren noch weniger aber obgedachte wiederrechtliche Procedurn gut heissen werden: Als haben Wir Uns gleichwohl dabey nit unbillig zu Gemüth geführet, daß Ew. LLLLden die vornehmste Seulen und innerste Gliedmassen des Reichs seyn, und mit was ewig währendem Nachruhm Sie ihre treumeinende Chur-Fürstliche Sorgfältigkeit bis anhero

hero unter anderen zu dem Lobwürdigen Zweck gerichtet, damit das erschütterte, und nunmehr fast gantz zerfallene Vaterland hinwiederum firmiret und Ihrer Kayserl. Majestät mächtigen Schutz und Schirm vermittelst des Religion- und Profan-Friedens und anderen heilsamen Reichs-Constitutionen gefasset, zu ewigen Aufnehmen erhoben, jedermann bey Gleich und Recht gelassen, und insonderheit Fürsten und Stände bey ihren von vielen Seculis herbrachten Rechten, Stande und Gerechtigkeit conserviret werden mögten, derentwegen Wir nit umhin gekont, Ew. LLLLLden diese unserm Hause zugestandene schwere Begegnüssen aus sonderbarer grosser Confidentz zu erkennen zu geben, Freund- Freund-Vetter- Schwäger- und Sohnlich bittende, Dieselbe wollen es in freundlichen Vermercken aufnehmen, und Uns mit Dero vielgeltenden Hochansehentlich und beweglichster Interposition an vor allerhöchstgedachte Kayserliche Majestät allerfürderlichst, weil summum in morâ periculum dahin zu statten kommen, damit wieder Uns und unser gehorsames Hauß, insonderheit aber Uns Hertzog Friederich Ulrich ehe und zuvor Wir, vermöge der Rechte und Reichs-Satzungen, gnugsam gehöret, und præviâ sufficiente causæ cognitione gebührende Erkandnüß erfolget, nichts statuiret, verhenget und angeschaffet, Wir mit dergleichen nachdencklichen unrechtmäßigen, und wieder unbeschuldete Privat- Biederleute verbotenen Inquisitionen verschonet, diejenigen aber, so unser Hauß Zu- und Anspruchs zu erlassen nicht gemeinet, zum Rechten verwiesen, und unterdessen alle Executiones eingestellet werden mögen. Ersuchen Ew. LLLLLden danebenst in dienstl. Fleiß, dafern Dieselbe etwa über kurtz oder lang sich ihrer ChurFürstlichen obliegenden Sorgfaltigkeit halber zusammen thun, oder eine Abordnung an Ihre Kayserliche Majestät fortstellen würden, Sie wollen Ihnen bey solcher Occasion diese unsere Angelegenheit gleicher gestalt im besten empfohlen seyn lassen, und dabey in Freund- Freund-Vetter- Schwäger- und Väterlicher Behertzigung ziehen, was es in- und ausserhalb Reichs für betrübte und wiedrige Censuren und Gedancken ohne Zweifel abgeben würde, wann wider Gehorsame Fürsten und Stände, welche zu würcklicher Demonstration ihres Gehorsams all ihr Land und das äusserst mit grosser Gedult bis anhero ausgesetzet, auf viel Millionen Schaden gelitten, fast unermäßliche Summen Geldes williglich contribuiret und hergeben, und dagegen so offt und viel wiederholete Kayserliche allergnädigste und recht väterliche Versicherungen in Händen haben, nunmehr erst an stat verhoffeten Ruhestandes, und endlicher Total-Befreyung uf solche Maaß verfahren würde, daß sie unverschuldeter Dinge auch ungehört, an ihren Land und Leuten Gefahr

und

und Anstoß leiden sollten. Wir haben gleichwohl an allerhöchstgedachte Ihre Kayserliche Majestät diese unsere angelegene Sache gehorsamst gelangen lassen, und um Kayserlich Einsehen, Rettung und Hülffe allerunterthänigstes Ansuchen gethan, seynd auch gleich jetzo im Werck begriffen, Deroselben durch eine Fürstliche Person unsers Haußes gehorsamlich aufzuwarten, in ungezweifelter Zuversicht, Ihre Kayserliche Majestät werden Dero in aller Welt bekandten gerechtesten Kayserlichen Inclination nach, dieses unser uhraltes Hauß nicht Trost- und Hülff-loß lassen, noch viel weniger aber Uns in einer so billig- und rechtmäßigen Sache enthören, haben aber daneben das grosse Vertrauen Ew. LLLLLden vielvermögende Recommendation und Handbietung ein statliches und hohes cooperiren werde, und allermaßen Wir nun wegen unsers gantzen Hauses ein mehrers nicht, als Gleich und Recht suchen, bitten und begehren, Uns auch demselben nochmahls hiemit und Krafft dieses offeriren, Als seynd wir der zuversichtlichen Hoffnung, wollen auch nochmahln Freund- Freund- Vetterlich Schwäger- und Sohnlich gebeten haben, Ew. LLLLLden werden und wollen Uns durch diese Freundliche Erweisung ihre beständliche Hülffe unbeschweret wiederfahren lassen. Solches neben deme es ꝛc. Datum den 11. Aprilis 1629. Von GOttes Gnaden Christian Erwehlter Bischoff des Stiffts Minden. Friederich Ulrich. Augustus Administrator des Stiffts Ratzeburg. Wilhelm. Otto. Julius Ernst. Augustus. Friederich, Dom-Probst des Ertz-Stifft Brehmen. Magnus. Georg. Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg.

Eodem die d. XI. April. MDCXXIX. Litteris singularibus Potentissimo Electori Brandenburgico Domino GEORGIO GUILIELMO Gloriosæ Recordationis perscripsere Serenissimi Duces Brunovicenses ac Lunæburgenses, quibus de causis sonticis Eminentissimum Electorale Collegium imploraverint, rogantes, ut Elector Ipsis velit esse succenturiatus.

Unsere Freundliche Dienste, und was Wir mehr Liebes und Gutes vermögen zuvor, Durchlauchtigster Fürst, Freundlicher Lieber Herr Vetter, Schwager, Bruder und Gevatter. Aus was hochwichtigen und dringenden Ursachen Wir bey dem Hochlöblichen Chur-Fürstlichen Collegio um Freund- Vetter- Schwäger- und Väterliche Interposition in denen Uns und unserm gantzen Hauße abermahlen zugestandenen Wiederwertigkeiten aus sonderbaren grossen Vertrauen freundliche Ansuchung gethan, solches wollen Ew. Liebden aus beykommender Abschrifft, dessen Original Wir dem Herkommen nach, Chur-Mayntz Liebden überschicket, mit mehren freundl. ersehen. Wiewohl Wir uns nun gantz keinen Zweifel machen,

chen, es werden Ihre allerseits LLLLLden Uns und unserm gesamten Hauße die gebetene Intercessionales bey so erheblichen und der Consequentz halber weit reichenden Umständen ehest wiederfahren zu lassen, sich auch unserer sonst in andere fürfallende Wege, vermittelst Dero vielmögender Handbietung anzunehmen kein Bedencken tragen. So haben Wir doch für unsere Nohtdurfft ermessen Ew. Liebden dieses große Anliegen, daran Uns und unserm gantzen Hauße gar hoch und mercklich gelegen, in particulari freundlich und ufs beste zu recommendiren. Und leben der festen Hoffnung Ew. Liebden werde anders nicht, dann aus treuhertziger Confidentz hergeflossen vermercken, auch an Ihrem fürnehmen hoch respectirten Ohrt gute befordersame Fürwendung thun und leisten, damit Uns ehister Möglichkeit in dieser gerechten und billigmäßigen Sache gebetener maßen freundliche Willfahrung thun werden möge. Solches wollen Wir für eine sonderbare Freundschafft halten und rühmen, auch zu allen Occurrentien mit angenehmen wohlgefälligen Gegen-Erweisungen nach Vermögen zu verschulden, allstets eingedenck verbleiben. Dat. 11ten April. 1629. Von GOttes Gnaden Christian Erwehlter Bischoff des Stiffts Minden. Friederich Ulrich. Augustus Administrator des Stiffts Ratzeburg. Wilhelm. Otto. Julius Ernst, Augustus, Friederich Dom-Probst des Ertz-Stiffts Brehmen. Magnus. Georg. Alle Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg. Christian mppria. Friederich Ulrich. Augustus Hertzog zu Braunschweig und Lüneburg. Johann Ernst Hertzog zu Braunschweig und Lüneburg mppria. Wilhelm Hertzog zu Br. und Lüneburg mppria. Otto Hertzog zu Br. und Lüneburg mppria. Augustus der Jüngere Hertzog zu Br. und Lüneburg mppria. Friederich Hertzog zu Br. und Lüneburg mppr. Magnus Hertzog zu Br. und Lüneburg mppr. Georgius Hertzog zu Br. und Lüneburg mppria.

(70) Utrum moderni Duces Brunsvico-Lunæburgenses Serenissimi facta Agnatorum Lineæ in Domo Guelpherbytana deficientis præstare debeant, vel inde omni carere dubio, quòd Orbi satis exploratum sit, Ipsos esse Terrarum illarum Feudalium æquè ac Allodialium Successores Universales, adeoque ad præstanda Agnatorum facta obstrictos uti in caussa simili responsum est apud Caspar. Klock. Consil. CLIV. præsertim num. 37. & 38. Tom. Oper. III. fol. 4932. seq. Quid? quod omnis Successor quamvis singularis in Imperio Antecessorum facta, quæ ex natura & consuetudine officii proficiscuntur, nisi tendant in grave damnum, deminutionem & detrimentum Imperii, præstare teneatur. Dignitas enim semper & ubique, quamdiu Imperium in ditione durat, manet, cujus intuitu, quum omnia, quæ cum Imperio tractantur, peragi solent, relinquitur,

 linquitur,

linquitur, Dignitate manente, etiam illa, quæ ab illâ promissa fuerunt, esse præstanda. Dignissima sanè vox est Potentissimi ac Piissimi Regis Borussiæ FRIDERICI, Domini Nostri longè Clementissimi in der Kurtzen Deduction daß die Braunschweigische Information-Schrifft de Anno 1628. wegen der Graffschafft Rheinstein und Herrschafft Blanckenburg nicht von des Herren Hertzog Friederich Ulrichs Durchlauchtigkeit allein, sondern dem Gesamten Hochfürstlichen Hause ans Chur-Collegium übergeben worden, impressâ Halberstadii MDCLIV. ibi: Ob nun wohl dergleichen Approbation, da Successores in Dignitate & Principatu ohndem ad facta Antecessorum obligiret seynd, es eben nicht bedarff, sondern gnug ist, daß Krafft sothaner offentlicher Declaration, der damahls Regirende Herr und Besitzer der Graffschafft Rheinstein, und alle ietzo streitende Oehrter vor dem Kriege eintzig und allein nomine des Fürstenthums Halberstad besessen, folgends unfehlbar dieser Status possessionis durch die Clausulam Amnestiæ generalis restituiret worden, sonsten auch eines Regirenden Fürsten Acta & Actitata publica so lange für gültig und bündig zu halten, und alle rechtliche Præsumtiones für sich haben, bis deren Nullität auf das heiterste erwiesen worden; Im übrigen aber aus der Duplic zu hellem Tage lieget, wie unerheblich und erdichtet der gantze Inhalt der Replic ohndem sey; so hat man doch um der Welt und einem ieden Unpaßionirten zu zeigen, daß die Approbation mehrerwehnter mit dem Fürstlichen Wapen authorisirter Deduction de Anno 1628. von dem Gesamten Hochfürstlichen Hauße Braunschweig Lüneburg expresse geschehen, und der ietzo hervor gesuchte Vorwand vergeblich sey. Quæ de

(71) Designatione Bonorum Feudalium Comitatus Rheinsteinensis à Comite ULRICO Episcopo Halberstadiensi exhibitâ disceptarent Domini Duces, ea facilè elidi. Nec enim verosimile esse, Comitem ULRICUM, etiamsi Actuarius prior in incendio conflagratus sit, haut surrogâsse alium, aut defuisse Ipsi Ministros ad expendenda Documenta habiles. Et si qua Lit-

(72) teris Exspectativis de Anno MDLXXXIII. ingestæ sint Res Feudales, Episcopatui Halberstadiensi haut appropriata, Earumque gratia Serenissimis Ducibus Brunsvicensibus reservata sint Jura competentia, ea tamen ante Investituram Episcopi CHRISTIANI Brunovicensium Ducis esse purificata Clausulamque Reservatoriam in Investiturâ illa purâ esse omissam, adeoque nunc non amplius de valore Investituræ esse disceptandum, quippe, quòd Domini Duces Infeudationem Episcopi CHRISTIANI

(73) approbaverint. De Sylvis, aliisque locis in litteris Investituræ Halberstadiensis de Anno MDLXXXIII. nec Archi-Ducis LEOPOLDI GUILIELMI

LIELMI de Anno MDCXXVI. à Ducibus Brunsvicensibus in Scriptis publicis approbatis sint intextæ partim Uxori Comitis Rheinsteinensis ULRICI Dotalitii loco sint assignatæ, & hoc Dotalitium ab Episcopo
(74) Halberstadiensi esse confirmatum. Et quamvis Castrum Rheinsteinense in nullo Investiturarum Exemplo nominetenus sit expressum, sufficere Totius Comitatus, sub quo & Castrum sit comprehensum, mentionem
(75) esse factam. Contra tot autem Investituras ab ipsis Ducibus Brunovicensibus quinquies petitas & collatas, inque Assertionibus, à Majoribus Ipsorum erga Imperatorem, Totumque Imperium pro validis declaratas, nil quicquam facere Documenta antiqua, sive quoad Investituram ipsam, sive quoad Comitatus partes. Quæ etiamsi exstarent, & ex illis probari quicquam posset, quod Dominis Ducibus Brunsvvicensibus ac Lunæburgensibus conducibile, dudum esse præscriptum, nec Pacificationi Osnabrugensi, utpote Legi Imperii Fundamentali, in quâ Infeudatio Archi-Ducis LEOPOLDI GUILIELMI priorum Episcoporum desiderio per omnia conformis nominatim confirmata, etiamsi Documenta omni care-
(76) rent vitio, nec objici posse nec debere. Nec obstare huic Pacificationis Constitutioni, quæ in Articulo ejus XIII. §. 10. disposita sunt, Infeudationem Comiti à Tattenbach à Ducibus factam, eoque nomine initas Leges sarta tectaque manere debere. Præterquam enim quòd supra ostensum, ante Pacificationem Osnabrugensem nullam esse Investituram factam, sed nudum tantum pactum de investiendo Serenissimos Duces Brunovicenses ac Lunæburgenses intercessisse. Exploratissimi Juris est, omnem Infeudationem continere in se, etiamsi in illa expressum non sit, clausulam Salvo Jure Tertii adeò, ut si aliter accipiatur, in se sit nulla. Quum ergò nulla confirmatio Investituræ ultra operetur, nec quicquam Juris tribuat, quàm quod antea habuit Infeudans, Episcopis autem Halberstadiensibus ante pactum illud per aliquot Secula Jus Investiendi Comitatum Rheinsteinensem competierit, idque Jus per Pacificationem Osnabrugensem in Potentissimam Domum Electoralem, nunc Regiam Brandenburgicam translatum sit, sequitur infallibiliter, Pacta de investiendo Serenissimorum Ducum Brunovicensium per Confirmationem in Instrumento Pacis factam, haut accepisse plus virium, quàm ante Tracta-
(77) tus Pacis habuerunt. Et hoc modo quoque conceptæ sunt Pacta Serenissimorum Ducum Brunovicensium Anno 1644. cum Comite inita, §. und aber sich vors dreyzehende ꝛc. Daß solcher Vergleich dem Stifft Halberstad weder in Possessorio noch Petitorio gantz nicht præjudicirlich
(78) seyn, oder angezogen werden solle ꝛc. Ex quo ad oculum patescit, Duces de Justitiâ Infeudationis fuisse anxios, ideoque se ad nullam Evictio-

(79) nem adstringere voluisse. Imò Pacificationem subsequuta observantia tollit omnem dubitationem; Dicitur etenim Regina interpretationum omnium Legum ac Statutorum; Subsequentia namque facta reiterata antecedentibus evidentissimum præstant intellectum, & sequuta observantia arguit, quid à principio fuit conventum, & posterius factum declarat prius, inprimis in Feudalibus, in quibus observantia per aliquot actus probata declarat concessionem Feudalem ab initio factam, si sit dubia, prout in terminis deducunt Jacob. Menoch. Consil. XXXII. num. 44. Tom. I. fol. 159. fac. 1. Tiber. Decian. Consil. CXXXIII. num. 40. seqq. Tom. III. fol. 269. fac. 2. JCti Tubingenses apud Christophor. Besold. Part. V. Consil. CXCIX. num. 50. 51. 52. fol. 12. fac. 1. Et Consil. CCXII. num. 59. 60. 61. 62. fol. 49. seq. Et Part. VI. Consil. CCLXX. fol. 94. seqq. Quum itaque Potentissimus Elector Brandenburgicus, post promulgatam Pacem Autoritate Cæsareâ Comites de Tattenbach, sine ullâ Ducum contradictione bis investiverit, aliosque Actus Dominii Directi exercuerit, intellectus Articuli Pacificationis XIII. §. 10. in aprico est,

(80) & Articulo XI. §. Teneatur 7. nil officit. Quæ ex Repartitione Norinbergensi adduxerunt Domini Brunsvicenses ac Lunæburgenses nullius esse valoris ajunt Domini Brandenburgenses. Quod enim Ipsi obligaverint Comitem ad ratam Collectarum suarum Circularium, id exinde factum, quod Dux quondam Brunovicensis HENRICUS JULIUS Halberstadiensium Episcopus, collectam totius Comitatus Rheinsteinensis in se receperit, prout docet Matricula Imperii Osnabrugis & Monasterii Anno MDCXLVIII. producta sub Rubro: Nieder Sächsischer Creyß ibi: Grafen von Rheinstein vertrit anietzo Hertzog Heinrich Julius zu Braunschweig. Neque hâc præstatione ullum Juri Electorali illatum esse præjudicium, quòd Serenissimi Duces averterint onus à Domo suâ, quod Comitatui Rheinstein incumbit. Nec ideò adscriptum esse Comitatum Territorio Brunovicensi ac Lunæburgensi, sed esse præstationem Personalem, quam in se receperat Dux HENRICUS JULIUS, indeque

(81) ad Comitem reversam, & cum Personâ ipsius exstinctam. Caussa ad Judicium Cameræ Imperialis delata, ubi adhuc pendet, Electore, nunc Rege, in possessione Comitatus persistente, Pertinentiis quibusdam exceptis.

(82) Equidem Arbitrium in caussis Potentissimas ac Serenissimas Sacri Imperii Domus Attinentes, minimè assumo, sed illud sacro silentio à me rejicio.

XXX IV, 98

